# BIBLIORVM SACRORVM

## CVM GLOSSA ORDINARIA IAM ANTE QVIDEM

A STRABO FVLGENSI COLLECTA:

NVNC AVTEM

NOVIS, CVM GRAECORVM, TVM LATINORVM PATRVM EXPOSITIONIBVS LOCVPLETATA:

Annotatis etiam ijs, quæ confuſe antea citabantur, locis:

Et Poſtilla Nicolai Lyrani: Additionibus Pauli Burgenſis ad ipſum Lyranum: ac ad eaſdem Matthiæ Toringi Replicis:

*Per Fratrem Franciſcum Feuardentium Ordinis Minorum, Ioannem Dadræum, & Iacobum Cuilly, Doctores Theologos Pariſienſes:*

## TOMVS QVINTVS:

Hac ſane quidem Veneta editione à quàm plurimarum dictionum mendis expurgatus, multis quoque verbis, & verſibus aliàs prætermiſſis ſuppletus.

BIBL. THEOL. ECCLES. LIBERE



Martim a.º Mexia
Do Collegio de S. Joseph de Carmelitas descalços de Coimbra.

VENETIIS, M DCIII.

## Librorum qui Quinto Tomo continentur, Authorumque, qui in ſingulos citantur, ſeries.

## TOMO QVINTO HABENTVR Quatuor Euangelia, & in hæc adferuntur.


A
Albinus.
Ambroſius;
Arnobius.
Athanaſius.
Auguſtinus.
B
Baſilius.
Beda.
Bernardus.
C
Chromatius.
Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Hieroſolimitanus
Cyrillus Alexandrinus.
D
Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.
E
Epiphanius.
Euagrius.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Cæſarienſis.
Fulgentius.
G
Gregorius Magnus.
Gregorius Theologus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niſſenus.
H
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo Victorinus.
I
Ignatius.
Innocentius Papa.
Irenæus.
Iſichius.
Iſidorus.
Iuſtinus Martyr.
L
Lactantius Firmianus.
Leo Magnus.
O
Occumenius.
Origenes.
P
Paſchaſius
Petrus Chryſologus
Philo Iudęus
R
Rabanus
Remigius
Ruffinus Aquileienſis
Rupertus
T
Tertullianus
Theodoretus
V
Victor Antiochenus
Vincentius Lirinenſis.

## Præfatio Nicolai de Lyra ordinis minorum in quatuor euangeliſtas.

Q*uatuor facies vni, Ezech.*1. Secundum quod ſcribit beatus Gregorius ſuper Ezech. prima parte Hom.3. Quia per faciem vnuſquiſq; cognoſcit, recte per faciē notitia deſignatur: Lex aūt ſeu doctrina euangelica licet ſit vna, quia ab vnigenito filio Dei data & ad vnū finē ordinata, vt videbitur inferius: tn̄ quadruplici notitia excellit omnem aliam legem datam humanam & diuinam, & ideo bene de ipſa dicitur. *Quatuor facies vni.*

Conditiones legis cuiuſcūque quatuor.

Ad cuius euidentiā aduertendū, quod cuiuſlibet legis cōuenienter datæ, ſunt quatuor conditiones. Legis.n. proprium eſt vitia extirpare. Mores ſeu actus hominum ordinare. Inducere ad felicitatem, ac plane & lucide tradere veritatem. In his autem quatuor conditionibus lex ſeu doctrina euangelica excellit omnem aliam legem diuinam & humanam, vt patebit diſcurrendo per ſingula.

Euāgelica lex omnes alias leges excellit. Prima cōditio. Lex humana defectiua eſt.

Prima igitur conditio legis eſt, ꝙ dēt vitia extirpare. Ad hoc.n. leges ſunt datæ, vt quos priuata caſtigatio cohibere non potuit, metu pęnarum quę legibus infliguntur, à maleficijs retrahantur. Propter quod dicit Apoſt. 1. ad Tim.1.b. *Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, & impijs, & peccatoribus ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis & fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus & periuris*: & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur. In hac aūt extirpatione vitiorum lex humana inuenitur de-

B fectiua, quia non poteſt prohibere oīa mala. Cuius ratio eſt, quia lex cōitati proponitur obſeruanda. In cōitate aūt pauci inueniuntur virtuoſi & perfecti & plures imperfecti & defectuoſi. & ideo ſicut pueris aliqn̄ permittuntur quæ non permitterentur viris perfectis, ita in legibus quæ cōitati ſeruandæ imponuntur, aliqua mala minora permittuntur vt maiora euitentur. Sicut lex ciuilis meretrices in ciuitatibus permittit, ne reſpublica pp imperfectionem multitudinis quę caſtitatē obſeruare non pōt, diſſenſionibus quæ pp libidinem inſurgerent, conturberur. vnde dicit Aug. in libro de ordine: Aufer meretrices à ciuitatibus & oīa conturbabis libidinibus. Veruntn̄ illa mala quæ bono modo auferre non poteſt, relinquit diuino iudicio puniendа. Vnde dicit Aug. 1. de libero arbitrio: Lex iſta quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit atq; impunita relinquit, quę per diuinam prouidentiam vindicantur. Similiter lex Moſaica diuinitus data aliqua mala permittit, ſicut permiſit dare libellum repudij. vt hr̄ Deut.24. ne viri vxores interficerent. Et tradere ad vſurā extraneis, ne fratres proprios grauarent, vt hr̄ Deut.24. Cuius ratio fuit, quia lex illa fuit data populo rudi duræ ceruicis & imperfecto ideo ſunt eis permiſſa aliqua mala minora, vt euitentur maiora. Propter quod Saluator Mat.19.a. dicit Iudæis de permiſſione libelli repudij. *Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes dimittere vxores veſtras*

Lex Moſaica defectiua eſt.

Sic igitur patet, ꝙ tam lex humana quam Moſaica permittit aliqua mala, & ſic quantum ad hoc eſt imperfecta. Sed lex euangelica nullum malum permittit tanquam perfectiſſima, ſed omnia excludit & punienda prædicit. propter quod legiſlator euangelicus Ieſus Chriſtus dicit Mat.12.c. *Dico autem vobis ꝙ de omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines ſuper terram reddent rationem in die iudicii*. ſi de omni

C verbo ocioſo, multo magis de nociuo. Et ſi de verbo, multo magis de facto. & ſic patet primum videlicet ꝙ lex euangelica præcedit omnē aliam legem in extirpatione malorum. Secundo ad legem pertinet mores ſeu actus humanos ad bonū ordinare. vnde dicit philoſophus 2. Ethi. Intentio cuiuſlibet legiſlatoris eſt ciues facere bonos. In hoc quoque inuenitur lex humana defectiua, quia homo non poteſt de ſecretis cordium iudicare, & ideo non poteſt lex humana niſi de actibus exterioribus ordinare. vnde dicitur 1. Reg. 16. b. *Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.* & ideo ad legem diuinam ſolam pertinet actus interiores ordinare. Sed & lex Moſaica inuenitur in hoc defectiua. propter quod dicitur à doctoribus antiquis quod lex vetus prohibebat manum, non animum, vt habetur in gloſ. ſuper epiſtola ad Phil.3.c. Quod dupliciter intelligi poteſt. Vno modo erronee, & ſic intelligebant doctores Iudæorū, dicentes voluntatem malam nō eſſe peccatum niſi aliquo modo exeat in actum, vt patet per Ioſephum.13. lib. antiquitatum. Et quando arguebatur contra eos, quia ſcriptum eſt Exod. 20.c. Non concupiſces vxorem proximi tui. Reſpondebant, ſic, ꝙ hoc præcepto non prohibetur concupiſcentia interior, ſed manifeſtatio exterior q.d. *Non concupiſces.* id eſt, ſigna concupiſcentiæ non facies, vt amplexus & oſcula vel conſimilia. Sed hoc manifeſte patet falſum, quia actus exterior non habet malitiam vel bonitatem moralem, niſi inquantum procedit ab actu interiori, quia peccatum intantum eſt voluntarium quod ſi non ſit voluntariū, non eſt peccatum. Alio modo intelligitur prædictum verbum. ſcilicet quod lex vetus prohibebat manum non animum, ſane & bene videlicet quod lex vetus in paucis prohibebat animum ſeu concupiſcentiam interiorem, videlicet in vitio mœchiæ & auaritiæ tantum. Et adhuc licet prohiberet in illis concupiſcentiā, non tamen tranſ-

Secunda conditio.

Lex vetus prohibebat manū non animum dupliciter intelligitur.

greſſoribus infligebat aliquam pœnam. & ideo in talibus inuenitur imperfecta Lex autem euangelica tanquam perfectiſſima generaliter prohibet concupiſcentiam malam, & concupiſcentibus indicit pœnam infligendam. propter quod Saluator Matth. 5. capit. dicit: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio.* & eodē modo dicit in alijs præceptis. Ex quo patet quod lex euāgelica non ſolū ordinat actus exteriores ſed generaliter actus ēt interiores, & ſic patet ſecundum. Tertio dico quod ad legem pertinet ad felicitatem homines inducere. Veruntamen lex humana non inducit niſi ad fęlicitatem politicam quæ eſt tranquillus & pacificus ſtatus ciuitatis in vita iſta mortali. Homo autem ſecundum intellectū qui eſt pars principalior hominis, immortalis eſt, vt dicitur.10. Ethi. & ideo oportet aliam fęlicitatem extra vitam illam aſſignare. Ad hāc autem lex diuina ordinat quod non poteſt facere lex humana. Per hoc enim neceſſitas ſacræ doctrinæ ab omnibus doctoribus aſſignatur, quia homo ad quandam beatitudinem ſuper naturalem ordinatur: ad quam per legem ſibi diuinitus reuelatam dirigitur. Veruntamen & in hoc lex Moſaica inuenitur defectiua quia beatitudo ſuper naturalis non habetur niſi per gratiam, ſecundum quod dicitur Rom.6.d. *Gratia Dei vita æterna.* Hanc autem gratiam lex Moſaica non dabat, ſed tantum ad ipſam diſponebat. propter hoc dicitur ad Hebr.7.c. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex.* Sed hanc perfectionē a Chriſto dandam expectabat, ſecundum quod ſcribitur Ioan.1.b. *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* propter quod Saluator in principio euangelicæ legis dicit Mat.3.a. *Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum, & ſic patet tertium.* E

D

Tertia conditio.

Quarta conditio.

Quarto ad legem pertinet veritatem plane ac lucide tradere. Cuius ratio eſt, quia lex proponitur multitudini intelligenda & ſeruanda. In multitudine autem plures ſunt deficientes ingenio, & pauci ſubtiles & ingenioſi. propter quod lex quæ multitudini proponitur, debet veritatem lucide ac plane tradere. in hoc autem inuenitur lex humana defectiua, quia ibi inueniuntur multæ obſcuritates & perplexitates. Quod patet propter legum multitudinem ac varietatem & mutationem & aliquarum abrogationem, vt patet intuenti iura ciuilia ac canonica. Similiter & in hoc deficit lex Moſaica, quia in velaminibus & figuris tradit veritatem de agibilibus & credendis. In cuius figura Moyſes velata facie loquebatur ad populum, vt habetur Exod.34. propter quod dicit Apoſtolus 1. Cor.10.cap. *Omnia in figura contingebant illis.* Sed lex euangelica in hoc inuenitur perfecta, quia veritas quæ in veteri Teſtamento in figuris latebat occulta, per euidentiam facti facta eſt manifeſta. In cuius ſignum in paſſione domini, quando myſteria nouæ legis fuerunt impleta, velum templi ſciſſum eſt in duo media, Luc.23. propter quod dicit Saluator Ioan. 16. ſcilicet. *Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palam de patre annunciabo vobis.* Et ſequitur. *Dicunt ei diſcipuli. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.* Et ſic patet quartum, videlicet quod lex euangelica excedit omnem aliam legem in tradendo plane ac lucide veritatem.

De his quatuor prædictis dicitur Pſal. 18 b. *Lex domini* id eſt, lex euangelica, quæ eſt domini noſtri Ieſu Chriſti. *Immaculata*, quia nullum vitium permittit. *Conuertens animas*, quia actus interiores animæ perfecte ordinat & diſponit. *Teſtimonium domini fidele*, quia fęlicitatem promiſſam efficaciter inducit. *Sapientiam præſtans paruulis*, quia veritatem capabilem omnibus lucide tradit. Igitur ſicut patet ex prædictis lex euangelica omnem aliam legem excellit in notitia quadruplici, ideo conuenienter dicitur de ipſa verbum aſſumptum. Quatur facies vni, quia per faciem notitia deſignatur. Ad cuius verbi vlteriorem intellectum ſciendum, quod in verbo propoſito notantur quatuor cauſæ huius euangelicæ doctrinæ. videlicet cauſa effectiua principalis, ſubiectiua ſeu materialis, finalis & formalis. Tres autem primæ cauſæ coincidunt in idem numero, vt patebit. ideo not. in hoc nomine, vni Cauſa autem formalis ſub facie quadruplici, cum dicitur. Quatuor facies. F

Quatuor cauſæ, euangel. doc.

Cauſa effectiua.

Ad euidentiam autem primi aduertendum, quod Chriſtus ſiue Deus incarnatus quod idem eſt, quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti in duplici natura, diuina videlicet & humana, ipſe eſt cauſa efficiens huius euangelicę doctrinę. Huius ratio eſt, quia in omnibus artibus videmus, quod architector per miniſtros diſponit materiam, ſed per ſeipſum introducit formam, ſicut carpentator per miniſtros facit lignorum dolationem, ſed per ſeipſum ipſius domus vel nauis compaginationem, vt habetur 1. Metaph. Lex autem vetus fuit diſpoſitio ad nouam, propter quod dicitur ad Gal.3.d. *Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto*, & ideo licet vtrunque teſtamentum ſit à Deo datum, tamē vetus teſtamentum fuit datum ab ipſo mediantibus angelis, vt habetur expreſſe Act.7.e. vbi dicitur. de Moyſe. *Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sinai & patribus noſtris qui accepit verba uitæ dare nobis*: quia tamen ille angelus in perſona Dei loquebatur Moyſi: Ideo aliquando nominatur angelus, aliquando dominus, ſecundum quod dicit B. Greg. 1. moral. Ex quo patet, quod vetus teſtamentum dedit dominus per miniſterium an-

gelorum. vnde Act. 7. g. poſt verba præmiſſa dicitur Iudæis. *Recepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis*, ſed nouum Teſta-
A mentum dedit dominus per ſeipſum incarnatum. Propter quod Auguſtin. in lib. de ſermone domini, exponens illud Matth. 5. a. *Et aperiens os ſuum, &c.* dicit. Tunc aperuit os ſuum qui in lege veteri aperiebat ora prophetarum & hoc eſt quod dicit Apoſt. ad Hebr. 1. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, &c.* Patet igitur quod Chriſtus eſt cauſa effectiua huius euangelicæ doctrinæ.

Cauſa materialis ſiue ſubiectiua euangelicæ doctrinæ.

Similiter ipſe eſt cauſa ſubiectiua ſeu materialis. Ad cuius euidentiam ſciendum, q idem eſt ſubiectũ totius ſcientiæ & partis, ſub alia tñ ratione. quia ſub ratione vniuerſali eſt ſubiectum totius ſcientiæ, ſub ratione autem determinata & particulari eſt ſubiectum in parte: ſicut patet in philoſophia naturali, vbi, Corpus mobile vniuerſaliter eſt ſubiectum: Corpus autem mobile animatum in libro de anima eſt ſubiectũ, & in libris ſeq. ad ipſum. Ita ſimiliter illud eſt quod ſubiectum, in tota ſacra ſcriptura ſub ratione generali debet aſſignari pro ſubiecto, in parte ipſius ſub ratione determinata & ſpeciali.

Theologiæ ſubiectũ nõ vniformiter a doctorib' aſſignatur.

De ſubiecto autẽ theologię duplex eſt opinio. Vna, ꝙ Chriſtus eſt ibi ſubiectum ſub ratione generali. & ſecundum hoc dicẽdũ eſſet ꝙ Chriſtus vt promiſſus, eſt ſubiectum in veteri Teſtamẽto. Et hoc manifeſte patet ex proceſſu legis & prophetarum, vt omnes doctores dixerunt, ꝙ vetus Teſtamentũ nõ eſt niſi diſpoſitio ad Chriſtum Chriſtus autem vt præſentialiter exhibitus, eſt ſubiectũ in nouo, vt patet ex proceſſu euãgeliſtarum & apoſtolorũ. Alia eſt opinio de ſubiecto ſacræ ſcripturæ, ſ. ꝙ Deus ſub ratione deitatis in cõi, eſt ſubiectũ ſa-
B cræ ſcripturæ, & per conſequens ſub ratione ſpeciali, eſt ſubiectũ legis euangelicæ, videlicet Deus inquãtum incarnatus, quod eſt idem ꝙ Chriſtus. Et ſic redit ad idẽ cum prima opi. ſ. ꝙ Chriſtus eſt nomẽ ſuppoſiti in natura duplici. ſ. humana & diuina. Et propter hoc Matthæus qui eſt primus in ordine euangeliſtarum intitulat euangeliũ ſuum de Chriſto tanquam de ſubiecto dicens. *Liber generationis Ieſu Chriſti, &c.* Similiter & alij euangeliſtæ non faciunt aliud niſi facta & doctrinã domini Ieſu Chriſti tradere. Ex quo patet ꝙ Chriſtus eſt ſubiectum.

Cauſa finalis.

Tertio dico, quod Chriſtus eſt cauſa finalis huius doctrinæ. Ad cuius euidentiam conſiderandũ, quod cuiuſlibet ſcientię duplex eſt finis. Vnus intrinſecus, & hic eſt cognitio proprij ſubiecti. Alius eſt finis extrinſecus, & hic eſt fęlicitas ad quam oĩs perfectio humana aliqualiter ordinatur. Sicut propoſito euangelicæ doctrinę duplex eſt finis. Vnus intrinſecus, qui eſt cognitio ipſius Chri enigmatica, quæ eſt per fidẽ, & habetur in via. Alius eſt finis intrinſecus, quæ eſt cognitio eius clara per apertam viſionẽ, quæ habetᷣ in patria: & hoc eſt quod dicitur Ioan. 20. g. *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quoniam Ieſus eſt Chriſtus filius Dei.* Hic eſt primus finis ſequitur. *Et vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Hic eſt ſecundus. Igitur patet ex prędictis, ꝙ Chriſtus eſt cauſa efficiens materialis & finalis huius doctrinæ euangelicæ. Et ideo iſtę tres cauſæ concurrunt in vnum numero: & ideo bene deſignantᷣ ſimul in hoc nomine: vni. Et de hoc poteſt accipi quod ſcribitur 1. Ioan. 5. b. *Hi tres vnum ſunt.* ſ. efficiẽs, ſubiectum & finis.

Cauſa formalis.

Secundo in verbo propoſito tangitur cã formalis ſub facie quadruplici, cum dicit. *Quatuor facies vni.* Ad cuius euidentiam conſiderandum, ꝙ duplex eſt forma ſciẽtiæ. ſ. forma tractãdi & forma tractatus. Forma tractãdi eſt modus agendi. Et iſte habet quatuor facies, quia quilibet euangeliſta quadruplicẽ notitiam tradit de
C Chriſto, videlicet, Notitiã humanitatis, quæ figuratur in facie hominis. Notitiã diuinitatis quæ figuratur in facie aquilæ deſuper ipſorũ quatuor: Notitiã ẽt ſui ſacerdotij quæ figuratᷣ in facie bouis, q erat aĩal immolaticium in lege: Notitiã ẽt ſui regni quæ no. in leone, qui eſt rex aĩalium. Vel in facie hominis, notitiã ſuæ conuerſationis & natiuitatis: in facie bouis, notitiã paſſionis: in facie leonis, notitiam, reſurrectionis, in facie aquilæ notitiã ſuæ aſcenſionis, & ideo bene dr̃ ꝙ quatuor facies vni. De hoc autem bene poteſt exponi ꝙ dicit Eze. 1. c. *Cumque aſpicerem animalia, apparuit rota vna habens quatuor facies.*

Ezechielis viſio quatuor euangeliſtis aptatur.

Iſta animalia ſunt quatuor euangelia ſeu quatuor euangeliſtæ quæ aliquando dicuntur quatuor aliquando vnum. Licet enim Matthęus principaliter verſetur circa humanitatem, Ioannes circa diuinitatẽ, Lucas circa ſacerdotium: Marcus circa regnũ, quilibet tñ ipſorum iſta quatuor cõſiderat. Vnde dicit B. Greg. ſuper Ezec. Hom. 1. Si q̃ras, quid Matthæus circa incarnationẽ domini ſenſerit. Hoc inuenis quod Marcus Lucas & Ioannes, & ſic de alijs. Et ſequitur. Quicquid in vno inueneris, hoc ſimul in quatuor recognoſces. Dicit ergo. *Cumque aſpicerem animalia.* i. quatuor euangelia, quia doctrina euãgelica

Rotæ cõparatur doctrina euangelica.

præ alijs doctrinis eſt intẽte ac diligenter cõſiderãda, quia ibi cõſiſtit vita ſecundum quod ſcribitur Ioan. 6. g. *Verba quæ ego loquor vobis ſpiritus ſunt & vita.* Propter quod dicitur Io. 5. f. *Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitam habere, quia illę ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.* Apparuit vna rota. Iſta rota quę eſt circularis figurę, eſt doctrina euangelica, in qua coniungitur finis principio. ſ. natura humana quæ ſcribitur vltimo facta Gen. 1. & tamen in Chriſto qui eſt ſubiectũ huius doctrinæ eſt cõiuncta ipſi Deo. Itẽ circulus eſt figura perfectiſſima, propter quod ſignificat legem euangelicam, in qua imperfectio cuiuſlibet alterius eſt ſuppleta. Sed dicitur habere
D quatuor facies propter quadruplicem notitiam Chriſti, quam deſcribit quilibet euangeliſta. Et ſic apparet forma tractandi. Forma autem tractatus eſt diuiſio ſcientiæ per libros partiales. iſta notificatur per quatuor prædictas facies. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quod partes alicuius totius heterogenei debent adinuicem habere diſtinctionem, connexionem & ordinem, aliter non eſſent partes actu.

Euangeliſtarũ ſiue euangeliorũ, diſtinctio connexio & ordo.

Diſtinctio autem euangeliſtarum quatuor, connexio, & ordo, conuementer deſignatur in quatuor faciebus prædictis. Ad cuius intellectum attendenda eſt breuiter viſio imaginaria Ezechielis prophetæ. Videbat enim quatuor facies in vno corpore, ita quod corpus erat quaſi rectum, ſicut corpus hominis habens ſecundum longitudinem quatuor latera vel ſuperficies: & ideo in ſummitate illius corporis erant quatuor capita, in quolibet latere erat vnum caput. ſcilicet caput hominis in latere vel ſuperficie anteriori, caput aquilæ in oppoſita ſcilicet in poſteriori parte, caput leonis in dextera parte, caput bouis in ſiniſtra. Quod autem dicitur Ezec. 1. *Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, hoc eſt, quia collum aquilæ eſt longius, & ideo caput aquilæ ſupereminebat alijs, & per conſequens habebat illud corpus aſpectum ad quatuor partes oppoſitas, quia poſteriora capitum erant coniuncta interius, & anteriora ſeu facies capitum erant prominentia exterius. Similiter in illo corpore erant quatuor tibię, & non habebant flexionem magis ad vnam partem quam ad aliam, ſicut ſi genu hominis eſſet flexibile æqualiter ad omnem partem indifferenter, & propter hoc dicuntur pedes eorum pedes recti. Et accipitur ibi pes pro tota longitudine à crure vſque ad plantam pedis. E
Ex prædictis patet, quod illud animal poterat ire ad quatuor partes oppoſitas ſine ſui conuerſione, quia habebat aſpectum ad quatuor partes oppoſitas per quatuor facies, & pedes ſimiliter flexibiles ęqualiter ad quatuor partes. Et hoc eſt quod dicitur in textu, quod per quatuor partes illorum ibant, nec reuertebantur cum ambularent, quia per quatuor partes poterant ambulare ſine illius corporis conuerſione. Ex iſtis apparet diſtinctio euangeliorum, connexio & ordo eorum. Per hoc enim quod erant capita diſtincta apparet euangeliorum diſtinctio. In capite enim hominis vel facie deſignatur euangelium Matthæi, quod principaliter verſatur circa humanitatem. In facie aquilæ euangelium Ioannis quod deſcribit præcipue ipſius diuinitatem. In facie bouis euangelium Lucæ, quod deſcribit Chriſti ſacerdotium, in facie leonis euangelium Marci, quod deſcribit ipſius regnum, ſicut ſupra dictum eſt. Vel aliter in facie hominis generatio, in facie bouis paſſio, in facie leonis reſurrectio, in facie aquilæ aſcenſio. Quia licet prædicta ab omnibus euangeliſtis cõſiderentur, quilibet tamẽ illorum circa vnum principaliter verſatur. vt ſupra declaratũ eſt. Similiter ex prædictis faciebus denotatur connexio euãgeliorum, & ideo illa quatuor capita erant in vno corpore coniuncta, & per conſequens procedente vna facie aliæ ſequebantur, quia quod in vno euangelio narratur, per alia tria euangelia probatur, quia ibi idem factum vel conſimile narratur, ſicut Ioannes euangeliſta ſolus narrat illuminationem cęci nati, alij autem narrant de multis alijs cęcis illuminatis, quod eſt eiuſdem poteſtatis.

Similiter in prædictis faciebus apparet ordo euangeliorum. Sic enim ſtabat illud corpus habens quatuor facies in aſpectu prophetę, quod facies hominis erat ſibi directe oppoſita, facies leonis ad dexte- F
ram partem illius animalis. facies autem bouis ad ſiniſtram, caput aquilæ in parte poſteriori, quia tamen collum aquilæ eſt longius, ideo ſupereminebat cęteris, ideo dicitur facies aquilæ deſuper ipſorũ quatuor. Iſto ergo modo ordinãtur euangelia, quia primo ponitur euangelium Matthæi, ſicut facies hominis primo opponebatur aſpectui prophetæ, & ſecundo loco euangeliũ Marci, quia dextera pars prior eſt quam ſiniſtra, & tertio euangelium Lucæ, & quarto euangelium Ioannis, quia facies aquilæ erat in poſteriori parte, & hoc eſt quod dicitur Ezech. 1. Similitudo vultus eorum facies hominis & facies leonis a dextris ipſorum quatuor, & facies bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Secundum enim ordinem euangeliorum ponitur hic ordo iſtarum facierum. Igitur quia euangelium Matthæi quod primo loco ponitur, in facie hominis figuratur ideo de ipſo poteſt dici ante faciem hominis ſimilitudo alterius hominis.

Homo.

Homo eſt enim animal rationale manſuetum & ciuile, & ideo ſignificat Matthæum euangeliſtam, qui vixit rationabiliter, manſuete & ciuiliter, non ciuilitate politica, ſed illa ciuilitate qua efficimur ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuper ædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ſecundum quod dicit Apoſtolus ad Eph. 2. Dicit igitur. *Ante faciem hominis*, quia ante conſiderationem euangeliſtæ Matthęi, ſicut obiectum proprium eſt polita ſimilitudo alterius hominis ideſt Chriſti, cuius præcipue conſiderat humanitatem. Et bene dicitur Chriſtus alter homo quia fuit alter ab omnibus alijs hominibus, quia omnes alij proceſſerunt de radice peccati, iſte autem ſolus innocens, per quem ad iuſtitiam ſunt alij reducti, ſecundum quod ſcribitur ad Roma. 5. d. *Sicut per unius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius hominis obedientiam iuſti conſtituentur multi*, hic in præſenti inchoatiue per gratiam, & in futuro per gloriam quæ eſt gratia conſummata.

EPISTO-

# A EPISTOLA BEATI HIERONYMI D
## ad Damaſum Papam in quatuor Euangeliſtas incipit.

BEatiſſimo Papæ Damaſo, Hieronymus, Nouum opus me facere cogis ex veteri, vt poſt exemplaria ſcripturarũ toto orbe diſperſa quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe variant, quæ ſint illa, quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris ipſum ab omnibus iudicandum: ſenis mutare linguam, & caneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen aſſumpſerit, & a ſaliua quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat: nõ ſtatim erumpat in vocem, me falſarium, me clamans eſſe ſacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quam inuidiam duplex cauſa me conſolatur: quod & tu qui ſũmus ſacerdos es, fieri iubes: & verum nõ eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides eſt adhibẽ-
B da, reſpondeant quibus. tot enim ſunt exemplaria penè quot codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originẽ reuertentes, ea quę vel a vitioſis interpretibus male edita, vel a præſumptoribus imperitis emendata peruerſius, vel a librarijs dormitãtibus aut addita ſũt aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri diſputo Teſtamento, quod a ſeptuaginta ſeniorib. in Græcam linguam verſum tertio gradu ad nos vſq; peruenit: Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant, quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat: ſit illa vera interpretatio, quam apoſtoli probauerunt. De nouo nũc loquor teſtamento, quod Græcum eſſe non dubium eſt, excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Chriſti Hebraicis literis edidit: hoc certò cum in noſtro ſermone diſcordat, & in diuerſos riuulorum tramites ducit, vno de fonte quærendum eſt. Prætermitto eos codices, quos a Luciano & Eſychio nuncupatos paucorum hominum aſſerit peruerſa contentio: quibus vtique nec in toto veteri inſtrumento poſt ſeptuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendaſſe, cum multarum gentiũ linguis ſcriptu-
C ra ante tranſlata doceat falſa eſſe quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelia, quorũ ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicum Gręcorum emendata collatione, ſed & veterum quæ nec multum a lectionis latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo imperauimus, vt his tantum quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerãt. Canones quoque quos Euſebius Cæſarienſis epiſcopus Alexandrinum ſequutus Ammonium in decem numeros ordinauit, ſicut in Græco habentur expreſſimus. Quòd ſi quis de curioſis voluerit noſſe quę in Euangeliis vel eadem, vel vicina, vel ſola ſint, eorum diſtinctione cognoſcet. Magnus ſi quidem hic in noſtris codicibus error inoleuit, dum quod in eadẽ re alius Euangeliſta plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt: vel eundem dum ſenſum alius aliter expreſſit, ille qui vnum è quatuor primum legerat, ad eius exemplum cęteros quoque æſtimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta ſint omnia, & in Marco plura Lucę atque Matthæi. Rurſum in Matthæo plura Iohannis & Marci: & in cæteris reliquorum quæ in alijs propria ſunt inueniantur. Cùm itaque canones
legeris, qui ſubiecti ſunt, confuſionis errore ſubla- E
to, & ſimilia omnium ſcies, & ſingulis ſua quæque reſtitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes. In ſecundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Iohannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Iohannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthæus, Iohannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Iohannes. In decimo propria vnuſquiſque quę non habentur in alijs, ediderunt. Singulis verò Euangelijs ab vno incipiens vſque ad finem librorum diſpar numerus accreſcit, Hic nigro colore perſcriptus ſub ſe habet alium ex minio diſcolorem numerum qui ad decem vſq; procedẽs indicat prior numerus in quo ſit canone requirendus. Cum ergo aperto codice (verbi gratia) illud ſiue illud capitulum ſcire volueris cuius canonis ſit, ſtatim ex ſubiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum eſt diſtincta congeries, eodemque ſtatim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum eiuſdẽ Euangeliſtæ, qui & ipſe ex inſcriptione ſignatur, inuenies, atque è vicino cæterorum tramitibus inſpectis quos numeros e regione habeant annotabis: & cum ſcieris, recurres ad volumina ſingulorum,
& ſine mora repertis numeris quos ante ſignaue- F
ras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in Chriſto valeas & memineris mei Papa beatiſſime.

# CANON I.

| Canon primus, in quo quatuor, | | | | Canon primus, in quo quatuor, | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Matthæus | Marcus | Lucas | Ioannes. | Matthæus | Marcus | Lucas | Ioannes. |
| 8 | 2 | 7 | 10 | 384 | 165 | 266 | 67 |
| 11 | 4 | 10 | 6 | 289 | 170 | 275 | 126 |
| 11 | 4 | 10 | 12 | 291 | 172 | 279 | 156 |
| 11 | 4 | 10 | 14 | 294 | 175 | 281 | 161 |
| 11 | 4 | 10 | 28 | 295 | 176 | 282 | 57 |
| 14 | 5 | 13 | 35 | 295 | 176 | 282 | 42 |
| 23 | 27 | 17 | 46 | 300 | 181 | 285 | 158 |
| 23 | 27 | 34 | 46 | 300 | 181 | 285 | 79 |
| 23 | 27 | 45 | 46 | 302 | 183 | 287 | 160 |
| 70 | 20 | 37 | 38 | 304 | 184 | 289 | 170 |
| 87 | 139 | 250 | 141 | 306 | 187 | 290 | 162 |
| 98 | 96 | 116 | 220 | 306 | 187 | 290 | 174 |
| 98 | 96 | 116 | 111 | 310 | 191 | 297 | 69 |
| 98 | 96 | 116 | 40 | 313 | 194 | 294 | 172 |
| 98 | 86 | 116 | 144 | 314 | 195 | 291 | 166 |
| 98 | 96 | 116 | 129 | 314 | 195 | 291 | 168 |
| 98 | 96 | 116 | 131 | 315 | 196 | 292 | 175 |
| 133 | 37 | 77 | 109 | 318 | 199 | 300 | 176 |
| 141 | 50 | 19 | 59 | 320 | 200 | 302 | 178 |
| 142 | 51 | 21 | 35 | 325 | 204 | 310 | 184 |
| 147 | 64 | 93 | 49 | 326 | 205 | 311 | 188 |
| 166 | 82 | 94 | 74 | 326 | 205 | 313 | 194 |
| 209 | 119 | 234 | 100 | 328 | 206 | 214 | 196 |
| 211 | 121 | 238 | 21 | 331 | 209 | 315 | 197 |
| 210 | 122 | 239 | 85 | 332 | 210 | 318 | 197 |
| 220 | 129 | 242 | 88 | 334 | 212 | 321 | 201 |
| 220 | 222 | 261 | 77 | 335 | 214 | 324 | 199 |
| 244 | 139 | 250 | 141 | 336 | 215 | 317 | 198 |
| 244 | 139 | 250 | 146 | 336 | 215 | 319 | 198 |
| 274 | 156 | 260 | 20 | 343 | 223 | 329 | 204 |
| 274 | 156 | 206 | 48 | 348 | 227 | 332 | 206 |
| 274 | 156 | 260 | 96 | 349 | 228 | 333 | 208 |
| 276 | 158 | 74 | 98 | 352 | 231 | 336 | 209 |
| 280 | 162 | 269 | 122 | 352 | 231 | 336 | 211 |
| 284 | 165 | 266 | 55 | | | | |
| 274 | 165 | 266 | 63 | | Finis | canonis | primi. |
| 264 | 165 | 266 | 65 | | | | |

# CANON II.

Canon ſecundus, in quo tres,

| Matthæus | Marcus | Lucas |
|---|---|---|
| 15 | 6 | 15 |
| 21 | 10 | 32 |
| 31 | 102 | 185 |
| 32 | 39 | 133 |
| 32 | 39 | 79 |
| 50 | 41 | 56 |
| 62 | 13 | 4 |
| 62 | 13 | 24 |
| 63 | 18 | 33 |
| 67 | 15 | 26 |
| 69 | 47 | 83 |
| 71 | 21 | 38 |
| 72 | 22 | 39 |
| 72 | 22 | 186 |
| 73 | 23 | 40 |
| 74 | 49 | 85 |
| 76 | 52 | 169 |
| 79 | 29 | 86 |
| 80 | 30 | 44 |
| 82 | 53 | 87 |
| 82 | 53 | 110 |
| 83 | 54 | 88 |
| 83 | 54 | 112 |
| 85 | 55 | 114 |
| 85 | 55 | 88 |
| 88 | 41 | 148 |
| 88 | 141 | 251 |
| 92 | 40 | 80 |
| 94 | 86 | 97 |
| 94 | 86 | 146 |
| 103 | 1 | 70 |
| 114 | 24 | 41 |
| 116 | 25 | 42 |
| 116 | 25 | 265 |
| 116 | 25 | 177 |
| 121 | 32 | 127 |
| 122 | 33 | 129 |
| 123 | 34 | 147 |
| 130 | 35 | 82 |
| 131 | 36 | 76 |
| 135 | 38 | 78 |
| 137 | 44 | 167 |
| 143 | 57 | 90 |
| 144 | 59 | 12 |
| 149 | 66 | 43 |
| 149 | 66 | 53 |
| 153 | 69 | 63 |
| 164 | 79 | 144 |
| 168 | 83 | 95 |
| 168 | 83 | 206 |
| 170 | 85 | 96 |
| 172 | 87 | 98 |
| 174 | 91 | 99 |
| 176 | 93 | 101 |
| 178 | 95 | 102 |
| 178 | 95 | 217 |

Canon ſecundus in quo tres,

| Matthæus | Marcus | Lucas. |
|---|---|---|
| 179 | 99 | 197 |
| 190 | 105 | 195 |
| 192 | 106 | 216 |
| 192 | 107 | 121 |
| 193 | 107 | 218 |
| 194 | 108 | 152 |
| 194 | 108 | 219 |
| 195 | 109 | 220 |
| 198 | 110 | 221 |
| 199 | 111 | 273 |
| 201 | 112 | 222 |
| 203 | 114 | 270 |
| 205 | 116 | 224 |
| 206 | 117 | 232 |
| 208 | 118 | 233 |
| 217 | 127 | 240 |
| 219 | 128 | 241 |
| 223 | 130 | 243 |
| 225 | 134 | 245 |
| 226 | 133 | 244 |
| 229 | 135 | 137 |
| 229 | 135 | 246 |
| 242 | 137 | 257 |
| 242 | 137 | 248 |
| 243 | 138 | 249 |
| 248 | 143 | 209 |
| 248 | 143 | 253 |
| 249 | 144 | 254 |
| 251 | 146 | 255 |
| 253 | 148 | 204 |
| 258 | 150 | 257 |
| 259 | 151 | 258 |
| 264 | 155 | 256 |
| 269 | 154 | 228 |
| 271 | 42 | 230 |
| 278 | 160 | 263 |
| 281 | 163 | 268 |
| 285 | 166 | 265 |
| 285 | 166 | 267 |
| 296 | 177 | 280 |
| 296 | 177 | 284 |
| 301 | 182 | 286 |
| 308 | 189 | 305 |
| 312 | 193 | 299 |
| 316 | 197 | 293 |
| 317 | 198 | 295 |
| 322 | 202 | 309 |
| 338 | 218 | 322 |
| 339 | 219 | 325 |
| 340 | 220 | 327 |
| 342 | 222 | 323 |
| 344 | 224 | 328 |
| 346 | 225 | 330 |
| 353 | 232 | 337 |
| 354 | 233 | 337 |
| Finis | canonis | ſecundi. |

# CANON III. IIII.

Canon tertius, in quo tres,
Matthæus Lucas Ioannes.

| Matthæus | Lucas | Ioannes |
|---|---|---|
| 1 | 14 | 1 |
| 1 | 14 | 3 |
| 1 | 14 | 5 |
| 7 | 6 | 2 |
| 7 | 6 | 25 |
| 59 | 63 | 116 |
| 64 | 65 | 37 |
| 90 | 58 | 118 |
| 90 | 58 | 139 |
| 97 | 111 | 105 |
| 111 | 119 | 30 |
| 111 | 119 | 148 |
| 111 | 119 | 114 |
| 112 | 119 | 44 |
| 112 | 119 | 8 |
| 112 | 119 | 61 |
| 112 | 119 | 76 |
| 112 | 119 | 87 |
| 112 | 119 | 90 |
| 112 | 119 | 154 |
| 112 | 119 | 142 |
| 146 | 92 | 47 |
| Finis | canonis | tertij. |

Canon quartus in quo tres,
Matthæus Marcus Ioannes.

| Matthæus | Marcus | Ioannes |
|---|---|---|
| 18 | 8 | 26 |
| 117 | 26 | 93 |
| 117 | 26 | 65 |
| 150 | 67 | 51 |
| 161 | 77 | 23 |
| 161 | 77 | 53 |
| 204 | 115 | 91 |
| 204 | 115 | 235 |
| 216 | 125 | 128 |
| 216 | 125 | 133 |
| 216 | 125 | 137 |
| 216 | 125 | 150 |
| 277 | 159 | 98 |
| 279 | 161 | 72 |
| 279 | 161 | 121 |
| 287 | 168 | 152 |
| 293 | 174 | 107 |
| 297 | 178 | 70 |
| 299 | 180 | 103 |
| 307 | 188 | 164 |
| 321 | 201 | 180 |
| 321 | 201 | 192 |
| 323 | 203 | 183 |
| 329 | 207 | 185 |
| 329 | 207 | 187 |
| 333 | 211 | 103 |
| Finis | canonis | quarti. |

# CANON V. VI.

Canon V. in quo duo Matthæus Lucas.

| Matthæus | Lucas |
|---|---|
| 3 | 2 |
| 10 | 8 |
| 12 | 11 |
| 16 | 16 |
| 15 | 46 |
| 26 | 47 |
| 28 | 48 |
| 30 | 49 |
| 34 | 194 |
| 36 | 162 |
| 38 | 53 |
| 40 | 52 |
| 41 | 55 |
| 43 | 123 |
| 46 | 153 |
| 47 | 134 |
| 48 | 191 |
| 49 | 150 |
| 51 | 59 |
| 53 | 125 |
| 54 | 54 |
| 55 | 170 |
| 57 | 61 |
| 58 | 60 |
| 60 | 171 |
| 61 | 64 |
| 65 | 172 |
| 66 | 66 |
| 68 | 105 |
| 78 | 108 |
| 84 | 111 |
| 86 | 109 |
| 93 | 145 |
| 95 | 160 |
| 96 | 182 |
| 96 | 184 |
| 102 | 69 |
| 104 | 71 |
| 105 | 193 |
| 107 | 73 |
| 108 | 115 |
| 110 | 118 |
| 119 | 126 |
| 125 | 62 |

Canon V. in quo duo, Matthæus Lucas.

| Matthæus | Lucas |
|---|---|
| 127 | 128 |
| 128 | 132 |
| 129 | 130 |
| 132 | 81 |
| 134 | 120 |
| 138 | 168 |
| 156 | 57 |
| 158 | 226 |
| 162 | 261 |
| 175 | 200 |
| 182 | 187 |
| 182 | 189 |
| 183 | 198 |
| 187 | 199 |
| 197 | 272 |
| 213 | 235 |
| 221 | 181 |
| 228 | 139 |
| 231 | 179 |
| 231 | 115 |
| 232 | 142 |
| 234 | 136 |
| 236 | 135 |
| 237 | 138 |
| 238 | 140 |
| 240 | 141 |
| 241 | 175 |
| 255 | 202 |
| 256 | 205 |
| 257 | 213 |
| 261 | 207 |
| 262 | 212 |
| 265 | 257 |
| 260 | 155 |
| 267 | 158 |
| 270 | 229 |
| 272 | 231 |

Finis.

Canon VI. in quo duo, Matthæus Marcus.

| Matthæus | Marcus |
|---|---|
| 9 | 3 |
| 17 | 7 |
| 20 | 9 |
| 22 | 11 |
| 44 | 126 |
| 77 | 63 |
| 100 | 98 |
| 139 | 45 |
| 145 | 60 |
| 148 | 65 |
| 152 | 68 |
| 154 | 71 |
| 157 | 72 |
| 159 | 73 |
| 160 | 76 |
| 163 | 78 |
| 165 | 80 |
| 169 | 84 |
| 173 | 89 |
| 180 | 100 |
| 189 | 103 |
| 202 | 113 |
| 214 | 120 |
| 215 | 124 |
| 224 | 131 |
| 246 | 140 |
| 247 | 142 |
| 250 | 145 |
| 252 | 147 |
| 254 | 149 |
| 260 | 152 |
| 263 | 153 |
| 275 | 157 |
| 282 | 164 |
| 276 | 167 |
| 288 | 169 |
| 290 | 171 |
| 292 | 173 |
| 298 | 179 |
| 305 | 185 |
| 309 | 190 |
| 311 | 192 |
| 330 | 208 |
| 337 | 217 |
| 341 | 221 |
| 347 | 226 |
| 350 | 229 |

Finis.

# CANON VII. VIII. IX.

| Canon VII. in quo duo, Matthæus | Ioannes. | Canon VIII. in quo duo, Lucas | Marcus. | Canon IX. in quo duo, Lucas. | Ioannes. |
|---|---|---|---|---|---|
| 5 | 83 | 23 | 12 | 30 | 219 |
| 19 | 19 | 25 | 14 | 30 | 222 |
| 19 | 32 | 27 | 16 | 262 | 113 |
| 19 | 34 | 27 | 28 | 262 | 114 |
| 120 | 81 | 28 | 17 | 274 | 227 |
| 185 | 215 | 84 | 48 | 274 | 229 |
| 207 | 101 | 89 | 56 | 274 | 231 |
| | | 91 | 61 | 303 | 182 |
| | | 100 | 75 | 303 | 186 |
| | | 103 | 97 | 303 | 190 |
| | | 247 | 136 | 307 | 182 |
| | Finis. | 277 | 215 | 307 | 186 |
| | | 335 | 230 | 307 | 190 |
| | | 340 | 234 | 312 | 186 |
| | | | | 312 | 190 |
| | | | | 312 | 182 |
| | | | Finis. | 340 | 213 |
| | | | | 341 | 217 |
| | | | | 341 | 221 |
| | | | | 342 | 223 |
| | | | | 342 | 225 |
| | | | | | Finis. |

# CANON X.

Canon decimus, in quo ſinguli proprie ſcripſerunt.

| Matthæus | Matth. | Marcus | Lucas | Lucas | Ioannes | Ioannes | Ioannes. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 196 | 19 | 1 | 214 | 4 | 81 | 157 |
| 4 | 200 | 31 | 3 | 223 | 7 | 84 | 159 |
| 6 | 210 | 43 | 5 | 225 | 9 | 86 | 163 |
| 13 | 212 | 46 | 9 | 227 | 11 | 89 | 165 |
| 24 | 218 | 58 | 18 | 236 | 13 | 92 | 167 |
| 27 | 222 | 62 | 20 | 252 | 16 | 94 | 169 |
| 29 | 227 | 70 | 22 | 256 | 18 | 97 | 171 |
| 33 | 230 | 74 | 29 | 259 | 22 | 99 | 173 |
| 35 | 233 | 81 | 31 | 264 | 24 | 102 | 177 |
| 37 | 235 | 88 | 50 | 271 | 27 | 104 | 179 |
| 39 | 229 | 90 | 51 | 273 | 29 | 106 | 181 |
| 42 | 245 | 92 | 67 | 276 | 31 | 108 | 189 |
| 45 | 268 | 94 | 68 | 278 | 33 | 110 | 191 |
| 52 | 273 | 101 | 72 | 283 | 36 | 112 | 193 |
| 56 | 283 | 104 | 75 | 288 | 39 | 115 | 195 |
| 75 | 303 | 123 | 104 | 296 | 41 | 117 | 200 |
| 81 | 319 | 132 | 106 | 298 | 43 | 119 | 202 |
| 89 | 324 | 186 | 107 | 301 | 45 | 123 | 205 |
| 91 | 327 | 213 | 113 | 304 | 50 | 125 | 207 |
| 99 | 345 | 235 | 117 | 306 | 52 | 127 | 210 |
| 101 | 351 | | 122 | 308 | 54 | 130 | 212 |
| 106 | 355 | Finis. | 124 | 316 | 56 | 132 | 214 |
| 109 | | | 131 | 320 | 58 | 134 | 216 |
| 113 | Finis. | | 143 | 326 | 60 | 136 | 218 |
| 115 | | | 149 | 331 | 62 | 138 | 220 |
| 118 | | | 151 | 334 | 64 | 140 | 224 |
| 124 | | | 154 | 339 | 66 | 143 | 226 |
| 126 | | | 159 | 343 | 68 | 145 | 228 |
| 136 | | | 163 | | 71 | 147 | 230 |
| 140 | | | 164 | Finis. | 73 | 149 | 232 |
| 151 | | | 166 | | 75 | 151 | |
| 155 | | | 174 | | 78 | 153 | Finis. |
| 167 | | | 176 | | 80 | 155 | |
| 171 | | | 178 | | | | |
| 177 | | | 180 | | | | |
| 181 | | | 183 | | | | |
| 184 | | | 188 | | | | |
| 186 | | | 190 | | | | |
| 188 | | | 192 | | | | |
| 191 | | | 196 | | | | |
| | | | 201 | | | | |
| | | | 203 | | | | |
| | | | 208 | | | | |
| | | | 210 | | | | |

A

# INCIPIT PROLOGVS Sancti Hieronymi ad Euſebium.

D

PLures fuiſſe qui Euangelia ſcripſerunt, & Lucas Euangeliſta teſtatur dicens. Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationẽ rerum, quæ in nobis completæ ſunt, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt ſermonem, & miniſtrauerunt ei: & perſeuerantia vſque ad præſens tempus monimenta declarant, quę à diuerſis auctoribus edita diuerſarum hęreſum fuere principia, vt eſt illud iuxta Ægyptios & Thomam & Matthiam & Bartholomęum: duodecim quoque Apoſtolorum, & Baſilidis atque Apellis ac reliquorum quos enumerare longiſſimum eſt: cum hoc tantum in præſentiarum neceſſe ſit dicere, extitiſſe quoſdam qui ſine ſpiritu & gratia Dei conati ſunt magis ordinare narrationem, quam hiſtoriæ texere veritatem. Quibus iure poteſt illud

Ezec.13.a. propheticũ coaptari: Vę qui prophetabant de corde ſuo, qui ambulant poſt ſpiritum ſuũ, qui dicunt: Hæc dicit dominus, & dominus non miſit eos. De quibus & Saluator in Euangelio Iohãnis loquitur:

Ioh.10.b. Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt & latrones.

B Qui venerunt, nõ qui miſſi ſunt. Ipſe enim ait: Veniebant & ego nõ mittebam eos. Inuenientibus præſumptio temeritatis, in miſſis obſequium

Cant.1. ſeruitutis eſt. Eccleſia autem quæ domini voce ſupra petram fundata eſt, quam introduxit rex in cubiculum ſuum, & ad quam per foramen deſceſſionis occultæ miſit manum ſuam, ſimilis damulæ hinnuloque ceruorum, quatuor flumina paradiſi inſtar eructãs quatuor & angulos & anulos habet: per quos quaſi arcam teſtamenti & cuſtos legis domini lignis immobilibus vehitur. Primus omnium Matthæus eſt publicanus, cognomento Le-

C ui, qui Euangelium in Iudæa Hebræo ſermone edidit, ob eorum vel maxime cauſam, qui in Ieſum crediderant ex Iudæis: & nequaquam legis vmbrã ſuccedẽte Euangelij veritatẽ ſeruabant. Secũdus, Marcus interpres apoſtoli Petri, & Alexandrinæ eccleſię, primus epiſcopus, qui dominum quidem Saluatorem ipſe non vidit, ſed ea quæ audierat magiſtrum prędicantem, iuxta fidem magis geſtorum narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochenſis, cuius laus in

1.Cor.8.d. Euangelio, qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli in Achaiæ Bœotiæque partibus volumen condidit, quædam altius repetens, & vt ipſe in procœmio confitetur, audita magis quàm viſa deſcribens. Vltimus, Iohannes apoſtolus & Euangeliſta, quem

Ioh.13.c.& 21.f. Ieſus plurimum amauit, qui ſuper pectus domini

Ioh.19.c. recumbens puriſſima doctrinarum fluenta potauit, & qui ſolus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cum eſſet in Aſia, & iam tunc hæreticorum ſemina pullularent, Cherinthi & Hebionis, & cęterorũ qui negãt Chriſtum in carne veniſſe, quos & ipſe in epiſtola ſua Antichriſtos vocat, & 2.Ioh.b.

apoſtolus Paulus frequenter percutit, coactus ab omnibus pene tunc Aſiæ epiſcopis, & multarum eccleſiarum legationibus de diuinitate Saluatoris altius ſcribere: & ad ipſum (vt ita dicam) Dei verbum non tam audaci quàm fœlici temeritate prorumpere, vt eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cum à fratribus cogeretur vt ſcriberet, ita facturũ ſe reſpondiſſe, ſi indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto reuelatione ſaturatus, in illud procœmium è cælo veniens eructauit, In principio erat verbum & verbũ erat apud Ioh.1.a.

Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio Ezech.1.b.

apud Deum. Hęc igitur quatuor Euangelia multo ante prędicta, Ezechielis quoque volumẽ probat, in quo prima viſio ita contexitur. Et in medio ſimilitudo quatuor animalium & vultus eorum. Facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filii Abraham. Secunda Marcũ, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur. Vox clamantis in deſerto, parate viam domini, rectas facit ſemitas eius. Tertia vituli, quæ Euangeliſtam Lucam à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initium præfigurat. E

Quarta Iohannem Euangeliſtam, qui aſſumptis pennis aquilæ, & ad altiora feſtinans, de verbo Dei diſputat. Cætera quæ ſequuntur in eundẽ ſenſum proficiunt. Crura eorũ recta & pennati pedes, Ezech.1.

& quocunque ſpiritus ibat, ibant, & non reuertebantur. Et dorſa eorum plena oculis, & ſcintillæ ac lampades in medio diſcurrentes. & rota in rotã, & in ſingulis quatuor facies. Vnde & Apoc Iohan. Apoc.4.a.

poſt expoſitionẽ 24. ſeniorum qui tenentes citharas & phiales adorant Agnum Dei, introducit fulgura atque tonitrua, & 7. ſpiritus decurrentes, & mare vitreum, & 4. animalia plena oculis, dicens. Animal primum ſimile leoni, & ſecundum ſimile vitulo, & tertium ſimile homini, & quartum ſimile aquilæ volanti. Et poſt paululum. Plena (inquit) erant oculis, & requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt & qui venturus eſt. Quibus cunctis perſpicue oſtenditur, 4. debere tantum Euangelia ſuſcipi, & omnes apocryphorum nenias, mortuis magis hæreticis quàm eccleſiaſticis viuis canendas. F

INCI-

A

# INCIPIT ARGVMENTVM SANCTI HIERONYMI IN EUANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

D

Modus tractandi talis eſt. Prius genealogiam Chriſti deſcribit, diſtinguens eam per tres teſſeradecades, poſt ait de nutritura Saluatoris, & de aduentu Magorũ in Bethleem, & de occiſione paruulorum, deinde de baptiſmo Chriſti, & ieiunio quadraginta dierum, & de tentatione triplici. Poſtea de doctrina eius, ſcilicet de ſermone habito in mõte, deinde geſta, & miracula Chriſti exponit. Tandem de paſſione reſurrectióne, & aſcenſione agit. Huic autem libro Hieron. prologũ præmittit in quo oſtendit, vbi. Euangelium ſcripſerit, & de quam imo ſtatu ad quam dignitatem ſit aſſumptus de quibus & quo ordine in hoc Euangelio tractet.

*Duo in generatione Chriſti principia, id eſt, præmittens Abraham & Dauid in generatione Chriſti, quibus facta eſt vel factæ ſunt promiſſiones.*

Matthæus 1
ex Iudæa 2
ſicut in 3
ordine
primus
ponitur,
ita Euangelium in Iudæa primus ſcripſit, cuius vocatio ad dominum ex publicanis actibus
a Ideſt Dauid, & Abraham
fuit, duo in generatiõe Chri 4
Abrahæ. ſ.
ſti principia præſumẽs, vnius 5
Fuit.
cui⁹ prima circũciſio ĩ carne
a Scilicet Dauid. b Domini, ſcilicet c Saule reprobato.
alterius cui' ſecũdũ cor electio fuit. Ex vtriſq; enim pa- 6 7
Vel patribus. Supple, natus eſt.
8 trib. Chriſtus. Sicq; quaterdenario nũero triformiter-
Generationis ſ. a ſab. Abraham
9 poſito principiũ a credẽdi
a Abraham b Dauid
fidea in electionis tẽpus por
10 rigẽs, & ex electione vſq; in
tráſmigrationis diem diri-
11 gẽs: atq; a tráſmigrationis
die vſque in Chriſtum de-
Terminans.
12 finiens, decurſam aduentus domini oſtendit
generationem, vt numero ſatisfaciens, &
13 tempori, & ſe quid eſſet oſtenderet, & Dei
Miſericorditer actum.
14
15 in ſe opus monſtrans, etiam in his quorum ge-
16 nus poſuit, Chriſti operantis a principio
17 teſtimoniom non negaret. Quarum rerum

B E C F

## NICOLAVS DE LYRA.

### in primum Prologum ſuper Matthæi Euangelium.

Matthæus. *Hic eſt primus prologus beati Hieronymi qui præponitur Euangelio Matthæi, Qui quidem prologus diuiditur in quatuor partes. In prima parte deſcribitur Euangeliſtæ ſtatus, ſecundo ſcribendi modus, ibi.* Duo in generatione Chriſti. *tertio huius Euangelij materia principalis, ibi.* Quarum omnium rerum. *Et quarto vtilitas huius operis, ibi.* In quo Euangelio vtile eſt. *In prima parte deſcribitur Euangeliſta ex nomine, cum dicitur.*

Diuiſio.

1 Matthæus. *qui interpretatur, datus, quia inter alios Eũãgeliſtas primo datus eſt a Deo ad ſcribendũ Eũãgeliũ ad inſtructionẽ omnium fidelium. Secundo, deſcribitur ex natione & patria, cum dicitur.*

quod dicta Iudæa

2 Ex Iudæa. *qui natione fuit Iudæus, & de Iudæa natus. Quæ quidem Iudæa primo dicta eſt terra Chanaan, quia poſt diluuium ibi habitauerunt filii Cham, quibus expulſis per filios Iſrael tempore Ioſue, nominata eſt Iudæa a tribu Iudæ, quæ erat principalis, & regia. Tertio deſcribitur quantum ad ordinem inter Euangeliſtas, cum dicitur.*

3 Sicut in ordine primus ponitur. *In ordine ſcilicet Euangeliſtarum, ita in Iudæa primus ſcripſit Euangelium. Quarto, deſcribitur quantum ad ſtatum præcedentem eius conuerſionem ad Chriſtum. Quia autem erat Publicanus, ideſt, curam habens de publicis actibus. Erant enim tunc Iudæi tributarii Romanorum, & illi qui colligebant tributum Romanis mittendum, dicebantur publicani. huiuſmodi communiter ſunt campſores, & pecũiarum numeratores. Et quia talia negocia vix aut nunquam ſine peccato exerceri poſſunt, vt dicit beatus Gregorius, ideo in hoc patet gratia diuina quæ ex talibus reuocauit Matthæum ad ſtatum apoſtolicum & hoc eſt quod dicit: Cuius vocatio, &c. Sequitur.*

ublicanus

4 Duo in generatione. *Hic tangitur modus ſcribẽdi quem tenuit Euangeliſta Matthæus in deſcriptione genealogiæ Chriſti, a qua incipit ſuum Euangelium. Et primo tangitur modus ſcribendi quantum ad radicem genealogiæ Chriſti, quia ponit duos patres, videlicet Dauid & Abraham quaſi radicem genealogiæ huius, ſicut patet in principio Euangelii, cum dicit. Liber generationis, &c. Ratio autem huius aſſignatur, quia Abraham fuit primus qui fidem vnius Dei publice confeſſus eſt, & in ſignum huius primo circunciſionem accepit, quæ fuit ſignum diſtinguens fideles ab infidelibus. Dauid autem fuit primus rex electus a domino ſecundum voluntatem domini ad fidelem populum regendum, ſecundum quod dicitur. 1. Reg. 13. c.* Quæſiuit dominus virum iuxta cor ſuum, &c. *Saul autem licet primo fuerit electus a domino, hoc tamen non fuit ſecundum cor domini, ſed ſecundum exactionem populi. propter quod dixit dominus Samueli. 1. Reg. 8. b. Audiui vocem populi petentis regem, ſcilicet ſuper ſe. Sequitur. Non enim abiecerunt te, ſed me, ne regnum ſuper eos, & hoc eſt quod dicit Hieron.* Duo in generatione Chriſti principia præſumens *Id eſt ante ſumens duos homines, videlicet Abraham, & Dauid, quaſi principia, & radices genealogiæ Chriſti. Sequitur.*

5 Vnius cuius circunciſio. *ideſt, ipſius Abrahæ qui primo accepit circunciſionem, vt dictum eſt.*

6 Alterius cuius ſecundum cor electio. *ideſt, ipſius Dauid, qui electus primo fuit rex a domino vt dictum eſt.*

7 Ex Vtriſque enim patribus Chrs. *in hoc redditur cauſa prædicti. q. d. propter hoc Abraham, & Dauid ponuntur principaliter radix genealogiæ Chriſti, quia Chriſtus naſci debebat ex patriarchis & regibus tanquam eis promiſſus.*

8 Sicque quaterdenario. *Hic tangit modum ſcribendi genealogiam Chriſti quantum ad deductionem ex prædictis duobus patribus ſeu principiis, quia Euangeliſta ponit tres quaterdenas. Vna fuit in tẽpore in quo populus eſt gubernatus per iudices. Secunda in tempore quo gubernatus eſt per reges. Et tertia in tempore quo gubernatus eſt per Sacerdotes, & hoc eſt quod dicit.* Sicque quaterdenario, &c. *id eſt in temporibus quibus triformiter gubernatus eſt populus. Sequitur.*

9 Principium a credendi in fide in electionis tempus porrigens. *quia prima quaterdena incipit ab Abraham, qui primus fidem vnius Dei publice confeſſus eſt, & terminatur in Dauid, qui primus electus eſt in regem a domino, vt dictum eſt.*

10 Et ex electione vſque in tranſmigrationis. *quia ſecunda quaterdena incipit a Dauid excluſiue, & terminatur in Iecconia filio Ioſiæ in tranſmigratione Babylonis. Sequitur.*

11 A tranſmigrationis die. *quia tertia quaterdena incipit a tranſmigratione Babylonis & terminatur in Chriſtum.*

12 Decurſam. *Decurſam dicit, quia deſcribit genealogiam Chriſti deſcendendo, Lucas autem econtrario aſcendendo. Sequitur.*

13 Et numero ſatisfaciens & tempori. *q. d. in hoc quod ſic deſcripſit genealogiam per tres quaterdenas, ſatis fecit numero, quia poſuit numeros conuenientes myſterio Chriſti, quia per quaterdenam, quæ cõponitur ex quatuor & decem, ſignificatur lex Chriſti quæ decurrit per quatuor Euangelia, & lex Moyſi, quæ decurrit per decem legis præcepta. Per ternarium vero ſignificatur myſterium Trinitatis quod fuit traditum in vtraque lege, ſed in noua lege magis explicite. & ſic patet qualiter Euangeliſta ſatis fecit numero. Satis fecit etiam tempori, quia per tres quaterdenas deſcripſit tres generationis illius populi in diuerſis temporibus. Sequitur.*

14 Et ſe quid eſſet. *q. d. in ſcribendo Euangelium Chriſti Matthæus oſtendit ſtatum ſuum, quia ibidem deſcripſit vocationem ſuam ex publicis actibus ad ſtatum apoſtolicum.*

15 Et Dei in ſe opus. *quia in hoc oſtendit operationem Dei vocãtis ipſum per ſuam miſericordiam.*

16 Etiam his. *Hoc eſt dictum quod ſimiliter in Abraham, & Dauid qui electi ſunt a Deo ab antiquo, vnus ad fidem, alter ad regnum, Dei operationem oſtendit. Conſtrue ergo ſic literam. Etiam non negaret. Minus dicit & plus ſignificat, id eſt, concederet ſeu declararet. Teſtimonium Chriſti operantis, ſcilicet per gratiam. A principio, id eſt, ab antiquo. In his quorum genus poſuit Chriſti, id eſt, deſcribendo genealogiam Chriſti. & hoc fuit in Dauid & Abraham. quos poſuit radices genealogiæ Chriſti.*

17 Quarum rerum. *In hac parte Hier. oſtendit intentionem principalem Euangeliſtæ Matth. ſeu ſubiectum ſui Euangelij, quia genealogiam ordinate ab Abraham vſque ad Chriſtum deſcripſit, vt oſtenderet quod ipſe Chriſtus eſt verus homo, & verus Deus, qui ſecundum humanitatem natus eſt de muliere, paſſus in cruce, vbi omnium peccata noſtra deleuit, & reſurgens a mortuis nos per adoptionem in filios regenerauit, & hoc eſt quod dicit. Quarum rerum omnium, &c. in genealogia ſcilicet Chriſti deſcriptarum.*

Tempus

A omnium tempus, ordo, numerus, diſpoſitio, vel ratio, quod fidei neceſſarium eſt, Deus Chriſtus eſt † qui factus eſt ex muliere, factus ſub lege, natus ex virgine, paſſus in carne, omnia in cruce fixit, vt triumphans ea in ſemetipſo reſurgens in corpore, & patris nomen in patribus filio, & filij nomen patri reſtituēs in filiis, ſine principio, ſine fine, oſtendens ſe vnum cum patre eſſe, quia † vnus eſt. In quo Euangelio vtile eſt deſiderantibus Deum

Gal. 4. a.

† vnum

a Hiſtorialia. b Allegorice. c Moralia.

D Deum ſic primâ vel mediâ vel perfecta cognoſcere, vt vocationem apoſtoli, & opus Euangelii, & dilectionem Dei in carne naſcentis per vniuerſa legentes intelligant, atque id in eo in quo apprehenſi ſunt & apprehendere expetunt, recognoſcant. Nobis enim hoc in ſtudio argumenti fuit, & fidē factæ rei tradere, & operantis Dei intelligendam diligenter † eſſe diſpoſitionem quærentibus nō tacere.

† eſſe

EX-

1 *Tempus*. quia ibi tria tempora deſcribuntur, vt viſum eſt.

2 *Ordo*. quia ordinatę tempora, & perſonę in diuerſis temporibus deſcribuntur.

3 *Numerus*. quia ſub certo numero, ideſt in tribus quaterdenis compreheduntur.

4 *Diſpoſitio vel ratio* quia rationabiliter diſponuntur.

B 5 *Quod fidei neceſſarium eſt*. Hoc eſt dictum, ad hoc omnia prædicta ſic ſunt ordinate deſcripta, vt oſtendatur quod Chriſtus eſt eſt uerus homo. vnde ſubditur:

6 *Quia factus eſt*. quia onera legis voluit obſeruare. Hoc autem accipitur de epiſtola ad Gal. 4.

7 *Paſſus in carne, omnia in cruce fixit*. i. omnia peccata noſtra in cruce deſtruxit. Et accipitur hoc de epiſtola ad Col. 2 vbi dicitur ſic. Delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti. i. obligationem ad pęnam æternam, ſed illud tulit de medio affigens illud cruci. Et eſt loquutio metaphorica adſimilitudinem illius qui deſtruit aliquam chartam vel obligationem, quia perforat eam vel corrumpit. ſic Chriſtus per paſſionem ſuam illud decretum quo eramus obligati gehennæ, deſtruxit. Sequitur.

8 *Vt triumphans in ſemetipſo*. id eſt, deinceps in corpore proprio.

9 *Reſurgens in corpore*. Ad euidentiam huius literæ conſiderandum, quod pater & filius correlatiue dicuntur. relatiua autē poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. igitur quia Iudæi noluerunt recipere Chrm, Abrahæ & cæteris patribus promiſſum, ideo deſierunt eſſe filii Abrahæ, ideſt imitatores ipſius per fidem, &

C per conſequens Abraham & cæteri patres deſierunt eſſe patres eorum. Gentiles autem econuerſo ad prædicationem Apoſtolorum receperunt fidem Chriſti, & ideo in loco Iudæorum a fide Abrahæ recedentiū facti ſunt filii Abrahæ, & ſic paternitas quæ deſierat eſſe in Abrahā & ceteris patribus, reſtituta eſt per filiationem gentium, qui facti ſunt imitatores eorum per fidem. Et econtrario ſibi filiatio reſtituta eſt ipſis credentibus, reſtituta prędicta paternitate, quia hæc eſt natura correlatiuorum, vt dictum eſt. Et hoc eſt quod dicit Hieron. Reſurgens in corpore, ſcilicet Chriſtus, & præcipiens prædicare baptiſmum pęnitentiæ in omnes gentes factus eſt reſtituens.

10 *Et patris nomen in patribus*. ſcilicet antiquis.

11 *Filio*. hoc eſt ad honorem filii, quia hoc cedit ad honorē Chri.

12 *Et filii nomen reſtituens in filiis*, id eſt, in gentibus fidem recipientibus..

13 *Patri*. hoc eſt ad honorem patris æterni.

14 *Sine principio, ſine fine*. quia Chriſtus ſecundum diuinitatem manet in æternum.

15 Oſtendens vnum Deum ſe eſſe cum patre. per opera, ſcilicet diuinitatis, quæ egit. quia propria operatio vniuſcuiuſque rei, oſtendit naturam eius..

16 Quia

16 *Quia vnus eſt*. ideſt, Deus qui eſt pater & filius, quia non ſunt duo dij, ſed vnus deus.

17 *In quo euangelio*. Hæc eſt quarta pars huius prologi, in qua oſtenditur vtilitas huius Euangelii Matthæi. & primo oſtenditur iſta vtilitas in generali reſpectu omnium fidelium: ſecundo vero oſtenditur in ſpeciali, quantum ad beatum Hieronym. ibi, Nobis enim in hoc, &c. In prima ergo parte oſtenditur vtilitas quantum ad quatuor, quia illi qui legunt hoc Euangelium perfecte poſſunt perpendere miſericordiam Dei in vocatione Matthæi ad ſtatum apoſtolicum, & diligentiam apoſtoli in ſcribendo Euangelium, & dilectionem Dei ex qua voluit incarnari, & perfectionē humanam quæ eſt in coniunctione ad Deum per fruitionem, qui voluit ſibi naturam humanam coniungere per ipſius aſſumptionem. & hoc eſt quod dicit, *In quo Euangelio vtile eſt deſiderantibus Deum*. ideſt, notitiam Dei.

18 *Sic prima vel media*. ideſt principium, medium & finem huius Euangelii, in quo conſiſtit perfectio.

19 *Vt & intelligant vocationem apoſtoli*. in quo conſiſtit perfectio quia de hoc fit ibi mentio.

20 *Et opus Euangelii*. quod ipſe deſcripſit fideliter.

21 *Et dilectionem Dei in carne naſcentis*. quia ex dilectione voluit incarnari. Sequitur.

22 *In quo apprehenſi ſunt*. ideſt, ad hoc vtile eſt Euangelium hoc, vt legentes ipſum.

23 *Recognoſcant in eo*. ideſt. in Chriſto eſſe, ſupple id. In quo apprehenſi ſunt, & apprehendere appetunt ipſam diuinitatem, cui natura noſtra coniuncta eſt in Chriſto in vnitate ſuppoſiti per incarnationem, & quam apprehēdere quærimus per fruitionem.

E Et accipitur ibi iſte modus loquendi de epiſtola ad Philip. 3. c. vbi dicit ſic Apoſtolus, Sequor autem ſi quo modo apprehendam, in quo & comprehenſus ſum.

24 *Nobis enim*. Hic tangitur motiuum Hieronymi ad transferendum ſeu exponendum Matthæi, Euangelium, ſcilicet vt traderet certitudinem rei geſtæ in Euangelio Matthæi, vbi oſtenditur vera diuinitas, & vera homanitas Ieſu Chriſti. & hoc eſt quod dicit. Nobis enim. ideſt, rationis motiuæ, quia argumentum quædam ratio eſt. 25 *In hoc ſtudio*. ideſt ad ſtudendum in hoc Euangelio transferendo, & exponendo.

26 *Et fidem*. & per ideſt certitudinem.

27 *Factæ rei tradere*. ideſt geſtorum Chriſti, & non tacere, ſed magis ſupple declarare

28 *Quærentibus*. ideſt. ſcire volentibus.

29 *Diſpoſitionem Dei operantis in carne*. ſcilicet aſſumpta.

30 *Intelligendam eſſe diligenter*. hoc eſt cum magna diligentia, & ſtudio, quia talibus reuelatur Euangelii intelligentia, ſecundum quod dicitur infra. 7. c. Quęrite & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.

EX-

A

# PROLOGVS IN MATTHAEVM.

D

MAtthæus cum primo præ-
dicaſſet euangelium in Iu-
dęa, volens trāſire ad Gen
tes , primus euan gelium
ſcripſit Hebraice quod fra
tribus a quibus ibat, ad me
moriā reliquit. Sicut enim 1
neceſſe fuit ad confirmationem fidei euange-
lium prædicare, ſic, & contra hæreticos ſcribi. 2
Cum autem plures euangelium ſcripſerint, qua 3
tuor tantum habent autoritatis teſtimonium:
quia per quatuor mundi partes fidem nunciāt
trinitatis , & ſunt quaſi quatuor rotæ in quadri-
ga homini, quæ vehit eum per prædicationem
euangelij, & genus humanum quadrifida mor
te peremprum eorum erat prædicatione viui-
B
ficandum
ficandum, vnde, & aliorum euangelia decide-
runt , nec recepta ſunt, quia nolebant præfini-
tum numerum caſſari propter virtutem ſacra-
4 menti . Deſignantur etiam euangeliſtæ qua-
tuor figuris, quæ non ſunt deceptoriæ, ſed iu-
cundi myſterii ſibi conſciæ. Matthæus in ho-
mine intelligitur , quia circa humanitatem
Chriſti principaliter immoratur . Marcus in
leone, quia agit de reſurrectione . Lucas in vi-
tulo agens de ſacerdotio . Iohannes in aquila
ſcribens ſacramenta diuinitatis . . Chriſtus vero
quem deſcribunt, homo fuit de virgine natus:
vitulus in immolatione, leo in reſurrectione, a-
quila in aſcenſione. Vel in homine humanitas,
in vitulo ſacerdotium, in leone regnum, in a-
quila exprimitur diuinitatis ſacramentum.

E

## Expoſitio Nicolai de Lyra in Prologum euangelii ſecundum Matthæum.

MAtthęus cum primo prędicaſſet euāgelium. *Prologus iſte diuidit in duas partes, quia primo ſcriptor huius euāgelii manifeſtatur, ſecundo ſui euangelii autoritas declaratur ibi. Cum autem plures. In prima parte oſtēditur quando ſcripſit, quia primus inter alios euangeliſtas. Vbi ſcripſit? Quia in Iudæa. Qualiter ſcripſit? quia Hebraice. Quare ſcripſit? vt veritas euangelii certa maneret apud credentes. in Iudæa a quibus recedebat, volēs prædicare gentilibus Iudæis pro maiori parte in infidelitate obſtinatis, hoc enim fuerat eis præceptum a domino ſecundum quod dicitur Actu. 13. g. Vobis autem oportebat primum loqui verbū Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & vos indignos iudicaſtis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes, ſic enim præcepit nobis Deus. Hac igitur de cauſa Matthæus volens tranſire ad conuerſionem ſcripſit fidelibus in Iudæa remanētibus euangeliū, vt illuc concurrerent pro certa regula ad euitandum erorres hæreticorum inſurgentium, & hoc eſt quod ſubditur.*

1 Sicut enim. *prædicatione, ſcilicet, confirmata euidentibus ſignis, vt dicitur Marci vltim.*

2 Sic, & contra hæreticos ſcri. *vt ceſſantibus miraculis poſſemus recurrere ad doctrinam euangelicam doctrinis, & miraculis confirmatā, ſicut ad regulam certam hæreſes inſurgentes confutantem.*

C

3 Cum autem plures euangelium ſcripſe. *Hic oſtendit euāgelium Matthæi autēticum. Et primo oſtēditur quod dictum eſt. Secundo declaratur quoddam ibi poſitum, ibi, Deſignantur. In prima parte dicitur ſic, quod plures ſcripſerunt ſub nomine apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti, immiſcentes, eidem falſitates, vt facilius ſub nomine apoſtolorū fideles deciperent. Et ad hoc euitandū, quatuor euāgelia quorum ſcriptores ſunt certi & noti, ſunt ab eccleſia recepta & approbata. Et hoc rationabiliter, qa numerus quaternarius euangeliorū fuit præfiguratus Ezechielis. i. vt prædictū eſt. Sūt enim euangeliſtæ quaſi quatuor rotæ in quadriga domini, quibus portatur fides Chriſti p totū mūdum. Similiter genus humanū quadruplici morte fuit pemptum in tranſgreſſione. Adæ. Primo morte culpæ, ſecūdo morte naturæ, quia pro hoc incurrimus neceſſitatem moriēdi. tertio morte gehennæ, quia ex hoc omnes deſcendebant ad limbū vſque ad liberationē per Chriſtū factam. Quarto morte ciuilis pęnæ. Eſt enim mors ciuilis ſeruitus vel exilium per quę ſcinditur aliquis a communitate. Per peccatum autem genus humanum erat eiectum a ciuitate cæleſti & ſubditum ſeruituti diaboli. igitur conueniens fuit numerus quaternarius euangeliorum, quia per ipſorum prædicationem genus humanum quadrifida morte peremptum, & viuificandum deſignatur.*

4 Deſignantur etiam euangeliſtæ quatuor figuris quæ non ſunt deceptoriæ, ſed iucundi myſterii ſibi conſciæ. Matthæus in homine intelli. &c. *Hic declaratur quoddam, videlicet, qualiter euangelia prædicta fuerunt præfigurata Ezechielis. j. Et patet ex prædictis qualiter in quatuor faciebus ſignificatur quatuor euangeliſtæ. Et ſic patet textus.*

F

A # EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM. D

## CAPVT PRIMVM.

In commenta. in Match. a **L**iber Gener Hieronymus. Hebræi voluminibus ſuis à principijs nomen imponunt, vt liber Geneſis ex ſuo principio nominatur, vbi dicitur: Liber generationis Adę: & hęc ſunt generationes cœli & terræ. Qui liber principium eſt veteris Teſtamenti, ſecundum quod in principio noui dicitur generationis Ieſu Chriſti: quamuis in hoc ſit parua pars libri: ſed ſic nouum Teſtamentum conſonat veteri. Et ſicut vetus carnali proponitur Iſraeli, ita nouum ſpirituali, & vtrumque vnus & idem auctor oſtenditur.

B Plenior ſenſus eſſet. Hic eſt liber generationis, ſed hic mos eſt in multis, maxime in prophetis vt viſio Iſaiæ, ſubaudis hæc eſt.

Lib. 1. Matth. cap. 1. ✠ Rup. Liber iſte liber cœleſtis eſt, econtra liber generationis Adæ, terrenus, de quo ſcriptum eſt. Hic eſt liber generationis Adæ. In illo libro terreno omnes reprobi ſcripti ſunt, iuxta illud, *Domine omnes qui te derelinquunt confundentur,* Hiere. 7. *recedentes à te in terra ſcribentur.* In iſto ſcripti ſunt omnes electi quibus ipſe dominus, *Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt* Luc. 10. *in cœlis.* Cum igitur audis, liber generationis filij Dauid, &c. ne paruum facias librum hunc, non ſolum attendas quod Abraham ſecundum carnem genuit Iſaac, ſimiliterque de ceteris, ſed hoc potius quod Abraham ſecundum promiſsionem genuit Iſaac, Iſaac ſecundum promiſsionem genuit Iacob. † Lucæ. 4. c. Ioan. 1. a. Hoc namque animaduerſo prolixus liber & grandis pagina per ſingulas fere genituras apparet, dum promiſsionis verbum in memoria repoſitum recogitare facit quid & qualiter ad illos ſanctos patres Deus locutus eſt.

C Rabbanus. In principio ſatis declarat ſe agere de humanitate Chriſti, cum incipiat à carnali generatione.

Hieronymus. Generationis ſingulariter dicit quamuis multi per ordinem replicentur, quia vnus tantum generatio quæritur propter quam ceterę hic inducuntur. Non diuinā proponit narrare generationē, quod impoſsibile eſt, vt Iſaias ait. *Generationem eius quis enarrabit?* Iſa. 52. c. ſed humanam, quamuis & hæc ex magna parte ſit inenarrabilis. Sed illa tota inenarrabilis eſt, quia etſi dicitur filius à patre genitus, tamen qualiter, nec apoſtolus, nec propheta nouit, nec angelus.

### *Euangelium ſecundum Matthæum.*

## CAPVT PRIMVM.

Liber apothecæ gratiæ in qua omnis anima quod neceſſe habet inueniat.

a Saluatoris non perditoris.

a b c **L** † IBER generationis IESV 1 2 CHRISTI filij Dauid, filij 3 4

b *Ieſus Chriſti.* Id eſt, Saluatoris non perditoris, quod fuit. Adam. E Chriſtus ipſe eſt qui & Meſsias. Ideo hoc nomine retunditur Iudæorum infidelitas, qui Meſsiam, id eſt, regem ſuum nondum veniſſe ariolantur. Hunc vero eſſe Chriſtum conſequenter ſic probat euangeliſta, quoniam hic eſt qui de patriarcharum & regum ſtirpe progenitus, de virgine mirabiliter eſt editus, ſicut eiſdem fuerat ante promiſſus, Ieſus. *Ieſus Chriſtus,* vt per regiam & ſacerdotalem perſonam natura Dei & hominis monſtretur. Olim Ieſus rector typice, nunc eſſentialiter, ſecundum quod Deus potens ſaluare. Chriſtus. Chriſtus nomen officij eſt, non naturæ, quia vnctus eſt in ſacerdotem ad interpellandum pro nobis, qui bene in terram promiſsionis inducit.

c *Filij Dauid.* Ordo præpoſterus ne præmiſſo Abraham, generationis textio interrumperetur. Horum duorum ſpecialiter dicitur filius, quia vnus primus inter patriarchas, alter inter reges ad quos facta eſt de Chriſto promiſsio, vt Iudæis Chriſtum ex lege venturum aperiret, in quo viderent vaticinia impleri.

Chryſoſt. F

---

### Incipit poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Matthæum.

## CAPVT PRIMVM.

**L**iber gener. Ieſu Chriſti. Euangelium ſecundum Matthęum diuiditur in duas partes, quia primo ſtabilit ſubiectum ſuū ſeu declarat, ſcilicet, Chriſtum verum eſſe hominem & verum Deum. Secundo determinat de redemptione noſtra facta per ipſum quæ incipit in medio quarti capituli. ibi. Cum audiſſet Ieſus quod Ioannes traditus eſſet. Iterum prima diuiditur in quatuor ſecundum quod quadrupliciter declarat Chriſtum verum Deum & verum hominem. Primo enim declarat hoc teſtimonio angelico & prophetico. Secundo, ex illuſtratione cæleſti & veneratione regali. Tertio ex prædicatione Ioannis & teſtificatione Dei patris. Quarto ex dęmonis tentatione, & ſanctorum angelorum obſequio & veneratione. Secunda incipit capitulo ſequenti, tertia tertio, & quarta quarto. Prima adhuc in duas, quia primo oſtendit veritatem humanæ naturæ & modum ſuæ conceptionis mirabilem oſtendendo, ibi: Chriſti autem generatio. Prima adhuc diuiditur in tres, quia in deſcribendo genealogiam Chriſti præmittit quendam prologum ſeu prefationem. Secundo ponit eiuſdem genealogiæ deſcriptionem, ibi. Abraham. Tertio genealogiæ deſcriptæ recapitulationem, ibi. Omnes ergo generationes. In prima ergo parte intitulat librum ſuū à Chriſti generatione, dicens: Liber generationis, quia ſcripſit Hebraice, vt viſum eſt. Modus autem Hebræorum eſt denominare libros ab eo de quo tractatur in principio, ſicut dicitur liber Gen. quia in principio tractatur de creatione mundi. Similiter Matthęus, qui incipit euangelium à genealogia Chriſti, ideo ab ipſo denominat ſeu intitulat ipſum. Ratio autem quare incipit à genealogia Chriſti hęc fuit, quia Iudęi negabant Ieſum Nazarenum eſſe verum Chriſtum, & deſcendiſſe à Dauid, quia Galilęus erat, ſecundum quod dicitur Ioan. 7. *Nunquid à Galilæa venit Chriſtus?* q. d. non. Ideo ſubditur. *Nonne ſcriptura dicit.* Quia ex ſemine Dauid & Bethleem caſtello, vbi erat Dauid venit Chriſtus, quaſi dicant. Sic & ideo ex hoc volebant falſe concludere, quod non eſſet vere Chriſtus nec ex ſemine Dauid. Hunc ergo errorē volens Matthęus excludere in principio euangelij ſui oſtendit ipſum à Dauid deſcendentem per ipſius genealogiam: Oſtendit etiam eum in Bethleem natum, vt patet in principio ſequentis capit. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudę: licet fuerit in Galilęa conceptus & nutritus. In deſcribendo autem genealogiam ponit duas partes tanquam radices, videlicet, Dauid & Abraham, quia ad iſtos eſt facta ſpecialiter promiſſio de Chriſto. Item quia Dauid fuit principalis inter reges, Abraham inter patriarchas. Chriſtus autem debebat deſcendere ex patriarchis & regibus. Preponitur autem Dauid ipſi Abraham, licet ſit poſterior ſecundum tempus, propter eminentiam regię dignitatis, & iterum vt conuenientius generationis ordo texatur: quia ſic à radice vltimo nominata inchoatur. Dicit ergo.

1 *Liber gener.* ſupplendum eſt. Hic eſt liber ſecundum modum Hebręorum, vbi communiter fit talis ſupplerio, vt patet Iſa 1. Viſio Iſaię filij Amos, ſubintelligitur, hęc eſt. Et eodem modo in pluribus alijs locis.

2 *Generationis, &c.* ſcilicet, temporalis, quia generationem Chriſti æternam deſcribit Ioannes in principio euangelij ſui.

3 *Ieſu Chriſti.* Ieſus nomen eſt perſonę, Chriſtus, nomen naturę. Significat enim duplicem naturam in vno ſuppoſito, ſcilicet, diuinam & humanam.

4 *Filij Dauid, filij Abraham.* Hoc eſt intelligendum ſecundum naturam humanam tantum. Vnde dicit Apoſtolus ad Roma. 1. a. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.

*Abraham*

---

## MORALITER.

1 *Liber generat. Ieſ. Chr.* Chriſti genealogia deſcribit̃ hic p tres quaterdenas generationū. Quarū aliquę fuerūt ante legē datā Moyſi, & aliquę tēpore legis datę. & vltima. ſ. generatio Chriſti tpe gratiæ, quod incępit ab eius cōceptione. Et per hoc ſignatur q̃ aliqui tpibus iſtis tribus ſaluati ſunt per fidē Chriſti. Vnde dicit Saluator Ioan 8. g. Abrahā pater veſter exultauit, vt videret diē meū, vidit, & gauiſus eſt. Itē in quaterdena ſūt duo numeri. ſ. denarius & quaternarius. Per denariū vero, ſignat̃ impletio decalogi. Per quaternariū, impletio

A ✠ Chryſoſtomus. Altera autem ratio eſt cur Dauid prior nominetur, quia regni dignitas maior eſt quam naturæ. Nam etſi Abraham præcedebat in tempore, Dauid præcedebat in dignitate.

Hom. 1. in opere imperfect.

*Filij Dauid filij Abraham.* Hos duos de omnibus elegit quorũ filius dicitur Chriſtus, vt Iudęis quibus ſcribit, ſcientibus ex lege Chriſtũ venturũ, appareret hic eſſe qui diu erat promiſſus, in quo viderentur impleri omnia vaticinia. his enim ſolis in veteri Teſtamento legitur facta promiſſio. Abrahę, *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*. Cui conſonat Dauid: *Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ.* vnde Zacharias hoc eſt, ſubaudi. *Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis* Dauid autem. *Iurauit dominus Dauid veritatem & non fruſtrabitur eum de fructu vētris tui ponam ſuper ſedem tuam. Item, Semel iuraui in ſancto meo,* ſcilicet Chriſto *ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. &c.* Quæ nullatenus de Salomone accipi poſſunt, ſed de Chriſto ex Dauid orto. Item in libro verborum dierum: *Cum dormieris cum patribus tuis dabo ſemen tuum poſt te.* quod nullatenus de Salomone dicit᷑. qui viuo patre cępit regnare, ſed de Chriſto vnde Hieremiæ: *Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit.*

† Gen. 12. a. † Gen. 29. & 30. † Gen. 38. d. Gen. 22. d. Pſal. 71. d. Lucæ. 1. g. Pſal. 131. b. Ibid. 88. c. 1. Pa. 17. b. Hier. 63. a.

> a Cui promiſſum eſt: in ſemine tuo be. om. gen. & Chriſtus eſt ſemen illud in hoc gentes quærum benedici. b Fides. c Spes.
>
> a **Abraham. † Abraham genuit Iſaac. Iſaac aũt** 1
>
> Charitas. 2
>
> b c **genuit Iacob. † Iacob autem genuit Iudã &** 3
>
> a Confeſſio. Iudas confitens: & de Chriſto dicitur Confiteor tibi pater cęli & terræ. b Diuiſio.
>
> d **fratres eius. † Iudas autem genuit Phares &** 4

B Abraham & Dauid ſunt duæ columnæ verſantes in lege quaſi in veſtibulo ante oſtium quod eſt Chriſtus: quas ambit funiculis duodecim cubitorum. id eſt fides apoſtolorũ. Amplectitur hos in genealogia patres, de quorum medio oſtium Chriſtus aperitur credentibus.

a *Abraham genuit Iſaac: Iſaac autem genuit Iacob.* Ab eo congrue fit generationis exordium, cui promiſſus eſt primum, in quo eſt benedictio omnium.

Matthęus generationem incipit ab exordio promiſſionis. Et etiam vſque in finem libri hæc agitur, vt qui ex hac generatione natus eſt, Deus & homo intelligatur.

Ab initio ab eo cui primũ facta eſt promiſſio fidei incipit, vt in hoc patre diſcant cui primũ facta eſt promiſſio, qui eſt quales eſſe debeant, qui volunt in eius ſemine benedici. Matthæus generationem deſcendendo incipit vel computat: quia humanitatem Chriſti oſtendit, per quam Deus ad homines deſcendit. Lucas aſcendendo referens formam ſacramenti aperit. A baptiſmo enim incipiens vſq; ad Deũ aſcendit, oſtendens baptizatos aſcendere ad hoc, vt ſint filij Dei.

Hom. 1. ex opere imp.

* Chryſoſtomus. Iſaac interpretatur riſus: riſus autem ſanctorum eſt non ſtulta cachinnatio labiorum, ſed rationabile gaudiũ cordis, quod fuit myſteriũ Chriſti. Sicut enim ille parentibus

C

rētibus in vltima ſenectute donatus eſt lętitia ſuis, vt cognoſcatur quia non erat filius naturæ ſed gratię: Sic & Chriſtus in nouiſſimo fine productus eſt, à matre Iudęa qui gaudiũ cunctis, ſed iſte per virginē, ille de anu contra ſpem naturę. D

b *Genuit.* Matthęus ponit, genuit: qui naturę filios tantum numerat. Lucas: Qui fuit: qui aliquos ſecundum legem vel per adoptionem filios interponit. Matthęus ponit genuit, & non generauit, forſitan vt ille cognoſceretur in fine oſtenſus de quo dicitur: *Ego hodie genui te.* Pſal. 2. b.

c *Iudam & fratres.* Ideo ſolus Iudas nominatim exprimitur, vt cum cognoſceres qui ex eius ſtirpe fuerat promiſſus.

Fratres Iudæ memorat prętermiſſis fratrib. Iſaac & Iacob, quia illi à populo Dei quaſi alieni ſunt repulſi: hi velut hæredes in libro vitę ſcripti, & quaſi patriarchę duodecim, in quibus & numerus apoſtolorũ ſignat᷑. Sed nominatim non exprimuntur, ne vltra numerũ ſacramēti generatio extendat᷑.

In ſemine prædictorum patrũ Chriſtus intrauit in Aegyptum, quod pręſagiens inimicus populum premebat, & nõ fœminas ſed mares interimebat, vt eum extingueret.

E De Iuda Chriſtus quem omnes gentes ſuſceperunt: quo veniente iam Herodes alienigena principabatur.

Vbi ſupra.

* Chryſoſtomus. Et noſter Iacob duodecim apoſtolos in ſpiritu non in carne verbo & ſanguine genuit. Nam ſicut ille cũ ſuis deſcendit in Aegyptum vt multiplicaretur, ſic & Chriſtus cum ſuis deſcendit Apoſtolis in mundum, & multiplicatus eſt per totum mundum.

* Rupertus. In generatione Iudæ & fratrum eius ceſſauit mos ille antiquus quo primogeniti, ſacerdotio fungebãtur. Ruben quippe qui erat primogenitus ipſe peccauit, & propterea benedictionem ſacerdotalem non promeruit, imo diminutionem acquiſiuit *Effuſus es* (inquit pater) *ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui.* Gen. 49.

d *Iudas autem.* Iudas genuit Phares & Zarã antequã intraret Aegyptum in quã ambo poſtea cũ patre tranſierũt. Zara cum de vtero p̄miſit manũ, obſtetrix coccino ligauit dicēs, hic prior egredietur. illo manum retrahēte, alter exiuit. Cui obſtetrix. Quare ꝓpter te diuiſa eſt maceria? Vñ & Phares. i. diuiſio dictus eſt, ſignificãs illum qui ſegregabit oues ab hædis, & ſtatuet oues quidem à dextris, hędos autē à ſiniſtris. Gen. 38. d. Infra. 25. c.

* Chryſoſtomus. Per Zarã ſignificatur populus Iudaicus qui primus apparuit in luce fidei, quaſi de vulua tenebroſa mũdi procedēs, & ideo ſignificatus eſt cocco circũciſionis, putãtibus oĩbus, q̃a ipſe populus Dei erat futurus ſed reſilie-nte

Hom. 1. in Matth.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Abraham genuit.* Hic incipit Chriſti genealogiam narrare & diuiditur in tres partes ſecũdum tres quaterdenas quas ponit in iſta genealogia. Prima incipit ab Abrahã, & terminatur in Dauid incluſiue. Secunda à Dauid excluſiue, & terminatur in Iechoniam filium Ioſiæ incluſiue. Et tertia incipit à Iechonia filio prędicti Iechoniæ incluſiue, vt videbitur. & terminatur in Chriſtũ incluſiue. Secunda pars incipit ibi *Dauid autem.* Tertia ibi. *Et poſt tranſmigrationem Babylonis.* In prima ergo procedit ſic. *Abraham genuit Iſaac.* Non facit mentionem de Iſmaele qui fuit filius Abraham, quia per ipſum non deſcendit Chriſtus: ſed per Iſaac erat promiſſus eius aduentus ſecundum quod ſcribitur Geneſ. 21. a. *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Et eadem ratione non fit mentio de Eſau, cum ſubditur.

2 *Iſaac autem genuit Iacob.* Quia antequam eſſent nati, Iacob fuit à Deo dilectus, vt per ipſum deſcenderet Chriſtus, vt habetur Malachiæ primo, a. *Iacob dilexi, Eſau, autem odio habui.* Conſiderandum igitur, quòd hic deſcribitur genealogia Chriſti deſcendendo, quia Matthęus voluit oſtendere aſſumptionem infirmitatis noſtræ à Deo, vt dicit Auguſtinus de concordia euangeliſtarum. Econtrario autem Lucas deſcribit eam aſcendēdo, quia volebat oſtendere reductionem humanæ naturæ in Deum, & ideo incipit genealogiam Chriſti poſt baptiſmum, quia poſt baptiſmum reducimur in Deum. Sequitur.

3 *Iacob autem genuit.* Licet autem Chriſtus de Iuda deſcenderit, tamen fratres eius cum eo nominantur, quia fuerunt patres populi Iſraelitici, & ab eis duodecim tribus Iſrael nominantur. Sequitur.

4 *Iudas autem genuit.* Hieronymus autem reddens rationem quare iſta Thamar exprimitur, ſic dicit: Notandum in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum mulierum aſſumi, ſed eas tantum quas ſcriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus naſcens omnium peccata deleret. vnde & in cõſequentibus Raab meretrix & Ruth Moabitis ponitur Bethſabea vxor Vriæ. Hæc Hieronymus. Sed iſtud non videtur probabiliter dictum, quia ipſe ibidem dicit ꝙ propter hoc reges tres de genealogia Chriſti tolluntur. ſ. Ochozias, Ioas, Amaſias, quia Ioram miſcuerat ſe filiæ impijſſimæ Iezabelis, ideo filij eius vſque ad quartam generationem de genealogia Chriſti tolluntur: ergo non eſt probabile q, pp peccatũ in Chriſti genealogia noĩa mulierum exprimantur. Item q, dicit ibi nullã ſanctam mulierē poſitã in genealogia Chriſti, patet falſum de Maria matre Chriſti, quæ ſanctiſſima eſt & fuit. Itē ꝙ dicit Raab & Ruth ibi expreſſas pp peccatum, non vr̃ verum, immo propter virtutis actũ. De Raab enim ſcribitur quod propter virtutem ſuſcepit exploratores Iſrael & eos ſaluauit, vt patet Ioſue. 2. propter q, ponitur in Catalogo illorũ qui ex fide fecerunt nobilem actum, vt habet᷑ ad Hebr. 11. Quod aũt dicitur meretrix non obſtat: quia hoc erat tantum

## MORALITER.

pletio euangelij quadrupliciter deſcripti. Per ternariũ vero ſanctæ trinitatis myſterium. Per iſtos igitur numeros in genealogia Chriſti contentos myſtice ſignatur q, per obſeruationem decalogi in fide trinitatis Chriſtus qui ſol eſt iuſtitiæ per ſpiritualem illuminationem oritur in nobis. 2. Pet. 1. d. *Habemus firmiorē propheticũ ſermonē cui benefacitis attēdētes quaſi lucernæ lucēti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris.* Item tres quaterdenæ faciũt quadraginta duas generationes per quas peruenimus ad Chriſtũ qui promiſſus eſt nobis in pręmiũ, ſicut filij Iſrael per quadraginta duas manſiones venerunt ad terrã ſibi promiſſam. Chriſti autem generatio ſic erat, &c. Per hoc autem quod Chriſtus cõceptus & formatus fuit in vtero virginali per operationē ſpiritusſancti ſignatur quod ſpiritualiter concipitur & formatur in mēte pura opere ſpiritusſancti, Gal. 3. c. Filioli mei quos ego iterũ parturio, donec formet᷑ Chriſtus in vobis.

A eſt ante faciem eius lex quaſi ſepes, vel maceria. Sic ergo impeditus eſt populus Iudaicus per legem, ſed temporib. Chriſti, rupta eſt ſepes legis, quæ erat inter Iudæos, & gentes.

a *Phares aũt genuit Eſrom.* In Aegypto genuit Phares Eſrom & Eſrõ Aram, & Aram Aminadab, & Aminadab Naaſon, & tũc Moyſes eduxit eos de Aegypto. Naaſon fuit dux ſub Moyſe in tribu Iuda per deſertum, in quo genuit Salmon. Iſte Salmõ fuit princeps in tribu Iuda, qui cũ Ioſue in terrã promiſſionis intrauit. Iſte Salmon in terra promiſſionis genuit Booz de Raab.

¶Oriens. ¶Amaritudo. ¶Diuiſio.
a Zaram de Thamar. Phares autem genuit 1
¶Sagitta, vel arcus. ¶Chriſtus electus, vel excellus.
b Eſrom. Eſrom autem genuit Aram. A-
¶Spontaneus, vel voluntarius. ¶Augurium, vel ſerpentinus.
ram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſon. Naaſon au- 2
¶Iſte fuit princeps tribus Iuda. ¶Senſibilis.
c tem genuit Salmon. Salmon autem ge-
¶Fortis, ¶Latitudo. ¶Raab Hebraice, Rachab Græce.
d nuit Booz de Raab † Booz autem genuit O- 3
a ¶Feſtinans, b ¶Chriſtus, ſeruiens, vel ſeruitus, quia non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. c ¶Incendium, vel incenſum. ¶Chriſtus eſt ſacrificium, vel incẽſum, qui pro nobis hoſtia factus eſt:
e beth ex Ruth. Obeth autem genuit Ieſſe: Ieſſe 4 5
f a ¶Manu fortis, vel aſpectu deſiderabilis.
g h autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex 6

Ruth. 4. d. Chriſtus eſt Phares, id eſt diuiſio, quia ſeparabit oues ab hœdis. Ipſe eſt Eſrom, id eſt ſagitta, vel atriõ, quia penetrat corda auditorum. B Habet etiam latitudinem charitatis, qua & inimicos dilexit.

b *Aram autem.* Aram Chriſtus electus, vel excelſus interpretatur electus de quo propheta: *Ecce puer meus quem elegi.* Et alibi. *Excelſus ſuper oẽs gentes dominus.* Ipſe eſt Aminadab, ideſt voluntarius, qui dicit. *Voluntarie ſacrificabo tibi.* Idem eſt Naaſon, ideſt augurium, qui nouit præterita præſentia, & futura. Vel Naaſon ſerpentinus, quia Chriſtus more ſerpentis omnes cauit inſidias. (Oſee 11. a. Pſal. 112. a. ibid. 33. b.)

c *Salmon aũt genuit Booz.* Chriſtus eſt Salmõ, i. ſenſibilis, quia omnia ſentit. ipſe accipit Raab, i. eccleſiam de Gentib. Raab fames, vel beatitudo, vel impetus, quia eccleſia gentium eſurit, & ſitit iuſtitiã, & dilatata per orbẽ terrarũ impetu doctrinæ Philoſophos, & reges conuertit. Raab oſtẽdit coccinũ in feneſtra, i. in ore per cõfeſſionẽ Chriſti paſſionem declarat. Raab meretrix, quæ nũcios Ioſue ſuſcepit, q̃ Salmõ princeps tribus Iudæ ſibi copulauit, ſignificat eccleſiã de Gentib. quę principi ex Iuda, i. Chriſto copulat᷑. Et ſola cũ ſuis ſaluatur, dũ Iericho, i. pręſens ſeculum ſeptem muris vitiorũ vallatũ, ſeptẽ dierum tp̃e tubis p̃dicationum circũuallatur, donec in nouiſſima tuba oẽs muri corruant, & nouiſſima mors deſtruat᷑. (Ioſ. 2. a. 1. Cor. 15. g. C)

d *Booz autem.* Booz Chriſtus de quo dicit᷑. *Dominus in fortitudine veniet.* Booz dc. Nota nullã de ſanctis feminis in genealogia Xp̃i aſſumi, ſed quas ſcriptura reprehendit. Debuit. n. de peccatorib. naſci, q ꝓ peccatorib. venerat, vt diſcerẽt ſui peccata patrũ ſibi nõ obeſſe. Vñ agn⁹ in Paſcha immolãd⁹ iuſſ⁹ ẽ aſſumi ex capris, & ouib. i. ex iuſtis, & peccatorib. generãd⁹. (D Iſa. 40. c. Infames perſonæ in genealogia Chriſti annumerãtur & quare. Exo. 12. a.)

Hiſtoria. Elimelech fuit de tribu Booz, & vxor ei⁹ Noemi qui cũ vxore ſua iuit ad Moabitas, vbi filij ſui duxerunt vxores, ſed mortuo patre, & filijs, ſine ſemine, Ruth cũ Noemi ſocru ſua venit in Iudęã, & genuit ex ea Booz, Obeth.

e *Ex Ruth.* Moabitide, vt oñdat impletũ vaticinium Iſaiæ: *Emitte agnum domine dominatorẽ terræ.* Per hanc ſemen Abrahæ ad Chriſtũ deducit᷑. Eccleſia de Gẽtibus per Ruth ſignificata, priuſquã ad Booz, i. ad Chriſtum veniret ex patre diabolo erat. (Iſa. 16. a. E)

Myſtice; Ruth ſignificat eccleſiã, q̃ ẽ de Moab (.i. de Gẽtib. q̃ ex p̃re diabolo,) & petra deſerti, pp idololatriã de qua de⁹ ſuſcitauit filios Abrahę: Oblita prioris Gẽtis venit ad Booz, q fortis dr̃. i. ad Chriſtũ, q ſuſcitat ſemẽ fratris ſui, i. Moyſi, qui obijt ſine liberis, qa neminẽ ad pfectũ duxit lex. Ruth, vidẽs vel feſtinãs, qa eccl̃ia puro corde deũ videt, q̃ feſtinat ad brauiũ ſupnæ viſiõis, & diſtinuit pſeuerare ĩ fide, & dilectiõe dei. (Myſtice. Hebr. 7. c.)

f *Ieſſe autem.* Pater Dauid ſæpius nominatur Iſai, ſed binomius fuit. Hic autem, ideo dicitur Ieſſe, vt ſciret eum veniſſe. de quo Iſa. *Egredietur virga de radice Ieſſe, &c.* Hic eſt flos quẽ odorat Iſaac, dicens: *Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni*, quia ſpiritus eum abundantiſſime repleuit. (Iſa. 11. a. Gen. 27. a.)

g *Regem.* Non quod ſolus in hac genealogia rex, ſed quia primus rex de Iuda, & regum principium, propter quem, & cæteri in ſolio regni ſeruantur, & per iſtum ordo generationis decurrit ad Chriſtum, qui habet regnum Dauid. F

h *Dauid autem rex.* Hiſtoria. Dauid in ſolario ſedẽs, vidit Bethſabee (Hiſtoria. 2. Reg. 11. a.)

## NICOLAVS DE LYRA.

tantũ ipſius cognomen, & iõ non oportuit, ꝙ eſſet talis ſm rem: Sicut aliqñ econtrario aliquis pauper ruſticus cognominatur nomine regis, vt Petrus rex, vel hmõi Hebræi ẽt dicunt hoſpitatricẽ vbi nos habemus meretricẽ, vt dixi plenius Ioſ. 2. ca. Similiter, qđ dicitur de Ruth Moabitide, ꝙ eam ſcriptura reprehendit nõ videtur verum, immo magis eam commendat. Tũ quia ſocrui ſuæ fideliter adhæſerat, tum quia eiecta gentilitate fidem vnius dei ſuſcepit, vt habetur Ruth. 1. c. Tũ qa in viduitate caſte vixit, vt dicitur Ruth. 1. ex verbis Booz ad ipſam: Benedicta es filia a dño, & priorẽ miſericordiã poſteriore ſuperaſti, quia non es ſequuta iuuenes pauperes ſeu diuites. Tũ quia fuit optimæ famæ. Vñ ibidẽ ſubditur: Scit omnis populus, q habitat inter vrbis meæ portas, mulierem te eſſe virtutis. Salua igitur beati Hier. & meliori ſententia, videtur ꝙ melius põt dici, ꝙ mulieres illæ hic ſunt expreſſæ, quia fuerunt viris ſuis ex quib. conceperunt accidentaliter coniunctæ. Iſtæ aũt, q̃ fuerunt primæ, & principales, ſiue bonæ, ſiue malæ nõ exprimuntur, ſed ſufficit expreſſio viri, quia vir, & vxor pro vna perſona cõputantur. Quòd aũt prædictæ mulieres fuerunt accidẽtaliter coniũctæ, patet ex textu Bibliæ, ꝙ omitto cauſa prolixitatis vitandæ. Nec debet aliquis moueri, ſi ego recedo in hoc a dictis Hier. quia dicta ſanctorum non ſunt tantæ auctoritatis, quin liceat ſentire contrarium in his, quæ non ſunt per ſacram ſcripturam determinata. vnde dicit Augu. in epiſt. ad Vicentium de ſcripturis ſanctorũ doctorũ. Hoc genus ſcripturarum a canonicis ſcripturis diſtinguendũ eſt: Non enim ex eis ſic teſtimonia proferuntur, vt contrarium ſentire non liceat. Sequitur. (Doctorũ ſcripta, quam auctoritatem habeant.)

1 *Phares aũt genuit Eſrom.* Iſte Phares cum Iuda patre ſuo, & Iacob auo ſuo deſcendit in Aegyptũ, & ibi genuit Eſrõ, & Eſrõ Arã, & Aram Aminadab, & Aminadab Naaſon. Iſte aũt Naaſon cum patre ſuo exijt de Aegypto, & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deſerto poſt patrẽ ſuũ. Quòd. n. Iſte Aminadab fuit princeps trib. Iudæ in exitu de Aegypto, habetur Cant. 6. d. vbi dicit: Anima mea turbauit me pp quadrigas Aminadab. Ad cuius euidentiã conſiderandũ ꝙ liber Cant. ſecundum doctores Hebræos eſt de deo, & eccleſia Iſrael educta p ipſum de Aegypto. In exitu Iſrael de Aegypto dñs ſiccauit viã per mediũ maris rubri, & aquę ex vtraq; parte erant altæ ad modũ muri, ſicut habetur Exod. 14. & ideo filii Iſrael timebant intrare. Iſte Aminadab princeps trib⁹ Iudæ cũ tribu ſua primus intrauit poſt Moyſen, & ex hoc trib. Iuda dignitatẽ regni meruit. Et iõ dr̃. *Anima mea turbauit me, &c.* qa filii Iſrael videntes Aminadab p̃cedentẽ cũ currib. ſuis, admirati ſunt pp ei⁹ audaciã, & ſequuti ſunt eũ, igit᷑ poſt ipſum Aminadab fili⁹ Naaſõ fuit princeps trib. Iudę in deſerto, vt dr̃. N. 1. c.

2 *Naaſon autem genuit Salmon.* Hic eſt vnum dubium, qũo iſta Raab, q̃ erat de genere Chananæorũ, fuit coniuncta ipſi Salmon in matrimoniũ, quia erat prohibitũ filijs Iſrael ne vllo modo cõtraherẽt cũ Chananæis matrimonia, vt habetur Deut. 7. Dicẽdũ ad hoc, ꝙ iſtud fuit p̃ceptũ eis ne per Chananæas a cultu veri dei auerterentur, & ad idola cõuerterentur, vt ibidẽ hr̃, & ideo qñ aliqua perſona inueniebatur fidelis, & ex fide veri dei aliqd magnũ egiſſe, ſicut fecit iſta Raab, vt p̃dictũ eſt, tũc diſpẽſabat, vt poſſet coniungi in matrimonũ cũ filiis Iſrael, & pp hoc iſta Raab coniuncta eſt principi nobilioris trib. ſ. Iudæ, quia ꝓ filiis Iſrael fecerat magnũ actũ virtutis in exploratorũ ſaluatione. 3 *Booz autem genuit.* Eodẽ modo iſta Ruth cõiũcta eſt Booz, q erat nobilior de ciuitate Bethleẽ, licet. n. eſſet prohibitũ in lege, ꝙ non acciperẽt in matrimoniũ mulieres Moabitidas. Propter quod Eſdras fecit illas eiici cũ filiis ſuis a filiis Iſrael, vt hr̃. 1. Eſdr. 10. c. Ruth tñ Moabitis pp actum virtutis ex diſpenſatione coniuncta eſt ipſi Booz, quia ſicut dictũ eſt, pro fide vnius dei ſuſcipienda reliquit terrã ſuã, & venit in Iudęã cũ ſocru ſua. Sed oritur dubiũ, qũo iſte Booz genuit Obeth ex Ruth, quia a principio ducatus Ioſuę, qñ ſ. Salmõ accepit Raab, & inde genuit Booz vſque ad tẽpus in quo cępit Heli iudicare populũ, in quo tp̃e iſta Ruth venit cũ Noemi in Iudæã. fluxerunt 325. anni, & plus, vt põt patere cõputãti tp̃a iudicium intermediorum, & ideo dicendum, quòd tres fuerunt Booz ſibi ſuccedentes, auus, filius, & nepos, primus genitus eſt a Salmon de ipſa Raab, & tertius genuit Obeth ex Ruth. Et quia euangeliſta volebat vſque ad Dauid vnã quaterdenam tantũ ponere, ideo iſtos tres ſimiliter nominatos, & ſibi inuicem immediate ſuccedentes voluit vno nomine cõprehendere. (Obeth quomodo genitus ex Booz, Ruth.) 4 *Obeth au.* Iſte aũt alio nomine vocatus eſt Iſai, vt habetur. 1. Reg. Sed nomẽ Ieſſe hic ponitur, quia de ipſo hic agitur, prout Chriſtus deſcendit ab eo, vt ſcriptũ erat Iſa. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius, &c.* Et ideo ex nomine Ieſſe hic poſito oſtendit iſta prophetia cõpleta fuiſſe. 5 *Ieſ. au.* Iſte autem nominatur ſolus rex, licet ante eũ, & poſt fuerũt plures alii reges, qa iſte fuit primus electus in regẽ ſecũdũ beneplacitũ diuinũ, vt oñſum eſt ſupra, & pp excellentiã ſanctitatis ſuæ. 6 *Dauid au.* Tacet᷑ nomen

A ſabee ſe lauantē, placuit ei, & vocauit, iacuitq; cū eā, quā grauidā reuocauit Vriā de expeditione, vt ſic intraret in domū, & ſic partus aſcriberet̃ ei, qui nolēs intrare iacuit in veſtibulo, dicēs, q̀ dū arca eſſet in tabernaculis, nō intraret in domū ſuā. Acceptis igit̃ literis mortis ſuæ, ad expeditionem reuerſus eſt, & ſicut Dauid præceperat occiſus eſt à Ioab. Dauid in ſolario Chriſtus eſt, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuū. Bethſabee, puteus ſacietatis ſeptimus. ſ. lex per cuius cognitionem ſpiritualis gratia miniſtratur. Vrias, Iudaicus populus, q̀ per legem de luce Dei gloriatur: Sed huic Chriſtus legem abſtulit, quam de ſe loqui docuit. Ille vero dū mādata legis implere nititur, quaſi epiſtolas fert vnde damnetur. Vrias etiā Iudaicus populus qui noluit intrare in domū. i. ſpirituale legis intellectum. dicens, quia arca domini, i. eccleſia eſt in tabernaculis. i. in figuris. Ideo non intrauit in domum, id eſt non accipit alium intellectum, ſed accipit literas ſuæ mortis. id eſt intellectum literalem, qui ducit eum ad mortem.

D iudicat orbem terræ in æquitate.

f *Ioram autem genuit.* Chriſtus eſt Ioram, id eſt excelſus, qui ait. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit.* Pſal. 95. c Ibid. 24. c

Nota quod Ioram non genuit Oziam. ſed potius genuit Ochoziam. Ochozias genuit Ioas, & Ioas Amaſiam & Amaſias Oziam, qui & Azarias.

a genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salo 1
b Latitudo populi.
c mon autem genuit Roboam: Roboam autē
Pater dominus. Attollens.
d genuit Abiam: Abias autem genuit Aſa: Aſa
e autem genuit Ioſaphat: Ioſaphat autem ge-
f Excelſus.
g nuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam. O- 2
a Robuſtus domini. De quo dicitur: Fortitudo mea dominus. b Profectus id eſt Chriſtus: de quo Eccleſia quotidie in melius proficit.
zias autem genuit Ioathā. Ioa^b^than autem ge-
a Comprehendens. id eſt Chriſtus, quia nemo nouit patrem niſi filius.
genuit Achaz, Acha^a^z autem genuit Ezechiā.
h Obliuio.
i Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes 3
k autem genuit Amon. Amon autē genuit Io- 4
l ſiam. Ioſias autem genuit ^*^Iechoniā & fratres 5

Ioram duxit filiam Iezabel & fornicatus eſt, & fratres ſuos occidit. Vnde infirmatus eſt dolore vteri, vt viſcera egereret, quē ſequutus Ochozias ingreſſus eſt per vias domus Achab. Ioas autem adorauit ſculptilia & Zachariam filium Ioiadæ qui eum nutrierat & regem fecerat, occidi præcepit, quia eū de idololatria increpauit. Amaſias quoque coluit Deos Seir, Ideo & iſti tres de generatione Chriſti ſunt excluſi. ſecundum illud: *Viſitabo peccata patrum, vſque in tertiam & quartam generationem.* Sed hoc dictum eſt de illis qui peccata patrum ſequuntur. nam & bonus de malo genitus miſericordia eſt dignus, & malus de bono natus punit̃. Alij qui ponunt̃ quāuis mali fuerint, vel bonos generant, vel à bonis generant̃, vt Ioram filius Ioſaphat viri iuſti: Ozias pene in oībus rectū fecit, niſi q̀ incenſum adolere voluit, vnde & in fronte lepra percuſſus eſt. Hi tres reges ſunt intermiſſi, vel iō quia propoſitū fuit Euāgeliſte teſſeradecades ponere, vel quia Iorā miſcuerat ſe generi Iezabel, & dictū eſt per ꝓphetā in throno regni quenquā nō eſſe ſeſſurum de domo Achab, niſi in quarta gñratione, iō memoria eius à ſancta generatione tollitur vſque ad tertiā generationē, purgata vero labe gētilis familiæ, i quarta origo Chri numerat̃. Ioan. 3. b 2. Par. 21. a Ibidem. Exo. 20. a 4. Reg. 5. g * Ioachim. Ioachim autem genuit. E 3. Reg. 21. f

Myſtice Dauid, i. Chriſtus qui Goliā. i. diabolū ſuperauit. B Ipſe eſt manu fortis, vel viſu deſiderabilis. De eodem dr̃. *Dominus fortis & potens, &c.* Et iterum: *Speciosus forma præ filiis hominum.* Bethſabee, puteus ſacietatis, id eſt abundantia gratiæ ſpiritualis quæ munere ſeptiformi eſt puteus ſacietatis, in quo eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Tres prædictæ ſine pudore nominis ponuntur, quia non ſolum culpari, ſed etiam laudari meruerunt. Iuſtus autem nomine dignus eſt. Sed in hac quia loquēdo nequit, ſaltem ſilentio nominis quod turpe eſt tegit. Nomē viri quaſi iuſti ponitur, vt in hoc immanitas ſceleris verecundius memoretur, dum eius cauſa eſt occiſus. Vxor tamen propter ſacramentum eccleſiæ dicitur quæ occiſo diabolo in coniugium veri regis aſciſcit̃.

a *Vriæ.* Vria, lux mea Dei ſcilicet, id eſt diabolus, qui dixit. *Similis ero altiſſimo:* cui eccleſiam coniugatam Chriſtus de ſolario paternæ maieſtatis adamauit, & pulchram factam ſibi matrimonio copulauit. Vrias qui eſt figura diaboli, lux mea Deus interpretatur, qui adhuc transformat ſe in angelum lucis, & lucem Dei ſe facit.

b *Salomon autem.* Chriſtus eſt Salomon. i. pacificus, quia ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum. Ipſe eſt Roboam. i. impetus populi, qui velociter populos conuertit ad fidem.

c *Roboam.* De iſto dicitur: *Dabo ipſi Roboam tribum Iudam, vt remaneat lucerna Dauid cunctis diebus in Iſrael.* Quod ad literam non poteſt accipi, quia nec Iſrael cunctis diebus extitit, nec de Dauid poſt Chriſtum dux aliquis in Iſrael fuit. Sed Chriſtus lucerna eſt æterna in cœleſti Iſrael, & ideo ſeruatur ſemper. Super ſoliū autem Dauid dicitur ſedere Chriſtus, quia regnum Dauid temporale figurauit æternum Chriſti regnū.

d *Abias.* Pater dñs: Id eſt Chriſtus, qui dicit. *Ego ero illi in patrem, quia tanquam dominus omnia quæcunque voluit fecit.* Qui etiam eſt Aſa, i. attollens, quia ipſe abſtulit peccata mundi.

e *Ioſaphat, &c.* Iudicās vel iudiciū Dei, ſcilicet Chriſtus qui C iudicat

g *Ozias autem.* Sub Ozia, Ioathan, Achaz & Ezechia, prophetauit Iſaias de Chriſto. Propter peccata principum claudebantur ora prophetarum.

h *Ezechias.* Fortis dñs, ipſe eſt qui dicit apoſtolis: Nolite timere. Ezechiæ cū eſſet ſine liberis dictū eſt: *Diſpone do. tuæ quia mo.* Ideo fleuit non ꝑ longiorem vitam, cum ſciret inde placuiſſe Deo Salomonē, quia non petijſſet ampliores annos. Sed quia dubitabat ne promiſſio Dei impleretur cum ſe ſciret eſſe de genere Dauid per quē oportebat venire Chriſtū, & ipſe erat ſine liberis. vnde & dicebat. *Non videbo Deum, non aſpiciam hominem?* Econtra credebat, quia fidelis eſt qui promiſerat. Deus autem ſententiam quam dederat, ad probationem fidei immutat, & ſpacium generandi dat. Infra 10. c. Iſa. 38. a 3. Reg. 3. b Iſaiæ. 38. b

i *Manaſſes.* Obliuioſus. Iſte eſt qui quaſi conuerſo peccatori dixit. Omnium iniquitatum eius non recordabor.

k *Amon.* id eſt fidelis vel nutricius, ſignificans Chriſtum de quo dicitur: Fidelis dominus in omnibus vijs ſuis, qui conuocat filios, vt gallina pullos ſuos. Ezech. 18. c

l *Ioſias.* id eſt ſalus domini vel incenſum. Ille eſt qui dicit: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum, &c. Pſal. 144. c. Ibid. 140. a

Ioſias, rex iuſtus, quod nō filij eius quos genuit, nō in trāſmigratione, quia nunquā transmigrauit, ſed ſecundū prædeſtinationē Dei ad tranſmigrandū, Iechoniam & fratres eius ſimul ponit, vt quorū eſt cōmunis iniquitas, ſimilis ſit & miſeria. F

## NICOLAVS DE LYRA.

men Bethſabee, & exprimitur vir eius qui fuit iuſtus & bonus, vt patet. 2. Reg. 11. Et vt oſtendatur. quod Bethſabee de qua fit aliqualiter mentio, accidentaliter coniuncta eſt ipſi Dauid, ſcilicet per mortem Vriæ.

1 *Salomon autem genuit Roboam, &c.* Sub iſto Roboam diuiſum eſt regnum Iudæorum in duo regna, vt patet 3. Reg. 12. quia decem tribus receſſerunt ab eo, & adhæſerunt Ieroboam, & tunc dictum eſt regnum Iſrael. Duæ autem tribus quæ remanſerunt ipſi Roboam, dictæ ſunt regnum Iuda.

2 *Ioram autem genuit Oziam.* Sicut patet ex 4. Reg. Hic omittuntur tres reges ſibi ſuccedentes, quia Ioram genuit Ochoziam: Ochozias autem genuit Ioam: Ioas autē genuit Amaſiam. Amaſias autem genuit Oziam. Ratio autem huius eſt ſecundū Hier. quia Ioram accepit vxorem filiam impijſſimæ Iezabelis, ideo filij eius vſque ad quartam generationem de genealogia domini excluduntur, & maxime quia Euangeliſta volebat vnam quaterdenam tantum ponere ratione iam prædicta, ideo oportebat tres reges excludere. Et iſti tres ratione prædicta conuenientius alijs remouentur. Sequitur.

3 Eze-

3 *Ezechias autem genuit Manaſſen.* Iſte Ezechias non habebat hæredem quādo dictum eſt ei per Iſaiam prophetam, Eſa. 38. a. *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & non viues,* & tunc fleuit non timore mortis, ſed propter defectum ſeminis, timens ne Chriſtus de eo non naſceretur & ideo ipſo orante cum lachrymis additi ſunt vitæ ipſius anni quindecim, & tunc genuit Manaſſen. Qui quidem Manaſſes licet primo fuerit peſſimus, quia de eo ſcriptū eſt. 4. Regum. 21. cap. quod ipſe *impleuit Ieruſalem ſanguine prophetarum vſque ad os.* inter quos Iſaiam auunculum ſuum ſecari fecit, propter quod in captiuitatem ductus eſt, tamen finaliter pœnituit, & ad regnum ſuum reductus fuit vt habetur. 2. Paralip. 33. cap. Sequitur.

4 *Amon autem genuit Ioſiam.* Ioſias iſte fuit optimus quia iuuentute ſua cœpit quærere dominum deſtruxit templa idolorum per totum regnum ſuum.

5 *Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis.* Non quia adhuc eſſet tranſmigratio qñ geniti ſunt ſed quia imminebat. Nominantur autem fratres Iechoniæ cum eo, quia ſimiles ei fuerunt in captiuatione. Ioachaz autē qui primus regnauit poſt Ioſiam captiuatus eſt per regem Aegypti vt hr̃. 3. Reg. 24. Rex aūt Aegypti cōſtituit regem loco ipſius fratrē eius

 Elia-

A ſerua. Iechonias præparatio domini, quia tam patrem quam filium dominus ad transmigrandum præparauit.

4. Reg. 23. d. & 24. a. Legitur lib. Regũ, q; Ioſias genuit Ioachaz: & Ioachim: qui & Heliachim & Sedechiã. Ioachaz ſucceſſit patri in regnũ, quo capto a rege Aegypti ſubſtitut⁹ eſt loco ei⁹ Ioachim frater eius. Quo mortuo regnauit Ioachim (qui & Iechonias dictus eſt) filius eius ꝓ eo: quo capto a rege Babylonis: loco eius Sedechias poſitus eſt.

Iſidorus. Veritas hiſtoriæ habet, q; duo fuerũt Iechoniæ, vt vnus. ſ. pater ſit in fine præcedentis teſſeradecadis, alter in principio ſequentis. Sed myſticè ſecundũ Aug. vnus, & idem eſt in fine præcedẽtis & in principio ſequentis. Sed quare prætermiſſus eſt Ioachim pater Iechoniæ, forſitan vt typũ Chriſti faceret Iechoniam bis numerauit: & Ioachim ne numerus augeretur prætermiſit.

a eius † in tranſmigratione Babylonis. Et poſt [1]

a Iechonias præparatio domini quod Conuenit Christo qui dicit: vado parare vobis locum.

b c tranſmigrationem Babylonis, Iechonias ge
d nuit Salathiel. Salathiel autẽ genuit Zoroba- [2] [3]
e bel. Zorobabel autẽ genuit Abiud: Abiud au-
f tẽ genuit Eliachim: Eliachim autem genuit
g h Azor; Azor autem genuit Sadoch; Sadoch
i autem genuit Achim; Achim autem genuit
k l Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar
m n autem genuit Mathan; Mathan autem ge- [4]

Iechonias ſecundum alios & alios hic ꝓ eodem & altero accipitur. Rabanus. Quæritur quare Iechonias dr̃ filius Ioſiæ, cũ Ioſias Ioachim, & Ioachim genuit Iechoniã? Si autẽ eundem Iechoniam bis numeremus in fine, ſcilicet præcedentis teſſeradecadis, & in principio ſequentis ad hoc vt tres plene teſſeradecades inueniantur: iam non erunt. 42. patres. Diuerſis modis ſoluitur hoc. Hier. dicit, q; vterque pater & filius Ioachim & Iechonias vocabat̃: & ita vnũ habemus in fine præcedentis teſſeradecadis & alterũ in principio ſequentis, vt cum dicit Ioſias genuit Iechoniam, Ioachim intelligamus.

B Cum verò dicit: *Iechonias genuit Salathiel.* Ioachim accipiamus.

August. Aug. verò dicit, q; vnus bis numeratur. ſ. Iechonias, qui & Ioachim dictus eſt: à quo facta eſt quedã in exteras gẽtes deflexio, quũ in Babyloniã tranſmigratum eſt. Vbi ergo ordo a rectitudine deflectitur & in diuerſum tendit, angulum facit: & id quod in angulo eſt bis numeratur. Tranſmigratio in Babyloniã, ſignificat trãſitũ Apoſtolorũ ad Gẽtes. In qua tranſmigratione Chriſtus factus lapis angularis, vtrunq; populũ cõplectitur qđ oſtendit per Iechoniam bis poſitum.

Omnes qui a Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis numerantur, reges fuerunt.

Hom. 4. in Matth. a *In tranſmigratione.* ✠ Chryſoſtomus. Captiuitatis Babyloniçæ recordatur, vt doceat populum Iudæorum, ne aliqua quidem caſtigatione correptum, modiſq; omnibus neceſſariam fuiſſe Chriſti præſentiam. Cur vero non etiã de Aegypto mentionem facit? Quia Iſraelitæ captiuitatem Aegypti non timebant, Babylonis verò audire ſine timore non poterant: quippe cum illud eſſet antiquum, hoc recens.

C b *Iechonias.* Prior Iechonias, reſurrectio domini, ſequens Iechonias præparatio domini dicitur: Vtrunque congruit Chriſto, qui eſt reſurrectio & vita.

Iohan. 17. b c *Salathiel.* Petitio mea De⁹, Chriſto cõuenit qui dicit: Pater ſanĉte, ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos. D

d *Salathiel autem genuit Zorobabel.* Hoc in multis ſcripturis legit̃: ſed in Paralipomenõ filij Iechoniæ: Aſir, Salathiel, Melchirã & Phadaia: & de Phadaia orti ſũt Zorobabel & Semei. 1. Paralip. 3

Sed tradũt Hebræi Trinomiũ fuiſſe Aſir, Salathiel Melchirã & Phadaia. Vel Salathiel & Phadaia fratres filios quos genuerũt vterq; ſuũ vocauit Zorobabel. Cũ de iſto dicat Euangeliſta Abiud genitũ. Paral. dicit, q; Zorobabel Moſollam genuit, & reliquos inter quos Abiud non numerat̃: ſed multa vicio ſcriptorum in Paralip. deprauata ſunt. vnde multæ & interminatę genealogię inueniuntur quas iubet Apoſtolus vitari.

e *Zorobabel autẽ genuit Abiud.* Magiſter Babylonis. i. confuſionis. Illi conuenit qui mundum ab errore idololatrię ad viam Heriles. veritatis reuocauit. Fuerunt viri ſtudioſi ex Iudæis dicti Heriles propter propinquitatem generis Chriſti, erantq; Nazaræi, qui ordinem genealogiæ Chriſti partim memoriter, partim ex libris dierum, partim ab auis, & proauis retinẽtes ſecundum ordinem ſcripſerunt.

Pſal. 88. d f *Abiud.* id eſt pater meus Iſte Chriſto conuenit, de quo dicitur: *Ipſe inuocauit me: pater meus es tu, &c.*

E De Abiud vſque ad Ioſeph nulla hiſtoria inuenitur in Paralipomenon, ſed annales fuerunt apud Hebræos, de quibus Herodes multos comburi fecit, vt confunderetur ordo regiæ ſtirpis: & forſitan Ioſeph nomina patrum ibi legerat, vel aliquo modo ibi retinuerat per quem Euangeliſta ſeriẽ hanc generationis poſuit. Sed ſiue hoc ſiue alio modo, euangeliſte fuit hæc certa generationis ſucceſſio.

Ioan. 6. e g *Eliachim.* Dominus reſuſcitans. Ille qui dicit: *Omnis qui uidet filium & credit in eum, habebit vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum, &c.*

Pſal. 53. a h *Azor.* Adiutus. Ille eſt qui dicit: Ecce Deus adiuuit me, dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Ibid. 10. b i *Sadoch.* Iuſtus, id eſt Chriſtus, de quo dicitur: Iuſtus dominus & iuſtitias dilexit.

Ibid. 21. e k *Achim.* id eſt frater meus iſte. Quis alius, quam ille qui homo fieri voluit, vt poſſit habere fratres, de quibus diceret: *Nunciabo nomen tuum fratribus meis.*

Infr. 27. f l *Eliud.* id eſt, Deus meus conuenit Chriſto qui dicit: Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Pſal. 90. a m *Eleazar.* id eſt, Deus meus adiutor. Ille eſt, qui ex perſona hominis dixit: *Deus meus ſperabo in eum.*

Iohan. 3. b n *Mathan.* Donãs, vel donatus. Ille eſt, qui dedit donã hoib. F Et de quo dicitur: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum daret.*

Per hos patres Chriſtus in mundũ, & omniũ horum in ſe gerebat officium. Et dignũ eſt, vt per eãdẽ lineam, ſanctitatis ad

## NICOLAVS DE LYRA.

*Eliachim mutato nomine ipſius: & vocauit eum Ioachim, vel Iechoniam. Et iſte eſt qui dicitur hic genitus à Ioſia: quem captiuauit rex Babylonis, ducens ſecum in Babylonem; ſed in itinere remiſit eum ſub iuramento, quòd ei fideliter ſeruiret; ſed iſte Ioachim quarto anno volens rebellare, ab exercitu regis Babylonis captus eſt, & occiſus, & cadauer eius extra Ieruſalem proiectum. ſicut fuerat per Ieremiam prædictum; Ierem. 22. a.* Sepultura aſini ſepelietur, & regnauit Ioachim filius eius pro eo, *qui ſimiliter dictus eſt Iechonias, ſed aliter ſcribitur quam primus; quia pater eius Ioachim per ch & m. alius autem per ch. & n. & iſte regnauit tribus menſibus, & poſtea adductus eſt in Babylonem captiuus cum matre & nobilibus de terra Iuda, & conſtitutus eſt Sedechias auunculus eius filius Ioſiæ rex in Ieruſalem à rege Babylonis & 11. anno regni eius, quia rebellauerat captus eſt à rege Babylonis, & excęcatus eſt in Babylonem ligatus ductus, & Ieruſalem deſtructa, & templum combuſtum, vt habetur. 4. Reg. 25. Et ſic patet, quòd fratres Iechoniæ filij Ioſiæ fuerunt captiuati ſicut & ipſe; propter quod nominatur cum ipſo.*

Ioachim & Ioachin quo modo & pro quibus nominentur & ſcribantur.

1 Et poſt tranſmigrationem Babylonis. *Iſte Iechonias à quo incipit tertia quaterdena non fuit Iechonias filius Ioſiæ, ſed nepos eius per n. ſcriptus, vt dictum eſt, aliter non eſſent quatuordecim in iſta quaterdena vltima.*

2 Salathiel autem genuit Zorobabel. *Et iſte Zorobabel eſt ille ſub quo tranſmigratio rediijt de captiuitate, vt habetur. 1. Eſdræ. 2.*

3 Zorobabel autem genuit. *Contrarium videtur 1. Paralipomenon. 3. b. vbi dicitur quod Zorobabel genuit Moſollam, Ananiam, & Salomith. Eſt dicendum, quòd aliquis iſtorum fuit binomius, & ſic dictus eſt Abiud, quia plures binomij in ſacra ſcriptura inueniuntur. Ab iſto Abiud vſque ad Ioſeph nulla hiſtoria in Biblia reperitur ſed apud Iudæos fuerunt aliqui ſtudioſi qui genealogias à Dauid deſcendentes diligentiſſime ſcripſerunt propter Chriſtum quem expectabant à Dauid deſcendere, & ibi Matthæus potuit reſiduum huius genealogiæ videre. Vel ſi dicatur quòd Herodes illas ſcripturas combuſſit, ne linea regia ab alijs diſtingueretur, vt dicunt aliqui, Tunc dicendum quod Matthæus habuit per reuelationem, quod non habuit per ſcripturam, quia Apoſtoli & Euangeliſtę non fuerunt minus illuminati, immo magis quam antiqui prophetæ. Sequitur.*

4 Mathan autem genuit Iacob. *Contrarium dicitur Lucæ. 3. vbi dicitur, quod* Mathat genuit Heli, & Heli genuit Ioſeph. *Dicẽdum quod Mathat & Mathan deſcenderunt à Dauid, ſed Mathat per Nathan, qui fuit filius Dauid adoptiuus, Mathan autem per Salomonem. Et iſti duo Mathan & Mathat habuerunt vnã vxorẽ ſucceſſiue, & dicta eſt Heſta, & Heſta à Mathã concepit Iacob, & a Mathat Heli, ita quod Heli, & Iacob fuerunt fratres vterini, ſed de duobus fratribus à Dauid diuerſimode deſcendentibus. Heli autẽ accepta vxore mortuus eſt ſine ſemine, & ideo Iacob frater eius accepit vxorẽ fratris ſui, vt ei ſuſcitaret ſemen & genuit Ioſeph, ita quod Ioſeph fuit filius naturalis ipſius Iacob, & ſic accepit eum hic Matthæus. Fuit autem filius Heli legalis, & ſic accepit eum in genealogia Lucas, vt patet in figura ſequenti. Ratio autẽ quare Matthæus deſcribit genealogiam Chriſti per*

tis ad eũ aſcẽdamus, ꝑ quẽ ad nos deſcendere eſt dignatus.

A a *Ioſeph.* Apponẽs Chriſtus qui Iudæis Gentes oppoſuit, q & pater Chriſti dicitur, quem de ſua coniuge natũ adoptiue ſuſcepit, ſed, & putatiue pater dicitur. *Ioſeph.* Matthæus dicit Ioſeph filiũ Iacob, & Iacob filiũ Mathan. Lucas Ioſeph filiũ Heli, & Heli filium Mathat, ſed Mathan, & Mathat de eadem uxore Heſta nomine ſingulos genuerunt. Mathan qui per Salomonem deſcendit eam prius duxit, & relicto uno filio Iacob obiit, & poſtea Mathat qui per Mathan deſcendit de Dauid, eandem duxit, & genuit Heli, ſic Iacob, & Heli fratres ſunt uterini. Iacob autem uxorem Heli fratris ſui ſine liberis defuncti ad ſuſcitandum ſemen eius accipiens genuit Ioſeph natura ſuum, ſed ſecundum legem Heli filium. Quod dicitur filius nomine eius vocari cui ſuſcitatur, non eſt uerum, cum Booz eum quem genuit ex Ruth, non Elimelech cui ſuſcitatur, ſed Obeth uocauit.

[Left margin: …3.c. / …q.2.c. / …cuit. / demigrationem Babylonicam]

Supplantator vel luctator.

nuit Iacob. † Iacob autẽ genuit 1

a Stella maris. b Non de quibus, quia ſine virili coitu de ſola virgine natus.

a Ioſeph virum Mariæ, de q̃ a na

b tus eſt Ieſus, qui vocatur Chr̃us.

c Omnes itaq; generationes ab Abraham vſq; ad Dauid, generationes quatuordecim, & a Dauid vſq; † ad transmigrationẽ Babylonis generationes quatuordecim, & a transmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, gene-

D tur. Secunda, a Dauid .i. iuxta Dauid, a Solomone incipit, & in priorem Iechoniã finitur. Tertia, a ſecundo Iechonia in Chriſto terminatur, ab Abrahã vſque ad Dauid & a Dauid vſque ad Chriſtũ tria in hac diſtinctione notantur tẽpora ad Chriſtũ currere. Ante legẽ in quo Abrahã naturale ſeruans mandatum. Poſt legem quam Iudæi prȩuaricantes captiuantur. Poſt gratiã per quam omnes de captiuitate ſoluuntur. Et in his ſingulis bis ſeptẽ ſunt. quia gratia ſpiritusſãcti in homine geminatur, vt cor & carnem in vnum iungens faciat vtrumque exultare in Deũ. Quod autem ter .14. verã ſignificat religionem. Quatuor enim, & decẽ nouum, & vetus Teſtamentum indicant. quia via ad Chriſtum per decem verba legis, & quatuor euangelia prædicatur, ita tamen vt quicquid aſcribitur trinitati, quæ Deus eſt, conſecremus, quia nulla præceptio impletur, niſi hic numerus colẽdi Deũ teneatur. Vt & hãc viam eſſe perueniendi ad Chriſtũ (qui eſt noſtra terra promiſſionis) ſcias, totum numerum collige in ſummam, & ſunt. 24. quo numero manſionum veri Hebrȩi de Aegypto ad patriam veniunt. Et bene hoc numeri ſacramento venimus ad patriam, quo Chriſtus a patriarcha cui promiſſus eſt peruenit ad virginem, quaſi ad Iordanem, ſpiritusſancti gratia abundantem. Et ideo euangeliſta numerauit ab Abraham quadragintaduas generationes, velut cȩleſtis patriæ manſiones. in fine Chriſtum ſupputans, quæ eſt cõſummatio viæ, & manſio vitȩ. In Abrahã primum fides ad iuſtitiam reputatur, quod eſt initium viæ vel vitæ ad requiem. Ideo, 42. quia hoc numero prȩſens eccleſiæ tp̃s oſtẽdit, quo Dñs bene operantibus coopat̃. Septies .n. ſeni 42. ſunt Sex ad opa, ſeptẽ ad requiẽ pertinẽt, vnde bene populus ille ſub ſpe intrandi in requiem, per ſepties ſex manſiones caſtrametatur in quarum vltima Ieſu duce, patefacto Iordane requiem intrat. Sic noſter Ieſus quadrageſima ſecunda generatione ab Abraham credente, lauacra baptiſmi, & cœli ianuas patefecit. Sub eiuſdem numeri ſacramento nos curſu virtutum ad patriam tendimus, dum quotidie prælibando guſtu cȩleſtium fruimur, & patienter promiſſum expectamus.

* Rupertus. Ecce ſcala illa, quæ in ſomno Iacob apparuit quando parentibus obediens ibat in Syriam, vt de ſua cognatione acciperet vxorem. Ecce ſcala ſtans ſuper terram, acumen eius tangens cȩlum, & Dominus innixus ſcalæ, qui dixit ad eum, Ego ſum Dominus Deus, &c. Scala illa, generatio Chriſti, & latera ſcalȩ, ſummi patres vel principes ſunt huius generationis Abraham

B atque Dauid ad quos promiſſio facta eſt, ſupremus ſcalȩ gradus cui Dominus innixus eſt, iſte eſt beatus Ioſeph vir Mariæ. Quomodo iſte Deus, & Dominus huic innixus eſt? Vti que tanquam tutori pupillus, quippe in hoc mundo ſine patre natus eſt, ita innixus eſt huic Ioſeph, vt eſſet in fantulo iſte pater optimus.

b *Virum Mariæ.* Quid ad Chriſtum generatio ex Dauid deducta ad Ioſeph, cum Chriſtus nõ ex ſemine Ioſeph? Sed nõ eſt conſuetudo ſcripturarum, ut ordo mulierum in generationibus texatur, & ideo non per Mariam, ſed per Ioſeph inducitur, cum de una Ioſeph et Maria tribu fuerint. Vnde et eam quaſi propinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam ſe confunderet. unde etiam ſimul tanquã de una ſtirpe profitentur in Bethleem redire cum ſingulis in ſuã ciuitatem.

Exemplo Mariæ liquet fidelibus coniugatis ſeruato pari conſenſu continentiam poſſe permanere, coniugiumque uocari non permixto corporeo ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu. Vnde, & Ioſeph vir Mariæ dicitur, quia coniugium verum eſt vbi conſeruatur amoris affectus, & in Maria fructus nuptiarum inuenitur.

c *Omnes itaque.* Decurſo ordine generationis tandẽ, in fine concludendo, euangeliſta recapitulat ſub myſtico numero.

Tres diſtinctiones in generatione Chriſti myſtice inſinuant fidẽ ſãctȩ Trinitatis, quã concorditer aſtruit doctrina legalis, & euangelicȩ inſtitutionis. Tres enim trinitatis fidẽ, quatuor doctrinam euangelicam, decẽ, legis ſignificat inſtitutionem. In tres teſſeradecades diuiditur hȩc generatio. Prima eſt ab Abrahã vſque ad Dauid, ita qđ Dauid includatur.

Matthæus in hac vita (quæ quatuor tẽporũ curſu labitur, in qua regi nos oportet a Chriſto ſecundum laborioſam diſciplinam qua filios flagellat, quȩ in decem propter decalogi mandata ſignatur) per quadragenarium numerum regem Chriſtum veniſſe teſtatur, addito binario propter duo Teſtamenta, quibus regi nos oportet. Vel duo præcepta charitatis, in quibus tota lex continetur, & completur vetus ſcriptura. Quapropter in generationibus Matthæi, quæ deſcendendo enumerantur, noſtrorum ſignatur ſuſceptio peccatorum. In generationibus autem Lucȩ (quæ aſcendendo vſque ad Deum perueniunt, cui mundati reconciliantur per Chriſti ſacerdotium) intelligitur noſtrorum ablutio peccatorum. Ideo in ſeptuageſimoſeptimo numero tota eius enumeratio completur, in cuius myſterio Saluator remittendũ eſſe peccanti dicit. Denarius .n. iuſtitiæ eſt numerus, vnde denarius tranſgreſſio eſt denarii, qui

C … ſepties F

NICOLAVS DE LYRA.

*ſti per Salamonem filium eius naturalem hæc eſt, quia deſcribit aſſumptionem noſtræ humanitatis a Deo. Lucas autem per Nathan filium adoptiuum, quia deſcribit reductionem noſtram in Deum, quæ fit per gratiam adoptionis.*

1 Iacob autem genuit Ioſeph uirũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus qui uocatur Chriſtus. *Cum Ioſeph non fuerit pater Ieſus vt habetur inf. eodem capitulo, non videt eſſe ſufficienter probatũ ꝑ iſtã genealogiam ſic deſcriptam, quod Ieſus filius Mariæ fuerit de ſtirpe Dauid, dicendum, quod immo qa Ioſeph, & Maria fuerũt de eadẽ tribu, quia mulier non poterat nubere cum viro alterius tribus, quãdo ad ipſam pertinebat hæreditas paterna vt patet Num. 37. De filiabus Salphat. Beata autem virgo Maria fuit vnica Ioachim patri ſuo, & ideo ex lege cogebatur viro ſuæ tribus nubere, propter hoc etiã iuit cũ Ioſeph in Bethleem ciuitatem Dauid vt profiteretur cũ eo, vt habetur Luc. 2. Modum autem per quem fuerunt de eadem tribu Damaſcenus deſcribit dicens, quod Melchi habuit fratrem nomine Panthearn qui genuit Barpanthera, & hic genuit Ioachim, qui genuit beatam Mariam, & ſic beata Maria deſcendit a Dauid per Nathan ſecundum Dam. li. 4. cap. 6.*

A ſepties decies explicat ſeptuageſimũ ſeptimũ, in quo numero conſũmata vniuerſalis peccati ſit plena remiſſio peccatorũ per Chriſtum aſcendentibus ad Deũ. Nec eſt mirandũ, quod Lucas plures ſucceſſiones ponit a Dauid vſque ad Chriſtũ, Matthæus pauciores cũ ille ponat alias perſonas, ille alias & ex his forſan alij minus, alij plus vixerunt. Nota non eſſe conſuetudinem ſcripturarum vt in generationibus ſucceſſionis, ordo mulieribus tribuatur, ideo generatio Ioſeph ordinabiliter ponitur qui de eadem tribu, de qua beata Maria fuiſſe cognoſcitur.

Succeſſionis ordo in generationibus mulieribus nõ tribuit.

† deprehenſa eſt grauida.

D virgo viri ſolatio ſuſtentaretur. & vt diabolo partus occultaretur, qui nequit ſatis dignoſcere an ex ſemine natus ſit, an de virgine, & ne virginibus eſſet excuſatio infamiæ quod mater Chriſti infamata fuerit. Deſponſatio fiebat per aliquot dies ante aſſiduam cohabitationem, & interim erat cuſtodia viri. uxor ſub

† natiuitas

a Per quam dignatus eſt venire. b Non alt ſic ſiſta eſt, quia ſemper apud patrem erat.

a rationes quatuordecim. Chriſti autem † generatio ſic era^b^t. 1
b a Vt per Ioſeph de Dauid monſtraretur.
cũ eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph antequã cõue- 2
c a A Ioſeph. b Ecce illud nouum, Mulier circundabit virum non aliunde quam ex ſe gignendo De quo eſt qui concipitur, & generatur. c De poteſtate non ex 3
d ſubſtantia, ne ſpiritus dicatur incarnatus. 4
nirẽt, † inuẽta eſt in u^b^tero habens de ſpirituſancto † Ioſeph 5
e Sponſus. a Pro traducere Græci habent propalare. b Ne ſi palam eſſet vt adultera puniretur. 6
7
f aũt vir eius, cũ eſſet iuſtus, & nollet eã † traducere, voluit, o^b^c 8
g 9

d *Antequam conuenirent*. Non quod poſtea conuenerint vt ſi diceremus ante quam pœnituerit, morte præuẽtus eſt. Non quod poſtea conuenerint, ſed oſtendit proximum tempus nuptiarum in quo nuptiarum ſolemnia celebrantur.

† 27. q. 2. prius quam & uenta c. ge De verbo. ſig c. 4. † infamare

E

B a *Chriſti autem generatio*. Sine additamento, Ieſu, ponit, vt eum intelligas de quo propheta, Vnxit te Deus tuus. Ieſus, quod ſubſtantialiter illi cõuenit, angelo reſeruat, vt qui poſt dicturus eſt conceptum de ſpirituſancto, nomen ei propriũ ex ſaluationis officio ſublimius declaret.

Pſal. 44. b.

b *Sic erat*. Sicut dictum eſt, vt ex Ioſeph, origo Mariæ, quæ eſt de Dauid clareſceret, & Chriſtus, non ex eius ſemine, vt Deus & homo, per genealogiam homo, per hoc, de virgine de ſpirituſancto Deus oſtenditur. Sic inquam erat vt præſcripta eſt, & mox dicetur ſicut poſtea ſignis & prodigiis manifeſtatur, vt totus liber Deum, & hominem natum demonſtret. Quod eſt credendũ vt poſſit intelligi. Hic. n. ſenſus deficit humanus, vbi non eſt natura, ſed virtus, quod non credit, non intelligit, quod virgo peperit, quod verbum caro factũ eſt.

c *Cum eſſet deſponſata*. Origene. Io deſponſata vt ſignificaret eccleſiã, quæ virgo eſt & ſponſa. Et vt per Ioſeph origo Mariæ oſtenderetur. Vel vt Ioſeph eſſet teſtis caſtitatis defendẽs eam ab infamia ſuſpicionis, & ne vt adultera damnaretur, & vt virgo

C

e *Inuenta eſt in vtero habens*. Inuenit Ioſeph in vtero habere ſed non de ſpirituſancto ſciebat eſſe, cũ poſtea vt dubius deliberaret dimittere eã. Apoſtolus autem hoc addit ne interim ſurreperet ſuſpicio lectori. Quomodo hoc factum ſit, & quo ordine, vel in qua ciuitate Chriſti conceptio ſit celebrata, hoc prætermiſſum, a Luca exponitur.

f *Iuſtus*. Per fidem, qua credebat Chriſtum de virgine naſciturum, & voluit ſe humiliare ante tantam gratiam.

Quod iuſtus erat, hoc eſt teſtimonium caſtitatis Mariæ, vt qui ſeruat innocentem, iuſtus dicatur, ſed & pius dũ nollet propalare, ex conſcientia caſtitatis iuſtus, ex timore pius. Sciebat illã eſſe inculpabilem, ſed vnde vel quid eſſet ignorabat, & ideo mediam elegit viam effugiendi, vt neque innocẽtem proderet, neque rei cognitæ conſentiendo ſe reum faceret corã Deo. Vera virtus eſt, cum nec pietas ſine iuſtitia, nec ſine pietate iuſtitia, quæ ſeparatæ ab inuicẽ dilabuntur.

Luc. 1

g *Et nollet eam*. Quam deſponſauerat in coniugiũ ducere, ne videretur

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Chriſti generatio ſic erat. *Deſcripta genealogia Chriſti in quo Matthæus oſtendit Chriſti veram humanitatem, hic oſtendit diuinitatem eius per modum conceptionis eius mirabilem. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur beatæ virginis mira impregnatio. Secundo ipſius Ioſeph digna dubitatio, ibi:* Ioſeph autem cum eſſet iuſtus. *Tertio, magnæ dubij certificatio ibi* Hoc autem eo cogitante. *Dicit ergo primo.* Chriſti autem generatio, &c. *Quaſi dicat ne credatur, quod Ieſus ſit genitus ex commixtione maris, & fœminæ ſicut præcedentes, & ideo deſcribitur modus mirabilis qui ſequitur*

2 Cum eſſet deſponſata mater eius. *Ideſt, Chriſti.*

3 Ioſeph. *Scilicet ſponſo ſuo.*

4 Antequam conuenirent. *Carnaliter ſcilicet. Non quia poſt cõuenerint, vt inf. dicetur.*

5 Inuenta eſt in vtero habens. *Inuenta inquam a Ioſeph, qui curam virginis habebat.*

6 De ſpirituſancto. *Iſtud refertur ad verbum præcedens, cum dicitur.* Habens in vtero. *quia hoc fuit virtute ſpirituſſancti. Illud enim quod in generatione aliorum hominum ſit per virtutem ſeminis deciſi a patre, & recepti a matrice, fuit factum virtute ſpirituſſancti in virgine, virtute cuius ex puriſſimis ſaguinibus beatæ viginis fuit corpus Chriſti formatum, & in eodem inſtanti animatum, & a verbo aſſumptum, quia cum infinita ſit virtus ſpirituſſancti, poteſt omnia in inſtanti.*

*Sed quæritur quare iſta conceptio Chriſti non fuit facta antequã virgo deſponſaretur ipſi Ioſeph. Dicendũ quod beatus Ambro. ſup Lucam ad hoc aſſignat multas rationes quorum aliquas accipio. Primo enim iſtud fuit rationabiliter ex parte pueri, quia ſi conceptus fuiſſet ante deſponſationẽ, potuiſſet rationabiliter a Iudæis ſicut illegitimus repudiari, & nõ ſicut Chriſti recipi. Secundo, quia puer propter perſecutionem Herodis erat in Aegyptũ portandus, & reportandus, ideo ſponſus Mariæ erat ad hoc & conſimilia neceſſarius. Item hoc fuit ex parte virginis neceſſariũ, vt haberet miniſtrũ, nõ ſuſpectũ, ſed ſibi cõiunctũ vt ſponſum. Item hoc fuit rationabile ex parte noſtra, quia ſicut per Thomam palpantem cicatrices Chriſti, certificati ſumus magis de reſurrectione Chriſti quã per alios, ita per Ioſeph magis certificati ſumus de virginitate Mariæ, quia dolore iniuriæ fuiſſet motus ad vindicandum opprobrium niſi in virgine cognouiſſet diuinũ ſacramentũ.*

*Item quæritur hic. Cum Maria eſſet iam deſponſata Ioſeph & in domo eius, vt dicit Chryſoſt. quare non acceſſit ad cognoſcendum virginem. Dicendum quod modus erat iuſtorum non perficere matrimoniũ per carnalem copulam, niſi prius uacarent orationi per aliquod tempus implorando diuinam miſericordiam, vt patet Tobiæ 8. Et tunc creditur reuelatum eſſe ipſi Ioſeph propoſitum Mariæ de obſeruanda uirginitate. Licet enim cogeretur ad matrimonium contrahendum ſecundum temporis illius modum, propter rationes prædictas, tamen habebat uirginitatem in deſiderio, & propoſito, ſed uotum non expreſſit, Contraxit igitur matrimonium committens ſe diuinæ uoluntati, & tunc ex reuelatione diuina creditur, quod Ioſeph cognouit propoſitum Mariæ, & tunc ex communi conſenſu nouerunt uirginitatem, quia vt creditur Ioſeph adhuc virgo erat: Cuius ratio eſt, quia cum Chriſtus in paſſione ſua nulli matrem ſeruandam tradidit niſi virgini, non eſt probabile, quod ante conceptum dum adhuc eſſet iuuencula traderetur alicui niſi virgini cuſtodienda.*

7 Ioſeph autem vir eius. *Hic ponitur Ioſeph digna dubitatio. Emiſſo autem voto prædicto angelus Gabriel venit ad virginem ignorante Ioſeph, & impregnata eſt de ſpirituſancto, vt habetur Luc. 1. Et ſtatim de licentia Ioſeph abiit ad cognatam ſuam ſcilicet ſanctam Elizabeth vt ei prægnanti ſeruiret, & natum filij ſui præcurſorem videret, & ibi manſit tribus menſibus vſque ad peractam præcurſoris natiuitatem. Ipſa autem redeunte uidit Ioſeph uterum eius grauidum, incurrit ex hoc uehementem ſuſpicionem. Nec fuit mirum propter Mariæ longã abſentia, ex altera parte tantũ tenebat de Mariæ ſanctitate, ut dicit Chryſoſt. quod ſibi uidebatur impoſſibile eam cecidiſſe.*

8 Cum eſſet iuſtus & nollet eã traducere. *Ideſt, propalare, quia non erat certus de crimine. Et tunc.*

9 Voluit occulte dimittere eam *Ne forte ex oppoſita parte faueret*

## MORALITER.

7 *Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſt. &c.* Per Ioſeph cogitãtẽ dimittere Mariam, qui certificatus de myſterio per angelũ, accepit eam vt domina, ſignificatur homo, dubitans in fide vel moribus qui per prædicatorem uel cõfeſſorẽ bonũ in fide ſolidatur, & ſubijcit ſe ei in illis quæ fidei ſunt orthodoxæ.

MORA-

videretur quod ignorabat celare. Vel traducere ad pęnam
A in qua nouerat non infamiam, quia ſciebat ſe eam virginem accepiſſe; intactam ſeruaſſe.

* Origenes. Quoniam virtutem myſterij, & ſacramentum quoddā magnificū in ea cognoſcebat, cui approximare ſe indignum æſtimabat, ideo humilis quærebat ſe longe facere, ſicut Petrus cum dixit, exi a me domine, quoniā homo peccator ſum.

Hom. 1. in diuerſos.

* Auguſtinus. Secum æſtuabat diſputans, & dicens. Quid faciam? prodo, aut taceo? Si prodidero adulterio non conſentio, ſed vitium crudelitatis incurro, quia ſecundum Moyſi ſententiam lapidandam eam eſſe cognoſco. Si tacuero malo conſentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malum eſt, adulterium prodere peius eſt, dimittam eam a coniugio.

Hom. 14. de ... dom. † 7. q. 2. c. ſi quis deſpōſauerit, & in ca. ... titutum. & c. genuit. &c. ... poſtquam. † ... cenitum.

a *Hæc autem eo cogitante*. Hic docemur diu deliberandum eſſe in incertis, ne peccetur temeritate leuitatis.

b *Ecce angelus domini*. quia ſic pie cogitat, conſolari meretur, & conſilium ſuum meliori conſilio mutatur.

a Ne ſi retineret, neſciens euentum rei, quaſi conſcius eſſet peccati. b Vt occulte dimitteret.

a culte dmittere eam. Hęc autem eo cogitā 1

Non deluſor. a Non manifeſta viſione, quia dubietate animi premebatur, velut ſomno infidelitatis. b Ne vlterius premeret dubietas quem commendabat æquitas.

b te, ecce angelus dñi in ſomnis apparuit Io 2

a Familiarem, & notum oſtendit, cuius nomen, & genus dicit. 3

c
d ſeph, dicens. † Ioſeph fili Dauid, noli ti

a Secundum præceptum legis nominatam.

e mere accipere Mariam coniugem tuam.

a Et ne ſuſpiceris. quod de alio ſit. Quod enim, &c. b Iam conceptum 4

f Quod enim in ea † natum eſt, de ſpiritusā- 5

a Non impones, quod ab æterno impoſitum eſt. 6

g
h ćto eſt. Pariet autem filium, & vocabis no

a Saluatorem. b Subdit cauſam nominis. c Quod ſolius eſt Dei. 7

i men eius Ieſū. Ipse enim ſaluum faciet po

k a Quos prædeſtinauit. b Quæ ex eis ſunt. c Hoc quod narrat, teſtimonio prophetico certius facit. 8

pulum ſuū a peccatis eorum. Hoc autem

l totum factum eſt, vt adimpleretur quod

Eſaiam:

m dictum eſt a domino per prophetam, di-

a Quaſi ex ſubſtantia ſuæ carnis, non aliunde, tanquam per coitum viri:

n centem. † Ecce virgo † in vtero habebit, &

ctus amoris, quod verum coniugium, & in ea ſine coitu eſt D fructus nuptiarum.

* Auguſtinus. Hoc exemplo magnifice inſinuatur fidelibus coniugatis, etiam ſeruata pari conſenſu cōtinentia poſſe permanere vocariq; cōiugiū, nō permixto corporis ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu.

Libr. 2. de conſenſu euan.

f *In ea natum*. De ea naſci, eſt in lucem produci. In ea vero naſci eſt concipi, vel ſecundum pręſciētiam angeli quam habet ex Deo, cui futurum quaſi præteritum, natum dicitur.

g *De ſpiritu ſancto*. Spiritusſanctus dicitur Deus, & donū Dei, & charitas, & ſola charitas eum incarnari fecit.

h *Pariet*. ne videretur Ioſeph non eſſe neceſſarius ei. Subdit. *Pariet*. Et ita eris neceſſarius procurationi.

i *Vocabis*. Idem dicit iſti quod prędixerat Marię, vt promiſſum Saluatorem iam veniſſe tam viris quam fœminis repreſentet ex voce.

k *Ipſe enim*. Nomen interpretatur.

l *Hoc autem*. Quod propinquo eſt deſpōſata. Quod inuenta eſt in vtero habens. Qđ peperit virgo. Quod Ieſus vocat⁹ eſt, Quod ſaluat Hoc enim ait Euangeliſta, quādo iā oīa impleta erāt. E

† erit prægnans.

B * Rupertus. Quare timorem ciuſmodi venire Deus permiſit? Quare non præuenit? Quare angelum non miſit antea? Videlicet vt tentaretur vt manifeſtum fieret tam ſanctis Angelis, quam hominibus de ipſo quod eſſet iuſtus, & talis qui digne ſic deberet appellari, Ioſeph fili Dauid.

Iſa. 7. c. Hom. 1. in diuerſos.

c *Fili Dauid*. Recognoſce quod promiſſum eſt domui Dauid, de qua tu es & Maria, & vide impletum in ea.

d *Noli timere*. Quamuis tantum ſit quantum credis, & ne timeas pro reatu, ſed amplectere charitatis intuitu.

* Origenes. Ne timueris, inquit, ne conturbetis, ſed ſecurus & intrepidus accipe eam, ſicut commendatum cęleſtē theſaurum, vt deitatis diuitias & pleniſſimam ſanctitatem.

* Euthymius. Quid eſt autem accipere? Intus retinere, vel ad ſeipſum rurſus capere. Iam enim mente ab ipſo diuiſa erat. Accipere vero non ad nuptias, ſed ad cuſtodiam. Vxorem quoq; dixit, vt inde cum certiorem faceret, quod à nullo viro cognita eſſet.

e *Coniugem*. Coniux erat non concubitu, ſed affectu, non coniunctione corporis, ſed copulatione animorum.

Nota coniugem dici à prima fide deſponſationis. Igitur diſpenſationis eſt, ſi quis permittitur aliam ducere poſt ſacramētum ſponſionis, & ſi nunquā debitum ſoluere poſſit.

C Bene Ioſeph vir, & Maria coniux dr̃ cū in eo ſeruat affectus

m *Vt adimpleretur*. Prophetia, ſignum eſt præſcientiæ Dei, quia quod dicit certum eſt a Deo præſciri, & ideo ab homine debet timeri. Nullum autem ſignum quod deſignat, efficit, ſed tantum ſignat quod oſtendit, ſic prophetia non neceſſitatē eorū facit, q̄ prædicit, ſed ſignū eſt pręſciētię Dei.

Pro phetia

Hier. Non eſt neceſſitas rerum ex eloquio prophetarum, ſed ſola exhibitio veritatis. Prophetia non facit neceſſitatem eorum quę dicit, ſed ſignum eſt præſcientię Dei.

Prophetia alia eſt ex prędeſtinatione Dei, quā neceſſe eſt omnibus modis euenire, vt ſine noſtro impleatur arbitrio, vt hęc de qua hic agitur. Alia eſt ex pręſciētia Dei cui noſtrū admiſcetur arbitrium. Alia eſt, quæ cōminatio dicitur, quæ fit ob ſignum animaduerſionis diuinæ, vt fugiant à facie arcus electi, & iuſte pereant incauti, & nō ex præſcientia, quia longe aliter ſcitur, quam futurum comminetur.

n *Ecce virgo*. Admiratur propheta Iſaias, & quaſi omnes de ſomno ſuſcitans, ait. *Ecce virgo in vtero habebit*. ſpiritui ſancto pręſens erat quod in tempore nondum erat.

Iſa. 7. c

*Ecce virgo*. Dicunt Iudæi, quòd non eſt hoc nomen integritatis, ſed ætatis puella. Sed quomodo tunc eſt ſignum? Senſum Iſaię ſequitur, non verba. Pro concipiet, ponit. *In vtero habebit*, & vocabunt, pro vocabis, vel vocabitur. F

Emmanuel

## NICOLAVS DE LYRA.

fuerer ſibi in crimine. Et bene dicitur, quod occulte, ne ſi in palam eā relinqueret, neſciret reſpondere determinate cauſam dimittendi eam hoc quærentibus, cum haberet argumenta ſibi inſolubilia ex vtraque parte, vt viſum eſt. Sed quęritur hęc quare Maria non dixit ei diuinum ſecretum? Eſt dicendum quod talia non ſunt reuelanda, niſi quantum ſe extendit voluntas diuina, & ideo beata virgo tacuit, tenens firmiter quod ſicut iſtud ſecretum fuerat reuelatum ſanctæ Heliſabet, vt habetur Luc. 1. ſic reuelaretur alijs competenti tempore ex beneplacito diuinæ voluntatis. Similiter quęritur, quare Ioſeph non petiuit ab ea? Dicendum, quod pro nihilo petiſſet, quia ipſi Mariæ pro ſe dicenti non credidiſſet, & iterum ex diuina diſpenſatione hoc factum eſt, vt per reuelationem angeli ipſe ſic certificaretur quod de cętero nullo modo dubitare poſſet.

1 *Hæc autem cogitante, ecce angelus domini in ſomnis*. Hic ponitur ipſius Ioſeph dubitantis magna certificatio. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur certificatio quantum ad intellectum. Et ſecundo oſtenditur hæc certificatio per effectum, ibi. *Surgens autem*. Prima adhuc in duas, quia primo ad certificationem ipſius ponitur teſtimonium angelicum. Secundo, ad fidei noſtræ confirmationem producitur teſtimonium propheticum, ibi. *Hoc autem totum factum eſt*. Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quod magnum malum fuiſſet, ſi ad modicam horam ipſe Ioſeph beatam virginē quę de ſpiritu ſancto conceperat, dimiſiſſet, ideo cum adhuc de hoc deliberaret certificatus eſt per angelum antequam

Diuiſio.

tequam ab ea diſceſſiſſet. Et hoc eſt quod dicitur. *Hæc autem eo cogitante ecce angelus domini in ſomnis apparuit Ioſeph dicens*. quia anima clauſis ſenſibus exterioribus, ad recipiendum reuelationem magis eſt apta, quia tunc non eſt per occupationem ſenſuum exteriorum impedita. Sequitur.

2 *Ioſeph fili Dauid*. Quia de Chriſto volebat loqui, qui erat promiſſus ipſi Dauid: ideo de ipſo Dauid memoriam fecit.

3 *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*. non ad carnalem copulam, ſed ad cohabitationem cum ea, & deuotam miniſtrationem. Subditur ratio.

4 *Quod enim in ea natum eſt*. Non dicit, ex ea, quia natiuitas in vtero eſt quando fœtus animatur, & illa erat completa, ſed adhuc natiuitas ex vtero tempore debito expectabatur.

5 *De ſpiritu ſancto*. Miraculoſe facta eſt conceptio, non interueniente adulterio. Sequitur.

6 *Pariet autem filium*. ſcilicet quando erit natiuitas ex vtero.

7 *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. In hoc autem oſtendit angelus eum verum hominem, in partu virginis, verum Deum, in ſalute populi à peccatis, quia nullus poteſt ſaluare à peccatis, niſi Deus.

8 *Hoc autem totum factum eſt*. Hic ad certificationem noſtræ fidei adducitur ad hoc teſtimonium propheticum. Vnde iſta ſunt verba Euangeliſtæ ſcribentis, non angeli loquentis. Volebat enim oſtendere in hoc completam eſſe prophetiam Iſaiæ, ſeptimo capitulo. Ecce virgo in vtero habebit & pariet, &c. Sequitur.

A a *Emmanuel.* Proprium eſt Chriſti, ut Ieſus, quia cum his quos ſaluat, ſemper adiuuando perſeuerat.
Tribus de cauſis de veteri Teſtamento aſtruit ea q̃ ponit in Euangelio. Pro teſtificatione, vt habeat teſtimoniũ a lege & prophetis. Pro confirmatione fidei, qa facilius credamus cũ videmus impleta que ſunt prędicta. Pro commendatione noui, et veteris Teſtamenti.
b *Exurgens autem Ioſeph a ſomno.* Beda.
Moraliter Quiſquis a Deo monetur, ſoluat moras, ſurgat a ſomno faciat, quod iubetur.
† excitatus, c *Fecit ſicut præcepit.* Perfecta obedientia. Fecit non tantum quod præcepit angelus, ſed etiam ſicut pręcepit. Exhibitione ſeruitutis, et effectu amoris obediens recte dicitur feciſ‑
† adiunxit, ſe ſicut præcepit ei angelus.
d *Angelus domini.* Non relinquitur mētiendi locus vbi offi‑
B cium angelorum celebratur.
*Et*

a Alias vocabunt primo angeli pſallentes, inde apoſtoli prædicantes, vel alii credentes.
a pariet filium. & vocabitur nomen eius Em‑ 1
a Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nobiſcum. i. in homine Deus.
manuel. quod eſt interpretatum nobiſcum
Dubietatis.
b Deus. † Exurgens autem Ioſeph a ſomno fe‑ 2
c a Non malignus. Propter prædictas cauſas. 3
d cit ſicut præcepit ei angelus domini. † Et 4
e a Ad opus coniugale. Propter ſecreta quæ didicerat.
† accepit coniugem, & non cognoſce‑
a Id eſt ſubſtantiæ ſuæ. b Ante quem nullus nec poſt quem alius,
f bat eam donec peperit filium ſuum primo‑ 5
g a Die octauo quo fiebat circunciſio, & nomen imponebatur.
genitum, & vocauit nomen eius Ieſum.

c *Et accepit con.* Ad vitandum virginis infamiam, ad celandũ ſaluatoris aduentũ, ad neceſſariũ pueri naſcentis obſequiũ. D
f *Donec peperit.* Non quod poſt, quod magis conſtat. cum multis modis cognouit Deum eſſe qui natus eſt.
Non quod poſtea cognouerit, ſed ponitur donec, pro et, vel Pſal. 109. a. pro æterno, vt *Donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*
Dicitur q̃ Ioſeph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quam ſpiritusſanctus a conceptione impleuerat penitus. E
Et ideo non cognoſcebat facie ad faciem quam deſponſauerat, donec vterus euacuaretur † de verb. ſign. cap. 5. de quo hic non agitur.
g *Primogenitum. & vocauit nomen eius Ieſum.* Primogenitum dicitur omne quod aperit vuluam, ſiue aliud ſequatur ſiue non, Vel primogenitus inter omnes electos per gratiam. Proprie autem vnigenitus Dei patris vel Marię dicitur. F

## C NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vocabitur nomen eius Emmanuel. *Per hoc oſtenditur verus deitatis & humanitatis in Chriſto. Prius enim erat nobiſcum Deus per eſſentiam, potentiam & præſentiam. Similiter erat per gratiam nobiſcum quantum ad ſanctos patres, ergo ly nobiſcum, importat hic ſpecialem vnionem quæ facta eſt per noſtræ humanitatis aſſumptionem.*
2 Exurgens autem. *Hic ponitur ipſius Ioſeph certificatio per effectum, quia exurgens a ſomno certificatur de virginitate Mariæ ad mandatum angeli.*
3 Accepit coniugem. *Tanquam dominam ſuam, ei obſequioſe miniſtrando.*
4 Et non cognoſcebat. *Quod exponunt aliqui de cognitione faciei dicentes quod ex præſentia Chriſti in vtero virginis tanta erat claritas in eius facie, quod Ioſeph non poterat eam cognoſcere, ſicut dicitur de claritate faciei Moyſi ex conſortio ſermonis domini, quod non poterant intendere in eam filii Iſrael, vt habetur. 2. Cor. 3.*
*Aliter exponit Hieron. de cognitione carnalis copulæ, quia cum ea vouerat virginitatem, vt dictum eſt. Sequitur.*
5 Donec peperit. *Ex hoc loco dixit Eluidius hæreticus, quod Maria licet a Ioſeph non ſit cognita ante partum Chriſti, tamen poſt eius partum ab eo cognita fuit, & alios filios peperit. Quod arguit ex hoc quod dicitur hic.* Non cognoſcebat eam. *ergo poſt partum cognouit Item ex hoc quod ſubditur.* Primogenitum. *quia primogenitus non dicitur niſi reſpectu aliorum filiorum ſecundo genitorum. Hoc*
*etiam*

*etiam confirmatur, quia Ioh. 3 legitur Chriſtum fratres habuiſſe, ſed hoc non valet. quia ſicut dictum eſt, Maria & Ioſeph virginitatem vouerant. Item beata virgo fuiſſet ingratiſſima. ſi tanto ac tali filio non fuiſſet contenta. Item Ioſeph qui dicitur ſanctus ſceleratiſſimus ac præſumptuoſiſſimus fuiſſet ſi templum ſpiritusſancti, & ſpeciale habitaculum Dei violare ac polluere præſumpſiſſet. Ad primum ergo dicendum, quod hæc dictio, donec aliquando ſignificat tempus determinatum, quo tranſacto fit aliquid, ſicut dicitur. Iſte non comedit donec eſſet hora ſexta. hoc eſt intelligendum quod completa ſexta comedit, & ſic non accipitur hic. Aliquando accipitur pro ſemper, ſicut in Pſal. habetur de Chriſto.* Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. *Non eſt ſic intelligendum. quod quando inimici eius erunt poſiti ſub pedibus eius tempore iudicij, quod tunc dimittat ſedere ad dexteram patris. immo æternaliter ſedebit. & hoc modo accipitur hic donec cum dicitur.* Non cognoſcebat. *Ad ſecundum dicendum, quia Chriſtus primogenitus filius virginis dicitur, non quia alij fuerunt poſt ipſum, ſed quia nullum peperit ante eum, & hoc modo accipiebatur in lege. vbi præcipiebatur quod primogenitus Deo offerretur, & ſi aliqua mulier pariebat vnicum, tanquam primogenitum offerebat illum. Ad tertium dicendum quod in euangelio fratres Chriſti nominantur cognati eius germani, quia de eadem cognatione, ſicut Abraham, & Loth dicuntur fratres, Geneſis 13. b. vbi dicitur.* Ne ſit iurgium inter me, & te: fratres enim ſumus, *& tamen Loth erat nepos eius. Et ſic patet propoſitum.*

## ADDITIO. I.

In cap. 1. vbi dicitur in Poſtilla: Sed iſtud non videtur probabiliter dictum.

Sententia Hieronymi. ſane intellecta non videtur improbari rationabiliter per obiectiones Poſtilatoris. Ad cuius intellectum attendendum, quod peccatores poſſunt intelligi dupliciter ſcilicet peccatores finaliter impęnitentes. de quibus in Pſal. *Deficiant peccatores a terra, &c.* Vel peccatores qui per pęnitentiam iuſtificãtur, ſicut ibi. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* ſcilicet ad pænitentiam, Matth. 9. b. Et de his loquitur Hier. cũ dicit. Qui propter peccatores venerat ſcilicet propter peccatores finaliter pęnitentes. propter tales enim Chriſtus tantum venit ſecundum efficaciam, non autem propter peccatores finaliter impęnitentes, propter quos non venit efficaciter niſi ſecundũ ſufficientiam tantum, vt eſt manifeſtum.

Item attendendum, quod peccatrices in genealogia Chriſti nominatę ſunt huiuſmodi, ſcilicet finaliter pęnitentes Fuerunt enim in peccato ſatis famoſæ, & deinde ad iuſtitiam conuerſæ. ſic quod de earum iuſtitia finaliter rationabiliter ſit pręſumendum. Quod ſic patet. Nã Thamar cũ eſſet Chananæa ſimiliter, & Raab, idololatræ fuerunt. vnde earũ nationes in ſcripturis ſacris ſæpe de idololatria reprehenduntur, vt in quã plurimis locis ſacræ ſcripturæ reperitur. Ruth etiam Moabitis ex genere reprehenditur in ſcriptura, vt patet. Bethſabee fuit notarie adultera. De iuſtificatione autẽ Raab, & Ruth ſatis patet in poſtil. De iuſtificatione Thamar patet Geneſ. 38. eo quod poſt eius condemnationem per Iudam fuit ab eo iuſtificata. ex quo præſumi debet eius innocentia. Similiter de Bethſabee iuſtitia habetur. 3. Reg. 1. c. vbi per ſucceſſionem Salamonis in regno poſt Dauid ipſa dicebat regi q̃ niſi Salomon ſuccederet eſſent ille & ipſa peccatores. Hoc eſt dicere, q̃ niſi Salomõ ſuccederet iudicaretur Bethſabee adultera a populo, vt ibidẽ exponit. Vnde a ſenſu
contrario

contrario, quia Salomon ſucceſſit. ſequitur matrem fuiſſe purgatam ab illo peccato. vnde tales quę primo peccatrices, & conſequenter iuſtæ fuerunt, conuenienter ponuntur in genealogia Saluatoris, qui vt peccatores iuſtificaret, venerat. Vnde notanter Hier. dicit nullam ſanctã mulierem poſitam in genealogia Chriſti, non enim dicit, nullam iuſtam mulierem, quia prædictæ quatuor iuſtæ fuerunt licet ſanctæ non debuiſſent dici ſaltem in vita ipſarum propter peccata præcedentia, & ſic verba Hiero ſũt ſane intelligenda. Quam ſententiam videtur tenere, Ambroſius ſuper Lucam. vbi de iſta materia tractans dicit. Ne puderet eccleſiam ex peccatorib. cõgregari cum dominus de peccatorib, naſceretur. Ex quo patet reſponſio ad obiectiones Poſtil. Nam quod obiicit primo de illis trib. fuerũt ſublati a genealogia Chriſti propter peccatum Ioram. qui miſcuit ſe filiæ impiiſſimę Iezabel. illud non facit ad propoſitum. Nam Ioram non pœnituit de illo peccato, vel ſaltem non legitur pænituiſſe, nec habetur aliqua ratio vnde talis pęnitentia pręſumatur. vnde merito filii Ioram vſq; ad quartam generationem de genealogia Chriſti tolluntur, qui non venit ad ſaluandos efficaciter peccatores impęnitentes, vt dictum eſt. Secus autẽ de mulieribus iuſtis ſupradictis.

Qđ autẽ obiicit ſecundo de matre Chriſti, q̃ ponit in genealogia, &c. non facit ad propoſitũ. Hier. n. loquitur de mulieribus quas ponit euangeliſta in hac genealogia voluntarie ſ. quod potuiſſet omittere eas, & nullam de eis facere mẽtionẽ, ſicut omiſit nominare Sarã & Rebeccã & huiuſmodi. ex qua omiſſione nullus defectus occurreret in hac genealogia, qa ſufficeret expreſſio virorũ tantum, ſecus eſt de virgine glorioſa, cuius expreſſa nominatio fuit neceſſaria. non. n. Chriſtus deſcendit a Dauid, niſi per matrẽ glorioſã. non autem per Ioſeph Quod autem vlterius obiicit de Raab & Ruth, nihil facit contra Hieron. imo pro eo, pbat enim ipſarum finalem iuſtitiam, ex quo non concluditur quin prius peccatrices fuiſſent, prout manifeſte fuerũt, qđ manifeſte
facit

☞ facit ad ſententiā Hier. confirmandā, vt dictum eſt Ratio autem
A aſſignata per Poſtillatorē circa notationem harum mulierum nō
vr̄ valere. Dicit enim ꝙ illæ mulieres hic expreſſę fuerunt viris
ex quibus conceperunt occaſionaliter ſeu accidentaliter coniun
ctę &c. Quę quidem ratio ex duobus vr̄ inſufficiens. Primo, quia
hoc oino eſt impertinens propoſito. Nihil enim vr̄ facere ad rō-
nem genealogię, quod occaſionaliter ſeu accidentaliter vel ex in-
tentione, ſeu per ſe vir & vxor coniungantur Secundo: Nā Lia
prima vxor Iacob ex qua Chriſtus deſcēdit occaſionaliter & prę
ter intentum ſeu accidentaliter fuit coniuncta ipſi Iacob, ſicut
Thamar ipſi Iudæ, ſicut patet Gen. 38. & tamen non nominatur
expreſſe ſicut illa. Excuſatio aūt Poſtillatoris de hoc ꝙ contradi-
cit Hieronymo non videtur ſufficiens. primo, quia quāuis liceat
aliquo modo ſentire contraria eorum quæ proferuntur à ſanctis
doctoribus, prout patet ex auctoritate Auguſtini per ipſum alle
gata, non tn̄ expedit, pręſertim vbi eorum dicta poſſent rōnabili-
ter ſaluari, vnde in talibus hēt locū ſentētia Apoſtoli. 1. Cor. 6. c.
*Oīa mihi licent, ſed non oīa expediunt*. Quod autem non expediat
nec ſit omnino ſecurum Hieronymo & ſimilibus ſanctis doctori
bus eccleſiæ in expoſitionibus ſacræ ſcripturæ contradicere, ſa-
tis patet in decretis in c. decretales. diſt. 20. vbi hr̄, ꝙ diuinarū ſcri
pturarum tractatores in ſacrarū ſcripturarū expoſitionibus, Ro-
manis pontificalibus præponunt. Quod aūt Hier. ſit de numero
taliū ſatis eſt diuulgatum in eccleſia Dei, & hr̄ in decrtis diſt. 14.
Sancta Romana, vbi inter opuſcula ſanctorum patrum quę in ec
B cleſia catholica recipiuntur, fit expreſſa mētio de opuſculis beati
Hier. vnde contradicere talibus licet nō ſit hęreticū, poſſet tn̄ di-
ci impium. Eſt. n. contra donum pietatis, ſecundum quod donum
ſancti ſunt honorandi. Nec eſt cōtradicendū ſcriptutis eorū ſiue
ſint intellectæ ſiue non: vbi non inueniat contra fidē aliquid aſſe
rere, vt patet per Aug. in 2. de doctrina Chriſtiana, prout allega-
tur. & in ſecunda ſecūdæ. q. 121. art. 1 in rn̄ſione ad tertiū argm̄.

## ADDITIO. II.

In eod. c. vbi dr̄ in poſt. qa Ioſeph & Maria fuerūt ex eadē tribu,

Circa genealogiā Chriſti à Matthæo traditā non ſolū infide-
lium ſeu hęreticorum vehemens murmuratio, ſed & fideliū non
modica admiratio conſurgit. Illi enim temerarie calumniantes,
iſti vero timoroſe admirantes frequenter q̄runt: cū intentio euā-
geliſtæ in hmōi genealogia circa hoc principaliter verſetur, vt
Chriſtum ex Dauid & Abraham ſecundū carnem deſcēdentem
oſtendat, qūo de hoc per deſcēſum Ioſeph virum Marię ab ipſis
Dauid & Abrahā nos inſtruere intendit. Alienū enim à fide tota
liter eſt Chriſtū ex ſemine Ioſeph deſcendiſſe. Vnde ſtant ſimul
ꝙ beata virgo nō deſcēdiſſet à Dauid, & per cōſequēs nec Chri-
ſtus, tn̄ Ioſeph de ipſo deſcēderat. Quę quidē queſtio in glo. or.
mouet, vbi ſic. Quid ad Chriſtum generatio ex Dauid deducta ad
Ioſeph, cū Chriſtus nō ex ſemine Ioſeph? Cui quidē q̄ſtioni glo.
ſic rn̄det. Non eſt conſuetudo ſcripturarū, vt ordo mulierū in ge
nerationibus texatur. Et ideo nō per Mariā ſed Ioſeph inducit,
cum de vna & eadē Ioſeph & Maria tribu fuerint. Vnde & eam
quaſi propinquā cogebatur accipere in vxorē, ne tribus in aliam
ſe confunderet. Vnde etiā ſimiliter tāquam de vna ſtirpe profite-
C bantur in Bethleem, cū ſinguli in ſuas profitebant ciuitates: hæc
in glo. Mat. 1. Et idem in alia glo. Luc. 3. ſub alijs verbis, quā ſen-
tentiā ſequit poſtillator & cęteri expoſitores literales quos vidi
in hac materia Sed his non obſtantibus, qm̄ non ceſſat aium pul
ſare. Quod. n. præſupponitur in glo. pro hac rn̄ſione. ſ. non eſſe
conſuetum in ſcripturis ordinem mulierum texere, non vr̄ ſtare
pp tria. Primum, quia contrarium huius inuenitur. 1. Paralip. 2.
vbi in genealogia filiorum Iſrael, & ſpecialiter Ieſſe, interponit
mulieres. ſ. Saruia & Abigail à quibus conſequenter ſuā texit ge
nealogiā, vt ibidem patet. Secundo. nā dato hoc ꝙ nō eſſet aſſue-
tum in ſcripturis vt glo. dicit, hoc haberet locū vbi per parentes
maſculos tm̄ generatio poſſet deduci vſque ad illū qui genealo-
gizari intenditur, quod eſt cōe cæteris hominibus. Sed vbi genea
logizatur talis qui parentem maſculum non habuit, vt eſt ſolus
Chriſtus, conſuetudo hmōi nō debuit habere locū, cū ſubeſt cau
ſa manifeſta contrariū faciēdi. Neceſſitas igit vrgebat vt mulier in
genealogia illius texeretur, cuius generatio ſecundū carnem nō
poterat deduci, niſi per mulierem. In propria enim materia poſſet
oſtendi, ꝙ euangeliſta prætermiſit cōem obſeruare pp ſingulari-
tatem excellentiæ Chriſti. Nam cęteræ genealogiæ in ſacra ſcri-
ptura traditæ conſueuerunt intitulari ab illo à quo originē dedu
cunt, non aūt ab illo in quem terminum ſeu finem accipiunt. vn.
de Gen. 36. a. Hę ſunt generationes Eſau. & Num. 3. a. *Hæ ſunt
generationes Aaron, &c.* In quibus tituli generationis à primis pa
rentibus accipiuntur, non aūt ab vltimo in quē terminantur. Quā
cōſuetudinē ſi euāgeliſta obſeruaſſet, potius dixiſſet Liber gene
rationis Dauid vel Abrahę, q̄ liber generationis Ieſu Chriſti, ſed
talē conſuetudinē obſeruare nō curauit pp excellentiam ſingu-
larē ipſius Chriſti. Pari mō non debuiſſet curare de obſeruatione
conſuetu-
cōſuetudinis in non texendo ordinem mulierū, & hoc pp ex- D
cellentiā dignitatis matris Chriſti. Nec valet dicere, ꝙ in genea-
logijs allegatis non intendebatur accedere ad aliquē vnū princi-
palē, ſed ſolum multiplicationem à primo parente deſcendentē
oſtendere. Nam Ruth vltimo, vbi Dauid principaliter intendi-
tur genealogizari, non intitulatur genealogia à Dauid quē in-
tendit, ſed à Phares à quo intendit. Dicit enim: *Hæ ſunt genera-
tiones Phares, &c* Tertio, nam ſicut deduxit euangeliſta genea-
logiam vſque ad Ioſeph virum Mariæ, potuiſſet deducere vſq;
ad Ioachim patrem Mariæ, vt dicendo. Sarpanthera genuit Ioa-
chim patrem Mariæ de qua natus eſt Ieſus. non enim minus con-
ſuetum eſt in genealogijs introducere patrem talis fœminæ quā
introducere talis fœminæ virum. Vnde etſi vtrunque ſit inſuetū,
per primum tn̄ fieret rectius deſcenſus ad Chriſtum, per ſecun-
dum autē minime. Quod etiam ſecundo continetur in glo. ſ. ꝙ
Ioſeph & Maria de eadem tribu fuerant, & ideo eam quaſi pro-
pinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam ſe confunderet,
non ſatisfacit quęſtioni propter duo. Primo, quia hæc aſſertio vr̄
eſſe de genere Apocryphorum quæ in ſacra ſcriptura nullū ha-
bent fundamentum. Vnde & talia eadem facilitate cōtemnuntur
qua approbantur iuxta doctrinam Hier. ſecundo nam poſito ꝙ
Maria eſſet eiuſdem tribus cum Ioſeph, ex hoc non ſequeretur
ipſam deſcendiſſe à Dauid. Tribus. n. Iuda diuidit per multas fa
milias p̄ter familiam Dauid. Deſcendētes. n. de Zarā fratre Pha-
res ſunt de tribu Iuda non tn̄ deſcendunt à Dauid. Similiter cū
Ieſſe habuit multos filios & filias præter Dauid contingere po-
tuit ab illis multos deſcendere, qui quidē nō ſolū eſſent de tribu
Iuda, ſed ēt de familia Ieſſe & Bethlamitarū, & tn̄ tales nō de- E
ſcēderent per Dauid. Cū igit illa lex quę iubet accipere propin-
quā, nō cogit accipere propinquā eiuſdē familiæ, ſed ſufficit ꝙ ſit
propinquitas in eadē tribu, ne hereditas vnius tribus in aliā tran
ſeat, vt patet ad literā. Num. 40. Ideo ex hac propinquitate quā
glo. vult introducere, non habemus neceſſariū, ꝙ Maria deſcen-
dat à Dauid, ſed ſolū ꝙ ſit de tribu, ex quo non haberetur inten
tum. Quod ēt tertio continetur in glo. ſ. ꝙ ſimiliter in Bethleem
ambo coniuges profitebantur: ex quo vult concludere, ꝙ vter-
que eſſet de familia Dauid, non vr̄ valere pp duo. Primo nam
ſecundum magiſtrum hiſtoriarum dubiū eſt ad literā an mulie-
res profiteri tenebātur in illa deſcriptione de qua agit Luc. 2. an
ſolum viri. Vnde non hr̄ efficax argm̄ de hoc ꝙ beata virgo pro-
fiteretur in Bethleem, ſed ꝙ Ioſeph portans ſecum coniugem
vt obſequium partus ei appropinquante neceſſitate impēderet,
profitebatur. Confirmatur autē opinio illa quæ tenet, ꝙ ſolum
viri profiteri tenebantur, per illud Mat. 17. vbi agitur de ſolutio
ne tributi per Chriſtum. Ibi. n. apparet manifeſte, ꝙ tantum capi
ta domorum ſeu familiarū cenſum Ceſari tribuebant, & non alij
de familia ſeu domo. Vnde ꝓ Petro tm̄ qui caput aliorū erat ſol
ui mandauit tributū, non pro alijs Apoſtolis. vt hr̄ in glo. ibi. Se-
cundo, nam dato ꝙ beata virgo teneretur profiteri in Bethleem,
ex hoc non ſequit ipſam deſcendiſſe à Dauid. Nā potuit deſcen
dere de Ieſſe qui erat Bethleemitanus per alios filios ipſius Ieſſe
patris Dauid, & ſic teneret ibidē profiteri ſicut & Ioſeph, non tn̄
ex hoc, ꝙ à Dauid deſcēderet. Quęſtio igit p̄fata minus ſufficiē-
ter ſoluta remanere vr̄, & ſic admiratio prędicta in ſuo ſtat vigo-
re. Maiorum tn̄ ſemper reuerētia ſalua doctorum ſeu expoſito-
rum, vlterius vr̄ hic aliquid eſſe dicēdum. Ad cuius euidētiā præ- F
ſupponēda ſunt quædā verba generalia, deinde ſubiungēdę ſūt
aliquæ cōcluſiones ad propoſitum. Primo præſupponit, ꝙ filius
prout in bonis paternis ſuccedit tripliciter poſſet dici. Primo ſe-
cūdū verā gn̄ationē naturalē, ſecundum quā filius plerunq; ſuc
cedit patri, non ſolū in bonis naturalibus corporis, vt in bona cō
plexione ſeu habitudine corporali prout legit Gen. 6. de gigāti-
bus, qui potētes viros in ſeculū genuerūt. magnos in corpore &
robuſtos, ſed ēt in bonis animæ vt in virtutibus. Quandoq; ſecū
dum naturalē inclinationē filij ſuccedunt ſuis genitoribus prout
aptitudinē ad certas virtutes aliqui habēt à natura, ſaltē ſecūdū
aptitudinē & inchoationę, vt in prima 2. q. 63. ar. 1. ſ. in corpore.
q. Vnde Caſſio. in quadā epiſtola: Laudabilis vena ſuā ſeruat ori
ginē, & fideliter poſteris tradit quę in ſe glorioſa traſmigratione
promeruit. Ad ꝙ facit illud Io. 8. c. Si filij Abrahę eſtis, &c. Se-
cundo dr̄ filius alicuius etiam ille quem non genuit naturaliter,
ſed tantum ſecundum famā publicam & cōem populi æſtimatio
nem illius dr̄ filius. Quod contingit cum vxor alicuius filium pa
rit quē non ex marito habuit, reputat tn̄ in populo ſine cōtradi-
ctione ſui mariti filius. Qui quidę filius licet in bonis ſupradictis
nō hēat nāliter ſuccedere tali ficto patri, ſuccedit tn̄ ciuiliter, nō
ſolū in bonis minoribus fortunæ vt in diuitijs, ſed ēt in nobilita
te ſeu generis claritudine, q̄ maiora ſunt ſeu magis deſiderabilia
bona, ſaltē ad magnanimos, q̄ diuitię. Homines. n. hmōi pp hono
res & generis claritudines obſeruandas iacturā in cæteris rebus
fortunæ patiunt, vt in prima ſecūdæ. q. 2. ar. 2. Hęc aūt ſucceſſio
per iura cōia ſeu cōem gentium cōſuetudinē patet: q̄ dictant vt
illo

ille qui pro filio legitimo alicuius ſecundũ famã publicam habe-
A tur, dẽt ſibi ſuccedere in generis nobilitate, & hmõi. Tertio dicit filius alicuius ẽt ille qui neutro prædictorũ modorũ deſcendit, ſed per legalem adoptionem tñ eſt ab aliquo in filiũ aſſumptus, qui quidẽ filius tali patri hẽt ſuccedere, ſaltem in minoribus rebus fortunæ, vt in diuitijs prout iura volunt cõia. Quæ quidem tres ſucceſſiones ſeu filiationes ſupradictæ qñque concurrunt in eadem perſona, qñque in tribus diſtinctis, vt ſatis patet. Secũdo præſupponitur, ꝙ filiatio ſecundũ verã generationẽ naturalẽ, ſpiritualiter cũ à remotis parentibus per longã parentelæ lineã ſucceſſiuã in tẽporũ antiqua diuturnitate deſcẽdit, à nemine eſt infallibiliter cognoſcibilis, niſi p diuinã reuelationẽ ſeu ſacrã ſcripturã diuinitus traditã. Quod inductiue probaſ. Nã ꝙ aliquis ſit filius alicuius ſecũdũ verã generationẽ naturalẽ per experientiã ſenſualẽ, qua proprie ſingularia cognoſcunſ, haberi nõ põt, niſi forte à parentibus, vtpote à matre quę de hoc poſſet certiorẽ notitiã habere, cũ cęteri hoĩes & ẽt pater certã notitiã experimentalem de hoc cõiter non habent. Mater vero etſi certã noticiam experimẽtalẽ de filio ſuo, cuius patris ſit ſecũdũ verã generationẽ habeat; non tñ talẽ notitiã de viro ſuo nec de ſeipſa, & multo minus de antiquis parentibus viri ſui nec de ſuis per lineã parẽtelæ aſcendendo per experientiã habere põt. Pari igitur rõne conſtat, ꝙ apud neminẽ põt eſſe experimentalis cognitio de aliquo vtrũ deſcẽdat à certo remoto progenitore modo pdicto. Fama aũt publica ſeu cõis æſtimatio populi quantũcunque ſine contradictione in populo ſit extenſa, infallibilẽ cognitionẽ non cauſanſ: Si-
B militer nec teſtes vel legitima documẽta ſeu inſtrumenta cũ oia hmõi ſint fallibilia, vt frequenter patet, & ẽt in ſacris hiſtorijs: teſtiũ fallacia nonnunquã reperitur, per chronicas ẽt antiquorũ quæ in ſacris ſcripturis non ſunt inſertæ, notitia hmõi infallibilis haberi non põt, cũ taliũ certitudo, certitudinẽ quæ per famam publicam hr̃, non excedit, vt eſt manifeſtũ. Similiter nec per aliquam verã ſcientiã naturalem ſeu liberalẽ artẽ hoc eſt cognoſcibile, vt patet intuenti. Reſtat ergo, ꝙ hoc tñ ſit cognoſcibile per diuinã reuelationẽ, ſecũdũ quã prophetæ, vt ait Greg. qñque de præterito, qñque de futuro vaticinanſ. Et iſto modo Moyſes de Noe prophetare cenſeſ, de quo dicit genuiſſe tres filios & hmõi. Tertio præſupponiſ ꝙ vt aliquis ſit filius alterius ſecundũ cõem æſtimationem & famã publicã tantũ, vel ſecundum adoptionẽ legalẽ hoc poſſet aliter cognoſci quã per diuinã reuelationẽ probatur. Nã per teſtes idoneos, vel legitima documẽta, vel chronicas antiquorũ auctenticas, talis filiatio ſufficienter poſſet probari vt de ſe patet. Quarto ſupponiſ ꝙ miraculorũ Dei quędã ſunt ad fidei cõfirmationẽ, & talia debẽt eſſe manifeſta. Alia vero ſunt miracula q̃ nõ per ſui manifeſtationẽ ſed per fidẽ habenſ, & iſta debẽt eſſe occulta, vt fides eorũ magis ſit meritoria, vt eſt ſacrm altaris, & virginis partus. Veritas iſtius præſuppoſiti patet in tertia parte q 29. art. 1. in rñſione ad ſecũdũ ar. His pſuppoſitis. Prima concluſio ſit iſta, ꝙ Chriſtus prout ex pronoſticis prophetarũ hr̃, habuit eſſe filius Dauid & Abrahã ſecundũ verã generationẽ na-
C turalẽ, & ſic conueniens fuit hoc per ſacrã euangelicarũ doctrinarũ traditionẽ teſtificari. Prima pars probaſ. nã de promiſſione facta Abrahę. Gen. 26. a. legitur. *Benedicentur in ſemine tuo oẽs gentes terræ.* Quod exponit Apoſtolus ad Gal. 3. c. *In ſemine qui eſt Chriſtus.* In Pſal. aũt de promiſſione facta Dauid dr̃. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedẽ tuã.* quæ verba manifeſte denotant verã filiationem naturalem. Ille. n. qui ſecundum famam publicam tñ hmõi filius reputatur alicuius, non vere dr̃ de ſemine eius, nec de fructu ventris ſui, vt eſt manifeſtum. Et inde ẽt eſt, ꝙ cum ex tali filiatione in laudabili vena filij parentibus in virtutibus ſuccedũt vt in primo præſuppoſito dictum eſt, idcirco principales virtutes regiæ quæ de ipſo Dauid leguntur, attribuebantur prophetice quaſi per modum ſucceſſionis deberi Chriſto. De Dauid. n. legiſ fuiſſe in oibus vijs ſuis prudentẽ ſeu ſapientem 1. Reg. 28 Similiter ꝙ fuit faciens iudicium & iuſtitiã oĩ populo 2. Reg. 8. d. Quę quidẽ virtutes quaſi per modũ germinariæ ſucceſſionis prędicũtur à Ieremia Chriſto conuenire. vnde Iere. 23. a. *Suſcitabo Dauid germen iuſtũ & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudiciũ & iuſtitiam in terra.* Vnde, licet in altiori & excellentiori modo Chriſtus habuit virtutes quã Dauid & cęteri ſancti, vt in tertia parte. q. 7 ar. 2. in rñſione ad 2. arg. nec ipſi Chriſto per ſucceſſionem à Dauid debebantur, præſertim cũ multi progenitores non euſdẽ laudabilitatis inter Dauid & Chriſtũ interfuerũt: Denotatur tñ per prophetam in verbis prædictis, ꝙ Chriſto ẽt pertinebat ſucceſſio in talibus virtutibus ſecundũ verã generationem naturalẽ humanam, inquãtum erat ex vero & proprio germine ipſius Dauid, prout in primo præſuppoſito fuit tactũ. Secunda pars concluſionis probaſ. Nam illa quę in vaticinijs prophetarũ inueniuntur tradita de Chriſto, in euangelijs pro maiori & principaliori parte impleta eſſe explicanſ Mat. 1. d. *Vt adimpleretur quod ſcriptum eſt per prophetã, &c.* Et ſic de quã plurimis quæ in proceſſu euangeliorum ſimilibus leguntur. Concluſio ſecunda, ꝙ Chriſtũ ſecun-

ſecundum veram generationem naturalem à Dauid & Abrahã D
deſcendiſſe ſufficienter traditur, quantum ad informationẽ ſpectat per Matthæum in primo titulo ſui euangelij dicentem. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham. Etiam ſi de genealogia Chriſti nihil amplius tradidiſſet, probatur. Nã ex ſolis iſtis verbis manifeſte aſſerit euangeliſta Chriſtum à Dauid & Abraham deſcendiſſe per veram generationem naturalẽ, ſed talis aſſertio eſt ſufficiens teſtimoniũ apud fideles ad hoc oñdendum, etiam ſi nihil amplius de hoc declaraſſet. Igitur concluſio vera: Conſequentia de ſe patet, & aſſumptum pro prima parte probatur. Nam eſto ꝙ filius dici poſſet ẽt ille qui tñ ſecundũ famam publicam vel legitimam adoptionẽ eſt filius, vt in primo præſuppoſito, nunquam tñ ab aliquo dr̃ generari qui ſecundum famam tñ vel adoptionem ſit eius filius: licet. n. pater dicatur ſecundum curam, ætatem, ſeu genituram & hmõi, & per conſeqũẽs filius tanquam eius correlatiuus, generare tñ ſeu generatio non eodem modo æquiuocatur. Cum igitur dicit. Liber generationis Ieſu Chriſti, manifeſte loquitur de genealogia quæ eſt per viam generationis, non autem de illa quæ ſecundũ famam vel adoptionem tñ dr̃. Talis. n. filiatio, non per generationẽ, ſed per alium modum procedit. Secũda vero pars aſſumpti probatur. Nã apud fideles euangelia Chriſti recipientes ſufficienter filiatio prædicta per illa verba tituli comprobatur. Nam ſi hoc non eſſet verũ, nec titulus ille veritatẽ contineret, ꝙ abſit à fideliũ cordibus cogitare, cum ſecũdum Aug. Si vnũ falſum in ſacra ſcriptura eſſet repertum tota eius auctoritas infirmaretur. Apud infideles autẽ E
qui euangelium negant vel de ſui veritate dubitant, nec tota genealogia ſequens ſufficit ad hoc eis probandum. Tales. n. à fide alieni, verbis euangeliſtarum non præſtant fidem, & ideo totã illam lineã negabũt, niſi forte Hebræi qui auctoritate vete. teſt. aliquã partẽ genealogiæ Matthęi habẽt recipere. ſ. vſq; Zorobabel vel Abiud & hmõi, non vltra, cum apud eos de cęteris hiſtoria auctentica nõ habeaſ. Sic igiſ tota genealogia per extenſum in euangelijs tradita non ſufficit ad cõuincẽdos infideles de hoc quod Chriſtus à Dauid deſcendit, etſi per Ioachim & Mariã fieret deſcenſus. vnde Apoſtolus 1. ad Tim. 1. prohibet genealogijs intendere. vbi glo. dicit ꝙ infideles habebant genealogias quibus narrabant Chriſtũ deſcendiſſe à Dauid. vnde ſicut apud tales nõ ſufficit illa narratio in euãgelijs contenta de genealogia Chriſti quantumcunque extenſa tradatur, ad veram generationẽ naturalem eius oñdendã, ſic apud fideles ſola verba tituli ſufficiunt ad hoc fundandum, quę quidem ratio includitur in verbis Aug. contra Fauſtũ Manichæum volentẽ probare Chriſtum non eſſe filiũ Dauid. cũ non eſſet conceptus ex Ioſeph, ad quẽ ſeriẽ generationis Matthæus producit, vbi Aug. ſic ait. Sic ergo nos credimus ẽt Mariã fuiſſe in cognatione Dauid, quia ſcripturis credimus, q̃ vtrũq; dicunt. ſ. Chriſtũ ex ſemine Dauid eſſe ſecũdũ carnẽ, & eius matrẽ Mariã virginẽ eſſe. Hæc ille. Si tñ quęratur quę ſit vtilitas ſeu neceſſitas tradendi tã extenſam genealogiã vbi ſolus primus titulus ſufficit: Ad hoc rñdetur per ſequentem tertiã concluſionẽ. Tertia concluſio, ꝙ conueniẽs fuit, vt Chriſtus ẽt ſecundũ publicã famã & cõem populi æſtimationẽ à Dauid deſcẽderet, & ꝙ hoc cõſonat antiquorũ propheticis traditionibus. Pri- F
ma pars probatur. nã hoc fuit conueniens dupliciter. Primo ad fidelium in cõi Chriſtũ illo tẽpore recipientiũ inſtructionem. Secundo ad confutationẽ infideliũ Chriſtum nõ recipientium. primum patet ſic, nã prout in ſecunda ſecundę q. 1. ar. 7. in rñſione 3. arg. hr̃. Cognitio fidei in hominibus oportuit, vt ab imperfecto ad perfectũ procederet, & ideo Chriſtus fuit prius cognitus ſub rõne Saluatoris in cõi, ẽt apud electos, quã cognoſcereſ eſſe Deus & homo. In prima. n. vocatione Apoſtolorũ Io. 1. Andreas dicebat: *Inuenimus Meſſiã.* i. Chriſtũ, ſed poſtea Chriſto interrogante, Vos quem me eſſe dicitis? Petrus rñdit. *Tu es filius Dei.* Mat. 16. c. Ex quo vr̃ ꝙ prius ſequebantur Ieſum tanquã Chriſtũ antequã cognoſcerent eius deitatem. Vlterius ẽt tãquam minus plene informatis de fide ſuæ deitatis, eiſdem dicebat apoſtolis, tanto tẽpore vobiſcũ ſum, & non cognouiſtis me. Io. 14. b. Similiter & pari rõne prius Chrs fuit cognitus tanquã filius Ioſeph, quã cognoſceretur eſſe ſine patre in terris. Non. n. ſolum apud æmulos qui ipſum ſpernentes dicebant. *Nonne filius Fabri eſt.* Mat. 13. ſed ẽt apud ſimplices diſcipulos & cognatos cõiter filius Ioſeph reputabatur, antequã myſterium virginitatis eſſet diuulgatum. In talium. n. perſona euãgeliſta dicebat. Nõ cognouerũt parentes eius. Luc. 2. g. vñ nõ ſolũ ſimplices ſeu idiotę prout apoſtoli fuerũt in principio, ſed ẽt Nathanael qui ſecundum glo. peritiſſimus ſcripturarum erat, cũ audiuit à Philippo. Io. 1. g. *Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetis inuenimus Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth,* non fuit admiratus de hoc ꝙ Chrs eſſet filius Ioſeph: ſed de hoc q. à Nazareth eſſet, cũ de Bethleẽ expectabaſ Meſſias. Et quod magis attentione dignũ eſt, ꝙ ipſa eadẽ beata virgo huius myſterij diuini ſuper oẽs conſcia, iſtum modũ loquẽdi obſeruabat di. Ego & pater tuus dolentes quęrebamus te Luc. 2. g. Ex quo ſe-

A quo ſequitur, quod ad inſtructionem fidelium in communi qui Chriſtum venientem in mundo receperunt, conueniens modus fuit, vt eis præſentaretur prius ſub ratione regis, ſcilicet Meſſiæ filij Dauid ſine reuelatione myſterij deitatis & virginitatis matris, quam quod eis à principio omnia iſta arcana reuelarentur: ſic.n. proceſſerunt ab imperfecto ad perfectum, qui eſt modus hominibus in communi maxime connaturalis. Secundum probatur, nam ſi Chriſtus ſecundum veram generationem naturalem tantum à Dauid deſcẽdiſſet, & non ſecundũ famã publicã, & cõem populi æſtimationem, hoc nõ ſufficeret ad refutandos infideles, præcipue Hebræos qui ex illa ſtirpe tantum Saluatorem ſpectabant, vt auctoritates ſacræ ſcripturæ teſtanť, & Chriſtus eos exhortando dicebat. *Scrutamini ſcripturas*, Io.5.f. Vnde ſi eum rationabiliter ignoraſſent à Dauid deſcendiſſe, præſertim cũ cõis fama & populi æſtimatio hoc non teſtaretur, redderentur excuſabiles. Non enim ipſi tenebantur cognoſcere veram generationem naturalem Chriſti ſecundũ quam à Dauid deſcendit, Talis.n. incognoſcibilis eſt, niſi per diuinã reuelationẽ, vt in ſecundo præſuppoſito fuit oñſum. Diuina tñ ſcriptura intendit eos inexcuſabiles reddere, vnde glo. ſuper illud Matth.2.a. *Vbi eſt qui natus eſt*. Cõtaſio Iudæorũ eſt vt Chriſti natiuitatẽ à gẽtilibus diſcant, etſi nõ credũt, inexcuſabiles ſunt, hæc in glo. Conueniens igiť modus fuit, vt ẽt Chriſtus ſecũdũ publicã famã à Dauid deſcenderet, vt ſic ipſum refutantes ſaltẽ ſub rõne Saluatoris ſpectati in cõmuni recipere, inexcuſabiles eſſent, quod eſt intentũ.

Secunda vero pars cõcluſionis probať. Nam prophetæ per modũ ſucceſſionis ipſius Dauid Chro regiã dignitatẽ attribuebãt, Iſa.9.b. *Super ſoliũ Dauid & ſuper regnũ eius ſedebit*. Quæ quidem verba & ſimilia, licet non de ſede ſeu regno tẽporali principaliter
B intelligant, prout verba Iſa. denotant ibidẽ dicentis. *Sedebit in æternũ*. Nec.n. concedendũ, eſt ꝙ, in regno tẽporali Dauidico Iechonias à quo Chriſtus deſcendit habuit ſucceſſorẽ prophetante Ierem.22.g. de ipſo Iechonia. *Non erit de ſemine eius qui ſedeat ſuper thronũ Dauid*: cũ hoc tñ ſtat ꝙ ſecundũ intellectũ minus principalem ſeu figuratiuum, quem totus populus in cõi principaliter intendebat de regia dignitate tẽporali, quæ Chriſto debatur per ſucceſſionẽ Dauid talia verba intelligunť, per quod ſignificabať ſucceſſio ipſius Chriſti hominis in regno vniuerſali ſupra oẽm creaturã, iuxta illud: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cę & in ter. Mat.28.d. Rõ ante huius figuratiuæ loquutionis ſeu duplicis intellectus talis eſt. Nã ſicut noſtra cognitio de imperfecto ad perfectũ naturaliter ꝓcedit, vt tactum eſt, ſic eo mõ naturale eſt nobis ex cognitione corporaliũ, in ſpiritualiũ cognitionẽ deuenire. Inuiſibilia.n. Dei à creatura mũdi per ea q̃ facta ſunt intellecta cõſpiciunť, ad Rom.1.c. Quod nõ ſolũ hẽt locũ in puris naturalibus, ſed ẽt in ſupernaturalibus, vt miſterijs eccleſiæ, ꝓcipue in ſacris quibus ſacta inuiſibilia per ſigna viſibilia tradunť, & iõ ex diuina ꝓordinatione, vt populus de ſenſibilibus ad inſenſibilia connaturali mõ reduceret, Chriſtũ quẽ cõſtituit hęredẽ vniuerſorũ ẽt in regia dignitate tꝑali vt legitimũ ipſius Dauid ſucceſſorẽ fecit, ſic ius hẽditariũ in ipſo regno eidẽ pertinere ex tali ſucceſſione. Quã quidẽ ſucceſſionẽ tꝑalẽ cõtẽporanei Chriſti diligẽter attẽdebãt, vt teſtať ſacra hiſtoria. Nã apoſtoli qui fuerunt ſuper cęteros de myſterijs Chriſti eruditi, ẽt poſt reſurrectionẽ, qñ iã ipſi⁹ gloria erat eis magis manifeſta ab eo q̃rebãt. Si in hoc
C tꝑe reſtituturus es regnũ Iſrael? Act.1.a. Quod intelligiť ad literã de regno tꝑali. credẽtes talẽ reſtitutionẽ ad Chriſtũ ꝑtinuiſſe, nec Chriſtus pro tunc iſtũ intellectũ figuratiuũ ſeu minus principalẽ ab eis excluſit expreſſe, vt ibidẽ patet. Fortius ergo ſentiẽdũ eſt de cęteris, qui regnũ Dei ignorabãt. Cũ igiť ſucceſſio in regia dignitate tꝑali, ad illũ etiã qui ſecundũ famã publicã eſt filius pertineat, vt in primo præſuppoſito, nõ aũt ad illũ tantũ qui ſecundũ veram generationem naturalem tantũmodo deſcendit, ſequitur ꝙ prophetæ teſtantes ipſum fore legitimum ſucceſſorẽ in regno Dauid tꝑali, conſequenter præmonſtrabant ipſum ſecundũ famã publicam à Dauid deſcenſurum quod eſt intẽtum.

Quarta concluſio, ꝙ prędictus deſcenſus Chriſti à Dauid ſecundũ publicã famã & cõem populi æſtimationem quantum ad contemporaneos Chriſti attrahendos vel iuſte reprobandos pertinebat, ſufficienter traditur per Matthęũ Euangeliſtã, cũ dicit. *Abraham genuit Iſac, &c.* Et conuenientius per Ioſeph quam ſi per ſolam virginem glorioſam huiuſmodi deſcenſus traderetur.

Prima pars cõcluſionis probať. Nã oẽs contemporanei Chriſti, exceptis pauciſſimis quib⁹ myſteriũ virginitatis fuit reuelatũ, credebãt Chriſtũ eſſe filiũ Ioſeph, & fama publica hoc teſtabať, vt patet ex iã dictis. Qui quidẽ Ioſeph de directo genealogizať à Dauid per Matthęũ, vt patet in litera. Igiť prima pars cõcluſionis vera. Secũda vero probať, nã ſi taliter deſcenſus ſecundũ publicã famã per virginẽ glorioſam declararet, & nõ ꝑ Ioſeph, oportuiſſet ꝙ, contẽporanei Chriſti reputarent Chriſtũ non deſcẽdere à Ioſeph, & conſequenter crederent virginẽ glorioſam nõ legitime Chriſtum concepiſſe, vel myſterium virginitatis eſſet ſtatim eis reuelandum, quorum primum eſſet falſiſſimum, & derogatiuum D honoris ipſius beatæ virginis, quæ vt ab infamia ſuſpitionis eſſet immunis, diuina pręordinatione fuit deſponſata, vt ſancti doctores tradunt. Secundũ vero eſſet ẽt cõtra dictamen eiuſdẽ diuinæ præordinationis quæ virginitatẽ matris ex certis rationibus, vt dictũ eſt, voluit eſſe occultam, & ſic ſecũda pars cõcluſionis vera.

Quinta concluſio, ꝙ conueniens fuit vt Chriſti genealogia nõ tãtum ſecundũ prædictas filiationes, ſed ẽt ſecundũ filiationẽ legalem ſcilicet ſecundum adoptionem traderetur, vt Luc tradit in 3.c. probatur. Nã vt doctores dicunt, prout poſtillator Luc. 3. tractat licet oẽs ſapientes Hebręorũ concorditer tenerent Chriſtum deſcenſurum eſſe à Dauid: aliqui tñ eorum opinabantur ipſum deſcendere ab eo per Nathan eius filiũ adoptiuũ ꝑꝑ excellentiã ſanctitatis prophetiæ, alij vero per Salomonem ꝑꝑ dignitatem regiã & excellentiã ſapientiæ. Secundũ veritatẽ aũt vt omnino tolleretur errandi occaſio per vtrumque deſcendit, per Salomonem. ſ. ſecundũ lineã naturalẽ generationis, per Nathan vero ſecũdũ lineã adoptionis legalis. Nathan.n. filius adoptiuus fuit Dauid, vnde conuenienter Lucas ſequitur lineam adoptiuã per Natham & quoſdã alios, vt nobis oſtendat ꝙ etiam ſecundũ lineam adoptionis Chriſtus à Dauid deſcendit, idcirco notanter prætermiſit hoc verbũ genuit, & loco eius vtitur hoc verbo fuit.

Sexta concluſio ꝙ generatio Chriſti vera à Dauid per virginẽ glorioſam deſcendens cũ expreſſione virginitatis atque quantũ ad fideles fide diuulgata certificandos pertinet, ſufficienter traditur per Matth.1. Nã in ꝑdicto cap. poſtquã Matthæus ſe expediuit de genealogia Chriſti ſummarie in primo ti. & cõſequẽter E in ſingulari per extẽſam ſucceſſionẽ (quã ſucceſſionẽ in tres quaterdenas ex certis cauſis myſtice intellectis diuidit prout in Glo. ord. ſufficiẽter tradiť) ſtatim ipſam materiã generationis Chriſti quaſi alio mõ reſumẽs ſubdit: Chriſti aũt generatio ſic erat. Cũ eſſet deſpõſata mater Ieſu Maria Ioſeph antequã conuenirent inuẽta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto, vbi manifeſte tradit veritatẽ gñrationis Chriſti, quã à Dauid deſcẽdiſſe innuit ꝑ ꝑ.... per Mariã virginẽ, nõ ex virili ſemine, ſed Spiritusſancti inſpiratione proceſſiſſe, cũ quo ẽt oſtendit eius virginitatẽ occultam eſſe illis tẽporibus, niſi cui Deus ex cã voluit reuelare ſicut Ioſeph.

Colligitur ergo ex præmiſſis, ꝙ deſcenſus Chriſti à Dauid & Abrahã in euangelio quadrupliciter tradiť. Nã aut ſecundũ verã generationẽ naturalẽ, & hoc ſummarie quantũ ſufficit ad certificandos fideles in cõi de impletione promiſſionũ quę patribus fuerunt factę, & hoc dupliciter, quia aut ſine myſterij virginitatis reuelatione, & ſic in primo tit. Matthæi prout in ſecunda concluſione, aut cũ declaratione virginitatis ſicut ibi. *Generatio autẽ Chriſti, &c.* Matth.1. prout in ſexta concluſione. Aut ſecundum publicam æſtimationẽ, & hoc extenſe per ſingula deſcendendo, & aſcendendo quod ſufficit, & requiritur ad certificandos Chriſti contẽporaneos. Et de hoc ꝙ Chriſtus fuerat legitimus ſucceſſor ipſius Dauid, hoc dupliciter, quia aut ſecundũ lineã naturalẽ F generationis publice æſtimatã per Salomonẽ quã Matthæus tradit prout in quarta concluſione, aut ſecundũ lineã adoptiuã, & ſic Luc.3. prout in quinta cõcluſione. Qui quidẽ quadruplex deſcẽſus in Chriſto cõcurrit prout traditio euãgelica narrat fideliter. Et hæc ad murmurationes perfidorũ cõprimendas & admirationes tollẽdas fideliũ in ꝑdictis ſufficiãt ſecũdũ literalem expoſitionem, omiſſis tamen quamplurimis alijs in hac materia à doctoribus traditis quæ ad myſticam pertinent declarationem.

Sequuntur notulæ breues venerabilis ac religioſi patris fratris Matthiæ Dorink profeſſoris ſacræ theologiæ exim ij. miniſtri prouinciæ Saxoniæ ordinis minorum, quibus poſtilla fratris Nicolai de Lyra valide ab impugnationibus domini Burgen. defenſatur, & primo circa euangelium Matthæi.

REPL. Et qa de veteri teſtõ nõ plus reperi tactũ per Burg. ideo accedendũ eſt ad nouũ, &c. In nouo Teſtõ primo occurrit euangelium Matthæi, in cuius primo cap. dr̃ Iudas genuit Phares & Zaran de Thamar. quem paſſum exponens beatus Hiero. dicit, notandũ in genealogia Saluatoris nullã ſanctarum aſſumi mulierũ, ſed eas tantum quas ſcriptura reprehendit, vt qui ꝑꝑ peccatores venerat de peccatricibus naſcẽs, &c. Poſtil. aũt ab hoc dicto beati Hiero. cũ reuerentia declinat motus ex certis rõnib. Quarũ prima eſt, quia non vr̃ rõnabile mulieres rõne illa poni in genealogia Saluatoris, qua rõne viri ex ea prætermittũtur ſcilicet Ochozias, Ioas & Amaſias propter peccatũ prætermittuntur, vt dicit idem beatus Hieron. igitur propter peccatum non ponunť ibi rationabiliter mulieres. Item virgo glorioſa poniť in ipſa genealogia, quę tñ eſt & ſemp fuit ſanctiſſima. Itẽ quia dicit beatus Hier. Ruth & Raab in genealogia poſitas tãquã per ſcripturã ſacrã reprehenſas: Quod nõ vr̃ verum, quia ſcriptura eas cõmendat. Raab cõmendatur Ioſuæ 2. & poniť in catalogo iuſtorũ ad Heb.11. Quod aũt dicta fuit meretrix, nõ fuit rõne vitij, ſed officij, qa vbi nos habemus meretrix, Hebræus habet hoſpita: vel fuit eius cognomen. Similiter & Ruth cõmendatur in ſcriptura, Ruth.

A Ruth 1. & 3. Nec alicubi legitur de illarū duarum mulierū reprehenſione prout beatus Hier. allegat. Exponit igitur poſtillator illū paſſum ſic, quod illæ mulieres ideo hic notantur, quia viris ſuis fuerunt accidentaliter coniunctæ † Nā quæ fuerūt primo & principaliter coniunctæ, ſiue bonæ ſiue malę nō hic notantur. Immo quę inter illas quatuor fuit magis famoſa peccatrix. ſ. Bethſabea directe non notatur, ſed dr̃ ea quæ fuit Vriæ, quæ principaliter & directius nominari debuit ſi peccatum ratio notationis fuit.

† Tu dicas nominatas, ſi quia inſigne aliquid in eis geſtum eſt, tū quia alienigenas & peccatrices nominando indicatur vocatio gentium, & venia peccatorum.

In hac re. Burg. aſſumit beatū Hieron. in ſui defenſione, quē tñ ex leuibus cauſis conſueuit improbare, vt patet in multis locis ſui corruptorij. Et puto defenſionē Burg. beato Hier. nō placere, quia maiora incōuenientia cōtingunt defenſori q̃ defenſo, vt patebit. Dicit nãque Burg. primo quod verba beati Hier. ſunt ſane intelligenda de peccatoribus finaliter pęnitentibus & ſic iuſtificatis, & tales dixit fuiſſe illas quatuor mulieres in genealogia Chriſti notatas. Secundo dicit Burg. quod Raab & Ruth fuerūt famoſæ peccatrices, quia nationes earū in ſcripturis reprehenduntur. Tertio dicit, quod etſi illæ quatuor mulieres fuerunt iniuſtæ, non tamen fuerunt dicendæ ſanctæ, ſaltem in vita earum propter præcedentia peccata. Ex his tribus dictis putat Burg. accipere velle ſufficientem rñſionem ad argumenta poſtil. facta cōtra beatum Hier. Sed certe ex inepte dictis apta reſponſio fieri non poteſt.

Nunc aūt primū dictū propoſito eſt ineptū. Nā multæ mulieres patrū nominatorum in ſcriptura ſunt reprehenſę tñ finaliter iuſtæ, ſicut Sara, Rachel, Lia & cęteræ, ideo ſecundū primū dictū Burg. quam plures debebāt nominari. Cæterum ſi ſolæ quatuor finaliter iuſtificatæ debebant nominari, ſequitur quod finaliter impœnitentes nominari non debuiſſent, & ſic Achaz & multi nominati, nominari non debebant, per argm̃ à cōtrario ſenſu, quod
B Burg. ſæpe grandipendit. Nec ſecundū dictum Burg. eſt aptum propoſito Nam ſi quis ex mala fama nationis, deberet dici famoſus peccator, maxime Iob qui natione fuit gentilis, & tamen ſcripturis dr̃ fuiſſe ſimplex & rectus timens Deū & recedens à malo, &c. quę de eo dñr Iob. 1. Poterant ēt illæ duæ mulieres naturaliter facere quæ erant legis ſicut Iob & non idololatræ. Vnde de gentilitate ad Iudaiſmum conuerſas ſcriptura non reprehendit ſed magis commendat, vt probat poſtillator. Nec tertium dictum vr̃ propoſito conuenire. Nam beatus Hier. in hac vita iuſtificatas & cū finali iuſtitia defunctas vtiq; debuit dicere ſanctas, nec hoc omittere pp peccata præcedentia, ſi qui fuerūt, quia Petrum, Paulū, Matthæū, & Magdalenā & cęteros vere ſanctos dicere catholicū eſt quorum tñ peccata ſacra ſcriptura commemorat, ſed non illarum, ſ. Raab & Ruth. Cum igitur dicta Burg. prout viſum eſt ſint propoſito impertinentia, reſponſa ex eis accepta valere non poſſunt. Idcirco cum primum arguitur de tribus regibus propter peccatum prætermiſſis, reſpondet Burg. quod illi fuerunt finaliter impęnitentes, quod in mulieribus non habet locū. Sed oſtenſum eſt ſupra primum dictum Burg. vnde ſumitur illa reſponſio, non eſſe rationabile, nec per conſequens ſolutio.

Ad ſecundum argm̃ de beata virgine ſine peccato in genealogia poſita, reſpondet Burg. quod ſecus eſt de beata virgine, quam neceſſe habuit euangeliſta ponere, & de illis mulieribus quas euangeliſta voluntarie nominauit, & ſine defectu potuiſſet prætermittere. Sed puto bea. Hiero. ſic non voluiſſe dicere, quia illa re-
C ſponſio plus inuoluit, quam ſoluit, nam dicens euangeliſta pro ſola volūtate illas mulieres nominaſſe, neceſſe habet dicere quod ſine ratione. Quod ſi ſic, fruſtra bea. Hier. quæreret rōnem cuius non eſt ratio, ſed voluntas. Nec veriſimile, quod ſola voluntate, quinimo ex rationabili neceſſitate eas nominatim expreſſerat euangeliſta, quæ rationabilitas infra oſtendetur. Ad tertiū argm̃ poſtil. Burg. reſpondet quod facit pro beato Hier. quia in ſcriptura commendantur, hoc eſt argm̃ iuſtificationis earum finalis, ſed per hoc non excluditur. quin prius fuerāt famoſæ peccatrices vt dicit Bur. Cuius oppoſitū tñ oſtenſum eſt in correctione ſecundi dicti ſup. Nec aliqua ſcriptura hr̃ quod perſonæ aliarum vnquam fuerint reprehenſibiles, ſed potius in ſcriptura commendantur, vnde poteſt ſumi argm̃ quod eſt Burg. in ve. Teſt. valde familiare, ſed ipſe conſueuit arguere ab auctoritate negatiue quod non valet, hic arguitur aūt ſimul conſtructiue & deſtructiue per hoc quod non legitur quod ſint reprehenſæ ſed commendatæ. Arguo tñ ex dictis contra Bur. aliter. Oīs denominatio debet fieri à principaliori & digniori, ſed fides & iuſtitia ſunt digniora vitijs, igitur nominatio debet fieri potius à virtutibus quam à vitijs, ſed conſtat ex ſcriptura Raab & Ruth fuiſſe virtuoſas, igitur earum nominatio dēt potius ſumi à virtutibus quā a peccatis ſi qua præceſſerunt. Nā in cōmemoratione ſanctorum, virtutū fit mentio de per ſe, vitiorum autem quæ fuerunt, per accidens & recitatiue, igitur illæ ſanctę mulieres in Chriſti genealogia ſancti potius debebant notari ex conuerſatione quā prauitate tranſgreſſionis. Nec illa tertia rō poſtil. facit pro beato Hier. prout Burg. dixit, ſed contra ſpecialiter quia dicit quas ſcripturā reprehendiſſe, quod nuſquā reperitur, ſed contrariū, quia vtraſque ſcriptura commendat notabiliter

D notabiliter ſatis. Patet igitur quod Burg. volens pro beato Hieron. certare plus eum inuoluit.

Conſequenter videndum eſt quomodo contra Poſtil. irrationabiliter mouetur dupliciter. Primo dicit, quod nihil pertinet ad rationem genealogiæ coniunctio viri & mulieris per ſe vel per accidens, & nihil refert. Nam neceſſariū vr̃ vxores ſecundarias nō principales in hmōi genealogia nominari, quatenus ex tali nominatione oñdatur verum fuiſſe matrimonium & nihil illegitimitatis interueniſſe. Quod aūt verum matrimonium ſit inter virum & vxorē principalē, nemo dubitat, nec prolem ex eis ſuſceptam fore legitimā, prolem aūt ex occaſionaliter & ſecundario coniuncta poſſet probabiliter dubitari fore legitimā, idcirco in generatione ex principali & per ſe coniunctā in tota genealogia, de muliere nulla fit mētio, quia ibi prolis legitimitas eſt lata. In generatione aūt ex occaſionaliter coniunctis neceſſe fuit de mulieribus fieri mentionē. Tum vt ex hoc innuatur cōiunctionē fuiſſe legitimā, Tū vt oñdatur prolē ex ſic cōiunctorū generatione, nullā incurrere notā. Neceſſariū igitur fuit in Chriſti genealogia hoc obſeruare, ne Herodes aut alij Chriſti perſequutores velamē excuſationis poſſent aſſumere quaſi natū illegitime perſequerentur. Hæc eſt. n. ratio ſanctorū doctorū de matris Chr̃i deſpōſatione.

Nec valet quod Burg. ſecundo obijcit contra poſtil. rōnem de Lia quæ fuit Iacob præter intentionem coniuncta, & tamen non nominatur in genealogia Chriſti, qd̃ tñ oporteret, ſi ratio poſtillatoris valeret. Reſpondeo quod quamuis Lia fuerit coniuncta prę-
E ter eius intentionē non tñ ex hoc fuit vxor eius occaſionalis nec ſecundaria, ſed principalis pp ſequentem ratihabitionem. Rachel enim quamuis fuit plus dilecta; fuit tamen vxor ſecundaria & ideo Chriſtus ſi fuiſſet natus per lineam Rachel, ſpecialiter nominari in genealogia debuiſſet propter rationem prædictam. Sed quia per lineam Lię quę fuit prima & principalis vxor, Chriſtus natus eſt, idcirco eam nominari nō oportebat. Confirmatur hęc rñſio, quia ſecundum magiſtrū in quarto diſt. 30. & doctores Error in perſona coniuncta dirimit ēt contractū matrimonium niſi poſt coniunctionē interuenerit ratihabitio. Cum igitur in coniunctione Iacob & Liæ interuenit error pſonæ, potuit legitime poſt coniunctionē eam refutare, quod tñ non fecit, ſed potius ratum habēs factum, pro coniunctione Rachel vltro ſeruiuit. Et Lia prima & principalis vxor fuit per conſequens non nominanda.

Sed finaliter in hac materia Burg. valde mouetur cōtra poſtillatoris excuſationē, qua ſe excuſat de hoc quod declinat hic dictum beati Hier. aſſerens contra pietatē militare ſanctorū opinionibus contraire, inducens ad hoc canonem decretalis. diſt. 20. Sed reuera in quo Burg. excuſationem poſtillatoris reijcit ipſe magis venit inculpandus. Perſæpe quidē beatū Hier. beato Aug. cęteriſq; doctoribus ēt ſine magna rōne obijcit & ipſorū dictis infideliū Iudæorū dicta anteponit. Etſi aliqñ pro ipſis certare videatur, in odium id facere vr̃ poſtillatoris, ſalua pace, qui non niſi ſcri-
F ptura aut rōne cogentibus interdum à ſanctorū declinat ſententijs. Nec id quod Burg. aſſumit facit contra pietatē, quia hic honor, hæc reuerētia ſolis debetur canonicis ſcripturis, vt quidquid in eis repertum fuerit, ſine hæſitatione verū eſſe credatur, vt dicit beatus Auguſtin. de vnico baptiſmo. Scripturis aūt alijs quibuſcunq; rōnabiliter contradicere licet dicente eodem Aug. in epiſtola ad Hiero. Aliorum ſcripta ita lego, vt quantalibet ſanctitate quantave doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, &c. Et in epiſtola ad Fortunatum dicit: Tales eſſe velle lectores ſuorū ſcriptorum qualis ipſe eſt aliorū in quo ſua ſcripta cęteris corrigenda ſubijcit, ſicut ipſe aliorū ſcripta vbi id certa rō vel auctoritas exegit, refutauit. Nec putādū hāc Aug. humilitatē beato Hier. & cęteris ſanctis doctoribus defuiſſe. Canon decretalis contra poſtil. inductus pro ipſo militat: Dr̃ namq; in ipſo, quo quis maiori rōni innititur eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur. Igitur poſtilla ſi nulla temeritate permotus interdū ſanctorū ſententias cū reuerentia (quæ ſanctis doctoribus debetur) declinet: meliori rōne aut auctoritate perſuaſus, nequaquā dēt ob hoc à veritatis amore criminari, qm̃ in his quæ fidei non ſunt, nec ſacris literis obuiant, neq; ſancti, neque ſcholaſtici doctores mutuū conſenſum expetunt, ſed ſibi mutuo alijs & alijs rationibus perſuaſi ſine temeritate immo vtiliter contradicunt.

In eodē cap. vbi dr̃ Ioſeph virum Mariæ, vbi oēs doctores concordant, quod ſufficienter deducitur genealogia per Ioſep virū Marię, quia erant de vna tribu, &c. Burg. facit multa argumenta aliqua ſatis competentia, quod non Dauid ſufficit declaratio gloſſæ & doctorū. Ipſe igitur longā digreſſionem facit, in qua putat ſatiſfacere non ſolum quærenti, ſed qōni, quæ fieri cōſueuit in hac materia, cui placet videat. Mihi autē vr̃ quod non amplius quam poſtil. factum concludat. Cum n. Chriſtum natum ex ſemine Dauid & Abrahā ſecundū promiſſa vtriſque facta non niſi auctoritate ſcripturæ habeatur, igitur ſolū creditum eſt apud recipientē ſacrum cano. Sic & apud Chriſtianū hr̃ ſolum auctoritate Matt. & Lucæ. igitur ex ſola fide. Fruſtra igitur Burg. videtur tam prolixa digreſſione labo-

Linea ge… logiæ C… & Ioſeph … modo pr… poſsit.

A ne laboraſſe, p̄ſertim cum quatuor ſuæ ſuppoſitiones, & ſex concluſiones citra vel vltra ea, quæ fidei ſunt nihil concludunt. Nam in prima ſuppoſitione ſua dicit de filiatione & ſucceſſione ſecundū formā vulgarem, quæ modicū facit ad propoſitū deducendū. Nā à Zorobabel nulla apud catholicos nec puto apud Iudęos hr̄ hiſtoria auctentica, vñ talis fama vulgaris auctoritatiue cōfirmari potuerit vſq; ad Chriſtū & parentes eius. Et ſi hr̄, tñ quia in canone non eſt, ea facilitate contemnitur qua probatur, ſecundum regulam beati Hieron. In ſecundo præſuppoſito dicit Bur. dubiū eſſe quocunque naturaliter genito, an ſit legitime natus. In quo nihil dicit pertinens ad qōnis motæ ſolutionē, quia per nullā naturalē cognitionē poſſumus ad legitimā Chriſti generationē p̄uenire. Et pp idem non valet ſuppoſitio ſua tertia, quia teſtimonium vel probatio per inſtrumentū pertinet ad humanā & naturalē cognitionē. Et quia de ſubſtantia inſtrumentorū ſunt teſtes, ſicut ad naturalis generationis cognitionē non pñt honeſti teſtes adduci, ita nec inſtrumēta formari, immo teſtes quicunq; adducerent̄ eſſent dubij ex ſecūdo ſuppoſito. Ex illis igit̄ tribus ſuppoſitionibus nihil fidei affert̄ niſi negatiue, ꝙ videlicet Chriſti generatio nō pōt haberi per famā publicā, nec per teſtes & inſtrumēta, nec per naturalē cognitionē. Suffeciſſet igitur quarta ſuppoſitio ꝙ pōt ſciri fidei auctoritate. Et ad hoc tendit prima concluſio Bur. quę aſſumit promiſſiones factas patribus & teſtimonium euangeliorū, quæ oīa ſola fide recipimus. Secunda ſua concluſio ſolū pertinet ad fideles, & non niſi pp fidem. Et tertia concluſio reſoluitur ad idem, quia vult ex publica fama dicere conueniens D Chriſtū eſſe filiū Dauid. Sed vnde fama niſi ex prophetis? Sed quid propheria niſi credamus? Totū igit̄ reſoluit̄ in fidē, per cōſequēs apud infidelē nihil facit. Per probationes de ſancto Tho. per Burg. ex ſua digreſſione ſumptas non probat̄ Iudęorū inexcuſabilitas, quia nec per ſcripturā pp interruptionem à tempore Zorobabel, nec per famā ex ſcripturis ſufficienter factā, Ieſum filiū Dauid fore ſcire poterant, ſed aliunde, quod oñdere non eſt præſentis ſpeculationis. Nec quarta cōcluſio, niſi per reſolutionē ad fidē procedit. Similiter & quinta, quia vtriuſq; lineæ tā naturalis quā adoptiuę teſtimoniū non habemus, niſi ex ſcriptura, teſtimoniū aūt ſcripturæ ad fidē reſoluitur. Nunc aūt ſcriptura veteris Teſti in vtraque linea deficit, quia à Zorobabel vſq; ad parentes Chriſti, vt prædictū eſt, auctoritatem non habemus. Credendum eſt igitur Mattheo & Lucæ in vtraque linea. Et ecce fideles. Et ad hoc finaliter reſoluit Burg. ſuam quintam cōcluſionē. Sed vnde Mattheus & Lucas tantę facti ſunt auctoritatis, niſi ex auctoritate vniuerſalis eccleſię teſte beato Auguſtino contra Adamantiū dicente. Non crederē euangelio, niſi eccleſię auctoritas me commoueret. Qui igit̄ credit eccleſiæ, credit Mattheo & Lucę, et ſic credit Chriſtū filiū Dauid ſecundū promiſſa facta patrib. Et hęc eſt ſumma per quā ſoluitur qō per Burg. ſic diffinite prætractata, qui aūt his non credit, quoniā ex ſcriptura quæ interrupta eſt circa genealogiam, nec ratione nec fama conuinci poterit, &c. remanebit dubius digreſſione Burgenſis non obſtāte. Auguſt. contra Adamantium.

CAP. II.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleē Iudæ in diebus Hero dis regis, ecce Magi ab orien

Ecce natiuitas, cum eſſet natus. — Nomen. — Locus. — Tempus.

a b c d

## CAP. II.

a Cvm ergo natus, &c. Quāuis Matthęus natiuitatem prætermittat, tñ aduentum Magorum referens, breuiter eam cōmemorat ſic dicens. *Cum ergo.* Quatuor hic ponūtur à prophetis roborata, natiuitas, nomen, locus, & tempus. B De natiuitate domini in Bethleem Matthæus & Lucas conſentiunt. Sed quomodo & qua occaſione ad eum venerint Ioſeph & Maria Lucas exponit: Matthęus pręterit, ſicut & cętera vſque ad circunciſionem, ſicut econtra de aduentu Magorum Lucas tacet, & Matthæus exponit.

Bethleē. b *Bethleem Iudæ.* Ad differentiā illius quæ eſt in Galilæa in tribu Zabulon. Duæ enim ſunt Bethleē. Bethleē prius dicta eſt Ephrata. Bethleē domus panis, quia ibi naſciturus erat panis viuus qui de cęlo deſcendit, qui ponitur in pręſepio, vt irrationabiles paſtos, faciat ſocios angelorum. Significat aūt eccleſiam, quæ eſt domus, in qua panis viuus comeditur.

Gen. 49.b. c *In diebus.* Hierony. Hoc non ponit tantum pro tempore ſed vt videatur impletum. *Non deficiet princeps de Iuda, &c. In diebus Herodis regis.* Finito. ſ. regno Iudęorū: qñ iam Herodes alienigena in gēte Iudęorū regnū ſibi occupauerat impleta ꝓphetia q̄ dicit. *Cū venerit ſanctusſanctorū ceſſabit vnctio veſtra.*

9.f. d *Ecce Magi.* Magi nō malefici, ſed Philoſophi Chaldęorū, qui de ſignis philoſophantur. Et fuerūt (vt dicitur) de genere Balaā, & ſucceſſores doctrinarū eius. In iſtis fides gentiū vt C primitiæ Deo conſecrat̄. Hi prædicant natiuitatem, locū neſciunt. Iudęi locū inſinuant: tēpus aduentus nō cognoſcunt. E

✠ Auguſtinus. Manifeſtatus eſt Ieſus non doctis nec iuſtis. pręualet namque imperitia in ruſticitate paſtorum, & impietas in ſacrilegijs Magorum, vtroſque ſibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venerit ſtulta eligere vt cōfunderet ſapientes, & non vocare iuſtos ſed peccatores, vt nullus magnus ſuperbiret, nullus infirmus deſperaret. Serm. 2. de Epiphania.

✠ Cyprianus. Erant in illis regionibus viri ſyderum inſpectionibus aſſueti, qui arte mathematica vim diſcurſumque nouerant planetarum, qui ex elementorum natura rationem temporum metientes, aſtrorum miniſteria certis experimentis proprijs didicerant effectibus aſſignata. Hi ex vaticinijs Balaā olim audierant ſtellā oriri ex Iacob, &c. Huius prophetiæ prouentum expectantes, & vbi venit plenitudo tēporis orto repēte nouo ſydere, ad antiqua recurrentes volumina, iā teſtimonio muniti quā ſigno dromadis inuecti, in Iudęam ſtella duce peruenerunt. Serm. de Stella & Magis.

✠ Petrus Chryſologus. Quare Magi, quare ſtella? Vt per Chriſtum ipſa materia erroris ſic fieret ſalutis occaſio, quēadmodum ad Chriſtum mortis cauſa, cauſa facta eſt vitæ. Hoſterij proprio mucrone turbare, ſingulare eſt inſigne virtutis. Apud Magos in culpa erat ignorantia non voluntas, & erat in crimine non ſtudium, ſed error quærere Deum & noſcere. Quærere neceſſitas magis eſt quam reatus. Fuit ergo pium vt & Deus inuenire quærentibus daret, & culpam deputaret errori. F Serm. 157.

Venerunt

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. II.

1 Cvm ergo natus, &c. Hic ſecundo oſtendit euangeliſta ipſum Ieſum eſſe verum Deum & verum hominem ex illuſtratione cęleſti & veneratione regali. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huius rei manifeſtatio. ſecundo ipſius Chriſti manifeſtati perſequutio, ibi. *Qui cum receſſiſſent.* Itē prima in tres: quia primo ponitur Chriſti inquiſitio ſollicita. ſecundo eius inuentio certa, ibi. *Qui cum audiſſent regem.* tertio, eius adoratio deuota, ibi. *Et procidentes.* Prima adhuc in duas, quia primo ponitur inquiſitio Chriſti ex deuotione. Et iſta facta eſt à magis, ſecundo, ponitur inquiſitio Chriſti ex malignatione. Et hæc fuit inquiſitio Herodis, ibi. *Audiens autem Herod.* Circa inquiſitionem Magorum quærentium Chriſtum natum euangeliſta tria notat, videlicet, natiuitatis locum, cum dicitur.

*Cum ergo natus eſſet, &c.* vt oſtendat impletam eſſe prophetiā Micheæ 5 vt videbitur infra eo. cap. Additur autem Iudæ ad diſtinctionem alterius Bethleem quæ eſt in tribu Zabulon. ſecundo notat tempus, cum dicit. In diebus Herodis, prophetauerat enim patriarcha Iacob Gen. 49 b. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt, &c.* vbi trāſlatio Chaldaica habet ſic: Donec veniat Meſſias. vbi manifeſte oſtenditur illo tempore Chriſtum eſſe naſciturum, quando deficeret rex & dux de populo Iudæorum. Et hoc impletum eſt in Herode, quia vſque ad tranſmigrationem Babylonis habuerunt reges de tribu Iuda, & poſtea duces, vt patet de Zorobabel Eſd. 2 & ſic vſque ad Herodem qui fuit Idumæus natione, & per cōſequēs alienigena, ſed regnum Iudæorum fuit ſibi datum à Romanis Imperatoribus & cum hoc adiutorium ad ipſum acquirendum, & capto Antigono ibidem regnante & poſtea interfecto, Herodes occupauit regnum, vt narrat Ioſephus lib. Anti. patet igitur quod per hoc quod dicitur.

2 *In diebus Herodis, &c.* Oſtenditur tempus præfinitum Chriſti naſcentis. Tertio, ſcriptura circa natiuitatem Chriſti notat euidens cęleſte ſignum, prophetatū enim fuerat per Balaam, Num. 24. cap. *Orietur ſtella ex Iacob & conſurget virga de Iſrael, &c.* vbi oſtenditur quod ortus nouę ſtellæ apparentis erat ſignum Chriſti naſcentis, & ideo in hora natiuitatis Chriſti apparuit ſtella noua in orientali terra vbi quondam habitauit Balaam. Quæ quidem terra eſt in parte orientali reſpectu Ieruſalem, vt habetur in eodem lib. Num. 23. & ideo iſti magi dicti ſunt magi non à magica arte, ſed à magnitudine ſcientię, & ideo dicti ſunt etiam reges, quia illo tempore Philoſophi ſapientes regnabant. Iſti ergo videntes nouam ſtellam cognouerunt per diuinam inſpirationem, ꝙ illa erat quæ prædicta fuerat per Balaam & ideo ſtatim mouerūt ſe de locis ſuis, vt venirent ad venerandū puerum natū, & ſequentes ſtellā venerūt ad Iudæam die tertiadecima, quia illa terra vbi habitabat Balaā non multum diſtabat à Iudęa, ipſis autem Iudæam

a *Venerunt*. Magi, non poſt annū: quia tunc non inueniret
A in pſepio, ſed in Aegypto, ſed 13. die. Fuerūt aūt de terra Per
ſarum vbi & Saba fluuius à quo regio noīatur, iuxta quam &
Arabia eſt, vbi Magi fuerūt reges. Qui etſi tria munera obtu
liſſe dñr, non ideo non plures quam tres fuiſſe probant, ſed
vt per eos gentes q̄ ex tribus filijs Noe natæ ſunt, venturę ad fidē præfigurentur, vel tot fuerūt principes, qui multos duxerūt in ſuo comitatu. Ideo Magi apud Ieroſolymā præcipue rogant, quia per Balaam de Iſrael naſciturum audierunt. Noua enim ſtella nouum hominem indicabat. Stella Chriſtus quē ſequi debemus, qui niſi in cordibus oriatur rex Iudęorum in oriente non quęretur.

*Magi Chriſto quęrētes quot fuerint.*

a Vbi erat caput regni. Ciuitas Dei toto orbe refulget in qua minus docti erudiuntur diuina lege.

a te venerunt Ieroſolymam, dicentes. Vbi eſt

b a Ne hoc de Herode quærere videantur. b Signa non fidelibus, ſed infidelibus data ſunt.

c qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim 1

a Propriam quia hanc creauit ad oſtenſionem ſui. b Qui a Deum intelligunt ſtella ſamuiame.

ſtellam eius in oriente & † venimus adorare

d cum. Audiens autem Herodes rex turbatus 2

e f eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Et congre 3 4

a Fomines. b Moralium latores præceptorum.

g gans omnes principes ſacerdotum & Scribas 5

Palam quaſi ex bono affectu. a Sic vocat eum, quia nouerat inungi reges Iudæorum.

h populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus na-

i. ſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleē Iudæ. 6

b *Vbi eſt qui natus eſt rex, &c.* Confuſio Iudęorū eſt, vbi Chriſti natiuitatē à gentibus diſcūt, 
B etſi nō credūt, inexcuſabiles ſūt.
c *Vidimus enim ſtellam*. Hæc ſtella dominicę natiuitatis nunciā nunquā prius apparuit, ſed eā tunc puer creauit, & Magis deputauit, q̄ mox peracto officio eſſe deſijt. Chriſtū nōdum loquentē, muta ſtella pdicat, poſtea loquentē apoſtoli nunciauerūt. Iudęis, tanquā rōne vtentibus, ſubſtantia rōnalis. i. angelus ortum Chriſti nunciauit. Magos vero primitias gētiū nondū rōne vtentium irrationalis, i. ſtella perduxit. Paſtoribus angeli, Magis ſtella, vtriſque tñ loquitur lingua cęlorum, quia iam ceſſabat lingua prophetarū. Vtrū ſtella orta ſit in oriente, an ipſi ibi poſiti natam ad occidentē viderint, ambiguū eſt. Potuit. n. naſci in oriente, & eos in Ieruſalē perducere. Sed dum humanū quaſi ex lege quęrunt auxilium, diuino deſeruntur. Per ſtellā intellexerūt eū in Iudęa natū, & ideo Ieruſalem veniunt, vbi locum diſcētes tunc aggreſsi iter primum habent ſtellam pręuiam quam recognoſcunt.

Allegorice. Stella eſt illuminatio fidei quę ad Chriſtū ducit. Dum diuertunt ad Iudęos eam amittunt, quia dum à malis conſilium quęrunt, veram illuminationem perdunt.

*Hom. 6. in Matth.*

⁂ Chryſoſto. Sciendum quod Priſcillianiſtę hęretici qui naſci vnumquemque hominem cōſtitutionibus ſtellarum putant, hoc in adiutorium ſui erroris aſſumunt, quod noua ſtella exijt, cum dominus in carne apparuit, cuius fuiſſe fatum eandem quæ apparuit, ſtellam putant.

*Error Priſcillianiſtarum.*

*Hom. 2. operis impe.*

* Idem. Si ergo aliquis adulter & homicida fiat per ſtellam, magna eſt iniquitas illarum ſtellarum, magis autē illius qui creauit ſtellas. Si ēt ſtellę eſt, q̄ mali ſumus aut boni, ergo
C nec bonū noſtrū laudandum eſt, nec vituperandum malū.
* Auguſt. Et nos quidem ſub fato ſtellarum, nullius hominis geneſim ponimus, vt liberū arbitrium voluntatis, quo bene vel male viuitur, propter iuſtum iudicium Dei, ab omni neceſsitatis vinculo vindicemus. Quanto minus illius temporalem generationem ſub Aſtrorum cōditione credimus factam, qui vniuerſorum creator & dominus. D

d *Audiens autem Herod. &c.* Rex dicitur, vt ex collatione eius qui quęritur, hic intelligatur extraneus quia iam defecerat proprius.

*Audiens autem Herod.* Alium regem Iudęorum quam ſe quęri, volebat enim cum eſſet alienigena legitimus rex videri: & ideo codices quibus genealogia texitur cremauit.

*Iacceſſime*

e *Turbatus eſt, &c.* Vel quia exitium regni ſui timet, vel propter iram Romanorum ſi hoc pateretur, qui decreuerant ne quis rex vel dominus ſine eorum conſilio diceretur. Nato rege cęli rex terrę turbatus eſt, quia nimirum terrena altitudo confunditur cum cęleſtis celſitudo prædicatur.

*Herodes q re turbatu aduentu gorum.*

* Petrus Chryſologus. Quare Ieroſolyma, principes & Scribę turbantur? Quia naſci non vult profanus Deum, ſeruus dominum, iudicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorē: Ieroſolyma varia ſe cōtaminatione pſuderat. Sacerdotes profanauerant ſancta, & peccata vendēres in q̄ſtu veniam pietatemq; conuerterant. Scribę doctrinā cœleſtem, ſcientiam ſalutarē, vitale magiſterium in ſuū ſenſum, in perfidię lapſum, lethale vaniloquium commutarant. Viuere timent, quia nouerant ſe mox ignominiæ dandos, trahendos opprobrijs, eijciendos templo, priuandos ſacerdotio, oblationum munere vacuandos.

*Sermo. 15* E

f *Cum illo*. Propter fauorem, quia ſæpe populus plus eis iniuſte fauet quos crudeles ſuſtinent. Vnde Salomon: Rex iniuſtus omnes miniſtros impios habet.

*Prou. 29. b*

g *Et congregans omnes principes ſacerdotum*. Nota diligentiam inquirentis, vt ſi inuenerit faciat quod poſt ſe velle oſtendit, ſin autem, excuſatus ſit Romanis. Explorabat etiam, ſi rex eorum triſtes vel lętos faciat Iudęos.

h *Vbi Chriſtus naſceretur*. A Iudæis quærit locum, à magis tempus vt de vtroque fiat certus.

i *In Bethleem Iudæ*. Locum natiuitatis exprimunt, quem teſtimonio ſcripturæ didicerāt, vt ipſa eorum ſcientia illis fieret ad teſtimonium damnationis, nobis ad adiutoriū fidei.

Ex hoc patet, quia non ex ignorantia, ſed ex cordis duritia credere noluerunt. F

* Auguſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

Iudæā intrantibus, ſtella diuina diſpoſitione diſparuit, vt neceſſe haberent recurrere ad ciuitatem regiam, videlicet Ieruſalem, & ibidem inquirere de Chriſto nato. Et hoc factum eſt à Deo duplici de cauſa. Vna propter ipſos Magos, vt qui prius fuerant commoniti cæleſti ſigno confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum Hebraicorum reſponſione, vt infra patebit. Alia cauſa fuit propter Chriſtum, vt eius natiuitas in ciuitate regia renunciaretur: & per conſequens Iudæi Chriſtum non recipientes inexcuſabiles haberentur. Per hoc etiam figurabatur quod fides Chriſti erat à gentibus deuote recipienda, & à Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus refutanda, quia magi qui gentiles erant ipſum Chriſtum deuote quæſierunt, & inuentum adorauerunt. Sacerdotes autem Iudæorum audientes Chriſtum natum per cœleſte ſignum in nullo moti ſunt ad ipſum quærendum ſeu venerandum. Dicit igitur.

1 *Vidimus ſtellam eius.* & patet ſenſus per prædicta.

2 *Audiens autem Herodes.* Hic ponitꝰ inquiſitio Herodis ex malignatione, & primo ponitꝰ eius inquiſitio de Chriſto à Iudęis, ſecundo ab ipſis magis ibi, *Tunc Herodes.* Dicit ergo. *Audiens autem Herodes.* ſ. Chriſtum natum per euidens cęleſte ſignum.

3 *Turbatus eſt.* Nec mirum, quia erat alienigena vt dictū eſt, & ideo timebat perdere regnum, & nō ſolum ipſe turbatus eſt, ſed.

4 *Et omnis Ieroſolyma cum illo.* Hic accipitur pars pro toto. vnde omnis Ieroſolyma, accipitur hic pro illa parte quæ fauebat ſibi, ſicut communiter dicitur, quando maiores ciuitatis aliquid faciunt quod tota ciuitas facit: ſic in propoſito illi qui erant ibidem maiores & in regalibus officijs aſſiſtentes, illi cum rege turbati ſunt. Sequitur.

5 *Et congregans omnes principes.* Quia enim volebat Chriſtum perdere, ideo voluit de loco natiuitatis Chriſti diligenter inquirere ab illis qui ſcripturas prophetarum prædictas de Chriſto nouerant, & genealogias deſcendentes de Dauid ſciebant.

6 *At illi dixerunt ei, in Bethleem.* Sicut. n. periti in lege reſponderunt per prophetiā quæ hꝛ Micheæ 5. quæ non poteſt exponi niſi de Chriſto, vnde in eadem auctoritate vbi dr̃. Ex te egredietꝰ qui ſit dominator, &c. tranſlatio Caldaica habet. Ex te egredietꝰ Meſſias. Ad euidentiā igitur huius prophetię videndum eſt qualiter ſcribitur Micheæ 5. quia vr̃ in aliquibus diſcordare ab eo quod hic dr̃. Scribitur enim Micheæ 5. a. *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te enim mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, &c.* Matthæus autem euangeliſta aliter ſcripſit, quia debebat ſcribere reſponſionem Iudæorum Herodi factā: Herodes aūt erat alienigena & ignorabat ſcripturas prophetarum, & ideo Scribæ ſibi rñdentes aliqua verba in auctoritate ſcripta mutauerunt vt planius regi loquerentꝰ, tñ eandē ſententiā tenuerūt: quod patet diſcurrenti per ſingula, Scribitur. n. in Michea ſic. *Et tu Bethleem Ephrata*. Ipſi autem reſponderunt: *Et tu Bethleem terra Iuda*

## MORALITER.

1 *Vidimus enim ſtellam, &c.* Per ſtellā ſignatꝰ virgo Maria, quæ interpretatur maris ſtella. Hæc autem ſtella apparet magis condeſcēdendo ſibi deuotis, & eos nauigantes per huius mūdi mare turbulētum dirigit ad portum ſalutis qui Chriſtus eſt. Et ipſum inuenientes venerantꝰ, offerentes ei munera. ſ. aurū charitatis, & thus deuotę orationis, & myrrham carnis mortificationis: quia cum caro rationabiliter caſtigatur, ad cæleſtia ſpiritus eleuatꝰ.

*Et reſpon-*

A ☞ ✱ Auguſtinus. Cum dixerunt: In Bethleem Iudæ, ſimiles facti ſunt fabris arcæ Noe, qui aliis vbi euaderent præſtiterũt, & ipſi diluuio perierunt, ſimiles lapidibus a miliariis viam oſtenderunt, nec ipſi ambulare potuerunt. [Sermone.21. de Epiph.]

*Et tu Bethleem.* Hoc ſic ponit, vt ab eis dictum eſt, quia etſi non verba, veritatem ſenſus quodammodo ponunt. In Hebræo ſic eſt. *Et tu Bethleem Ephrata parua es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.* [Mich.5.a.] Et eſt ſenſus: Etſi ſis paruus viculus comparata ciuitatibus Iudæ, [..1.7.f.] vbi tot millia: tamen non es minima, quia ex te egreditur magnus Chriſtus, qui non tantum de Dauid, quia egreſſus eius ex mea conſtat ſubſtantia: natus a diebus æternitatis, quia in principio erat verbum. Antiquitus Ephrata, poſtea Bethleem.

Myſtice. Eſt dicta Ephrata, furorem vidit, quod præmonB ſtrat inſaniam Herodis qui ibi pueros occidit. Vel Ephrata frugifera, quę colit agrũ vitę. Merito in eo loco Chriſtus naſcitur, qui totius eccleſiæ typum gerit, & ex nomine innuit Chriſtum pabulum vitæ cunctis. *Terra Iuda nequa.* In Hebræo, Ephrata: Bethleẽ, eſt domus panis Ephrata ſpeculum. Quæ ſunt domus iſtæ niſi fidelium mẽtes panem angelorũ manducãtes, & quantum in hac vita mortali conceditur, gloriam domini ſpeculantes? In quibus Chriſtus iam per fidem natus, de gẽtilitate velut de longinquo venientibus per falſorum doctorum demonſtrationem aliquando quæritur, & inuentus adoratur.

Michæam.
Sic enim ſcriptũ eſt per prophetam: † Et tu
a Ad tribum Iudæ pertinebat.
Bethleem terra Iuda, nequaquam minima
a In Hebræo, in millibus. Arguuntur Scribæ obliuionis quod non ipſis uerbis prophetæ uſi ſunt.
es in principibus Iuda. Ex te enim † exiet
dux, qui regat populum meum Iſrael. Tunc 1
a Herodes clam vocatis Magis, † diligenter
a Quia locum didicerat, quando naſceretur explorat.
didicit ab eis † tempus ſtellæ quæ apparuit
a Cognito loco & tempore reſtat cognitio perſonæ
eis. Et mittens eos in Bethleem, dixit. Ite
& interrogate diligenter de puero, & cum 2
a Hoc ſubiungendo ad renunciandum inuitat. Vt alacrius ad eum redeant, & ne Iudei, quia rex eorum futurus erat occultent.
inueneritis renunciate mihi, vt, & ego vebniens adorem eum. Qui cum audiſſent re- 3
a Aeſtimantes ſupple uera quæ dixerat.
c gem, abierunt. Et ecce ſtella quam vide- 4
a Donec
rant in oriente, antecedebat eos vſque
a Q.d. Hic eſt quem natum teſtabar.
dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer.
a Inuento quod deſiderauerant.
Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gau-
a Diuerſorium illud quod Lucas commemorat.
d dio magno valde. Et intrantes domum
e f inuenerunt puerum cum Maria matre
a Signum humilitatis ſine qua nullus uere adorat. b In carne uerbum.
g eius, & procidentes adorauerunt eum 5
vt eum agnoſcant, de quo dictum eſt: *Puer natus eſt nobis.*

[† mihi proditurus eſt. Lucæ.16.g.] [† Accurate perquiſiuit.] [† quo tempore ſtella apparuiſſet eis.]

a *Clam vocatis magis.* Remotis ſacerdotibus, & Scribis: timebat enim ne Iudæi quaſi ex Dei oraculo promiſſum occultarent, ſi ſe velle eum perimere ſentirent. Ideo etiam promiſit ſe adorare ne quis ſentiret dolum eius, ſed ſine ſuſpitioue ob gratiam fauoris ei renunciarent. b *Adorem*

D b *Adorem eum.* Herodes deuotiõem promittit, ſed gladium acuit, malitiam cordis depingens colore humilitatis. Finxit ſe, vultu, & verbis adorare eum quem inuida mente cogitabat occidere. Cuius perſonam repræſentant hypocritæ, qui ficte Deum quærunt, & nunquam merentur inuenire.

c *Et ecce ſtella quam viderant.* Ingreſſi Iudæam deſeruntur indicio ſtellæ. vt cogantur ex lege inquirere. Vel diuino deſeruntur auxilio qui quærunt humanũ. Nec decebat ſignũ infidelibus datum apparere domeſticis legis, & prophetarũ: quia, *ſi Moyſen, & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mor. &c.* Non tenuit æthereas uias. Sed multum domui vicina, aliter non diſcernerent domum.

MORALITER. Stella, eſt bona exhortatio ducẽs ad Chriſtum. Vel potius fides, quæ eſt mentis illuminatio, per quam ingrediẽs Chriſtum videt, qui eſt ſtella matutina, & eo viſo gaudet gaudio, & adorare non deſinit.

d *Gauiſi ſunt gaudio magno, &c.* E Gaudio gaudet, qui propter Deum (qui verũ gaudium eſt) gaudet. Addit. & magno, quo nihil eſt maius. Et valde gauiſi, quia de magno poteſt alius plus, alius minus gaudere.

e *Et intrantes domum, &c.* Tres Magi vno itinere Deum veniunt adorare, quia in vno Chriſto (qui eſt via) inſeparabilis trinitas ab eis erat adorãda.

f *Puerum cum Maria matre eius, &c.* Sæpe puer nominatur, vt eum agnoſcant, de quo dictum eſt: *Puer natus eſt nobis.* [Iſa.9.b.]

Cur nõ, & Ioſeph cum Maria inuentus eſt a Magis? Ne aliqua inde malę ſuſpitionis occaſio daretur gentibus, quę primitias ſuas ſtatim nato Saluatore ad eum adorandum miſerũt.

g *Adorauerunt eum.* Sic confitẽtes Deum, quem factum eſſe hominẽ intelligũt, & moriturum quod per myrrham oſtẽdũt.

☞ *Et apertis* F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

terra Iuda. *Cuius ratio fuit, quia iſta ciuitas antiquitus vocata eſt Ephrata ab vxore Caleph, ſed poſtea eſt ibi facta fames magna tempore Elimelech, & Noemi vxoris ſuæ, propter quam famem iuerunt ad peregrinandum in terra Moab, vt habetur Ruth.1.a. Tranſeunte autem fame facta eſt maxima abundantia in eadem ciuitate, ſicut frequenter fit mutatio a contrario in contrarium, & tunc vocata eſt ciuitas Bethleem. i. domus panis, propter abundantiæ euentum. Herodes autem ignorabat iſtam hiſtoriam, & ideo non dixerunt,* Et tu Bethleem Ephrata: *quia neſciuiſſet quid eſſet dictum, ſed dixerunt,* Tu Bethleẽ terra Iuda. *i. quæ ſita es in tribu Iuda ad differentiam alterius quę ſita eſt in terra Zabulon, ſicut prædictum eſt. Similiter quod ſequitur in autoritate Paruulus es in millibus Iuda, mutauerunt dicentes:* Nequaquam minima es in principibus Iuda. *Licet enim videatur eſſe contrarietas in verbis, tamen eſt eadem ſententia, quia cum dicitur:* Paruulus es, *&c. hoc eſt dictum. Tu Bethleem paruulus es vicus in ſitu & ambitu murorum reſpectu millium ad te pertinentium, & ratione Chriſti ex te naſcituri, & iſta paruitas ſonat in dignitatem, ſicut ſi diceretur. Pariſius eſt parua ciuitas in ſitu reſpectu multitudinis ad eã pertinentis. Scribæ autem Iudæorum reſpondentes Herodi, hanc dignitatem planius expreſſerunt dicentes* Nequaquam imnima es. *Quod autẽ ſequitur in autoritate hic & ibi ſatis concordat, vt patet intuẽti.*

1 Tunc Herodes clã vocatis Magis diligenter didicit. *Hic ponitur inquiſitio Herodis facta ab ipſis Magis. Cognito enim loco natiuitatis Chriſti ex Iudæorum reſponſione, voluit ſcire tempus natiuitatis ab ipſis Magis per ſignum ſtellæ orientis quæ apparuerat eis, vt ſi ad ipſum non rediret, ex temporis, & loci cognitione poſſet Chriſtum interficere, ſicut poſtea attentauit pueros interficiendo, & hoc eſt quod dicitur.* Tunc Herodes clam vocatis. *Dicit clam, ideſt, occulte, quia cum eſſet alienigena non fidebat de Iudæis, & ideo voluit ſuum conſilium eos latere. ſequitur.*

2 Et mittens eos in Bethleem. *Spondet falſum obſequium, vt facilius eos deciperet: & ad redeundum ad ipſum inducat.*

3 Qui cum audiſſent regem abierunt. *Poſita ipſius Chriſti inquiſitione ſollicita, hic conſequenter ponitur eius inuentio certa. Dicit igitur:* Qui cum audiſſent regem abierunt. *recedentes, ſcilicet de Ieruſalem, vt irẽt verſus Bethleem, edocti de hoc per prophetiam.*

4 Et ecce ſtella. *Quia enim vt dictum eſt, diſparuerat, vt Chriſti natiuitas per ipſos in regia ciuitate publicaretur, & vt prophetia de loco natiuitatis Chriſti impleta monſtraretur, ideo hoc perfecto iterum eis apparuit, & repletos gaudio ad locum determinatum vbi puer erat deduxit. Ex prædictis patet quod illa ſtella nõ erat de ſtellis exiſtẽtibus in orbe, nec de ſtellis cometis, quæ aliquando apparent in ſuprema aeris parte, quia illæ lucent tantum de nocte, iſta autẽ de die. Item ex motu, quia illæ reuoluunt ſecundũ motũ mobilis primi in die naturali iſta autẽ mouebatur ſecundũ quod expediebat Magorũ itinerationi. vnde in tredecim diebus non eſt mota niſi a terra in qua habitabãt magi vſque ad ciuitatẽ Bethleẽ. Tertio hoc apparet ex ſitu, quia ſi fuiſſet ſita in orbe ſeu etiã in ſuprema aeris parte, vbi generantur cometæ, non poſſet determinatum locum vbi erat puer, oſtendere, & ideo patet quod erat in propinqua aeris parte.*

5 Et procidentes adorauerunt eum. *Hic deſcribitur ipſius Chriſti inuenti adoratio deuota, ex quo patet, quod cognouerunt ipſius diuinitatem per diuinam reuelationem, cum enim viderent puerum pannis vilibus inuolutum in gremio pauperis matris poſitum, nullum regiæ dignitatis habentem ſignum, non eſt veriſimile quod talem reuerentiam ei exhibuiſſent, niſi in eo aliquid ſupra hominem cognouiſſent: Et hoc eſt quod dicit.* Et procidentes adorauerunt eum. *adoratione, ſcilicet, latriæ.*

Et aper-

Fidem ſuam myſticis profitentur muneribus.

a Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei mune 1

a Regi b Deo. c Mortali. d Quia intus quærebant, quid vellet diuina uoluntas de reuerſione ad Herodem. Dei meruerunt reſponſione

b ra, aurum, thus, & myrrham. Et † reſponſo 2

a Quia cognita veritate non licet retroire. b Diabolum.

c accepto in ſomnis ne redirent ad Herodē, 3

Fidem, ſpem charitatem. b Paradiſum, vel cæleſtem Ieruſalem

d per aliam viam reuerſi ſunt in regionē ſuã. 4

a Impleto purgationiſ tempore prius, & eo oblato in Ieruſalem quod hic prætermittitur.

Qui cum receſſiſſent, ecce angelus domini

a Hic Ioſeph non quaſi maritus, ſed nutricius, ſed & cuſtos aſciſcitur. 5

apparuit in ſomnis Ioſeph, dicēs, † Surge, &

Gloriolam.

e accipe puerum, & matrem eius, & fuge in

f Aegyptum, & eſto ib vſque dum dicam ti-

a Ecce quod fraudes non latent deum

bi. Futurum eſt enim, vt Herodes quærat

puerum ad perdendum eum. Qui † con-

g 6

a *Et apertis, &c.* Fidem ſuam myſticis proteſtãtur mũeribus.
A Mũera clauſa, fides eſt cordis, munera apta, cõfeſſio eſt oris. In thure cõfunditur Arius, qui ſoli patri ſacrificandũ eſſe cõcedit. In myrrha manichæus, q Chriſtum mortuũ nõ credit. In auro vterque, quia, & Manichęus de ſemine Dauid regẽ natũ non credit, & Arius ſolam ei ſeruitutem aſcribit.

Moraliter. Et apertis Magnum religonis ſacramentum hic aperitur, vt fide præuia theſauros noſtros in via non pandamus, donec præteritis hoſtibus ſoli Deo ex occultis cordium offeramus. Ezechias, quia theſauros alienigenis prodidit, cõdemnatur in poſteris, [Eſa. 39.a.]

b *Obtulerunt ei.* Quęritur an vnuſquiſque tria? quod magis fatendum eſt, quia congruit myſterio, quia omnis vere [Qd q'que Magorũ d na obtulerit.]
B Chriſtianus Chriſtum, Deum, regem, & paſſum confitetur, Dicitur quod reges Perſarum ſemper cum muneribus ſolent adorare, quo more, & iſti munera obtulerunt. Sed magis diuina inſpiratione eſt factum, vt in hoc ſit myſteriũ omniũ vnde & figuraliter tria dicuntur. Aurum, ad tributum, thus, ad ſacrificium, myrrha, ad ſepulturam pertinent mortuorũ. Vel per hæc tria in eodem Chriſto intimantur, regia poteſtas, diuina maieſtas, humana mortalitas. [Regẽ Perſarũ quis rit° ſic in oblatiõibus, † excitatus.]

✲ Baſilius. Balaam vaticiniũ ſequi viſi ſunt, qui de Chriſto talia viſus eſt dicere: *Accumbens dormiuit vt leo, & quaſi pullus leonis, quis ſuſcitabit eum? Qui benedixerit tibi erit benedictus, & qui maledixerit, in maledictione reputabitur.* Per leonem enim eius imperium ſermo demonſtrat: per accubitum vero, ſupplicium: per benedictionis virtutem, eius diuinitatem. Igitur vaticinium hoc ſequentes, vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt Deo thus obtulerunt. [Hom de humana Chriſti generat. onc.]

Moraliter. Nos ergo thus offerimus, ſi cogitationes carnis in corde per ſtudium orationis incẽdimus: Aurum, dum ſuperna ſapiẽtia reſplẽdemus. Myrrhã, ſi carnis vitia per abſtinentiã mortificamus. Hęc munera ex theſauro aĩ condita proferuntur, *Cum corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalu.* Aurũ eſt perfecta ſapientia, thus oratio munda, myrrha operatio bona. Primũ ergo fides Chr̃o offerẽda: deinde oratio, tertio loco operatio. Infirma eſt oratio q̃ non munit eleemoſyna. Myſtice. Tres magi, ſignificant Gentilẽ populũ de tribus filijs Noe procreatũ ad fidẽ Chriſti venientem: Stella, propheticum ſermonẽ, ortum Chriſti veraciter profitentẽ Herodes, diabolũ, qui cognita diuinitate Chriſti perſequitur eũ in membris ſuis, à quo magi pergunt dũ ab idololatris gentes recedũt, & ad domum in qua Chriſtus eſt. i. [Rom. 10.b.]
C ad catholicã eccleſiã perueniunt in quã intrantes per fidẽ, inueniũt Chriſtũ cũ matre ſua, id eſt, eccleſia Ioſeph ſemoto, idest, Iudæorum populo propter perfidiã, & apertis theſauris ſuis, idest, literarum peritia, obtulerũt ei munera, idest phyſicam, ethicam, logicam, vel, hiſtoriam, tropologiam, & allegoriam, vel, ſanctæ trinitatis fidem.
D
c *Et reſponſo accepto in.* Sicut Moyſes tacens clamabat, ſic iſti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet voluntas. Hæc reſponſio non fit per angelum, ſed per ipſum Deum, quia nullus alius viam reuerſionis inſtituit, niſi ille qui dicit: *Ego ſum via, veritas, & vita.* Non loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tẽpus reuelaretur, & vera humanitas habeatur. vnde, & mox in Aegyptum mittitur, quia, & fides nutrienda erat ad præmium, & vita doctrinæ præparanda eſt, ad eundum. [† orā moni Ioan.] [† 7.q aduc & 23.]
E
d *Per aliam viam, &c.* In hoc forma datur credentibus, vt deuoti ad Deum veniant, & quod iubeat intendant, ſcilicet, ne ad diabolum redeãt, ſed per ſemitas virtutum ad patriã veniant, & qui ceciderũt contẽnendo: reſurgant obediẽdo. [Hom... ris i...]

✲ Chryſoſt. Si magi Chriſtũ quaſi terrenum regem quæſiſſent, inuenientes eum apud eum manſiſſent. Nũc autẽ adorauerunt & reuerſi ſunt. Cum autẽ reuerſi fuiſſent, manſerunt Deũ colentes magis quam ante, & prędicantes multos erudierũt. Et deniq; cũ Thomas iuiſſet ad prouinciã illã, adiuncti sũt illi, & baptizati, facti sũt adiutores prędicationis ipſi°. [Can... in M...]
*Accipe puerum, &c.* ✲ Hilarius. Cum deſponſatam eam iuſto ſignificabat, coniugem nuncupauit, ſed poſt partum mater tantum Ieſu oſtenditur, vt quemadmodum iuſto Ioſeph deputaretur Mariæ in virginitate coniugium, ita venerabilis eius oſtenderetur in Ieſu matris virginitas.

* Chryſoſtom. Non autem dicit, accipe matrem, & puerum eius, ſed econuerſo, quia non propter matrem puer natus eſt, ſed propter puerum mater præparata eſt. [Hom... ris in... infra.]

f *Fuge in Aegyptum, &c.* Mira humilitas Chr̃i: Fugit qui refugium eſt aliorum & virtus: fugiendo inſtruit ſuos. vnde: *Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

✲ Chryſoſt. Sic in illa regione ſpei ponunt exordia: Quia enim Babylon atque Aegyptus præ oibus terris flamma impietatis ardebant, ideo ab ipſis ſtatim principijs vtramque emẽdaturũ ſe eſſe docet Chriſtus, & perſuadet de alijs quoque mũdi partibus ſperãda eſſe meliora. Nã Perſidi quidem Magos remittit, ipſe vero cum matre in Aegyptũ deſcẽdit. [Hom... ris i...]

✲ Gregorius Nazianzenus. In Aegyptum quidem pulſus eſt, verum impura Aegyptiorum ſacra depulit ac profligauit. Vnum infirmitatis, alterum maieſtatis eſt. [Orat... The...]

g *Qui conſurgens.* Ioſeph figura prædicatorum, qui Chriſtũ, cũ matre, idest, fidem Chriſti & eccleſię tulerunt ad gentes,
F relicto

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et apertis, &c.* Non quod tunc aperuerũt, ſed quia prius aperuerant, quando ſcilicet de terra ſua receſſerunt: & inde munera apportauerunt.

2 *Aurum thus & myr.* Iſta tria obtulit quilibet ipſorum, tum quia de talibus faciebant xenia reges Arabum, tum quia per aurum ſignabant regiam dignitatem, per myrrham hominis mortalitatem: quia myrrha ſolent inungi corpora mortuorum: per thus ipſius diuinitatem: quia thus ad honorem diuinum concrematur. Vel aliter ſecundum alios obtulerunt aurum ad ſuſtentationem paupertatis matris & filij, thus contra fętorem loci, & myrrham ad conſolidandum membra pueri.

3 *Reſponſo accepto.* ſ. ab angelo ex diuina reuelatione.

4 *Per aliam viam reuerſi ſunt.* peracto, ſcilicet, obſequio: qa deſcenderunt ad mare, & inde per nauem transfretantem in Tharſis abierunt; propter quod Herodes iratus poſtea naues Tharſenſium incendit, ſecundum quod fuerat prophetatum per Dauid. *In ſpiritu vehementi conteret naues Tharſis.* [Pſal. 47. b.]

5 *Qui cum receſſiſſent, &c.* Hic ponitur ipſius Chriſti nati perſequutio. Et primo deſcribit euangeliſta quoddam antecedens ipſam perſequutionẽ, ſecundo, ponitur ipſa perſequutio ibi. Tunc Herodes videns, tertio, ponitur quoddam conſequens ad ipſam ibi. Defuncto Herode. Circa primam igitur partem ſciendum, quod Deus præuidens Herodis perſequutionem futuram, per angelum admonuit Ioſeph, vt puerum in Aegyptum portaret. Ad cuius intellectum notandum, quod Herodes credidit primo Magos fuiſſe deluſos ex apparitione ſtellæ phantaſticæ, & ideo non curauit tunc de pueri inquiſitione, ſed poſtea oblato puero in templo, & à Symeone iuſto prædicato & manifeſtato, & ſimiliter ab Anna propheti ſſa coram toto populo, vt habetur Luc. 2. c. Sed Matthæus illud dimittit. Tunc fama pueri nati creſcente voluit Herodes ipſum perdere, ſed interim portatus eſt per Ioſeph in Aegyptum.

6 *Qui conſurgens, &c.* non dicit filium ſuum, quia erat tantum nutricius.

Nocte

## MORALITER.

3 *Reſponſo accepto in ſomnis, &c.* Per hoc admonemur, quod cũ malis hominibus non cõtrahamus aliquam ſocietatem, Prouer. 13. d. Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Per Herodem vero, qui ſub ſpecie religionis voluit occidere Chriſtum, ſignatur hypocrita, qui quantum eſt in ſe, Chriſtum occidit, ſecundum illud Hebr. 6. b. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, Nam ſecundum Hieron. Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas. Per Scribas autem & ſacerdotes qui locum natiuitatis Chriſti ex Michea propheta declaraue-

relicto Herode,ideſt,Iudæorum infidelitate.

A a *Nocte.* quia occulte per fugam ad illuſtrandam Aegyptũ deſcendit.relicta nocte Iudæis.

ſurgẽs accepit puerum , & matrem eius
a ¶Quia fides Chriſti manſit in gentibus do.ple.gen.in.
a noctem, & ſeceſſit ĩ Aegyptum, & erat ibi 1
b a ¶Vſque in finem infidelitatis, quia Iudæa contra eccleſiam ſęuit.
vſq; ad obitum Herodis, vt adimpleret̃, 2
qđ dictum eſt a domino per prophetã
a ¶Conſubſtantialẽ,quia verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis,
c dicẽtem: Ex Aegypto vocaui filiũ meũ. 3
a ¶Inde accumulatur ira iam turbato per natiuitatem.
d Tunc Herodes vidẽs, quoniã illuſus eſ- 4
a ¶Lingua vſus eſt pro gladio.
e ſet à magis, iratus eſt valde, & mittẽs oc 5
a ¶Vt hic,qui natus erat non effugeret.
cidit omnes pueros, qui erãt in Bethleẽ,
a ¶Vt in tanta multitudine latere non poſſet. b ¶Vt neque loco, neque tempore celaretur.
f & in omnib. finibus eius, a bimatu, & in 6
g a ¶Ab ortu ſtellæ.
fra, ſecũdum tempus, qđ † exquiſierat a
h magis. Tunc adimpletũ eſt, quod dictũ 7
eſt per Ieremiam prophetam dicẽtem:
a ¶In excelſo. ¶Longe lateque reſonãt planctus vſq; ad deũ peruenit.
i †Vox in Rama audita eſt, *plorat⁹ et vlu 8
k latus multus: Rachel plorans filios ſuos, 9

Nocte tulit in Aegyptum,quia nocte ignorantiæ his a quibus ipſe receſſit reliquit icredulis. Quãdo redit,noctis nõ fit mentio, quia in fine mundi, Iudæi fidem tãquam Chriſtum ab Aegypto reuertẽtem ſuſcipientes illuminabuntur. Hic datur exemplum fidelibus vitandi rabię perſequutorũ vbi eſt opportunum, ſicut ipſe ait. *Si vos perſequuti fuerint, &c.* Significat autem hæc fuga domini electos improbitate malorum a ſedibus ſuis ſępius eſſe pellendos. Fugit vt homo, quem paulo ante ſtella deũ monſtrauit.

b *In Aegyptũ, & erat ibi vſque.* Omnigenum deum monſtra venerantem, quia Chriſtus a Iudæis non receptus, per prædicationem tranſit ad gentes. Fugit in Aegyptum, ſicut natus eſt, vt corruptam reparet naturam. Sic fugit, vt fugaces reuocaret. Qđ fugit, ſacramenti fuit non timoris, vt exemplum fugiendi daret ſuis. Non fugit mortem, qui mori venerat. Nec inſidias expauit, qui venerat aperire verſutias diaboli. De hac fuga prædixit Iſaias: *Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem.* id eſt carnem ſine peccato, *ingredieturq; Aegyptum com. fi. eius.* Septem autem annis in Aegypto latuit.

B

Lamentatio. I.19.a.

c *Ex Aegypto vocaui.* In Oſæa iuxta Hebraicam ueritatem hoc inuenitur, uel in libro Numerorum, ut quidam aſſerũt, quia totum diſpoſitione Dei factum eſt.

Oſe. 11.a. Num.24.b.

d *Tunc hærodes vi.* Veriſimile, eſt q, cũ Herodi nihil renunciatũ eſſet à magis, credidit illos fallaci ſtella deceptos eſſe, & iõ ad ſe nõ eſſe reuerſos: vñ & tãdiu quieuit à pueri inquiſitione. Deinde vulgatis his q̃ ĩ tẽplo facta dictaue fuerãt: ſe à magis ſenſit illuſũ, & ĩ mortẽ Chri ꝑperãs pueros occidit.

Veriſimile eſt poſt annũ & quatuor dies à natiuitate Chriſti Herodem in pueros deſæuiſſe, quod forſitan ideo diſtulit, quia Romam profectus eſt, vel ibi accuſatus, vel vt Romanos conſuleret ſuper his quæ de Chriſto dicebantur. Ideo forſitan tandiu ab inquiſitione pueri ſe continuit, vt ſollicitius cum deprehenderet, neque elabi aliquomodo poſſet.

Innocentum occiſio quando per Herodem acta ſit.

✠ Theophylactus. Sicut Deus illuſit Pharaoni per Moyſen, quoniam Herodes & Pharao puericidæ erant. Nec enim Pharao ſuis qualibuſcunque artibus & facinoribus, Iſraelis liberationem & Aegypti ſpoliationem auertere, nec Herodes Chriſti regnum impedire potuit.

C e *Occidit omnes pueros.* Quã cito Chriſtus apparuit mundo, in cępit in eum perſecutio, quę figurauit perſecutionẽ ſanctorum, & dum infans quæritur, infantes occiduntur, in quibus forma martyrij naſcitur, vbi infantia eccleſię dedicatur. Figurat

D Figurat mors paruulorum paſſionem omnium martyrũ, qui paruuli, humiles, & innocẽtes occiſi ſunt, qui non in Iudæa tantum, ſed vbique paſſi ſunt ab impijs, quos ſignificat Herodes. Quod bimi, quia doctrina, & operatione perfecti. Illis occiſis Chriſtus euaſit, quia corpora poſſunt perimi, diuinitas non contingi.

✠ Origenes. Hi paruuli & ad memoriam æternæ laudis a beato commemorãtur euangeliſta, & horũ memoria, prout dignũ eſt ſemper in eccleſijs celebratur, ſecundum integrum ordinem ſanctorum, vt primorum martyrum pro domino occiſorum, & vt ipſa Bethleem primitias domino martyrum, in qua natus eſt ipſe ſaluator, obtuliſſe videatur.

Hom.3. in diuerſos.

✠ Auguſt. Non fruſtra infantes illos, qui cum dominus noſter Ieſus Chriſtus ab Herode necãdus quæreretur, occiſi ſunt, in honore martyrum receptos commendat eccleſia.

Epiſtola.28.

E

f *Et in omnibus finibus eius.* Non eſt contentus vaſtatione Bethleem, ſed adiacentia loca vaſtauit, nec vllam miſericordiam ætatis habuit à filio vnius anni vſque ad filium duorum annorum, quin omnes occideret.

texaſte cognouerat.

† Iere. 3.g. & 31.c.

g *A bima.* Ideo à bimatu, vt ſicut præoccupauerat Herodes fines ciuitatis: Ita & præoccupatet alium annum. Ideo etiam à bimatu, quia timebat, ne puer cui famulabãtur ſidera, paulo ſupra ætatem vel infra ſpeciem ſibi conformaret.

h *Tunc adim.* Adimpletum dicitur, quia antequam fieret le gentibus erat ſemiplenum, quia quod in litera ſonabat, aliquid futurum occulte promittebat.

Ioannes Chryſo.in 7.Homilia. dicit quod ſtella per annũ apparuit, ſicut in deſtructione Romanorũ ſigna apparuerũt in cęlo, qñ vox angelorũ audita eſt: Trãſeamus ab his ſedib.

i *Vox in Rama.* id eſt in excelſo longe lateque diffuſa eſt.

Allegorice. Vel, vox eccleſiæ de nece membrorum gementis vſque ad ſolium ſuperni aſcẽdit iudicis. *Vox in rama.* Propter vxorem leuitæ fornicatione peremptã, ſecundũ numerum tribuũ in duodecim partes diuiſam, oĩs Iſrael tribũ Beniamin præter trecentos viros deleuit, eorũ qui ſuper fuerũt ploratus & vlulatus auditus eſt vſq; Rama, qui eſt locus iuxta Gabaa duodecimo milliario à Bethleẽ. *Audita.* Exaggerat, vt hyperbolice Rachel iã mortua, dolentis affectu filios iã flere dicat̃. Vñ per hoc de Chaldæis hiſtoria texitur q, ſimilis eẽt ab eis cladi priori populo Iudęorũ futura vaſtatio. Sed verius reuelãte ꝑ euãgeliſtã ſpũ ꝓphetia de nece puerorũ accipit̃. Dicit ergo, q, tũc cõpletũ ſit quod dictũ eſt, quia etſi ad imminentẽ captiuitatẽ ſermo prophetiæ reſpicit, tñ in eo ſicut in vmbra, futura veritas cędis infantiũ pronũciat̃.

Iudicum.16.g. & 20.

F

K *Rachel.* Quia ſepulta eſt iuxta Bethleẽ, & ex terreno corporis

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Nocte.* propter timorem Herodis, ut negotium fieret magis occulte: licet enim de hoc non haberet diuinam reuelationem, non tamen propter hoc debebat omittere, quod poterat facere ſecundum humanam uiam. Sequitur.

2 *Vt adimpleretur, quod dictum eſt a domino per prophetam.* ſcilicet Hoſee.11.

3 *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Iſta autem auctoritas habet duplicem ſenſum literalem: quia verificata eſt ad literam de populo Iſrael vocato à domino de Aegypto, perfectius tñ de domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt filius Dei naturalis, alij autem ſunt tantum filij per adoptionem. ſicut & illa auctoritas quæ habetur.1.Par.22. *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filiũ*, ad literam intelligitur de Salomone, tamen minus proprie, de domino autem noſtro Ieſu Chriſto proprijſſime, ut dicit Apoſtolus ad Heb.1.b.dicens. *Cui enim enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, &c.* Et iterum. *Ego ero illi in patrem*, & hoc modo allegat euangeliſta hic quod habetur Hoſee. 11. ut uiſum eſt.

4 *Tunc Herodes videns.* Hic ponitur ipſa perſecutio. Herodes videns ſe eſſe illuſum a magis per famam pueri creſcentem iratus eſt valde, timens principatum ſuum perdere: & ideo tunc occaſione ipſius voluit omnes pueros de Bethleem interficere, ne puer ſibi incognitus euaderet, ſed fuit impeditus ab exequutione huius facti, quia citatus eſt ad curiam Romanam ad petitionem ſuorum filiorum ipſorum accuſantium, & ideo non fuit auſus tunc pueros interficere, ne cum alijs facinoribus ſuis accuſaretur de tãta crudelitate. Eundo autem Romam, & remanendo in curia, & redeundo in Iudæã appoſuit annum & plus, & ideo fere poſt duos annos ad regnum reuerſus & in regno confirmatus, quia ſententiam pro ſe contra filios habebat: tunc adimpleuit de nece puerorũ quod prius cõceperat. & hoc eſt quod dicit.

occiſio quare dilata eſt per Herodem.

5 *Et mittens occidit.* Sequitur.

6 *A bimatu, & infra ſecundum tempus.* Quia duo anni fere tranſierant ab ortu ſtellæ & à Magorum inquiſitione.

7 *Tunc adimpletum.* trigeſimo primo capitu.

8 *Vox in rama audita.* Rama aliquando eſt nomen proprium loci, & ſic nõ accipitur hic: aliqñ eſt nomen cõe, & ſignificat excelſum, & ſic accipitur hic ſecũdum ꝙ patet Ierem. 31.c. vbi dicitur. *Vox in excelſi.* Sequitur. 9 *Rachel plorans filios ſuos.* Licet

MORALITER.

clarauerunt, & tamen ipſum natum non adorauerunt, ſed magis perſequuti ſunt, ſignantur doctores bonæ doctrinæ, ſed malę vitæ: quia quem prædicant ſana doctrina, perſequũtur mala vita.

hoſpitio matris nomen accepit. Vel quia multi de Benia
A min,& Ioſeph occiſi ſunt, De Rachel natus eſt Beniā in, ad cuius ſortem non pertinet Bethleem, ſed ad tribum tantū Iuda. Sed quia contiguæ tribu. ſunt Iuda & Beniamin in finib⁹ Bethleē, multi quoq; de tribu Beniā in occiſi ſunt.

Nota, quod melius per Rachel (quam ſi per Bethleem plo raſſe diceretur) figura ſacramēti innuitur, quia per eam in omnibus Schema eccleſiæ commendatur, quæ plorat nō tam morte tranſlatos, quam ſupplicio peremptos. Rachel. Ideſt eccleſia ſuos teneros agnos plorat peremptos, neque vult conſolari in præſenti, quia non ſunt, ſed omnem ſpem, & conſolationē ad æternam tranſmittit vitam. Vel plorat, & non recipit cōſolationem ſecundum duplicem quorundam intelligentiam ſiue quod in æternum mortuos æſtimaret, ſiue quod hic nollet conſolari in preſenti de his quos ſciret in ęternum victuros. Hoc verius eccleſiæ conuenit, quæ non
B tātum peremptos dolet ſed eos amplius quos prius editos vult retinere, vel nōdum genitos generare, de quibus nulla conſolatio, quia eternaliter mortui ſunt.

Allegorice. Bene autem Rachel, quę ouis vidēs deum dicitur, eccleſiam figurat, cuius tota intentio vt deum cōtemplętur inuigilat, & ipſa eſt ouis cētęſima quam paſtor humeris reportabat. *Rachel.* ideſt eccleſia plorans pro ſuis occiſis. Et ideo non modicum fuit prophetę tantum ſacramētum (licet obſcure) diligentius præſignare.

Plorat eccleſia, & non vult conſolari hic, quia filii ſui nō ſunt de hoc mundo. Vel plorat, quia dum patit, triſtitiam habet vnde dicitur. *Vos plorabitis, &c.* ſed additur conſolatio *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

Ioh.16.d. a *Defuncto autem Herode, ecce apparuit angelus domi.* Quia ſopita Iudæorum perfidia, & Helia, & Enoch prędicantibus Iudæa verbum dei recipiet.

* Euſebius. Cum poſt inſidias ſeruatori noſtro, & aliis infantibus factas coelitus inuecta plaga Herodē ad extremū vſq; ſpiritū affligeret corp⁹ eius vti Ioſephus refert morb⁹ inualuit diuerſus. Ignis inqt lētus inerat nō tantū cōflagrationem in ſuperficiē corporis agentē prodens, quantū intrinſecus creſcēs opabat īcendiū. Auiditas inexplebilis cibi ſemper inerat, nec tamen ſatietas vnquā rabidis incitata faucibus pualebat implere ingluuiē. Inteſtina interius vlcerib⁹ tabida pure fluebāt. Dolorib⁹ quoq; colli ſæuiſſimis cruciabat. Humor liqdus luridus erga pedes luridos oberrabat. Similis quoq; illi circa pubē inerat afflictio, ſed, & pudēda ipſa putredine corrupta ſcatebāt vermib⁹. Spiritus
C quoq; incredibilis erecta lētigo (q̄ fuerat ſatis obſcęna) diri foetoris & anhelitus reſpiratione creberrima. D

Ib.1. Hiſt.c.8. Ioſeph.lib. 17.antiq.c. 7.& 10.

Defuncto rege illico complices eius pereūt: ſic ceſſante, perſequutione eccleſia ad cæleſtia inuitatur.

a Tamen. b Eo modo ut in mundum reuocarentur. c Reuocandi.

a et noluit conſolari, quia non ſunt. Defun 1 2
De quo prædictum eſt.
cto autē Herode, ecce, apparuit angelus
Quia nondum publice reuelabatur. cui angelos hoc officium deferebat
domini in ſomnis Ioſeph in Aegypto,
a Non filium tuum. b Non coniugem.
dicens, Surge, & accipe puerū & matrem
a Quia Scribæ, & Phariſæ mortem Chriſti meditabantur cum Herode.
b c eius, & vade in terram Iſrael, Defuncti ſūt
a Vitam.
d enim qui quęrebant animam pueri. Qui
conſurgens accepit puerum, & matrem
eius, & uenit in terram Iſrael. Audiens au- 3
a Herodes, Philippus, Archelaus, & Lyſanias fratres fuerunt
b De qua putebat ſe admonitum.
tem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro
c Herode patre ſuo timuit illo ire. Et admo 4
Non mutat angelus præceptum, ſed manifeſtius corrigit errorem pietatis.
a Quæ & ipſa terra eſt Iſrael, quia & ipſam populus Iſrael incolebat.
f nitus in ſomnis ſeceſſit in partes Galilææ.
Quæ eſt in Galilæa.
Et veniens habitauit in ciuitate quæ voca 5
g tur Nazareth, vt adimpleretur qđ dictū 6

b *In terram.* Non determinat in quā partem, vt dubitante Ioſeph angelus reuertat, & freqnti eius allocutione Ioſeph certior reddatur. Quia non diſtinxit in quam partem, ideo Ioſephus intellexit Iudæam quæ dignior pars regni erat.

c *Defuncti.* Tradunt quidam quia fecit Herodes ſuper funus ſuum nobiliores Iudęorum occidere, vt ſic cogeret Iudęos mortem ſuam flere. Ioſephus.

d *Qui conſur.* Alleg. Ioſeph gerit figuram Apoſtolorum quorum officio Chriſtus circumfertur. Apoſtoli primum E venerunt in terram Iſrael. quia primum prædicauerunt Iudęis. Sed pro Herode ideſt manente hæreditaria infidelitate metuunt, & recedunt admoniti gratiam gentibus prędicare, & ad eas Chriſtum transferre.

Nominata terra Iſrael viſū *oraculo. eſt Ioſeph non alicubi talem puerum debere habitare, niſi in Ieruſalem vbi erat tēplum, & celebratio prophetarum. Tamen angelus intelligi voluit Galilæam, quam, & Iudęi incolebant quod oſtendit ſic fuiſſe prędeſtinatum quia Nazareus vocabitur.

e *Timuit.* Si timuit Iudęā pro Archelao herede paternę crudelitas. Cur nō & Galilæa, vbi Hęrodes alius frater eius regnabat? Quia Archelaus poſt patrē monarchiam totius regni obtinuit, ſed inſoleſcens à Tiberio Cęſare deiectus eſt Lugdunū in exiliū, & tunc diuiſū eſt regnū in quatuor tetrarchias, quarū vna. i. Gali. Hęrodes frater eius obtinuit.

Quæritur, quare non timuit Ioſeph ire in Galilęam ſicut in Iudęam, cum & ibi regnaret Archelaus. Sed melius potuit in Nazareth (quæ remota erat) letere quam in Ieruſalē, vbi erat caput regni & aſſiduus Archelaus.

Ioſeph quare magis Iudæam intrare formidabit, quam Galilęam.

f *Sec in par.* Quod Chriſtus illuc non transfertur vbi regnabat Archelaus, ſignificat, qa illis abſcondetur Chriſtus, in quibus regnabit Antichriſtus.

g *Na.* Nazareth, germē nouellū vel flos campi interptatur, de cuius radice germinis ſanctuſſanctorum ad ſignificandū ęternitatis ſuę ſubſtātiā aſcendiſſe legit. Sicut ergo eligit tēpus quo naſceretur & locū, ita & ciuitatem in qua coaleſceret cuius nomen indicio eſt: q; ipſa ſanctitas, in ſanctitate nutrit⁹, ſanctuſſanctorū recte dicit, vnde, & diſcipuli eius prius Nazaręi dicti ſunt, ſed poſtea a Chriſto Chriani vocati ſut. Nazareth Galilęę quo transfertur, partem eiuſdē gentis quę fidē ſuſceptura erat, ſignificat, vnde flos interpretatur, qa eccleſia quo ardētius a terrenis ad cęleſtia tranſmigrat, eo magis virtutū flore & germine abundat. F

Per

## NICOLAVS DE LYRA.

chel. ſed Lia ſicut habetur Gene.29. tamen dicitur hic mater puerorū de Bethleē, quæ erat ſita in ſorte Iudæ, quia ipſa Rachel ſepulta eſt iuxta Bethleem, vt habetur Gene.35.& ideo ratione ſepulturæ dicta eſt mater ipſius Bethleem, & habitantiū in ea, & iō dicit hic plorare metaphorice ratione prędicta.

1 *Et noluit conſolari quia non ſunt.* ſubintelligitur viuentes.

2 *Defuncto autem Herode, ecce appa.* Hic ponitur illud qđ eſt conſequens ad perſequutionē, quia mortuo Herode q puerum perſequebatur, angelus monuit Ioſeph, vt puer in terrā Iſrael reportaretur. Non nominauit autem angelus aliquam ciuitatem determinate vt ex reſponſione angeli inſtruētis eū de loco, Ioſeph ex frequenti locutione cū angelo magis conſolaret ſeqt

3 *Audiens autem, &c.* Ad euidentiā huius notādū ſecūdū qđ refert Ioſeph⁹ antiq.17.ca.10. Herodes moriēs condidit teſtamentū, in quo ordinauit Archelaum filiū regni ſui ſucceſſorē ita tamen qđ coronā ſibi non imponeret, niſi per romanum imperatorem. Ad accipiendum igitur diadema venit Romam, ſed & fratres eius Philippus, & Herodes illuc venerūt petentes paternæ hæreditatis partem. Finaliter decreuit imperator, vt Archelaus haberet medietatē regni paterni, quæ dicta eſt Iudæa, aliam autem medietatem diuiſit in duas partes, & vnā dedit Herodi, & factus eſt tetrarcha Galilææ. aliam dedit Philippo, & factus eſt tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis, vt tangitur Lu.3 Igitur quia Archelaus fuerat a patre inſtitutus quantum in ſe fuit, ideo fauebat factis a patre propter quod Ioſeph.

4 *Timuit illo ire.* Seceſſit in partes Galilææ, vbi dominabatur alius filius, qui portione ſibi debita a patre fuerat priuatus quātum in ſe fuit, vt viſum eſt, propter quod Ioſeph cum puero ibidem ſecurius manſit.

5 *Et veniens habita, &c.* vt ibi Chriſtus nutriretur, qui in Bethleem fuerat natus, vt prædictum eſt.

6 *Vt adimplere.* Iſa.11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radices eius aſcendet.* Hebraica veritas ſic habet. Et. *Nazaręus*

## MORALITER.

1 *Sur. &c. accip.* Per tranſitum domini in Aegyptum propter pſequutiōem Herodis ſignificatus fuit tranſitus apoſtolorū ad prædicandū gentibus propter perſequutionē contra eos motā a Iudæis, ſicut dicit Ac.13. *Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbū dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudi. vitę æternę. ecce cō. ad gē. Sic enim pręcepit nobis dominus.* Per reditum autem eius in Iudęam defuncto Herode, ſignatur illuminatio Iudęorum in mundi fine.

ADDI

A a *Per prophetas.* Prophetas pluraliter dicit, quia non habemus fixum de ſcriptura exēplū: oſtendit ſenſum non verba ſe ſumpſiſſe. Vel eiſdem verbis in Iſa.11,a. Iſaia iuxta Hebraicam veritatem. *Exiet virga de radice Ieſſe, & Nazareus de radice eius aſcendet.*

a Nazareus.i.ſanctus quod conuenit Chriſto,

a eſt per prophetas: quoniam Nazareus vocabitur. 1

* Theophy. Quis propheta hoc dixit, non inuenitur nunc: per negligētiam enim Iudæorum multi libri deſiderātur. & ob continuas captiuitates fortaſſis abſque ſcriptura hoc dicebatur. D

NICOLAVS DE LYRA.

* *radice eius conſurget & ideo dicit.*

1 Quo. Naza. vo. *quia in Nazareth fuit conceptus et nutritus, licet in Bethleem fuerit natus, vt habetur ſupra & Luc. 2. expreſſius.*

Quo.

ADDITIO I.

In ca. 2. vbi dicitur in Poſtil. Quia iſta ciuitas antiquitus vocata eſt Ephrata ab vxore Caleph.

Immo per magna tēpora añ Caleph. ſ. tēpore Iacob patriarchę vocata eſt Ephrata Bethleē. vnde Gen. 48. b. Sepelui eam iuxta viam Ephrata, quæ alio nomine appellabatur Bethleem.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. Et Nazareus de radice eius cōſurget, &c.

Hebraica veritas in illo loco Iſaiæ non dicit: Nazareus de radice eius conſurget, ſed dicit: netſer de radice eius conſurget, qđ ſi transferatur in latinū diceretur: Natſarenus ſeu Natſareus de radice eius conſurget. cum. t. ſ. litera: q non competit Chriſto: ſed bñ Nazareus, qui ſignificat conſecrationē & ſanctificationē, vñ hęc auctoritas euāgeliſtę. ſ. *Nazareus vocabitur* non fundatur in hac auctoritate Iſa. per Poſtil. allegata, qđ ēt habetur in glo ſ. in Pſal. 131. prout in additione ſuper illum Pſalmū. latius habetur.

Replica. In cap. 2. dicitur. *Nazareus vocabitur.* Burg. dicit illud ſecundum Hebraicam veritatem non fundari in dicto Iſa. ſed in dicto Pſalm. *Memento domine Dauid. Ibi efflorebit ſanctificatio mea.* Sed reſpondeat hic Beatus Hieronymus, à quo concordantia illa recepta eſt.

CAP. III.

IN die autē. Præterit multa, & tranſit ad prędicationem Ioannis.

a *In diebus.* Non ſolum pueritiæ annos, ſed omnes vſque ad B prædicationem Iohannis comprehendit. i. cum fere eſſet. 33. annorum, Lucas ſignificantius Luc.3.a. tempora exprimit, Anno. 15. imperij Tiberij Cæſaris.

*Venit Ioannes.* ✲ Chriſoſt. Sol appropians antequam appareat, mittit rádios ſuos, & facit albeſcere orientem, vt præcedens aurora aduentum diei demonſtret: Sic dominus natus in mundo, antequam appareat per doctrinā, ſpiritus ſui fulgore tranſmiſſo, illuminauit Ioānē, vt præcedēs ille aduentum annunciet Saluatoris, & ideo poſt ortum Chriſti enarratū doctrinā eius enarraturus euangeliſta, & Baptiſmū in quo teſtimonium habuit, de præcurſore & Baptiſta præmittit, dicens. *In diebus.*

c.3. operis imperfecti.

b *Prædicans.* Manifeſtauit ſe qui prius ſiluerat, baptizando viam preparans domino.

c *In deſerto Iudææ* Quia Iudei a deo deſerti erant, quibus neceſſaria eſt pęnitentia, vt redeant.

d *Pęnitentiam.* Hoc pręco nūciat, quod per ſeipſa veritas. Pęnitētia pręcedit, ſequitur promiſſio regni: Qui vere pęnitet, C in ſe p̄teritos errores, deinde erigit animū ad cęleſte regnū.

CAP. III.

a Cum adhuc habitaret in Nazareth.

a † IN diebus autem illis venit Ioannes Ba- 1

a Ecce quid veniens fecit.

b ptiſta prædicans in

a Sic notans deſertum penitentibus conuenire.

c deſerto Iudææ, & di- 2

b Puniat quiſque mala prioris vitæ, quia appropinquabit ſalus quam perdidimus, & facultas redeundi vnde cecidimus.

a Opere. ¶ Hac promiſſione eriguntur animi, regnum Dei iuxta vos eſt.

d cens: † Pœnitentiam agite: appropinqua- 3

a ¶ Sic prædicauit. Sic enim propheta de eo prædixit.

e bit enim regnum cœlorum. Hic eſt 4 5

Si gratis in baptiſmo fit remiſſio, cur prædicatur pœnitentia? Sed triplex eſt modus pęnitētiæ. Primus errores & omnia mala ante baptiſmum abrenūciare & condemnare: quod neceſſe eſt ad Chriſtum venturis. Secundus, poſt baptiſmum lapſos per pœnitētiam renouari. Tertius, quo ſancti quotidie a talibus purgātur peccatis, ſine quibus vita non agitur

Triplex modus penitentiæ.

E

Penitere eſt ante acta deflere, & deflenda non committere. Pęnitentibus regnum cęlorū adeſſe dicitur Non terrena, vt in veteri lege: & hoc per obedientiam Chriſti. Et hoc regnū cęlorū primus Ioannes prædicauit. *Pe. agi. Prima* virtus eſt, p pęnitentiam perimere veterem hominem & vitia odiſſe, q qui nō facit non modo virtutes non comprehendit, ſed nec etiam ſupplicia fugit. Pęnitentiæ virtus timore concipitur, qui eſt initium ſapientiæ Pęnitentia a puniēdo, qua quiſque punit quod illicite commiſit.

Pœnitentiam agere eſt dignos fructus Pœnitentiæ facere.

*Re. cę.* i. Chriſtus, per quem ſancti regnant in cęleſtibus. Vel euangelium, quo ad regnum.

e *Ap. enim. re.* Niſi appropinquaret, nemo redire poſſet: quia infirmi & cæci via (quæ eſt Chriſtus) carebant: quam parans F Ioannes pęnitenti anteponit.

Si

*Vox*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

IN diebus autem illis. *Hic tertio oſtendit euangeliſta ipſum Chriſtum eſſe verum Deum & verum hominem ex teſtimonio Iohannis & etiam Dei patris. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur teſtimonium Iohannis. ſecundo ponitur teſtimonium Dei patris, ibi.* Baptizatus aūt Ieſus. *Item primam in duas partes, quia primo ponitur idoneitas Iohannis ad teſtificandum, ſecundo ponitur ipſius teſtimonium, ibi.* Ego quidē baptizo vos. *Iterum prima in tres, quia primo oſtenditur eius idoneitas ad teſtificandum ex auctoritate ſacræ ſcripturæ. ſecundo, ex ſanctitate vitæ, ibi.* Ipſe autem Iohannes, &c. *tertio, ex veritate doctrinæ, ibi.* Videns autem multos. *Circa primum præmittitur tempus prædicationis Iohannis, locus & modus & tempus, cum dicit.*

1 In diebus autem illis. *i. in diebus Chriſti. Nec eſt hoc referendū ad dies Chriſti prædictos immediate. ſ. ad dies pueritiæ, quando fuit reportatus de Aegypto, tūc. n. erat in quinto anno a ſua natiuitate ſed referendū eſt ad dies Chriſti, quando fuit ætatis perfectæ. Erat enim incipiens ad trigeſimum annum quando venit ad baptiſmum, de quo hic agitur, & ideo euangeliſta Matthæus tranſit totum tempus inter medium a quinto anno Chriſti vſque ad baptiſmum: tunc enim incepit Iohannes prædicare, & ſic patet tempus, & locus deſignatur cū dicitur.*

2 In deſerto. *Ibi enim Iohannes nutritus fuit, vt dicitur Luc. 1. & ideo primo prædicauit ibi, & poſtea ad regionem circa Iordanem deſcendit: Modus autem prædicationis ſubditur cum dicitur.*

3 Pœnitentiam agite. *Iſta erat debita diſpoſitio ad inchoationem nouæ vitæ quæ per Chriſtum erat danda, & ideo dicitur.*

4 Appropinquabit enim regnum cœlo. *Alii autē prophetæ promittebant bona temporalia obſeruantibus legem, iſte autem cœleſtia, quia erat præcurſor Chriſti, per quem facta eſt veritas & gratia, & aperta eſt cęleſtis porta, & ad hoc confirmandū inducitur Iſaiæ teſtimonium, Iſa. 40. dicens illis.*

5 Hic eſt enim. *ſ. Ioannes, de quo ſcriptum eſt.*

Vox

MORALITER.

1 *In diebus illis venit Iohannes baptiſta prædicans in deſerto, &c.* In Iohanne deſcribitur euangelij prædicator, & primo quātúm ad doctrinam, cum dicitur.

2 *Dicens. Pœni. agi.* Debet. n. prædicare generaliter ea quæ recedere faciūt a peccatis, & ea quę faciūt accedere ad cōſequutionē regni cœleſtis. Et quoniam talis prædicator parat viam domini: vt per gratiam veniat in mentibus humanis. ideo de ipſo poteſt dici quod ſubditur.

3 *Hic eſt enim de quo di. eſt &c. Ipſe au. Ioh.* Hic cōſequenter deſcribitur prædicator euangelij quantum ad vitam, & primo quantum ad veſtitum, cum dicitur.



*Habe-*

enim de quo dictum eſt per Iſaiã prophe
¶ Præco verbi, verbum præcedit.
a Quia ſolatium redemptionis nunciet Iudeæ iam deſertæ. 1
a tam dicentẽ: ¶ Vox clamantis in deſerto:
b a Praua auferte opera, recta facite. ¶ Non pro terrenis ſeruientes.
b Fides eſt uia eſt qua uerbum ad cor aſcendit.
c Ideſt, mores in melius mutate, & ſic fient ſemitę rectę Bene uiuẽdo.
d Strictas ſed mundas.
c parate viam domini, rectas facite ſemitas
d eius. Ipſe autem Iohannes habebat veſti- 2
Non de lana, quia hoc auſteritatis indicium eſt illud luxuriæ mollicies. 3
a Zona eſt corporalis continentia.
mentum de pilis camelorum, & zonam
a Lumbi, uoluptas peccati, quia peccatum in uoluptate fit. Vbi magis regnat luxuria. b Non ſtudio parata, ſicut couenit eremitę.
pelliceam circa lumbus ſuos. Eſca ãt eius
a Minuta animalia. b De truncis uel de herbis. c Propter nouitatem prædicationis & aſperitatem ueſtitus, & cibi.
e erat locuſtę & mel ſilueſtre. Tunc exibat 4
ad eũ Ieroſolima, & omnis Iudęa, & om- 5 6
a Baptiſmo præcurrente, non peccata dimittente.
f nis regio circa Iordanẽ, & baptizabant 7
g ab eo in Iordane confitentes peccata ſua. 8

A a *Vox clamantis.* Iohannes vox, Chriſtus verbũ, qui clamat in Iohanne: Nullum verbũ ſine voce auditur, nec vox ſine intelligentia verbi valet. Vox viam verbo præparat, vt recipiatur. *Paraui lucernam Chriſto meo.* (Pſal. 131. c)

b *In deſerto.* Forma pęnitentibus, locus conuerſationis, non frequentia hominum, ſed deſertum. Veſtitus non mollis ad fluxum, ſed aſper: victus tenuis & inuſitatus.

Typicè, deſertum ſignificat ſanctorum vitam a mundi illecebris ſegregatam. (Typice. † Eſa. 40. a Matt. 3. a Lucæ 3. a Iohan. 1. c)

c *Viam domini.* Via domini ad cor dirigitur, cum ſermo eius diligenter auditur.

d *Ipſe au. Io.* Qui pęnitentiã prędicat, habitum pœnitentiæ prætendit. In eo vilitas veſtis & cibi laudatur, quorum vſus in diuite arguitur.

Ipſe autẽ Iohannes in ſemetipſo erudit pœnitentes, & formã vitæ exhibet in deſerto habitans, de locuſtis viuens, pilos cameli veſtiens,

Seruus Dei non debet habere veſtimẽtum ad decorem vel ad delectationem, ſed tãtum ad tegendam nuditatem, Inde Iohãnes pilis veſtiebatur.

B ✲ Theophylactus. Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu, lugubrem enim gerebat veſtem. (Lib. de pœnitentia.)

* Tertullianus. Pœnitentia de ipſo quoq; habitu atq; victu mãdat, ſacco & cinere incubare, corpus ſordibus obſcurare, animũ mœroribus deijcere, illa quæ peccauit, triſti tractatione mutare. Cęterum paſtum & potum pura noſſe, nõ vẽtris ſcilicet, ſed animæ cauſa, in pleruq; vero ieiunijs pces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies noctesq; ad dominũ Deũ tuũ, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, oib. fratribus legationes exercitationis ſuæ iniungere. *De pilis Ca.* (Pœnitentiæ modus.)

✲ Theophylactus. Dicunt camelum mediũ eſſe inter munda & immunda animalia. Nam quia ruminat, mundum eſt, quia autem vngulas non diuidit, immundum eſt. Iohannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum, qui videbatur mundus eſſe, & gentilẽ qui immundus, eratq; mediator veteris & noui teſtamenti, idcirco ferebat pilos camelorum. *Eſca autem eius locuſta &c.*

✲ Theophylactus. Quidam dicunt herbas eſſe locuſtas, quidam fructus agreſtes.

* Euthymius. Quidam enim locuſtas herbas eſſe dixerunt, quidam herbæ, alij vero inſecti genus.

Moraliter. In veſte Iohannis monemur, vt aſperis vtamur ad refrenationem carnis. In cibo vt non arte paratis, ſed naturalibus cibis vtamur.

Moraliter. Habitus & victus & cõuerſationẽ indicãt Aſperis veſtit, q̃a vitia nõ palpauit, ſed aſpera increpatione redarguit,

C

D guit, ſic: *Genimina viperarum, &c.* Zona pellicea circa lumbos, quia carnem ſuam crucifixit cũ vitijs & concupiſcẽtiis. Mel & locuſtas edit: quia prędicatio eius turbis dulcis ſapuit dum Chriſtus putatur. Sed cito didicit, quia nõ Chr̄s ſed eius præco eſſe apparuit. In melle dulcedo. In locuſta alacer volatus, ſed cito deciduus.

e *Tunc exibat ad eum &c.* quia niſi quis a malis exeat, nõ abluitur. vnde aptè ſequitur: *Baptizabantur ab eo in Iordane:* qui deſcenſio interpretatur, quia de ſuperbia veteris hominis ad humilitatẽ confeſſionis & emẽdationis deſcendebant. Iam tunc enim baptizandis exemplũ dabatur confitendi peccata & promittendi meliora.

* Chryſoſtomus. Sic Act. 1. Ioannes quidem prædicauit baptiſmum pœnitentiæ, & non ait remiſſionis, ſed vt crederent in aduenientem poſt eum. Cum enim nondũ pro peccatis mundi hoſtia fuiſſet oblata, cũ enim nondũ ſpiritusſanctus deſcẽdiſſet nec peccatum eſt ſolutũ, nec inter dominum atque homines inimicitia ſublata, nec maledictio extincta, quomodo remiſſio peccatorum facta diceret? Quia (Homil. 10. in Matt.)

E igit' propriorũ obliuio peccatorũ inſolentes Iudæos aduerſus Chr̄i dona faciebat, è regione vero delictorũ memoria requirendi liberatoris & conſequendę veniæ deſideriũ ſuſcitabat: ad hoc Ioãnes prępraraturus aduenit ſuadẽs eis refugiũ pniẽ: non, vt caſtigarent, ſed vt humiliores pœnitẽdo facti, & peccatorũ ſuorũ crebrius recordãtes, ad dona remiſſionis accurrant. Quaſi diceret, Ego illis confiteri peccata ſua & pœnitẽtiã agere perſuaſi, non vt caſtigentur omnino, ſed vt dignius poſtea remiſſionis dona ſuſciperent. Niſi enim ſeipſos ante damnaſſent, minime gratiam requiſijſſent.

* Theophylactus. Tametſi baptizabantur, attamen remiſſionem peccatorũ baptiſma Ioannis nõ habebat, ſed ſolã pęnitentiã prędicabat, & ad remiſſionẽ peccatorum, hoc eſt, ad Chriſti baptiſma ducebat, apud quẽ eſt remiſſio peccatorũ.

f *In Iordane.* quia in eo figura baptiſmi præceſſit, & ex nomine deſcenſum de ſuperbia exigit, quod congruit baptizatis.

g *Confitentes.* Confeſſio peccatorũ, cõſcientiæ eſt teſtimoniũ timentis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata non erubeſcit cõfiteri. Perfectus timor ſoluit oẽm pudorem. Confeſſio peccati pudorẽ hẽt, & ipſa erubeſcentia eſt grauis pœna. Ideoque iubemur confiteri peccata, vt erubeſcentiã patiamur pro pœna. Nam hoc ipſum pars eſt diuini iudicij.

✲ Baſilius: Vult tui miſereri iudex, ſi modo poſt admiſſa, humilem te factũ & contritum, & peccata plurimum deplorantem te inueniet. Inſuper ſi quæ clã cęteris & in arcano deſignaſti, pdideris & euulgaueris fratri tuo citra pudorẽ vllum. (In pſal. 32 Confeſſio peccatorũ neceſſaria.)

F

Multos

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vox cla. in deſer. *quia Iohannes fuit ille de quo prædictum fuerat, quòd per vocem prædicationis debebat clamare in deſerto Iudææ: propter præparationem populi in aduentu ipſius Chriſti. Ad hoc enim ordinata erat prædicatio Iohannis, vt per ſuã prædicationẽ populũ cõgregaret, & populo congregato Chriſti aduentum denunciaret.*

2 Ipſe au. Iohannes. *Hic oſtenditur idoneitas Iohannis ad teſtificandum de Chriſto ex ſanctitate: hoc autem oſtenditur ex vilitate veſtitus.* Ipſe au. Io. &c. *Et ex auſteritate victus, cum dicit.*

3 Eſca au. e. lo. *quæ ſunt parua animalia volitantia per modum ſaltus, & reperiuntur in deſerto Iudææ, & frixa cum oleo ſunt cibus pauperum. Sequitur.* 4 Et mel. ſilue. *Hoc aũt mel ibidem reperitur in truncis arborum, vel ſecundum Raba. ſunt folia arborum alba & tenera quæ manibus contrita habẽt ſaporem quaſi mellis, talibus veſcebatur Iohannes ex quib. patet auſteritas eius in victu & veſtitu. Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, & vita ſancta quàm loquela compoſita. ideo ſtatim ſubditur exhortationis ſuæ efficacia, cum dicitur.*

5 Tunc exibat ad e. Ieroſoly. *Hic accipitur continens pro contento. i. populus de Ieruſalem.*

6 Et o. Iudæa. *ideſt multi, ſicut ſecundum communem modum dicimus, tota ciuitas currit illuc. i. multi quia non omnes currunt, immo aliquando plures remanent, & eſt quædam figura quæ vocatur hyperbole, ideſt loquutio multum expreſſiua.*

7 Et baptizabant ab eo in Iordane. *Baptiſmus enim Iohãnis ad hoc erat ordinatus, quaſi quædam præparatio, & quædã præfiguratio baptiſmi ipſius Chriſti de proximo venturi. & ideo Iohannes, non ſolũ prædicabat, ſed etiam baptizabat, quia ſicut ſua prædicatione nunciabat Chriſtum de proximo venturum, ſic ſuo baptiſmo aſſuefaciebat homines ad libentius ſuſcipiendum Chriſti baptiſmum, vnde baptiſmus Iohannis erat quædam proteſtatio credendi in Chriſtum venturum et faciendi opera pœnitentiæ, vt deuotius reciperent ipſum: hoc eſt quod dicitur Act. 19. a.* Iohãnes baptizauit baptiſmo pœnitentię populũ dicens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent. *hoc eſt in Ieſu. ideo ſequitur.*

8 Conſi. pe. ſua. *delenda. ſ. per Chriſtum venturum, quia hoc non*

Tunc

## M O R A L I T E R.

1 *Habebat veſtimentum de pi. ca.* Et quantum ad uictum cum dicitur.

2 *Eſca autem eius.* Auſteritas. n. uitæ requiritur in euangelij prędicatore. Ideo dicit Apoſt. 1. Cor. 9. d. *Caſtigo corpus meum in ſeruitutẽ redigo ne forte cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar.* Et quia prædicatio talis prædicatoris eſt efficax, ideo ſequitur.

3 *Tunc exibat.* Nã doctrinã talis prædicatoris multi libẽter audiunt, & pœnitentiæ fructũ faciunt, & tales ſunt demum ẽdi.

in

A a *Multos Phariſæorum & Saduce. &c.* Hi ſunt ex hæreticis Iudæorũ,& Phariſæi obſeruationũ & traditionũ prętulerũt iuſtitiã, vnde & Phariſæi.i.diuiſi a populo per priuatam iuſtitiam dicuntur. Saducæi.i.iuſti:vendicãt enim ſibi q. non ſunt: hi negant reſurrectionem,dicentes animam interire cum corpore: Quinque libros Moyſi recipiũt,prophetas reſpuunt. Hos veniẽtes ad baptiſmũ Iohãnes increpat: quia maxime indigebant correctione & pęnitentia.

* Ruper. Apud Lucam diligenter animaduertendum quia interrogabãt turbæ dicẽtes, quid ergo faciemus? interrogabant publicani venientes vt baptizarentur, & dicebant magiſter quid faciemus? interrogabãt & milites dicentes quid faciemus & nos? Phariſæi vero nuſquam interrogaſſe legũtur & dixiſſe, quid faciemus? quia erãt ſuperbi,cõfidentes in ſe tanquã iuſti.

b *Progenies viperarum &c.* id eſt venenati venenatorũ filij: quia bonis inuident eoſq; perſequũtur,proximos lędunt vt patres eorum.

B Vipera patrẽ ſuũ occidit,ſic Iudęi pphetas q erãt patres eorũ

✠ Chryſ. Sicut artificioſus medicus ſi viderit ægrotantis colorem,intelligit ſpeciem paſſionis:ſic Iohannes venientium ad ſe Phariſeorum prauas cogitationes intellexit: forſitan.n. apud ſe cogitauerũt.Imus & confitemur peccata noſtra, nullum laborem nobis imponit, baptizamur & cõſequimur indulgentiam peccatorum. Inſipiens,nũquid facta digeſtione impuritatis,non eſt neceſſaria ſumptio medicinę? Sic multa diligentia neceſſaria eſt hoi poſt conuerſionẽ & baptiſmum, vt vulnus perfecte ſanetur: iõ dicit *progenies viperarũ.* Natura enim viperarũ eſt, quod ſtatim cum momorderit hominẽ, currit ad aquã,quã ſi nõ inuenerit moritur. Iõ iſtos dicebat progeniem viperarum, quia peccata morti fera cõmittẽtes, currebant ad baptiſmũ, vt ſicut viperæ per aquam tantũ pericula mortis euaderent. Itẽ viperarum natura eſt rũpere viſcera matrũ,& ſic naſci: ſic Iudęi aſſidue perſequentes prophetas corruperunt matrẽ ſuam ſynagogam. Item viperæ a foris ſpecioſæ ſunt & quaſi pictæ,intus autem veneno repletæ:ita iſti pulchritudinem ſanctitatis oſtendebant in vultu.

c *Facite ergo fru.dig.* Bed. Quaſi diceret. Quare pri⁹ venena nõ deponitis, vt ſic ad baptiſmũ veniatis: Facite fructũ, nõ qualẽcũq; ſed dignũ pęnitentię. Non.n. par dẽt eſſe fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit,& eius qui grauı⁹ ce

C cidit. Sed Iudęi de Abrahã gloriãtes nolũt ſe agnoſcere peccatores vnde ſubdit: *Et ne velitis &c.* Ad humilitatem prouocat. In ſuperbia enim nulla eſt pęnitentia.

Diſcretio eſt in pęnitentia,quę timorẽ Dei, & metũ pœnarũ ante oculos ponit.recolens antiquę turpitudinis: Sic dolor cordis in fletus erũpit,qa ſine dolore nulla ſunt vulnera, ſi vitalia membrorum nõ fuerint circummortua: gratia eſt quæ ſentit, ſentiens quærit ſanctitatem.

* Aug. Quærendum eſt quæ dignæ fiant pro peccatis eleemoſinæ: de quibus etiam Chriſti præcurſor ille dicebat. *facite ergo fructus dignos pęnitentiæ.* proculdubio non inuenientur eos facere, qui vitam ſuam vſque ad mortem quotidianorum criminum perpetratione cõfodiunt. *patrem habemus Abraham.*

* Chryſoſt. Quid prodeſt ei quem ſordidant mores generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis quẽ mores adornant? Ipſe ſe vacuum ab omnibus bonis actibus oſtendit,qui gloriatur in patribus.

d *Dico enim.* A carne retrahit, vt cogitent opera prędeſtinationis Dei. Prima ſunt rudimenta fidei, credere deum poſſe quicquid voluerit, vt omnia qui de nihilo creauit, poſſit de lapidibus vel de puluere filios Abrahæ formare.

e *De la.* Demonſtratiue ad illos lapides quos Ioſue de Iordane trãſferre fecit,ad quos quaſi digitum extendens ait.

Ioſue duodecim lapides demedio Iordanis in terrã trãſportari fecit,& alios ex terra in eodẽ alueo reſtituit: p quos excæcatio Iudęorũ & gentium ad lucẽ transformatio pręſignat'.

Vel Gẽtiles lapides vocat: & eſt ſenſus: Ne glorieminı de ſemine carnis,quia hi tñ ſunt filij Dei, qui per gratiã ſunt illuminati,& inuen⁹ ſuſcitati. Suſcitare ſignãter dicit,q̃a Chriſtus Sarã.i.eccleſiã accepit,& ſuſcitat per gratiã filios Abrahę defuncto ſine liberis,ne tantus patriarcha priuaret' pmiſſis. In cuius rei præſagium olim deus de Sara genuit filium.

f *Iam en ſe curis.* Ne autem viderentur immunes,ti ſe a talibus ſacramentis ſepararent,comminatur.

* Chryſ. Nihil terribilius hac ipſa exhortatione ſermonis.nõ enim adhuc illic falcem volantem, nõ deſtructionem ſepis, non conculcationem vineæ comminatur, ſed ſecurim ſecãtem,quodque multo eſt terribilius imminentem,& iamque cædentem.

✠ Athan. Radix eſt fides, arbor vero eſt homo & ſecuris eſt finis hominis.

Se-

a Videns autem multos phariſæorum & Sa- 1
a Non confitentes peccata ſua.
ducæorum veniẽntes ad baptiſmum ſuum, 2
a Nemo,quia non pęnitetis,ſed ſine pœnitentia iram non effugietis. ¶Q nullus,niſi filius Dei quem vobis annuncio.
b dixit eis: † Progenies viperarum, quis de- 3
¶Vel uit. ¶Vindicta. a Vt ſic effugiatis. 4
c mõſtrabit vobis fugere a vẽtura ira? Fãcite 5
a Carnis mortificationem. b Secundum quantitatem culpæ, quod fit ex diſcretione quæ neceſſaria eſt pœnitenti.
ergo fructũ dignũ pęnitẽtiæ. Et † ne velitis 6
a Cogitando uel reputando. b Et in ſemine Abraham ne confidatis, quaſi ex hoc ſolo ſalus ſit. c ¶Quia non filij carnis,hi ſunt in ſemine, ſed qui filij Dei,vnde ſubdit, Potens eſt &c.
dicere intra uos: patrẽ hẽmus Abrahã. Di- 7
a Gentibus quorum corda inſenſibilia.
d co.n.vobis,†Qm̃ potens eſt deus de lapidi-
e a Si autem uos Chriſti ergo ſemen Abrahę eſtis.
f bus iſtis ſuſcitare filios† Abrahæ. Iam enim 8

Li.2. de ciuit. cap 27.
Iſ.3.d.
Lucæ 3.b

Fictus qui ... pęni... m.

... 3. operis ... fecti.

† videamini, vel.ne ſitis,in hac opinionẽ. vt dicatis.
Hom.3. opis imperfecti.
E

Hom.3.in Matt. quæſt.42 ad Antiochum.

Pſal. 113.b
F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Videns autem multos Phari.* Hic oſtenditur idoneitas Iohannis ad ferendũ teſtimoniũ de Chriſto ex veritate doctrinę, quæ cõſiſtit in hoc, quod aliquis non timet vitia magnatum conſideter arguere, quod faciebat Iohannes: Quod notatur cum dicitur. *Videns autem multos.* Iſti enim famoſi erant in populo,ſicut homines literati & religioſi,vt patebit infra.

2 *Venientes ad ba.* non credentes ſecundum veritatẽ, ſed magis ad ſimulationẽ.ſecundum quod habetur inf.21.vbi dicitur quod quęrente dño ab eis: Baptiſmus Iohannis vnde erat, de cęlo, an ab hominibus? Non fuerunt auſi reſpondere de cęlo: quia ſtatim dixiſſet eis,quare non credidiſtis ei? Ex quo patet quod ficte veniebant. Et hoc idem dicit Ioſephus in libro antiquitatum.19. & ideo Iohannes confidenter arguebat vitia eorum dicens.

3 *Progenies viperarum.* quia venenũ erroris & hypocriſis à ſuis progenitoribus traxerant.

4 *Quis demonſtrabit vobis.* q.d.licet falſitas veſtra lateat in cõſpectu populi, tamen non poterit latere in iudicio Dei, quia tunc erunt manifeſta abſcondita cordis veſtri.

5 *Facite ergo.* quia aliter nõ poteſtis illud iudiciũ euadere. Et non ſolum dicit fructũ pęnitentię: ſed dignũ pęnitentiæ, ſecundum peccati modum. vnde dicitur Apocal.18. *Quantum ſe glorificauit & in delitijs fuit,tantum illi date tormentum & luctum.*

6 *Et ne velitis.* Phariſæi.n.de hoc gloriabantur: quia de Abrahã deſcenderant: & iõ ex promiſſione facta Abrahæ, ſine operib.ſalutẽ conſequi præſumebant: & hoc eſt manifeſte falſum, quia nõ dicũtur filij Abrahæ ex carnali propagatione: ſed magis ex fidei imitatione, vt dicitur Ro.4. *Et quia Phariſæi & legiſperiti fidem Abrahæ de Chriſto reſpuerunt,ideo nomen filiationis Abrahæ perdiderunt.* Et hoc eſt quod dicit Iohannes. *Et ne ve.di.in.vos.* per falſam ęſtimationem.

7 *Patrem habemus.* quia nõ eſt ſic ſecundũ veritatem. Econtrario Gentiles fidẽ Chriſti deuote ad prędicationem apoſtolorũ receperunt,iõ filij Abrahę facti ſunt. Et hoc eſt quod ſubdit Iohãnes.

8 *Potens eſt de lapidibus iſtis.* Dicitur autem quod Ioannes demõſtrauit illos lapides quos filij Iſrael de fundo Iordanis abſtulerãt, vt habetur Ioſ.4.in memoriam miraculi,quod dñs in trãſitu eorũ aquas Iordanis ſiccauit: Sed p illos lapides Iohãnes Gẽtiles ſignificauit,eo φ colebant idola de lapidibus facta.vñ dicitur in Pſalmo. *Similes illis fiant qui faciunt ea* Filij ergo Abrahæ de lapidib. ſuſcitati ſunt,quãdo Iudæis per infidelitatẽ a filiatione Abrahæ decidentibus, Gẽtiles fidẽ Chriſti recipientes in locũ eorũ ſubſtituti ſunt.& hoc erat prędictum Oſeę.1.d. *Et erit vbi dicetur eis. Non populus meus vos.* ibi dicetur. Filii Dei viuentis. Et quia doctor

MORALITER.

1 *Videns autem.* De quib. dicitur Luc.7.e. Phariſæi autẽ & legiſperiti ſpreuerunt in ſemetipſis cõſilium Dei non baptizati ab eo ſcilicet a Iohanne,& ideo per iſtos qui veniebant ad prędicationẽ Iohannis,ficte ſignantur illi qui veniunt ad Prædicatorem euangelij,vt ex ore eius capiant aliquid, vnde poſſint eum calumniari: Ideo de talibus dicitur.

3 *Progenies viperarum &c.* q.d.nullus, niſi recedatis a malitia veſtra, ideo ſubditur.

5 *Facite ergo.* nã in vita pñti poteſt homo ſemper pœnitere.

6 *Et ne ve.dice.e.* credentes quod debeat vos ſaluare ſine operibus pœnitentiæ,quia hoc eſt falſum. Sic autem videtur de pluribus Chriſtianis, quia deuotionem habent ſpecialem ad aliquẽ ſanctum vel ſanctam, & per eorum merita credunt ſaluari ſine operibus bonis.

8 *Potens eſt autem &c.* i.de peccatoribus deuotos facere.

A a *Securis.* Chriſtus, qui ex manubrio cōſtat & ferro. i. humanitate qua tenet: & diuinitate qua incidit. *Poſi. eſt:* quia & ſi p patientiã expectat, videt tñ quid eſt facturus. *Ad radi.* i. finē Iudaici populi vt auferat de terra viuentium eos qui in Chro nō credūt. Vel, ſecuris, ſentētia iudicij, vel pdicatio euãgelij.

a ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. 1
b † Omnis ergo arbor quæ non facit fructum 2
c a ¶Per ſecurim. ¶Gehennę. 3
bonum, † excidetur, & in ignem mittetur. 4
a Redit ad ſe, modum ſui baptiſmi determinans. b ¶Tantum non ſpiritu.
d † Ego quidem baptizo vos in aqua in pœ- 5
a Docendo pœnitere. b ¶Ad prædicandum, ad baptizandum.
e nitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, 6
f fortior me eſt, cuius nō ſū dignus calciamē- 7 8
g a Quia ſanctificat a peccatis, & accendit amore Dei.
h ta portare: † Ipſe vos baptizabit in ſpiritusã- 9
a Tribulatione uel purgatorio igne. b Ideſt, diſcretio iudicii. ¶Qui non credunt, hoc uentilabro non remouentur, quia iam iudicati ſunt.
c Poteſtate.
i cto & igne. Cuius vētilabrũ in manu ſua: & 10
a A paleis. b Præſentem eccleſiam. 11
k permundabit aream ſuam, & congregabit 12
a Immobiles a ſpe æternorum. b Cœleſte. 13
l triticum ſuum in horreũ, paleas autem com 14
a Vt qui diu latuerat, manifeſtaretur. 15
m n buret igni inextinguibili. † Tunc venit 16
17

b *Ad ra.* Nota non ad ramos, ſed ad radicem. Cum enim filij malorum tolluntur, quid aliud quam rami infructuoſæ arboris abſcinduntur? Cum tota progenies ſimul cum parente tollitur, arbor radicitus abſcinditur, ne quid remaneat vnde iterum aliquid germinis oriatur.

† Inf. 7. c.
‡ Exciditur & in ignem mittitur.
† Luc. 3. c. Marc. 1. a. Ioh. 1. 4.

Radices ſunt cogitationes, quibus plantati, vel ſurſum cęlo ſuſtolluntur, vel ad ima inferni mittuntur.

Arbor humanũ genus: Huius rami, alij ſunt aridi, i. Pagani incendio apti. Alij virides, ſed ſine fructu: vt hypocritæ, qui ſpeciē ſanctitatis prætendunt, ſed intus vacui: alij fructuoſi, ſed venenoſi. i. hæretici, qui prędicando fructum pariunt, ſed mortalē. Alij ideſt catholici, qui bonum fructum ferunt.

c *Omnis ergo arbor.* vt Gentiles, B hypocritæ, qui nullum, & hęretici qui malum.

Hom. 11. in Matt. ✻ Chryſoſtomus. Cum dicit omnis, vniuerſum honorē carnalis nobilitatis excludit. Etiãſi ipſius Abrahæ fueris nepos, & mille a quibus ducis genus patriarchas enumeres, duplicem pœnam ſubibis ſi bonorum fructuum inanis extiteris.

d *Ego quidem.* Ne videat ſua auctoritate minari, incipit aperire quãtæ ſit dignitatis, cuius pñtia cōminatur, vel cuius beneficijs perſuadet: *Ego quidem baptizo vos in aqua.* tantũ corpora lauo, quia peccata ſoluere nequeo, vt ſicut naſcendo, prędicãdo, pręcurro: ſic baptizãdo, vt penitentes, quos ego hoc ſignaculo ab impęnitētib⁹ diſcerno, ad baptiſmũ Chri dirigã.

e *Poſt me ventur.* Et ſi moneo dignos fructus pęnitētię facere, ſuperbiam abijcere, nō tamen poſſum a peccatis ſoluere.

f *Fortior me eſt.* Quia ego baptizo in pęnitentiam, ille in remiſſionem. Ego ſpiritum habeo, ille dat. Ego regnum cęlorum prædico, ille dat.

g *Cuius non ſum.* Alij ſcribunt: Cuius non ſum dignus corrigiã cal. ſol. Potuit aũt Iohannes vtrunq; dicere, vel cōtextim vel diuerſo tpe, vt alius euãgeliſta hoc, alius illud aſſumeret. Omnes tamen verum narrauerunt. Intendit autem in hoc oſtendere excellentiam Chriſti, & ſuam humilitatem.

Allego. Vel ſecundum allegoriam; Calciamentum eſt incarnationis myſterium, corrigia, myſterij ligatura. Non ergo valet Iohannes corrigiam ſoluere, quia incarnationis myſterium non ſufficit inueſtigare.

C Vel, Non ſū dignus ſol. cor. cal. eius. i. nomē ſpōſi mihi nō vſurpo, nec ſpōſus credi vel dici, ſed amicus ſponſi volo: Mos D enim erat vt ſi quis eam quæ ſibi cōpeteret accipere in vxorē nollet, ille ei calciamentum ſolueret qui ad hanc ſpōſus iure propinquitatis accederet. Iohannes ergo qui non ſpōſus, ait: Nō ſum di. cor. cal. ſoluere. Ac ſi dicat: Ego redēptoris veſtigia nō valeo denudare: quia nomen ſponſi non mihi vſurpo.

Deut. 5.

Vel ſimpliciter ſe humiliat, vel euãgelij ſacramenta non eſt dignus circunferre prędicando, quod non ſibi deputatum, apoſtolis eſt commiſſum.

Nō ſum dignus explicare naturam diuinitatis ad humanitatem. Vel non ſum dignus euangelij prędicationem portare, vel nomen ſponſi vſurpare Iohannes vt purus homo ſpiritũ dare non poterat, quare mittitur culpa. Chriſtus verò dat quia Deus, & baptizat in verbo, de quo dr̃: Et vos mundi eſtis propter verbum quod loquutus ſum vobis. & alibi: *Mundans eos lauacro aquę in verbo vitæ ſanctificatæ.*

† Luc. 3. c.
Ioh. 15. a. Eph. 5. f.

h *In ſpirituſancto.* Vel ſpiritu ſanctificationis, & igne. i. probatione tribulationis. Vel ſpiritu in pręſenti abluit: poſt, ſi quę macula ſurrepit, igne purgatorio ad purum exuret, quod de leuioribus credendum eſt peccatis. Vnde in Leuitico, ſuper altare ſemper ignis miſſus de cęlo ardebat. i. ignis diuini amoris, qui omnes in Chriſto (.i. qui ſuper altare offerũtur) quaſi rebaptizat, & exurit carnis eorum vitia.

E
† Matt. 3. Luc. 3. d. Ioh. 1. d. c. presby. q. 1. ca. d. Leu. 9. d.

i *Cuius ventilabrum.* Ventilabrũ in manu eſt examen iudicij quo diſcernunt leues & vacui a fructu boni operis. *In manu.* quia pater non iudicat quēquam, ſed oē iudicium dedit filio.

Ioh. 5. d.

k *Permundabit.* i. quotidie a varijs tentationib. mundat. *Vel, Permundabit*, dum ob manifeſta peccata peruerſus de eccleſia eijcitur, vel poſt mortem damnatur.

l *Paleas autem.* Paleę de origine vñ & triticũ oriuntur. i. de ſemine, zizania vero de diuerſa. Paleę ergo ſunt qui fide & ſacramentis imbuuntur, ſed ſolidi non ſunt, zizania vero qui & opere & profeſſione ſecernunt ab electis. De his dr̃: Qui non credit, iam iudicatus eſt. & ideo non fit hic mentio de illis.

Ioh. 3. c.

m *Inextinguibili.* quia non extinguetur neq; extinguet cruciatos, ſed æternaliter puniet. Dicitur autem ad differētiam illius de quo dicitur: *igne nos examinaſti, &c.*

Pſal. 65.

n *Tunc venit.* Qñ Iohannes pręedicabat & baptizabat: ſ. qñ Ieſus triginta erat annorũ, oſtendens nullum debere ſacerdotem vel prædicatorē fieri niſi virilis ætatis. Sicut Ioſeph tricenarius regnũ Aegypti ſuſcepit. Dauid regnum ea ætate inchoauit: Ezechiel pphetiã promeruit. Venit Ieſus his de cauſis vt baptiſma Iohannis cōprobaret, & vt (quia homo erat) oēm impleret iuſtitiam & legis humilitatē: & vt aquas ſanctificans

Gen. 41.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

*Rector veritatis non ſolum debet vitia confidenter arguere, ſed etiam pęnam prædicere, ideo ſubdit Iohannes.*

1 Securis. *ideſt, ſeueritas diuinæ iuſtitiæ.*

2 Ad radicem. *Arbor iſta homo eſt, qui eſt quaſi arbor conuerſa: Radix huius arboris eſt voluntas mala, ex qua ſicut ex radice prodeũt omnia peccata, quia non poteſt eſſe peccatum niſi ſit voluntarium.*

3 Omnis ergo arbor. *per ſententiam extremi iudicii.*

4 Et in ignem mit. *ſcilicet inferni.*

5 Ego quidē bap. uos. *Oſtenſa idoneitate Iohannis ad teſtificandum, hic conſequenter ponitur ipſius teſtimonium: Et ponitur primo teſtimonium ipſius de Chriſto in eius abſentia: & ſecundo in eius pręſentia, ibi:* Tunc venit Ieſus. *In prima parte fert teſtimonium de Chriſto quantum ad excellentiam ſuæ diuinitatis dicens:* Ego quidē ba. vos. *in aqua. i. lauo tantummodo corpora. Quæ quidem lauatio eſt ſignum pœnitentiæ fiendæ. Ideo dicit.* In pœniten.

6 Qui autem poſt me. ven. eſt. *ſcilicet Chriſtus.*

7 Fortior me eſt. *quia ipſe habet virtutem diuinitatis.*

8 Cuius non ſum di. cal. por. *Non quia Chriſtus calceatus inceſſerit, cum diſcipulos ſuos ad prædicandũ ſine calceamētis ire iuſſit, vt habetur Lucæ 22. d.* Quãdo miſi vos ſine pera & calceamē. &c. *ſed eſt modus communis loquendi quando aliquis ſe comparat alicui improportionabiliter excedenti, quod eſt in propoſito: quod declarat per factum dicens.*

9 Ipſe vos bapti. *gratiam ſancti ſpiritus conferendo: quod non poteſt facere niſi Deus. Additur autem.*

10 Et igne. *Quia ſuper baptizatos de nouo in primitiua eccleſia frequenter apparebat. ſ. in ſigno viſibili, ſicut apparuit ſuper apoſtolos in linguis ignis. Oſtendit conſequenter Iohannes in Chriſto iudiciariam poteſtatem, cum dicit.*

11 Cuius. *Ad cuius intellectum ſciendum, q ventilabrũ eſt inſtrumentũ quo ſolebant purgari blada in Palæſtina, et eſt factum ſicut pala cum qua proiicitur granum paleis commixtum in altum, & ventus palleas tollit & granum in area cadit. Iohannes ergo metaphoricè loquens, per ventilabrum intelligit diuinum iudicium, quo Chriſtus.*

12 Permundabit aream ſuam. *ideſt, eccleſiam in qua ſunt commixti mali cum bonis: ſed in iudicio ſeparabuntur.*

13 Et congregabit triticum *ſcilicet iuſtos & electos.*

14 In horreum ſuum. *i. in æternam beatitudinem.*

15 Paleas autem. *ideſt homines vanos & falſos.*

16 Comburet igni. *ideſt in pœna infernali ſenſibili.*

17 Tunc venit Ieſus. *Hic ponitur teſtimonium Iohannis de Chriſto* in ipſius

## MORALITER.

1 *Ego quidem bapti. vos in aqua.* Prædicator enim euangelij diſponit populum aſpergens eum aqua ſalutaris ſapientiæ, ut per Chriſtum mundetur interius aqua gratiæ.

17 *Tunc venit Ieſus a.* Galilæa uero tranſmigratio interpretatur. Per hoc igitur quod Ieſus de Galilęa uenit ad Iohãnem, ſignatur quod eius membra ſi debeant lauari per gratiam, oportet ea tranſmigrare de uitijs ad uirtutes.

Tunc

Iohannes

A ☞ ctificans per colũbam in lauacro, aduentũ ſpiritusſancti oſtẽderet. venit enim non neceſſitate ablutionis, ſed vt nemo quantumlibet ſanctus baptiſmi gratiam ſuperfluã iudicaret.

3. de mi. rę ſcript.

* Auguſtinus. Ad baptiſmum deſcendit dominus Ieſus, non quod baptiſmi ſacramẽto & lauacro egeret, qui proprij aut originalis peccati nullã culpã haberet, ſed vt aquas, quas quamuis ex delicto Deus non maledixerit, terræ quam continebant maledictione, infectas purgaret: & ne quiſquam ſacramentũ baptiſmi negligeret, dũ qui ſine peccato fuerat baptiſmi aquas iniuit: & ne quiſquã ab inferiori baptizari paruipẽderet, dũ Deus dominus a ſeruo mergi vndis baptiſmi appareret. Et quatenus adhuc a diabolo, ſe, donec tentatio perficeretur, occultaret, qui illum velut lauacro indigentem, vt inter pollutos peccatoribus, ablui aquis conſpiceret.

1. 4.

* Optatus Mileuit. Deſcendit in aquam, quia venturum oleum aqua debuit antecedere, ad myſteria initianda & ordinanda. B Secutus eſt enim ordo myſterij, & cõpleuit pater quod rogauerat filius & quod rogauerat ſpiritusſanctus. Apertũ eſt cęlũ Deo patre vngente: Spirituale oleum in imagine columbæ deſcendit, & inſedit capiti eius & perfudit eum, vnde cępit dici Chriſtus.

a *Galilææ in Iorda.* Galilęa, trãſmigratio: Iordanis, deſcenſus. Qui ergo vult baptizari, tranſmigret a vitijs, & deſcendens humilietur.

b *Sine modo.* Sine modo me a te baptizari, vt poſtea quod a me quæris in ſpiritu baptizeris. Sicut enim decet dare exẽplum implendæ omnis iuſtitiæ, vt diſcant omnes neminem ſine vnda baptiſmi eſſe perfectum.

c *Sic enim decet.* i. per humilitatis exemplũ reducere ad vitã, & oſtendere q, nullus perfecte ſit iuſtus ſine baptiſmate. Si.n. de ſpiritusſancto natus, nõ dedignor, quanto magis neceſſe eſt alijs quamuis iuſtis ẽ a minoribus baptizari? Hinc decet impleri primũ oẽm iuſtitiã. ſ. per quã oĩs iuſtitiæ ſumma ab oĩbus deinceps impleatur, vt nullus ex operibus neq; ex arbitrio glorietur, ſed ſciens ſe reum iuſtitiæ Dei ſit ſubiectus. Ideo quiſquis eſt natus ex aqua & ſpiritu iuſtus dr̃, q̃a hoc implet per quod oĩs iuſtitia impletur ex gratia, quã primo decuit implere Chriſtũ, non ex indigentia ſed ex myſterio, vt renatus filius Dei oẽs renatos filios Dei fratres ſibi faceret. *Sic.* i. ſubdẽdo ſeruo & inferiori oẽm iuſtitiam. i. humilitatẽ quæ eſt oĩs iuſtitia. Et perfecta humilitas hẽt tres gradus. Primus eſt, ſubdere ſe maiori, & ſe non pręferre ęquali. C Hic vocat̃ ſufficiens, quia ſufficit aliquẽ ſic humiliari, & iſte gradus oĩ iuſto eſt neceſſarius. Secũd⁹ gradus eſt ſubdere ſe ęquali, nec pręferre ſe minori, hic dr̃ abundans. Tertius eſt ſub eſſe minori in quo eſt iuſtitia. Hũc Chriſtus impleuit, qui vnam partem tñ habet quia in vnitate cõſiſtit & perficitur. Alij duobus modis diſtinguuntur, quia minus perfecti non D ſic in vnitate cumulantur.

Humilitatis tres gradus.

d *Tunc d.* Cũ tali ordine cognouiſſet implendã iuſtitiã. Dimiſit, q̃a vera eſt humilitas, quã nõ deſerit comes obediẽtia. Spiritus in momento eum docuit, quod prius neſciuit: & ideo quod prius timuit humiliter, deuotus impleuit.

e *Baptiza. au.* Chriſtus aquas baptiſmi ſanctificauit: quia cuius eſt creare, eiuſdem eſt & ſanctificare.

Homo ex duobus conſtat & ex duobus renaſcitur.

Sicut homo conſtat duobus, id eſt corpore & anima, ita duobus renaſcit̃: aqua quæ purgat ſordes & cõſepelit Chriſto: & igne ſpiritus quo conflagranti ad cęlum rapimur. Sic eccleſia poſt baptiſmum culmen virtutum quibuſdam incremẽtis appetit, vt Chriſt⁹ baptizatus de aqua aſcendit. Sic poſt baptiſmum aſcendunt, qui ad virtutes proficiunt, & qui prius carnales & filij Adæ, fiant ſpirituales & filij Dei.

† De conſec. diſt. 4. cap. per aquam.

† opus habeo

E f *Aperti ſunt ei.* Et hoc ad impletionem iuſtitiæ. Non enim tunc primum ſibi patuere cęleſtia vel ſpiritusſanctus eſt datus: ſed nobis per acceptũ baptiſmum aditũ cęli patere, & ſpiritumſanctũ dari monſtrauit. Quod enim cœli aperti, quod ſpiritusſanctus venit, quod vox patris inſonuit, &c. hæc myſtica in ſunt nobis.

Patet renatis aditus in cœlum per Chriſtum, qui per Adam clauſus fuit.

† Diſt. 19. c ſecundum. De cõ. diſt. 3. cap. ſi.

Hom. 4. operis imperfec.

⁜ Chryſoſtomus. Forte erant inuiſibilia quędã obſtacula prius, quibus obſiſtentibus aię defunctorũ non poterant introire cęlos. Nullam.n. aĩam arbitror ante Chriſtum aſcendiſſe in cęlum, ex quo peccauit Adam, & clauſi ſunt cęli. Sed baptizato Chriſto aperti ſunt tantũ. Poſtquã vero tyrannũ vicit per crucem, quia non erant neceſſariæ portæ, non dñr angeli aperite portas, iam.n. erant apertę, ſed tollite portas. Vel in baptizatis aperiuntur cęli, & vident ea quę ſunt in cęlo, nõ carnalibus oculis videndo, ſed ſpiritualibus fidei credendo. Aut cęli ſunt ſcripturæ quas oẽs legunt, non tñ intelligũt, niſi qui fuerint ſic baptizati vt accipiãt Spiritũ ſanctũ.

g *Sicut c.* Verũ corpus formatũ ad horã habuit in ſpecie colũbę, quia aliter ſpiritus ab hominibus videri nõ poſſet ſicut colũba, nõ quia vera colũba eſſet, ſed quia ſpiritus in corporali ſpecie, non tñ ipſe corpus. Ita de hac figura ſentitur ſicut de alijs in quib. Deus apparuit, quæ expleto officio reſoluebantur. Bene ſpiritus in colũba quæ ſimplex & mãſueta deſcendit vt & ſuę naturæ ſimplicitatẽ, & eum in quẽ deſcendebat mitẽ miſericordiæ pręconẽ datoreq; indicaret. Similiter oẽs baptiſmo renati. 7. virtutibus in colũba ſignificatis E debent repleri. Colũba a malitia fellis eſt aliena in quo prohibemur ab ira. Nullũ ore vel vnguibus lædit, in quo notat̃ innocẽtia. Nec minimas auiculas mundit in quibus alię aues ſe & pullos ſuos nutriũt, in quo prohibemur a rapina. Parõ ☞ ſcitur

Quare ſpiritus in colũba.

Columbæ natura.

---

a Quia in Nazareth habitauerunt. b Quia in eo figura baptiſmi præceſſit, & ex nomine deſcenſum de ſuperbia exigit. c Maior ad minorem.

a Gelilææ in Iordanem ad Iohannem, vt ba- 1

a Dominus à ſeruo: nullus ergo dedignetur inferiorem. b Humilitatem regis imitatur miles.

ptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibe-

a Qui egeo. b Qui non eges. Terrenus à celeſti. c Ab originali peccato mundari, quia tu es agnus Dei qui tollis peccata mundi.

bat eum, dicens: † Ego à te † debeo baptiza 2

a Cuius generatio non eſt vitioſa:

ri, & tu venis ad me? Reſpondens autem 3

a Implere illud ad quod veni. Subdit quare veniat baptizari. Quia vita mea morum eſt diſciplina. Sic ideſt, dum ego ſuperior, & non indigens à te ſuſcipio.

b Ieſus dixit ei: Sine modo. Sic enim decet 4

c a Docere conſummationem iuſtitiæ ideſt ad baptiſmum inuitare, quia baptiſmus eſt conſummatio omnis iuſtitiæ. Me ſuſcipiendo: te baptizando. b Id eſt. omne præceptum iuſtificans. conſenſit.

d nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimi-

a Sine mora.

e ſit eum. Baptizatus autem Ieſus confeſtim 5

a Quia baptizati ad patriam per virtutes aſcendere debent. b Quæ eſt fundamentum aſcenſionis.

f aſcendit de aqua: Et ecce aperti ſunt ei cæli:

a Ieſus vidit & baptiſta, vt Ioannes ait. b Spiritus in columba, filius in homine, pater in voce. ita trinitatis præſentia baptiſmum conſecrauit.

g & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut 6

a Ad quem illa vox fiebat.

columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce 7

a Hæc vox non vt ei indicet quod neſciat, ſed quod auditoribus proficiat. b Demonſtratiue ad homines. c Conſubſtantialis. Sic qui baptizatur, oſtenditur filius Dei.

vox de cælis dicens: † Hic eſt filius meus di- 8

---

NICOLAVS DE LYRA.

in ipſius pręſentia. Venit enim Chriſtus ad baptiſmum Ioãnis, vt prædicationem eius approbaret. Secundo, vt tactu ſuæ carnis vim regeneratiuam aquis conferret. Tertio, vt populus teſtimonium Ioannis de Chriſto & etiam Dei patris audiret.

1 *Ioannes autem prohibebat eum.* ex reuerentia, cum ſciret eum eſſe Deum verum & hominem, lauacro non indigentem, ſed alios à peccato lauantem: ideo dicit.

2 *Ego à te debeo baptizari.* id eſt ab originali peccato mundari, non quia tunc Ioannes haberet originale peccatum, quia fuit in vtero matris ſanctificatus: ſed loquebatur in perſona generis humani. Vel aliter. *Ego à te debeo baptizari.* quia ſanctificati in vtero indigent baptiſmo Chriſti ad hoc vt ſint Chriſto incorporati: quia in baptiſmo Chriſti character imprimitur, per quem Chriſto configurantur.

3 *Reſpondens, autem Ieſus dixit ei.* Sequitur.

4 *Sic enim decet nos imple. omnem iu.* id eſt, humilitatem. Vnde ibi accipitur iuſtitia non prout eſt virtus ſpecialis, ſed generaliter prout includit omnem virtutem.

5 *Baptizatus autem.* Hic ponitur teſtimonium Dei patris de Chriſto, quia baptizato Chriſto aperti ſunt cęli: non quod cœlum tunc fuerit diuiſum, ſed quia videbantur aperti ſicut in coruſcatione videtur fieri, & per hoc ſignabatur gloriam cęleſtem credentibus in Chriſtum aperiri.

6 *Et vidit ſpiri. &c.* Ad denotandum plenitudinem gratię in ipſo.

7 *Et ecce vox.* Vox. ſ. patris. 8 *Hic eſt fi. meus.* Natura. ſ. alij

---

MORALITER.

1 *Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo.* Per hoc deſignatur, quod quilibet inferior ſi velit ſuperiorem corrigere, ex charitate, debet hoc facere cum humilitate & reuerentia. Superior autem debet talem correctionẽ humiliter ſuſcipere, quod inſinuauit Ieſus dicens. *Sic enim decet nos adimpl. omnem &c.*

2 *Baptizatus au.* Per hoc oſtenditur quod omnis lotus à peccato gratia diuina debet conari cum auxilio Dei aſcendere de virtute in virtutem, & ſic aperiuntur ſibi cęli per ſpem certam, eſſicitur Dei filius adoptiuus. & per conſequens hæres ad hæreditandum vitam æternam.

A ſcitur grano: in quo notatur abſtinentia: alienos tanquam pullos ſuos fouet: ecce charitas. Gemitum dat pro cantu: ecce compunctio. Super aquas ſedet vt accipitrem per umbram in aquis vmbra declinet: ecce ſolicitudo.

In columba ſuper dominum ſpiritus apparuit: quia venit nos per manſuetudinem colli gere. Super diſcipulos in igne quos ad conſumendam rubiginem peccati contra ſeipſos veniebat accendere. Adam peccādo cœlum amiſit. Chriſtus a ſpirituſancto per columbam glorificatus apparuit: flammam vibrantem quæ viam prohibuit, iſta baptiſmi extinxit: quia aqua eſt contraria igni.

lib. 2. de Trinitate cap. 5. * Auguſtinus. Facta eſt quædam creatura ex ſpecies ex tempore, in qua viſibiliter oſtēderetur ſpiritusſanctus, tunc cum in ipſum Dominum, corporali ſpeciei velut columba deſcendit.

* Gregorius Nazianzenus. Tum igitur ſpiritusſanctus corporea modo in columbæ forma ſe conſpiciendum præbet, bet, vt corpus honore affi iat. Adde quod multis retrò ſeculis columba diluuij finem annunciauit.

a In Adam quod ſplicuit, vnde: Penitet me feciſſe hominem.

a lectus in quo mihi complacuit.

a *Complacui.* i. bene placitum meum conſtitui, vt tu in quo nihil niſi bonum placeat, & per te alij non in ſe, ſed in te id eſt, tibi fide & claritate vniti placeant.

* Theophylactus. In quo requieſco, in quo placor.

i bene p lib. 9. de ſtra: cap * Euſebius Cæſar. Hoc ab Iſaia prædictum eſt. Letare ſolitudo ſitiens, exultet deſertum, & floreat ſicut lilium & eſflorebunt & exultabunt deſerta Iordanis & honor Carmeli & populus meus videbit gloriam domini. Vbi contemplare, quod non quamuis ſolitudinem dicit, ſed definite illam & ſolam, quæ eſt apud Iordanem flumium, iuxta quam verſabatur Ioannes baptiſta: datus eſt autem ſolitudini illi honor Carmeli & gloria libani, ſiquidem in Iordanis ſolitudine eſt auſtralis gloriam Ieruſalem, poſtquam ratio piè religioſeque viuendi, non in Ieruſalem, ſed in deſerto conſummari cœpta eſt.

NICOLAVS DE LYRA.

autem ſunt adoptiui.

1 *In quo mihi compla.* in quo voluntas mea complebitur de ſalute generis humani: & ſic apparet efficacia huius teſtimonij. Patet etiam, quod in Baptiſmo Chriſti tota trinitas apparuit, large apparitionem accipiendo. pater, ſcilicet in voce, filius in carne, ſpirituſſanctus in columbæ ſpecie: Differenter tamen, quia filius apparuit in carne ſibi vnita in vnitate ſuppoſiti, in apparitione autem aliarum perſonarum erat vnio per modum ſigni ſtatim ibi per ſeutentium.

ADDITIO.

In cap. 3. vbi dicitur in poſtil. Quando fuit reportatus de Aegypto, tunc enim erat in 5. anno à ſua natiuitate, &c.

B Aliter autem habetur in decretis 23 q. 3. §. Quod vero iniuriā. Ibi enim expreſſe legitur, quod Chriſtus fugiens in Aegyptum latuit

REPLICA. Et quod poſtil. in 3. cap. dicit Chriſtum fuiſſe in quinto anno reductum de Aegypto propter canonem. Quod vero 23. intelligitur non præciſe. exiſtens enim 7. annorum eſt etiam 5 annorum, ſed non præciſe. E

CAP. IIII.

TVnc Ie. Poſt baptiſmū, quia nulla eſt mora à tentatione: Vt mox deceat baptizatos de mūdo exire, in quiete Deo vacare: ſic filij Iſrael poſt trāſitum maris per deſertum aſcendunt, & manna comedunt donec veniant ad terram promiſſionis.

a *Tunc Ieſus.* Hic eſt ordo rectæ conuerſationis, vt poſt acceptā ſpiritusſancti gratiam contra diabolum arctius accingamur, & mente ſeculum deſerentes in vitæ æternæ gaudia quaſi manna eſuriamus deſerti. Ibi fit tentatio, quia nō ante hoſtis ſe erigit: quam homo de mundo exit tenet enim ſub legibus ſuis eum. In deſerto pugnatur aſperis: quia Adam in paradiſo delitijs affluens victus eſt oblectamentis.

Hiſto. Hiſtor. In illo deſerto quod eſt inter Ieruſalem & Iericho Chriſtus diabolum vicit: vbi figuraliter dixerat Adam incidiſſe in latrones & cum viciſſe. Latrones autem ibi habitaſſe probat locus qui dicitur Domim, i. ſanguis, propter effuſionem ſanguinis quæ ibi fiebat. Ea via Samaritanos deſcendit quia carne indutus eaſdem tentationes ſuſtinuit. C

Luc. 10. f. b *Spiritu.* ſancto. Qui quos replet ad pugnam mittit fortes. Sine hoc ſpiritu qui ad pugnam vadit, cito cadit.

Homil. 16. in euangeli. * Gregorius. Vere a ſpirituſancto ductus creditur, vt eum illuc ſuus ſpiritus duceret, vbi illum ad tentandum ſpiritus malignus inueniret. *hoc eſt in deſertum.*

Hom. 13. operis imper. * Chryſoſtomus. Non duxit illum ſpiritus in vrbem aut forum, ſed eremum. Quia enim diabolum prouocare volebat, non de eſurie ſolum, verum etiam de loco occaſionem ille tentationis ingeſſit. Tunc quippe diabolus aliquos aggreditur cum illos viderit ab alijs ſegregatos.

ſermone de ieiunio & tentatione. * Cyprianus. Neque enim putet homo ſe euaſiſſe pericula

CAP. IIII.

a b c d TVnc Ieſus ductus eſt ī deſertū à ſpū, vt tētaretur à diabolo: & cū 1 2

Locum certaminis.

riculi cum in eremum venerit. Quia quanto ſubtilius, tanto difficilius a tētatore munditur, qui cogitationum foribus, aſſidens omnia virtutum germina in ipſo orta ſtrangulare molitur. Verum liberius anima expedita obuiat impugnanti, vbi compedes impedimentorum defuerunt, & aſpectus irritamenta non mouerint, ſecuriorque eſt congreſſus vbi ſingula non vellicant dimicantem nec inebriant animum lenocinia voluptatum.

1 Mar. 1 Luc. 4. a De con 5. c. quam ſimo.

c *Vt tento.* Non tentatur a diabolo, niſi qui ad deſertum exierit id eſt, bono ſtudere cœperit.

d *Et cum ieiunaſſet.* Ieiunat vt tentet, tentat quia ieiunat, & exēpli & ieiunandi nobis dat & quia ieiunat diuinæ eſt potentiæ. Moyſes & Elias ieiunauerunt, nō ex virtute vt Chriſtus; ſed Moyſes ſuſtentatur eloquio Dei, Elias aūt fortitudine cibi. Nec dicuntur illi do eſuriſſe, ſed Chriſtus vt homo eſurit, vt celetur Deus: Significat autem deſiderium noſtræ ſalutis, F Exod. 24

Ecce conuenit legi quæ per Moyſen accipitur, & prophetis qui per Eliam, 40. diebus, quatuor partes ſunt mundi, de quibus Chriſtus ſuos congregat & decē præcepta legis: quibus ſuos contra mundi oblectamenta armat. Ieiunat quadraginta diebus ante mortē cibo indigens. q. d. in tempore agonis abſtinete a deſiderijs ſeculi, comedit poſt reſurrectionē. 40. diebus cibo non indigens. q. d. Ego ſum vobis cōſolatio & cibus omnibus diebus. Vnde: Ecce ego vo. ſum. o. d. &c. Simul ter enim dum viam domini carpimus, a vanitate ſeculi ieiunamus, & futuri promiſſione reficimur. In pugna Chriſti prius agitur contra gulam ieiunando, per quam victus eſt primus homo. Gula libidines inflammat, concupiſcentias in carnis nutrit quæ repugnat legi mentis: Hæc niſi prius refrenetur, fruſtra contra alia laboratur.

3. Reg. 1

Infra. 21

Quadra-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

Diuiſio Triplex tentio. TVnc Ie. Hic quarto oſtendit euangeliſta in Chriſto veritatem deitatis & humanitatis ex dæmonis tentatione, & ex ſanctorum angelorum adminiſtratione, & primo ponitur primum, ſecundo ſecundum, ibi. *Tunc reliquit, &c.* Prima diuiditur in tres ſecundum triplicem tentationem & triplicem Chriſti victoriam, ſecundo ibi. *Tunc aſſumpſit eum.* tertia ibi *Iterum aſſumpſit eum.* Prima ergo tentatio fuit de carnis concupiſcentia, Accepit autem tentator occaſionem primo de hoc tentandi ex eſurie ipſius Chriſti. Poſt baptiſmum enim Chriſtus immediate ductus eſt à ſpiritu, ſcilicet ſancto, quia humanitas Chriſti erat organum diuinitatis: & ideo ad omnia agenda mouebatur inſtinctu ſpirituſſancti. hoc igitur motu iuit in deſertum locum, ſcilicet aptum orationi, vt ibi ſpiritum in oratione offerret pro nobis Deo patri.

2 *Et cum ieiunaſſet.* Vt carnem innocentem pro nobis maceraret & exemplum fidelibus daret: & per hoc quod poſt baptiſmum talia egit, nobis oſtendit, quod qui inchoat nouam vitam debet ſeipſum Deo offerre per ieiunium & orationem. Sequi. Quadra-

MORALITER.

1 *Tunc Ieſus.* Per hoc inſinuatur quod aggrediens deſertum pœnitentiæ fortius tentatur ab hoſte. Eccle. ſecundo. a. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, id eſt ad reſiſtendum tentationi quæ imminet tibi. Illos enim Deus fortius tentari permittit quos fortiores eſſe cognoſcit. primæ Cor. decimo. c. *Fidelis autem Deus eſt qui*

a Quod ieiunat diuinæ eſt potentiæ. b Ecce aſperitas.
a ieiunaſſet quadraginta dieb. & quadragin 1
b a Hoc addit, ne in nocte comediſſe putetur. 2
c ta noctib. poſtea eſurijt. Et accendens ten- 3
a Hoc explorat quod timet, nec ideo ſe ab eius tentatione abſtinet. b Quia ſciuit ſcriptum eſſe. Dixit & facta ſunt. c Tentatio de gula ¶ A gula incepit, ſed quo ordine deiecit Adam, ab iſto deuincitur. ¶ Lapis ſignificat duritiam diaboli.
d tator, dixit ei: Si fil⁹ Dei es: dic vt lapides 4
e iſti panes fiāt. Qui reſpondens, dixit; Scri- 5
a Temperat reſponſum, ne cognoſcat eum eſſe Deum. b Ideſt ſacramentali ſpecie, ſed verbo vitæ. 6
f ptum eſt; † Non in ſolo pane † viuit homo, 7
a Sententijs utitur, inſtruens nos ut vincamus nō potentia. Sed humilitate. b Verbum Dei de ore pracedit, quia uoluntas Dei referatur per ſcripturas. c Per quos Deus loquitur. 8
g ſed in omni verbo ꝙ procedit de ore Dei. 9

A a *Quadraginta d.* hic numerus totū tēpus deſignat quo Chriſtus cū ſuis dimicat. In hoc numero duę leges abſtinentię cōplentur, quia in 40. decalogus mādatorū & 4. euangelia reſonant. Vnde inſtitutū eſt nos hoc numero acrius dimicare ad diluēda peccata q̄ fiunt, dū motiuo carnis violatur charitas: & ſic quandiu hic ſumus, ſemper peccata ploremus, quia hoc numero preſens vita oſtēditur.

[Ep]i. ad phil. ⁜ IGNATIVS. Quadrageſimam nolite pro nihilo habere, imitationē enim continet Dei conuerſationis, hebdomadam etiā paſſionis noſtre deſpicere.

[Ho]m. 20. in [Le]uiticum. ⁜ Origenes. Habemus quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos, habemus quartam, & ſextam ſeptimanæ dies. Eſt certe libertas Chriſtiano per omne tēpus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ. Deu. 8. a.

[Serm]on 4. feriæ ... poſt. 2. Do[minicam] ... ⁜ Auguſtinus. Sanctam quadrageſimam abſtinendo ipſe Dominus cōſecrauit, totam non obſeruare ſacrilegium eſt, ex parte autem violare, peccatum.

[Ser]no. 25. & ... in quadr. ... epiſc. ad ... ellam. * Ambroſius. Non eſt leue peccatum fidelibus indictam quadrageſimam a Domino, non ieiunare, & ieiunia conſecrata ventris voracitate diſſoluere.

B * Hieronymus. Nos vnam quadrageſimam ſecundū traditionem Apoſtolorum toto anni tempore nobis cōgruo ieiunamus. Montani tres in anno faciunt quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint Saluatores, non quod per totum annum excepto Pentecoſte ieiunare non liceat, ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre.

...3. in laua... ⁜ Gregorius Nazianzenus. Ieiuniū quadrageſimale vnū eſt Chriſti, & noſtrum, ſed non paruum inter vtrumque tēporis interſtitium. Et Chriſtus quidem contra tentationes ſuum obiicit ieiunium, noſtrum vero vt Chriſto commoriamur, operatur, & purgatio eſt quę feſtiuitatem præcedit.

Hom. 16. in euangel. * Gregori. Sicut in lege iubemur offerre decimas rerum, ita Deo offerre contendimus decimas dierum. A prima n. Dominica quadrageſimæ, vſque ad Paſcalis ſolennitatis gaudia, ſex hebdomadæ veniunt, quarū dies quadraginta & duo ſunt: ex quibus dum ſex dies Dominici abſtinentia ſubſtrahuntur, remanent triginta ſex. Dum vero per 300. & 65. dies annus ducitur, nos autem per 36. dies affligimur, quaſi anni noſtri decimas Deo damus.

b *Poſtea eſuriit.* Hoc eſt vere humanitatis, & per hoc eſt occaſio tentandi. Latet poteſtas, patet infirmitas.

...35. de ie[iunio] domini. ⁜ Ambroſius. Poſt multa ieiunia Chriſtus eſurire ſe ſimulat, vt diabolum quem ieiunando iam vicerat, iterum eſuriendo ſollicitet.

...de pro[uid]entia. * Theodoretus. Cęterum naturę noſtræ creator, & propugnator, coronator, & agonotheta mortē non timuit, nec bellū abigit, ſed cōfidēter expectat, & ad pugnā ꝓuocat, vt priorem

D rem illam auferat victoriā. Et corpori quod quadraginta dierum ſpatio ieiunauerat, famem conciliat, non tamē eorū qui olim ieiunauerāt, limitē trāſcēdere ſinit, vt vera illius crederetur humanitas. Vidit infelix hoſtis famē, & victoriam ſperauit, atq; Adamū videre putauit. Cęterū tanquā ad Adamū acceſſit, ſed Adami Creatorem Adami natura amictū inuenit, & ait, ſi filius Dei es, &c. Et producit quidem vocis cœlitus delatæ confirmationem, ipſam vero famem miraculoſa confectione confirmari petit.

c *Et accedens.* Quia eſuries eſt ſignum infirmitatis Et ſic nobis in abſtinentia non deeſt tētatio Per exteriorē infirmitatē Chriſtum tentat in quo nullam legem peccati inueniebat.

† viuet. ſic vetera exēplaria legunt.

Luc. 4. a de off or. c. inter cætera.

d *Si filius Dei es.* Aliud horum explorantis eſt, aliud tētātis, dū Deum confiteri videtur, & huiuſmodi illudere conatur. Sic enim tētat vt exploret quod vetetur. Sic explorat, vt tentando decipiat. *Si filius dei es,* Nouerat filium dei veniſſe in mundum, ſeu ꝑ ꝓphetas ſeu ꝑ angelos nūciantes, ſeu per Iohannē demonſtrantē, ſed qa humilia in eo videbat, ꝙ de deitate ſuſpicatus eſt, ex ſuperbia ei ī dubiū venit. Vñ & callide exquirit: Nec indignū fuit Chrm̄ tētari q venerat occidi, vt tētationes ſuperādo nobis ꝓtātē daret ſuperādi tētationes, ſicut ſua morte abſtulit nr̄am mortalitatē E

Chriſtus non niſi poſt baptiſmum ſe tentari permiſit, inſinuans ad ſe euntes grauiores ꝑ iſſuros tentationes.

Suadet eſuriē pane de lapidibus facto releuare, nō ꝙ eius curet ſalutē, ſed ex mutatione cognoſcat virtutē & ſi purus homo eſſet, panis oblectamento illuderet eſuriem patienti.

Tribus modi fit tentatio.

Tribus modis fit tentatio. Suggeſtione, delectatione, conſenſu. Chriſtus uero ſola ſuggeſtione tentatus fuit: quia delectatio peccati mentem eius non momordit.

Vbi ſupra.

* Cyp. Naturarum n. coniunctio diabolū excæcabat, quia impoſſibile ei videbatur uel ꝙ eſuriret diuinitas ꝙ tantę tolerantię poſſet eſſet. tantæque poteſtatis corporis humilitas.

c *Scri. eſt.* Non vtitur poteſtate, ſed ſcripturarum auctoritate, docens nos magis doctrina quam miraculis pugnare.

f *Nō in ſo. pa.* q. d. Perſuaſio tua tētatio eſt, qa agis de cibo corporis, & nō de cibo mētis, iferior pars hoīs pane ſuſtētat̄, alia verbo dei reficit̄, qa vero agis de iferiori, patet ꝙ tētator ſis.

Hominis partes quo pane cibentur.

g *Sed in om. v.* Omne verbū charitas, ī qua cōplet̄ oīa q̄ ꝓcedūt de ore Dei qa cuiuſcūq; miniſterio dicāt̄, nō eius ſūt ſed dei, ſed ſi aduerſū qd inferit̄, hoc nō eſt Dei. De uno verbo. i. ſapiētia Dei ꝓcedit qdqd loquunt̄ ſācti q ſunt os eius.

Li. de virgine

⁜ Aug. Si accedāt aliqui & dicant tibi, ne frequēter ieiunes, ne imbecillior fias, ne auſcultes, iſtos enim diabolus ſubornauit. Reminiſcere eius quod ſcriptū eſt, quod Daniel & tres pueri noluerunt ſaturari de menſa regis, & ad eunuchum dixiſſe da nobis de ſeminibus terrę, & veſcemur.

C F *Tunc*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quadraginta diebus. *non vltra traxit, vt virtus diuinitatis diabolo celaretur, quia Moyſes & Elias ieiunauerunt tot diebus.*

2 Poſtea eſu. *per hoc in ſe & veritatem humanæ infirmitatis oſtēdit, & occaſionem tentatori dedit, ideo ſequitur.*

d *Et aperiens.* Apertio oris, profunditatem ſignificat ſacramenti. Quaſi abiſſum. quaſi theſaurum aperuit. quaſi fluuiũ paradiſi. In hoc monte nouum teſtamentum in cordibus filiorum ſcribit, incipiẽs a beatitudine, qui in monte Sinai vetus teſtamentũ in lapidibus ſeruis dedit incipiens a terrore.

* Auguſtinus. Sermonẽ quẽ locutus eſt dñs noſter in mõte, ſicut in euangelio ſecundum Matthęum legimus, ſi quis pie conſiderare voluerit, puto q̧ inueniet in eo, q̧ ad mores optimos ptinet, pfectũ Chriſtianę vitę modũ Nã ſic ipſe ſermo cõcludit, vt appareat in eo pcepta eſſe oĩa, quæ ad informandã vitam pertinent. Sic. n. dicit, *Omnis qui audit verba mea*
C *hæc & faciat, aſſimilabo eum viro ſapienti.* D

e *Beati.* ⁂ Gregorius Nyſſenus. Beatitudo vt mea fert opinio, comprehenſio eſt oĩum earum rerum quę eo nomine intelliguntur, a qua nihil abeſt eorum quę pertinent ad deſiderium atque cupiditatem. Quod ex cõparatione contrarij planum fit. Miſeria enim eſt in acerbis & triſtibus, noſtraq; voluntate nõ accidẽtibus caſibus & calamitatibus ęrumna.

Lib. de beatitudinibus.

f *Beati pauperes.* Sentẽtiarum numerus diligenter eſt attendendus. Incipit enim beatitudo ab humilitate. *Beati pauperes ſpiritu.* & in 7. eſt ſapientia, id eſt contemplatio veritatis pacificans totum hominẽ, ſuſcipiens Dei ſimilitudinem. *Beati paci.* Octaua ad caput redit. quia cõſummationẽ oſtendit. In prima igitur & 8. regnũ cęlorũ nominatꝰ. Septem ergo ſunt quę perficiunt. Octaua clarificat, & qđ perfectũ eſt demonſtrat. His 7. gradibꝰ cõgruit ſeptiformis operatio ſpiritusſancti quẽ Iſaias deſcribit. Sed ille à ſummo, hic ab imo, quia ibi docetꝰ filius Dei deſcenſurus ad ima. hic hõ de imis ad ſimilitudinẽ Dei aſcenſurus In his primus, eſt timor, qui hic congruit hoĩbus humilibus de quibus dr̃. *Beati pauperes.* i. non inflati, nõ alta ſapientes, ſed timẽtes. Secunda eſt pietas quę cõ- E uenit mitibus. qui. n. pie quærit, honorat ſancta, non reprehẽdit, non reſiſtit, quod eſt mitẽ fieri. Tertia ſcientia, quæ conuenit lugentibus qui didicerũt quibus malis nũc vincti ſunt q̃ quaſi bona petierũt. Quarta, fortitudo q̃ cõuenit eſurientibus & ſitientibus, qa deſiderãtes gaudiũ laborãt de veris bonis a terrenis cupientes auerti. Quinta, cõſiliũ, quod cõuenit miſericordibus quia vnũ remediũ eſt de tãtis malis erui, dimittere alijs & cõmendare ſicut nobis volumus fieri. Sexta, intellectus, q̃ conuenit mũdis corde, qui purgato oculo pñt videre quod oculus nõ videt. Septima, patiẽtia, quę cõuenit pacificis, in quibus nullus motus eſt rebellis, ſed oĩa obtẽperãt ſpiritui. Vnũ pręmiũ diuerſẽ nominatꝰ pro cõpetẽtia ſingulorũ. Pauperibus regnũ cœlorum, q̧ eſt perfectę ſapiẽtię. q. diceretꝰ. *Initium ſapientiæ timor domini.* Mitib hęreditas quaſi teſtamentũ patris cũ pietate quærentibus. Lugentibus, conſolatio, quaſi ſcientibus quibus merſi ſunt. Eſuriẽtibus & ſitientibus, ſaturitas, quaſi certantibus & laborãtibus refectio. Miſericordibus, miſericordia quã alijs impendunt. Mundis corde, quaſi purgato oculo viſio Dei. Pacificis, Dei ſimilitudo, quaſi formatis ad imaginẽ Dei. Hæ ſingulæ beatitudines vt ini- F

Ordo beatitudinum & donorum quomodo diuerſificatur.
Iſai. 11. a.

Prou. 9. c.

Septenarii beatitudinũ donorum & petitionum, alternata promotio.

## NICOLAVS DE LYRA.

ad ferendum legem populo congregato. Secundo ſubditur locus aptus cum dicitur.

1 *Aſcendit in montem.* quia in tali loco multi poſſunt audire, ex hoc etiam deſignatur excellentia legis euangelicæ propter eminentiam montis in quo data eſt lex euangelica. Tertio tangitur modus conueniens, cum dicitur.

2 *Et cum ſediſſet.* Sedendo enim & in quiete data eſt lex euangelica. lex autem vetus data eſt in terroribus ad deſignandum differentiam legis & euangelij. quia illa erat lex terroris, euangelium autem lex amoris. Quarto oſtenditur huius legis excellentia, cum dicitur.

3 *Et aperiens.* Quia Moſaica lex à Deo data eſt mediantibus angelis, vt ſupra declaratum eſt. lex autem euangelica immediate per ſeipſum incarnatum, propter quod Auguſt. exponens hunc locum dicit: Tunc aperuit os ſuum qui ante in lege aperuit ora prophetarum.

4 *Beati pauperes ſpiritu.* Hic ponitur ipſius legis explicatio: & quia intentio legiſlatoris eſt facere ciues bonos per aſſuefactionem bonorum operum, vt habetur 2. Ethico. ideo primo in hac lege dirigitur perfecta humana operatio. ſecundo rectificatur interior intentio. cap. ſeq. Et cum oratis no. &c. tertio ordinatur humana affectio. cap. 7. *Nolite iudicare.* Circa primum conſiderandum, quod lex eſt de operibus virtutum, virtutes autem, quædã ſunt communes ſeu humanæ, quædam autem ſunt excellẽtes ſeu Heroicæ, vt dicitur. 7. Ethic. & tales dicuntur quaſi diuinæ, vt ibidem dr̃. Et inducitur exemplum de Hectores, qui pp excellentiam virtutis dicebatur quodammodo filius Dei, & non filius hominis mortalis Lex aũt euangelica eſt excellẽtiſſima, & ideo deſcribit virtutes ſecũdã excellentiſſimũ gradũ, vt videbitur. Conſiderandũ etiam, q̧ licet virtutes ſint connexę, tñ aliquę ſunt magis proprie contemplatiuorũ, aliquæ actiuorũ, & aliquæ prælatorũ, & ideo primo deſcribit virtutes quę perficiunt in vita contẽplatiua, & ſecundo quæ perficiunt in vita prælatiua, ibi. *Vos eſtis ſal terræ*, tertio in vita actiua ſeu ſubditorum, ibi. *Audiſtis quia di. eſt antiquis.* Prima in duas, quia primo deſcribit virtutes quę perficiunt ad bene agendum, & ſecundo, illam quæ perficit ad bene patiendum, ibi. *Beati qui perſequutionem.* Prima in tres, quia primo deſcribit illas quæ perficiũt hominem reſpectu ſui, ſecundo reſpectu proximi, ibi. *Beati qui eſuriunt.* tertio reſpectu Dei, ibi. *Beati mundo corde.* Prima in duas, quia primo ordinat hominem reſpectu extrinſecorum bonorum, & ſecundo reſpectu intrinſecorum motuum, ibi. *Beati mites.* Ad euidentiam dicendorum ſciendum, quod beatitudo dicitur dupliciter vno modo in re, ſicut habetur in patria. alio modo in ſpe, ſicut hr̃ in via in viris excellentibus in virtute, qui propter excellentiam virtutis videntur vitam humanã excellere, & ad vitã beatã quodãmodo appropinquare, & tales dñr beati quodammodo, quia q̧ parũ diſtat quaſi nihil reputatur. 2. Phyſic. & hoc modo ethico. 1. dñr pueri felices, non quod exerceant actus virtutũ in quibus conſiſtit felicitas ſecũdũ Philoſophũ, ſed quia habent ad hoc bonã diſpoſitionẽ, dñr tales de propinquo ad hoc diſpoſiti. Igitur quia virtutes

Beatitudo dupliciter dicit.

## MORALITER.

& maxime de verbis ſanctorum. Sequitur.

3 *Et aperiens os ſuum docebat, &c.* Aug. Tunc aperuit os ſuum qui in lege veteri aperuit ora prophetarũ. Et in hoc apparet eminẽtia euãgelij, q̧ eſt traditũ inmediate a Deo homine. vetus autẽ Teſtam. a Deo per homines tñ. Ideo dicit apoſtolus Heb. 1. a. *Multifarie multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouißime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula.*

4 *Beati pauperes ſpiritu.* Ambro. Indę incipit beatitudo Dei iudicio, vbi ęrumna æſtimatur humana.

*Beati*

vt impleantur poſtulant ſuffragium.7.donorũ: quę dona vt
A habeantur in oratione dominica.7. precibus, oramus. Ecce qualiter ſapientia Dei cuncta prævidit. Virtus beatitudinis percipitur ex dono ſpiritusſancti: donum prece orationis quam Chriſtus compoſuit impetratur.

Septem quippe ſunt dona, ſed vnus ſpiritus. Septẽ petitiones, ſed vna oratio. Vnam petij à domino, hanc requiram. Sep-
Pſal. 26. b
tem virtutum beatitudines, vna charitas.

Hieronymus. *Beati pauperes ſpiritu.* Quia non neceſſitas ſed fides, & deuotio paupertatis
† hæreditabũt
beatos facit, vt contemptis omnibus Deo viuant. Hæc habet duas partes, rerum abdicatio-
† conſolatio-nem accipient
nem, & ſpiritus contritionem: vt etiam bonus ſe inutilem & cæteris reputet inferiorem. Beatitudo iam in ſpe perueniendi.

Pauperes ſpiritu, hi ſunt qui oĩa habent, & nihil poſſidẽt.

Pauper ſpiritu, eſt humilis corde pauperem habens ſpiritum: nutrix cuius eſt humilitas.

B Sicut initium ſapientiæ timor domini, ſic paupertas eſt principium beatitudinis.

* Auguſtinus. Legimus ſcriptum de appetitione tempo-
Lib. 1. de ſermone Domini in monte c. 2.
ralium, *Omnia vanitas & præſumptio ſpiritus.* Præſumptio autẽ ſpiritus audaciam & ſuperbiam ſignificat. Vulgò & magnos ſpiritus ſuperbi habere dñr, & recte, qñ ſpiritus etiam ventus vocatur. Quapropter rectè hic appellantur pauperes ſpiritu, humiles & timentes Deum. i. non habentes inflantẽ ſpiritũ.

✲ Chryſoſtomus. Pauperes ſpiritu ſunt humiles & con-
Hom. 15. ad pop.
triti corde. Spiritum autem hic animam & voluntatem dixit. Quoniam autem multi ſunt humiles non ſpontanei, ſed alij ictu neceſſitate, primos vocat beatos.

* Gregorius Nyſſenus. Pauper ſpiritu eſt, qui corporalem
Vbi ſupra.
corpulentiam animæ diuitijs permutat, qui propter ſpiritũ egenus eſt, qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excuſſit, vt per aerem ſublimis ſurſum rapiatur.

a *Beati mites.* Mites ſunt qui malis motibus dominantur. perfecta virtus eſt motuum poſſeſſio.

Mitis eſt quẽ mẽtis aſperitas ſeu amaritudo nõ afficit ſed ſimplicitas fidei ad oẽm iniuriã ſuſtinendã inſtruit patiẽter.

Mitis eſt quem non rancor vel ira afficit, ſed oĩa æquanimiter ſuſtinet. Huius virtutis quaſi magnæ magiſtrũ ſe facit
Infra. 11. d.
dñs, quod nõ faceret niſi via ſummæ perfectionis iſta virtus
C eſſet. vnde dñs, *Diſcite à me quia mitis, &c.* hęc poſſidet terrã viuentium & delectabitur in multitudine pacis. Manſuetus non irritat vel irritatur, non nocet vel nocere cogitat.

a Humiles Deum timentes. Vnde bene incipit: quia initium ſapientiæ timor domini. vt: Superbia eſt initium peccati qua perdunt regnum terræ, hic regnum cœlorum. b Voluntate. c In ſpe, quæ beatos facit.

pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt re- 1
a Pauperibus conuenienter in præſenti promittuntur diuitiæ cæleſtes. b Sine aſperitate mentis & ſine tumore.

a gnum cœlorum. Beati mites quoniam ipſi 2
a Viuentium per ſtabilitate & ſoliditate. b Pro peccatis ſuis, & alio rum ſpreto mundo, deſiderio cœlorum. 3

b † poſſidebunt terrã. † Beati qui lugent, quo 4
a Spiritu paracleto de æterna lætitia. Propter conſolationem, beati. b Eſuries iuſtitiæ ſpiritu fortitudinis fulcitur. 5

c niã ipſi † conſolabuntur. † Beati qui eſuriunt 6

D Qui cedunt improbis, & vincunt in bono malum, hi poſſidebunt terrã viuentiũ. Immites de terrenis rixantur. Congrua aſcenſio. Prius eſt cõtemptus ſeculi, cui dantur cę[illegible]: inde mores tẽperat manſuetudo, & lenitas, & non eſt mitis qui prius pauper nõ fuerat. Impoſſibile eſt .n. ſecundum gradum aſcendere, niſi primũ apprehẽderis. quia inter diuitias, curas, odia animus non eſt mitis. Sed huius incendij materia vix ad purũ delebitur, & ideo hæc lenitas ſæpe corrumpitur vel extrahitur. vnde ſubditur.

† Luc. De p. 1. c. in Dei 2. c. p. runt.
* Theophylactus. Mites ſunt, non qui prorſus nõ iraſcuntur, (tales enim inſipientes ſunt & inſenſati) ſed qui iræ vim habent, continent autem & quando volunt iraſcuntur. Sicut enim qui impatiens eſt, operatur ſtultitiam, vt dicitur prouerb. 4. ſic doctrina viri per patientiam dignoſcitur.

*Poſſidebunt terrã.* ✲ Auguſtinus. Illam terrã ego credo de qua in Pſal. 141. dicit, *Spes mea es tu, portio mea in terra viuẽtiũ.*

E Hom. pop. Eph.
* Chryſoſtomus. Senſibile ponit præmium, ſicut Paulus. *Honora patrem tuum, &c. vt ſis longæuus ſuper terram.* Nec enim ſolum à futuris ſuadet bonis, verum & à præſentibus, propter auditores craſſiores, & illa quærentes ante futura.

b *Beati qui lu.* pro ſuis vel aliorũ pctĩs q. eſt ab irriguo inferiori, ſed qui fit ab irriguo ſuperiori eſt ex deſiderio cęleſtis patriæ. Ille lauat præſentes ſordes, hic accendit acrius æternorum amatores. Qui autem peccata depoſuit, mores manſuetudine correxit, qui fleuit etiã iã poteſt eſurire & ſitire iuſtitiam q. prius non poterat. Hęc virtus ſine ſpiritu fortitudinis non impletur, quia per eum eſuriendo ad ſatietatem qñque veniemus. *Beati qui lugent.* Reſtat poſt prædicta ruinarum colluuionem luctu purgare. Luctus pro peccatis vel pro deſiderio cęleſti conſolationem meretur, & non alius. Hi ſciẽtię ſpũ illuſtrant, vt ſciant quibus malis inuoluantur.

Lib. caru
* Theodoretus. Epicurus iucundiſſima vita finem metit, ſupremum namque bonum, ſupremam voluptatem opinatus eſt. Democritus pro voluptate concupiſcentiam poſuit. At vero Chriſtus longe aliter nos ad fęlicitatem contendere oportere monuit, commendans & pauperes & lugentes.

F
* Hilarius. Lugentibus non orbitates aut contumelias aut damna mœrentibus, ſed peccata vetera flentibus, & criminum quibus obſordeſcimus conſcientia ærumnoſis, hæc ſedula in cœlo conſolatio præparatur.

c *Beati qui eſuriunt.* Amatores veri boni, quibus non ſatis eſt quod iuſti ſunt, ſed ſemper ſitiunt opus iuſtitiæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

*virtutes quas hic deſcribit legiſlator dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt ſic eminentes, ideo dicuntur beatitudines. Prima igitur beatitudo dicitur paupertas ſpiritus. reſpectu enim extrinſecorum bonorum quæ ſunt diuitiæ & honores, bene ſe habet homo modo humano & communi, quando non quærit talia vltra gradum ſui meriti, ſecundum condecentiam ſtatus & perſonæ, & hoc facit virtus politica quæ talibus vtitur. Sed paupertas quæ ſpiritus beatitudo dicitur facit hoc excellentius, quia facit hominem talia totaliter contemnere & à ſe abijcere: quantum poſſibile eſt, vt contemplationi diuinæ liberius poſſit inhærere. quia ſecundum quod dicitur libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, ſed melius eſt intentione ſequendi Chriſtum totum ſimul donare, & abſolutum à ſollicitudine cum Chriſto egere. igitur paupertas ſpiritus facit contemnere prædicta, non tanquam mala ſimpliciter, quia his poteſt homo bene vti per virtutem politicam, vt viſum eſt, ſed tanquam minora bona maioris boni impeditiua, ſicut contemnitur matrimonium tãquam minus bonum propter virginitatem ſeruandam. igitur.* Beati pauperes ſpiritu. *quia paupertas abſoluta non dicit niſi carentiam diuitiarum & bonorum, quod non eſt virtuoſum, ſed poteſt eſſe in malis hominibus, vt patet ad ſenſum, ſed paupertas ſpiritus. ſcilicet voluntarie aſſumpta ad liberius ſequendum Chriſtum, illa eſt virtus excellens ſeu perfecta. Additur autem præmium correſpondens cum ſubditur:*

1 Quoniam ipſ. *In regno enim intelligitur omnimoda ſufficientia & excellentia quæ bene repromittitur in cœlis illis qui talia contempſerunt in terris.*

2 Beati mites. *Hic perficit hominẽ reſpectu intrinſecorũ motuũ: & primo reſpectu motuum iraſcibilis, ſecundo reſpectu motuum concupiſcibilis, ibi.* Beati qui lugent. *Circa primum conſiderandum, quod circa paſſiones iraſcibilis bene ſe habet quis modo humano & communi quando eas refrenat, ſic quod non nimis impetuoſe excedit, tamen aliqualem perturbationem earum ſentit. Mititas autem quæ eſt beatitudo, facit hoc excellentius, quia reddit hominem totaliter trãquillum à motibus iraſcibilis. per omnimodam ſubiectionem ad regulam rationis vel diuinæ legis, & hoc eſt quod dicit.* Beati mites. *Additur autem præmium correſpondens cum dicitur.*

3 Quoniam ipſi. *ad hoc enim homines feroces mouẽt bella & lites ſequentes motus iraſcibilis, vt quaſi ſecuri poſſideant terram deuictis inimicis, & ideo illis qui ſunt totaliter quietati à motibus iraſcibilis modo prædicto bene promittitur poſſeſſio pacifica terræ viuentium.*

4 Beati qui lu. *Hic perficit hominem reſpectu motuum concupiſcibilis, qui ſunt circa oĩa concupiſcibilia, ſicut ſunt delectationes ciborũ & venereorum in ſenſu guſtus & tactus, & ſimiliter melodiarum, ſpectaculorum, odorum in ſenſu auditus viſus & olfactus. in talibus bene ſe habet homo modo cõi & humano, moderate talibus vtendo & ſuperflua reſecando, q. fit per temperantiam quæ eſt virtus politica. Sed excellentius ſe habet homo in talibus per beatitudinẽ luctus oĩa talia à ſe penitus abdicando, & luctum voluntarie in hac vita aſſumendo, tam pro tranſgreſſione culpæ cõmiſſæ, quã pro dilatione cęleſtis patriæ, ita q. totum ſtatũ præſentis vitæ reputat exiliũ reſpectu cæleſtis patriæ, ſecundũ q. dicebat Paulus ad Ro. 7. d.* Infelix hõ quis me liberabit de corpore mortis huius? *& ad Phil. 1. c.* Deſiderũ habẽs diſſolui, & eſſe cũ Chro, *& quantũ ad hoc dicit.* Beati qui lu. *voluntarium luctũ in hac vita pro peccatis aſſumendo. Additur autem præmiũ correſpondens cum dicitur.*

5 Quoniam ip. cõ. *Conſolari. n. eſt ſimul ſolari: cõueniẽs aũt eſt, vt illi qui in præſenti vita p Chriſto voluntario luctu occupantur, cũ Deo & angelis æternaliter conſolentur.*

6 Beati qui eſu. & ſi. *Hic ponit virtutes quæ perficiunt hominem*

## MORALITER.

2 *Beati mites.* Gloſ. Quoniam ſeipſos in preſenti poſſident hæreditatem patrię in futuro poſſidebunt.

4 *Beati qui lu.* pro miſerijs preſentibus mundanorũ, & pro dilatione futurorum bonorũ. Iſti cũ filia Caleph habẽt irriguũ inferius & irriguũ ſuperius.
Ioſ.
7 *Beati qui eſuriunt.* Chriſ. Eſurit aũt iuſtitiam qui ſecundum Dei iuſtitiã deſiderat cõuerſari. Siti aũt iuſtitiam qui ſcientiã eius acquirere cupit.

Iuſtitia eſt ſua cuique tribuere. Sibi, & proximis, & Deo.
A Hęc iuſtitia nō plene implebit̃, donec Deus ſit oĩa in omnibus, iõ hic poſſumus eſurire, nõ ſaturari. Iuſtitię lumē eſt miſericordia, miſericordię virtus iuſtitia, hęc miſericordia eget ſpiritu cõſilii, ſine quo nemo circunſpecte miſeret̃. Initium eſt ſui miſereri, finis eſt pro alio mori. Ordo enim eſt miſerendi vt vnuſquiſq; incipiat a ſe, ſinē Chriſtus inſinuat, pro peccatoribus mortuus ex miſericordia.

i ſupra. * Gregorius Nyſſenus. Quemadmodum circa cibum affecti ſumus, cum pro generibus eſculentorum diuiditur appetitus, atque alius quidem dulcibus delectatur, alius acria & calefacientia appetit, alius ſalſis gaudet. Eodem modo in animæ alimento, non omniũ cupiditates ad eandem rem propendent. Nã alii gloriam aut diuitias, aliis circa menſã occupatus eſt appetitus, &c. Natura autem ſemper bonum, & omnib. hoc eſt, quod nõ alterius cuiuſq; rei cauſa ſumendũ, ſed ipſum propter ſe expetendũ eſt, quod ſemper eodē mõ
B ſe habet. Idcirco beati dicũtur nõ ſimpliciter eſurientes, ſed quibus ad iuſtitiam cupiditas inclinata eſt. Quæ eſt autem illa iuſtitia? habitus tribuens vnicuique quod æquum eſt.

* Hieronymus. Non ſufficit velle iuſtitiam, niſi iuſtitię patiamur famem.

a *Beati miſericordes.* Miſericordia naſcitur de præcedētibus quia ſi præceſſerit vera humilitas & animus manſueſcat, & ſuos & aliorũ caſus fleat, & iuſtitiã eſuriat, poſt naſcit̃ vera miſericordia. Tũc. n. miſerias alienas faciet ſuas & pro viribus iuuabit, & ſi iuuãdi facultas deeſt, cõpaſſio non deerit. (Luc. 6. c.) *Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt.* i. ad hoc miſereamini ad quod & Deus vt bonitas redundet in omnib. Miſericordia ſeueritas & auſteritas dicitur.

* Hilarius. In tantum Deus miſericordię noſtrę in omnes delectatur affectu, vt miſericordiam ſuam ſit ſolis miſericordibus præſtaturus.

✠ Hieronymus. Miſericordia non ſolum eleemoſynis intelligitur, ſed in omni peccato fratris, ſi alter alterius onera portemus.

b *Beati mundo cor.* Mũditia cordis ſexto loco ponit̃, vt homo
C ſexta die conditus ꝑ hãc reſtituat̃, & depulſis vitiis præceptum

a Ne in via laſſeſcant. b Adepto quod deſiderant.
& ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabũ- 1
a Qui aliis in quibuslibet aſſiſtunt, quibus hoc a Deo rependitur vt liberentur a miſeria. Miſericordia eſt dare & dimittere.
a tur. Beati miſericordes, quoniã ipſi miſe- 2
a Iudicium ſine miſericordia fiet ei qui noluit miſereri. b Quos non arguit conſcientia peccatorum. Templum Dei ſanctum eſt. 3
b ricordiam conſequētur. Beati mũdo cor 4
a Hic per ſpem, illic per rem.
c de, quoniam ipſi Deum videbunt. †Beati 5
pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. 6
7

ptum dñi illuminet oculos, vt Deus poſſit videri. Pręmiſſis D ergo quinq; gradibus eſt mētis oculus, ne in vno mãdatorũ offenſus animus fiat omniũ reus. Iõ homo ſe a mũdo exuat, ęterna diligat, amplectatur Deũ quoadusq; poſſit videre eũ quē tãtum videt quãtum ſeculo moritur. In futuro ſicut eſt, oculo mētis videbitur. Ideo ſpiritus intelligentiæ huic gradui aptatur, quia intellectus mentis oculus eſt, & expletio mandatorum Dei aperit intellectum.

✠ Baſilius. Quemadmodum in cera quis ſcribere non poteſt, niſi characteres impreſſos ante deleuerit, ſic nec anima diuina dogmata deguſtare, niſi priſtinos ex animo mores prius detraxerit. (In epiſt. de vita ſolitaria.) († 23. q. 1. cap. noli.)

* Augu. Quam igitur ſtulti ſunt, qui Deum iſtis exterioribus oculis quærũt, cum corde videatur, ſicut & alibi ſcriptum eſt, *In ſimplicitate cordis quærite illum.* (Lib. de ſerm. do. in monte. cap. 7. Sap. 3.)

c *Beati pacifici.* Rabanus. Pacifici sũt qui oēs motus animi cõponũt & rationi ſubiiciunt, quia his nihil repugnat qui ſimiles patri ſuo sũt qui eſt ſumma quies. De hac pace eiectus E eſt qui peruerſis dominatur, hac pace intus firmata, quęcũque interius cõcitauerit qui eiectus eſt foras auget gloriã, & cum deficit, innoteſcere facit quanta firmitas interius ſit. vnde ſequitur. Beati qui perſequutionem, &c.

Hęc pax non niſi bona voluntate nutritur. vñ. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hanc *mundus dare non põt*, ſed Ieſus qui ait. *Pacē meã do vobis.* Hęc pax ſuperat omnē ſenſum ſed fide capit̃, vñ & ea illuſtramur, & ei reconciliati ab omni qui ab ea diſſentit nos abducimus. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, tunc beatitudo adoptionis dabitur. (Luc. 2. b. Ioh. 14. d. Phil. 4. b. Ephe. 2. b.)

In præſenti vero homo pacatus, & ſi bellũ gerat cũ vitiis in nullũ pacē abrumpit, quã Deus dedit. vñ. *Pax multa diligentibus legem tuã, &c.* Qui autē ab ea diuiditur, iræ eſt filius. Per hãc filii efficimur, quo nihil amplius promittitur. In hac eſt ſapientia donorũ maxima ſecũdũ incrementũ virtutũ, ſunt & incrementa præmiorũ, quia & alia claritas ſolis, &c. (Pſal. 128. Epheſ. 2. c.)

Pax eſt vnigenitus Dei filius. De quo dr̃. *Qui eſt pax noſtra.* Qui pacē diligit, filius eſt pacis. *Beati pacifici.* Pax a nobis incipit, q̃a dũ lex carnis repugnat legi mentis non mõ alteri, ſed nec nobis poſſumus eſſe pacifici. Sed poſtquã intus ſpiritus F imperat,

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *reſpectu proximi. Hæc autē perfectio conſiſtit in duobus, primo in his quæ habent rationem debiti. ſecundo in his quæ habent rationem doni ibi.* Beati miſericordes. *Circa primum aduertēdũ, quod in his quæ habent rationem debiti reſpectu proximi bene ſe habet homo, quando reddit vnicuique quod ſibi debetur, non nimis notabiliter procraſtinando vel retardando. hoc autē facit per iuſtitiam quæ eſt virtus politica, ſed excellentius per beatitudinem quæ dicitur eſuries vel ſitis iuſtitiæ, quando, ſcilicet quadam feruenti deſiderio inſolito talia exequitur, ſicut eſuriens & ſitiens feruenter comedit & bibit, & hoc eſt quod dicit.* Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam. *Additur autem pręmium conueniens, cum dicitur.*

1 Quoniam ipſi. *Saturitas enim gloriæ quæ conſiſtit in deſiderij humani repletione, ſecũdum quod dicitur in Pſal.* Satiabor cum apparuerit gloria tua. *conuenienter promittitur eſurientibus iuſtitiam prædicto modo.*

2 Beati miſericordes. *Hic ponitur beatitudo perficiens hominē reſpectu proximi in his quæ habent rationem doni, in talibus autem bene ſe habet homo modo cõmuni & humano per liberalitatem quæ eſt virtus politica in mediocribus & paruis donis, & per magnificentiam in excellentibus donis & magnis. Sed excellentius hoc fit per beatitudinē quæ vocatur miſericordia, quãdo defectum alterius totaliter accipit quaſi ſuum, vnde dicitur miſericors quaſi habens cor miſerum, quando. ſcilicet accipit corde defectum alterius quaſi ſuum & hoc eſt quod dicit.* Beati miſericordes. *Additur autem pręmium conueniens cum dicitur.*

3 Quoniam ipſi miſericordiam. *In cæleſti enim patria quilibet miſericordiam conſequetur, quia vltra condignum ſibi retribuitur, ſecundum quod dicitur ad Rom. 8. d.* Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futu. glo. quæ reue. in nobis.

Bea-

4 Beati mundo cor. *Hic ordinatur homo reſpectu Dei, & primo quantum ad intellectum ſpeculando. ſecundo, quantum ad effectum ipſum amando ibi.* Beati pacifici. *Circa primum aduertendum, quod in ſpeculatione diuina, bene habet ſe homo modo cõmuni & humano per virtutes intellectuales, quæ ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ, & potiſſime per Metaphyſicam, quæ docet proprietates diuinas ex creaturis conſiderare, vt patet 12. Metaphyſicę, vbi oſtēditur vnũ eſſe Deum æternum actum purum viuentem vita nobiliſſima ſempiterna & optima, ſed hoc eſt ſolum cõſiderando Deum ex proprietatibus creaturarum, ſed excellentius hoc habet per beatitudinem quæ eſt munditia cordis per quam mens humana Deo cõiungitur, & ſic de occultis & diuinis ſupra modum humanũ illuſtratur, ſicut fuerunt Apoſtoli, qui abſque humano ſtudio fuerunt de diuinis excellentiſſime illuſtrati, & hoc eſt quod dicit.* Beati mundo corde. *Additur autem pręmium conueniens cum dicitur.* (Diuiſio.)

5 Quoniam ipſi Deum. *quia viſio Dei ænigmatica per fidem in præſenti, & facie ad faciem in futuro, bene repromittitur habentibus talem munditiam, ſecundum quod dicitur. 1. Cor. 13. d.* Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

6 Beati pacifici. *Hic ponitur beatitudo ordinans hominē reſpectu Dei quantũ ad effectum quod fit modo cõmuni & humano per amorem naturalem, quãdo diligit Deum ſicut principium ſuum efficiēs & conſeruatiuũ, licet præter hoc alia diligat. Sed excellentius hoc fit per beatitudinē quæ eſt pax, quando, ſcilicet homo totaliter per affectum mentis Deo coniungitur, ſicut bonitati ſummæ, & ſic nihil aliud extra ipſum quærit, ſed in ipſo quietatur & pacificatur, & hoc eſt quod dicit.* Beati pacifici. *Additur autem pręmium conueniens cũ dicitur.*

7 Quo. filii Dei. *Filiatio enim Dei importat aſſimilationē ad Deũ, proprium autem eſt ipſius Dei q̃ ſeipſo fruitur, & ſeipſo quietatur. Et ideo qui prędicto modo ſunt pacifici, recte filij Dei vocabuntur.*

Beati

## MORALITER.

2 *Beati miſericordes.* Glo. Iuſtitia & miſericordia coniunctę ſunt, vt altera alteram debeat temperare, nam iuſtitia ſine miſericordia crudelitas eſt, miſericordia ſine iuſtitia diſſoluit.

*Beati*

4 *Beati mundo corde.* Glo. Sexto loco ponit̃ cordis mũditia, quia ſexto die conditus eſt homo ad imaginē Dei, per quã capax eſt ipſius per cognitionem & amorem.

6 *Beati pacifici.* ſcilicet interna pace & fraterna.

7 *Quoniam filii Dei vocabuntur.* in pace ſuperna.



*Beati*

[illegible] p[illegible]rat, vt totus h[illegible] ſ[illegible] ſecum iterũ pax ad alios deri-
A [illegible] pace [illegible] Vera q̄ pax eſt vbi nihil
†Phil. 4.a. repugnat. Pax Dei omnē ſenſũ ſuperat, quæ & ſi capi nō pōt
vt eſt, tñ pro capacitate noſtra capi poteſt, non quãta eſt, ſed
q[illegible] ad reconciliationē [illegible] ſatiet. Infinitas æter
†6. Per legem. [illegible] næ pacis, & ſi nō poteſt intelli
[illegible] gi, & quomõ filius eius pax con
[illegible] ad [illegible] 24. tieneat, & quomodo Deus pax
q. 1 cap. ſeuere iudicat, & quãta & qua
§ recta. De renan. c. verum lis ſit pax totius trinitatis, vbi
vna virtus, vna operatio, tamē
quod eſt, & quod tanta & talis
eſt, quãta prædicatur fide capi
mus. Ad gradum pacis qui pur
garus eſt, intendit & dirigitur.
Lib. de beatitudinib; * Gregorius Nyſſen. Pacifici
vocantur imitatores humani-
tatis diuinæ, qui id quod pro-
prium eſt diuinæ bonitatis, in
ſua vita oſtendũt, eiicere odiũ,
finire bellum, abolere inuidiã,
exterminare pugnam, tollere
ſimulationem. Sed proprie pa
cificus appellat̃, qui eam quæ
intra ipſum eſt, ſeditionem car
nis & ſpiritus, ad pacificam cō
cordiam adducit.

B a *Beati qui perſequutionem.* In
prædictis ſeptem eſt perfectio
†Mar. 9. g. nis oſtenſio & probatio. Qui
Luc. 14. g. 93. diſt. c. ſacerdotes prædicta habēt pati poſſunt perſequutionem, & recte tenet
prædicta quæ accepit qui pro eis paratus eſt mori.

Qui vſque ad ſapientiam per prędicta cōſcendũt perfecti & roborati, nō cedũt perſequutioni, quia nec mors nec vita pōt ſeparare a Chriſto. Quorũ mētes præmiſſarũ beatitudinũ illuſtrãt exercitia, earũ mũditia cor ad Deũ gubernat, vt
Rom. 8. g. reformet̃ imago pro peccato deleta. Octaua ſentētia quę ad caput redit perfectũque hominē declarat, & ſignificat circũciſionē octaua die, & reſurrectionē domini poſt ſabbatũ, qui eſt octauus & primus dies. & octauas quas in nouo Teſtamēto celebramus, & numerũ Pentecoſtes. Nã in ſeptenario numero, ſepties multiplicato, quo fiunt 49. quaſi octauus addit̃ vn⁹ vt 50 cōpleant̃, & tãquã redeat̃ ad caput, quo die miſſus eſt ſpiritusſanctus, quo in regnũ cęlorũ ducimur, & hęreditatē accipimus, cōſolamur, & paſcimur, & miſericordiã cōſeqmur, & mũdamur & pacificamur, & ita pſequutiones exterius illatas & moleſtias p veritate & iuſtitia ſuſtinem⁹. Octaua verę circũciſionis beatitudo martyrio terminat̃, quę pbatũ reddit, & ſupplet̃ pręcedētib. donis. Octaua promiſſio nō eſt alia quã prima, verbis iterata. Myſticũ eſt in numero qđ
Myſtice. iterat̃ in promiſſione inf. 7 prius ſonat, & poſtea cōnumerat̃ extra, vt gloria reſurrectionis his octo gradib. cōſecret̃. Octaua eſt dies reſurrectionis, quę & prima in qua & lux creata,

Generaliter omniũ dicitur regnũ cęlorũ, & ſi ſpecialitas numeret̃ meritorũ, quia licet illius iure poſſit dici q̃ nouiſſimus erit, tamen vniuerſorũ dignitas omnibus cōmunis erit, dũ per charitatē quod in aliis eſt, etiam vltimus poſſidebit:

Beatus quis dicitur. Beatus dicitur qui nihil mali vult, & omnia habet quæ vult, Et ideo omnis ibi beatus, quia non vult amplius, cum nihil iniuſte vult.

C b *Beati eſtis cum maledixerint.* Hucuſq; generaliter ſentētias poſuit

a †Beati qui perſequutionem patiuntur pro- 1
a Non propter ſcelera, vbi non eſt fides, nec eſt iuſtitia, quia iuſtus ex fide viuit.
pter iuſtitiam, quoniam ipſorũ eſt regnum
a Ex odio in faciem contumelias dixerint.
b cœlorũ. † Beati eſtis cum maledixerint vo-
a Perſequi eſt Vim inferre, vel inſidiis appetere.
c bis homines, & perſequuti vos fuerint, & di
a Cum abſentium famam læſerint. b Omnia genera verborum malignantium.
xerint omne malum * aduerſum vos men-
a Qui mendaciter blaſphematur, & propter Deum beatus eſt, ſed ſi alterum deeſt, non merces eſt beatitudinis. b Et quia pro iuſtitia ergo. Mente. c Corpore.
d tientes, propter me · Gaudete & exultate,
a Hoc eſt quod ſupra regnum cælorum. b Quia tanto merces uberior, quanto gaudio & exultatione in tribulatione fides erit deuotior. c Superioribus partibus mundi.
e quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis.
f a Ideſt maledictis, perſequutione. nec tamen a ueritate defecerunt. b Quorum exempla, nos inuitant Quorum prophetias in me completas eſſe uidetis. Cur ergo non poteſtis quod illi ſine exemplo?
Sic enim perſequuti ſunt prophetas qui
g a Dat cauſam quare non debent deficere. b Secundum intellectum, & ſcientiam.
h fuerunt ante vos. † Vos eſtis ſal terræ, 2

poſuit quaſi ad abſentes, cũ & ad pſentes pertineret, nũc ad D
eos verba conuertit (quãuis & hoc aliis cōueniat) prædicens
quãta pro nomine eius eſſent paſſuri, pro dignitatē gradus
eorũ eis intimare volebat dicēs: *Vos eſtis ſal terrę, vos eſtis lux mundi.* vt ex triſtibus humilitatē, ex lætis acciperent cōſolationem.

Sicut Moyſes decem præcepta proponēs, poſtea p partes explicat, ſic Chriſtus quaſi virtutũ genera octo beatitudines proponit, ex quib. pendēt omnia quæ in monte dixit dñs. Sed quia obſcure plura paucis verbis cōcluſerat, exponit latius. vñ de octaua beatitudine latius proſequitur partes perſequutionum. ſpecialiter apoſtolos & eorum ſequaces pro iuſtitia paſſuros exprimens. *Verbum

c *Maledixerint.* Antiqua trãſlatio habet: Cum oderint vos hoĩes, & dixerint omne malũ, & expulerint. Idem tamē ſenſus in noſtra cũ maledicta ex odio cordis fiãt. Qui gloriã cęli optat, non timet opprobriũ in terra. quãtũ quiſq; de laude hominũ lætatur, tãtum de op- E
probrio triſtatur. Quē laus extollit, vituperatio deprimit, vbi quis quęrit laudari tantum apud Deum, nō timet confundi in conſpectu hominum.

d *Mentientes.* Hoc addit ne glorietur de quo vere mala dicuntur. Etiã addit *Propter me.* quia aliquando falſa dicũtur, quod accidit temeritate hominum, non tamē propter Chriſtum hoc patiuntur, quem non ſequuntur.

✠ Euthymius. Ne enim ſuſpiceris quod ſimpliciter verbis malis impeti ſit beatũ, idcirco addidit quæ plane diſtinctionem faciunt, videlicet, vt quæ dicuntur, mendacia ſint, & propter Chriſtum ea dicantur.

e *Quoniam merces copioſa eſt in cęlis.* Hæc ſentētia videtur ad hoc reſpicere quod dictũ eſt ibi, docebat eos dicēs. *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt, &c.* Nec nō & ad hoc. *Vos eſtis ſal terræ.* Et. *Vos eſtis lux mundi.*

f *In cęlis.* Non in volubilibus, cũ non in rebus volubilibus merces eterna eſſe debeat, ſed in ſpiritualib firmamētis vbi habitat ſempiterna iuſtitia. Iam ergo ſentiũt hãc mercedē qui ſpiritualibus bonis gaudent. Sed perficietur cum mortale hoc induet immortalitatem.

g *Sic enim perſequuti.* Temperat exemplo rigorem paſſionis. Tribus modis fit perſequutio, odio cordis, dictis, factis. Tribus modis fit pſequutio.

h *Vos eſtis ſal terrę.* Hic iam oſtēditur apoſtolicũ officium, ſcilicet q̃ ſunt ſal terrę, & lux mundi. Hoc ſpecialiter ad apoſtolos, qui prædictis virtutibus, paupertate. ſ. & aliis debent ornari, vt ſint ſal optimũ cōdientes alios doctrina, & vitę ſuę exemplo. Sal, ſalus a corruptione. vnde propheta: poſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extrema terræ.

Eſa. 42. a. Vbi corruptio culpę deſiccauit ſale ſapiētiæ, vermes non demoliuntur. *Vos eſtis ſal terræ.* quia terra. i. humana natura per eos conditur verbi ſapiētia. Sal facit ſterilē terrã. Vnde, ira victorũ deſtructas vrbes ſale ſeminabat, ne quod in eis F
germen

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Beati qui perſe. *Hic ponitur beatitudo perficiens hominem ad bene patiēdũ. Sicut.n. ad virtutē pertinet bene agere, ita & bene pati. In hoc autē bene ſe habet homo mõ cõmuni & humano, qñ pro tribulatione imminente nō recedit a virtute, licet hoc ſuſtineat cũ aliqua anguſtia & dolore, & hoc fit per fortitudinē quæ eſt virtus politica. Sed excellentius hoc fit per beatitudinē, quæ poteſt dici quædã fortitudo diuina, quãdo talia ſuſtinet nō ſolũ patienter ſed etiã lætanter, ſicut martyres quanto acerbioribus tormentis cruciabantur, tanto magis in domino lętabantur. Et hoc eſt quod dicit.* Beati qui perſequutionem patiuntur. *Et ſequitur* Gaudete & exultate, quoniam, &c.

2 Vos eſtis ſal terræ *Hic ponuntur virtutes prælatorum. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quod prælati ſunt ſucceſſores apoſtolorum, & ideo debent eſſe perfecti in vita contemplatiua & actiua, & ideo virtutes contemplatiuorum quæ ſunt prædictæ ſupponuntur eſſe in eis & ſimiliter illę quæ ſequuntur de actiuis, ſed hic exprimuntur aliqua ſpecialia quæ debent eſſe in eis præ cæteris. Et primo quantum ad eorum vitam. Secundo, quantum ad eorum doctrinam, ibi.* Nolite putare. *Circa primum aduertendum, quod prælati præ cæteris debent eſſe excellentes quantum ad quatuor. Primum eſt diſcretio in agendis, quia ſunt doctores & gubernatores aliorum, & hoc deſignatur cum dicitur.* Vos eſtis ſal terræ. *Sicut enim ſale condiuntur omnia cibaria, ita diſcretione prælatorum debent dirigi & ordinari omnia opera ſubditorum.*

Diuiſio. Ad quæ prælati d[illegible] alios e[illegible] lere.

Quod

## MORALITER.

1 *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* ſcilicet legalem quæ includit omnem virtutem.

Vox

2 *Vos eſtis ſal terræ.* Hęc verba dicunt̃ epiſcopis qui ſũt ſucceſſores apoſtolorũ. Sal enim in ſcriptura diſcretionē ſignificat, quæ debet in eis eſſe per excellentiã, propter quod di-

†cun-

germē oriretur. Ita apoſtoli deſtructo regno pctī, germē vi- A tiorū compeſcebāt. Sal cibos cōdit, carnes ſiccat: prędicatio vero a vermibus & a putredine vitiorum illęſam ſeruat ſuo creatori humanā naturam. Vt non eſt cibus ſapidus niſi ſale cōditus: ita ſermo nō eſt vtilis ſine documēto apoſtolicę doctrinæ. Vnde in Leuitico: *In omni ſacrificio ſal offer.* id eſt, in omni quod dicis vel facis, apoſtolicam ſapientiam habe. Ex aqua & igne ſal conficitur ita iſti ex aqua ſpirituſsācti & igne tribulationis. Vel, per aquā baptiſmi. & ignem Charitatis in ſaporem ſapientiæ ſunt nati.

[Marg.: Leu.2.d. · Mar.9.g. · Ecca. non · 36 & 3.9.]

a *Quod ſi ſal.* id eſt, ſi vos per quos alij condiendi ſunt, aduerſis vel proſperis ceſſeritis: per quos a vobis error auferetur, cum vos Deus tollere alijs elegerit? Ad nihilū valet: quia (vt alius euangeliſta ait) nec terræ vtilis eſt quā ſuo iniectu germinare prohibet nec ſterquilinio quod non fęcūdare ſinit. Sic qui retro vadit, nec ipſe fructū fert, nec alios valet excolere: ſed ab eccleſia eijcitur, & in hæc verba ridetur. Hic homo cępit ędificare, & non potuit conſummare. *Si ſal euanuerit.* ideſt, ſi timore vel cupi- B dine doctor ſaporem ſapiētiæ omiſerit, per quē fatuitas eius emēdabitur? Hoc ſolis apoſtolis conuenit. Quod ſequitur, omnibus magiſtris. *Ad nihilum valet vltra, &c.* In fine de omnibus concludit ſic. *Niſi abundauerit iuſti. &c.*

[Marg.: Mar.4.c. · Luc.14.g. · Et lucet. · .q.2.c. · Luc.14.g. · Luc.14.f.]

a Aliorum fortitudo. b Ideſt, ſi doctor errauerit. ¶ In tribulatione defecerit. c Ideſt, per quos infirmus populus confirmabitur?

a † Quod ſi ſal † euanuerit, in quo ſalietur? 1

a Sal infatuatum, ideſt, tribulationi cedentes.

Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur fo- 2 3

a Ab officio docendi, vel eccleſia. b ¶ Dum vita eius contemnitur, quæ ad nihilum ualet. c Irrideatur ab hominibus carnalibus. d Percipientes in Chriſto lucem veritatis.

b ras, & conculcetur ab hominibus. † Vos eſtis 4

c a Per quos omnes illuminantur a tenebris ignorantiæ. b Nomine mundi uel uniuerſi qui ſunt de mundo electi accipiuntur. c Q.d. aſpicite quo poſiti eſtis. d Soliditas apoſtolicæ doctrinæ. e Celari. ¶ Non licet clam eſſe bonos.

d lux mundi. † Non poteſt ciuitas abſcondi 5

e ¶ Chriſtum uel eccleſiam. a Ipſe mons manifeſtat eam. b Alia ſimilitudo.

f ſupra montem poſita, neque accendunt lu- †

a Timoris uel commodo uitæ præſentis.

cernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſu-

a Ideſt, uitæ integritatem.

g per candelabrum: † vt luceat omnibus qui

a Eccleſia uel mundo. ¶ Vt dico, non ſub modio poſita ſed ſuper candelabrum. b Vere docet, qui facit quod docet, aliter condemnat ſeipſum.

h in domo ſunt. † Sic luceat lux veſtra coram 6

i hominibus, vt videant opera veſtra bona,

a In vobis. b Non uo. c Cuius opus eſt quod cæli ſacenni. d Qui uos facit cæleſtes.

& glorificent patrem veſtrum, qui in cælis

k eſt. Nolite putare, quoniam veni ſoluere 7

ſpecialiter apoſtolis deputātur. vt eos cætera aſſequutos ple- D ne cognoſcatur. Vnde ſequitur.

e *Non poteſt ciuitas.* quia apoſtoli fundamēta ſunt apte ciuitas dicūtur. *Supra montem.* locus mōtē iuſtitię innuit, qui excelſus eſt, quo propalamini ne vos abſcondatis. Non eſt.n. facultas ſubterfugiēdi vel clam aliquid faciendi. ideo ſubditos miſericorditer intus conſilio regite, & extra cōtra aduerſarios pro iuſtitia pugnando defendite: quod pertinet ad ſpiritum cōſilij & fortitudinis.

[Marg.: † Infatuatus vel inſipidus fuerit.]

✣ Ruper. Non patitur ordo vel ratio iudicij ſeu cōſilij diuini, vt abſcōdatur & incognita ſit, quę ad hoc ędificata eſt, & ad hoc mille clypei pendēt ex ea omnis armatura fortiū, vt omnes q inter aduerſarios periclitantur, qui inter Iudęos paganos atque hæreticos pro fide agonizantur, recurrere ſciant ad ciuitatem hanc (eccleſiā) vt in ea cōmuni, de ea ſumptis ſentētijs armari, vt habeāt vnde animā, pro qua illis res eſt, defendere poſſint.

[Marg.: †24.q.1.c.quoniam.]

f *Neque accendunt lucernam.* Domeſticis exēplis docet, ne E celent lucem verbi ſibi commiſſam. Non accēdunt, ideſt, non ideo data eſt doctrina prędicationis, vt celent eam & ſubijciāt ſeruituti corporis, dū aliqua timēt. Sed corpus ſuum miniſterio Dei ſubijciant, ut per vocē, &c. corporis officia lux excellentior ceteris appareat. Vñ dicitur *Caſtigo corpus meum, &c.* Vel Chriſtus lucernā accendit, dum teſtam humane naturæ flamma ſuæ diuinitatis impleuit: quam nec credentibus abſcondit, nec modio.i. menſura legis, vel terminis unius gentis incluſit. Sed ſuper candelabrum. i. eccleſiam fidem ſuæ incarnationis affixit, vbi omnes poſſint intueri, qui in domo.i. eccleſia ſunt, uel mundo. Vnde ſubdit, *Sic luceat, &c.*

[Marg.: 1.Cor.9.d.]

b *Et conculcetur ab hominibus.* Sanctus & verus miniſter Chriſti & ſi a malis ridetur, conculcari non poteſt, quia mēte fixus in cęlo manet.

c *Vos eſtis lux mundi.* Prius ſal quam lux: quia prius vita quam doctrina. vita ducit ad ſcientiam veritatis. Qui Deum timet, ſcientia non caret.

* Greg. Omnes supernæ patriæ electi, ſancti quidem & iuſti ſunt, ſed participatione ſapientiæ nō comparatione. Quid enim ſunt homines Deo comparati? Lumen autem ſapientia. Lumē & ſerui ſapiētiæ vocari ſolēt, ſed illa lumē illuminans iſte lumē illuminatū, ſicut ſcriptū eſt, *Erat lux vera, &c.*

[Marg.: Li.18.moral.cap.32. · Ioan.1.]

d *Lux mundi.* Alia cauſa eſt quare nō debent deficere: quia illuminati a Chriſto verbo & exemplo: quocunque illati mūdanis lucē fidei & ſcientiæ debent miniſtrare. Et ſicut (quia ſunt ſal) debent corruptionem pellere: ſic & tenebras (quia lux ſunt) fugare.

Lux tenebras ſoluit & poſtea illuſtrat: ſic apoſtoli depulſis vitijs deducūt ad lumē fidei & cognitionis. *Lux mundi.* Hæc eſt eadē grā qua mūdi corde fiūt, quorū corda mūdant̄ fide & intellectu. Sic q, ſal vocant̄ pacificis cōgruit: quia ſine ſa- C pientia nō tenet̄ condimentū pacis. hæc ſumma & pręcipua ſpe-

g *Candelabrum.* Sicut lucerna Chriſtus, cādelabrum crux eſt, ſuper quam erat leuandus. Candelabrum eccleſia, quæ uerbum uitæ præſentis baiulat.

h *Sic luceat.* Et hæc omnia ita agite, ut non finem boni operis in laudibus hominum conſtituatis.

i *Vt videant &c.* Opera requiro, ut uideantur, & ſic doctrina confirmetur, & hoc non ad gloriam ueſtram.

K *Nolite putare.* Poſtquā hortatus eſt oīa pati pro ueritate, & nō celare, & ad gloriā Dei facere, incipit docere qđ docturi ſint. Quaſi diceret: quid eſt qđ uetas abſcōdi, pro quo iubes oīa pati? an eſt aliquid contra legem? *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* uel faciendo q, dicit, uel ſupplendo, qđ deerat, & imperfectum erat. *Nolite putare.* Hactenus docuit, ut ſale condiant aīas ad incorruptionis ſanitatem, ut illuminent ad ueritatis intelligentiam: ut acquiſitos ab hoſtibus defendāt, F de-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quod ſi ſal. *i. ſi diſcretio in prælatis defecerit.*

2 In quo ſalietur. *q.d. in nullo opera ſubditorū condientur ſeu dirigentur. Ideo ſubditur.*

3 Ad nihil. *quia talis debet repelli a prælatione, ne officium prælatorum in conſpectum hominum reddatur vile. Secundum in quo debent præcellere prælati, eſt clara notitia in ſcripturis intelligendis. Et hoc eſt quod dicitur.*

4 Vos eſtis. *Sicut.n. lux eſt manifeſtatiua omnium occultorū, ſic prælati per intelligentiā ſacræ ſcripturæ debent ex officio notificare alijs omnia opera virtutū. in cuius ſignū portant mitram in capite, in qua duo ſunt cornua, quia debent ſcire duo teſtamenta. Tertium in quo debent præcellere eſt conſtantia in oppreſſoribus pauperum reprimendis vnde dicit Saluator Ioh.10.b.* Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. *mercenarius autē & qui non eſt paſtor, videt lupū venientē, & dimittit oues & fugit. Quod exponens Greg. dicit: Lupus.n. ſuper oues venit, cum quilibet iniuſtus & raptor fideles quoſque atq; humiles opprimit, ſed qui paſtor videbatur, & non erat, relinquit oues & fugit, quia dum ſibi ab eo periculum metuit, reſiſtere iniuſtitiæ nō præſumit fugitans non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium: & ideo paſtor bonus ciuitati in monte poſitæ comparatur, quia ad ipſum debent habere oppreſſi refugium, quaſi ad quoddam fortilitium. Et hoc eſt quod dicit Saluator.*

5 Non poteſt ciuitas. *quia bonus prælatus in perſecutione non debet ſe abſcondere, ſed ad defenſionem gregis ſe manifeſte oſtendere. Quartum in quo debet prælatus excellere eſt ſanctitatis euidentia in exemplis dandis, quia ſecundum quod dicitur in paſtorali. Tantum debet excellere actionem populi actio præſulis, quantum diſtat a grege vita paſtoris, & ideo comparatur hic lucernæ ſuper candelabrum, illuminanti totam domum. Sed intentio recta ſubditur.*

6 Sic luceat lux, &c. Et glorificēt patrum veſtrum. *quia non debent ad hoc gloriam propriam quærere, ſed gloriam Dei & ædificationem populi.*

7 Nolite putare. *Hic oſtendit eminentiam prælatorum quantum ad* * doctri-

## MORALITER.

† cūtur ſal in abſtracto, ſicut excellenter liberalis, liberalitas nominatur. Ipſorum autem diſcretione debēt opera ſubditorum ſic condiri, vt coram Deo ſapida reddantur.

4 *Vos eſtis lux.* Debent enim alios illuminare de credendis. Non

5 *Non poteſt ciuitas.* Dicitur.n. ciuitas in monte poſita, nam eſſe debet forte refugium iniuſte oppreſſis.

*Neque accendunt lucernam.* Debēt etiam eſſe lucerna ſuper cādelabrum poſita, vt alijs luceant per ſanctæ vitæ exempla

7 *Nolite putare quoniam veni.* Hic informant̄ doctores, vt non

A defenſos ad amorem diuinitatis accendant: Nūc vt cœleſtis orator (quia poterāt æſtimare q́ uetera pręcepta vellet abolere) ante interrogata præſens occurrit, dicens. *Nolite putare*. Soluit qui ſpiritualiter facere vetat. Adimplet Chriſtus dum præmiſſis ad inclinationem vitę agendæ ſuperaddit plura ad perfectionē moraliū præceptorū: & quæ figuris tegebantur & futura ſignificabant, in ſe perficit & in eccleſia, ſine quo figurę eſſent vacuę & ſine effectu, quaſi dicat, ideo non deberis percunctari de veteribus pręceptis, & mirari de nouis, nec paſſionibus terreri.

† De cōſ.diſt. 4.ca. propria. § ſi quis in ſi. ¶Luc.16.d.

Chriſtus legē impleuit, quia exterioris legis figuras ſoluens: impleuit veritatem interiorem.

※ Euthymius. Compleuit omnia quæ de ipſo apud prophetas erant. Nam ob id frequēter addiderunt Euangeliſtę, vt compl. retur quod dictum eſt per prophetam. Legem aūt compleuit, quia nihil eorum quæ iubet, tranſgreſſus eſt. B D

a Chriſtus eſt legis & prophetarum virtus per quem omnia implētur.

legem aut prophetas. † Non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico

a Implet qui figuras ceſſare docet, poſtquam res facta eſt. ¶Impleatur ne?

a Antequam. b Quia non omnia iam ſed ſenſim fient. c Ideſt, donec elementa mutentur de hac mirabili forma in immutabilitatem. d Non remanebit quin impleatur in capite, vel in corpore.

a vobis, donec tranſeat cęlum & terra, iota vnum, aut apex vnus, nō pręteribit a lege, I

a *Iota*. Hic oſtenditur, quod quæ minima putantur in lege, ſacramentis ſpiritualibus plena ſunt, & omnia recapitulātur in Euangelio. Iota, minor eſt cęteris literis. Apex eſt literæ aliqua minima particula, ſignificat minimum pręceptū, vel minimā præcepti particulam. Apte autem ponit iota Græcum; non ioth Hebræum, quia iota decem ſignificat, id eſt, decalogum, cuius apex eſt Euangelij perfectio.

Iota apud Grecos decima litera, decē ſignificat: per quam decem præcepta agendæ vitæ accipimus: quorū Chriſtus nullum ſoluit, ſed præcepit plenius adimpleri, nec apicem, id eſt, nec minima ſignificantium. E

*Omnia*

## NICOLAVS DE LYRA.

* *doctrinā. Et primo ponit modum docendi ipſi Chriſto proprium. Secundo oſtendit qualiter debet ei conformari doctrina prælatorum, ibi.* Qui ergo ſoluerit. *Circa primum aduertendum, quod Chriſtus non ſolummodo erat doctor legis & Euangelij, ſed etiam inſtitutor. Aliter tamen quia vetus teſtamentum dedit mediantibus angelis, nouum autem per ſeipſum, vt ſupra in prologo viſum eſt. ergo per ſuam doctrinā non debuit legem deſtruere. ſed magis eam perficere, & adimplere. Et hoc eſt quod dicit.* Nolite putare quoniam, &c.

I Iota vnum aut apex. *i. modicum non tranſibit quod non impleatur, quia Iota eſt minima litera Græca.*

Argum. *Quæritur hic quomodo verum ſit quod Chriſtus legem impleuerit, & non ſoluerit. Videtur enim quod ipſe ſoluerit mandata moralia, quia præceptum de obſeruatione ſabbathi morale erat ſaltem quātum ad vacationem a corporalibus, ſed ipſe ſabbato curauit. Ioh. 5. Et ſanato præcepit tollere lectum ſuum in ſabbatho. ergo, &c. Item videtur quod iudicialia non impleuerit, quia mulierem deprehenſam in adulterio quæ in lege præcipiebatur lapidari, impunitam abire permiſit, vt habetur Ioh. 8. Item cerimonialia de abſtinentia ciborū in lege* C *probibitorum non ſeruauit, quia dicitur infr. 15. b.* Quod intrat in os non coinquinat, &c. *Ipſe autem fecit, quæ alijs facienda dixit: ergo talibus vſus fuit, ergo, &c. Contra, per illud quod hic dicitur, Nō veni ſoluere legem ſed adimplere.*

Probatio q́d Chriſtus legē nō ſoluit, ſed impleuit. *Dicendum, quod Chriſtus legem & prophetias adimpleuit. Et primo declaro de lege. Secundo de prophetis. In lege autem quædam erant per modum præcepti, & quædam per modum promiſſi obſeruantibus legem, & vtraque adimpleuit. De præceptis patet ſic.* Pręceptorum triplex differentia. *Præcepta enim erant in triplici differentia. Quædam erant moralia, ſcilicet præcepta decalogi. Et alia moralia in lege poſita quæ faciebant ad eorum declarationem, & iſta impleuit Chriſtus ea obſeruando perfecte, & ad obſeruationem eorum alios incitando infra. 19. c.* ſi vis ad uitam ingredi, ſerua mādata. *Secundo, ea impleuit, ſanum intellectum eorum declarando & errorem Phariſæorum circa hoc excludendo, vt patebit infra in præſenti capitulo. Tertio, adimpleuit ea, conſilia apponendo, quæ faciunt ad perfectiorem mandatorum obſeruantiam. Perfectius enim obſeruat mandatum hoc.* Non occides. *ille qui cauet ab ira inordinata, quam ille qui cauet tantum ab interfectione.* Præcepta iudicialia; *Alia erant præcepta legis iudicialia, & impleuit rigorem eorum per viam miſericordiæ temperando, in aliquibus per ſeipſum, & alijs dimiſit temperamentum, ſuis miniſtris ſcilicet eccleſiæ prælatis & principibus terrenis catholicis, vt de talibus ordinent ſecundum quod viderint vtile communitati fidelium ſecundum varietatem temporum & locorum, & perſonarū, & iſtud non fuit deſtruere legem, ſed magis adimplere; quia ſic ordinauit meliorem modum obſeruationis iuſtitiæ. Sicut non deſtruitur puer quando ſit vir, licet enim tranſeat pueritia, tamen remanet melior ſtatus eiuſdem perſonæ ætate mutata. Lex autem vetus habuit quaſi ſtatum pueri reſpectu nouæ legis, propter hoc dicitur ad Gal. 3.* Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, *id eſt, regulatiua ſtatus pueriliſ. propter hoc erat lex timoris, ſicut pueri ſub diſciplina & timore cuſtodiuntur. lex autem euangelica eſt lex amoris, & ideo non debet eſſe tantus rigor pœnarum, quia proprium hominum perfectorum eſt magis deduci ad virtutem amore iuſtitiæ quam timore pœnæ. Tertia præcepta erant cerimonialia. Et iſta diuidebantur in tria:* Præcepta ceremonialia. *quia quædam pertinebant ad ſacramenta, ſicut circunciſio quantum ad omnes homines, vnctio quantum ad reges & pontifices. Chriſtus autem non aſſumpſit ſtatum ſacerdotis legalis vel terreni regis, immo dixit coram Pilato regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioh. 18. f. Et ideo non habuit iſtam vnctionem corporalem regum vel pontificum. ſed vnctionem ſpiritualem a Deo patre habuit plenitudinem gratiæ, ſecundum quod ſcribitur in Pſalm.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, &c. Pſal 44 *Circunciſionem autem ipſe adimpleuit primo in ſeipſo incipiendo. Secundo melius & efficacius & generalius inſtituendo ſacramentum loco ipſius. ſ. baptiſmum in quo confertur maior gratia & eſt remedium tam viris quam mulieribus. Quædam etiam cerimonialia pertinebant ad ſacrificia, ſicut immolatio agni paſchalis, iuge ſacrificium, & conſimilia. Iſta autem erant figuratiua vnius perfecti ſacrificij ſcilicet Chriſti in cruce offerendi. Et ideo iſta impleuit Chriſtus vno modo corporaliter patiendo, alio modo efficacius ſacrificium ſcilicet eucharistiam inſtituendo. Quædam autem cęrimonialia pertinebant ad ſacra, & de talibus erant præcepta prohibentia vſum aliquorum ciborum & conſimilia, & iſta adimpleuit Chriſtus, quia dicit Petrus Act. 11. b.* Immundum & commune nunquam introiuit in os meum. *& multo fortius Chriſtus hoc ſeruauit, & ſic iſta* F *præcepta adimpleuit ea obſeruando & obſeruationem meliorē declarando, per talem enim abſtinentiam a corporalibus cibis ſignificabatur abſtinentia a ſpiritualibus immunditiis. Hanc autem munditiam inſtituit Chriſtus in lege euangelica quæ eſt mundiſſima, & per conſequēs debuit ceſſare figuralis abſtinentię, propter quod dicitur Actuum 10. ca.* Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. *quia nullus cibus coinquinat homines qui cum gratiarū actione percipitur. Dimiſit tamen Deus in ordinatione eccleſiæ de aliquibus abſtinentijs faciendis pro loco & tempore. Patet ergo ex prædictis qualiter Chriſtus legem adimpleuit quantum ad omnia genera præceptorum. Secundo impleuit legem quantum ad promiſſa, promittens tamen obſeruantibus meliora, lex enim Moſaica promittebat ſolum bona temporalia & tranſitoria ſcilicet abundantiam & excellentiam temporalem, vt patet Deut. 26. d.* Cuſtodias omnia præcepta eius. & faciet te excellentiorem cunctis gentibus. *ſed Chriſtus obſeruantibus Dei mandata promiſit bona ſpiritualia & æterna ſcilicet gratiam in præſenti, quæ præcellit omnibus bonis temporalibus, & etiam gloriam in futuro infra 19. d.* Omnis qui reliquerit, &c. *centuplum accipiet ſcilicet in præſenti, quia bona ſpiritualia quæ hic recipiuntur in tantū excellunt bona temporalia, ac ſi centenarius numerus paruo numero comparetur & vitam æternam poſſidebit ſcilicet in futura. Patet igitur, quod Chriſtus adimpleuit legem quantum ad præcepta & promiſſa. Similiter adimpleuit prophetias, quia principaliter loquuti ſunt de Chriſto, & de aduentu eius, & de his quæ pertinent ad ipſum, & ideo adimpleuit prophetias naſcendo, conuerſando in mundo & moriendo, & reſurgendo, & alia opera noſtræ ſalutis faciendo, propter quod imminente ſua paſſione dixit Luc. 24 f.* Oportet impleri ea quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſalmis de. *Patet ergo ex prædictis, quod Chriſtus impleuit legem & prophetas.*

Solutio. *Ad primum dicendum, quod Chriſtus curando infirmum ſabbato non fecit contra legem, quia licitum erat facere in die ſabbati ea quæ ad gloriam Dei pertinebant, ſicut ornare templum, & ſacrificia offerre, & laudes diuinas dicere & huiuſmodi, & multo fortius ſanare hominem miraculoſe ad oſtenſionem diuinæ virtutis erat licitum, & eadem ratione quod ſanatus ſubito portaret lectum ſuum in die ſabbati faciebat ad magnificationem miraculi. Per hoc enim oſtendebatur, quod diuina virtute erat ſic ſubito perfecte ſanatus, quod erat ad priſtina opera plenarie reſtitutus. Ad alia duo patet ex prædictis in corpore quæſtionis.*

Om-

Quin. a Quia omnia fient,ergo. b Vel non agendo . vel non credendo ut Phariſæi.

a donec omnia fiant . † Qui ergo ſoluerit 1

Minima ſunt quæ inchoant homines. i ſicut ſoluit:

b vnum de mandatis iſtis minimis , & do 2

a Deſpectiſſimus eſt in eccleſia ſanctorum. b Ab illis qui ſunt in regno cœlorum.

c cuerit ſic homines,minimus vocabitur 3

d in regno cęlorũ, qui autem fecerit & do- 4

Sic. a Licet in præſenti abiectus,e contra licet ille hic prælatus, tamen uilis.

cuerit,hic magnus vocabit̃ in regno cœ

a Quomodo ergo faciendum. b Quod fit ſpiritu conſilii,& gratia miſericordiæ Dei 5

e lorum.Dico † autẽ vobis,quia niſi abun

f a Quæ eſt in præceptis vitæ inchoatiuis.& myſticis iuxta literam.

g dauerit iuſtitia veſtra plus quã Scribarũ & Phariſęorum,non intrabitis in regnũ

h cœlorũ.† Audiſtis quia dictum eſt anti- 6

quis.Non occides. Qui autem occiderit

a Vt iudicio puniatur legis. Accuſatione legis. b Plus impono non iraſci.

i † reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis· 7

A a *Omnia fiant*.Spiritualiter impleantur,vel imperfecta perficiantur,& ſignificantia,impletione conſumentur.

b *Qui ergo ſoluerit*.Minima ſunt crux Chriſti & paſſio , quã qui erubeſcit,minimus eſt,qui confitetur,magnus.Vel Phariſæos notat, qui mandata Dei demiſerunt pro ſuis traditionibus,quæ nihil valent dum vel minimum quod in lege eſt,prætereunt.

Moraliter . autem ſoluit, qui non implet , ſed tenet ſicut infirmis data ſunt. Vel qui non intelligit ſpiritualiter. Soluere,non eſt agere , quod recte intelligit , vel non intelligere quod non deprauat , aut minuere integritatem ſuperadditionis Chriſti.

c *Minimus vocabitur , &c.* In regno cælorum minimus uocabitur qui erit in eo indignus , in quo nullus minimus ſed omnes magni.

B ⁂ AVGVSTINVS. Quid eſt ſoluitur ? Quid eſt docetur? Soluitur factis, & docetur quaſi verbis. *Qui prædicas non furandum furaris*. Soluit ergo in facto, qui furatur, & quia ſic docet , minimus vocabitur in regno cœlorum,id eſt,in eccleſia huius temporis.

d *Qui autem fecerit*.Qui non ſoluerit,& ſic docet,non minimus,non tamen magnus,ſed facit quod docet.Soli enim factores,legis iuſti ſunt apud Deum.

e *Dico autem vobis*.Cum ait,dico, magnam uim & profundam intelligentiam cogitandi incuſſit, oſtendit quomodo ſuperaddit.Et non quę prius mandauerat,abſoluit.Plus etiã eſt diligere inimicos quam non odiſſe, non cupere , quam non adulterari,non iraſci,quam non occidere.

f *Niſi*.ideſt, non ſolum minima legis pręcepta impleueritis,ſed & ea quę addo,quia dum fiunt addita ad perfectionẽ etiam hæc plenius aguntur quæ præmiſſa ſunt ad inchoationem,quia qui non videt mulierem ad concupiſcendum eã, nec fornicatur , nec occidit qui non iraſcitur.

Auguſtinus.Iuſtitia Phariſæorum eſt,vt nõ occidant,iuſtitia eorum qui intraturi ſunt in regnum cęlorum, vt non iraſcãtur ſine cauſa.Minimum ergo eſt non occidere , & qui illud ſoluerit,minimus vocabitur in regno cœlorũ Qui autẽ illud impleuerit vt nõ occidat,nõ cõtinuo magnus erit,& idoneꝰ regno

regno cęlorum,ſed tamen aſcendit aliquem gradum,perficietur autem ſi nec iraſcatur ſine cauſa. D

Lib.20 de ciuit.ca.9.

⁎ Idem. Abundat iuſtitia noſtra ſuper iuſtitiam eorum, qui ſoluunt quod docent,vt vos non ſoluatis,ſed faciatis potius quod docetis.

* Rupertus. In quatuor virtutes totum hunc ſermonem diſtinguere libet , ſecundum quatuor virtutes principales , quas Ethnici quidem vocare potuerunt,ſed non ſecundũ cœleſtem ipſarum dignitatem cognoſcere meruerunt,iuſtitiam, temperantiam, fortitudinẽ & prudentiam. Vbi enim dicitur , *Eſtote perfecti ſicut, &c.* iuſtitiam commẽdat. Vbi prohibet ne ad oſtẽtationem opera noſtra fiant,vel a ventris aut corporis ſollicitudine temperantiam notat . Cum E vero nos admonet,ne mittamus margaritas ante porcos,& intremus per anguſtam portam, perſeuerantiam fortem. In ſequentibus vero vt caueamus a falſis prophetis,& ne de tribulis ficus colligamus , prudentiam commẽdat. His autem omnibus uirtutibus phariſæos , & ſcribas uacuos eſſe oſtẽdit,vt uere iuſtitię quæ in ſpiritu eſt,aduerſarios, hypocriſi vero,& iactantia intemperantes,& in ſenſu,& vera legis interpretatione inconſtantes , vt qui margaritas ſcripturæ,porcinis affectionibus metiantur,ſed & ipſimet ex ouibus ſe lupos faciunt & hominum prudentiam eludere conantur,cum deſtruant mandata Dei propter traditiones ſuas.

g *Iuſtitia*.Iuſtitiã Phariſęorũ vocat omnia illa ad cultũ Dei actualiter p̃cepta,ſeu figurarũ myſtica tñ ad lr̃am inſtituta.

Iuſtitia illorum, mandata Moyſi,impletio illorum, iuſtitia Chriſti.Illa a pęna liberant,iſta ſaluant.

Quidã in hac expoſitiõe laborãt, volentes notare ſupabũdatiã eſſe in nouo quę nõ obſeruaretur in vete.Teſtam.cũ & in illo mali actus & mala concupiſcẽtia prohiberent.Sed nõ ſecundum hoc hic agitur,immo in hoc abundantia maior q̃ ſcribarum,& Phariſæorum oſtenditur,quia illi ſecundũ opa magis iuſti appellari,quam ſecundũ voluntatem affectabãt.

h *Audiſtis*.Exponit quę eſt iuſtitia Phariſęorum quam qui adimplet non ſtatim magnus , ſed aliquẽ gradum cõſcẽdit.

i *Ego autem*.Perfectionem quã venit implere incipit explanare,

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui ergo ſoluerit,&c.*Hic conſequenter oſtendit qualis debeat eſſe doctrina prælatorum per conformitatem ad Chriſtum , & ponit quandam diuiſionem trimembrem doctorum. Quidam enim ſunt qui male viuunt , & male docent,ſicut hæretici.Et de iſtis dicitur* . Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis.*male ſcilicet viuendo.*

2 Et docuerit ſic homines.*alios ſimiliter per falſam doctrinam corrumpendo.*

3 Minimus vocabitur in regno cęlorum.*id eſt,in eccleſia militante,quia decidit a vera fide:alii ſunt qui bene viuunt & bene docẽt, & tales doctores debent eſſe prælati eccleſiæ propter quod dicit.*

4 Qui autem fecerit,& docuerit,&c.*Alii ſunt doctores qui bene docent & male viuunt.de quibus dicitur infra 23.a.*Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ,& Phariſæi:quod dicũt facite opera autem eorum nolite facere.*dicunt enim & non faciunt.& quia hoc non ſufficit ad ſalutem,ideo dicit prælatis eccleſiæ .*

5 Niſi abundauerit iuſtitia.*q.d.ad ſalutem non ſufficit bona doctrina,niſi adſit bona vita.*

6 Audiſtis quia dictum eſt.*Superius deſcripſit virtutes contemplatiuorum,& prælatorum in quibus conſiſtit iuſtitia abundans , hic conſequenter deſcribit virtutes actiuorum in quibus conſiſtit iuſtitia ad ſalutem ſufficiens.Ad cuius euidentiam conſiderandum,quod ad conſequutionem ſalutis ſufficit obſeruatio mandatorum decalogi , vt dicit. Saluator infra.19.c.Si vis ad vitam ingredi,ſerua mandata . & ideo Saluator noua præcepta moralia non dedit , ſed præcepta decalogi repleuit , & ad obſeruationem eorum homines induxit , verum intellectum eorum declarando , & errores Iudæorum circa hoc excludendo . Et ideo diuiditur in tres,partes, quia primo dat intellectum aliquorum præceptorum moralium . Secundo , aliquorum iudicialium , ibi , Audiſtis, quia.&c. Oculum pro oculo . Tertio . intellectum cuiuſdam præcepit in quo fundatur tota lex , videlicet de dilectione proximi, ibi . Audiſtis quia dictum eſt,&c. Diliges proximum tuum. Prima adhuc in duas,quia primo dat intellectum quorundam præceptorum ſecundæ tabulæ quo ordinat hominem ad proximum.Et ſecundo dat intellectum cuiuſdam præcepti primæ tabulæ ordinantis hominem ad Deum , quo prohibetur periurium,ibi,Iterum audiſtis,quia dictum eſt.Non periurabis . Prima in duas . quia primo dat intellectum cuiuſdam præcepti quo prohibetur nocumentum in perſona propria. Secundo præcepti quo prohibetur nocumentum in perſona coniuncta , ibi. Audiſtis quia dictum , &c. Non mœchaberis.Iterum prima in duas, quia primo declarat præceptum . Secundo infert duplex corollarium, ibi . Si offers,&c. Circa primum aduertendum quod Iudæi credebant per præcepta decalogi ſola opera exteriora prohiberi non motum animi.vnde,& Ioſephus.12. libro antiquitatum reprobat Polybium hiſtoriographum Perſarum dicentem , quod Antiochus Epiphanes mortuus fuerat in montibus miſere propter hoc quod voluerat ſpoliare templum Dianæ in Perſide dicens,quod voluntas mala non eſt peccatum,niſi exeat in effectum. Et eodem modo dicebant Iudæi de hoc præcepto .* Non occides qui autem occiderit.*quia per hoc prohibetur occidendi factum,& non occidendi propoſitum.Et hoc eſt quod dicit.* Audiſtis quia dictum eſt antiquis.*hoc eſt.ſic interpretabantur præceptum hoc.Sed hunc errorem excludit Saluator dicens.* F

7 Ego autem dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo *Vbi Saluator ponit triplicem gradum iræ . Primus eſt in corde . Et notatur cum dicitur .* Omnis qui iraſcitur . *Secundus eſt in ore per verbum contumelioſum , confuſum tamen : quod notatur cum dicitur.*Qui autem dixerit racha *Tertius gradus eſt,quando proceditur ad contumeliam determinatam.quod notatur cum dicitur .* Qui dixerit fatue . *Primus gradus eſt minoris culpę quam ſecundus , &*

nate, & quomodo iuſtitia eorum debeat ſuperabundare.
A Euthymius. Poſtquam corda eorum beatitudinibus præmolliuit, & ad virtutem excitauit, maiora deinceps ad ſit præcepta. Incipit autem in his affectibus qui naturaliores ſunt, ab ira & concupiſcentia.

dicentis, vt ipſi nonnunquam vel ſeruulis vel inferioribus quibuſque aliquid imperantes, diximus, vade tu. D

Libro 1. ſerm. de monte.

* Auguſtinus. Nonnulli de Græco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannoſum dici racha, quoniam dicitur Grece pannus. Probabilius eſt quod audiui a quodam Hæbreo, vocē eſſe nō ſignificantem aliquid, ſed indignantis animi motum exprimentem.

* THEOPHYLACTVS. Dictum eſt, &c. Hoc a certo quodam dictum eſſe nō dicit, Si enim dixiſſet, Audiſtis quia dictum eſt a patre meo, aut a meipſo qui filius Dei ſum, videri poſſet diuerſā a patre legē ponere. Si dixiſſet, dixi antiquis, ęgre acceptus fuiſſet ſermo. Indefinite ergo dixit, *dictum eſt antiquis*, per quod legis antiquitatem oſtendit.

† 11. diſt. c. finali.

† conſeſſui

a *Omnis qui iraſcitur*. Quia neſciebāt homicidium eſſe niſi peremptionem, aperit omnem motum animi ad nocendum, in homicidium computari. Mandatum Chriſti non eſt contrarium legi, ſed latius legem in ſe continet. Qui non iraſcitur, non occidit. Sed non B econtra, licentia iraſcendi cauſa homicidii. Tolle iram, & homicidium non ſit.

a Non fratri iraſcitur, quia peccato iraſcitur. b i. dignus accuſatione.

a quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo * reus

a Quod ſupra de homicidio. b Qui de motu prorumpit in uocem indignationis.

erit iudicio. † Qui autem dixerit fratri ſuo

a Interiectio indignationem exprimens. b Conſenſu iudicum de danda ſententia in eum.

racha, reus erit † concilio. † qui autem di- 1

a Qui vſque ad conuitia proceſſerit. b Aeque in Deum credenti quem Deus ſalem vocat

b xerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si er- 2

c a Quia non licet iraſci, ergo multo minus odio habere. b Boni operis ſacrificium. c In fide, vel ad Chriſtum ad quem niſi per fidem attingat, nemo digne offert.

gò offers munus tuum ad altare, & ibi re-

a Quem læſiſti.

cordatus fueris, quia frater tuus habet ali-

Coram Deo.

d quid aduerſum te, relinq; ibi munus tuum

a Quod nequit fieri, niſi ſpiritu unitatis fundatus & timens Deum. Quantum in te eſt emandando quod peccaſti.

e ante altare, & vade prius reconciliari fratri 4

a Intentionem reuocatis ad id quod cœperas. b Hoc ex ſpiritu lenitatis quo mitis fit. c Haſtenus de proximo, hic pacem iubet habere cum aduerſario.

f tuo, & tunc veniens offeres munus tuū. † Eſto

g 5

Libro 1. ſerm. de monte.

b *Fatue*. ✠ Hilarius. Piaculi magni periculum eſt, quem ſalem Deus nucupauerit, eum contumelię infatuati ſenſus laceſſere, & ſapientum intelligētiam ſalientem, ſtultę intelligentiæ exaſperari maledicto.

† De h... cū ex i...

3 c *Si ergo offers munus tuum*. Explanat ampliorum iuſtitiam oſtendendo, quod ſi non licet fratri iraſci, multo minus ī animo retinere quod in odiū quęrat conuerti. Si quidquā mali cōtra proximum in animo habemus Deo placite offerre nō poſſumus. *Si ergo offers*. ſecūdū literā hoc abſurdum eſt. Eſt ergo in interiori templo altare. E i. fides, cui quodlibet munus ideſt Pſalmus, hymnus, oratio & huiuſmodi, niſi ſit innixum

† Luc.

non eſt Deo placiturum. Et ibi ideſt, cum in corde (quod eſt templum interius) tale munus oblaturus es, ſi in mentē venerit quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, quem tu lęſiſti. Si enim ipſe te lęſit, non ipſe, ſed tu habes aduerſus eū, nec tūc oportet te veniā petere, ſed dare ſicut vis tibi dimitti.

Superadditio Chriſti non iraſci, non concupiſcere, a quibus difficile eſt abſtinere, & ideo magna ſunt in remuneratione. Ira eſt omnis malus motus ad nocendum. Subitus autem motus cui non conſentitur, propaſſio eſt. Accedente conſenſu, paſſio eſt & mors in domo. *Omnis qui iraſcitur*. Gradus ſunt in iſtis peccatis. Primo eſt iraſci, & hunc motum animo retinere, plus eſt ſi vocem cōmotio ipſa extorſit, qua feriatur ille cui iraſcitur: plus etiam, ſi certa vituperatione increpuit. Similiter gradus ſunt in pęnā, nam minus eſt iudicium, quando adhuc cum reo agitur, & eſt defenſioni locus. Plus eſt concilium quando iudices inter ſe conferunt quo ſupplicio damnent quem conſtat eſſe dānandum. Plus eſt etiam gehenna, vbi nulla ſententię dilatio. Et ita quod propriis & certis modis exprimi non potuit, quibuſdam ſimilitudinibus diſtinctum eſt. His enim tribus iudicio, concilio, gehenna diuerſæ manſiones in æterna damnatione pro modo peccati ſignanter exprimuntur. *Qui iraſcitur*. Addunt quidam ſine cauſa, ſicut & ad dicere racha, vel fatue, quia naturale eſt iraſci, ita tamen ne ſine cauſa fiat. Cui ſenſui videtur aptari. *Iraſcimini, & nolite peccare*. Sed omnis occaſio iræ tollitur, dum inimicos diligere iubemur. Qui non iraſcitur, non ſoluit legem, ſed implet, vt intus ſicut extra ſeruet innocentia. Ira proprie eſt commotio paſſionis. Ira, q̄ ex cauſa & nō ex paſſione eſt, iudiciū eſt nō commotio illicita.

Gradus in peccatis.

Gradus in pęna.

Pſal. 4. a.

Omnis occaſio iræ infirmis ſcilicet aufertur vel tollitur. Si enim cum cauſa, non fratri iraſcitur ſed vitio. Iuſta ira mater eſt diſciplinæ. Et ira quæ eſt cum cauſa, iudiciū eſt, nō ira.

Racha.

Racha. Vel racha verbū Hebræum, & interpretatur cenos, C ideſt, vacuus, quod dicimus ſine cerebro quod eſt magna cōtumelia. Qui ergo hęc dici t fratri qui ſpirituſancto plenus eſt, iuſturus eſt contumeliam ſpirituſſancti iudicio ſanctorū iudicium: Non enim modicus furor eſt quem Deus ſale ſapiētiæ condiuit infatuatum dicere, & ſalienti Deo derogare.

Homel. 16. operis imperf.

✠ Chryſoſtomus. Racha non grandis alicuius conuitii ſermo eſt, ſed magis de contemptu veniens, impatientiaque di-

Hom. 1... Matth.

* Chryſoſtomus. Audiant hi qui ſacris myſteriis initiati, cū inimicitiis ad communionem altaris accedunt, nimirum ſacroſancta Chriſti corporis & ſanguinis myſteria, non modo fidelibus communicantur, ſed & Deo ſummo offeruntur, vt ſimul ſint cęna & ſacrificium, vnde mēſa illa altare dicatur.

d *Relinque ibi*. Non ait refer, quia quod recte offertur immutari non licet. Sed relinque donec placabilius offeras, non enim munus repellit, ſed charitatem proximi quęrit, ſine qua nemo ad charitatem Dei peruenit. vnde, Prius charitatem proximo exoluat, qui munus ſuum Deo placere optat.

e *Vade*. Non pedibus, ſed animo humiliter ei proſternas in conſpectu illius cui oblaturus es. Vel petendo veniam ſi præſens eſt. * Auguſtinus. Si abſens ſit, ſaltem apud te ſtatuere oportet, quod ſtatim atque illius adeundi commoditas ſe obferet, cum illo reconciliaberis.

Libro 1. ſerm. de monte. Homel. operis imperfecti.

✠ Chryſoſtomus. Dic mihi quomodo reconciliabor? Qualis pceſſit offenſio, talis debet ſequi recōciliatio. Si cogitatu offendiſti, cogitatu recōciliare. Si verbis, verbis recōciliare. Omne em̄ peccatū, quomodo cōmittit, eo modo & pęnitet.

f *Offeres*. Hoc ex ſpiritu pietatis quo mitis fit. & diuinū verbū pie intelligit, intelligendo obedit, & ad implendū cor erigit.

g *Eſto conſentiens*. Sicut iam præcepit fratri reconciliari, & poſt iubet inimicos diligi, ita hic dum currimus in via huius ſeculi, ad pacem, & concordiam hortatur, ſicut dicitur, *ſi fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Et pro conſentiens ex Græco habetur benignus vel beneuolus cio. ne differas in craſtinū. *Dū eſt in via*, dū adhuc licet opari.

Rom. 12. F

Si fratrem læſiſti reconciliare ei. Si aduerſarius extiterit, eſto beneuolus, vt fiat amicus.

*Aduerſa-*

## NICOLAVS DE LYRA.

ſecundus quam tertius & ideo primo minor pęna determinatur, cum dicitur.

1 *Reus erit concilio*. Quia minus eſt quod iudices debeant congregari ad determinationem pęnæ alicuius, quam quod iam ſit adiudicatus. quod ponitur in ſecundo cum dicitur. *Reus erit iudicio*. Et hoc eſt minus quam quod aliquis ſit iam extremæ pęnæ determinatus, quod ponitur in tertio gradu. cum dicitur.

2 *Reus erit gehennæ*. Conſiderādum tamen, quod licet ira ſit peccatū, vt hic dicitur, non tamen peccatū oīs. Ira enim eſt appetitus vindictę. Vindicta autē ſi ſit iuſta, nō eſt peccatū eā appetere, ſed tantum ſi ſit iniuſta. Et hoc cōtigit quadrupliciter. Vel quādo appetitur pęna eius qui nō meruit vel plus q̄ meruit. Vel ſi appetatur ordine debito prętermiſſo. vel quia appetitur ꝑpter indebitū finē, vt quādo appetitur ſolū propter vindictā non ꝑpter iuſtitiā.

3 *Si ergo offers*. hic ex prædictis infert duplex corollarium. Primū reſpicit placationem diuinæ offenſæ Et ſecundum euaſionē pęnæ infligendæ, ſecundū ponitur ibi. Eſto cōſentiens, &c. circa primū aduertendū, quod munus Deo oblatū nō proficit ipſi offerenti, niſi ſit in charitate: charitatē autē nō habet, niſi proximo lęſo ab eo velit ſatisfacere. Et iō dicit, *Si offers munus, &c*. Sequitur.

4 *Vade prius, &c*. Et poteſt hoc intelligi dupliciter. vno modo pedibus corporis. & hoc debet fieri ſi cōmode poſſit haberi ipſius fratris offenſi pſentia. Si autē non poſſit ſufficit ire ad eū pedibus mētis quod fit quando habet propoſitū ſatisfaciendi loco & tēpore competenti. Et hoc modo vtitur eccleſia Romana, quæ reū confitentē abſoluit, & ſibi ſatisfactionem læſo fiendam imponit.

5 *Eſto conſentiens*. Hoc eſt ſecundū corollarium, quia ſi ille qui

## MORALITER.

1 *Si ergo offers munus tuum*. Chryſoſtomus, Plus enim diligit Deus fidelium concordiam, quam munera ſibi oblata.

5 *Eſto conſentiens, &c*. Moraliter aduerſarius peccatoris poteſt dici

A Aduerſarius eſt aliq̃s homo, vel diuinus ſermo. Eſto beneuolus & conſentiēs verbo Euangelij, qđ mandat multa cōtraria carni, cum quo in via, ideſt Chriſto, recte gradimur, dum ei obediendo ad vitam æternam pertingimus.

Aliter, Aduerſarius eſt Deus, vel magis ſermo diuinus q̃ contradicit peccare volētibus. Qui adhoc datus eſt, vt nobiſcum ſit in via cui oportet nos conſentire, ne oderimus, quod Deus nobis non parcit donec ſanemur.

✻ Auguſtinus. Sed neque beneuolentiam diabolo iubemur exhibere, vbi dum beneuolentia, ibi amicitia, neque quiſquam duxerit, amicitiam cum diabolo eſſe faciendam. Neque cōcordare cum illo expedit, cui ſemel renunciando bellū indiximus, & quo victo coronabitur.

* Athanaſius. Dicitur etiam conſcientia aduerſarius. Nam occulte nos in corde noſtro redarguit, coercet a malo, & ſi ſimus inobedienies, tādem nos ad Dei tribunal ſiſtit, vbi & pęnas dabimus enormium peccatorum, tum etiam lenium & minimorum.

a Nemo enim nouit quando de hac uita exeat.

† conſentiens aduerſario tuo cito[a], dum es 1
a in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius 2

¶ In tenebras exteriores.

b judici, & iudex tradat te miniſtro, & in car- 3
cerem mittaris. Amen dico tibi, non exies 4

a Id eſt, nunquam ſicut ibi dicit. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

c inde, do[a]nec reddas nouiſsimū quadrātem.

¶ A Moyſe.

d † Audiſtis quia dictum eſt antiquis. † non
Mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia 5

a Et anima eius titillata fuetit quod propaſſio dicitur, quę & ſi culpam habet non tamen crimen. b Concupiſcentia eſt mater adulterij.

e omnis † qui viderit mulierē ad cōcu[b]piſcen- 6
f dum eam, iam † mœchatus eſt eam in corde.

✻ Tertullianus. Si in diabolum transfertur aduerſarii mentio ex obſeruatione comitante, cum illo quoque moneris eā inire concordiam quæ deputetur ex fidei conuentione. Pactus es.n. renunciare ipſi, & pompæ & angelis eius. Cōuenit inter vos de iſto. Hęc erit amicitia obſeruatione ſponſionis, ne qđ eius poſtea reſumas, ex his quæ ei eieraſti, quæ illi reddidiſti, ne te vt fraudatorē, vt pacti tranſgreſsorē iudici Deo obijciat, & iudex te tradat angelo executionis, & ille te ī carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, niſi modico quoque delicto mora reſurrectionis expenſo.

a *In via cum eo.* Sermo diuinus, nobiſcū eſt in Chriſti via. Aduerſarius nobiſcū ī via ſermo. Sermo diuin⁹ nobis via eſt qua currimus. vñ. *Viam mandatorū tuorū concurri, cū dilaſti cor meum.*

b *Ne forte tradat.* Sic tēperauit, ut pęnitentiæ locū nō afferret, putaretur.n. quod ſi obiſſet aduerſarius & nō poſſet ei in via eſſe beneuolus, neceſſario iudici traderetur. Sed & locū pęnitentiæ reliquit, & impęnitentem iudici tradidit, dicens. Iudex tradat te miniſtro.

Tradat.i.cauſa ſit cur tradaris in manus Chriſti, cui pater omne iudicium dedit. Chriſtus miniſtro, ideſt, angelo qui colliget.

c *Nouiſſimum quadrantem.* i. minuta peccata, quia nihil erit impunitū. Vel per quadrātē nouiſſimū, ſignificātur terrena peccata, quia prima pars mūdi cęlū. Secūda aer. Tertia, aqua. Quarta, nouiſſima terra, ergo donec reddas nouiſſimū quadrantem, ideſt, donec luas peccata quæ de terra contraxiſti.

Primus quadrās eſt ignis quo charitas ſignificať. Secūdus, aer quo ſpirať, quo ſignificať vita. Tertius, aqua qua renaſcimur. Nouiſſimus, terra, per quam carnalis vita. Vnde. *Terra es & in terram ibis.* ideſt, exolues quod eſſe voluiſti.

Quadrans genus numi eſt qui habet duo minuta. Vñ alius euangeliſta dicit illam pauperculam miſiſſe in corbanam quadrantem. Alius duo minuta quod idem eſt.

✻ Tertullianus. Carcerem illum quod Euangelium demonſtrat, inferos intelligimus, & nouiſſimum quadrantem, modicum

C

D dicū quoq; delictū mora reſurrectionis illic luendū interpretamur. Nemo dubitabit animā aliquid penſare penes inferos, ſalua reſurrectionis plenitudine, per carnem quoque.

d *Audiſtis.* Adhuc qui dixit. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Addit: *Quantū debeat abundare iuſtitia apoſtolorū pluſquam Phariſæorum.* Minor iuſtitia eſt, non męchari corpore. Maior iuſtitia eſt non męchari & corde. Non ait, qui concupierit. *ſed qui viderit ad concupiſcendum eam.* ideſt, hoc fine & animo attēderit vt eā concupiſcat, quod iam nō eſt titillari, ſed plene conſentire libidini, vt ſi facultas ſit peragatur. Hic nomine męchantiū omnē carnalem delectationem accipe quādo anima relicta ſuperiori lege, turpi voluntate inferiorū proſtituta corrumpitur.

e *Viderit mulierem.* Beda. Magna ſuperadditio. Viſus ponitur pro omni motu qui eſt ad delectationem, non ſolum corporalis, ſed interior qui eſt in concupiſcētia, in qua aperiunť oculi q̃ pro pęna peccati primis parētib⁹ male aperti legūť. tūc itur in affectū cordis, nec deeſt volūtas, ſed occaſio pcťi. Sicut ergo bona volūtas cū deeſt copia agēdi remunerať, ſic de liberatio cū molimine vitiorum dānať, q̃a nō ſm qđ quiſq; potuit & nō licuit, ſed ſecūdū qđ uoluit & propoſuit ex conſcientia accuſatur uel defenditur.

✻ Chry. Dominus aduenire non eſt contentus, ut ſolummodo corpus a malis actibus, ſed ut prius animam quoque a malis cogitationibus auerteret. Quia enim ſpiritusſancti gratiam mente ſuſcipimus, merito ipſam purificat primam. Propterea non dixit, qui cōcupiuerit ad adulterandum, ſed qui uiderit ad concupiſcendum.

E

f *Ad concupiſcendum* Vt trāſeat in affectū cordis; ut facere diſponat, ubi nō deeſt uolūtas, ſed occaſio, qđ paſſio dicitur, quę eſt mors in domo. Propaſſio eſt animi ſubitus affectus uel iræ, uel amoris. Paſſio quædam animi forma vel deliberatio ex conſenſu. vnde dicitur aliquis iracundus vel amator.

Propaſſio eſt ſubitus motus ſine deliberatione boni vel mali opis. Paſſio eſt affectio deliberati animi ſi ſit locus pſiciēdi. *Quod ſi oculus.* Oculus pť accipi dilectus amicus cōſiliarius quaſi iter demonſtrās. Dexter q̃ diuinis. Qui vero in his quę ad corpus ptinent cōſulit, ſimiliter oculus. Scādalizat.i. ſi in hęreſim aliquā trahere vult. Similiter dextera manus dr̄ amicus, q̃ eſt amicus in diuinis. Siniſtra, quę in huius vitæ neceſſariis. Sicut viſus oculo, ita manui cōuenit actio Vel, ī oculo & in manū dextera poſsūt accipi fratres, uxor, filij, propinq̃, qui ſi ſunt impedimēto, debemus a nobis ſeparare, ne dū ipſos lucrari volumus, noſipſi pereamus. Vñ in Leuitico de magno ſacerdote dr̄. *Cuius anima cultui Dei mancipata eſt, ne ſuper patrem & matrem vel filias polluatur.* i nullius affectum ſciat niſi eius cuius cultui dedicatur.

Vel oculus, eſt mētis viſus, dexter dignior exteriori, q̃ purgādus eſt ne ſcādalizet. Quia ſi ille ſemp in ꝓpitiatoriū reſpicit, exterior frenať lege eius. Hic ſcādalizat concupiſcēdo illicita, ſed eſt eruendus ne per eum in vitium labamur.

Iſidorus. Si cōtemplatio vertitur in tædium vel in arrogātiam, dimitte eam, & tranſi ad actiuam, quia melius eſt per actiuam ſaluari, quam per contemplatiuam perire. F

Erue

Margin notes: Mar. 11. d. Matt. 5. d. — † Non cōmittes adulteriū. — † Adulterium commiſit cum ea. — Hom. 17. operis imperfe. — Propaſſio Paſſio. — Leuit. 27. a. — Exo. 20. c — Pſal. 118. d. — Gen. 1. d.

NICOLAVS DE LYRA.

*offendit fratrem, vult pęnā gehennæ euadere, debet in hac vita mortali ſatisfacere. Et hoc eſt quod dicit.* Eſto conſentiens, &c. *Id eſt fratri læſo qui habet aduerſum te. Eſto conſentiens per ipſius placationem.*

1 Dum es in via cum eo. *Id eſt, in præſenti vita.*

2 Ne forte tradat, &c. tradat te miniſtro. *Ideſt, diabolo qui eſt exequutor diuinæ iuſtitiæ.*

3 Et in carcerem mittaris. *ideſt, in pęnam infernalem.*

4 Amen. *ideſt, fideliter.* 4 Dico tibi, non exibis. *ideſt, nunquam exibis, quia in inferno nunquam eſt poſſibilis reditio.*

5 Audiſtis quia dictum eſt. *Hic conſequenter ſaluator dat intellectum præcepti negatiui, quo prohibetur nocumētum alicui ratione perſonæ.ſ. vxoris. Et primo ponit huius præcepti intellectum. Secundo, refert quoddam corollarium, ibi:* Si ergo oculus tuus. *Circa primū aduertendum, q̃ Iudæi per illud præceptū:* Non concupiſces vxorē proximi tui, *intelligebāt ſigna exteriora tantum prohibita, vt ſunt tactus impudici, & oſcula & huiuſmodi. Et ideo ſic exponebant.* Non concupiſces vxorem, &c. *Ideſt, ſigna concupiſcentiæ nō facies. Similiter per illud pręceptum.* Non męchaberis: *intelligebant actum mœchiæ tantum eſſe prohibitum, & ſic concupiſcentia latens omnino in corde non expreſſa ſigno vel facto, nullum eſt peccatum. Sed hoc irrationabile, quia actus exteriores vel ſigna non habent rationem peccati, niſi inquantum ſunt voluntarii, vt prædictum eſt. Et ideo ſaluatur excludens hunc errorem dicit.*

6 Omnis qui viderit. *Quia videre abſolutè non eſt malū, ſed inquantum ex eo ſequitur concupiſcentia interior. Et iſta concupiſcentia ſic procedit, quia primo ex aſpectu mulieris cauſatur concupiſcentia in appetitu ſenſitiuo, qui dicitur ſenſualitas, & præuenit actum rationis, &*

MORALITER.

† dici præceptū diuinū quod accuſat ipſum. Et etiam cū hominibus in vita præſenti. Prou. 6. c. *Cum ambulaueris tecum gradiuntur, &c.* Munus autē hominis diſcordantis a pręcepto diuino nō eſt acceptum Deo. Ipſe etiam per præceptum quod tranſgreditur, coram ſummo iudice accuſatur & etiam condemnatur.

*Non mœcha. &c.* Omne peccatū mortale męchia ſpiritualis eſt qua peccator cum diabolo relicto ſponſo proprio fornicatur.



*Quod*

a *Erue eum.* Ad literam nullũ mem. rum erui præcipit, ſed interior viſus qui dexter.& exterior qui ſiniſter dicit, per ſtudiũ pij laboris ſi nocet eſt reuocandus vel remouendus, & et longe faciẽdus, vt.ſ.nec in memoria habeatur. Eruitur oculus cũ frangit malus viſus. Proiicitur, cũ ex toto annihilat, nec intrare permittitur.

† infra 18.b. 24 q.3.c.illud Tib.a de ſerm. dom.ca.14.

✱ Auguſtinus. Quicquid eſt quod ſignificat oculus, ſine dubio tale eſt, quod vehementer diligitur. Solet enim ab his qui vehementer volunt exprimere dilectionẽ ſuam, ita dici, diligo eum vt oculos meos. Quod autem additum eſt dexter, fortaſſe ad augẽdũ vim dilectionis valet, Amplius enim formidãt homines dextrũ amittere, vt iſte ſit ſenſus. Quicquid illud eſt quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, *ſi ſcandalizat te*, ideſt, ſit tibi impedimento ad veram beatitudinẽ, erue *eum, &c.*

b *Dextera manus tua.* Proſpera operatio, vel aliquis adiutor ſtrenuꝰ intra vitæ negocia, qui ſi ſcãdalum eſt in lege Dei, melius eſt illo præciſo ſaluari, quã cum illo damnari,

B Dextera manus, eſt actio, oculus, contẽplatio in qua ſcandalizamur, dum ex infirmitate ad purũ contemplari non valemus. In hac pro deſidia & torporis ocio, in alia pro ſeculi frequentia & occupationis tędio illaqueamur. Et nota ſi quis nõ põt frui contemplatiua, non torpeat ocio ab actiua, vel, ne dũ occupatur actib. creſcat ab interna dulcedine, cũ melius in cõtemplatiua poſſit proficere. *Si dextera tua.* i. ſi dum exequaris opera miſericordiæ in actiua cadis in alia vitia, dimitte eã actiuã, & trãſi ad aliud.

Contemplatiuus ab operibus actiuæ vitæ non abſtineat.

* Aug. Dextera manus, dilectiſſimus eſt amicus, adiutor & miniſter in operibus diuinis.

Vbi ſupra. Quæſt. 69. ad Antiochum.

✱ Athanaſius. Nõ de membris corporis hoc dixit dominus, ſed de amicis & cognatis, membra nãque ſumus inuicem. Si igitur habes amicũ cuius tanta ſit tibi neceſſitas quãta ſit vel dextri oculi vel manus, iuxta dictũ Iob. Oculus eram cęcorum, corũ, ſi videris ab ipſo damnũ inferri animę tuę, abſcinde eũ.

D c *Abſcinde eum, &c.* Si qs hoc prædicat de membris, affectu pietatis nõ debet audiri. Sed vt improbitas morũ & prauitas actionũ inde reſecet, vt qdqd in oculo mẽtis de via iuſtitiæ & morũ probitate nos ſubuertit, & quidquid cõtra operationem virtutum extra pulſat procul pellatur.

de ſuo. † Quod ſi oculus tuus dexter † ſcan-
a Ne noceat errore vel exemplo. b Ne aſpicias, quo male pereas.
a dalizat te, erue eum, & proiice abs te. Expe-
a Ille quem habes, vt vnum membrum.
dit enim tibi, ut pereat vnum membrorum
Tu & ipſe.
tuorum, quam totum corpus tuum mitta-
Operatio proſpera.
b tur in gehennam. Et ſi dextera manus tua
c ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice abs
a Ille quem tu habes vt membrum. Actiua uel contemplatiua uita, ſiue adiutor.
te. Expedit enim tibi, ut pereat vnum mem-
a Tu cum illo. Tu cum illa uel illo.
brum tuorum, quam totum † corpus eat in
a Ita abundantior iuſtitia, quia ibi licet dimittere, hic non niſi cauſa fornicationis.
d gehennam. Dictum eſt autem. † Quicunque
a Permiſſio fuit non præceptum.
e dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum
a Non ſoluo ſed ſuppleo.
repudii. Ego autem dico vobis, quia om-
a Non concubinam.
nis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta

1
2
3
4
5
6

d *In gehennam.* Nomẽ gehenna in veteribus non inuenitur, ſed prius a domino ponit. Cuiꝰ nominis occaſio eſt. Idolum Baal fuit iuxta Ieruſalem ad radicẽ mõtis Moria vbi Siloa fuit, hæc vallis irrigua fuit & nemoroſa & plena delitiis, & locus in ea, idolis conſecratus, populus aũt Iſrael adeo inſaniuit, vt relicto templo ibi immolarẽt, & filios ſuos incenderent dæmoniis. Et dicebatur locus iſte gehennõ. i. vallis Ennon. Comminatur autem Deus ſe impleturũ locum illum cadaueribus, vt vocetur poliandrũ, ideſt, tumulus mortuorũ, huius ergo loci nomine futura ſupplicia deſignantur.

e *Det illi.* Scripſit Moyſes in Deuteronomio, qđ ſi vxor non placeet viro propter aliquã fęditatẽ, dimittat eam. Quod Chriſtus exponit ob duritiã maritorum dici, nõ vt cõcedatur diſſidium, ſed ut tollatur homicidiũ. Melius eſt. n. diuidi quã per odiũ ſanguinẽ fundere. Chrs vero ſolã fornicationem excepit, cæteras moleſtias iubet pro fide cõiugii & caſtitate ſuſtineri. Nõ eſt dimittere, contempta carnaliter, cũ vxore ſpiritualiter viuere. hic iubet vxorem nõ dimitti, qui alibi dicit. *Qui non oderit patrẽ & matrem, & filium, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ideo dictũ eſt, quia in regno Dei nulla eſt conditio vitæ præſentis, quã qui nõ oderit, & vt finiat optauerit, nõ dũ diligit regnũ Dei. Odit ergo nõ hõines, quos potius vult ſecũ permanere, ſed corruptibilẽ coniunctionẽ in vxore, legẽ miſerã naſcendi & moriendi in parentibus. Amat vero eter nũ eſſe ſibi & omnibus illis. Sicut diligit inimicũ, nõ in hoc quod inimicus & malus, ſed quod homo vt ſecum ſit ſaluus. Chry.

F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *& ſic nõ eſt peccatũ, nec veniale nec mortale. Cuius ratio eſt, quia talis motus ſenſualitatis non eſt in poteſtate hominis, & per conſequens non eſt peccatum, ſed retentio huius concupiſcentiæ poſtquam percepta eſt, bene eſt peccatum, vnde dicit Auguſtinus. Non eſt in poteſtate noſtra quibus viſis tangamur ſed eſt in poteſtate noſtra ea reſpuere vel acceptare. Et ſic patet quod prædictꝰ modus ſenſualitatis nõ eſt peccatum ſed materia exercendæ virtutis, ſi ei reſiſtatur per rationem. Si autem teneatur per delectationem moroſam abſque conſenſu tamen, tunc eſt peccatum, ſed veniale. Si autem ſequatur conſenſus in animo, tunc eſt peccatum mortale, etiam antequam exprimatur facto vel ſigno. Et ideo de tali concupiſcentia quæ eſt conſenſus dicit Saluator, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

1 Quod ſi oculus tuus. *Hic ex prædictis concludit corollarium. ſ. quod illud quod facit hominem ruere in talem conſenſum prædictum eſt ſollicite vitandum, & quia aſpectus impudicus eſt huiuſmodi. Ideo dicit.* Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat. *i. facit te ruere in prædictum conſenſum.*

2 Erue eum. *Non eſt ſic intelligendum, quod homo ad vitandum concupiſ. etiam debeat ſe aliquo membro ſibi a Deo dato priuare, quia per hoc non ſanatur concupiſcentia quæ interius viget. Similiter quia per viam aliam poteſt adhiberi aliquod remedium efficacius. ſ. per voluntatem actus membrorum illicitos reprimentem. quia membra corporis mouent actus ſuos per voluntatem, & ideo erutio oculi hic accipitur metaphorice. Oculus enim erutus non poteſt exire in actum videndi, & per conſequens ille bene ſibi oculum eruit qui ipſum ab actu videndi impudico per voluntatem reprimit.*

*Aliter exponitur.* Oculus dexter. *ideſt, viſio bona de genere, ſi ſit alicui occaſio ruinæ, debet eam relinquere, & a ſe reſcindere Verbi gratia. Si aliquis vadit ad aliquod collegium mulierum cauſa prædicationis vel conſilii dandi, hoc eſt bonũ de genere, tamen ſi ex hoc percipiat occaſionem ruinæ ſibi imminentis per ortum alicuius familiaritatis malæ vel tentationis periculoſæ, debet illud opus bonum de genere dimittere. Ratio autem ſubditur.*

3 Expedit enim tibi vt unum membrum. *Prædicto modo. ſ. actum illicitum quamuis delectabilem deſerendo. Vel ſi accipitur pro bono de genere, melius eſt illud dimittere.*

4 Quam totum corpus. *i. quam tota congeries bonorum operum per grauem lapſum pereat occaſione illius particularis boni.*

5 Et ſi dextera. *Sicut dictum eſt de oculo, ſic de manu dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ſic, quia ſi eſt occaſio ruinæ per tactum impudicũ, abſcindẽda eſt, prohibendo talem actum per voluntatis imperium. Alio modo ſic, quod per manum intelligatur bonum opus de genere, quod eſt relinquendum, ſi ſit occaſio ruinæ, ſicut ſi aliquis alicui mulieri det eleemoſynam, vt ex hoc contrahat cum ea familiaritatem periculoſam, debet primum dimittere, quamuis ſit bonum de genere ne perdat maius bonum continentiæ.*

6 Dictũ eſt. *Hic dat intellectum cuiuſdam permiſſi in lege. ſ. de libelli repudii datione de quo ſcribitur Deu. 24. n.* Si acceperit homo vxorem, & nõ inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatem, ſcribat libellũ repudij, quem dabit in manu illius, & dimittet de domo ſua. *Credebãt autem Iudæi, quod hoc eſſet ſimpliciter licitum, ſed hoc eſt falſum, quia cum ſecundum totam vitam indiuiſibilitas ſit de ratione coniunctionis matrimonialis, vt dicetur infra 19. ideo hoc permittebatur, non quia licitum, ſed ad euitandum maius malum, ſcilicet vxoricidiũ. Minus enim malum erat quod vxores dimitterent, quam quod eas interficerent, & ideo non erat licitum, vxorem dimittere, niſi propter fornicationem, tunc enim licitum eſt eam dimittere quantum ad cohitationem & debiti redditionem, manet tamen uinculum per totam uitam. Et ideo dicit, quod ſi amiſ-*

## MORALITER.

1 *Quod ſi oculus.* Iſte eſt cõſiliarius: Manus dextera eſt ſpecialis amicus, qui debent a ſe pręſcindi, ſi ſint in periculum ſcandali.

2 *Quicunque dimiſerit uxorem.* Vxor nullo modo dimittenda eſt deſurſum deſcendens ſapientia de qua dicit Sap. 8. a. *Hanc quæſiui mihi ſponſam aſſumere.* Multi tamen dant ſibi libellum repudij, & aſſumunt ſibi ſapientiam mundanam, quæ terrena eſt, animalis, & diabolica, vt dicitur Iacobi 3. d.

Reddes

Chryſoſtomus. Permiſit Moyſes dari libellum repudij, ne
A propter odiũ funderetur ſanguis. Permiſit fieri mala, ne fie-
rent peiora: & hoc permittẽdo nõ Dei iuſtitiã demõſtrauit,
ſed a peccato abſtulit culpã peccãdi, vt quaſi ſecundũ legem
agentib. peccatũ, nõ videatur eſſe peccatum. Si ergo permiſ-
ſum eſt repudium malũ, quidem, tamẽ licitum. Hac ratione apoſtoli pręceperũt ſecundas nuptias propter incõtinẽtiã hominũ. Permiſit non pręcepit: Quod permittimus nolẽtes pcipimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus.

a *Cauſa fornicationis*. Quia in hoc fides caſtitatis & cõnubij rumpitur: & ille non facit eam męchari, sed ipſa cauſa eſt reatus ſui. Si autẽ pro fornicatione dimittit, a fornicatione debet eſſe immunis, nec aliã ducere licet dum illa viuit.

Fornicationis cã. Fœminæ, q̃ fornicata eſt, vel viri, ne fornicetur. ſ. ſi vxor cogat ad idololatriã, vel ad auaritiã, vel ad
B alias illicitas concupiſcentias. Non enim fornicatio eſt tantum ſtupri, ſed generaliter quæ a lege Dei aberrare facit.

b *Et qui &c.* * Chryſ. Non dicas, quoniã vir ſuus eam dimiſit, quia etiã poſtquam dimiſſa eſt, remanet dimittẽtis vxor.

* Tertul. Adulteratur, quia viuam carnem ſibi immiſcet ſuper viuam priſtinam, quam Deus aut coniunxit in duos, aut coniunctam deprehendit. Ideoq; abſtulit repudiũ quod ab initio non fuit, vt quod ab initio non fuit, muniat duorũ in vnam carnem perſeuerantiam, ne neceſſitas vel occaſio tertiæ concarnationis irrumpat, ſoli cauſę permittens repudium, ſi forte præuenerit cui præcauetur.

✲ Chryſ. Ille qui dimiſit vxorem ſuam, ſi alteram duxerit, tunc ſe conſtituit criminis reum, quia adulteram fecit ex cõiuge, hic vero accipiendo alienam, adulter effectus eſt.

✲ Hierony. Quandiu viuit vir, licet adulter ſit, licet ſodomita, licet omnibus vitijs coopertus, & ab vxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterũ virum accipere non licet.

c *Reddes autem*. Si iurare cõtigerit: per creatorem iurabis: nõ per creaturã. Hoc.n. per quod iurat quilibet veneratur: hoc amat hoc timet. iõ lex pręcipit vt nõ iuretur niſi per Deũ. Iudæi.n. per angelos & Ieruſalẽ & elementa iurantes, creaturas venerabant honore Dei. Sicut ergo victimas deo immo
C labant, ne eas idolis immolarẽt, ſic paruulis cõceſſũ eſt iurare per Deũ, nõ q recte hoc fiat: qa melius eſt hoc Deo exhiberi, quam creaturis. Chriſtus vero omnino iurare ꝓhibet. i. D
ne quis quaſi bonum appetat iuſiurandũ, & aſſiduitate iurãdi labatur in periurium: Iurat.n. Paulus dum Deum teſtem facit, nõ quod bonum ſit iurare, ſed quod neceſſarium, dum niſi iuretur, homines ſunt pigri credere, quod eſt eis vtile.

a cauſa fornicationis, eam męchari facit: &
b qui dimiſſam duxerit, † adulterat. Iterum 1
audiſtis: quia dictum eſt antiquis: † Non per-
c iurabis: reddes autem domino iuramen- †
d ta tua. Ego autem dico vobis: non iura- 2
re omnino: neque per cęlum, quia thro- 3 4
e f nus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellũ 5
eſt pedum eius, neque per Ieroſolimam, 6
g quia ciuitas eſt regis magni. Neque per 7

a Quia debet manere innupta, uel viro reconciliari. b Item in hoc non ſolũ, ſed ſuppleo legem. a Longe facio a periurio, dum iurare prohibeo. ¶Sermo fidelis pro iuramento debet haberi. ¶Iuſtum. a Et ita in eum Deum iuras. b Per peccatorem. a ¶Quando iuras per eam, no propter eam, ſed quia culturæ Dei deputata eſt.

Qui nõ iurat peierare nõ poteſt: ſicut qui nõ loquitur, non poteſt mentiri.

d *Ego au.* Docet nil tam vile in creaturis q. quis peierare dẽat, dum a ſummo vſq; ad imum iuramẽtum vetat. i. a cælo vſq; ad capillum. In Deũ peierare cõuincitur, cuius thron⁹ eſt cælũ, & cuius eſt quidquid eſt. In cælo dr̃ Deus ſedere, terrãque calcare, nõ q. habeat membra ſic locata, ſed quia in corpore mũdi maxima ſpẽs eſt cæli minima terrę. Dr̃ ſedere quaſi ex celleñtiori ptior pulchritudini: minimã iudicet, & ordinet in infimis. Sedes.n. Dei iudicium ſignat. Myſtice. Celũ eſt anima iuſti, terra peccatoris. Et quia ſpiritualis oĩa iudicat, & a nemine iudicatur. ſedere dr̃. Peccator, quia per iuſtitiam in infimis ordinatur, & ſub lege ponitur, ſcabellum pedũ dicit̃. E

* Chryſoſt. Nemo frequenter iurat, qui non aliquando periuret: ſicut qui fecit conſuetudinem multa loqui, aliquando loquitur importuna.

✲ Aug. Quia vero periurare graue peccatum eſt, longius autem remotus eſt a periurio, qui nec iurare cõſueuit, quã qui verum iurare procliuis eſt, maluit nos dominus non iurantes, non recedere a vero quam verum iurãtes appropinquare periurio.

e *Per cælum*. Illi vel celũ plus aliquid ſuſpicabãtur, vel per illud iurãtes nõ putabant ſe iuramento teneri, iõ ſententiã ſic tẽperat, ut & celũ creatura Dei credatur, nõ plus aliquid, & quia thronus eius eſt periuriũ timeatur. Sic & de terra, quia ſcabellũ pedũ eius. Qui ergo per creaturã iurat, illi debet iuramẽtũ qui eam creauit & regit, nec alij recte putat̃ reddi.

Nõ iuremus per creaturas ut ueneremur eas ultra quam debemus per eas ut utiles exiſtimemus, ut. ſ. cum per eas iuremus nihil iurare putemus.

f *Neque per terram*. Alij per ſalutem Pharaonis, qui Dei iudicio poſitus eſt in infimis Non eſt poteſtas niſi a Deo: & in hoc Deum iuras.

g *Neque*. Quod non eſt tuum opus, ſed Dei, & ita in minimis Deum iurando, periurium incurrere potes.

Qui p caput iurat, illi dẽt cui⁹ figura & poteſtas ĩ eo manet. E

Marginalia: Rom.9.a. — Adulterium mittatur. †Leu 19.c. 22.q.1.c. habemus & c. ſi peccatum. — Myſtice. — 1.Cor.2.d. — Hom.12.operis imperfect. li.19. cap.23. cont.fauſt. — Gen.42.c. Rom.13.a.

NICOLAVS DE LYRA:

amiſſa nubat alteri, cõmittit adulteriũ, & ſimiliter qui eam duxerit,
1 Iterum. *Hic dat intellectũ cuiuſdã præcepti primæ tabulæ, quo prohibetur periurium. Circa hoc autẽ errabant Iudæi credentes, quod ſolum iuramentum mendax eſſet prohibitum, & quod iuramentũ illicitum eſſet ſeruandum, ſicut Act. 23. e. dicitur, quod quidam Iudæi iurauerunt inter ſe interficere Paulum antequam comederent vel biberent, & credebant ſe teneri ad impletionem iuramenti, vnde Iudicum 11. a. Iepte ex promiſſione domino facta immolauit filiam ſuam, vbi dicunt communiter doctores, quod nõ placuit Deo. Ex quo patet, quod iuramentum vel votum de illicito factum, non eſt obligatorium. Similiter iuramentum incautum. quod fit ſine neceſſitate: credebant eſſe licitum, immo etiam per ſe bonum, propter hoc quod ſcribitur Deut. 6. c. Dominum Deum tuum timebis. Sequitur. Et per nomen illius iurabis ſed hoc patẽt eſſe falſum, quia nomen tantæ ſanctitatis accipere ſine cauſa importat irreuerentiã diuini nominis. Quod autẽ dicitur Deut. 6. b.* Per nomen illius iurabis. *non eſt dictum propter hoc quod conſuetudo iurandi ſit licita ſine neceſſitate, vt ipſi dicebant: ſed ad excludendam iurationem per idola, vt ibidem dicitur, quæ in nullo caſu eſt licita. q. d. ſi occurrat neceſſitas iurandi, tunc iurabis per nomen Dei, & non per nomen idoli, propter quod dicit ſaluator.* Ego

2 Ego autem. *i. ex quacunque cauſa: quia hæc eſt incauta iuratio. Per hoc tamen non includitur iuratio in neceſſitate: quia negatio ibi præponitur ſigno vniuerſali affirmatiuo, quod æquipollet ſuo contradictorio, poſtpoſita autem æquipollet ſuo contrario vnde, Non omnis, valet quidã: non omnis non, valet nullus. Hic autem non dicitur, omnino non iurare, quia eſſet ſenſus, quod in nullo caſu eſſet iurandum, quod eſt falſum, quia quilibet tenetur ſuperiori requirenti per iuramẽtum dicere veritatem, aliter periret veritas iuſtitiæ in multis. Sed dicitur hic.*

3 Non iurare. *Et ideo non eſt ſenſus quod in nullo caſu eſſet iurandum, ſed quandocunque deeſt neceſſitas. Non ergo excluditur omne iuramentum, vt viſum eſt, ſed excluditur iuramẽtum incautum. Et quia non ſolum incaute iurare per nomen domini eſt illicitum, ſed etiam iurare per creaturas eodem modo eſt illicitum, inquantum in eis relucet virtus diuina. Ideo ſubdit.*

4 Neque per cęlum. *i. principaliter ibi relucet gloria Dei.*

5 Neque per terram. *i. infima creatura, ſicut ſcabellum eſt inferior pars ſedis.*

6 Neque per Ieroſolymam. *i. ipſius Dei tui eſt regnum, ad cuius cultum erat deputata ciuitas Ieroſolyma.*

7 Neque. *quia. ſ. eſt opus diuinum, non tuum. Quod probat dicens.* Quia

MORALITER.

† *Reddes autem*. Iuramento vero debite facto concurrentibus comitibus quæ ſunt iuſtitia, veritas & iudicium, ſit Deo reuerentia. Heb. 6. c. *Homines per maiorem ſui iurant.* Et ideo aliqui dixerunt quod iuramẽtum per Deum erit frequentandum, quod eſt falſum, quia ex tali frequentatione acquiritur habitus, quo de facili fit iuramentum illicitum. Ideo ſubditur.

2 *Ego autem dico, & c.* id eſt ex omni cauſa vel modo, ſed ſolum concurrentibus tribus præmiſſis.

Ocu-

a Quamuis ad te nihil magis videatur pertinere b Quomodo noſtrum eſt qui poteſtatem faciendi vel commutandi non habemus?
a caput tuũ iuraueris: q̃a nõ potes vnũ ca- 1
a Qui iurare prohibuit loqui docet. ¶ Quando neceſſitas non cogit.
pillũ albũ facere aut nigrũ. † Sit aũt ſer- 2
a De re quæ eſt. b De re quæ non eſt.
b mo veſter, † eſt eſt, nõ non, quod autẽ 3
a Quia aliquando neceſſe eſt iurare & Paulus iurat licet a malo fiat. b Neque hic legem ſoluo.
c d †his abundãtius eſt, a malo eſt. Audiſtis 4
a Scilicet reddet. b In lege retributio.
quia dictũ eſt. † oculũ pro oculo, dentẽ †
e pro dente. Ego autẽ dico vobis, nõ reſi- 5
a Gratia in euãgelio. b Quod agitur ſpiritu mãſuetudinis. ¶ Non peccato, ſed temporali. De quo ſubdit Si quis te percuſſerit. c Diſputando.
ſtere malo. † Sed ſi quis te † percuſſerit in 6
a Conſcientiã, quæ ſecundum Deum eſt culpando, quod in nobis precipuum eſt. Tuam. b Non offerendo, ſed non reſiſtendo. c Totum corpus ad affligendum.
f g dexterã maxillam: prebe illi & alterã.

a *Quia non, &c.* Hęc prędicta cũ ſint ardua & difficilia, nemo A ſine ſpiritu fortitudinis ſeruat. Cõpellit ad perfectionẽ, dum tollit iurandi occaſionem.

[Li. de habitu mulieb.] * Cyprian. Dominus tuus dicit. *Non potes capillum vnum album facere aut nigrum*, & tu ad viuendum domini voce vis te eſſe potiorem, audaci conatu, & ſacrilego contemptu? Crines tuos inficis: malo præſagio futurorum, capillos iam flammeos auſpicaris.

b *Eſt, eſt, non, non.* Ideo bis dicit, vt quod ore dicis, operibus probes. [† Etiam etiam] Quod verbis negas, factis non comprobes vel confirmes.

[1. Co. 10. d. † vltra hæc ad iungitur.] Nõ penitus iurare prohibuit, ſed occaſione periurij: Quod perfectius eſt docuit oſtendens quod vlterius eſt a malo eſſe. [† Eccle. 1. cap.] Apoſtolus iurat, vt fidem perſuadeat: eccleſia etiam pro fœdere pacis ac fidei ſuos iurare concedit. Sed Chriſtus quod perfectius eſt docuit, quod infirmitatis indulſit, quod ſuperſtitioſum reſecauit. [† Luc. 6. d. 23. q. 1. c. 1.]

B Veritas euãgelij iuramẽtũ nõ recipit ſed alterius infirmitas id cogit, dũ veritati nõ credit.

c *A malo eſt.* Non quidem malum, quia & ſi non bonum, tñ neceſſarium, ſed a malo eſt, non tuo ſed illius a quo cogeris iurare: id eſt ab infirmitate illius quæ malum eſt.

[Lex vltionem inſtituit] d *Audiſtis.* Aug. Lex modum vltionis inſtituit: oculum pro oculo. Quod ſi dici poteſt iniuſtorũ iuſtitia eſt, nõ quia iniqua eſt vltio quã lex ſtatuit, ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcẽdi: magiſq; ad iudicem pertinet hoc inter hominis diſcernere, quam bonũ hominẽ ſibi expetere. hic enim redderet malũ pro malo. Iudex non: ſed pro directione iuſtitię, iuſtum pro iniuſto, quod eſt bonũ pro malo, quod ẽt Deus iudex facit.

Quod dicit, *oculum pro oculo: dentem pro dente.* nõ alterũ vult tollere ſed vtrumque conſeruare, dum minatur talionem. Quã etiam cum modo facit. vt iniuriam vindicta non tranſeat, & hæc eſt pacis inchoatio, & quaſi iuſtitiæ inceptio.

[Perfecta pax.] Perfecta pax eſt nullam velle vindictam, quã facit gratia euangelij quę iubet non tantum nihil mali reddi, ſed nec reſiſti: vt ſuſtineatur, bonumque rependatur.

e *Non reſiſtere.* Iuſtitia legis, rudes, inſtruit in initio iuſtitię. i. non plus quã eſt illatum reddere. Iuſtitia euangelij, q̃ ducit homines ad regnũ) eſt nõ reſiſtere malo. *Non reſiſtere.* vt ipſe idem: *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Et Dauid: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Ierẽ. *Et maxillam dedi per.* Ecce idem dominus legis & euangelij. [inf. 11. d. Pſal. 7. a. Thren. 3. d.]

[Malum temporale fit tripliciter.] Malũ tẽporale dicit, quod tribus modis fit. Cruciatu corporũ de quo dicit. *Si quis te percuſſerit.* Damno rerũ. vnde ait: *Et ei qui vult tecum, &c.* Angarijs operũ, vnde ait. *Et quicunque angariauerit te, &c.*

[Hom. 18. in matth.] * Chryſoſt. Non dixit non reſiſtere fratri, ſed malo, oſtendens, quod illo vtique inſtigante talia perpetrẽtur. C Quid igitur? Nõ oportet nos reſiſtere malo? Oportet qdẽ, ſed nõ hoc modo, verũ ex quo præcepit, vt. ſ. nos ad iniurias ſuſtinẽdas D prebeamus: ſic enim illum profecto ſuperabimus. Nec enim aliquando ignis igne, ſed aqua vtique ignis extinguitur.

[in apol. 36. & 37.] ✻ Tertul. Male velle, malefacere, maledicere, male cogitare de quoquam ex æquo vetamur. Cui bello non idonei non prõpti fuiſſemus etiam impares copijs, qui tã libenter trucidamur? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodo diſcordes, ſolius diuortij inuidia aduerſus vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum, in aliquem orbis remoti ſinũ abrupiſſemus a vobis ſuffudiſſet vtiq; dãnationem veſtram tot qualiumcunq; amiſſio ciuium, imo etiam & ipſa deſtitutione puniſſet. [† Iaco. q. 1. c. ... & c. ſi ... & q. 5. ... elect. c. ... caſti D ... in. c. & ... ſtus.]

f *Trabe illi.* Non tantum non repercutias, ſed ſi uult alteram ferire patienter feras. hoc de iniuria corporis. De neceſſarijs autem ſi perdideris unum, ſine tolli & reliquum: Quid ergo de ſuperfluis. [† Alap... rit.]

[Lib. de ... cio cap.] ✻ Auguſt. Valeant exempla intelligẽdarũ ſcripturarũ, uelut cũ legimus in euãgelio, accepiſti alapã, para & alteram maxillã E Exẽplum. n. patientiæ nullũ excellentius q̃ domini. At cum ipſe alapa percuſſus eſſet, nõ ait Ecce altera maxilla, ſed ait, ſi male dixi, exprobra de malo: ſi autem bene, cur me cędis?

[Hom. ... ris im...] g *Alteram.* ✻ Chryſ. Primũ indigna res eſt, vt hõ fidelis ſtet ĩ iudicio añ cõſpectũ iudicis infidelis. Nã & ſi infidelis nõ eſt certe ſecularis eſt. Et qui te venerari debuerat pp dignitatẽ fidei, iudicat te pp neceſſitatẽ cãæ, & pdes dignitatẽ Chr̃i, pp negotiũ mũdi. Deinde pp lucẽ neceſſe eſt, vt corã eo te abijcias. Demũ oẽ iudiciũ, irritatio cordis eſt & cogitationũ malarũ. Si ſemel in iudiciũ ingreſſus fueris, non iã deſideras vt veritas cãæ appareat, ſed vt quocunq; mõ victor exiſtas. *Et quicumque, &c.* Hoc non tam pedib. quam parato animo.

Hiſtorialiter. n. hæc nec in Ieſu nec in ſanctis inuenimus ſed ſi quis cogit te ſeruire & ſolatiũ ſibi impendere, cõpaſſionis affectus paratus eſto multo plus impẽdere. Ita docet verus medicus quos ad ſalutẽ ęgrotorũ dirigit mãſuete tolerare, q̃ illi intulerint ex ĩfirmitate. Et tria ponit. Quia ĩ hoc numero notatur pfectio: vt q hoc ĩplerit pfecta iuſtitiã ſe hẽre nouerit. Nec in his vindicta prohibetur quæ fiet ad correctionẽ quæ & ipſa pertinet ad miſericordiã, nec impedit propoſitũ. manſuetudinis. Sed hoc non conceditur, niſi ei cui poteſtas ordine data eſt & ſine ira, vt pater in filiũ. [Myſti...] Myſtice hęreticus diſputãdo ſi dextrũ dogma vulnerauerit, pbe ei & alteram dexterã, Iuſtus. n. non hẽt ſiniſtrã. i. oppone ei aliud de ſcripturis teſtimoniũ. Et tãdiu dexteras para, donec laceſcat, vel ſi quis cõtẽnit nobilitatem Dei, q Chriſtianus es, q̃ eſt dextera, tolerabilius ſit tibi cõtemni nobilitatẽ ſeculi, q̃ eſt ſiniſtra, alterã dicit nõ ſiniſtram, ſed alterã quia iuſtus totus dexter eſt Sicut de Aioth legitur vtraque manu pro dextera vſus eſt, dum interior & exterior virtus Deo offertur. [Iudic. ...] F

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia non. *vult dicere in oĩbus iſtis, quod ſicut per Deum non eſt iurandum incautè, & ſine neceſſitate, ita nec per creaturas, quia cum qualibet creaturæ ſit opus diuinum qui iurat per creaturam, iurat per Deum. Sequitur.* 2 Sit autem. *ſimpliciter affirmando veritatem, & negando falſitatem, & patet quod loquitur in cõi modo loquendi inter homines, Per hoc quod dicit:* Sermo, &c. *Secus autem eſt in caſu vbi requiritur veritas a ſuperiori per iuramentũ. Quod aũt ſubditur.*
3 Quod au. *quia eſt ibi malum culpæ, vel ex parte iurantis, quando iurat ſine neceſſitate, vt dictum eſt. Si autem iuret in neceſſitate requiſitus, tunc ſemper eſt ibi malum pœnæ a parte requirentis, quia ex infirmitate humana quæ eſt quædam pœna generi humano inflicta, procedit quod homines non credunt ſibi mutuo ſimplici verbo abſque iuramento. Similiter ex parte requirentis aliquando eſt ibi malum culpæ quando ſcilicet requirit iuramentum ſine neceſſitate.*
4 Audiſtis. *Hic conſequenter ponit intellectum cuiuſdam præcepti iudicialis, errabant enim ibi tunc Iudæi credentes quod vindicta eſſet propter ſe appetenda, hoc eſt falſum, quia velle pœnam alicuius abſolute, non poteſt habere rationem boni, ſed ſolum inquantum appetitur propter aliud, ſcilicet propter ordinem iuſtitiæ ſeruandũ, vel propter illius correptionem qui deliquit, vel propter terrorem aliorum, vt videntes talem puniri a malis coerceantur, vel propter aliquod huiuſmodi. Vbi ergo nullum bonum tale ex pœna alicuius æſtimatur euenire, ſed magis timetur de ſcandalo, vel de maiori malo ſuſcitando, tunc tenetur homo deſiſtere a vindicta quærenda, & hoc eſt neceſſitatis. Si autem citra talem caſum deſiſtat a vindicta quærenda, eſt ſupererogationis. Et quantum ad vtrũque dicit.* 5 Ego au. *Iſtud non reſiſtere in aliquo caſu eſt præceptum, & in aliquo conſilium vt viſum eſt, & aliquando nõ reſiſtere eſſet malum, quando. ſ. per hoc daretur audacia malis hominib. ſimplices opprimendi, & poteſt eorum malitiæ ſine periculo occurri.*
6 Sed ſi quis. *Loquitur in illo caſu in quo ex reſiſtentia ſurgeret maius malum, tunc debet habere animum præparatum ad ſuſtinendum maius malum ſibi illatum, quam quod ex reſiſtentia ſua ſuſcitaret maius ſcandalum, & maius malum. Exemplum habemus in hoc quod eccleſia non repetit decimas in terris in quibus non conſueuerunt dari, propter ſcandalum euitandum. vnde prælegit læſionem talis damni, ad euitandum periculum maioris mali, & ſi hoc facit eccleſia, multo fortius debet hoc facere vna ſingularis perſona. Et eodem modo intelligendum eſt quod ſequitur.* Et ei qui vult tecum in iudicio contendere. *Similiter aliud verbum quod ſequitur.*

Et

## MORALITER.

† *Oculum &c.* Secundum Dei iudiciũ pro oculo corporis impudice reſpiciente excęcabitur oculus mentis in tenebris gehennæ. Pro dente verò detractoris mordente, reddetur dens ſerpentis antiqui crucians æternaliter in loco inferni.
6 *Sed ſi quis.* Hieron. Iuſti nihil habent ſiniſtrum. Eſt ergo ſenſus moralis. Si hæreticus te per vnam auctoritatem ſacræ ſcripturæ impugnauerit, obijce ei aliam vnde confuſus ſit.

a *Et ei qui.* Conſiliū eſt antequā contendas. Licet quidē in-
A firmis ſua repetere, ſed non contendere: Lucas econuerſo
5. c. qui aufert veſtem etiam tunicā, noli prohibere. Quod non
de his ſolis, ſed de omnibus temporalibus faciendum eſt.
b *Tunicam tuam.* Vel tunica, eſt anima quā ſi quis perdere
noluerit, dimittat palliū id eſt
corpus ad martyrium. Spiritua
q.1. cap. liter, doctor tunicam tollit, cū
interiora vitia facit cōfiteri, vt
eſt inuidia, ſuperbia, & hmōi.
Ille addit: *Et pallium.* qui & ex-
q.1. cap. teriora vt furtum & fornicatio
nem non erubeſcit confiteri.
c *Mille paſſus.* Hoc eſt iter ſab
bati, quo deſignatur perfectio
ſpiritualis: quia non licet in ſab
bato ſeruile opus facere.
d *Alia duo.* Vadit & alia duo
qui dum corpore tātum in ſer-
uitutem redigitur, ſpiritu & ani
ma ideſt ratione & voluntate
redigi eſt paratus.
e *Da ei.* Quę honeſte & iuſte
B poſſunt dari. Si deeſt facultas,
da affectū verbo vel obſequio.
*Da ei.* Ita, ſ. vt nec tibi noceat,
nec alij: penſanda eſt enim iu-
ſtitia. Ita enim omni petenti
dabis, & ſi non id quod petit,
ſed melius cum iniuſte petentem correxeris.
f *Et volenti.* Duo genera pſtandi complectitur. Vel n. be-
neuole damus, vel reddituro cōmodamus. Et qnque qui do-
nat, nō vult cōmodare, quaſi nihil mercedis in eo ſit cū rem
acceptā debitor perſoluit. Sed vere ille qui ēt hoc iubet, re-
Cor.9.b. tribuit. Dicit ergo: *Ne auertaris.* i. nec alienes voluntatē tuā.
*Hilarem .n. datorem diligit Deus*, ſic & ſpiritualis doctor verbi
diuini fœnus auditoribus dēt accōmodare, vt boni operis re
tributionē ab illis poſſit accipere, & à deo mercedē ſperare.
g *Audiſtis.* Qui legem implere venit, in fine ad charitatem
plenam perducit, quæ eſt impletio legis.
✠ Leo. Martyr. proximi nomine, non in tantum diligen-
di ſunt qui nobis amicitia & propinquitate iunguntur, ſed
omnes homines cum quibus nobis natura communis eſt,
ſiue illi hoſtes ſint, ſiue ſocij, ſiue liberi, ſiue ſerui.
h *Odio habebis.* Forſitan intelligēdū eſt iuxta hoc qđ ſupra.
*Oculum pro oculo, &c.* Vel ſubtrahendo officia humanitatis.
i *Diligite.* Cōtra eccleſiā pugnatˀ tribus modis: odio, verbis,
C cru-
cruciatu corporis. Eccleſia econtra diligit, benefacit, orat. D
Hoc eſt nouū mandatū, hoc de filijs irę facit filios Dei vnde
ſequitˀ. Vt ſitis filij. Adeptio filiorū ſola charitate acquiritur.
✠ Tertullianus. Amicos diligere, omnium eſt, inimicos
autem ſolorum eſt Chriſtianorum.

(margin: ...ipientem ...uum acci- ...ne auer- ...u præſtan- ...nera. ...to corpo ...gis nō eſt ...tum hoc ...d deprauā- ...idæorum ...one i. de ...io decimi ...cis.)

a Altercationis.
a † Et ei qui vult tecum in iudicio contende- †
a Veſtem interiorem. b Spiritu fortitudinis.
b re, & tunicam tuam tollere, dimitte ei &
a Exterius. b Non ſolum tua ſine altercatione, ſed teipſum ei præbe.
pallium. † Et quicumque te † angariauerit 1
a Vt ſis paratus non tam pede quam animo. b Quia parum eſt omnia tolerare, niſi des beneficium, addit.
c d mille paſſus, vade cum illo & alia duo. Qui 2
a Rem, vel correptionem. Quia iucundus homo qui miſeretur & com. diſpo. ſer. ſuos in iudi. quia in æternum non commebitur.
e f petit à te, da ei: & † volenti mutuare a te, ne 3
g auertaris. Audiſtis quia dictum eſt: † Dili- 4
a Beneficium quod inchoantis iuſtitiæ eſt.
h ges proximum tuum, & odio habebis ini-
a Maleuolum, quod eſt infirmis permiſſum, non præceptum.
i micum tuum. Ego autem dico vobis: diligi- 5
a Quod perfectum eſt non impoſſibile. b Non ſolum non odiatis. Hæc eſt latitudo conſummatæ charitatis. Non tamen vitia.
c Vitia odio: natura dilectioni eſt habenda.
K te inimicos veſtros, benefacite his qui ode- 6
l runt vos, & orate pro perſequentibus & † ca- 7

✠ Auguſtinus. Præcepta euangelica de dilectione inimicorum, & miſericordia impendenda proximis, catenus intelligenda ſunt, non vt peccati relaxetur impunitas, ſed vt delinquenti correctio & naturæ miniſtretur ſubſidium, donec per ſententiam iudicis, ademptā ſpe correctionis, malorum tollatur exercitium.

(margin: Eccleſia trib. modis impugnatur. li. ad ſcopulā. lib. 2. contra Criſpinum. Dilectio inimicorum non adnertitur penę à iudicibus inflictæ. † adegerit miliarium vnum. Sermone 6. de tempore.)

✠ Idem. Sed dicet aliquis quis poteſt diligere inimicos? Prius te dilexit impium Deus tuus, qui nūquam fuit impius. Tu autem etiāſi iam non es impius, fuiſti tū aliquando, quia nemo fit iuſtus niſi ex petore. E

(margin: † Luc. 19. d. in Pſal. 138.)

* Hilarius. Religioſum eſt odium, quo quis oderit inimicos Dei.

* Hieronymus. Iniuriā meā patienter fero, iniuriam autem Dei ferre non poſſum.

(margin: aduerſus vigilantium † offendentib.)

k *Benefacite.* Miniſtrando cibum mētis vel corporis. Quod facit etiam qui dicit cum huiuſmodi nec cibū ſumere. Omnia enim ea ſpectant, vt fratres fiant. Singulis ſingula opponuntur, vt omnes partes malitiæ bonitate vincantur. Videntur contra eſſe imprecationes prophetarum, quæ non dicuntur voto optantium, ſed ſpiritu præuidentium. (1. Cor. 5. d.)

l *Orate pro.* Aug. Nō ait hoc pro fratribus in quib. ſunt aliqū peccata perſequutione inimicorū grauiora. vnde cum Ioannes dixiſſet: *Si quis ſcit fratrem ſuum peccare non ad mortem, oret & dabit Deus illi vitam*: ſubdit. *Eſt autem peccatum ad mortem non pro illo dico, vt roget quis.* Vbi aperte oſtenditur quoſdam fratres eſſe pro quibus orare non iubemur. Peccatū ad mortem eſt, cum poſt agnitionem Dei per gratiā Chriſti oppugnat aliquis fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiam qua reconciliatus eſt Deo, inuidiæ facibus agitatur quod fortaſſe eſt peccatū in ſpiritum ſanctum. Peccatum nō ad mortem, eſt ſi quis non amorem a fratre alienauerit, ſed officia fraternitati debita per aliquam animi infirmitatem non exhibuit. F
Vnde

(margin: lib. 1. de ſermone do. in monte cap. 47. 1. Ioan. d. Peccatum ad mortem. Peccatum non ad mortem.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et quicumque.* In caſu autem vbi non occurrit tale malum, ſic ſuſtinere non eſt neceſſitatis, ſed aliquādo eſt ſupererogationis, & in aliquo caſu eſſet malum, vt in prædictis eſt determinatum.

2 *Qui petit.* Semper enim petenti dandum eſt, quia dari debet res vel verbum, ſecundum quod dicit Aug. quia ſi iuſte petit, nō debet ſibi denegari quod petit: Si autem irrationabiliter petit: dandum eſt verbum, docendo eum de irrationabilitate ſuæ petitionis. Doctrina enim eſt quoddam donum bonum vnde Auguſt. exponens hoc verbum dicit: Tunc enim melius aliquid dabis, cum iniuſte petentem correxeris. Et eodem modo exponitur quod ſubditur.

3 *Et volenti.* Mutuando ſi rationabiliter petit. vel rationem reddendo ſi irrationabiliter petit.

4 *Audiſtis.* Hic dat intellectum præcepti de dilectione proximi, ſuper quod fundatur lex inquantum ordinat ad proximum, quia in præcepto charitatis tota lex pendet & prophetæ. In hoc Iudæi errabant. Ex hoc enim quod præceptum eſt. Leuit. 19. d. *Diliges amicum tuum ſicut te ipſum.* arguebant odire inimicum, ſed hoc eſt falſum, quia omnis homo ex charitate diligendus eſt, inquantum ad imaginem Dei creatus eſt, & capax ipſius per cognitionem & amorem. Amicitia enim charitatis fundatur ſuper communicationem ſupernæ beatitudinis, & ideo omnis creatura intellectualis quæ in actu vel potentia eſt beata, eſt ex charitate diligenda. Mali autē homines quandiu ſunt in potentia veniendi ad beatitudinem, & ideo licet eorum malitia ſit odienda, ipſa tamen natura poſſibilis beatificari eſt diligenda. Et hoc eſt quod dicit Saluator.

5 *Diligite.* bona ſcilicet gratiæ & gloriæ eis optando. Alia vero non ſunt eis optanda, niſi in quadam generalitate, inquātum valent ad eorum ſalutem, quod ſoli Deo eſt notum, quia omnibus alijs poteſt homo bene vel male vti, & ideo circa hoc non eſt determinate aliquid petendum. Sequitur.

6 *Benefacite.* Benefacere eſt effectus dilectionis. & ideo ſicut tenemur in effectu ſalutem eorum modo debito & poſſibili procurare.

7 *Et orate.* optando ſcilicet eis bona gratiæ & gloriæ. Alia autem bona in ſpeciali optare vel facere, non eſt neceſſitatis, ſed ſupererogationis. Ad prædicta autem facienda etiam inimicis, hortatur nos exemplo Dei.

1 *Qui*

## MORALITER.

† *Et ei qui vult.* Ioſeph in manibus Aegyptiæ dimiſit pallium, ne tunicam amitteret caſtitatis, quæ cingulo conſtringitur auſteritatis.

1 *Et quicumque.* Moraliter in via Dei proficiſci primo eſt angariolum, ſed per aſſuefactionem & Dei auxilium leue fit & gaudioſum, ita quod tunc homo plus facit quam ſit ab eo requiſitum. Et quia non ſolum oportet bene pati, ſed etiam bene agere. Subditur.

2 *Qui petit.* Quod exponit Auguſtinus dicens: Bonū ſi petit, id quod poteſt & debet date, vel verbum te excuſando, ſi aliter petit, & tunc ei aliquid melius dabis, cum petentem iniuſte correxeris. Vel aliter poteſt intelligi de ſcientia quæ non eſt petenti deneganda, quoniam auarum dedignatur poſſeſſorem, & in alios tranſlata creſcit.

4 *Diliges.* Secūdū Aug. Inimicus iſte diabolus intelligendus eſt, qui præciſus eſt totaliter à Dei conſortio & ſanctorum. Homo viator quantumcumque malus poteſt ad Deum reuerti, ideo diligendus eſt ex charitate. Propter quod ſubditˀ.

5 *Diligite.* Et quoniam valde difficile eſt in bonis operibus patenter factis vanam gloriam totaliter euitare, ideo ſubditur. *Attendite, &c.*

A Vnde C[illegible] *[illegible] non enim ſciunt quid faciunt.* N[illegible] ſpiritualis meti participes, ſocietatem mereantur [illegible]. H[illegible] differentia a Iuda Petrū negantē diſtat, [illegible] ſed quia terra eſt labes illius [illegible], vt deprecādi humilitatem ſubire nō poſſit: (Luc. 23. e.)

etiam ti peccatū ſuū mala conſcientia [illegible] enumerare cogatur, vt Iudas cum dixit: *Peccaui tradens* deſperās cucurrit ad laqueum, quam humilitate veniā peteret. Quod propter magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales habere credendum eſt, & huic pœnitentiæ non ignoſcit Deus: cum etſi peccaſſe fateantur, & fecisſe mala vehementer eos pœniteat, tamen huiuſmodi affectiones mentis habent vt ſe non humilient ad petendam veniam. (Infra. 27. b.) (De 3. d. c. fin. pœn. diſt. 3. c. in tantum De conſ. d. 4. cap. nec quemquam. 1 Ioa. 6 e. Peccatum ad mortem.)

B Mouere autem poteſt, quod Ioannes in epiſtola de dilectione Dei & proximi tantū monere videt, vt fratres diligamus, cum dominus dicat & pro inimicis orandum. Sed fratres intelliguntur non ſolum qui iam credunt, ſed qui credituri ſunt pro quibus orandum eſt, vt fraterno fœdere nobis ſocientur. (1 Ioan 3. c.) († 23. q. 3. cap. Rex.)

* Auguſtinus. At legimus in Apocalypſi martyres orare vt vindicent. Sed hinc nō oportet moueri. Quis. n. audeat affirmare, cū illi ſancti candidati ſe vindicari petierint, vtrum contra ipſos homines an cōtra regnū peccati petierint. Nā ipſa eſt ſyncera & plena iuſtitiæ, & miſericordiæ vindicta martyrū, vt euertatur regnū peccati, quo regnāte tanta perpeſſi ſunt. Deſtruitur aūt peccati regnū, partim correctione hominū, vt ſpiritui caro ſubijciat, (lib. 1. de ſermone domini in mōte. c. 43.)

C partim damnatione perſeuerātium in peccato, vt ita iuſtitia ordinentur, vt iuſtis, cum Chriſto regnantibus moleſti eſſe non poſſint.

a Non enim natura ſumus ſed gratia. Re quod iam es in ſpe. Vt dignitatem ſuam hæredes intelligant.

a lumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri

b a Qui ſimiliter facit. b Id eſt in ſanctis electis. c Hoc exemplum pietatis eſt, quamuis & ſpiritualiter poſſit accipi. d Iuſtitiæ. vnde dicitur. Vobis orietur ſol iuſtitiæ, vel hunc viſibilem.

qui in cœlis eſt, † qui ſolem ſuum oriri facit 1

c a Beniuolos & malignos. b Imbrem doctrinæ vel pluuiam vt terra fru

ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos

a Amare amantem naturæ eſt. inimicum charitatis.

& iniuſtos. † Si enim diligitis eos qui vos di-

a Ex dilectione, in cælo nullam, & ſic hic, de his enim poteſt dici: Recepiſtis mercedem veſtram. Nullam. Merces filiorum ſola adoptio eſt.

ligunt, quam mercedem habebitis? Nonne

a Qui publica vectigalia exigunt, vel publica negocia ſeculi & lucra ſectantur. b Salutatio eſt quædam ſpecies orationis.

& publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis

a In hoc non plus facitis, quam gentiles ex humano affectu hoc facientes.

d e fratres veſtros tantum, quid amplius facitis?

a Gentiles quales geniti ſunt. ethnos Græce, Latine gens. Vt filij patris eſſe mereamini.

† Nonne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo 2

a Ecce ad quod culmen prouehit ſuos. Secundum modum hominum vt quæratis prodeſſe inimicis. b Imitatione non æqualitate. c Tota trinitas hic intelligitur per patrem. Adoptionis. Per gratiam.

vos perfecti, ſicut & pater veſter † cæleſtis 3

a Secundum quod Deus per naturam.

f perfectus eſt.

a *Filij*. non degeneres quaſi diceret: Accepta poteſtate operibus agite vt ſitis filij renaſcendo per charitatem.

D b *Patris*. Iam dicitur pater. Videte, vt ſitis filij renati ex Deo qui eſt charitas. (1. Ioan. 3 Sap. 5 b Amos. 4)

c *Qui ſolem*. hunc viſibilem. Nam inquiunt in libro Salomonis, *Sol iuſtitiæ non illuxit nobis.* Et de pluuia doctrinę propheta dicit. *Super vnam ciuitatem pluit, & non ſuper alteram. Solem ſuum.* Quaſi dicat. Quem fecit, cuius propriæ ſunt omnia quæ de nihilo creauit. Quid ergo nos facimus de his quæ de munere eius accepimus?

d *Publicani*. Exactores Romanorum quos Iudæi ſic vocant, quia de republica curam gerebant. dicuntur & nomen traxiſſe à publio Romano, rege, qui prius eos ordinauit.

E e *Et ſi ſalutaueritis*. Si pro his tātum oraueritis, qui aliqua affinitate vobis ſint coniuncti, quid amplius habet beneficiū veſtrum quam infidelium? Oportet fratres diligere, & humiliter ſalutare, ſed parum eſt. († qui. est.)

f *Perfecti*. in charitate Dei & proximi. Cumulus perfectionis diligere etiam inimicos, & orare pro illis, ſicut & Chriſtus fecit.

* Clemens Alexand. Deum oportet imitari quoad eius fieri poteſt, ab eo qui eſt cognitione præditus. (li. 4. ſtro. lib. de [illegible] ſione C[illegible] na.)

F * Gregorius. Nyſſen. Nulli eſt natura diuina, nulli potentia, nulli ſapientia imitabilis, bonitatis tamen manſuetudinis inſtituæque ac humanitatis diuinæ typos aliquos quoquomodo effingi poſſe non inficias ierim.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui ſolem*. Beneficia n. cōia non ſubtrahit malis hominibus, qui tñ ei in quantum in eis eſt inimicantur. Arguit etiā hoc exemplo gentilium infidelium, qui ſuos amicos diligūt, & eis bene faciunt. Si ergo ſupra ipſos mercedē beatitudinis volumus habere, debemus plus pp Deum facere, dilectionem etiā ad inimicos extendendo modo prædicto: & hoc eſt quod concludit in fine.

2 *Eſto*. legem ſcilicet euangelicam quæ eſt lex amoris, conſeruando, vt ſitis perfecti.

3 *Sicut*. qui beneficia largitur etiā malis hominibus, ita quod propter eorum malitiam non deſerit beneficentiam circa ipſos, ita nec vos circa inimicos, modo tamen prædicto intelligendo, quia aliquando eſt neceſſitatis, aliquando ſupererogationis.

## ADDITIO I.

In c. 5. vbi dr̄ in poſtil. Prima ergo beat. dr̄ paupertas ſpiritus.

Circa harū beatitudinū declarationem quædam à ſanctis doctoribus traduntur etiā ad ſenſum literalē pertinentia, quę videntur ab inuicē diſcordare. Nā Aug. in lib. de ſermone dñi in monte, attribuit beatitudines hic enumeratas donis ſpiritusſancti. Ambr. uūt ſup Lucā, attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor virtutib. cardinalib. & ſic beatitudines hmōi non diſtinguerentur à virtutib. ſeu à donis. quod vr̄ inconueniens, cum quędā enumerenť inter beatitudines quæ nec ſunt virtutes nec dona, ſicut paupertas & luctus. S. Tho. vero in 1. 2. ar. 1. in cor. q. ſanctorū ſentētias cōcordās, cōcludit beatitudines diſtingui à donis & virtutibus. Nō ſicut alij habitus diſtincti ab eis, ſed ſicut actus diſtinguunť ab habitib. Et quia dona ſpiritusſancti eminentiora ſunt virtutib. cardinalibus, ideirco Amb. exponēs beatitudines turbis propoſitas, attribuit eas virtutib. cardinalib. Aug. aūt exponens beatitudines diſcipulis propoſitas in mōte, tanq̃ perfectioribꝰ attribuit eas donis ſpiritusſancti. Cōſequēter circa pmia quę attribuuntur hmōi beatitudinibus, vr̄ inter ſactos aliqua differentia. Ambr. n. ſuper Lucā, tenet hmōi pręmia ad futuram beatitudinē pertinere. Aug. vero in ſermone dñi, aſſerit ea ad præſentem pertinere vitā. Chryſ. vero in ſuis homelijs quædā dicit ad futurā pertinere vitā, quædā vero ad pręſentē. S. Tho. vero q. ea ar. 2. in cor. q. concordans ſanctorū ſententias dicit, q̃ ſpes futuræ beatitudinis pōt eſſe in nobis pp duo. Primo pp aliquam præparationē ad futurā beatitudinē per modū meriti. Secundo per quandā inchoationē futuræ beatitudinis imperfectam, vt in viris ſanctis ēt in hac vita. Et exēplificando dicit q aliter hr̄ ſpes fructificationis arboris, cū vireſcit frondibus, & aliter cū iā primordia fructuū incipiunt apparere. Vnde in propoſito ea quæ ponūtur, tanquam præmia pōt intelligi, vel ipſa beatitudo perfecta, & ſic pertinet ad vitam futurā, vel aliqua inchoatio beatitudinis ſicut ēt in viris ſanctis etiam in hac vita, & ſic pertinet ad præſentem vitam. Nam regnum cęlorū, vt dicit Aug. poteſt intelligi perfectæ ſapientiæ initiū, ſecundū quod incipit in viris ſanctis ſpiritus regnare. Poſſeſſio n. terræ ſignificat affectum bonum aīæ requieſcentis per ſpem in ſtabilitate hæreditatis æternæ per terrā ſignificatæ. Cōſolantur ēt in hac vita ſancti, ſanctū ſpiritū qui paracletus dr̄, participando. Saturanť ēt in hac vita illo cibo de quo dñs dicit. *Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem patris mei.* In hac ēt vita conſequuntur homines miſericordiam Dei, ſimiliter & purgato oculo mentis per donū intellectus Deus quodammodo per fidem videri poteſt. Similiter & in hac vita qui motus ſuos pacificant ad ſimilitudinē Dei accedentes, filij Dei nominantur. tñ hęc oīa perfectius erunt in patria. Hęc & multa alia ad hāc materiā pertinentia, reperies nota. tradita in S. Tho. parte & q. alle. (Ioan. 4)

## ADDITIO II.

In eo. c. vbi dicitur in poſtil. *Beati mundo cor. qm̄ ipſi Deum vide.*

Mūditia cordis ſeu purificatio ſequiť fidē verā, ſicut effectus ſequitur ſuā cauſam. Primū. n. principiū purificationis cordis eſt fides, iuxta illud apoſtoli Petri. *Fide purificans corda eorum.* Ac. 15. c. Non ergo recte dr̄, q̃ primū conueniens mundis corde eſt viſio Dei ænigmatica per fidē in pſenti, vt ait poſtil. in quo ēt vr̄ variare modū ſuæ expoſitionis in hac parte, ſecundū quē pręmia hic promiſſa referunť ad aliam vitam tm̄. Melius ergo videretur dixiſſe & magis proprie, q̃ mundi corde ſunt illi, quorum corda per veram fidem mundanť ſeu purificanť. Tales. n. de occultis & diuinis ſupra modum cōem hominum illuſtrāť, iuxta illud. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Eccleſ. 3. Quibus conuenienter additur præmium, cum dicitur. *Quoniam ipſi Deum videbunt.* Habentibus. n. talem munditiam per fidem ſecundū quam nunc per ſpeculum in ænigmate Deū vident, recte promittiť viſio Dei ſimpliciter, quæ eſt facie ad faciē, ſecundum auctoritatē Apoſtoli per ipſum alle. 1. ad Cor. 13. Nā ſicut munditia oculi corporalis diſponit ad clare videndum, ſic munditia oculi intellectualis per fidem ad claram Dei viſionem diſponit.

A ADDITIO III.

In eo.ca.vbi dr̄ in poſt. *Beati qui perſequutionem patiuntur*, &c. Nulla uidetur facta mentio in litera circa hanc beatitudinē de hoc quod huiuſmodi patientes lætanter ſuſtineant perſecutiones. Non enim dixit, Beati qui perſequutionem patiuntur lætanter ſeu gaudenter, ſed ſolum beatificauit perſequutionem patiētes propter iuſtitiam, vt patet in litera. Illud etiam quod ſequit. *Gaudete & exultate, &c.* refertur ad ſequentem beatitudinem in qua dicitur. *Beati eritis cum maledixerint vobis*, &c. Nec etiam ibi dicitur, quod talia tolerent gaudenter, ſed exhortatur eos ad hoc, vt gaudent. Vnde melius videtur hic dici ſecundum ſanctū Thomam vbi ſupra art. 3. in reſponſione ad 5. arg. quod octaua beatitudo eſt firmitas quædam omnium beatitudinum prædictarum, ac ſi diceret: Beati qui ſic firmiter ſe habent ad prædictos actus beatitudinum, vt ab ipſorum iuſtitia non recedant propter perſequutiones. Et ideo in repromittendo præmium huius beatitudinis redit ad caput ſcilicet quod ſicut in prima beatitudine fuit repromiſſum regnum cęlorum, ſic in hac octaua idem repromittit, vt intelligitur hic octauæ beatitudini conuenienter omnia præmia attribui, tanquam omnium aliarum firmitatem habenti.

ADDITIO IIII.

In eo.ca.vbi dicitur in poſtil. *Et ideo primo minor pœna determinatur cum dicitur.* reus erit concilio.

In biblijs noſtris communiter habetur ſic. *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio.* Et ſuper talem literam videtur fundari gloſſ. ordinaria, & ſententiæ ſanctorum doctorum de hac materia loquentiū. Vnde mirandum eſt, vnde poſtillator habuit, vt iſte ordo transmutaretur. Imponit enim reum fore concilio ei qui iraſcitur, & reum fore iudicio ei qui dixerit Racha, quod videtur nullum habere fundamentum in litera. Circa intellectum tamen huius tri-
B plicis diſtinctionis, quam Saluator noſter hic poſuit, plures ſunt & diuerſæ, tam ſanctorū quam aliorum exponentium, prout in gloſſis poſſent haberi, ſalua tamen ſemper ſanctorum & doctorum reuerentia, iſte paſſus aliter poteſt exponi. Ad cuius euidentiam ſciendū ꝙ hoc dictum Racha eſt Hebraicū, vt Hieron dicit, idem ſignificat quod vacuus ſeu vacuum. Et poteſt dupliciter intelligi. Vno modo idem dicit quod homo vacuus, quoad cerebrū vel intellectum, & ſic (vt Chryſoſtomus dicit) quantū ad ſenſum verbi idem eſt dicere, fatue & Racha. Alio modo poteſt intelligi de vacuitate ſeu inopia temporalium facultatum. Et iſto modo accipitur Iudic. 11. vbi legitur: Congregatique ſunt Iephte viri inopes. Vnde vbi translatio noſtra habet inopes: Hebraica veritas habet Rechim, quod eſt plurale huius nominis ſingularis Racha. Et iſto modo intelligendo non eſt vocabulum contumelioſum. Poſſibile enim eſt hominem eſſe inopem ſine aliquo vitio ſeu culpa ſua. Primo autem modo intelligendo idem eſt quod ſtultus ſeu fatuus, quod eſt manifeſte contumelioſum ſeu conuitiatiuum. Vnde recte qui Racha dixerit fratri ſuo, reus eſt concilio, hoc eſt, requiritur congregatio iudicium ad examinandum ſeu inquirendum per circunſtantias facti quo prædictorum modorum intelligendum ſit verbum prædictum. Si primo vt puniatur, ſi vero ſecundo vt liberetur. Vnde in hac triplici diſtinctione Saluator noſter nobis oſtendit, quod iuſtitia euangelica abundātior debet eſſe in his quæ committuntur in proximum, plus quā iuſtitia Phariſæorū in tribus. Primo in hoc, quod reatus iniuriantis facto (ſicut homicidæ) æquipararetur reatui eius qui occidit tātum ex propoſito cordis. Vnde ſicut ſecundum Phariſæos, qui occiderit, reus erit iudicio, ſic ſecundum euangelium omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Secūdum, quia cum quis verba profert proximo quæ poſſunt intelligi ad contumeliā dicta, licet habeant alium intellectum quo poſſint intelligi ſine iniuria, nihilominus inquirenda ſeu examinanda ſunt, & ideo. Qui dixerit Racha, reus erit concilio ſcilicet ad examinandum quomodo debeant intelligi. Tertium, qui dixerit verba manifeſte contumelio-
E ſa, vt Fatue, reus erit gehennæ ignis, In quo oſtēditur magna excellentia euangelicæ iuſtitiæ reſpectu Phariſaicæ. Illi enim† in talib. verbis condemnabant ſaltem ad mortem vel graue pęnam.
tex Saluator vero inquantum charitati contrariantur, eos cōdemnat in gehennam ignis, quę eſt maxima & noua cōdemnatio & proprie euāgelica, ſicut & regnum cęlorum eſt maxima & noua repromiſſio euangelica. Pęna enim ignis æterni gehennæ, ſicut & præmium regni cælorum in antiquis documentis minime inuenitur ita clare traditum.

RE-

REPLICA. In c. 5. vbi agitur de beatitudinib. ſpecialiter, D
cum dicitur. *Beati mundo corde.* poſtil. dicit, quod pro munditia cordis in præmium repromittitur viſio Dei per fidem ænigmaticam in præſenti, & per aſpectum facialem beatificā in futuro. Bur. putat contrarium huius demonſtrare, & arguit ſic. Fides eſt præuium principium cordis munditiæ. Igitur non ſequitur eā tanquam repromiſſa. Antecedens patet per illud Petri. 1 5. c *Fide purificans corda eorum.* Sed illud argumentum potius videtur tētatiuum quam demonſtratio, quia laborat in æquiuocis. Nā purificatio allegata, fuit ſpiritusſancti infuſio in ſigno viſibili, & fuit fidei præcedentis teſtimonium, vt clare habetur ex litera allegata. Fides autem per illam purificationem confirmatam præceſſit illam purificationem, non vt purificationis principium, ſed ſolum, vt tempore prior. Non autē omne prius tempore eſt principium & cauſa poſterioris. Illi autem fides ſic prior tempore purificatione hic allegata habuit ſuam munditiam cordis præuiam tāquam beatitudinem de qua hic ſermo, cui mūditię illa viſio per fidem repromittitur. Nam ſi eſt fides formata neceſſario præſupponit ſuam formā tanquam principiū quæ eſt dicta munditia. Quod ſic patet. Nam ſecundum Apoſtolum, Chriſtus per fidē habitat in cordib. noſtris, nō autē habitat in cordib. ſubditis peccatis. Igitur requirit cordis mūditiam, nō vt ſit illius purificationis principium, ſed vt ab huiuſmodi purificatione ſumat præcedentis purificationis teſtimonium. Secus eſt de fide informi, ꝑ quam Chriſtus non inhabitat, in paruulis enim baptizatis mundatio ab originali præcedit fidem formatam. Hæc igitur fides præcedit purificationem per Burg. allegatam: Hæc reſolutio materiæ patet, ſi auctoritas per Burg. truncatim allegata debite videatur. Dicit enim Petr⁹, ibi. *Elegit Deus per os meum gentes audire euangelium & credere.* Ecce fides ex auditu, & munditia cordis pro Chriſti inhabitatione per fidem prærequiſitam, quam munditiam ipſa fides ſequitur tanquam repromiſſa, vt viſio Dei ænigmatica, prout dicit poſtilla, & ſequitur in loco allegato. Et qui nouit corda Deus teſtimonium perhibuit dans eis ſpiritum ſanctū ſicut & nobis, & nihil diſcernit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Ex quibus patet fidem incipientium præcedere fidem perfectorum, & claritatem vel munditiam cordis E
incipientium præcedere illam purificationem perfectorum. Sunt enim gradus huiuſmodi virtutibus iuxta ſtatus incipientium, proficientium, perfectorum, & etiam ſunt gradus illuminationū, hierarchicarū & tetarchicarū, ideo in præſenti, mūdo cordi promittitur illuſtratio viſionis ænigmaticæ quæ per fidē eſt, mūdiori clarior, mundiſſimo clariſſima, & hoc ſi in hac vita poni poteſt clariſſima, & in futuro ſecundū gradum ſimiliter repromittitur mūdis cordibus viſio facialis. Nec in hoc modo dicendi poſtil. cecidit a modo cōmuni ſuæ expoſitionis, quia quamuis repromiſſa nouę legis referat ad futurum, tamen repromiſſorū pręguſtationē non excludit. Et ita reſoluit hanc materiam ſicut Thomas concordādo dicta ſanctorum doctorum, prout Burgenſis eum allegat circa principium huius capituli.

In eo.ca. vbi dr̄. Beati qui perſequutionē patiuntur, &c. poſtil. addit per modum gl. lætanter, quia ſi cum triſtitia & difficultate plus videtur ad virtutem fortitudinis quam ad beatitudinē pertinere. Circa quod rationabiliter additum arguit Bur. argumentū ſuum conſuetum hæreticis modernis familiare, dicens. Lætanter non habetur in litera, igitur, &c. Et vt poſtillator non habeat viā euadendi illud quod ſequitur. Gaudete & exultate. Bur. exponit de hortatione Chriſti, non de lætitia paſſorū. Quod dicere modicum valet, quia illa exhortatio non habet reſpectū ad actū, ſed ad præmium promiſſum, vnde etſi hic in litera non exprimitur, tū habetur ex alio paſſu ſcripturæ, quod lætanter pati pertineat ad hanc beatitudinem, quia dicitur Act. 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes.* Etiam ſi debemus diſtinguere beatitudines a donis & virtutibus & ſecundum actuum excellentiam, prout communiter diſtinguunt, dicentes ꝙ virtutum actus ſunt modo humano, beatitudinum autem modo ſuper humano, oportet huiuſmodi ſubintelligere, ꝙ hæc beatitudo ſi habet modum ſuper humanū, quod pati ſit gaudenter, quia cum agone pati eſt modus humanus, & per conſequens virtutis actus, non beatitudinis.

In eo.c. vbi dr̄. *Qui iraſcitur fratri ſuo, &c.* poſtil. attendens variam ſanctorum & aliorū in hac parte expoſitionem, poſuit ſuā. Et vt eſſet intelligibilior, tranſpoſuit pęnas ex rōnabili ordine, in quo puto eum non eſſe reprehenſibilē. Bur. tū ſeruato ordine F
pęnarum ponit aliam expoſitionem ſatis competentē. Vtrobique eſt eadem veritas ſententiæ, cum diuerſa applicatione.

CAP.

CAP. VI.

A Attendite, &c. Qui hucuſque pręcepit de miſericordia, nunc pręcipit de cordis mundicia qua Deus videtur. Si enim non ſimplici intentione, ſed pro hominum laude, non probantur a Deo opera miſericordiæ. Laus hominū nō debet appeti, ſed ſubſequi, vt exēplo alios inuitet. Hactenus de iuſtitia euangelii, quæ eſt ſuper iuſtitiam Scribarum & Phariſæorum. Nunc qua mundicia cordis eadem iuſtitia debeat impleri, quod in eleemoſyna ſeruatur & oratione. Non enim monet hic vel orare vel eleemoſynā facere, ſed quo animo debemus facere, agitur enim hic de mundando corde.

(In conſtit. monaſticis ca. 11.) * Baſilius. Inanis gloria expugnatu difficilis & callida noB ſtræ ſalutis inſidiatrix, quæ vel in ipſius cæli conuexis inſidiarum aduerſum nos collocatrix, virtutes ramis in cælum vſque licet expanſis ac porrectis adornatas profligare, pertinaciſſime contendit.

b *Vt videamini.* Non prohibet videri vt Deus laudetur, ſed videri vt ipſi laudentur.

(Sermon. 59. de tempore. † De pen. di. 3. c. cauēdum.) * Auguſtinus: Cauete, inquit, veſtram iuſtitiam facere corā hominibus. i. hoc animo iuſte viuere & ibi conſtituere bonum veſtrum vt vos videant homines, alioqui mercedem non habebitis. Non ſi ab hominibus videamini. Nam vbi erit quod in principio huius ſermonis dictū eſt, vos eſtis lux mundi, ſi propterea recte viuatur vt ab hominib. videamini.

(Lib. 19. moral. cap. 18.) ⁂ Gregorius. Aliquando ſancti viri compelluntur coram hominibus bona facere, aut eadē hominib. ſua facta narrare, ſed ad eum finem omnia referuntur, vt non ipſi eiſdem operibus, ſed pater eorum qui in cælis eſt, debeat glorificari.

(ſermone 9.) ⁂ Petrus Chryſologus. Sed dicet aliquis. Ergo in conuentu, in plateis, in triuiis, neganda eſt miſericordia? Nō pręben dus eſt victus? plane in omni loco & omni tēpore faciēda eſt miſericordia, prębēdus eſt victus, nuditas eſt tegēda, ſed ſic quomō docuit miſericordię auctor, vt miſericordia nō terræ C ſit nota, ſed cęlo, nō hominib. ſit īſinuata ſed Deo. In plateis in triuiis ſuū pietas habet ſecretū, ecōtra platea, triuium eſt, cū in ſecreto facit hypocrita nihil ſecretū. Deus monēdo, ſic D vota culpat, non loca, ſenſum, nō opera ſtudiū, nō dato rem, iudicat non vt facias, quando facias, ſed qualiter facias, quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur.

c *Apud patrem veſtrum.* cuius gloriam filii quærere debent, & omnia bona ad hoc vt placeant ei, referre.

d *Cum ergo.* a toto in partes, vt exponat quæ bona nō ſint pro hominum laude facienda.

e *Tuba canere.* forſitā conuocādi gratia hoc fecerūt, vt omnes irēt quaſi ad ſpectaculum. († eleemo[...])

f *Ante te.* Ante ſe tuba canit q ante alios vult laudari, vt appareat maior illis.

g *Receperūt.* a Deo cordis inſpectore fallaciæ ſuppliciū, de quib. dicit. E *Recedite a me operarii doloſi, nomē enim meum habuiſtis, ſed opera mea non feciſtis.* († habe[...])

h *Neſciat.* Siniſtra, vitia, dextera, virtutes. Quod ergo agit virtus, neſciat elatio, vel vana gloria, ſeu aliquod vitium, ſed lux rectę operationis fuget tenebras peccati. (Pſal. 6. c. Luc. 13. f.)

Siniſtra ē delectatio laudis, dextera intentio implēdi præcepta Dei. Cum ergo cōſcientiæ faciētis eleemoſynam pro pręcepto Dei implēdo miſcet ſe laudis appetitio, iam ſiniſtra eſt conſcientia operis dextræ. Cū vero ſola cupiditate alicuius terreni volūt aliqui miſericordes videri, ſola ſiniſtra operatur, qđ prohibet domin⁹ dū nec pmiſceri permittit. In bona autem conſcientia multi faciunt eleemoſynam, qui non habent aliquid quod exterius dent.

* Ambroſius. Sunt qui iactantiam ſolam decore largitatis affectēt, vt eo ſe probatos vulgo velint, qđ ſibi nihil reliquerint, non recondūt in futurū, & quia illic receperūt mercedē ſuā, illic ſperare nō poſsūt. Sūt q opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non iudicio perpetuo, vbi eccleſiæ contulerūt, poſtea reuocandas putarunt, quibus nec prima merces rata eſt, nec ſecunda, quia nec prima iudicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. (Lib. 1. of[...])

F i *In abſcondito.* In abſcondito eleemoſyna fit, quæ nullis miſcetur tenebris, lux intus eſt, tenebræ extra.

Videt

CAP. VI.

a In his autem omnibus finem iuſtitiæ ne ponatis in hominum laude. b Ideſt opera iuſtitiæ quæ abundet plusquam ſcribarum & phariſæorum

Attendite ne † iuſti- 1
tiam veſtram faciatis 2
a Appetendo laudem eorum. 3
a coram hominibus, vt
a Hoc fine. b Hoc enim deputatur pro mercede cuius amore fit.
b videamini ab eis, alio-
c quin mercedem non † habebitis apud pa-
a Cuius amore non feciſtis.
d trem veſtrum qui in cælis eſt. Cum ergo fa- 4
a Eleemoſyna eſt pars iuſtitiæ. b Noli uelle innote ſcere. c Ad gloriam tuam.
e cis eleemoſynam, noli tuba canere ante te,
f a Hypocrita eſt qui ſimulat quod non eſt repræſentator alterius perſonæ.
ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in
Eo fine.
vicis, vt honorificentur ab hominibus.
a Merces ſua laus humana quam acceperunt.
Amen dico vobis, † receperunt mercedem 5
a Et non Dei. b Quia ſunt aliqui qui fauorem quærunt cum aliqua mercede æterna. 6
ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, 7
a Non ſe miſceat laudis appetitus uel uitium aliquod b Dum præcepta Dei implere contendis.
g neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera
h a Ideſt in bona conſcientia, ubi homo non uidet. Nihil extra quærat, ſed abſcondatur, ſic quod uita tua cum Chriſto ſit abſcondita.
i tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI

Attendite. *Poſtquam Saluator regulauit hominis operationem, hic regulat ipſius affectionem, & primo reſpectu Dei, ſecundo reſpectu proximi, ibi, c. ſeq.* Nolite. *Prima in duas, quia primo regulat affectionem hominis excludendo ab operibus eius intentionem vanæ gloriæ. Secundo ſollicitudinem auaritiæ, ibi:* Nolite theſaurizare. *Prima in duas, quia primo dat intentionem ſuam in generali. ſecundo applicat magis in ſpeciali, ibi:* Cum facis eleemoſynam. *Circa primā partem aduertendum, quod ſecundum quod dicit Philoſophus 2. ethic. Bonum contingit vno modo, malum autem omnifariam, quia ad hoc quod actus humanus ſit bonus requiritur bonitas generis et circunſtantiarum, ſed redditur malus ex quolibet defectu iſtorum. & ideo nō ſufficit, quod actio ſit bona de genere, ſed requiritur quod fiat recta intentione. bonitas enim finis eſt circunſtātia principalis. & ideo opus quantumcumque bonum de genere, ſi fiat intentione vanæ gloriæ, redditur malum, propter quod dicit Saluator.*

1 Attendite. *ideſt, diligenter conſiderate.*

2 Ne iuſtitiam veſtram. *i. opera bona de genere quæcunque fuerint illa, quia omnia continentur ſub iuſtitia generaliter dicta.*

3 Faciatis coram hominibus. *gloriam ſcilicet & laudem humanā ex talibus quærendo. Per hoc autem non prohibetur, quòd opera bona fiant coram hominibus ad proximorum ædificationem, et Dei gloriam, quod eſt bonum & meritorium, vt ſupra dictum eſt. Sed quia hic loquitur de imperfectis, qui de facili in vanam gloriam efferuntur, ideo conſulit eorum bona opera occultanda. ſupra autem loquebatur prælatis qui ſunt in ſtatu perfectionis, propter quod non eſt æſtimandum, qp de facili ferantur in vanam gloriam. ideo dixit eorum opera in publico fienda ad aliorum ædificationem. Sic luceat lux veſtra, vt ſupra dictum eſt. Aliquid enim bene eſt conſulendum viris perfectis de quorum ſecuritate confiditur, quod non eſt conſulendum imperfectis & paruulis, de quorum debilitate timetur.*

5 Amen dico. *i. firmiter & fideliter aſſero.*

6 Receperunt. *ſ. Ex quo enim intentio fertur ad homines tantum, non eſt aliquid a Deo iuſtè expectandum.*

4 Cum ergo. *Hic applicat in ſpeciali. & primo excludit intentionē vanæ gloriæ ab operibus miſericordiæ. ſecundo ab actibus latriæ, ibi:* Et cum oratis. *tertio ab operibus pœnitentiæ, ibi: Cum ieiunatis. Dicit ergo primū:* Cum ergo facis eleemoſynā noli tuba canere ante te. *hoc eſt ad laudem hominum manifeſtare. Ad cuius intellectum ſciendum, quod apud Iudæos vtebantur tubis, ſicut apud catholicos campanis. & ideo ſicut videmus, quod in aliquibus locis pulſatur campana pro eleemoſyna recipienda. ita apud Iudæos ad hoc faciendum vtebantur tuba, ſed hypocritæ non faciebant hoc principaliter propter pauperum vocationem, ſed magis ad propriam oſtentationem, vt patet in litera cum dicit: Vt honorificentur, &c. Rationem autem prohibitionis ſubdit:* Amen dico, &c. *Modum autem conuenientem faciendi eleemoſynam ſubdit, cum dicit.* (Iudæi vtebantur tubis vt Chriſtiani campanis.)

7 Te autem faciente, &c. *Modus faciendi eſt quando fit ſecretè: per hoc innuens, quod talia ſunt facienda propter Deum tantum. vnde ſubditur.*

Et

MORALITER.

1 *Attendite.* Et illud quod ſequitur.

Cum

6 *Cum ergo facis. Chryſoſt.* Si bonorū quæ facis vis inſpectores habere, ecce habes non ſolum angelos & archangelos, ſed etiam Deum vniuerſorum.

Cum

A a *Videt in abſcondito.* Videre Dei eſt approbare. Illa autē tantum approbat quæ ſunt abſcondita, quę extra ſunt nō placēt ei, neque approbat.

b *Et cum ora.* Ad ſuperiora cōiungitur hęc ſētentia. Supradixerat: *Attendite ne iuſtitiā veſtram faciatis coram hominibus.* hic ſubdit. *Et cum ora.* Nō prohibet orare, ſed in orando hypocritis ſimiles eſſe.

c *In angulis.* quaſi abſconſores precum, & tamen in plateis vt videantur, & per hoc amplior gloria.

Allego. In angulo orat qui in abſcondito ſe orare ſimulat, & tamen in platea cum famam captat.

Anguli platearum ſunt vbi via per trāſitum viæ ducitur, & quadriuium reddit. Non enim nefas eſt videri, ſed appetere videri.

B d *Receperunt.* In his non ſolum vera merces praua intentione euacuatur: ſed vitium ſimulationis & irriſionis cōtra Deum augetur.

e *Tu autem.* Hoc ſimpliciter intellectum, docet vanam gloriam mundi fugiēdam. Sed magis videtur præcipi, vt incluſa pectoris cogitatione, labijſque compreſſis oret Deum. Cubiculum autem eſt cordis ſecretum. Oſtium, carnalis ſenſus: per quē hæc exteriora improbe ſe ingerunt, & turbæ phātaſmatum orantibus obſtrepūt. Parum eſt ergo cubiculum intrare, ſi importunis cogitationibus oſtium patet Sed reſiſtendum eſt carnali ſenſui, vt oratio ſpiritualis ex intimis cordis dirigatur ad Deum.

Cubiculum eſt ſecretius mentis arcanū, ad hoc pulſat ſapientia dicēs. *Sto ad oſt. um & pulſo.* fides aperit, ſpiritus intrat & exaudit.

In fide interiori & dilectione oratur Deus, non ſtrepitu verborum, ſed deuotione uirtutum: *Intra.* totum hominem interiorem colligendo in ſe.

f *Clauſo oſtio.* Senſibus clauſis, ne turbæ phantaſmatum exteriorum occurrant.

Vel oſtium uocat amorē vel timorem huius ſeculi. Sicut .n. omne bonum ex timore & amore eſt Dei, ſic omne malum ex amore & timore ſeculi. His clauſis, ideſt ablatis ora.

C * Chryſoſt. Quid ergo, inquis, In eccleſia non oportet orare? Et valde quidem ſed cum hac voluntate vt illum vnū intueatis, qui habet donandi quod petieris poteſtatem. vbique enim Deus, quo aliquid facias intuitu ſpectat.

a Qui eſt diſcretor intentionum.

a & pater tuus qui videt in abſcōdito reddet 1

b tibi. * Et cum oratis, non eritis ſicut hypocri 2

a Vt melius videri poſsint. 3

c tæ, qui amāt in ſynagogis & in angulis pla- 4

a Non humiliati. b Hoc finē, quia in hoc conſtituunt finem orationis.

teatum ſtantēs orare, ut videatur ab homi-

a Laudem hominum. * Quam petierunt.

d nibus. Amen dico vobis receperūt mercē-

a Non Dei. b Non extra quærendo Deum. ¶ Quem diligis, fide teneas.

e dem ſuam. Tu autē cum oraueris: intrā in 5

a Repulſis omnibus quę improbe ſe ingerunt. b Sic ora vt filius, ſecundum quod renatus, & ad quod renatus c Quia adoratur in ſpiritu & verit.

f cubiculum tuum, & clauſo oſtio orā patrē 6

g tuū in abſcondito: & pater tuus, q. videt in 7

a In cordis intimo. b Fructum orationis & mercedem fidei. c Vult Deus ut oretur, ideo, ut deſideranti det: & ne uileſcat quod dederit.

h abſcondito, reddet tibi. * Orātes aūt nolite 8

i †multū loqui, ſicut ethnici faciūt. Putant. n. 9

D *Sermone de orat. domi.*

* Cyprian. Quod ergo in abditis & ſecretis vel ſemotis locis & cubiculis orare nos docuit, hoc magis cōuenit fidei vt ſciamus Deū vbiq; eſſe præſentē, audire oēs & videre, & maieſtatis ſuę plenitudine, & abdita quoq; & occulta penetrare.

g *Patrem.* Quem intus habes per fidem. vnde: *Apud me oratio Deo vitæ meæ.* *Pſal. 41. b.*

h *Orantes autem.* Sicut hypocritarum eſt oſtendi & placere hominib. ita Gentilium eſt multiloquium, a quib. & Cępit Hi. n. exercendæ linguæ magis operā dant, quam menti mundandæ, vt hoc nugatorij officij genus, etiam ad Deum prece flectendum transferant, putātes quod ſicut orator iudicem, ita & ipſi Deum flectere queant.

E Gētibus erat neceſſaria verborū multiplicatio propter dæmones, qui neſciēbāt quid illi peterēt, niſi illorum verbis inſtructi. Damnat aūt multiloquium de īfidelitate, ſed nō multas lachrymas, nō multas obſecrationes in cordis puritate: quā ſancti faciunt. Et legitur feciſſe qui pernoctauit in oratione. Sed verbotenus ſine affectione vacuas aures Dei adimplere malum eſt, qui ſi in hoc audiamur. *Luc. 6. a.*

* Chryſoſt. Si paucis orandum eſt, cur parabolam propoſuit Luc. 18. ad montem ſemper eſſe orandum. Vtrumque faciēdum eſt, ut nec in longum uerba proferamus, & tamen aſſiduè deprecemur. Siquidem & Chriſtus & Paulus iuſſit breues & crebras fieri orationes ex paucis interuallis. *Hom. 2. de fide Annæ.*

Caſſ. Vtilius cenſent (patres) breues quidem orationes, ſed creberrimas fieri. Illud quidem vt frequētius dominum deprecantes iugiter eidem inhęrere poſſimus. Hoc vero vt inſidiantis diaboli iacula, quæ infligere nobis tunc præcipue cum oramus inſiſtit, ſuccinctâ breuitate vitemus. *libr. de monaſteriorum. inſt. c. 10.*

* Aug. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atq; hebetetur intentio. Abſit ab oratione multa locutio, ſed nō deſit multa precatio, ſed feruens perſeueret intentio. *Epiſt. 121.*

i *Putant enim.* Putantes quod perſuaſibilibus uerbis Deus mulceatur. Vel ſi abſens eſt uocetur, & quod neſcit, uerborum ambagibus doceatur.

¶ Nolite

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et pater tuus. *ſ. Deus, qui eſt pater omnium per creationem, & iuſtorum per gratiæ adoptionem.*

2 Qui videt. *quia ipſe ſolus videt intētionem cordium:* reddet ti.

3 Et cum oratis. *Hic conſequenter excludit indebitum modum circa actum latriæ. Inter actus latriæ actus communior eſt oratio. & ideo quod de ipſa hic dicitur: de alijs actibus latriæ intelligitur. Ideo circa orationem primo excludit indebitum orandi modum. Secundo concludit modum debitu m ibi: Sic autem orabitis. Prima in duas. quia primo ab actu orandi excludit vanæ gloriæ intentionem, & ſecundo quorundam gentilium errorem, ibi:* Orantes autem. *Ad euidentiam primæ partis conſiderandum, quòd duplex eſt oratio. Quædam publica, quæ fit a miniſtris Eccleſiæ. & iſta non debet fieri in occulto, ſed magis in palam in loco communi, ſ. Eccleſia coram populo: quia pro tota communitate offertur: & ideo populus in hoc conformare ſe debet miniſtris Eccleſiæ, ipſum Deum deprecando ſecundum modum congruum, & ſibi poſſibilem. Non poſſent autem in hoc ſe miniſtris Eccleſiæ cōformare, niſi prædicta oratio miniſtrorum Eccleſiæ fieret in publico prædicto modo. vnde de tali oratione non loquitur hic Saluator. Alia eſt oratio priuata: & talis magis debet fieri in ſecreto duplici de cauſa. Prima cauſa, quia oratio eſt eleuatio mentis in Deum: mens autem humana citius, & melius eleuatur in Deum, quando in ſecreto loco homo conſtituitur, & a tumultibus aliorum ſeparatur. Alia cauſa eſt ad euitationem vanæ gloriæ, quæ de facili inſurgit quando oratio in publico fit. & hoc eſt quod dicit Saluator:* Et cum oratis non eritis, ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis pla ſtantes orare. *Dicit ſtantes, vt magis apparerent ex modo ſe habendi. In ſynagogis, & in angulis placearum, ex ratione loci; quia ſynagoga eſt locus communis, vbi conueniebant Iudæi ad audiendum verbum Dei, vel aliqua ratione huiuſmodi; Et dicitur a ſyn quod eſt con, & goge quod eſt populus: quia ibi conueniebat populus.*

4 Et in angulis platearum. *Plateæ iſtæ dicebantur atria quæ erant prope templum, vbi conueniebant homines ad orandum, vel ad audiendum Doctores: & ideo erat locus communis. Conſequenter oſtendit debitum modum orandi, cum dicit.*

5 Tu autem. *i. locum ſecretum.*

6 Et clauſo oſtio. *Ne veniat multitudo impediens eleuationem mentis in Deum, & mouens ad elationem mentis.*

7 Ora patrem. *patet litera.*

8 Orantes autem. *Hic excluditur error gētilium circa orationem. Credebant enim quidam gentiles, qui vocabantur Ethnici, quòd ex multiplicatione verborum compoſitorum in oratione aliquid manifeſtaretur ipſi Deo, quod prius eſſet ſibi ignotum; & per conſequens mutaretur ad aliquid agendum, cuius prius volebat contrarium. Vtrunque illorum eſt erroneum; quia in Deo nulla cadit mutatio, vel ignorantia. Hunc autem errorem excludit Saluator dicens;* Orantes autem nolite multum. *Ex quo patet, quòd non prohibet multiplicationem verborum abſolute, ſed ad illam intentionem quam habebant Ethnici, quæ eſt dicta. & hoc eſt quod ſubdit.* *Gētiliū error circa orationē.*

9 Putant enim. *Poſſunt tamen multiplicari verba in oratione duplici de cauſa. Vna eſt, vt per ſignificationem verborum deuotorum animus excitetur.* *Verborū multitudo quādo & qñ in oratione eſt habenda.*

## MORALITER.

3 *Cum oratis. Chryſoſto.* Eſt aūt oratio quoddā ſpirituale tributū, quod offert anima Deo, de uiſceribus ſuis. Quanto ergo glorioſior eſt, tanto cautius eſt ſeruanda, ne pp homines facta uileſcat.

8 *Orantes aūt.* Aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus. Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſed feruens affectio perſeueret.

Sic

A a *Nolite ergo aſſimilari eis*. Non.n.apud Deum agendum eſt verbis,ſed rebus,intẽtione cordis,affectu ſimplici. Quę cum dicimus,nõ eũ docemus.ſed nos tẽpore orã. ſi recordamur.
b *Scit enim pater*. Cur ergo ſcienti loquimur? Non vt noſtre faciamus ei deum voluntatis,ſed vt excitemus pia deuotionis obſequium.

Ideo non eſt opus narrare ſed obſecrare, quod dicti conſequutum ſatiſtiæ. Vult enim Deus rogari & venerari, vt bonitas eius deriuetur ad plurimos, & ſtatus nutritur ſeruetur apud ſubiectos.

c *Pater noſter*. Beda. Inter cætera ſalutaria monita & diuina, quibus conſulit credentibus,formam orandi propoſuit, diſciplinam tradidit. In hac oratione nõ docetur, quæ neſciat Deus, ſed quæ vult præſtare ſuppliciter veneratus. Vñ & orationem compoſuit breuib.verbis,vt ſit nobis fiducia cito annuẽdi,q breuiter vult rogari. Quibus nec opus eſſet ad eum qui oĩa nouit, ſed vt noſter affectus qui cũ Deo agit,diſcerneret res quas oraret,nõ verba quæ diceret. vñ non his ſolũ verbis oratur,ſed & alijs contentis ſub eodẽ, & nõ alio ſenſu,quib.ẽt cor noſtrũ acceditur. Et hi ſunt veri
B adoratores,q filij p gratiã adorãt patrẽ in ſpiritu & veritate.

Orationis dominicę excellentia. Nulla orõ magis ſpiritualis eſt, quã illa quæ ex ore filij q eſt veritas,proceſſit. *Pater noſter*. Cui non timore, ſed amore hęreditatis ſeruimus. Dũ pater dr̃,de adoptione cogitemus, vt patri pium affectum rependamus. Dũ dicitur noſter, fraternitatis admonetur,cũ ſit communis adoptio omnib. Nemo dicat meus,q proprie filio conuenit,cui pater eſt per na-

Ioh. 7.d. turam.vñ alibi.*Vado ad patrem meum*.ſpecialiter per naturam, & veſtrum,communem per gratiã. *Pater noſter dicitur*. quod commune omnibus,nemo dicat meus,quod ſolum Chriſto conuenit,qui filius eſt per naturam,alijs cõceditur communis gratia adoptionis.

Monet nobiles & diues,nõ ſuperbire cõtra minores. Non enim vere poſſunt dicere,pater noſter,niſi fratres ſint. Cauẽdũ ẽt eſt cuique a ſordibus,ne tanto patre ſit indignus. Antiquis,vt ſeruis dicitur dominus,nunc per gratiã pater,in quo fiducia. Quid negabit filijs,qui iam dedit quod pater eſt?

lib. de oratione. * Tertul. Noui teſtamenti nouam orationis formam determinauit. Oportebat enim in hac quoque ſpecie nouum vinum nouis vtribus recondi. Cęterũ quicquid retro fuerat, aut demutatum eſt,vt circunciſio, aut ſuppletum vt reliqua lex,aut impletũ ut prophetia:aut pfectũ,vt fides ipſa. Sed &
C breuitas iſta, magnę ac beatę interpretationis ſñia fulta eſt: quantumq; ſubſtringitur verbis, tñ diffunditur ſenſib. Neque enim propria tantum orationis officia cõplexa eſt, uel ue-

oratio dominica breuiariũ totius legis.

a Verbis cor accenditur, & in precibus ſerenatur.
a quod in multiloquio ſuo exaudiãtur. Nõ
b lite ergo aſſimilari eis: Scit enim pater ve 1
ſter, quid opus vobis ſit, antequã petatis
a Sic ergo docendi eis quid petatis,& ſi alijs verbis,tum ſic ¶ Vt doceo,& quomodo doceo,& quid doceo. b De malis remouendis & bonis acquirendis. c Breuis captatio præmittitur.Pater noſter qui es in.
c eũ. Sic ergo vos orabitis:† Pater noſter q 2
¶ Sanctis. ¶ In ſecretis. a Tales fac in quibus ſanctus appareas. ¶ Donum e ſapientia, virtus vero pax. b Quo alij dicimur. c In nobis,vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quod cœpimus perſeueremur. 3 4 5
d es in cælis Sanctificetur nomen tuum. 6
e

D veneratiõ Dei,aut hominis petitionẽ,ſed omnẽ pene ſermonem dñi,omnẽ commemorationem diſciplinę,vt re vera in hac oratione breuiarum totius legis comprehendatur.

lib. 2. de ſerm. dñi in mon. ✣ Auguſt. Nuſquam inuenitur præceptum populo Iſrael, vt diceret pater noſter, aut oraret patrem Deum, ſed dominus eis inſinuatus eſt, tanquam ſeruientibus, hoc eſt, ſecundum carnem adhuc viuentibus. Hoc autem dico cum mãdata legis acciperet, quæ obſeruare iubebantur. Nã prophetæ ſæpe oſtendunt eundem dominum,patrem eorum eſſe potuiſſe,ſi ab eius mandatis non aberrarent. Sicut eſt illud, *filios genui & exaltaui*.&c.

Iſaię 1. ✣ Tertullianus. Appellatio iſta (patris) & pietatis & poteſtatis eſt.

lib de orat. ✣ Gregorius. Nyſſen. Nam quali dicenti pater noſter, opus eſt animo? quanta fiducia? quali conſcientia? ut ubi Deũ quo ad eius fieri põt,per eas appellationes quæ in illo animaduertentur,ad intellectũ inenarrabilis gloriæ quaſi manuductus mente conciperet,atq; didiceret quod diuina natura,quodcunque tãdem ea ſit ipſa bonitas ſit,ſanctimonia, exultatio, potentia,gloria,puritas,æternitas, ſemper eodem modo atque ſimiliter ſe habens.

* Aug. De quotidianis aũt breuib.leuibuſq; peccatis ſuis ſine q b.hęc uita non ducitur, quotidiana oratio fidelũ ſatisfacit.

d *In cęlis*. Spiritualibus, ut ad ſpiritualitatem in qua habitat feſtinare diſcamus,& cęleſtia ab eo quæramus.

E ✣ Petrus Chryſ. Hoc cum dicis,non ſic habeas quaſi nõ ſit in terris,nõ ſic accipias,quaſi ſit loco clauſus,qui claudit omnia,ſed intellige eſſe tibi genus in cęlo, & age ut ſancte uiuendo ſancto patri reſpondeas.

* Chryſ. Vult ut ſciamus nos habere patrem cęleſtem, ut erubeſcamus nos terrenis rebus ſuſternere.

Ex Aug. de ſerm. dom. te.c.1. e *Sanctificetur nomen tuum*. Vidẽda eſt harum diſtinctio ſeptẽ petitionum. Nam cum uitia noſtra temporaliter agitur ſperaturque æterna, priora ſunt dignitate ęterna,his tñ prius accepitis. In his ſeptẽ petitionib.omnia bona pręſentis uitæ uel futurę cõtinentur,in quib.eſt ordo mirabilis,ut in Iſaia legitur. Sicut ſeptẽ dona ſancti ſpiritus a ſummis incipiũt, & uſque ad initiũ ſapientię decurrunt, ita ordo precũ a ſummis uſque ad finẽ,ut a malis mundi liberemur,extendit. Si autẽ in utriſq; a fine incipim⁹, ad perfectionẽ fit ordo aſcẽſionis: Si aũt a ſummis (quia hoc de ſupernis accipim⁹ fit ordo deſcẽſionis. Sed quia p hęc nos ab imis ad sũma conſurgimus, ſeptẽ beatitudines quę per eadẽ dona quęrunt,de imis gradatim ad ſumma perueniunt. In pcibus ergo eſt ut impetremus

F
## NICOLAVS DE LYRA.

✣ *animus melius eleuetur in Deum. Alia cauſa eſt, vt homo in Deum*

Pſal.83.a. *eleuetur non ſolũ mente,ſed etiam corporali voce, ſecundum illud Pſ.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Nõ tamen poteſt dari ibi regula certa,ſed debet homo talibus verbis vti in oratione,quantum percipit homo,quod faciant ad deuotionis excitationem. Si autem econtrario percipiat, quod multiplicatio verborum*

Luc.11.a. De pę. diſ.1. c.de quotidianis. *diſtrahat mentem eius, debet ceſſare a verbis, & orare Deum affectibus mentis. Hoc tamen intelligendum eſt in oratione priuata, vt dictum eſt, quia oratio publica debet eſſe in verbis, vt poſſit percipi ab aliis Sequitur.*

1 Scit enim pater veſter. *Hoc additur ad excludendum illorũ gentilium falſum intellectum ſecundum quem putabant aliquid Deo notificari de nouo,quia omnia ſcit ab æterno.*

Quæſtio. *Sed quæritur, quare oratur Deus, ex quo per orationem nihil ſibi manifeſtatur,nec animus eius in aliquo mutatur & ideo videtur,quod fruſtra oretur. Dicendum, q prædeſtinatio diuina eſt præparatio gratiæ in præſenti,& gloriæ in futuro,& ideo cũ ſit æterna,ſicut ab æterno prædeſtinauit aliquem ab beatitudinem,ita præordinauit modũ per quem daret ſibi illam beatitudinem.ſ. per merita ſua, & orationem, & ideo non fruſtra orat Deum,quia oratio eſt illud per quod ex ordinatione diuina debet conſequi gratiam & gloriam: & eadem eſt ratio de oĩbus alijs bonis,quia cadunt ſub ordine diuinæ prædeſtinationis.* Sic

2 Sic ergo. *Hic docet Saluator modum orandi conuenientiſſimum Ad cuius intellectum ſciendum, q oratio ſecundum Damaſcenum, eſt petitio decentium a Deo. In hac autem oratione exprimitur quidquid decet hominem petere a Deo, & quidquid decet Deum dare homini. Et ſimiliter ordinatiſſime hoc deſcribitur,quia illud quod maxime deſiderari debet ab homine & peti a Deo,primo ponitur, & quod debet peti ſecundario,in ſecundo loco, & ſic conſequenter vſque in finẽ. Illud autem quod primo cadit in appetitum hominis eſt beatitudo. Secundo illud per quod homo beatitudinem cõſequitur, & illud ſecundo petitur,ibi. Fiat voluntas tua. Circa primum conſiderandum, quod beatitudo dupliciter dicitur. Vno modo obiectiue ſcilicet ipſa bonitas diuina in ſeipſa, per cuius fruitionem efficimur beati, & ideo bonitatem ipſam diuinam præ omnibus amare debemus, & per conſequens gloriam eius & honorem præ omnibus deſiderare & hoc eſt quod petimus in prima petitione,cum dicitur.* Pater noſter qui es in cęlis, ſanctificetur nomen tuum, *Dicitur enim.*

Oratio dominica ſecundum Damaſcenum. Oratio dominica ordinatiſſime tendit. *(margin partly cut off)*

3 Pater. *omnium generaliter ratione creationis. Additur.*

4 Noſter. *quia eſt pater ſpecialis iuſtorum per gratiam adoptionis.*

5 Qui es in cęlis. *quia licet ſit in omnibus per eſſentiam, præſentiam & potentiam,eſt tamen ſpeciali modo in iuſtis per gratiam, tamen ſpecialiſſime excellentia eius relucet in beatis per gloriam.*

Beatitudo dupliciter dicitur.

6 Sanctificetur nomen tuum. *non petimus,quod aliqua ſanctitas ei de nouo accreſcat, quia hoc eſt impoſſibile, ſed quod ſanctitas quæ* * eide

## MORALITER.

2 *Sic ergo*. Glo. Non ſolum his verbis oratur, ſed etiam alijs ſub eodem ſenſu conceptus.

c *Pater noſter*. Aug. Admonẽtur hic diuites vel genere nobiles,vt cũ facti fuerint Chriſtiani,nõ ſuperbire aduerſus pauperes & ignobiles,qñ ſimul dicunt Deo,pater noſter, quod non poſſunt ſic pie dicere,niſi ſe fratres eſſe cognoſcant.

6 *Sanctificetur nomen tuum*. Chryſoſt. Digna eſt Deum deprecantis oratio,nil petere ante patris gloriam, ſed omnia eius laudi põſtponere.

*Adu-*

mus dona:ī donis, vt operemur mādata. De operatione bea
A titudinis ſequunť. In æterna vita triū primarū petitionū im-
petrationes fiunt, licet hic incipiant. nā & ſanctificatio nōis
ab ipſo humili aduentu agi cœpit, & aduentus regni in fine
mūdi manifeſtabiť, & perfectio voluntatis ipſa perfectione
noſtræ beatitudinis & ſeculi ter
minatione complebitur. Et hęc
on.dif. calice. tria conſummata in ęternū ma-
nebunt, reliqua quatuor ad iſtā
vitam pertinent. Panis enim
ſpiritualis etſi ęternus, tñ perti-
net ad hoc tempus in quantum
quotidie miniſtratur animæ. Et forſan ideo panis diciť, quia
laborando & differendo diſcitur. Tunc erit vt potus, quan-
do ſine labore haurieť. Et tunc peccata noſtra nobis dimit-
tuntur & dimittimus. Et nunc tentationes vitam noſtrā in-
feſtant. Et liberatio a malo ad hanc vitam pertinet, quam iu
ſtitia Dei mortalē meruimus, vnde gratia eius liberabimur.

Vt aūt iſte ſeptenarius numerus illi congruere, ex quo to
tus iſte ſermo manauit. Si.n. timor Dei eſt, quo beati ſunt
pauperes ſpiritu, qm̄ ipſorum eſt regnū cęlorū, petamus vt
in nobis ſanctificetur nomen dñi timore caſto permanente
in ſeculum ſeculi. Si pietas eſt qua beati ſunt mites, qm̄ ipſi
25.c. poſsidebunt terrā, petamus vt veniat regnum, vel in nos, vt
miteſcamus, nec ei reſiſtamus, vel de cęlo in terras in clari-
tate aduentus vbi lætabimur, ſicut dr̄. *Venite bene. patris mei.*
Si ſcientia eſt qua beati qui lugent, qm̄ ipſi conſolabunť, pe-
B tamus vt fiat voluntas, vt conſentiat caro ſpiritui, quia non
eſt luctus niſi quia iſta cōtra ſe cōfligūt, vt cogamur dicere.
*Infelix ego homo, quis me libe. de corpo. mor. huius?* Si fortitudo eſt
qua eſuriūt & ſitiūt iu. qm̄ ipſi ſa. oremus vt deť nobis panis
d. quotidianus, quo fulciti, ad iſtā ſatietatē perueniamus. Si cō
ſiliū eſt, quo beati ſunt miſericordes, qm̄ ipſi miſe. conſe. di-
mittamus & nobis dimitti oremus. Si itellectus eſt quo bea
ti ſunt mun. cor. qm̄ ipſi Deū vi. oremus vt nō induc. in ten
tatione per aſpera vel blāda, ne non ſit ſimplex cor, dū non
ſimpliciter bonū petat in oibus quæ agit. Si ſapiētia eſt qua
beati ſunt pacifici qm̄ fi. Dei vo. oremus liberari a malo. Li-
beratio. n. facit liberos. i. filios, vt dicamus ſpū adoptionis,
abba pater. Amen, ſignificat in oibus his petitionibus indu-
d. bitanter a domino tribui quod petitur, ſi vltimæ conditio-
nis pactum ſeruare non negligimus. vnde ſubdit. Si dimiſe-
ritis, &c. *Sanctifice.* Hic ſpiritum ſapientiæ oramus, ne a ſan-
ctificatione nominis ipſius in aliquo diſcrepemus, ſed pa-
tris nomen in filiis moribus & vita oſtendatur.

Nomē patris in nobis eſt, qui filij dicimur, q̄ petimus ſan
ctificari. Non vt ipſe ſanctior ſit, ſed vt in nobis opereť aug-
mentū ſuæ ſanctificationis: nā ſanctificatio filiorū nōi eius
attribuiť. Ita dr̄ ſanctificari ſicut clarificari & magnificari in
nobis, *Sanctificetur.* ideſt, ita ſicut eſt ſanctū, habeať homini-
C bus, & ita innoteſcat illis Deus, vt nō putēt aliquid ſanctius.
de ſer. domini c. 10. ✱ Aug. Hoc nō ſic petiť, quaſi nō ſit ſanctū nomē Dei ſed
vt ſanctū habeať hominib⁹, ideſt, ita illis innoteſcat Deus, vt
nō exiſtimēt aliquid, ſanctius quod magis offendere timeāt.
* Cyril.

a Donum eſt intellectus, virtus vero munditia cordis.
b Donum conſilium, virtus, miſericordia.
2 a Adueniat regnum tuum. † b Fiat volun- 1 2
Donum fortitudo, virtus eſuries & ſitis iuſtitiæ.
c d tas tua, ſicut in cælo, & in terra. Panem 3 4 5

* Cyrillus Hieroſolymitanus. Sanctum eſt nomen Dei ſi- D catecheſi. 5.
ue dicamus, ſiue non dicamus, quia vero in his qui peccant
aliqū profanatur, idcirco petimus in nobis ſanctificari, non
vt ex eo q̄ nō fuiſſet tale, eſſe incipiat, ſed vt in nobis ſancti-
ficatis & qua ſanctificatione digna ſunt facietib⁹, ſanctū fiat.
* Tertullianus petimus vt no lib. de orat.
men Dei ſanctificetur in nobis,
qui in illo ſumus, ſimul & in cę-
teris quos adhuc gratia Dei ex-
pectat, vt ſuſpenſa enūtiatione,
non dicentes, ſanctificetur in
nobis, in omnibus dicimus.

a *Adueniat regnum tuum.* Hic ſpiritus intelligētiæ petiť, quo
mūdať cor vt Deus videať. Duritia & poteſtas diaboli ex-
cludiť, & in futuro perfectius, cū euacuauerit oēm principa-
tū & poteſtatē, & tradeť regnū Deo patri. Congrue ſequiť,
vt poſt adoptionē filiorū regnū petamus quod filijs debeť.
Regnum Dei ſemper eſt, ſed veniat id eſt, manifeſtetur
hominibus a quibus vt lux cæcis non videtur, quod nullus Infra 25.c.
ignorare poterit, cum filius iudicare venerit. In quo regna-
bunt & ſancti, vt dicitur, *Percipite reg. quod vo. pa. &c.*
Spiritu intelligētiæ regnū futurū ingredientibus declara-
tur, & mūditia cordis attribuiť, per quā Deus ibidē regnās E
ſicut eſt videbiť, vbi ſpiritus ſapientię complebitur. Septima
ſanctificatio nōis eius. In perfectione ſenarij aduētus regni
poſcitur, vt curramus oēs in virum perfectum, deinde in eo
quieſcentibus ſanctificetur ipſe in nobis, dum nos in illo ſan
ctificamur. Eius requiē iure poſcimus in nobis ſanctificari,
vt perenniter in eo ſanctificati requieſcamus, in qua ſanctifi-
catione pax beatitudinis firmatur & plena ſapientia donať.
✲ Petrus Chryſologus. Petimus vt qui ſibi regnauit ſemper ſermo 77. lib. de oratione.
modo regnet in nobis, vt & nos in illo regnare poſſimus.
✲ Tertullianus. Cum regnum Dei quod vt adueniat ora-
mus, ad conſummationem ſeculi tendat, optamus maturius
regnare, & non diutius ſeruire.
b *Fiat voluntas tua.* Hic petitur ſpiritus conſilij, per quem
voluntas Dei inquiritur, vt a nobis impleatur.
Voluntas Dei in terris ſicut in cęlo ſpiritu conſilij regiť.
Nobis etiam opus eſt ſpiritus conſilij, vt voluntas Dei diri-
gatur in nobis, vt miſericordes in re eſſe poſſimus. Volūtas
Dei ſemper fit, ſed oramus vt libertas noſtri arbitrij ſocie-
tur per gratiam ſuæ voluntati quæ eſt ſanctificatio noſtra &
vita æterna. Voluntas Dei eſt præceptorum eius cuſtodia.
c *Sicut in cęlo.* Sicut in angelis, ita in omnibus. Vel ſicut iu-
ſtis, ita in peccatoribus conuerſis. Vel ſicut in Chriſto, ita in
eccleſia. Vel ſicut mente ſeruio legi Dei, ita & in carne.
Secūdū ſpiritū cęlū, ſecūdū carnem terra ſumus. Oramus
ergo vt ſicut in cęlo. i. in ſpiritu, ita in terra fiat voluntas, vt Rom. 7. d.
caro & ſpiritus ſit homo ſpiritualis de quo dr̄. *Cor meū & caro
mea ex. in deum. vi.* Nec tantū oratur vt bona velimus, ſed fiat
voluntas in nobis, vt viuamus tibi, nō nobis. Hęc tria perfe- Pſal. 83. c
ctius habenť in futuro ſed hic iterim ex parte oramus, vt po
ſtea pfectius habeāť. Quatuor ſequētia pſētis vitę ſūt pſidia. F
d *Panem.* Eſuries iuſtitiæ vt ad ſaturitatē pertingat, fulciť
ſpiritu

NICOLAVS DE LYRA.

ei ęternaliter ineſt, reluceat amplius ī creaturis, & primo & prin
cipaliter quæratur in operibus humanis, ſecundum quod dicit
Apoſtolus. 1. ad Cor. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.* Alia eſt bea
titudo dicta formaliter quę eſt actus vltimate & perfecte coniun
gens nos Deo ſcilicet viſio & fruitio, & illud eſt quod ſecundo
loco petimus à Deo, vt ſcilicet ſimus, participes ſuæ bonitatis,
quod fit in viſione beata. & hoc petimus cum dicimus.
1 *Adueniat.* & bene dicitur, adueniat, quia nō poſſumus ad eā
venire per gratiā & gloriā, & niſi ipſe primo veniat ad nos Vnde
Aug. ſuper Ioan. Ille enim venit quem gratia Dei preuenit. Et
Ioan. 6. e. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui mi. me trax. eum.*
2 *Regnum tu.* Beatitudo enim æterna bene dicitur regnum,
quia ibi habetur plena & perfecta copia omnium bonorum.
3 *Fiat vol. tu.* Hic conſequenter petitur illud per quod poſſu-
mus beatitudinem conſequi. Et hoc dicitur dupliciter. vno mo-
do directe & per ſe, alio modo indirecte quaſi per accidens, cu-
iuſmodi eſt remotio impedimenti, ſecundum ponitur ibi. Et di-
mitte no. Adhuc prima in duas, quia ad aſſecutionem beatitudi-
nis facit aliquid dupliciter. vno modo principaliter. alio modo
quaſi inſtrumentaliter ſecundū ponitur. ibi: Panem noſtrum. Il-
lud per quod principaliter conſequimur beatitudinem, eſt im-
pletio voluntatis diuinæ per ſanctam operationem. Et quia fre-
quenter voluntas eius eſt nobis incognita, & quando cognoſci-
tur adhuc ſumus impotentes & pigri ad implendum, ideo tertio
petimus, *Fia. vol. tu.* i. tu ſpires nobis virtutem & propoſitum
adimplendi tuum bene placitum. Additur autem.
4 *Sicut in cę. &c.* Beati enim qui ſunt in cęlo. quia ſunt coniun
cti immediatæ regulę diuinæ. ideo non poſſunt deficere nec de-
uiare à diuina voluntate, & ideo nos qui ſumus in via qui non ſu
mus ſic coniuncti petimus vt diuina gratia hoc ſuppleat in no-
bis, tenendo voluntatem noſtram in cōformitate ad ſuam in ope
ribus noſtris, ſicut conformantur illi qui ſunt in cęlis.
5 *Panem.* Hic petitur illud per quod inſtrumentaliter duci-
mur ad beatitudinem, & hoc accipitur dupliciter, vno modo
prout aliquid eſt inſtrumentum ipſius Dei, & ſic ſacramenta ec-
cleſiæ ſunt quædam inſtrumenta, quibus ſanctificamur, & ad
beatitudinem ducimur: vnde dicuntur vaſa gratiæ. omnia au-
tem ſacra ordinantur ad ſacramentum euchariſtiæ, quod peti-
mus quarto cum dicimus. *Panem.* Dicitur autem ſuperſtantia-
lis, quia tranſcendit vitam corporalem & dat vitam æternam.
Ioan. 6. c. Ego ſum pa. vi. qui de cę. d. ſi qs man. ex hoc pa. vi. &c.
& petendo hoc ſacramentum petimus omnia alia, quæ ordinan-
tur ad ipſum, vt patet in 4. ſentent. & Luc. 5. vocat eum *panem
quotidia-*

MORALITER.

1 *Adueniat re. tu.* Ad Chriſtum qui eſt Dei regnum non ve-
niemus ad gloriam, niſi prius ad nos veniat per gratiam.
2 *Fiat vo. tua.* Auguſti. id eſt obediatur præceptis tuis ab ho-
minibus terrenis, ſicut in cælo ab angelis ſanctis.
3 *Panem.* id eſt euchariſtiam, quæ reficit animam, naturam cor
poris tranſcendentem, & quotidie pro fidelibus offertur.

A ſpiritu fortitudinis. Ideo oramus, panem noſtrum quotidianum da nobis, ſine quo fame moreremur.

Panis, corpus Chriſti eſt, vel verbum Dei, vel ipſe Deus quo quotidie egemus, vel qui eſt ſuper omnes ſubſtancias.

Ioan. 6. c. Hic eſt panis viuus qui de cę. deſcen. cuius naturæ ſublimitas ſuper omnes ſubſtantias eſt.

a Qui ſolus potes. Dum dicitur hodie. b Vt liberi redeamus ad patriam.

a noſtrũ † ſuperſubſtantialem da[a] nobis hodie[b]:

b Donum, ſcientia, virtus, luctus. a Conuerſis. b Quibus tenemur. Peccata.

c † Et † dimitte[a] nobis[b] debita noſtra, ſicut & 1

d a Veniam petentibus. b Donum, pietatis, virtus, manſuetudo. 2

c Ego pacto, aliter nullus totius orationis eſt fructus.

e nos[a] † dimittimus debitorib[b]. noſtris. Et ne nos[c] 3

a In tentationem inducitur, qui tentatione frangitur. Donum, timor, virtus, paupertas.

f inducas in tentationem, † ſed libera nos 4 5

lib. 5. de ſacramentis, cap. 4. † De pœn. diſt. 1. c. tres ſunt. & diſt. 2. cap. ſi enim & diſtin. 3. c. de quotidiana, cap. ad-

* Ambroſius. Dixi vobis cũ de ſacramẽtis tractarem, quod ante verba Chriſti quod offertur panis dicatur, vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ poſtea ſequit̃ ait, panem noſtrum, panem quidem dixit ſed ἐπιούσιον, hoc eſt ſuper ſubſtantialem. Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui noſtram ſubſtantiam fulcit.

libr. 2. de ſermone domini in monte c. 12.

* Auguſtinus. Panis quotidianus, aut pro his omnibus dictus eſt, quę huius vitæ neceſſitatẽ ſuſtentant, aut pro ſacramẽto corporis Chr̃i quod quotidie accipimus, aut pro ſpũali cibo, de quo idem dñs ait, *operamini non cibum qui perit &c.*

Ioan. 6. lib. de oratione.

* Tertullianus. Chriſtus panis noſter eſt, quia vita Chriſtus & vita panis. Ego ſum inquit, panis vitæ. Panis eſt ſermo

B Dei viui qui deſcendit de cęlis, tum quod & corpus eius in pano cenſetur hoc eſt corpus meum. Itaque petendo panẽ quotidianum, perpetuitatem poſtulamus in Chriſto, & indiuiduitatem a corpore eius. panẽ enim peti mandat, qui ſolum fidelib⁹ eſt neceſſarius, cętera enim nationes requirũt.

Rom. 8. f.

a *Noſtrum*. Quia Chriſtus noſter eſt factus, & Deus pater cum Chriſto omnia nobis donauit. Ideo oramus vt quod noſtrum eſt per donum, quotidie detur per effectum.

Eccleſ. 44.

b *Superſubſtantialem*. vel quotidianum. Quia qui edunt me adhuc eſu. Hic quotidianus, in patria ęternus. Hic panis aſſidue per fidem & charitatem interius reficere debet, quia ſine eo nemo viuere poteſt. Vel panis dicuntur ſpiritualia pręcepta, quæ ſemper ſunt exercenda vel conſeruanda.

c *Et dimitte*. Poſt cibum petit veniam peccatorũ, vt qui à Deo paſcitur, in Deo viuat, & ad vitam ęternam perueniat.

Scientiæ donum quotuplicis vtilitatis.

Cũ dicimus; *Dimitte no. de. noſtra*, ſpiritũ ſcientię rogamus, quo delicta intelligimus, quæ ſine ſpũ ſcientiæ nõ intelliguntur. Scientia quippe ad vſum tẽporaliũ pertinet, q̃ virtus eſt, in vitandis malis, & petendis bonis, vt noſtra & aliorũ cõtagia ploremus, bona cupiam⁹. Magni ſunt iſti tres gradus. nã q liberat̃ à malo, iã hæret ſummo bono, liberatus petit liberatorẽ, ne iterũ ducat̃ in tentationẽ. Sed quia in hac vita nec iuſtus ſine peccato viuit, ſic petit inde liberari, vt ſciat qd ex charitate fratrib. debeat. Sed qa nõdũ viſione Dei fruimur, cibus in via eſt neceſſarius, vt q̃nque ad patriam veniamus.

C Vnde panẽ petimus ad quẽ nemo peruenit ſine ſpiritu fortitudinis.

D tudinis. Vbi ergo fortitudo, ibi eſuries iuſtitiæ. Aeternus enim cibus plenitudo eſt iuſtitiæ. Quotidianus, dum quotidie illam eſurientes implemus.

* Euthymius. Sciens quam lubrica eſſet natura noſtra, ad peccatum, agnoſcẽs quoque & poſt regenerationis lauacrũ rurſum nos offenſuros, iubet pro peccatis deprecari, quæ & debita nominauit. Debitum ſcilicet & peccatum quaſi eadem res obnoxium reddunt hominem ſicut & æs alienum.

† quoti... vel adu... tem. † De c... 2. c. in... † remit... lib. de c... ne. † remit... † De p... a. c. dic... De con. c. panem

* Tertullianus. Debitum in ſcripturis delicti figura eſt, qđ perinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iuſtitiam exactionis.

d *Sicut*. Ecce qua cautione conſtringimur, in qua etiam nos adinuicem ad miſericordiam inflectit, & peccantibus in ſe veniam promittit, & nobis & per nos alijs veniam promittit

Culpæ veniam non debemus negare. vnde. *Cum oratis, remittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, aliter enim pater veſter non dimittet vobis peccata veſtra.*

Pecuniam alicui repetere conceditur, ſed debitam peccatorum petenti veniam nunquam iuſte negamus. E

e *Et ne nos in*. Sed ſpiritu ſcientiæ illuſtra, vt ſciamus quibus malis inuoluimur, & vt lachrymæ proſint rogamus. *Dimitte nobis debita noſtra. Et ne nos*. Non quod ipſe inducat, ſed quia deſerit & ire permittit. Non vero precatur non tentari, ſed nec ad modicum vinci. Tentatio enim eſt neceſſaria ad coronam. *Et ne nos*. deſerens in tentatione ſinas vinci, etſi ſinas tentari, ſine qua nullus probatus eſt.

*Et ne nos inducas.* * Tertullianus. id eſt, ne nos patiaris induci ab eo qui tentat. vbi ſup...

* Cyrillus Hieroſolymitanus. Eſt tentatio velut torrens tranſitu difficilis. Qui in eo non ſubmerguntur, optimi natatores facti traijciunt. Qui ſecus affecti ſunt cum primum in tentationem ſunt ingreſſi, ſubmerguntur, vt cum Iudas in auaritię tentationem eſt, non eam ſuperauit, verum ſubmerſus eſt, & corpus & animam. cateche...

f *Sed li. nos*. Hæc vna petitio, tantum continet quantum omnes ſuperiores.

Vt ſpiritu timoris Dei omnia noxia intus & exterius pellantur, & ſub paupertate beate viuamus. *Sed li. nos*. In illam quæ nondũ eſt ne ſinas induci, & ab ea in qua ſumus ducti, libera, quo facto nihil eſt metuendum, nihil reſtat orãdum.

* Gregorius Nyſſenus. Videtur Dominus multis vocabulis illũ malũ nominare, iuxta differentias prauarum efficientiarũ & ĩproborũ exercitiorũ. Vocat. n. diabolũ, Beelzebub, Mammonã, principẽ mundi, homicidam improbũ, patrem mendacij. Talis igitur natura non eſt, ſed propria malitia. lib. de or... F

* Petrus

## NICOLAVS DE LYRA.

quotidianum, quia quotidie ipſum ſumimus per miniſtros eccleſiæ qui hoc ſacramentum accipiunt pro ſe & pro tota communitate. Alio modo accipitur inſtrumentum ad conſequutionẽ beatitudinis ex parte animæ, & ſic cum corpus ſit inſtrumentũ animæ ſeu organum, per conſequens vita corporalis inſtrumentaliter facit ad conſequutionem ſupernaturalis beatitudinis, inquãtum anima nõ exercet opera meritoria, niſi in corpore quia tempus meriti durat tantum ad tempus huius vitæ. Ad vitam autẽ corporalem neceſſario requiritur ſufficientia victus. & hoc petitur cum dicitur, *Panem no.* & in hoc intelliguntur peti omnia vitæ neceſſaria.

1 *Et di. no.* Hic cõſequenter petitur id per quod conſequimur beatitudinem ſicut per remouens prohibens. Et diuidit in duas, quia primo facit quod dictum eſt, ſecundo reddit rationem cuiuſdam dicti, ibi. *Si enim dimiſeritis*. Prima adhuc in tres, quia à beatitudine conſequenda primo prohibet nos peccatum commiſſum, ſecundo peccatum de proximo committendum. & tertio illud quod eſt ad vtrunque inclinatiuum. Secũdum ponitur ibi: Et ne nos induc. tertium ibi. Sed libera nos, &c.

Illud ergo quod primo & principaliter impedit nos à conſequutione beatitudinis eſt peccatum iam commiſſum, quia ad beatitudinẽ ingredi nõ poſſumus donec peccatũ cõmiſſum ſit totaliter dimiſſum, & quantũ ad culpã & quãtũ ad pęnã, & ideo hãc dimiſſionẽ petimus quinto loco, cũ dicimus. *Et dimit.* Additur. *Sicut*

2 *Sicut & nos di.* quia hæc eſt regula nobis impoſita, q̃ ſicut volumus nobis dimitti peccatũ noſtrum, ita debemus proximo dimittere peccatũ in nos cõmiſſum. Iſta tñ dimiſſio poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantũ ad offenſam, & hoc eſt neceſſitatis, quia tenemur omnes diligere ex charitate. Alio modo quãtum ad iniuriam, & hoc non eſt neceſſitatis, licet ſit ſupererogationis. Sicut enim pecuniam ablatam non tenetur quis auferenti dimittere, ſed petere poteſt, ſic iniuria ſibi illata poteſt recompenſationem per emendam petere ſecundum ordinem iuſtitiæ.

3 *Et ne nos*. Secundo impedit nos à beatitudine peccatum, q̃ formidatur de proximo committendum, & hoc contingit quando ſumus poſiti in graui tentatione, cui probabiliter timemus ſuccumbere, & ideo ſexto petimus hoc à nobis amoueri cum dicimus. *Et ne nos induc.* i. induci permittas.

4 *In tenta.* Non enim petimus vt non tentemur. quia tentari non eſt malum, ſed magis eſt ad virtutis exercitium, quando viriliter reſiſtitur. propter quod dicit pſalm. Proba me domine & tenta me. ſed petimus ne in tentationem inducamur id eſt, ne ab ipſa deuincamur. Pſal. 25.

5 *Sed libe.* Tertio impedit nos illud quod eſt inclinatiuum ad duo prædicta, & hoc eſt fomes peccati, quæ eſt quædam pęna ex peccato primi parentis derelicta. Et hoc malum pęnæ & alia mala pęnitentis vitæ inquantum poteſt nos ad peccatum inducere, ſeptimo petimus amoueri, & ab eis liberari cum dicimus. *Libe. nos*. Sequitur in fine. *Amen*

## MORALITER.

† *Et di. no.* Greg. vt profecto bonum quod à Deo compuncti petimus, hoc ipſum primum proximo conuerſi facimus.

1 Et ne. Aug. Aliud eſt tentari, aliud in tentationẽ induci. Nã ſine tentatione nemo probatus eſt, & ideo non petimus nos non tentari, ſed in tentationem per conſenſum non induci.

2 *Sed libera*. Chryſoſt. hic malum vocat diabolum propter excellentiam ſuæ malitiæ. *Si enim*

* Petrus Chryſologus. Ille qui natura cœleſtis fuit, nunc eſt
A nequitia ſpiritualis, ætate maior ſeculo, nocendi vſu tritus, lædendi arte peritiſſimus.

mo. 70. 20. oper. perf.

* Chryſo. Malum hic diabolum vocat docens nos cum eo habere prælium, nullo vnquam fœdere dirimendum.

⁂ Theophylactus. Non dixit, libera nos a malis hominibus, non enim tam illi nos iniuria afficiunt, quam malignus dæmon per eos.

a *A malo.* omni, viſibili & inuiſibi. Hæc liberatio quotidie neceſſaria eſt, dum ſine malo animæ & corporis non viuitur, ſed in fine complebitur, quando immortales & impaſſibiles erimus. De imis ad ſumma gradatim ſic aſcenditur. A malo per ſpiritum timoris liberamur, inde liberati pauperes ſpiritu & rebus eſſe cupimus, dũ dicimus ne nos inducas in tentationem. Spiritũ pietatis rogamus, vt homo interior manſueſcat & mitis fiat, ne tentatione moueatur.

Precibus laborandum eſt, vt dona percipiamus ex gratia. Donis agẽdum, vt veniamus ad merita. Pro meritis beatitudo ſperanda, alioquin nec ſine precibus fidei ad dominum, nec ſine meritis ad beatitudinẽ peruenitur. Nihil deeſt quod hic ſeptem petitionibus non contineatur, ſiue ad præſentẽ ſiue ad futuram pertineat vitam.

Satis compendioſe tradidit Chriſtus, nõ modo diſciplinã mãdatorũ, ſed & precũ & donorũ, vt paucis verbis memoriæ res multiplices & neceſſarias cõmendaret, & ſic ſimplicitas fidei, ſufficientiã ſalutis ſuę cito addiſceret, & prudẽtia ingenioſorũ amplius profunditate myſteriorũ ſtupeſceret. Hinc Iſaias. *Sermonem breuiatum faciet dominus ſuper terram.* Quoniam ita breuiauit, vt memoriter capi poſſit, ita rebus impleuit, vt nemo ſine gratia ſpiritusſancti percipere poſſit.

Iſa. 10. f.
B

b *Si e. dimi.* Formã impoſuit qualiter velimus iudicari. Vñ indulgentibus coram Deo fiducia reſpondet impetrandi, exigentes vero, pęna remordet vltionis vel damnationis.

Deus mauult inuenire cui indulgeat quã quẽ puniat. iõ in noſtra poteſtate poſuit qua conſcientia iudiciũ Dei quiſque prouocet erga ſe, & quomõ ſententiã tanti diſcriminis poſſit temperare. Omnes debemus, & indulgentia patris omnibus eſt neceſſaria, ideo ex animo aliis dimittamus, vt maiora ſeu plura nobis relaxentur.

Hoc in fine concluditur, vt certũ ſit nobis quid in orõnibus promiſerimus, neq; aliud exigit iudex quẽ rogamus, niſi vt tales ſimus fratribus, qualem eum nobis poſcimus. Et qui hoc non facit dupliciter reus eſt. primo, quia peccauit & debet: deinde, quia admonitus a iudice, fratri non indulget.

Mar. 11. c.

Vnde: *Cum oratis, remittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, aliter enim pater veſter non dimittet vobis.*

c *Si autem non.* Nulla excuſatio relinquitur, quia vnuſquiſq; ſecundum hanc ſententiam in futuro iudicabitur. Ex hoc patet, quod vnuſquiſque in ſua infidelitate condemnatur.

de ſerm. in monte,

* Auguſtinus. Ad tam magnum tonitruum, qui non expergiſcitur, nõ dormit ſed mortuus eſt. Qua frõte igitur hãc ad
C Deum orationẽ fundis, qui ſpiras vindictã in proximũ? An tibi ipſi vindictã hęc dicẽdo accerſis? Nam ſi nõ abiures omne odium, id ipſum autẽ depreceris, *Dimitte nobis ſicut dimittimus*, num idem id ipſum erit ac ſi dicas, Vindex eſto peccatorum meorum, quia ego vindictam ſumere decreui? D

Commendat conditionem. Vos qui eſtis quaſi dii. a Qui in hoc quod peccant homines ſunt.
a a malo*. Amẽ. †Si. n. dimiſeritis hõmini 1
Ecce fiducia magna.
b c bus †peccata eorũ, dimittet & vobis pa- 2
ter veſter cœleſtis delicta veſtra. Si ãt nõ
Iudicium ſine miſericordia fiet eis qui non faciunt miſericordiam.
dimiſeritis hominib.* nec pater veſter di
d mittet vobis peccata veſtra, Cũ ãt ieiu- 3
a Id eſt ipſa vultus triſtitia oſtentate ieiunium. b Repræſentatores alterius perſonæ. Qui non virtutibus ſtudent, ſed fauorẽ vulgi excitant.
e natis, nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. 4
a Pro, demoliuntur, hoc enim proprie de exulibus. b Finem intentionis vt ſupra reprehendit hic. Vt diſſimiles aliis videantur, & ipſa vilitate vltra homines prædicentur.
†Exterminãt. n. facies ſuas, vt appareãnt 5
f hominib. ieiunantes. Amen dico vobis,
g a Laudem quam voluerunt, non adoptionem filiorum. b Sic vni dicit, quaſi omnibus.
†quia receperunt mercedẽ ſuam. †Tũ au 6
a Caput vngit qui ſpirituali lætitia interius pingueſcit.
h tem cum ieiunas, vngẽ caput tuum, & fa

d *Cum ieiunatis.* Poſtquã docuit quomodo orandũ ſit, docet de ieiunio quod iterum pertinet ad munditiam cordis, ne non ſit ſimplex ad deum, dum ad exteriora rapitur.

* Quia tuũ eſt regnum & potentia in ſecula ſeculorum. Hom. 15. operis imperf.

* Chryſo. Omnium malorum praua & fortiora ſunt tria. Gula, auaritia, & vana gloria. Aduerſus quæ dominus tẽtationis ſuſcipiens bellum, pugnauit pro nobis. Contra gulam pugnauit in heremo, contra auaritiam ſuper mõtem, contra vanam gloriam ſuper templũ. Itẽ omniũ bonorũ fortiſſima ſunt tria aduerſus tria mala inuenta. Eleemoſyna contra auaritium, oratio contra vanã gloriam, ieiuniũ contra gulã.

† obſcurant.

e *Nolite fi.* Non prohibet virtutem, ſed fictam virtutis ſpeciem.

Bonum eſt ieiunio pro peccatis triſtes eſſe ad pœnitentiam, & humiliare animam noſtram vnde. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Sed triſtitiam, quæ pro laude eſt, prohibet. Vnde non ait ſimpliciter. Nolite ieiunare, ſed addit, ſicut hypocritæ triſtes.

Pſal. 50. d.

* Tertul. Hæc conditio facti eadem eſt atq; iſta quam ſuperius dixit, cũ facis eleemoſynam, & cum oratis. Ita nimirum illa intelligenda ſunt, vt pietati & Chriſtiano obſequio neceſſaria. Quis enim vere Chriſtianus eſt ſine iſtis?

Li. de ieiunio.

* Idem. An vero quia ieiunium hypocritarũ a Chriſto reiicitur, & prohibetur, ideo ieiunãdũ omnino nõ eſſe intellexit? Cur ergo docuit qua ſe reſta ieiunaturus dirigeret? Cur ipſe ieiunaſſet? Cur apoſtolos poſt aſcẽſionẽ ieiunaturos prędixiſſet?

In regulis breuiorib. q. 123.

⁂ Baſil. Hoc præceptum ad eos pertinet qui Dei mandatum ob eam cauſam exequi ſtudent, vt ſpectentur ab hominibus, quo videlicet a vitio humanæ gloriæ liberentur. E

* Bernardus. Quis magis impius, an profitens impietatem, an mentiens ſanctitatem? Nonne is qui etiam mendacium addit, geminat impietatem.

In apolog. ad Guilelmum Abbatem.

f *Exterminant.* i. extra terminos humanæ conditionis abducunt. Sicut de nitore veſtium iactantia eſt, ſic de nimio ſqualore & macie. Demoliri eſt quaſi diſſipare, & venuſtatem vultus quaſi ad nihilum redigere.

g *Facies ſuas.* Luctuoſis ſordibus in quib. etiam iactantia eſt, & magis ſub ſpecie religionis decipiunt.

Nota non debere oues pelles ſuas deponere ſed veſtiri, ſi aliquando lupi eis ſe contegunt.

h *Vnge ca. tu.* Spũali lætitia mentẽ refice diebus abſtinentię, vt dilectionis odor fragret in operib. miſericordiæ Cõſcientiã laua lachrymis, vt ſit mũda corã Deo. Nõ. n. ſufficit opus miſericordię ſine munda cõſcientia, nec hoc ſine illo. Palæſtinis mos erat in feſtis caput vngere: ergo caput vnge. i. feſtiuũ & hilarẽ te exhibe: & mentẽ ſpũali oleo refice, & de ieiunio nõ quęras laudẽ exterius. Sed quia ſic a ſeculo auerteris, corã Deo gaudeas, & ſic faciẽ. i. cor mundabis a ſordibus, quib. remotis Deũ videre licebit. *Vnge ca. tuum.* Ecce nõdum omnia in nouo Teſtamento ad literam. Ridiculi enim eſſent in F

ieiunio

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Amen. *quod eſt verbum optatiuum reſpectu præcedentium.*

2 Si enim dim. *Hic redditur ratio cuiuſdam dicti in prædicta oratione in quinta petitione, vbi dicebatur.* Dimitte no. *& patet ſententia ex prædictis ibidem:*

3 Cum au. ieiu. *Hic excludit intentionem vanæ gloriæ ab operibus pœnitentiæ, di.* Cum au. ieiu. no. fieri ſicut hypo. *Dicitur enim hypocrita ab hypos quod eſt ſub, & criſis quod eſt aurum, quia ſub auro, vel honeſtate exterioris conuerſationis habet abſconditum plumbum falſitatis. Sequitur.*

4 Tri. *Iſti enim oſtendunt quandam faciei triſtitiam, vt ſimulent pœnitentiæ rigorem, ideo ſubditur.*

Ex.

5 Ex. *Exterminare. n. eſt extra terminos ponere, & ideo illi facies exterminant qui quandam triſtitiam extra modum ſolitum aliorum demonſtrant, vt religioſi præ cæteris appareant. Vel aliter. Sicut fiunt quandoque vnguenta ad decorandum faciem, quibus vtuntur mulieres ad ſimulandum pulchritudinem, ita fiunt quædam vnguenta ad exterminandum prædicto modo faciem, & forte talibus vtebantur ad ſimulandum pœnitentiam, ſicut etiam trutanni talibus vtuntur ad extorquendum pecuniam per quæſtum. Subdit autem debitum modum ieiunandi, cum dicit.*

6 Tu autem &c. vnge caput tuum. *id eſt ſigna lætitiæ prætende, talibus enim vnguentis & lotione corporis vtebantur Iudæi in diebus ſolennibus & feſtiuis.*

Ne

## MORALITER.

1 *Si enim dimi. &c.* Cyprianus: Excuſatio tibi nulla eſt in die iudicij, cum ſecundum tuam ſententiam iudiceris, & quod feceris, hoc ipſe patieris.

Cum

2 *Cum au. ieiun.* Leo Papa: Non ſunt caſta ieiunia quę non de ratione continentiæ veniunt, ſed de arte fallaciæ.

3 *Tu au. cum ie. vn.* Per caput Chriſtus intelligitur, per faciẽ propria conſcientia, quæ lauanda eſt confeſſione: Chriſtus autem vngendus deuotione.

ieiunio oleo delibuti, ſed ſpiritu amoris eius, cuius paſſionib' A debemus participare ad nos macerandum, mens debet inungi: & non oleo adulationis, aliter vana ſunt ieiunia.

Ieiunium qua re & quomodo ſit faciẽdũ. Chriſtus factus eſt vnguentum nobis quod effuſum per paſſionẽ mortis eccleſiam ſuam ſuo odore impleuit. Ideo nõ alterius cauſa ieiunare debemus, ſed eius perfuſi ſpiritu per abſtinẽtiam macerantes carnẽ eius paſſionis participemus. Illo ergo vngamur, vt opera miſericordiæ cumulentur, & charitas interius diffundatur, quia ſine illo calix noſtri ieiunij non inebriatur affectu pietatis.

*in propatulo. Deo ieiunat qui pro amore eius ſe macerat, & quod ſibi ſubtrahit alteri largitur.

lib.1.de cõpunctione cordis. a *Faciem tuam laua ne videaris.* * Ephrem. Si uis lauare faciem B tuam, dilue eam lacrimis, & ablue eam fletibus vt in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum eius cũ claritate refulgeat.

b *Et pater tuus* Patet per fidem intus eſt, & remunerat in abſcõdito facta. Ibi ergo ieiunãdum quo ipſe videat Et neceſſe eſt vt ieiunans ſic ieiunet, vt ei placeat quem in pectore portat.

epiſto. 8. tui. * Ambro. Qui ſunt qui meritũ ieiunij excludunt? Nonne gentilium vox eſt? Manducemus, bibamus, cras enim moriemur

ſermone de ieiunio. ⁜ Cyprianus. Quotquot viros virtutũ vidimus, ſine ieiunio nõ legimus aſcẽdiſſe, Quotquot à Deo aliquid obtinere conati ſũt, ieiunio incubuere & lacrymis, nec defuit prouẽtus.

lib. de uirgi. * Athanaſius. Per ieiunium & obedientiam in paradiſum qui volet, redibit.

c *Nolite theſaurizare.* Ad munditiam cordis terrena erogari præcipit.

Nolite theſaurizare. Qui ieiunat, vel ſeruãdo qđ nõ edit: vel gloriã quęrendo, in terra theſaurizat. Qui pp Deum in cęlo. i. in ęternitate. Et ſi ſpecialiter de eleemoſyna moneat tñ de omni opere virtutũ accipitur, Quia quidquid pro Deo fit, in eo ęternaliter recipiemus. Aerugo metalla cõſumit: tinea veſtes: qđ ab his intactũ eſt, tollunt fures. His tribus modis, oĩs auaritia cõdẽnatur, prętereunt. n. oĩa quę poſſident.

Moraliter. C Moral. Si qđ in carne gerimus: theſauros ĩ terra cõdimus, dũ pcioſos corporis ſẽs' ĩ terrenis đ ſiderijs occupam': quos ærugo. i. libido cõſumit. Porro indumẽta morũ, ira & ſupbia, & cętera vitia deſtruũt, quibus ſi qđ reſtat, dęmones furantꝰ. D

Omne terrenũ vel erugine conſumitur, vt aurum, & argentum, vel putredine, & vermibus ſoluiť, vt veſtis, vel qđ ab his immũe eſt à furibus tolliť. vt lapides pcioſi. In his ergo omne gẽus auaritię reprehẽditur. Rab. Aerugo ſignificat ſupbiã quę decorẽ uirtutum obfuſcat. Tinea, quæ ueſtes latẽter rodit: inuidia eſt, q̃ & ſtudium lacerat bonum, & cõpactionẽ unitatis Allego. diſſipat. Fures ſũt hęretici & dęmones qui ſemper ad hoc ſunt intenti ut ſpiritualibus ſpolient d. *Theſauri autem.* q.d. cum ieiunatis aut aliquid boni operis agitis: ibi recondite, ubi corruptio non poſſit accedere.

ſermõe. ieiunio. 10. menſ. * Leo. Ieiunium ſine eleemoſyna, non tam eſt purgatio animę, quam carnis afflictio, magiſque ad auaritiam quam ad continentiam referendum eſt. E

Hom. 10. Leuiticu. * Origenes. Inuenimus in quodam libello ab Apoſtolis dictum, Beatus qui ieiunat, ut alat pauperem. Huius ieiuniũ ualde acceptum eſt apud deum. imitatur enim illum qui animam ſuã poſuit pro fratribus ſuis.

† Luc. 11 e *In cœlo.* i. omnẽ ſpẽ in cęleſtibus ponite. fide gradiẽtes, charitatem amplectentes. *In cę.* i. in ſpirituali firmamento, quod nõ tranſit. *Cœlum & terra tranſibunt* Infra. 24 *verba autem mea non tranſibunt.* Si ergo cor eſt in cęlo, mũdum eſt, quia munda ſunt cęleſtia. Si autẽ in terra volutatur, quomodo mundum eſt: đ eſt, ſi quid agit vt terrena conſequatur, quomodo mundum eſt? Si etenim illa in genere ſuo munda, tamen ſordeſcit res dignior dum inferiori miſcetur: vt aurum argento, argentum plumbo.

f *Vbi enim eſt theſaurus.* Si in terra: cor eſt deorſum. Si in cęleſtibus, cor eſt in Chriſto fixum.

g *Lucerna.* Proſequitur mũditiam cordis. Sicut oculus mẽbra ad operandum dirigit, ſic intentio & lux fidei omnes virtutes. Lucerna eſt lumen in teſta, ſic charitas in fide. Cum fides ceſſabit, ſola charitas luxerit. De exteriori, docet officiũ interioris hominis, intentione mentis & luce fidei omnes virtutes illuſtrantur, vt reddant lucidum corpus.

Item ad munditiam cordis per ſe hoc capitulum eſt, vel gratia priorum operum, quæ palam apparent.

A teneat̃ poſt quærat vt inueniat viā quę ad propoſitum ducat. deinde cū illuc venerit, vt aperiatur pulſet. Sic prius eſt petitio ſanitatis vt vires ſumātur animo, quib. qd pręcipit implere poſſit. Viribus acceptis, ſecunda eſt inquiſitio viæ. Quid.n. ſunt vires per deum eūtes? Cum autem via ad deſtinatum perduxerit, tertia eſt pulſatio, vt quod clauſum eſt poſſit aperiri, & hoc bene congruit. Cum enim beata vita actione & cognitione compleatur, actio deſiderat facultatem virium, cognitio manifeſtationem rerum. Horum primum petitur, ſecūdum quęritur, illud vt detur, hoc vt inueniatur. Sed in hoc ſecundo prius eſt cognitio vię quam poſſeſſionis. Et qui veram viam inuenerit, perueniet ad poſſeſſionem, quæ tantum pulſanti aperietur.

Vbi ſupra. Auguſtinus. Operoſe quidem quid iſta tria inter ſe differant † Dona. exponendum putaui, ſed longe melius ad inſtantiſſimam peti-
B tionem omnia referuntur. Hoc quippe oſtendit vbi eodē verbo omnia cōcluſit dicens. Quanto magis pater veſter, qui in cælis † Luc. 6. c. 1. d in prin. 50. d. ca. poſſideret. 10. q. 1. c. placuit. In ca. 4. epiſt. Iacob. eſt dabit bona petentib. ſe. Non enim dixit petentibus & quærentibus & pulſantibus.

* Didymus. Cum vera ſit expoſitio ſaluatoris, *Petite & accipietis*, quare multi orantes non exaudiūtur? Quoniā q via congrua ad petendū venit, nihil relinquēs eorum quę pertinent ad impetranda quæ cupit, oīa percipit quod ſibi dari rogauit. Si quis autē extra intentionē traditę petitionis poſcere videatur, iſte neque petere mō debito creditur, & ideo nō percipit qd petit. Nā ſi doctor dicat, oīs qui ad me accedit cauſa doctrinarū, habebit diſciplinas eorū, attendere ad doctorē de ipſis accipiēdū eſt, hoc eſt, vt etiam deſiderium habeat doctrinarū, vt exerceat & meditet̃ eas, & ſumma intentione reſpiciat ea quæ a magiſtro dūr, & naturā habeat bonā, ille indubitanter percipit doctrinā, quam magiſter dare promiſit. Qui ergo ſcientiā & virtutem petūt nec accipiūt, dicendum illis eſt, quia ipſi non propter ipſa bona petunt, ſed vt per ea laudentur.

* Rupertus. Hic opus eſt tali fortitudine quam habuit Iacob, qn̄ cum Angelo luctatus eſt, & victor extitit. Fortitudo illa fuit gemitus inenarrabilis, fletus fuit ſpirit° cōtribulati. Vn̄ cū dixiſſet Oſeas de Iacob, *Inualuit ad Angelū* & cōfortatus eſt, addidit, *Fleuit & rogauit eum*. Lucta pulcherrima eſt, tandiu perſeuerare petendo, donec accipiat.

Sermone 5. de verb. Domini. * Aug. Vt agnoſcat Deus mendicos ſuos, agnoſcamus noſtros. Et cogitemus quando petitur a nobis, qui petunt, a quibus petunt, quid petunt. Qui petunt? homines. a quib. ab hominibus. Qui petunt? mortales. A quib. petunt? a mortalibus.
C Qui petūt? fragiles. A quibus? a fragilibus. Qui petūt? Miſeri. A quib. A miſeris. Excepta ſubſtantia facultatum, tales ſunt qui petunt, quales a quibus petunt. Quam frontem habes D petendo ad dominum tuum, qui non agnoſcis parem tuum?

a *Omnis enim, &c.* Vt prębeat cōſtantiā perſeuerādi, diligētiam quærendi, fiduciam impetrandi addit. *Omnis, &c.* Supra docuit quid petamus, regnū, ſcilicet. Hic cōfidentiā vt nihil hæſitantes petamus. Non denegat ſe petentib. qui ſponte obtulit ſe non petentibus, & quærentes inuenient eum qui non quærentibus dedit vt inuenirent, & pulſantibus aperiet, qui clamat. *Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo.* Apo. 3.

b *Aut quis.* Explanat quid petendum ſit, & ex humana circa filios beneuolentia diligentiam patris circa nos commendat. Petentibus Chriſtum recta fide nō datur lapis offenſionis nec duritia cordis. Ita ſi petieritis patrē veſtrum charitatem ſine qua nil ſunt cætera, vt ſine pane inops eſt menſa, cui contraria eſt cordis duritia.

c *Si piſcem.* Per piſcem fides quæ ſub fluentis ſpiritusſancti nutritur. E

Piſcem dicit inuiſibilium fidem, vel propter aquam baptiſmi, vel quia de inuiſibilibus locis capitur, vel quia fluctibus huius mundi non frangitur. In euāgelio Lucę ſequitur comparatio oui & ſcorpionis. In ouo ſpes accipitur, quia in eo nondum eſt fętus pfectus, ſed fouendo ſperat̃. In ſcorpione cuius aculeus retro timendus eſt, accipitur contrarium ſpei, ſcilicet retro aſpicere, cum ſpes ſe debeat in anteriora extendere. Luc. 11.

d *Si ergo vos.* Quandoquidē patres bona tribuūt filiis, ergo multo magis pater noſter qui bonus eſt incomparabiliter, bona dabit petentibus ſe filiis.

e *Noſtis bona.* Secūdū ſenſum eorū bona qui ea pro bonis habent, quāquā & in rerum natura bona ſunt, & ad vitā iſtam pertinentia, quæ malus nō de ſuo dat, *Domini enim eſt terra, &c.* Vel apoſtoli mali dicuntur, quantum ad reſpectū dei qui ſolus bonus, ex quo omnes boni.

Conſtat q a Deo non niſi bona percipimus, qualiacunq; nobis videantur. Omnia enim electis in bonū cooperant̃, & omnium bonorum ſpiritualiū diſtributor eſt, vt onera charitatis impleantur.

f *Dabit bona.* i. ſpiritum ſanctum. Vel bona ſcilicet ęterna, quę non dantur niſi filijs.

g *Petentibus ſe.* Omnium bonorum ſpiritualium diſtributorem, vt opera charitatis impleantur. Vnde ſubdit.

h *Omnia ergo, &c.* Quia amare amantē naturę eſt, nō amantē vero cogi beneficiis ad amorem, perfectionis Chri eſt. Cū nos priores, vt nobis fieri velimus aliis facere iuberet, mox eundem ſenſum aſtruit dicens. *Omnia ergo quæcunque, &c.* ideſt, bona quæ vultis accipere ab aliis, eadē facite illis vt charitas proximi impleatur quæ ſine dilectione recte nō poteſt perfici. Et ideo addit. *Hæc eſt lex & prophetæ.* quia nec Pſal. 23.

Deus F

NICOLAVS DE LYRA.

❧ *pertinentibus ad ſalutē, ſecundū eſt quod ſit perſeuerans, ideſt non interrupta per aliquid orationi contrarium, quia non ceſſat orare, qui non ceſſat bene facere. Tertium eſt quod oret pro ſe, quia licèt aliquis pie & perſeueranter oret pro alio, tamen effectus orationis poſſet impediri propter malitiam illius pro quo oratur, ſed tribus prædictis concurrentib. ſemper exauditur, & hoc eſt quod notatur in tribus verbis hic poſitis.* Petite. *ſcilicet pie.*

1 Quærite. *perſeueranter.*

2 Pulſate & aperietur vobis. *Ex quo patet, quod loquitur de oratione facta pro ſe cum dicit.* Et aperietur vobis. *Et quia iſtis tribus cōcurrentibus ſemper exauditur.* Omnis enim qui petit. *Sequitur*

3 Aut quis ex vobis homo. *vbi declaratur, quod prædictū eſt per exemplum, quia ſi homines qui tam proni ſunt ad malum, & ideo dicuntur mali, tamen filijs ſuis petentibus ab eis bona dant illis multo fortius.*

4 Pater veſter qui in cęlis eſt. *qui ex natura ſua eſt bonus, per eſſentiam.*

5 Dabit bona petentibus ſe. *ſcilicet gratiam & gloriam.*

6 Omnis ergo. *Hic oſtēditur per quid oratio eſt exaudibilis a parte orantis: Quod fit quando iuſte viuit, faciendo alteri quod ſibi vult fieri, & hoc eſt quod dicitur.* Omnia ergo quæcunque vultis. *Oīa.n. præcepta ordinantia hominem ad proximū, non ſunt niſi quædam concluſiones deriuatę ex iſto principio, ſicut in ſpeculatiuis hoc principium. De quolibet affirmatio vel negatio ſe habet ad omnia quæ ſequuntur ex ipſo, & propter hoc ſubditur.*

Hæc

MORALITER.

3 *Aut quis ex vobis homo.* Remigius. Per panē, intelligit̃ ſpecialis doctrina, per piſcē, baptiſmatis vnda, per lapidē, ignorantia, per ſerpentem, diaboli aſtutia deſignatur.

† *Om. ergo.* Auguſtinus. Voluntas namque non eſt niſi in bonis. Nam in malis cupiditas dicitur proprie, non volūtas.

Hæc

A Deus ſine proximo, nec proximus diligit̃ ſine Deo, quia nõ ex odio vel ex inuidia iudicandus eſt proximus, ergo qua charitate velletis moneri, facite alijs.

a *Vt faciant vobis homines.* Quia addit, homines, dicit tãtum de dilectione proximi. Vñ nec ſubdit tota lex, relinquit vero de dilectione Dei. Quod ſi dixiſſet. Omnia quæcunque vultis fieri vobis facite aliis, vtrunque complexus eſſet, in quibus tota lex propter ſalutem hominũ ſcripta eſt in prophetis & legis.

b *Intrate.* Etſi difficile ſit, vt aliis facias quod tibi vis fieri tamẽ ſic faciendũ eſt vt intremus.

ȝ. cap. c *Per anguſtam.* Anguſta quæritur, nec ab omnibus inuenitur. Nec oẽs qui inueniunt per eam ingrediuntur, quia capti ſeculo retroeunt.

Quamuis charitas ſit lata, tamen per anguſta & ardua abducit hominem a terra. Quid anguſtius illo foramine, quod vnus ex militibus in latere Chriſti aperuit, per quas tamen anguſtas B portas iam pene totus mundus intrauit.

d *Et ſpacio.* Hanc etſi non quęrant, oẽs tamen inueniunt, quia in ea nati. Voluptas vt meretrix importuna ſuis oblectamentis omnes inuitat, & ideo multi intrant per eam.

e *Quam.* Satis anguſtum eſt omnia prætermittere, vnum ſolum diligere, vnum quęrere, ad vnum quotidie pulſare, proſpera non ambire aduerſa non timere.

f *Et pauci.* Si pauci inueniunt pauciores per eam intrare contendunt. Nemo intrat ſine labore, & ſine animi puritate.

g *Attendite.* Cũ dixiſſet arctam viam a paucis inueniri, ne forte ſui implicarent̃ errorib. pſeudo prophetarũ adiecit: Attendite. *Attendite.* Qđ ſupra latã portã dixit, falſos prophetas apertius dicit. *Attendite.* Licet hoc de oĩbus qui aliud habitu & ſermone, aliud opere oſtendunt, poſſit accipi, tñ ſpecialiter de hereticis qui quadam pietatis veſte tecti, venenato animo & intentione nocendi lupi ſunt rapaces, vel exterius ſi copia datur perſequendo, vel interius corrumpendo.

✻ Tertull. Quinam ſunt iſtę pelles ouiũ niſi nominis Chriſtiani intrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcentes? Qui pſeudo prophetæ, niſi falſi prædicatores? Qui pſeudo apoſtoli, niſi adulteri euangelizatores? Qui Antichriſti interim & ſemper niſi Chriſti rebelles?

✻ Vincentius Lirinenſis. Quid eſt veſtitus ouium, niſi C prophetarum & Apoſtolorum proloquia, quæ ijdem ouili quadam ſinceritate, agno illi immaculato, tanquã vellera D quædã texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorũ feri & rabidi, qui caulas Eccleſię ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaqua poſſunt, dilacerãt? Sed vt fallaciꝰ incautis ouibus obrepant, manente luporũ ferocia, deponũt lupinam ſpeciem, & ſe diuinæ legis ſententiis, velut quibuſdam velleribus obuoluunt, vt cum quiſque lanarum mollitiem præſenſerit, nequaquam aculeos dẽtium pertimeſcat.

(Margin: d prę- … t ſuer … ęretic. — … oua- … p. 36.)

a Voluntas hic de bonis tantum dicitur. Dictante charitate.
a quæcũque vultis vt faciant vobis homines
a Ideſt diliges proximum tuum ſicut teipſum. b Quantum ad proximum diligendum. c Ideſt in hoc vno impletur. d Spiritualiter intellecta.
& vos facite illis. Hęc eſt enim lex & pphe- 1
a Ad vitam b Etſi hæc dura, labores, ieiunia, tamen amantibus iugum ſuaue eſt. Charitatem. c Quam pauci inueniunt.
b tę. † Intrate per anguſtam portam, quia la-
c a Seculi voluptas. b Vbi nulla corporis anguſtia. Et tantium via. 2
d ta porta & ſpacioſa via eſt, quę ducit ad per 3
Non quęrunt eam quia ſponte ſe offert.
ditionem, & multi ſunt qui intrãt per eam.
Sed. In ingreſſu. In progreſſu.
e † Quam anguſta porta & arcta via quæ du
Quia.
f çit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt 4
a Et quia pauci inueniunt ergo. Diligenter cauete. b Quid ergo ab illis vbi nec ſpes. Qui in humilitate ambulant ex falſa religione.
eã. Attendite a falſis prophetis qui veniũt
g Vt decipiant.
h ad vos in ueſtimentis ouium, intrinſe- 5
a Et ideo cauete, ne uos dilanient blanditiis & ſimulationibus. 6
b Quomodo illi dinoſcuntur? 7
i cus autem ſunt lupi rapaces. † A fructibus

h *Ad vos. in.* In conſpectu hominum ſimiles miniſtris iuſtitię dum ieiunãt, orant, eleemoſinas dant, ſed nõ ſunt eorum fructus, quia pro vitio eis reputatur.

i *A fructibus eorum.* Hieronymus. Non a veſte, ſed ab operib. quod de manifeſtis accipitur. Quomodo ab eis? quia vt ſpina non facit vuam, ſic bona arbor bonum fructum, mala malum, & non econuerſo. *A fructibus eorum.* quia fideles opprimunt, Deum ſi non verbis, factis blaſphemant. Maxime autẽ per impatientiam diſcernuntur in tempore aduerſitatis. Ieiunia enim E & orationes ſunt ſimulatis ſicut & bonis, ſed non debent oues pelles ſuas deponere, & ſi aliquãdo eis lupi ſe contegant.

✻ Hilarius. Blandimenta verborum & manſuetudinis ſimulationem, admonet fructu orationis expendi oportere, vt non qualem quis verbis referat, ſed qualem ſe rebus efficiat, ſpectemus. †De regul. iur. c 2.

* Vincentius Lirinenſis. *A fructibus eorum, &c.* Ideſt, cum cœperint diuinas illas voces non iam proferre tantum, ſed etiam exponere, nec adhuc iactare ſolum ſed interpretari, tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tũc rabies intelligit̃, tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanæ nouitates aperiũtur, tunc primũ ſcindi ſepẽ videas, tunc transferri patrũ terminos, tunc catholicam fidem cędi, tũc eccleſiaſticum dogma lacerari. Vbi ſupra.

* Chryſoſto. Scire oportet quia ſunt omnino falſi Chriſtiani. Nam nulla res perdit Chriſtianos magis quam hæc, quia quoſcũque viderint dici Chriſtianos, quaſi Chriſtianos eos æſtimant. Sed forte dicis, quomodo dicere illum poſſum nõ eſſe Chriſtianũ, quem video Chriſtũ confitentem, altare habentẽ, ſacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti offerentẽ, ſcripturas ſanctorũ legentẽ, omnẽ ſacerdotij dignitatem habentẽ? Simia hominis habet membra, & per oĩa hominem imitatur, nunquid propterea dicenda eſt hõ? Sic hæreſis oĩa habet & imitatur eccleſiæ myſteria, ſed non ſunt eccleſiæ. Hom. 19. operis imperf.

F Nun-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hæc eſt enim lex & prophetæ. *Hic ponitur ſecundũ quod requiritur ad legis euangelicæ impletionem. ſ. liberi arbitrij conatus, quia lex datur de actibus virtutum, & maxime lex euangelica quæ eſt perfectiſſima. Virtus autem eſt circa bonum & difficile, & ideo ad impletionem eius requiritur conatus hominis, & hoc deſignatur, cum dicitur.*

2 Intrate per anguſtam portam. *quia lex euãgelica eſt porta intrandi ad gloriam. Dicitur autem anguſta propter arctitudinem virtutis quæ conſiſtit in medio: & ſecundum quod dicitur. 2. ethicor. Difficile eſt attingere medium, ſed facile eſt deuiare a medio, ſicut ſagittantibus difficile eſt percutere ſignum, ſed facile eſt deuiare a ſigno. Et ſic eſt de bono virtutis, quia bonum contingit vno modo, malum autem omnifariũ. Ad hoc. n. quod actus ſit virtuoſus oportet quod ſit bonus de genere, & ex omnibus circunſtantijs, quod difficile eſt concurrere, ſed actus efficitur malus ex ſingulis defectibus, quod facile eſt contingere, & hæc deſignantur cum dicitur.*

3 Lata eſt porta ſpacioſa &c. *quia multi inueniuntur defectuoſi, ſecundum quod ſcribitur Eccl. 1. d.* Stultorum infinitus eſt numerus, & pauci valde inueniuntur virtuoſi. *& hoc eſt qđ ſubditur.*

4 Quam anguſta porta, &c. *& patet.*

5 Attendite a falſis prophetis. *Hic ponitur tertium quod requiritur ad impletionem legis euangelicæ. ſ. vitatio falſæ doctrinæ dicens,* Attendite. *i. diligenter cauete.*

6 A falſis prophetis. *i. doctoribus hæreticis. Propheta. n. vno modo idem eſt quod proloquutor, & quia venenum non propinatur niſi melle tinctum. ideo ſubditur,*

7 Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. *quia falſã doctrinam palliant apparentia virtutum. Et quia non poſſunt vitari niſi cognoſcantur, & non poſſunt cognoſci ex apparentia exteriori, ideo ſubdit vnde debeant cognoſci. ſ. ab operibus, propter quod dicit.*
A fructibus eorum cogno. &c. *Sequitur.*

Omnis

## MORALITER.

1 *Hæc enim lex & prophetæ.* Qui proximum diligit legem impleuit.

3 *Lata eſt porta quæ ducit ad perditionem.* i. diabolus extenſione ſuperbiæ dilatatus.

*Quam*

4 *Quam anguſta.* hoc eſt Chriſtus humilitate conſtrictus.

5 *Attendite.* Hoc exponi poteſt de dæmonibus in angelos lucis ſe transferentibus, vt iuſtos decipiant. ideo dicitur 1. Ioan. 4. a. Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus vtrum ex Deo ſint.

*Omnis*

a *Nunquid.* Alleg. Spinæ, tribuli ſunt heretici a quibus nullus ſapientũ ſanctitatẽ vel veritatem poterit inuenire, ſed cõſcindunt, & cruentant approximantes. Vel ſpinæ, & tribuli, curę ſunt ſeculi, punctioneſq; vitiorũ. Vua, & ficus, dulcedo nouę cõuerſationis q̃ Chr̃s in nobis eſurit, & feruor dilectionis, qui lætificat cor hominis. Non ergo de ſpinis, & tribulis vua & ficus, quia nẽ es adhuc veteris hominis cõſuetudine pſſa poteſt ſimulare nõ ferre fructus noui hominis Quod ſi aliquando dicta vel facta malorũ proſunt bonis, nõ hoc faciunt mali, ſed fit de illis cõſilio dei, quia nõ eorum fructus eſt ſed vitis quæ ſuper ſpinas aliquando exuberat, Sed carpendus eſt botrus, ſpina cauenda. Vitis Chriſtus. Sui palmites, qui ferunt vuas, ideſt opera ſpritus quæ inebriant mentem.

Hom. 19. operis imp. * Chriſoſtomus. Sicut botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendit, ſic Chriſtus multos ſibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Similiter, & ſicut ficus multa grana vno tegmine tenet incluſa ſic, & multos fideles quodam dulcis charitatis amplexu vna tenet eccleſia.

b *Sic.* ideſt ſecundum prædictã impoſſibilitatem, quia de mala radice nõ poteſt fructus ſuauitatis erumpere, Expectãdi ſunt boni fructus de bona arbore. Arbor bona vel mala, nõ natura quę ĩ omnibus bõa a Deo eſt creata, ſed voluntas bona vel mala. Fructus, opera quę nec bona malę volũtatis. poſſunt eſſe, nec mala bonę volũtatis. Fructus bonę arboris gaudiũ, pax, patiẽtia, longanimitas, &c. quos fructus nõ niſi bõa volũtas parturit. Sic ecõtrario malos mala intẽtio nutrit

c *Non poteſt.* Non ait, non poteſt mala arbor bona fieri, vel bona mala, quia Paulus de perſequutore factus apoſtolus, & anima manente integra natura, affectu voluntatis corrumpitur, vel in melius mutatur.

Voluntas vniuſcuiuſque arbor bona vel mala. Et ſicut arbor radicatur in terra, ſic voluntas in anima.

Fructus malæ arboris. Fructus malæ arboris ſũt opa carnis. ſcilicet fornicatio immunda, luxuria.

d *Omnis arbor.* Hac ſententia hypocritas, & pſeudo prophetas damnat. & quod ſupra docuit de cordis munditia, hoc exemplo confirmat quod nemo de mala intentione fructũ bonum percipit, nec de bona niſi bonum metit.

a Vt ſi ſuper eos pendeant uites, non tamen de eis, quia non ſunt in uite.
a eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt
Non. Vt de ſpinis non colliguntur vuæ.
b de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic om- 1
a Voluntas bona. Voluntas mala.
nis arbor bona fructus bonos facit, † mala †
a Non enim aliter.
c autem arbor fructuos malos facit. † Non po-
a Dum bona eſt. Quia a radice, fructus arboris pullulat. Dum mala eſt.
teſt arbor bona fructus malos facere. Neque
Sed non impune. Anima.
d arbor mala fructus bonos facere. † Omnis 2
arbor, quæ non facit fructum bonum, † exci
a De numero fidelium ſeparabitur. b Qui paratus eſt diabolo & angelis eius. c Quia mala arbor non poteſt facere fructum bonum.
e detur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructi- 3
f bus eorum cognoſcetis eos. † Non omnis 4
Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.
g qui dicit mihi domine, domine, intrabit in re-
gnum cælorum, ſed qui facit voluntatem
a Qui modo ſanctos per fidem inhabitat perducit eos ad uiſionem pacis. 5
patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in re-
h gnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die, 6
Vt Balaam & Caiphas. a Quaſi organo noſtro tu propheraſti.
domine domine, nonne in nomine tuo 7
a Vt in actibus apoſtolorum filii ſacerdotis exorciſtæ.
prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia 8
a Ecce non magnum eſt uirtutes operari.
eiecimus? & in tuo nomine virtutes multas 9

e *Igitur ex fructibus.* Quaſi di. a falſis prophetis attẽdite, & ex fructibus eos cognoſcite.

Ex fructibus. Quia licet dicant, domine domine non continuo ſunt credendi Hoc autem dicunt, vt a vobis recipiant. Vere dicere dominus Ieſus, eſt in corde credere, ore ꝯfiteri, operibus atteſtari, nã vnũ ſine altero negare ẽ. † putri... marcid... † Luc...

f *Non omnis qui dicit.* Sicut cauẽdi ſunt qui habent ſpeciẽ bonę vitę ꝓpter dogma neqtię, ſic & hi ecõtrario, qui cũ integrę fidei, & doctrinę ſint turpiter viuunt. Vtrũq;. n. neceſſe eſt, vt & opus ſermone & ſermo opibus comꝓbet. † ſupra De dec... quamm... † excid... & in ig... mittitu...

g *Qui dicit domine domine.* Iter regni Dei eſt obediẽtia, non nominis nũcupatio. nõ ẽ hoc illud vere. & proprie dicere vbi ꝓlatio diſcordat a volũtate. de quo Apl's ait. *Nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in. ſp. ſ.* † Luc. 1. Cor. ipſe ... in regn... cælorum

h *Multi dicent.* Maxime autẽ cauẽdũ eſt ab his qui ꝓpter nomen Chri etiã miracula habent quę cũ propter infideles dñs fecerit, monuit tamen ne a talibus decipiãur, putãtes ibi eſſe inuiſibilẽ ſapiẽtiã, vbi ẽ viſibile miraculũ vnde adiungit. *Multi dicent.* Quã mũdo ergo, & ſimplici oculo opus eſt, vt inueniatur via ſapiẽtiæ inter tot deceptiones,

Non ſolum qui verbotenus nominant non recipiunt, ſed etiam hi qui ſine operibus, & prophetant, & dæmonia eijciunt, & virtutes faciũt. Sicut cauere monuit a falſis prophetis, ita ab his qui dæmonia eijciunt, & virtutes faciunt. Prophetare, virtutes facere, dæmones eijcere, interdum nõ eſt meriti illius, qui operat, ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit ad damnationem inuocantis, vel ob vtilitatem eorum, qui vidẽt, vel audiunt, & licet deſpiciantur, qui faciũt, Deus tamen cuius inuocatio facit, honoratur,

Nunquam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Omnis arbor, &c.* Arbor bona dicitur hic homo habens voluntatem bonam, & talis vt ſic ſemper facit opus bonum, Et ſimiliter arbor mala eſt ho habẽs malã voluntatẽ. & iſte ſemper facit malum actum. Sicut enim ſedens inquantum ſedens non poteſt ambulare, vnde in ſenſu compoſito falſa eſt, quia ſequeretur quod ſederet & ambularet ſimul. in ſenſu tamen diuiſo eſt vera quia ille qui ſedet nunc, poteſt poſtea ambulare. ſic habens bonam voluntatem, dum retinet eam non poteſt male agere, quia ad bonitatem voluntatis requiruntur omnes circunſtantiæ bonæ. homo tamen habens bonam voluntatem tunc poteſt eam dimittere, & ſic male agere. & propter hoc ſubditur.

2 *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, &c.* ſcilicet in morte quando a vita præſenti ſeparabitur.

3 *Et in ignem.* ſcilicet gehennæ, & ſic apparebit fructus talis arboris. propter quod repetit. Igitur ex fru. e. &c.

4 *Non omnis qui di.* Oſtenſo quid requirit ad legis impletionẽ, oſtendit conſequenter quod alia nõ ſufficiunt ſine iſtis ad ſalutẽ. quia inter alia q̃ videntur magis ſufficere ad hoc eſt cõfeſſio fidei vel opatio miraculorum vel prophetia, vel iſta cõiuncta ſimul, & tamẽ nõ ſufficiunt. Confeſſio. n. fidei ſine operibus nõ ſufficit, qa talis fides mortua eſt, vt dicit Iacob. 2. & hoc eſt qđ dicit. *Non omnis qui dicit mihi do. do. &c.* confitendo fidẽ catholicam, niſi adſint opera, ideo ſubditur.

5 *Sed qui facit voluntatem.* Similiter prophetia non ſufficit ad ſalutem, quia aliquando datur malis hominibus, ſicut ipſi Balaam vt patet Nu 24. Et ideo dicit.

6 *Multi dicent mihi in illa die.* ſcilicet iudicii extremi.

7 *Nonne in nomine.* Similiter nec eiectio dæmonum, quia aliquando per malos homines talia fiunt ad inuocationem nominis Chriſti, ad declarationẽ virtutis Chriſti, licet ipſi inuocantes ſint mali. ſicut habetur Act. 19 quod quidam infideles eiiciebant dæmones dicendo, *Adiuro vos per Chriſtum quem Paulus prædicat.* Veruntamen, quia tales indigne aſſumunt nomen Chriſti, ideo ſuper ipſos aliquando datur poteſtas dæmoni, ſicut in eodem cap. dicitur, & hoc eſt quod dicitur.

8 *Et in nomine tuo dæmonia.* Similiter nec miraculorum operatio, quæ ſimiliter aliquando per malos fiunt ad inuocationem nominis Chriſti. non propter merita inuocantium, ſed ad fidei Chriſti confirmationem. & hoc eſt quod dicitur.

9 *Et in tuo nomine virtutes multas fecimus.* Ratio autem omniũ prædictorum eſt, quia ſunt gratiæ gratis datæ quæ dantur principaliter ad vtilitatem communem eccleſiæ, & non ad vtilitatem ſingularis perſonæ. & ideo aliquando per malos homines a Deo nobis dantur, ſicut bona eleemoſina aliquando datur a bono domino, mediante malo ſeruo. per quod ſubditur.

Et tunc

## MORALITER.

1 *Omnis arbor bona, &c.* hoc eſt homo radicatus in charitate.

† *Mala autem arbor, &c.* hoc eſt homo radicatus in iniqtate.

4 *Non omnis qui dicit mihi Domine domine, intrabit in regnum cælorum.* Hoc enim facto dicuntur hypocritæ ſanctitatem exterius ſimulantes.

6 *Multi dicent in illa die, &c.* Iſti ſunt bene docentes, & male viuentes.

omnis

A * Chryſoſtomus. Conſidera quæ in nomine dicunt non in ſpiritu, quia in noïe Chriſti multi ambulant, qui non habent ſpiritum Chriſti, ſeducendi cauſa. Ideo non ex nomine Chriſti cognoſcendi ſunt Chriſtiani, ſed ex ſpiritu Chriſti.

* Gregorius. Nonnunquam etiam hæretici miracula faciūt, ſed vt hic prȩmia afflictionis ſuæ abſtinētiȩque recipiāt, videlicet, laudes quas quærūt. Vnde redemptoris voce dicit, *Multi dicent in illa die, &c.* Qua ſententia datur intelligi, vt in hominib' charitatis humilitas non autem debeāt virtutum ſigna venerari. Vnde nūc ſancta eccleſia etiam ſi qua fiant hæreticorum miracula, deſpicit, quia hæc ſanctitatis ſpecimen nō eſſe cognoſcit. probatio nāque ſanctitatis, non eſt ſigna facere, ſed vnumquenque vt ſe, diligere, de Deo autē vera cognoſcere, & de proximo meliora quam de ſeipſo, ſentire.

a *Nunquam noui vos.* Non nouit lux tenebras ideſt non aſpicit, quia ſi aſpiceret tenebræ non eſſent.

B * Chryſoſtomus. Sicut omnes homines naturaliter cognoſcunt Deū, non autem videntur vere cognoſcere, quia non digne colunt, & hȩc ſecundum naturam cognitio, non autem ſecūdam voluntatem. Sic & Deus naturaliter omnes cognoſcit, ſed nō eos videtur velle cognoſcere, quia non eos diligit quaſi factor facturam, quaſi dominus proprios ſeruos. Et hoc eſt ſecundum naturam cognoſcere non autem ex voluntate, quia omne malum extraneum eſt à Deo.

a Qui aliquando dicere diſſimulaui.
a fecimus? & tunc confitebor illis, quia nun- 1
a In nullo approbaui, ſed reprobaui.
b quam noui vos. † Diſcedite à me omnes qui
a Quia non hos nouit: igitur eos qui mandata eius cuſtodiuit, & hoc eſt, ergo.
c operamini iniquitatem. † Omnis ergo qui 2
d a Intelligit. b Non ſonum.
e audit verba mea hæc, & facit ea, † aſſimila-
a In futurum prouidenti. b Aurum, argentum vel lapides precioſos. Vnam cœleſtem.
f
g bitur viro ſapienti, qui ædificauit domum
Chriſtum. a Aereæ poteſtatis impugnatio.
h
i ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, &
a Potentum perſequutio. b Minæ, blanditiæ, vel maligni ſpiritus. 3
k venerunt flumina, & flauerunt venti, & ir- 4 5
a Hæc omnia. b Aedificium virtutum. c Alias ſuam. 6
d Quia ſtat fundata, non ſibi ſed Chriſto tribuitur.
ruerūt in domum illam, & non cecidit. Fun- 7
a Quæ ergo cadit, non ædificatur in Chriſto.
l data enim erat ſupra petram. † Et omnis qui 8
audit verba mea hȩc, & non facit ea, † ſimi- 9
a Gentili vel Iudæa vel diabolo. b Qui non prouidet.
m lis erit viro ſtulto qui ædificauit domum ſuā
a In ſpe terrenorum qui arenæ comparantur, propterea quia labiles & à vento ſunt ſitu mutabiles. Quæ eſt fluida.
n ſuper arenā, & deſcendit pluuia, & venerunt 10
a Maligni ſpiritus.
flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
a Periſt. b Ite maledicti in ignem æternum. Quia æterna.
o domum illam, & cecidit, fuitque ruina eius 11
a Quia nihil imperfectionis habet hic ſermo.
magna. † Et factū eſt cū conſummaſſet Ieſus 12

b *Qui operamini iniquitatem.* Non qui operati eſtis, ne tollat pœnitentiam, ſed qui in iudicio, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen habetis affectum.

c *Omnis ergo.* Q.d. omnia prædicta bene tenenda ſunt, quia qui tenet aſſimilabitur Chriſto, qui non tenet, diabolo.

d *Qui autem.* quæ in monte habita ſunt. Quod dicit vt oſtendat ſermonem in monte habitum, omnibus præceptis, quibus Chriſtiana vita informatur, eſſe perfectum.

e *Aſſimilabitur.* Quia ſicut Chriſtus de perſonis varijs vnā eccleſiam conſtruit, erudit, regit, in vitam dedicaturus æternam, ſic iſte varijs virtutibus perpetuam māſionem ſibi ȩdificat, & in futura dedicatione cum Chriſto lætabitur.

f *Viro.* Illi qui dicit, vt ſapiens architectus fundamentum poſui in Chriſto.

g *Qui ædificauit.* Ille ædificat in Chriſto, qui quod audit ab illo, facit.

C h *Supra petram.* à qua Petrus nomen accepit pro firmitate fidei. id eſt ſuper ſeipſum, ædificauit eccleſiam.

D * Athanaſius. Qui ædificauit domum ſupra petram, Sanctus Petrus eſt. Petra, Chriſtus, domus, fides, ventus, diabolus. Qui vero ſuper arenam ȩdificauit, Iudas eſt, arena ſiquidem eſt ſterilis. *Lib. quæſt. ad Antiochum quæſt. 43.*

* Theophilus Alexandrinus. Petra Chriſtus eſt intelligendus, domus vita hæc præſens innixa Deo: flumina & venti, impetus perſecutionis, arena, hæreſis in qua quicquid ædificatum fuerit, cadit. *Lib. 1. allegoriarum.*

* Chryſoſtomus. Diabolus incipiens ædificauit domum ſuam ſuper arenam. Domus enim eius ante Chriſtum fuerunt omnes gentes. Inconſtantia infidelitatis dicitur arena id eſt, idololatria, quȩ per varias idolorum culturas ſemper eſt diſperſa. Ideo tales dicunt' arenȩ non terra, quia terra fructū facit, arena ſterilis eſt. Deinde terra vnita eſt & conſtricta, arena grana q̄ nō cōueniunt ſibi, nec adhærent, adinuicem, ſic ſunt omnes infideles. populus autem Dei, non ſolum vnitus eſt tanquam terra, quæ quamuis compacta ſit, tamen ſolubilis eſt, ſed ſicut lapis indiſſolubilis. Tertio quia diaboli populus non numerabilis eſt, ſicut arena: Dei autē ex multis pauci ſunt electi. pluuia eſt doctrina quȩ hominē irrigat vt iuſtitiam operetur. Venti, ex parte quidem mala, ſunt immundi ſpiritus, ex parte bona ſpiritus diuerſarū virtutum. flumina ex parte quidem mala, ſunt homines immūdo ſpiritu pleni & in verboſitate īſtructi philoſophi, oratores, &c. Ex parte aūt bona Euangeliſtæ, doctores, &c. *Hom. 20. operis imperf.* *† Luc. 6 g.* *† aſſimilabo eum.* *† Luc. 6. g.* *† aſſimilabit.*

E

i *Et deſ.* Tribus modis diabolus impugnat, carnis concupiſcentia, exterioribus mundi oblectamentis, vel per ſe, cum vniuerſos ventus impulſionum laxat. *Homo tribus modis à diabolo impugnatur.*

K *Pluuia.* Concupiſcentia, à qua quiſque tentatur, quæ ſenſim rigorem fidei emollit, quæ ſi non proficit, maiora flumina eueniunt.

l *Qui audit verba mea, &c.* exterius. Et ideo non habet excuſationem, ſed eſt ruina eius magna, quia monita ſalutis contempſit.

m *Viro ſtulto.* de quo dicitur: Inimicus homo hoc fecit, cuius opera omnia inſtabilia ſunt, & ruinæ patent. *Infra 13, d.*

n *Super arenam.* Qualiacunque ſint quæ ſuper concupiſcentiam vitiorum fundantur, non ſtabunt.

o *Et cecidit fuitque ruina eius magna.* Omnis conſcientia quæ fixa in Deum ſpe non permanet, in tentationibus non valet ſubſiſtere. & tanto amplius agitur, quanto plus in his quȩ mundi ſunt à ſuperioribus diſiungitur, & vere omnes mali vel ficte boni, ingruente qualibet tentatione peiores fiunt. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et tunc confitebor.* notitia ſcilicet approbationis, ſed reprobationis, propter quod ſequitur. *Diſcedite, &c.* & patet litera.

2 *Omnis ergo.* Poſtquam Saluator poſuit legis ſuæ explicationem, & oſtendit eius obſeruationis poſſibilitatem, hic cōſequenter inuitat populum ad obſeruationem, quia eius auditio inutilis eſt, niſi ſequatur operis impletio & hoc eſt quod dicit. *Omnis ergo.* ideſt bonorum operum conſtructionem.

3 *Supra petram.* id eſt Chriſtum. Talis enim facit opera bona de genere & recta intentione, quæ duo requiruntur ad impletionem legis euangelicæ.

4 *Et deſcendit pluuia.* id eſt tentatio carnalis laſciuiæ.

5 *Et venerunt flumina.* cupiditatis & auaritiæ.

6 *Et flauerunt venti.* vanitatis & ſuperbiæ.

7 *Et irruerunt in domum illam.* per importunitatē tentationū.

8 *Et non cecidit.* à ſtabilitate ſcilicet. Cuius ratio ſubditur cum dicitur. *Fundata enim erat.* & per oppoſitum.

9 *Omnis qui audit verba mea, &c. ſuper arenam.* id eſt ſuper mobile fundamentum. Quod facit omnis qui intentionem ſuam ponit ſupra aliud quam ſupra ipſum Deum, quia omnis creatura mutabilis eſt.

10 *Et deſcendit pluuia.* patet ex prædictis. Sequitur.

11 *Fuitque ruina eius magna.* quia primo ruit in foueam culpæ & poſtea in foueam gehennȩ, quæ ruina eſt magna, quia irreparabilis omnino.

12 *Et factum eſt.* Hic ponitur concluſio omniū prȩcedentiū vbi oſten-

MORALITER.

2 *Omnis.* Vir ſapiens eſt humilis. Prou. 11. a. Vbi humilitas, ibi & ſapientia. Vir aūt ſtultus eſt ſuperb. quia ſtultus dr̄ quaſi ſtatu altus. Omnis aūt ſuperbus altiorem ſe reputat, quā ſit in veritate. Sapiens igitur ȩdificat ſupra petram. id eſt. Chriſtum, omnia opera ſua bona faciens propter ipſum. Stultus autem ȩdificat ſuper arenam, quȩ eſt terra mobilis. nā opera ſua facit propter gloriam humanam, quȩ eſt inſtabilis.

10 *Et deſcendit pluuia, & venerunt.* per quā ſignificat' tentatio carnalis

A ✲ Chryſoſtomus. *Ruina magna.* Quomodo magna? Sicut Domus quæ validum habet fundamentum, ſi pars aliqua tecti ceciderit, ruina magna non erit: ſi autem fundamentum caſum paſſum ſit, tunc eſt ruina magna quia totum venit deorſum. Sic Chriſtianus ſi fornicatus ſit,&c.cecidit quidẽ,tñ ruina eius magna non eſt, quia iterum pœnitẽtia ſurgere poteſt, vt Dauid. Si autem de fundamento fidei aliquid paſſus ſit,id eſt,ſi ad gentiles at hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditus ruit. D

Vbi ſupra. 1 23.q.1.ca. Adeo.

a verba hæc,admirabantur turbæ ſup do 1
a Vt doctrinus.
Moyſi addebat quæ minus erant,vel commutabat figuras in veritatem.
ctrina eius.† Erat.n.docens eos ſicut po- 2
a Qui tantum ea quæ in lege data ſunt infirmis,docuerunt.
teſtatẽ habens, & non ſicut ſcribę eorũ & phariſæi.

a *Turbæ.* vel aliqui in turba, quia infideles, vel potius omnes de excellentia ſapientiæ.

NICOLAVS DE LYRA.

* oſtenditur eminentia doctrinæ Chriſti per hoc qđ dicitur.
1 *Admirabantur turbæ.* quia vt patet ex prædictis,docebat eminẽtiſſimas virtutes, & imperfectionẽ legis ſupplebat,& nõ ſolũ terrena bona ſed cęleſtia promittebat. Doctrinam etiam ſuam mirabiliter confirmabat,propter quod dicitur.
2 *Erat enim docens.&c.* Sic autem non docebant Iudæorum periti,ſcilicet Scribæ & phariſæi.

MORALITER.

† carnalis laſciuię. Per ventos vero tẽtatio ſupbię, p flumina vero impetus tribulationis humanæ, per hæc aũt ædificiũ hominis non lęditur,ſed ædificiũ ſuperbi totaliter diſſipatur.
2 *Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens.* i.ſuam doctrinã cauſirmans per opera miraculoſa. Cæteri doctores qui non poſſunt hoc facere doctrinam ſuam confirmare debent per opera virtuoſa.

CAP. VIII.

CVm autem deſcendiſſet. Poſt deſcenſionem domini de monte quãtum interuallum fuerit antequam Capharnaum intraret non apparet, Ipſo autem interuallo Leproſus mundatus eſt, quod Matthæus ſuo loco dicit (Lucas vero alibi recordat⁹ eſt) qui poſt verba illa dicit Chriſtũ intraſſe Capharnaum,non tamẽ oſtendit poſt quantum temporis interuallum.

† Mar.1.d. Luc.5.c. B Luc.5.c.& 7.a. Luc.7.c.

a *Cum autem deſcendiſſet.* Secundũ Lucam & in campeſtri loco ſermonem quem iam forſitan ſupra habuerat ei feciſſet.

*Sequutæ ſunt.* Alij propter charitatem, alij propter doctrinam,alij propter admirationem & curationem.

Myſtice aũt. *Cum autem deſcendiſſet.* ideſt cum ſe exinaniret formam ſerui accipiens,ſequutæ ſunt eum turbæ multę, qa qui prius in Iudęa notus erat,tunc in vniuerſa terra mirabilis factus eſt. Quod aũt poſt præcepta manum extendens leproſum ſanat,ſignificat eos qui de illis præceptis implẽdis dubitant,ſuo auxilio ab huiuſmodi varietate mundare. Non exprimitur certus curationis locus,vt oſtendatur non vnum populum alicuius ciuitatis, ſed omnes ſanare.

Phil 2.a.

✲ Origenes. In montem ſcilicet nequaquam aſcendere poterant turbæ,quia quos delictorum ſarcina deprimit,ad myſteriorum ſublimia niſi abiecto onere ſcandere minime valent. Idcirco & filii Iſrael primitus in montem aſcendere non poterant,quia Aegyptiaca grauati cõuerſatione pręepedieba ntur, ſed ſolus Moyſes aſcenderat,& pauci cum eo ſeniorum Iſrael.

Hom.5.in diuerſos. C

CAP. VIII.

a CVm autẽ deſcendiſſet† Ieſus de monte, 1
a Quę ad altiora aſcendere nõ valuerunt. ¶Aliæ a prædictis.
ſequutæ ſunt eũ tur- 2
a Qui nec ipſe eum lepra tã alta adire poterat ſed ſanatur vt poſſit implere.
bę multę,& eccẽ le- †
a Cum humilitate poſtulat.
b proſus veniẽs adora
a In voluntate poteſtatem tribuit.
c bat eum, dicens: Domine, ſi vis potes 3
a Qui miſericordiæ prætendit aff ectum.
d me mũdare.† Et extẽdens Ieſus manũ 4

b *Adorabat eum,dicens. Domine.* priuſquam peteret,cultum diuinitatis oſtendit.

c *Si vis poteſt me mundare.* De voluntate non quaſi pietatis incredulus dubito, ſed quaſi meæ colluuionis conſcius non præſumo.

* Origenes. Hoc igitur idem eſt acſi dicat,domine tu qui dignẽ adoraris,qui merito coleris te quidem ego, vt dominum adoro, adeoque te dominũ dico,per te enim omnia facta ſunt: volũtas tua opus tuũ eſt.

E Ieſu... De p... para... &c... Vbi ſ...

✲ Chryſoſtomus. Non de voluntate Chriſti dubitat, ſed de iudicio voluntatis. Chriſtus enim cum ſit bonus,nociua non vult præſtare, etiamſi rogetur. Nec enim omnibus expedit corporalis integritas. Quoniam ergo neſciebat, vtrum expediret ei curatio illa, nec ideo ambigebat de voluntate illius, ignorans iudicia miſericordiæ illius, dixit, *Si vis potes me mundare.*

Hom... ris in...

d *Extendens.* Poſt ſermonem & miracula facit,quibus ſermo apud auditores confirmatur.

F

Teti-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

1 CVm autem deſcendiſſet. Lege data, hic conſequenter ponitur eius cõfirmatio p miracula in hoc cap. & ſeq. & eſt ſimilis proceſſus in vtroq; ſed in hoc ca. principaliter ponuntur quædã miracula ad cõfirmationẽ euangelicę legis. In ſequẽti vero ponũtur quędã miracula ad declarationem deitatis ipſius legiſlatoris, ibi *Et aſcendens Ieſus.* in hoc ergo c. ſic procedit,quia primo euangeliſta deſcribit quędã miracula ad credentiũ vocationem,ſecundo quędã miracula ad vocatorũ confirmationem,ibi. *Et aſcendente eo.* Prima in duas,quia primo ponit miraculorum operatio, ſecundo quorundã ad fidem Chriſti conuerſio,ibi. *Vide. Ieſ. turbas.* Prima in tres,quia primo deſcribitur curatio leproſi,& ſecũdo paralytici,ibi. *Cum autẽ introiſſet Capharnaum.* tertio laborantis calore febrili,ibi. *Et cum veniſſet Ieſus.* Prima in duas,quia primo ponitur curatio leproſi,ſecũdo miraculi manifeſtatio,ibi. *Et ait illi Ieſus.* Ad euidentiã dicendorum conſiderandum, ꝙ duplex eſt doctrina. Quędã quę nõ excedit facultatẽ intellectus humani, & iſta dẽt per rõnes demonſtratiuas cõfirmari. Alia eſt doctrina excedens facultatem humanam, & iõ non pt confirmari per rõnem euidentem, propter quod oportet quod confirmetur per opera diuinæ virtutis oſtenſiua, quia cũ Deus non poſſit eſſe teſtis falſitatis,ſi talia inducuntur ad confirmationẽ alicuius doctrinæ,ſequitur eã infallibilẽ veritatem continere. Talis autem eſt doctrina euangelica,& iõ eius cõfirmatio facta eſt per miracula,& hoc eſt quod dicitur. *Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte.* in quo legem euangelicam promulgauerat.

2 *Sequutæ ſunt eum turbæ,&c.* quia aliqui ſequebantur eum ex deuotione propter ſanctitatem ſuæ doctrinę,aliqui autẽ ex curioſitate vt viderent miracula & audirẽt noua,aliqui vt eũ inſidiarentur,ſicut phariſęi,& aliqui vt ab eo curarentur, ſicut infirmi, de quibus erat iſte de quo ſequitur.

3 *Domine ſi vis.* vbi confitetur eius potẽtiam,in quo apparet huius leproſi fides,& deuotio,ex quo ſequuta eſt eius curatio, vnde ſubditur.

4 *Et extendens,&c.* Licet aũt poſſet curare ſolo verbo,tamen appoſuit manum,quia humanitas Chriſti erat quaſi organũ ſeu inſtrumẽtũ ipſius diuinitatis, & iõ ſicut artifex mediãte inſtrumẽto operatur, ſic virtus diuina in Chriſto per applicationẽ humanitatis aliqua faciebat,vt eã coniunctã diuinitati declararet. Sed qritur hic, quare tetigit Leproſum,cũ hoc eſſet in lege phibitũ? Dicendũ q, non erat prohibitũ. Leproſum tãgere ei qui ex tactu ſuo poterat curare,ſicut Elias & Eliſeus nõ fecerũt cõtra legem tangendo mortuos ad reſuſcitãdũ, vt habet. 3. Re. 17. & 4. Reg. 4.

Et

MORALITER.

† *Ecce leproſus veniens Adorabat eum dicens.* Per iſtum leproſum qui confitebatur ſe immundũ,& Chriſtum potentem ad ſe mundandũ dicentem. *Domine ſi vis potes me mundare.* ſignificatur peccator vere pœnitens & ad Dei miſericordiam confidenter recurrens, ideo ſubditur.

4 *Et extendens manum tetigit eum dicens,&c* per quod ſignificatur,quod talis manus diuinæ miſericordiæ protenditur eius crimina relaxando.

Et

a *Tetigit.* Non q̃a ſine tactu ſanare poſſet, ſed vt indicet ſe nõ
A ſubiectum eſſe legi, ſed dñm legis, qui nõ timet contagium.
*Tetigit.* propter humanitatem, vt nos doceret nullum ſperne
re pro aliqua corporis maculatione.
Apparet ſupra legẽ (quæ leproſum excludit) eſſe gratiam, quæ ſanat eum vt ait. *Non veni ſoluere legem ſed adimplere, &c.*
ſupra. ✻ Origenes. Tetigit Chriſtus, vt oſtenderet quia omnia mun da mundis, quia aliorum alijs non adhærent inquinamenta, neque extranea immunditia immaculatos coinquinat.
b *Volo.* Eo ſanauit genere quo fuerat obſecratus. deinde impe rat: *Mundare.* Ecce poteſtas.
✻ Origenes. Hoc idem eſt ac ſi dicat, Confitens profiteris me, ſi voluero, poſſe: magnifi ce credis magnifice et mũda tis. Non dubitaſti credere, non tardo ſanare. Atq; vt magnam
B tibi gratiam oſtẽdam ad te ma num porrigo. Medicus ſum cę leſtis, corpora cum animabus, ſanare poſſum.
* Damaſcenus. Caro domini diuinis actionib. ditata eſt, propter puriſſimam ad verbum vnionem, nequaquam proprietatem naturalium excedentiũ ſuſtinens. Non. n. ſecundum propriam actionẽ, ſed propter vnitum ſibi verbum diuina operatur, verbo per eam, propriam manifeſtans actionem.
c *Vade nemini.* Tacere iuſſit, nec tamen tacere potuit. Non quod aliquid voluit & non potuit, ſed dat exemplum, vt ſui in magnis quæ faciunt latere velint, ſed vt proſint alijs prodantur inuiti. *Nemini dixeris* Hunc tamen Marcus vbi quod hoc prædicaſſe dicit, quaſi euangeliſta factus ſit.
* Chryſoſtomus. Quomodo, inquit, alibi prædicari permiſit ſua miracula? Tum permiſit, cum patris gloriam plenius ſanctificandam agnoſceret, Vetuit vero, cum nondũ agnoſcetur, ne forte ſui ipſius humanẽ gloriam quęrere videretur.
d *Vade.* Mittit ad ſacerdotes pp humilitatem, vt ſacerdotibus deferat honorẽ quib. lex iubet mundatos munera offerre, & vt videntes credant ei, vel ſi non credunt, inexcuſabiles ſint, & ne legem frangere videretur.
C
e *Oſtende te ſacerdoti.* vt ſacerdos non legis ordine, ſed gratia Dei ſupra legem curatum eſſe intelligat.
f *Offer.* quia legẽ non ſoluo, quia nondũ cępit verũ ſacrificiũ. *In*

a Contra legem quam ſuperat gratia, in quo humilitas. b In hoc pietas. c In hoc maieſtatis potentia.
a b tetigit eũ, dicens: Volo, † mundare. Et con-
a Quia dixit. & facta ſunt. ¶Nihil eſt medium inter præceptum & opus.
ſeſtim mũdata eſt lepra eius: Et ait illi Ieſus 1
a Forma noſtri eſt, ne nos iactemus de bonis operibus. b Non erat neceſſe, vt ſermone iactaret quod corpore præferebat. c Diſciplina noſtri eſt, vt nos oſtendamus ſacerdoti noſtro.
c d Vade, nemini dixeris, ſed † vade, oſtende te 2
a Non debent auferri ſigna priuſquam veniant ſignificata. 3
e f † ſacerdoti, & offer munus quod præcepit †
a Scilicet vt credant virtutem Dei magnam eſſe. b Hoc miraculum factum eſt, ſanato leproſo continue.
Moyſes in teſtimoniũ illis. † Cum autem in- 4
a Fide & deſiderio ſcilicet. b Alienigena.
g h troiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Cen- 5
a Per internuncios. b Nullus alius pro ſeruo. c Seruus.
turio, rogans eũ, & dicẽs: Dñe † puer meus
a Non in vno tantum miſerabilis quod iacet, ſed quod eſt paralyticus, & quod torquetur hæc enim omnia cum dolore nominauit. b Repentina diaboli egreſſione.
iacet in domu paralyticus, & male torque-
a Scilicet virtute, virtus enim Chriſti præſens fuit quæ ſuſcitauit eum.
i tur. Et ait illi Ieſus. Ego veniã & curabo eũ.
K Et reſpondens centurio ait; Domine, non 6
a Ecce humilitas.
ſum dignus, vt intres ſub tectum meum,

g *In teſtimonium.* ideſt domino credant ſi impietatis lepra diſcedat. *In teſtimonium.* ſpiritualis curationis, offerendum eſt munus ſpirituale homo ipſe. D
Typice. Leproſus genus humanũ ſignificat plenum lepra, q extenta manu, i. verbo Dei humanã contingẽte naturam, a priſci erroris varietate mũdatur, vt diu abominabiles, & ſequeſtrati iam queant tẽplo red di. *Templũ Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* & ſacerdoti offerri: de quo dicitur: *Tu es ſacerdos in æter num ſecundum ordinem Melchiſedech.* Et offerant pro emunda tione corpora ſua, hoſtiã viuẽtem ſanctam, Deo placentem.
h *Acceſſit ad eum.* Lucas rem vt geſta eſt narrãs, dicit eũ miſiſſe ſeniores Iudæorũ. Sed Matthæus cauſa breuitatis, eũ cuius fides laudatur, cuius deſideriũ & voluntas defert, maluit, prudenter dicere acceſſiſſe, quam eos, per quos mãdabat. Vt mulier, quia credidit, magis, dicit tetigiſſe Chriſtum, quam turbæ quæ cõprimebant. Ita Centurio quo magis credidit, eo magis acceſſit. Tria dicit, iacet paralyticus torquetur, & vt ani mæ ſuę anguſtias iudicet, & do minum ad miſericordiã commoueret. Et hęc ei gloria, quod ſic rogauit pro ſeruo: In quo diſcamus ſic miſereri conſeruis.
E
* Origenes. puer meus. Quaſi diceret, Mihi iſte ſeruus eſt, & ego creatori Iſte me ſuper terram, & ego magnum in cęlis habeo dominum. Si ergo eius non miſereor, quomodo ille mei non miſerebitur?
i *Ego veniam & curabo eum. Et reſpondens centurio ait:* Magna humilitas quod ſeruum dignatur viſitare, q fides Centurionis meruit, qui ex gentib. credit, & humilitas, q ſe indignũ iudicat cuius tectum intret, & prudentia, q vltra carnẽ diuinitatem latentem videt. Ad filiũ reguli venire noluit, ne diuitias honorare videret. hic ſeruilẽ conditionẽ ne ſpernere videatur, mox ire conſentit.
Qui verbo curare potuit pp humilitatẽ viſitare dignatur, & tamen in medio itinere verbo ſanat, ne nõ propter humilitatem, ſed ob impotentiã virium corporaliter ire putaret.
k *Non ſum dignus.* Propter conſcientiã vitæ gentilis, magis timet grauari præſentia quã iuuari, quia & ſi erat fide præditus nondum tamen erat ſacramentis imbutus. Sed quod nec infirmitas noſtra præſumit gratia dare nouit. F
Nam

Margin notes: Mũdus eſto ſupra 5.b. — 1 Cor. 3.d Pſal. 109.a Rom. 12.a — Lucæ 7.a — Luc 7 a ... dominus. — Supra 5 c. familias — ...de fide — ...erdoti — ...ſupra. — Mar. 1.b — ...peris.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ait. *Hic ponitur miraculi manifeſtatio, quæ facta eſt ordinate. Scriptum enim erat in lege Leuiti. 14. quod mundatus a lepra non debebat reſtitui ad communem habitationem hominum, niſi prius iudicaretur mundatus per ſacerdotis iudicium, & facta oblatione domino pro eius mundatione. Et ideo Ieſus ait illi.*
2 Vide nemini dixeris. *ſ. antequam ea quæ ſcripta ſunt in lege cõpleueris. Præcepta enim cerimonialia habuerunt curſum ſuum vſque ad Chriſti paſſionem, vt ſupra viſum eſt. Et ideo vſque tunc Chriſtus ea obſeruauit, vt patet in ſua circunciſione, & ea obſeruare aliis præcepit, vt patet in hoc leproſe cui dixit.*
3 Vade oſtẽde te ſacerdoti, &c. *Per hoc etiam figurabatur, quod peccator qui per leproſum figuratur, licet ſit mundatus a lepra peccati per contritionẽ, tamen adhuc tenetur ſe oſtendere ſacerdoti per confeſſionem. Qualis autem erat oblatio leproſi mundati, in lege habetur Leuiti. 4. & ibi debet exponi.*
4 Cum autem introiſſet Carpharnaum. *Hic ponitur ſecundum miraculũ ſcilicet curatio paralytici. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur huius centurionis fides & deuotio. Secundo ex hoc infertur concluſio, ibi.* Audiens Ieſus. *Circa primum aduertendũ, q iſte centurio ad cuius preces ſeruus eius curatus eſt, non erat Iudæus ſed Gentilis, ibi poſitus a Romanis ad cuſtodiam principalis ciuitatis Galileæ ſcilicet Capharnaũ, quia tota illa terra erat ſubdita Romanis. propter quod Iudæi coram Pilato dixerunt.* Non habemus regẽ niſi Cæſarem. *Et ideo quia Ieſus erat Iudæus, ipſe nõ venit ad eum in perſona propria, reputans ſe indignum ad hoc impetrandum, ſed miſit ad Ieſum principes Iudæorum. vt dicitur Lucæ. 7. vt per eos curationem ſerui ſui facilius impetraret. Et quia quod per amicos facimus, quodãmodo per nos ipſos facimus. ideo Matthæus dicit eũ veniſſe ad Ieſum, non quia in perſona propria venerit, ſed per intermedios, & ſic eſt intelligendum quod dicitur hic.*
5 Acceſſit ad eum, *ſcilicet per amicos. Dicitur autem cẽturio, quia habebat centum homines in armis ſub ſe, ad cuſtodiam illius terræ, ne forte vellent contra Romanos rebellare. Iſte ergo centurio auditis Chriſti miraculis firmiter credidit, quod poterat ſanare ſeruũ eius, qui erat ei valde charus, vt dicitur Luc. Ideo de eius ſanatione ſollicitus. Ieſus autem ſciens eius fidem & deuotionem, reſpondit ei per internuncium ſcilicet.* Ego veniam. *Cum autem eſſet in via, miſit centurio nuncios obuiam ei, vt dicit Lucas, dicentes ex parte eius.*
6 Domine non ſum dignus vt intres *Erat enim homo gentilis,* & abo-

Euãgeliſtę cõcordant de centurionis acceſſu ad Ieſu.

## MORALITER.

1 *Et ait illi Ieſus, vide nemini dixeris ſed vad. oſtende te ſacerdoti.* per hoc innuens, quod eccleſiæ miniſtri non debent gloriam hominum quærere, ſed Dei.
† *Et offer munus, &c.* nam a peccatis mundatus debet eſſe Deo valde gratus.
*Cum*

4 *Cum autem introiſſet.* Iſte gentilis erat, in Chriſtum tamen credebat, aliter eum pro ſanatione ſui pueri non rogaſſet. ideo per ipſum primitiæ Gentium ſignificantur credẽtes in Chriſtum, & laborantes ad conuerſionem aliorũ de quibus fuit Lucas euangeliſta, & Dionyſius Ariopagita, & alii plures, per hoc autem quod Chriſtus ſubdidit,
*Non*

A

* Auguſtinus. Dicendo ſe indignum, præſtitit dignum, nõ in cuius parietes, ſed in cuius cor Chriſtus intraret, Neq; hoc diceret cum tanta fide, & humilitate, niſi iam illum quẽ timet intrare domum ſuam, corde geſtaret. Nam nõ erat magna fœlicitas, ſi Dominus Ieſus intraret in eius parietes, & non eſſet in pectore eius.

Sermon. 6. de verbis dñi.

* Origenes. Quando igitur diuinum hoc, & incorruptum accipis epulum, quando vita, pane & poculo frueris, manducas, & bibis corpus, & ſanguinem domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Ita ergo humilians temetipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito, *Domine non ſum dignus, &c.* Vbi enim indigne ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.

Hom. 5. in diuerſos.

B a *Nam, & ego, &c.* Si ego homo ſub alio poſſum imperare minoribus, quanto magis tu qui ſuper omnia, habens famulantes angelos, potes per eorum miniſteria ſine corporis præſentia dicere infirmitati vt recedat, & recedet, & ſanitati vt veniat, & veniet. Mira fides in gentili.

† alterius poteſtati ſubditus.

Myſtice. Centurio, ſignificat electos ex Gentibus, quaſi centenario milite virtutum ſtipatos, q; nihil terrenum, ſed ſola æternæ ſalutis gaudia ſibi ſuiſque quærunt. Centenarius enim, quia a læua tranſit ad dexteram, in celeſtis vitæ ſignificationem poni conſueuit. Talis ergo meriti viri pro his neceſſe eſt vt ſupplicent, qui hoc ſeruitutis ſpiritu tenentur, vt perfecta charitas foras mittat timorem. Domus autem in quam non audet eũ inuitare, gẽtilitas eſt propter fętorẽ idolatrię: neq; enim gentibus corporalis præſentia Chriſti exhibita eſt ſed verbũ fidei miſit eis p apoſtolos, & ab infidelitate ſanauit.

C Vel milites, & ſerui centurionis, virtutes ſunt naturales, quarum copiam multi ad Deum venientes ſecum deferunt vt Cornelius dicitur vir iuſtus, & timens Deum.

* Caſ-

Magna fides, quæ Dei dicere, credit eſſe facere.

ſed tñ dic verbo, & ſanabitur puer meus: 1

a Ecce prudentia. b Scilicet habens alium dominum.

a Nã & ego hõ ſum † ſub poteſtate cõſtitu- 2

tus, habẽs ſub me milites, & dico huic va 3

a Mira fides in gentili.

de, & vadit, & alio, veni, & venit, & ſeruo

a Ita angeli tibi ſeruiunt. b Quod ſuam intelligit maieſtatem.

meo fac hoc, & facit. Audiens autẽ Ieſus 4

a Non vt turbati animi, ſed docentis nos, quos opus eſt moueri de huiuſmodi & mirari.

miratus eſt, & ſequẽtibus ſe dixit: † Amẽ 5

dico vobis, non inueni tantam fidẽ in Iſ- 6

a Etſi à prophetis edocti. Præſentis temporis, inuenit enim in antiquis. b Vnde prædico vobis, quod mul. ad exemplum illius, in quo fides gentium præfigurat ur. 7 8

b raël. Dico aũt vobis q; multi ab oriẽte & 

Ex omni genere. Ad fidem. Requieſcent feliciter epulaturi.

occidẽte venient, & recũbent cũ Abrahã 9

& Iſaac & Iacob in regno cęlorũ: filij au- 10

Iudæi in quibus ante regnabat dominus. A facie domini.

c tẽ regni eiicientur in tenebras exteriores: 11

D * Caſſianus. Nos dignitatis eius apice ſublimati ſumus, ſi non quibus volumus, cogitationibus abducamur, ſed his quibus ſpiritu diter delectemur, immorari, & inhęrere malis quidem ſuggeſtionibus imperantes. A oriẽte, & ibunt, Venite, & venient, Sermo quoque noſtro corpori, ea quę continentiæ ſunt, iniungamus & ſine vlla contradictione deſeruiet.

Collat.

b *Ab oriente, & occident venient, & recumbent.* Vel oriens, qui illuminati ſtatim tranſeunt. Occidens, qui paſſiones vſque ad mortem tolerant. Per iſtas duas partes mundi ex quibus gentes vocandæ erant, deſignantur.

--conſ

* Auguſtinus. Solue, quæſtionem quomodo dominus dicat, *quam arcta via ad vitam, & pauci inueniunt.* Nunc, *multi ab oriente. &c.* Et apoc. 7. *Multitudo, quæ numerari non poterat.* Et hoc. quia ipſi boni, vtrique chriſtiani, qui per ſeipſos multi ſunt in comparatione multorum falſorũque itidem pauci ſunt. Pauca grana reſpectu paleæ. Et tamen Abrahæ dicitur, *multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cęli.*

Lib. 3. contr. fau.

† Luc

E

c *Filij autem regni eiicientur.* quia in hoc mundo fruuntur beneficiis Dei. ſecundum illud. *Pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Nunc videntur in facie domini, ſed tũc minime.

d *In tenebras exteriores.* Quia a domino foras expellentur. id eſt in æternam noctem, quia hic ſponte ceciderunt in exteriores, id eſt in cęcitatem mentis. per fletum qui eſt oculorũ, & ſtridorem dentium nota veram reſurrectionem corporum. Dentes ſtrident qui hic de edacitate gaudebant. Oculi flent, qui per concupiſcentias vagabãtur. Fletus de ardore. ſtridor dentium de frigore ſolet excitari, quia ibi tranſibunt ab aquis niuiũ ad calorem nimium. Vel ſtridor prodit indignantis affectum, quo ſero pęnitet qđ deliquit pertinaciter.

F

Fletus

## NICOLAVS DE LYRA.

*& abominabile erat Iudæis comedere & bibere cum Gentilibus, & etiam domos eorum intrare, vt habetur Act. 11. Et forte iſte qui Gentilis erat, idola in domo ſua habebat, & ideo ex humilitate Chriſtum ab ingreſſu domus ſuæ repellebat, dicens.* Domine nõ ſum dignus vt intres ſub, &c. *Et ex altera parte firmiter credebat, quod abſens ſolo verbo ſeruum ſuum curare poterat, propter quod dixit.*

1 Tantum dic, verbo, & ſanabitur puer meus. *Quod probat per hoc quod ſubditur.*

2 Nam, & ego, &c. *id eſt licet habeam aliquos ſub me qui mihi debeant obedire, tamen ſum ſubditus maiori poteſtati, videlicet præſidi & imperatori, & tamen ſubditi obediunt mihi ad nutum.*

3 Et dico huic vade, &c. *Et ex hoc intelligitur ſequens concluſio, ſcilicet hæc. Ergo tu qui non es ſubiectus alicui poteſtati, potes præcipere infirmitati, & eam eiicere, & ſic ſolo verbo ſeruum meũ curare.*

4 Audiens. *Hic ex dictis infertur quædam concluſio, quia ex fide huius gentilis, & infidelitate Iudæorum concludit ſaluator vocationem gentium ad fidem; & reprobationem Iudæorum, & hoc eſt quod dicitur.* Audiens au. Ieſ. *ſ. verba Centurionis expreſſiua tantæ fidei.*

5 Miratus eſt. *Sed quæritur. Quomodo in Chriſto fuit admiratio, quæ conſurgit in homine ex alicuius incogniti & inſoliti inſpectione. Chriſtus autem ab inſtanti conceptionis plenus fuit ſcientia, nec aliquid de nouo cognouit, ideo videtur qđ in ipſo admiratio ſecundũ rem non fuit ſed tantum ſecundum apparentiam, quia ad modum admirantis ſe habuit, vt dicunt aliqui. Nec ibi fuit falſitas, quia hoc fuit ad deſignandum aliquod verum, ſ. fidem centurionis, & infidelitatem Iudæorum. Sed melius dicetur, q fuit in ipſo vere admiratio, ad oſtendendum veritatem humanæ naturæ in eo. Ad cuius euidentiam ſciendum quod in Chriſto ponitur duplex ſcientia. Vna diuina, quæ eſt æterna, & ſecundum hanc non poteſt eſſe admiratio, quia nihil cognoſcitur ab eo de nouo. Alia humana vel creata, & hæc ex duplex. Vna, viſionis rerum in verbo, quia anima Chriſti ab inſtanti conceptionis cognouit omnia in verbo,*

Quęſtio.

In Chriſto duplex ſcientia.

*verbo, quæ cognoſcit verbum notitia viſionis, & hæc ſunt omnia, quę habent eſſe ſecundum quamcunque differentiam temporis, cuiuſmodi ſunt præſentia præterita, & futura. & ſecundũ hanc ſcientiã in Chriſto non fuit admiratio ſicut nec innouatio. Alia eſt ſcientia in Chriſto qua cognoſcit res in proprio genere, & hæc eſt duplex. Vna habitualis, & in iſta non eſt aliqua nouitas, quia ab inſtanti conceptionis fuit anima Chriſti perfecte repleta habitibus omnium ſcientiarum. Alia experimentalis, ſicut aliquis habens habitum ſcientiæ per doctrinam, poſtea experitur per intuitionem in effectu. Et iſto modo in anima Chriſti erat aliquid de nouo cognitum, & ſic ex inſpectione illius hoc modo incogniti prius poterat in ipſo admiratio de nouo cauſari. Et ſic factum fuit in propoſito. Sequitur.*

6 Et ſequentibus. *id eſt diſcipulis ſuis. Dixit.*

7 Non inueni. *id eſt, in populo Iudaico, quia licet aliqui de Iudæis firmiter crederent, ſcilicet diſcipuli ſui, tamen principales illius populi non crediderunt, & multitudinem ab eius fide auerterunt, vt inferius patebit. Et ideo concludit ſaluator.*

8 Amen. *id eſt fideliter.*

9 Dico autem vobis q; multi, &c. *quia multitudo gentilium in diuerſis partibus orbis exiſtentium per prædicationem apoſtolorum conuerſa eſt ad fidem, & ſic perceperunt gratiam & gloriam.*

10 Filij autem. *id eſt Iudæi. ex quibus Chriſtus natus eſt, & quib. principaliter miſſus eſt ad prædicandum eis cæleſtis regni euangelium.*

11 Eijcientur in tenebras exteriores. *quia repulerunt fidem Chriſti, & ſic remanent in peccatis ſuis obſtinati, & ſic eijcientur ad pœnas inferni, quæ dicuntur tenebræ exteriores, quia tenebræ primæ ſunt tenebræ culpæ, aliæ autem ſunt gehennæ. Sed quæritur, quomodo ſint ibi tenebræ cum ibi ſit ignis qui de natura ſua eſt lucidus? Dicendum, quod ille ignis deſcribitur in medio terræ, & ideo fumoſus eſt & obſcurus. Item non lucet ad oſtendendum damnatis aliquid ad eorum conſolationem, ſed ad eorum deſolationem, ideo dicuntur ibi eſſe tenebræ exteriores. Sequitur.*

Quo inferi bræ

Ibi erit

## MORALITER.

7 *Non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, &c.* ſignificatur deuotio gentilium ad Chriſti fidem, & obduratio Iudæorum.

Et cum

A a *Fletus.* Per hoc oſtenditur magnitudo tormentorum. Per fletum, tormentum animę, per ſtridorē dentium, corporis.

b *Et cum ve.* Qñ hoc ſit factum non expreſſit Matthæus non enim neceſſe eſt vt poſt illud factũ credatur, poſt quod narratur. Lucas & Marcus prius de hoc narrant quā de lepro ſo, ſed nil obſtat narrandi diuerſitas, vbi eadem dicunt, maxime cum idem euangeliſta eo ordine crediderit ſe debere ire quo Deus voluit narranda recordationi eius ſuggerere.

* PETR. CHRYSOLOGVS. Ad domum Petri non inuitauit diſcumbēdi voluptas, ſed iacentis B infirmitas, non prandendi neceſſitas, ſed ſalutis occaſio, diuinæ virtutis opus non humani pompa conuiuij. In domo Petri non vina, ſed lacrymę fundebantur, turbabat ibi familiam non cura conuiuij, ſed cura languentis, febris ibi, non edacitas æſtuabat, vnde illuc Chriſtus non epulas percepturus, ſed vitam redditurus intrauit, Deus quærit homines, non humana, &c.

c *Et fabrici.* Febris Gręce feruor Latine dicitur, & ſi quando hec paſſio faciat tremere, naturæ eſt humanæ.

C d *Et teti.* Lucas dicit, qđ rogauerunt pro ea. Chriſtus modo rogatus, modo vltro curat oſtendens ſe contra vitiorũ quoque paſſiones, & precibus fidelium ſemp annuere, & ea nō D nunquam quę ipſi in ſe non intelligunt, vel intelligenda dare, vel pie petentibus etiam non intellecta dimittere, vt *Delicta quis intelligit, ab oc. m. mun. me. d.* Pſal. 8. d.

e *Et ſur.* Naturale eſt febricitãtibus incipiente ſanitate laſſeſcere, & moleſtiam ægritudinis ſentire. Sed ſanitas quæ a domino datur hæc tota ſimiliter redit, & etiā eo robore cōfirmat, vt adiutoribus ſuis continuo miniſtrare ſufficiat.

Domus Petri circunciſio eſt eius apoſtolatui cōmiſſa. E Socrus ſynagoga, quæ quodammodo mater eſt eccleſię Petro commiſſæ. Hæc febricitabat, quia inuidiæ æſtibus laborabat perſequens eccleſiam. Cuius manum tangit dominus, quãdo carnalia eius opera in ſpiritualem vſum conuertit, & ita erecta miniſtrat in ſpiritu.

Moral. Quęque anima quę concupiſcentię carnis ſeruit, quaſi febribus ęſtuat. Sed manu miſericordię tacta, per continentiam laſciuiam refrenat, & ſicut ſeruierat immunditiæ modo ſeruit iuſtitię.

f *Veſpere aut.* Occaſus ſolis, mors eſt Chriſti, per quam plures ſanauit dęmoniacos, quam ante viuens in carne ęgrotos. F

a Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus centurioni, 1
a Cuique ſicut credit ita fit. Pro menſura fidei, quia credidit omnia poſſe, indicat per fidem meruiſſe. 2
b Probatur fides domini dum ſanitas ſerui ſequitur. 3
vade, & ſicut[a] credidiſti fiat tibi. Et ſana[b]tus eſt puer † ex illa 4
a Oſtendit non ſequi ordine prædictum miraculum, qui ante ſermonem montis fuit factum.
b hora. * Et cu[a]m veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum e- 5
c ius iacentem & febricitantem & tetigit manum eius, & dimi 6
d e ſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis. Veſpere autem †
f facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat 7
Per iram & odium.
ſpiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt adimple-
retur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicentem. †
a Non ut ſibi haberet. ſed vt a nobis auferret. b A nobis ſcilicet abſtulit. Q ſuſcepit vt medicus.
Ipſe infirmitates noſtras a[a]ccepit, & ægro[b]tationes noſtras 8
9

Marginalia: verſus in domo in illa inuenit … Matth. 18. — † in illa — ni vlteriorem ripam.

## NICOLVS DE LYRA.

1 *Ibi erit fle.* In fletu duo ſunt ſcilicet triſtitia animi ex qua procedit fletus, & ſecundũ hoc fletus eſt in damnatis generaliter, tā in dæmonibus quā in ominibus. Aliud eſt ex parte corporis. ſ. lachrimarũ reſolutio, & turbatio cerebri & oculorum, & iſta nō poſſunt eſſe in ſpiritibus ſeparatis, ſed poſt reſurrectionem quantũ ad aliquid erunt in hominibus damnatis, quia ibi erit prædicta cerebri, & oculorum turbatio, ſed non erit ibi lacrymarum fluxus a capite vel reſolutio, quia ceſſante motu cęli ceſſabit omnis generatio, & corruptio. Ex quo patet vlterius quod ibi erit.

2 *Stridor den.* Quia non importat aliquam corruptionem, ſed tantum doloris oſtenſionem. ſequitur.

3 *Et dixit Ieſus Centurioni, vade, & ſicut credidiſti, &c.* Scilicet perfecte, ſic.

4 *Fiat tibi.* In ſanatione ſerui tui, vnde ſequitur. Et ſa. eſt, &c.

5 *Et cum veniſ.* Hic ponitur tertium miraculum de ſanatione ſocrus Petri, & primo ponitur hoc miraculum in ſpeciali, & ſecundo hoc concluduntur multa miracula in generali, ibi *Veſpere autem facto,* In prima igitur parte dicit ſic, *Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri.* Saluator enim noſter cum corpus paſſibile ad noſtrā ſalutem accepiſſet, aliquando declinabat ad loca familiarium ſibi, & deuotorum ad quietem habendam poſt labores, & iſto modo venit ad domum Petri.

6 *Vidit ſocrum eius iacentem & fe. &c: & ſurre. Miniſtr.* Quod nō potuit fieri niſi diuina virtute. Natura enim non operatur in inſtanti, & ideo licet a febribus virtute naturæ poſſit homo curari, non tamen ita ſubito & perfecte, quod poſſit ſtatim opera conſueta facere, ſicut dicitur hic. *Et ſurrexit, & miniſtrabat eis.*

7 *Veſpe. autem fac.* Hic ponitur ad confirmationem legis euangelicæ multa miracula in generali, quia audito hoc miraculo, oēs q in eadē villa detinebanť variis lãguoribus, ſunt Chriſto oblati & ab eo curati, & ſic adimpleta eſt ꝓphetia Iſa. 35. ibi dicit ſic. *Vere languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit.* Ad cuius intellectum conſiderandum, quod Chriſtus qui venerat ad ſalutē humani generis, in tantum accepit infirmitates noſtras inquãtũ valebant ad opus noſtræ ſalutis. Ad hoc aũt nō faciunt defectus ſcientiæ, & gratię ſed magis contrariant, & iō Chriſtus nō accepit defectũ ignorantię, & fomitis inclinãtis ad peccatũ, qa contrariantur plenitudini ſcientiæ & gratię quę fuerunt in aĩa Chri ab inſtanti conceptionis. Aliorum autē defectuũ qui non repugnãt ſcientiæ & gratię aliqui ſunt, qui ſequuntur totã naturã humanã, & ſunt materię virtutis, ſicut paſſibilitas, mortalitas, fames, ſitis, & ſimilia & talia aſſumpſit Chrs in ꝓpria perſona, quia faciebant ad opus noſtræ redemptionis. Alii ſunt defectus q nō ſequunť totam naturã humanã, ſed aliquã in particulari, & hos nō aſſumpſit Chriſtus in propria perſona, quia huiuſmodi contingũt dupliciter. Vno modo ex debilitate virtutis formatiuę, & ex defectu materię, ſicut ſunt partus monſtruoſi, & hi nō habuerunt locũ in Chro, quia corpus eius fuit formatum ex puriſſimis ſanguinibus virginis Marię, ſic non habuit locũ defectus vel inordinatio materiæ. Fuit ēt formatũ virtute ſpiritusſancti infinita, & iō non habuit ibi locũ defectus virtutis deformatiuæ. Alio modo contingunt ex defectu regiminis, ſicut febris morbus caducus, & conſimilia, vel a Deo inferuntur pp peccatũ. Et iſta in Chriſto non poterant habere locũ, in quo nō potuit eſſe defectus alicuius debiti regiminis vel peccatũ. Aſſumpſit tamen iſta in perſona aliena qđãmodo, inquantũ miſericorditer talia curauit, & ſic euangeliſta exponit dictũ ꝓphetię Iſaiæ dicentis 8 *Ipſe infirmita. no. accepit.* ſ. quantũ ad illos defectus, quos aſſumpſit in ꝓpria pſona

9 *Et ægrotationes, &c.* Scilicet quantũ ad illos defectus humanæ naturę, quos patienter ſupportauit, & potenter curauit, nō tũ in propria

## MORALITER.

5 *Et cum veniſſet Ieſus in domum Simonis Petri, &c.* Per ſocrũ Petri quę mulier erat, ſenſualitas ſignificatur, quę mulier ab Auguſtino vocatur, ipſa vero iacet febricitans concupiſcentię calore. Per Chriſtum autem qui eſt imago patris, ratio, ſecundum quã homo factus eſt ad imaginem Dei, ſignificatur. Igitur moraliter ſocrus Petri ſanatur, cũ ſenſualitas per rationem ad debitum ordinem moralis virtutis reuocatur, ideo ſubditur.

† *Et miniſtrabat eis.* Quia ſenſualitas reformata virtute morali, miniſtrat & ſeruit rationi.

7 *Veſpere autem, &c.* Per quod ſignificatur quod hora mundi veſpertina Chriſtus venit dæmones eiicere & infirmitates hominum curare.

a *Vident autem Ie.* Manifeſtum eſt alium eſſe diem quo iuſ-
A ſit ire transfretum, non eum qui ſequitur illum, in quo ſocrus Petri ſan ita eſt quo die Lucas Marcuſque eum in deſertum exiſſe affirmant. Iuſſit ire transfretum, ſignificans vt amaros ſæculi fluctus tranſeamus.

a Suſtinuit in cruce. b Poſt ſanationem iſtorum.
portauit. Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit 1 2
a Literæ occidentis ſeruus.
diſcipulos ire † transfretum. † Et accedens vnus ſcriba, 3
a Hoc deſiderans quod Simon magus voluit emere vt de miracul s lucraretur.
ait illi: Magiſter ſequar te quocunque ieris. Et dicit eis 4
a Doloſitas latet in te profunda. b Elatio nidum fecit cor tuum.
Ieſus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius au- 5
a In te locum mea humilitas. Humilitatem mortis. b Quem ad diſcipulatum vocabat, dignus in quo diuinitas quieſcat. 6
tem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius au- 7

Hom. 18. in Matth. * Chryſoſtomus. Videſne iterum quā toſtudio oſtentationem fugiat. Nam cæteri quidem dicunt dæmonibus cū præcepiſſe, ne dicerent quod ipſe eſſet. Matthæus autem dicit quod turbas remouebat, quod faciebat, partim nos do-
B cens humilianſque partim ne Iudæi peſtiferæ veneno inuidię tabeſcerent, monens nihil prorſus ad oſtentationem nobis eſſe faciendum.

b *Et accedens.* Quod Matthęus dicit hoc factum quando iuſſit ire transfretum. Lucas vero ambulantibus illis in via, nō eſt contrarium, quia via ambulabant vt venirent ad fretum

c *Magiſter.* Quaſi vnus ſit de pluribus. Et ipſe liberator erat non ſpiritualiter auditor.

*Magiſter.* Non dixit domine, ſed magiſter, vnum de pluribus magiſtris æſtimans.

Serm. 19. * Petrus Chryſologus. Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incaute ſequi. Sed ad omnia poſſe quis promittit? Dixiſſet potius, ſequar te quocumque iuſſeris, humanius certe quocunque volueris. Sic autem dicit, quocumque ieris, qui inter ſe & Dominū, quid interſit ignorat. Sic dicit, q Chriſtum Deum non intelligit ſed magiſtrū. Petrus per ma-
C re ſequit, & ſubmergitur ad paſſionē ſequitur, ſed negat. Et ſi Petrus ſic deficit, ſic ſuccūbit ad pauca, iſte quis eſt qui ſe
D ad omnia ſequi dominum ſic promittit?

d *Vul.fo.ha.* Quaſi dicat. Quid me propter lucra ſeculi vis ſequi cum ita ſim paup, vt nec hoſpitolum quod meū ſit habeam? Vel, iſte miraculis commotus, propter inanem iactantiā ſequi voluit, quā ſignificāt aues cœli. Finxit obſequiū diſcipuli in quo vulpes. Reclinatio capitis, humilitatem ſuā ſignificat, quę in illo ſimulatore, & ſuperbo locum non habebat. Vel vulpes hæreticos ſignificāt, qui non virtute Dei confiſi dolis ſeducere nituntur. Aues malignos ſpiritus elatos, qui in cordibus
E Iudaici populi nidos, & foueas, ideſt, domicilia habent. In talibus diuinitati Chriſti non eſt locus.

lib. 4. ſtrom. * CLEMENS ALEXANDRINVS. Vulpes itaque foueas habent, quia qui eos in effodiendis, & infodiendis verſantur diuitiis, homines prauos, & terræ filios, vulpes appellauit.

* Rupertus. Quanti hodie ſunt, propter quos horum meminiſſe oportuit, quorum in cordibus cum in ore ſanctam conuerſationem profiteantur, maligni ſpiritus ita cubant, ſicut vulpes in foueis, & locus in eis non eſt, vbi Chriſtus caput ſuum reclinet.

e *Filius autem hominis non habet, &c.* Cum homines vocent eum filium Dei, ipſe ſeipſum vocat filium hominis, humilitatis cauſa.

f *Alius autem.* Nota hunc vocatum eſſe a Ieſu.

*Domine.* F

## NICOLAVS DE LYRA.

*propria perſona aſſumpſit.*

Diuiſio. 1 Videns autem Ieſus tur. *Hic ex doctrina, & miraculis pdictis ponitur aliquorum conuerſio ad Chriſtum. Et diuiditur in duas partes, quia primo notatur Chriſti receſſus ad deſertum locū, & ſecundo, iſtorum conuerſorum acceſſus ad Chriſtum ibi,* Et accedens vnus. *Circa primū aduertendum, quod quia Chriſti actio noſtra erat informatio, ideo Chriſtus legitur a turbis receſſiſſe ad deſertum locum, vt daret prædicatoribus verbi diuini exemplum. Vna cauſa fuit ad habendum quietem poſt labores ſuos, & diſcipulorum ſuorum, vt habetur Mar. 6.d.* Veniti ſeorſum in deſertum locū & requieſcite ibi puſillum. *Erant enim qui veniebant et redibant multi, nec ſpacium mādu candi habebant. Alia cauſa fuit propter orationem, oſtendens quod prędicator verbi diuini aliquando debet vacare ſeorſum contemplationi,* Rom. 8 d. Lucæ 9 g. *vt ibi hauriat in deuotione quod poſtea effundat populo in prædicatione: vnde & Moſes aliquando aſcendebat in montem ad dominum, & aliquando deſcendebat ad populum, & hoc habetur Lucę. 6. c.* In diebus illis exiit in montem Ieſus ſolus orare, & erat ibi pernoctans in oratione Dei. *Tertia cauſa fuit ad fugiendum populi applauſum. Ioā. 6. b,* Ieſus autem cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum ſolus in montem. *Iſta ergo triplici de cauſa, vel ſaltem aliqua earum dicitur hic.* Videns Ieſus turbas multas, &c. *Nimis ſcilicet opprimentes & applaudentes.* 2 Iuſſit diſcip. &c. *Ideſt, vltra mare Galilææ in locum magis ſecretum.* 3 Et accedens. *Hic ponitur quorundam diſcipulorum acceſſus ad Chriſtum. Quorum vnus accedebat ficte & ideo repellitur Secundus vere, & ideo recipitur, ibi.* Alius autem de diſcipulis. *Circa primū conſiderandū q vnus de his qui audierant prædicationem Chriſti, & viderant miracula, qui erat ſcriba, id eſt, literatus, conſiderauit quod ſi eſſet familiaris Chriſto, quod poſſet magnam pecuniam colligere ab his qui a Chriſto curarentur per ipſius ſuggeſtionem & introductionem, ideo voluit ſe ei coniungere, dicens,* 4 Magiſter ſequar, &c. *Ieſus autem videns eius animum, non reſpondit ad eius verba tantum, ſed ad ipſius animum, dicens.* 5 Vulpes foueas habent, & volu. cœli nidos. *Ideſt, bruta habent ſua latibula in quibus poſſunt latere,* 6 Filius aut. ho. *Ideſt, ego ſum ita pauper q nec habeo domicilium vbi poſſim reclinare. q. d. ſibi. Cur vis me ſequi propter lucrum temporale? & ſic cōuenienter à Chriſto repellitur. Sed quæritur hic, quare Chriſtus in paupertate voluit viuere? quia ſicut diuitiæ ſunt impedimēta reprobis, ita probis ſunt adiumēta virtutis. Nihil aūt faciens ad virtutē debuit Chriſto deficere, ergo videt q debuit diuitias tēporales habere.* Quare Chriſtus voluit paupere viuere. *Dicendū, q Chriſtus multis de cauſis in paupertate vixit, duæ tn præ cæteris videnē valere. Prima cauſa, quia Chriſtus venit ad prædicādū veritatē in mūdo, ſecūdū q ipſemet dixit Io. 18. g.* Ego in hoc natus Prima ſum, & ad hoc veni in mūdū, vt teſtimoniū perhibeā veritati: *pdicatio aūt impeditur per adminiſtrationē bonorū tēporaliū, propter quod Chriſtus apoſtolis ad prædicādū miſſis dixit. inf. 10. a. Nolite poſſidere aurū & argētū, & c. q. d. iſta impedirēt vos à prædicatione & ſpiritualiū adminiſtratione. Ipſi aūt apoſtoli, Act. 6. a. dixerūt.* Nō eſt ęquū nos relinquere verbū Dei, & miniſtrare mēſis. *Conſiderate ergo fratres ex vobis viros boni teſtimonii ſeptē, quos cōſtituamus ſup hoc opus, nos aūt orōni & miniſterio verbi inſtātes erimus. Ex qb. patet, q adminiſtratio tēporaliū impedit prædicationis officiū. Et io, quia Chriſtus voluit prædicatoribus euāgelij debitā formā viuēdi tradere, iō voluit in paupertate viuere. Secūda cā eſt, qa ſicut Chri-* Secūda *ſtus mortalitatē noſtrā aſſūpſit, vt per eā nobis immortalitatē cōferret, & ſic paupertatē noſtrā voluit aſſumere, vt per eā nobis æternas diuitias tribueret. Et hāc cauſam tangit Apoſtolus 2. Cor. 8. b. Scitis gratiā dñi noſtri Ieſu Chriſti, quoniā egenus pro nobis factus eſt, vt il-* Tertia *lius inopia diuites eſſemus. Tertia autē iō pōt addi, ne conuerſio fideliū facta per Chriſtū poſſet aſcribi diuitiis ſeu potētiæ ſeculari. Ad argumētū dicēdū, q aliquid bene eſt actus virtutis ſecūdū inferiorē ſtatū, q tamē eſt impeditiuū actus virtutis ad altiorē gradū. Sicut debitus vſus matrimonii eſt impeditiuus virginitatis, & eodē mō adminiſtratio temporalium bene eſt impeditiua perfectæ ſequelæ Chriſti, inquantum impedit actum contemplationis. Propter quod dicitur in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione erogare, ſed melius eſt intentione ſequend. Chriſtum totum ſimul donare, & abſolutum à ſollicitudine cum Chriſto egere.*

7 Alius autem. *Hic deſcribitur conuerſio alterius ad Chriſtū, qui veniebat vere ſed imperfecte, & ideo à Chriſto recipitur & perficitur, & hoc eſt quod dicit.* Alius autem de diſcipulis eius. *Scilicet Chriſti, non quod adhuc eſſet perfecte diſcipulus, ſed volebat fieri.*

Ait illi

## MORALITER.

2 *Vident autem Ieſus tur. circum. ſe, &c.* Per hoc docuit prædicatorem euangelij applauſum populi declinare.

3 *Et accedens vnus, &c.* Iſte ſecundum literalem ſenſum ſequi Chriſtū volebat, quia per hoc habere miraculorū gratiā ſperabat, & ea vti ad lucrū tēporale, ppter quod Chriſtus repulit ipſum. Ergo per eū ſignificantur quęrentes intrare religionē poſſeſſiones habentium, non ex deuotione quod eſt bonum, ſed vt ex pauperibus diuites fiant, & ex contemptibilibus honorati, iō de talibus dicitur. 5 *Vulpes fou. ha.* Id eſt, doloſi dæmones & ſuperbi habent in vobis habitaculum, ſed non Chriſtus.

7 *Alius autem, &c.* Et per hoc quod dixit ei.

Sequere

¶Non de duodecim. a Non reſpuit eſſe diſcipulus, ſed expleta pietate paterni funeris vult liberior ſequi.
a tem de diſcipulis eius ait illi : Domine per- 1
mitte me primum ire & ſepelire patrem
meum. Ieſus autem ait illi: Sequere me, & di- 2
a Illi carne mortuos condant, tu autem mortuos anima reſuſcita. b Culpa, vel non credentes. ¶Natura. Carne.
b mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et a- 3
c a Infirmi & ſpretores mundi. 4
d ſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum 5
a Vt magna virtus liberatoris videatur. 6
e diſcipuli eius: Et ecce motus magnus factus 7
a Tanto magis conturbat timor diſcipulos. ¶Alias mergeretur,
eſt in mari, ita vt nauicula operiretur flucti-
a Hic homo oſtenditur. b ¶Vt apoſtolos ſuſcitare faceret. c Semper vult rogari. ¶Adeo territi, vt non modeſte irruerent & ſuſcitarent.
f bus: ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt ad 8
g eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, di-
a Q adhuc paruuli & infirmi.
centes: Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit 9
h eis Ieſus: † Quid timidi eſtis modicæ fidei? 10
¶Hic Deus oſtenditur.
i Tunc ſurgens imperauit ventis & mari, &
a Magna poteſtas, quia de magna tempeſtate fit magna tranquillitas.
facta eſt tranquillitas magna. Porro homi- 11 12

A a *Domine.* Ille qui ingeſſit ſe, vocat eum magiſter, vel elatus phariſęus, alter qui receptus eſt, dominum vocat humiliter, ſicut publicanus.

Luc.9.g
* Aug. Quantum mali in illo, tantum boni videbat in iſto. Ideo & iſtum tacentem & nihil promittentem inuitat vt ſequatur. Nouit dominus qui ſunt eius.

* Clem. Alexand. Dicit dominus Philippo, *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.*

b *Dimitte mortuos.* Addit Lucas: *Tu autem vade & annunciæ regnum Dei.* In quo notatur prętermittenda eſſe minora bona pro maioribus.

* Petrus Chryſologus. Non pietatis obſequium negat, ſed diuinam pponit humanis affectibus ſeruitutem. Hoc.n. non primum eſſe debuit, ſed ſecundum, & terrenus pater cœleſti poſtponendus eſt.

B * Athan. Dominus in hac ſententia vtranq; mortem cuiuis facile diſcernendā poſuit. Sepeliendum quippe corpus mortuum erat. Sepultores autem eius per infidelitatis impietatem, in anima mortuos intelligit.

Luc.8.d
c *Suos.* qui culpa exierunt, vt ipſi cum culpa viuūt. Mortuos ſepelire, eſt peccatores in peccato fouere.

d *Et aſcendente.* Qui magna fecit in terra, trāſit ad mare, vt & ibi faciat, & dominus terrę & maris appareat.

e *Ecce motus.* Non ex ſe orta eſt tempeſtas, ſed eius imperio, vt diſcipuli magis timeant & rogent, & rogantibus oſtēdat potentiam.

* Orig. Ingreſſus nauiculam, fecit turbari mare, vt diſcipulos mitteret in timorem, vt ſuum auxilium poſtularēt, ſuamque potentiam rogantibus manifeſtaret.

C * Petrus Chryſologus. Sic vbi Chriſtus eccleſiæ ſuę Nauim, mare huius ſeculi transfretaturus aſcendit, gentium flabra, Iudæorum turbines, perſecutorum procellæ, vulgi nubes, dęmonū nebulę ſic ruerunt, vt totus mūdus fieret vna tempeſtas Regum ſpumat ār vndę, fremebant poteſtatū fluctus, ſonabat rabies tradítorū, populorū gurgites rotabātur, perfidiæ nutabant ſcopuli, mugiebāt littora Chriſtiana, Ipſorū naufragia vexabantur, & erat totius mundi vnū diſcrimen, vnumque naufragium. D

f *Dormiebat.* Dormit in nobis dominus, ideſt, fides domini, cū negligentius agimus, & iō tempeſtas. Si vero fides reſurgit, imperat vētis & fluctibus.

g *Suſcitauerunt.* Primū eſt Ieſus in tribulationib. orationibus excitādus, vt poſt increpationē ſurgēs imperet vētis & mari, & fit tranquillitas magna. Mar.4.d

* Euſebius Emiſſenus. Ecce vero Chriſti diſcipuli non armis, ſed clamore, & orationibus, maris huius procellas deponunt. Sic ſe defendunt, hæc arma ſuſcipiunt, hoc auxilio ſe tuentur. E

Hom. in hoc euangelium.

h *Modicæ.* Si nouiſtis potētem in terra, cur non creditis ēt in mari? Qui parū credit, arguitur, qui nihil, contemnitur.

i *Imperauit.* Cui imperat, imperantem ſentit. Nota ꝙ omnis creatura creatorem ſentit. Quæ apud nos inſenſibilia, iſti ſunt ſenſibilia.

Myſtice. Mare, æſtus ſeculi. Nauicula, crux Chriſti, cuius bñficio ad littus patrię cęleſtis venimus, in qua vna Chriſtus cū ſuis paſſus eſt. Vñ poſt ait: *Qui vult poſt me venire abneget ſemet. & tollat cru. ſuam, & ſequatur me.* Dormit dū illi nauigant, qa illis ſeculū calcantib. & ad cœlū tendentibus, tēpus ſubito dñicæ paſſionis aduenit, quā Mar. ēt per horā ſolis ad occaſum euntis ſignificat dū dicit: hæc imminente nocte geſta fuiſſe. Suſcitant eum, dū vita morte reſurrectionē quęrūt ne eo durius ſopito, mēs eorū pereat. Suſcitatus increpat de parua fide di. O ſtul & tar. cor ad credendū, nonne ſic oportuit pati Chriſtum? Vētum ideſt, diaboli F

Luc.9.c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ait illi Domine. *Iſte autem non petebat vt ſepeliret iam mortuum, quia hoc non fuiſſet ſibi denegatum, ſed a ſequela Chriſti impediebatur ex amore carnali ad parentes, cum quibus volebat vſque ad eorum mortem eſſe, & tunc Chriſto inſeparabiliter adhærere, & quia parentes non erant in tanta neceſſitate poſiti, quod non poſſet cōuenienter eis per alios miniſtrari, ideo dixit.*

2 Sequere me & dimitte mortuos. *ideſt, in infidelitate manētes.*

3 Sepelite mortuos. *Ex hoc loco patet, quod aliquis ab ingreſſu religionis non debet retardari propter parentes affectione carnali, vnde & ſupra 4.c. Iacobus & Iohannes leguntur ſequuti fuiſſe Chriſtum relictis retibus & patre. Propter quod Hieronim. in epiſtola ad heliodorum dicit: Licet pater tuus in limine iaceat, licet mater tua vbera & pectus oſtendat, per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ad vexillum crucis Chriſti euola. Secus autem eſſet, ſi parentes eſſent in tali neceſſitate poſiti, quod non poſſet eis conuenienter ſine præſentia filii ſubueniri, tunc non eſſet ei licitum ingredi religionem dimiſſa neceſſitate parentum, quia hoc eſſet de alieno, Deo facere ſacrificium. Ad prædictorum maiorem intelligentiam conſiderandum, quod aliter pater tenetur prouidere filiis, & aliter filius parentibus, quia pater cum ſit principium filii, per ſe obligatur ad prouidendum filiis de doctrina & nutrimento, non autem econuerſo. Vnde dicitur 3. ad Corint. 12. e.* Nec enim debēt filii theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis. *Et ideo parentibus nō licet ingredi religionem omiſſa cura filiorum omnino, ſed debent de eis curare, vel de cura competenti eis prouidere, filius autem licet non ſimpliciter teneatur habere curam patris, tenetur tamen per accidens. ſcilicet ſi pater ſit in caſu neceſſitatis, in quo per alium non poſſit conuenienter ſibi ſubueniri, & ideo tali caſu ceſſante, poteſt & debet etiā contra voluntatem parentum intrare religionem.*

Parentes in- ... reli- ... prohi- ... ſper- ... ſunt.

4 Et aſcendente eo. *Hic ponuntur quædam miracula ad diſcipulorum confirmationem, & primo in creatura corporali, ſecundo in ſpirituali, vt oſtendatur Chriſtus dominus totius creaturæ, ſecundum ponitur ibi.* Et cum veniſſet Ieſus trāsfretum. *Primū miraculum fuit in ſedatione ſubita commotionis ipſius maris per imperium ipſius Chriſti. vnde dicit ſic,* Et aſcendente eo. *ideſt. Chriſto.*

5 In nauiculam. *vt iret in locum remotū propter cauſas prædictas.*

6 Secuti ſunt eum diſcipuli eius. *transfretantes, ſcilicet cum eo.*

7 Et ecce motus magnus factus eſt in mari. *Hoc eſt factum virtute diuina, vt manifeſtaretur virtus Chriſti diſcipulis eius.*

8 Ipſe vero dormiebat. *duplici de cauſa. Prima vt veritas humanæ naturæ in eo oſtenderetur. Secunda, vt diſcipuli in periculo poſiti ad ipſum recurrerent. ideo ſequitur.* Et acceſſerunt & ſuſcitauerunt eum dicentes. *Sequitur.*

Quare Chriſtus in nauicula dormiebat.

9 Et dicit eis Ieſus. *quaſi dicat non debetis timere, cum ſim præſens vobiſcum quem vidiſtis tot miracula facere.*

10 Modicę fidei? *Diſcipulos autem ſuos dicit eſſe modicæ fidei, quia ſi perfectam fidem haberent, cognoſcerent eum tam virtutem habentem in dormiendo, quam in vigilando, quia ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſitiuæ partis, ſecundum quam non competebat Chriſto facere miracula, ſed magis virtute diuina, quæ per ſomnum in nullo impediebatur.*

11 Tunc ſurgēs imperauit. *Ex quo patet eius diuinitas, quia miracula faciebat imperando ſicut dominus creaturæ, vnde ſequitur.*

12 Porro homines. *ex effectu virtutem diuinitatis eius cognoſcentes, ac etiam confitentes.*

Di-

## M O R A L I T E R.

2 *Sequere me, &c.* oſtendit quod carnalis affectus a ſequentibus Chriſtum eſt totaliter dimittendus.

4 *Et aſcendente eo.* Moraliter. Nauicula fluctibus operta, eſt eccleſia militans in perſequutionibus poſita. Chriſti vero dormitio eſt diuina permiſſio, vñ qñ vident homines tribulationes iniuſtas durare, dicūt Deum dormire, qui excitatur, qñ bonorū precibus pulſatur, & ſic ipſo præcipiente fit trāquillitas magna per ceſſationem perſequutionis, vel dando patientiam tribulatis, & hæc tranquillitas virtutis melior eſt quam tranquillitas corporalis.

A ...oli ſuperbiā ſtrauit. A quā ſedat, i. rabiem Iudaici populi labefecit. Vel nauicula eſt præſens eccleſia, in qua Chriſtus cū ſuis mare ſeculi tranſit, ventos dæmonum, aquis perſequutorum compeſcit, vnde miremur & gratias agamus.

Luc.8.d. Q[uod] nauicula Hom.23. operis imperf.

• Chryſoſtomus. Quamuis infeſtatione inimici, eccleſia vel ſeculi tempeſtate labitur, quibuſuis tentationum fluctibus pulſetur, naufragium facere non poteſt, quia filium Dei habet gubernatorem, Angelos remiges, portat choros omniū ſanctorum, erecta in medio ſalutari arbore crucis, flante ſpirituſancto, ad portum paradiſi, & ſecuritatem æternæ quietis deducitur.

† Mar.3.a.

a *Qualis eſt hic, &c.* Origenes. Qualis eſt iſte, maior Moyſe, potentior Helia? Vnus enim mare virga percuſſum diſcidit, alius ictu mare Iordanem pertrāſijt. Iſte vero vno verbo mandat illis quæ non habēt verba & obediunt ei. Hæc quæ non habent auditum obtemperant.

Hom.6. in diuerſos. † Mar.5.b. Luc.8.c.

B b *In regionem Gerazenorum.* Geraza vrbs eſt Arabiæ iuxta montem Galaad, non longe a ſtagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati ſunt. Geraza interpretatur colonum eiicens, vel aduena propinquans. Hæc eſt gentilitas quæ diabolum a ſe eiecit, quę prius lō ge, modo facta eſt prope, poſt reſurrectionem a Chriſto viſitata per prędicatores.

c *Duo habentes.* Marcus & Lucas dicūt vnū, quia eorū vnus fuit clarior & famoſior, p quo dolebat maxime illa regio, & quo ſanato fama exijt latior. Sicut per vnū ita p duos accipe Gētes qui de duob. filijs Noe exierūt. Monumenta aīarum ſunt corpora, per quæ fęditatem corporum oſtendebant.

Marc.5.a. Luc.8.d.

d *Sæui.* Marcus dicit quod nullus iā dæmoniacū poterat ligare. Lucas, catenis in deſerto agi, quia Gētes nullo vinculo legū poterant cohiberi. vnde deterius ſęuiebant in ſe, vel in alijs. Nec patuit in eis via prophetis & ſanctis autorib. vel per duos, Iudęos & Gētes accipe, qui nō habitabāt in domo .i. in conſcientia ſua non requieſcebāt, in monumentis manebant. i. in operibus mortuis delectabantur, nec ſinunt per viam fidei quam impugnant aliquem tranſire.

Diſcrepantia euangeliſtarū.

C ⁎ Euthym. In ſepulchris libenter morantur dęmones prauam opinionem hominib. immittere volentes, φ mortuorum

a Non diſcipuli, ſed nautæ & cæteri qui erant in naui.
Dormit vt homo, imperat vt Deus.

a nēs mirati ſunt, dicētes. Qualis eſt hic, quia 1
venti & mare obediunt ei? † Et cum veniſ- 2 3
b ſet Ieſus trans fretum in regionem Geraze
c norum, occurrerunt ei duo habentes dæ 4
Legio demi
d monia exeūtes de monumētis ſæui nimis, 5
ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam. 6

a Non eſt voluntatis confeſſio, ſed neceſſitatis extorſio, quia timent eius præſentiam. b Q. Nobiſcum nihil tibi eſt commune, ne quis ergo dicat, quod in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

Et ecce clamauerunt, dicentes. quid nobis
e & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tem- 7
f pus torquere nos. † erat autem non longe 8

a Significat irrationales & immundos homines.

g ab illis grex porcorum multorum paſcens,
In monte ſuperbiæ. De electis.
Dæmones autē rogabant eum dicentes. Si

a In eos dominati ſunt, qui in immundicia permanſerunt.

g eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porco †

a Permittit, vt ſit occaſio ſalutis hominum per interfectionem porcorum.

rum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes abierunt 9 10

D rū animę dęmones fiant, ſed circa propriorū corporum monumēta remaneāt, imo quibuſdā adhęreāt. Sed nequaquā id orthodoxo perſuadebūt. Si enim verū eſſet, nullo modo cruciatus diues orasſet Abrahā, vt Lazarū mitteret in mūdū, vt fratrib. ſuis ſignificaret, quæ circa ſe gererentur, ſed ipſe per ſeipſum hoc eis indicaſſet.

e *Ieſu fili Dei.* Hilarius. Magis ſuſpicari quam noſſe credendi ſunt.

Ambroſius. *Ieſu fili Dei.* tantum oportuit, non ſicut angelis, per hoc quod eſt vita & lux, ſed eis terrēdis per quoddam virtutis effectum, potentiam eius timent ad pęnam, ſed non nouerunt diuini conſilij diſpenſationem. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.

Rom.

Credebant dæmones aliquādo illum Dei filium eſſe, videntes ſigna. iterū propter nimiam infirmitatem quam videbāt in eo, non credebant.

E f *Ante tempus.* Sciebant enim ſibi futurā in Dei iudicio damnationem. Verba dæmonum diuerſe relata nihil habent ſcrupuli, cum ad vnam ſententiam redigi, vel omnia poſſunt dicta intelligi. Nec quod hic pluraliter, apud alios ſingulariter, quia & ibi dicitur quod legio nominatur, quia multa ſunt dęmonia. Marcus dicit porcos ire circa montē. Lucas in mōte fuiſſe, quia de tanto grege alij circa montem erant, fuerunt enim duo milia, vt Marcus ait.

Mar.5. Luc.8.

g *Torquere nos.* Pręſentia Chriſti tortura eſt eis. Vel, torquētur dum de corporibus eijciuntur, in quorum tortura delectabantur, ſicut præſentia Dei refectio eſt angelorum.

* Chryſoſt. Cum non poſſent ſe quod non peccaſſent excuſare, ne ante tempus pęnas darent, formidant. Ita qui terrenis vinculis teneri non poterant, victi nunc veniunt, qui in montes ferocitate ſe corripiebant, ad campos nunc humiles exeunt, qui aliorum itinera occupantes, neminem trāſire ſinebant, cum Chriſtum vidiſſent, confitentur.

Hom.2 ris imp

h *Mitte nos.* Nota multo minus eos ſua poteſtate nocere hominibus, qui nec pecoribus poſſunt.

Niſi quis more porci vixerit, diabolus in eū poteſtatem non accipit niſi forte ad probandum.

F ⁎ Tertul. Nec in porcorum gregem, diaboli legio habuit

Lib. de perfect

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dicentes qualis eſt. *q. d. non eſt homo purus, ſed verus Deus.*

2 Quia venti & mare obediunt ei. *ſicut creatura creatori.*

3 Et cum veniſſet. *Hic ponitur miraculum in creatura ſpirituali in dæmonum eiectione. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur miraculi operatio, & ſecundo ipſius diuulgatio, ibi.* Paſtores autem fugerunt. *Deſcribendo miraculum Euangeliſta, primo tāgit locum. Et cum veniſſet Ieſus trans fretum in regionem, &c. ideſt, vltra mare Galilææ, quod alibi dicitur ſtagnum Genezareth, a quadam ciuitate ſic nominatū quæ vocatur Genezar vel Genezareth, & eſt in alio littore ex oppoſito Galileæ. Cum eſſet igitur in regione Gerazenorum.*

4 Occurrerūt ei duo. *Mar. 5. a. dicitur quod erat vnus, et Luc. 8. d. dicendum quod non eſt contradictio, quia ſecundū veritatem erant duo dæmoniaci, ſed vnus erat famoſior & ſæuior altero, quia in eo erat legio dæmonum, vt ibidem dicitur, & ideo de illo faciunt mentionem Marcus & Lucas, nec tamen negant quin fuerit alius cum eo, quia vnitas concluditur in binario. Matthæus autem facit mentionem de vtroque. Sequitur.*

5 De monumentis exeuntes. *In talibus enim locis habitāt, dæmoniaci aliquando, vt per hoc dæmones ingerant terrorem hominibus de animabus defunctorum.*

6 Sæui nimis. *non quia dæmoniaci poſſint, niſi quantum permittit eis Deus, ſequitur.*

7 Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei. *Hoc dicunt magis ex coniectura quam per certitudinem, quia ille dæmon qui tentauit eum in deſerto erat acutioris ingenii, & tamen non potuit ſcire per certitudinem, vtrum Ieſus eſſet ille qui erat promiſſus ad ſalutem mundi & deiectionem diaboli, & multo minus iſti poterant hoc ſcire per certitudinem.*

8 Veniſti huc ante tempus torquere nos. *Ad cuius euidētiam conſiderandum, quod vſque ad iudicium eſt tempus meriti & demeriti hominum, & ideo ſicut ad illud tempus ſancti angeli habitant inter nos ad noſtram defenſionem, ita mali ad noſtram tentationem, & impugnationem. Licet autem ſecum portent ignem ſuum, tamen reputant ſe torqueri & affligi quando eiiciuntur ab hominibus, ne eis noceant, propter odium quod erga nos habent. Et quia ſi non poſſunt hominibus nocere in perſona, tamen appetunt eis nocere in ſubſtantia ideo rogabant Ieſum dicentes.* Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

9 Et ait illis: Ite. *concedendo eis petitionem ipſorum, vt patet per ſequentem effectum.*

10 At illi exeuntes abierunt in porcos. *Sed quæritur hic quare permiſit eos intrare in porcos & præcipitare eos? Dicendum, quod*

Quæſt.

Sæui forte

## MORALITER.

3 *Et cum veniſſet Ieſus trans fretum.* Per duos nimis ſęuos poſſunt intelligi Paulus & Conſtantinus ante ſuam conuerſionem, qui perſequuti ſunt acriter eccleſiā, ſicut patet de Paulo Act. 8. & 9. Et de Conſtantino dicitur in legenda ſancti Silueſtri, Conſtantinus imperator cum multas ſtrages martyrum dediſſet, &c. ſed per Chriſtum ſanati, fuerunt valde manſueti.

*Si eiicis nos mitte nos.* Per hoc autem quod permiſit, ſignificatur quod homines vitam porcinam ducentes, in poteſtate dæmonum traduntur, & in infernum cum eis finaliter demerguntur.

Stanti- *Et aſcen-*

A habuit poteſtatē, niſi eā a Deo impetraſſet, tantū abeſt vt in oues Dei habeāt. Poſsū dicere peccatorūquoq; ſemitas tūc numeratas apud Deū fuiſſe, nedū capillos ſanctorum. Habere videtur diabolus propriā poteſtatem, ſi forte in eos qui ad Deū nō pertinent. Cæterū in domeſticos Dei nihil illi licet ex propria poteſtate, quia quando liceat, ideſt, ex quibus cauſis, exempla in ſcripturis ſignata demonſtrant.

* Auguſtinus. Dimiſit in porcos, vt oſtenderet diabolū in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.

* Euthimius. Student porcos occidere, vt horum damno contriſtati domini gregis, Ieſū non ſuſcipiant, & ita prædicatione Euangelii non ſuſcepta, tutius ad illam regionem reuertantur, & fiant poſteriora illius peiora prioribus.

a in porcos. Et ecce magno impetu abiit to-
(Ideſt ualde.)
tus grex per præceps in mare, & mortui
b ſunt in aquis. Paſtores autem fugerunt, & 1
venientes in ciuitatem nunciauerunt hæc
omnia, & de his qui dæmonia habuerunt.
c Et ecce tota ciuitas exiit obiriam Ieſu, & vi- 2
d ſo eo rogabant eum, vt tranſiret a finibus 3
eorum.

a *Et ecce magno* Dignior homo beſtiis. cum propter ſalutem duorū hominū duo milia porcorum perierunt. Liberato populo Gentium, increduli agunt malos ritus in abditis, cæca & profunda curioſitate ſubmerſi. D

b *Paſtor. autem fugerunt.* Quia etiā quidam principes impiorum & ſi fugiunt fidē Chriſti, tamen potentiam eius mirando nunciare non ceſſant.

c *Exiit ob.* Beda. Prodeūtes, ſignāt quoſdā cōſuetudine ligatos, mirari quidē & venerari legē Chriſti, ſed nolle pati, vnde tranſire rogant.

Et inuenerunt hominem (vt Lucas ait) veſtitum, & ſana mēte ſedere ad pedes Ieſu. Lucæ 8. e.

d *Rogabant eum.* rogāt non de ſuperbia ſed humilitate iudicātes ſe indignos, vt Petrus fecit, & vidua de Elia. Timebant, ne deſtrueret eos præſentia ſanctitatis eius, propter peccata ſua, ſicut deſtruxerat porcos. Ibid. 5. b. 3. Reg. 17. b.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

* *forte homines illius terræ peccauerant, & ideo demeruerant iſtud damnum ſibi fieri. Vel aliter dicendum, quod aliqua fecit ad ſignificandum quoddam aliud, ſicut Matth. 21 & Marc. 11. Maledixi ficui non habenti fructum ſed folia tantum, & tamen nulla ratio fuit ex parte arboris, quia vt ibidem dicitur, non erat tempus ficorum, &* B *ideo ratio maledictionis fuit ad ſignificandum maledictionem Iudæorum, quorum fructum boni operis quærebat Chriſtus, & tamen non inuenit in eis niſi folia tantum, ideſt, apparentiam bonorum operum. Sic Chriſtus permiſit dæmones intrare in porcos ad ſignificandum, quod dæmones habitant in immundis hominibus, ſicut porcus eſt animal immundum.*

1 Paſtores autem fugerunt, & venientes. *Hic ponitur miraculi diuulgatio, quia paſtores fugientes venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt hæc omnia. Sequitur.*

2 Et ecce tota ciuitas. *ad faciendum ſibi reuerentiam.*

3 Et viſo eo rogabant eum. *reputabant enim ſe indignos tanto doctore, ſicut ſuperius eſt dictum de centurione, quod reputabat ſe indignum tanto hoſpite. Item quia Chriſtus dimittebat eis illos curatos a dæmonibus ad eorum inſtructionem. vnde Marc. 5. dicitur,* E *quod Chriſtus noluit, quod ille qui habebat legionem ſequeretur ipſum, ſed magis prædicaret miraculum factum, & idem intelligendum eſt de alio qui erat cum eo. Vel aliter poteſt intelligi, quod iſti Gerazeni ex peccatis ſuis timebant offendere Chriſti præſentiam, & per conſequens incurrere maiorem pœnam præcedenti, & ideo rogabant eum diſcedere.*

## CAP. IX.

a IN *ciuitatem.* Ne putes hanc eſſe Nazareth, quia Marcus dicit hoc eſſe factum in Capharnaū. Sed cū Nazareth ſit in Galilæa, in quocunque oppido Galileæ ſit, dicitur eſſe in ſua ciuitate. Sicut regnum in tot ciuitatibus conſtitutum dicitur Romana ciuitas, ita Galilæa dicitur ciuitas Chriſti, in qua eſt Capharnaum quaſi metropolis. Marc. 2. a. Marc. 2. a. Luc. 5. d. Ioan. 5. a.

b *Offerebant.* doctores ſunt, qui ſubleuant & offerūt Chriſto monendo & intercedendo. C

c *Fidem.* Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem ſic valuit aliena, vt intus & extra ſanaret hominem?

## CAP. IX.

a ET aſcendēs Ieſus in nauiculam trāsfre-
(a De terra Geraſenorum. b Non ait in Nazareth, ſed Galilæam intellige.)
tauit, & venit in ci- 1
b uitatē ſuā. Et ecce 2
(a Animam, illecebris carnis reſolutam.)
offerebāt ei paraly-
(In corpore vbi iacet anima. In uoluptate ſeculi.)
c ticum iacentem in lecto. Videns autem 3
(a Non uecordiam agri. b In hoc innuit ſe Deum.)
d Ieſus fidē illorū, dicit paralytico. Cōfide 4

† d *Confide fili, remittuntur tibi.* Lucas dicit homo. q. d. peccaſti Ego Deus dimitto. Et vtrunque dixit Ieſus, quod vterque euangeliſta teſtatur. Humilis dominus filiū vocat, quē ſacerdotes dedignarētur tangere. Vel modo dimiſſis peccatis ſuis filius. Luc. 5. d.

Prius ſanatur anima, nec gratias agit, qui plus deſiderauit curam corporis. Ecce modus curationis prius dimittit peccata tollēs cauſam morbi, poſt curat corpus.

Quid F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. IX.

ET aſcendens. *In cap. præcedenti poſita ſunt quædā miracula ad confirmationem euangelicæ legis, hic cōſequenter declaratur virtus legiſlatoris. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur huius miraculi perpetratio, ſecūdo, credentium vocatio, ibi.* Et cū trāſiret inde. *& tertio eorum confirmatio, ibi.* Hæc illo loquente. *Prima in duas, quia primo in operatione miraculi ad declarationē ſuæ deitatis fides credentium approbatur, & ſecūdo infidelitas negantiū reprobatur, ibi.* Et ecce quidam de Scribis. *Circa primū Euangeliſta notat loca, vbi factum eſt hoc miraculum, dicens.* Et aſcendens Ieſus in nauiculam *vt. ſ. per nauigium de terra Gerazenorum rediret in Galilæam vnde illuc iuerat, vt patet in cap. præcedenti.* Diuiſio.

1 Et venit in ciuitatem ſuam. *ſcilicet in Capharnaum, quia ibi factum eſt hoc miraculum, vt Marcus dicit expreſſe 2. cap. Dicitur autem Capharnaum ciuitas domini, non quia ibi fuerit natus vel conceptus. Sed quia erat principalis ciuitas Galileæ, propter quod centurio. ibi manebat ad cuſtodiam totius terræ, vt dictum eſt cap. præcedenti. Nazareth autem vbi Chriſtus fuit nutritus & conceptus, erat quoddam oppidum vel vicus reſpectu illius, & ideo dicitur ciuitas ipſius Chriſti, ſicut Pariſius dicitur ciuitas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Pariſium. Vel ſecundum alios dicitur ciuitas domini quia in principio ſuæ prædicationis multa miracula ibi fecit.*

2 Et ecce offerebant ei paralyticum. *Modus autem offerendi hic tacetur, ſed exprimitur Marc. 2. quia non potentes intrare ad Chriſti præſentiam propter turbam circunſtantem, de tecto domus ſubmiſerunt eum in lecto ante Ieſum, & hoc fuit magnum ſignum fidei ipſorum propter quod ſequitur.*

3 Videns autem Ieſus fidem illorum. *ſcilicet paralytici & offerentium. quod patet ex hoc quod ſequitur.*

4 Dixit paralytico. Cōfide fili remittuntur tibi peccata tua. *licet enim ſanitas corporalis vel aliquid huiuſmodi detur alicui propter alienam fidem, remiſſio tamen peccatorum non datur alicui ſine propria fide. Ideo non videntur benedicere qui dicunt, quod ly illorum refertur tantum ad offerentes, ita quod propter offerentium fidem tantum ſit ſanatus. Dixit autem Ieſus.* Remittuntur tibi peccata. *ad modum*

## MORALITER.

† *Et aſcendens Ieſus in nauiculam.* Sequitur.

2 *Et ecce offerebant ei paralyticum.* Per paralyſim quę priuat vſum membrorū corporaliū, ſignificatur peccatū mortale, quod priuat actum meritorium. Exiſtens. n. in peccato mortali priuatur greſſu meritorię affectionis, & tactu operationis, & guſtu ſuauitatis cęleſtis, & viſu diuinæ contēplationis, & auditu diuini ſermonis, & odoratu diuinę conſolationis, & cū ſuperuenit conſuetudo, tunc iacet in lecto. Hunc autem offerunt Chriſto orātes deuote pro ipſo. & ipſe offertur, quādo ipſis

A a *Quid eſt.* Nota infirmitates aliqñ cõtingere propter peccata,& ideo prius dimittuntur,vt ſalus reſtituatur. Quinque modis infirmitates cõtingunt, vel vt iuſtis meritũ per patientiam augeant,vt Iob.vel ad cuſtodiã virtutum, ne ſuperbia tentet, vt Paulus,vel ad corrigẽda peccata,ſicut Mariæ lepra,& huic paralytico,vel ad gloriam Dei, vt de cęco nato & Lazaro, vel ad initiũ pœnæ,vt Herodi,qua tenus hic videatur quid in inferno ſequatur. vnde, Duplici contritione conteret eos dominus.

†Mar.2.b. Luc.5.c Iob.2.b.2. Cor.12. Num.12.c. Ioh.9.d. Idem 11.c. Act.12.d. Ierc.17.d.

B Beda. Quid eſt facilius, Sed quoniam hoc ſpirituale nõ creditis, probetur ſigno viſibili quod non minoris conſtat eſſe potentiæ, vt in filio hominis latentem cognoſcatis potentiã maieſtatis, quæ poteſt dimittere peccata vt Deus.

Hom.30.in Matth.

⁂ Chryſoſtomus. Non dubiũ quin difficilius ſit curare animas:verum quoniam vnum patet,& alterum latet,ideo momentaneam paralytici curationem multi potius mirabuntur.

C ⁂ Theophylactus. Arguit ferme eos,dicens. Vos quidem putatis me blaſphemum, eo q, pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem eſt. Videtur autem vobis, quod ego per hoc effugium quæram, vt non reprehendar. Ego igitur ex corporis cura fidem vobis facio quod animas ſanem. Per rem minorem quidem,ſed quę difficilior videtur, confirmans peccatorum remiſſionem, quæ magna quidem eſt, ſed facilior vobis videtur, eo quod minor appareat.

fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce
a Quia in prophetis dicit dominus. Ego ſum qui deleo iniquitates. Cum ſit homo,quod Dei eſt arrogat ſibi.
1 quidam de ſcribis dixerũt intra ſe. Hic bla-
2 Sed Deum ſe eſſe,& occultorum cognitione,& operum virtute indicat.
3 ſphemat. Et cũ vidiſſet Ieſus cogitationes
Qua poteſtate cogitationes veſtras video,& peccata poſſum dimittere.
4 eorũ, dixit. † Vt quid cogitatis mala in cor-
a 5 dibus veſtris? Quid eſt facilius dicere, di-
Quod Deus ſolus nouit. a Quod ipſi viderent.
mittuntur tibi peccata tua,an dicere,ſurge
a Quia idem eſt filius hominis & Deus.
6 & ambula? Vt autem ſciatis, quoniam filius
a Non ad blaſphemantes,ſed ad diſcipulos,& ſunt verba Matthæi uel Chriſti.
hominis habet poteſtatem dimittendi pec-
Poſitus. Vt maius miraculum ſit.
b 7 cata in terra, tunc ait paralytico, Surge, tolle
c a Ne Chriſtiana fide curatus moreris in perfidia Iudæorum.
d 8 lectum tuum & vade in domũ tuam. Et ſurrexit, & abiit in domũ ſuam. Videntes autẽ
a Iam quodammodo credentes. b Id eſt hominem tam potenter operantem inter homines.
9 turbæ† timuerunt, & glorificauerunt Deum
10 qui dedit poteſtatẽ talem hominibus. Et cũ
11

D b *Tunc ait paralytico.* Ecce per remiſſionẽ pœnæ,dimiſſionem culpæ intellige.

E c *Surge.* Surge, eſt animam a carnalibus deſideriis abſtrahere. Lectum,eſt carnem a terrenis deſideriis ad voluntatẽ ſpiritus attollere. Domũ ire, eſt ad paradiſũ redire, vel ad ęternã ſui cuſtodiam, ne iterũ peccet.

d *Tolle lectum tuum & vade in domum tuam.* Vt quod fuit teſtimonium infirmitatis,ſit probatio ſanitatis.

*Et ſurrexit.* Magna virtus,vbi ſine mora imperiũ ſalus comitatur. Vnde merito, qui aderant relictis blaſphemiis ſtupentes,ad laudem conuertuntur tantæ maieſtatis.

F *Vidit*

## NICOLAVS DE LYRA.

* modũ boni medici,qui primo remouet cauſam morbi, & tũc poſtea intendit curationi. Infirmitas autem hæc fuerat inflicta paralytico propter peccatum,& ideo Chriſtus primo remouet cauſam dicens. Remittuntur. & ex hoc inſinuat eum a paralyſi curandum,ſicut ſtatim patuit per effectum. Ad maiorem prædictorum intelligentiam ſciendum,quod infirmitas corporalis infligitur alicui a Deo multis de cauſis. Vno modo propter peccati punitionem, ſed non propter purgationem. Et talis infirmitas eſt quoddam præambulum pœnæ gehennæ,& inflicta eſt Herodi, Act.12.d.vbi dicitur, quod percuſſit eum angelus domini,eo quod non dediſſet honorem Deo, & cõſumptus a vermibus expirauit. Eodem modo fuit, de Pharaone, qui per flagella induratus eſt. Secundo modo infligitur ad peccati commiſſi purgationem, ſicut Nabuchodonoſor amẽtia ſeptem annorum,vt habetur Dan.4.Et ſimiliter Mariæ Magdalenæ vexatio dæmonum. Tertio mõ nõ propter peccatum commiſſum,ſed ad gloriam Dei manifeſtandũ,ſicut de cęco nato dicitur Iohan.9.ca. Neque hic peccauit neque parentes eius, ſcilicet vt cæcus naſceretur, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Quarto propter humiliationem alicuius ne in ſuperbiam eleuetur,ſicut Paulus apoſtolus dicit de ſeipſo 2.Corinth.12.b. Ne magnitudo reuelationum extollat me,datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, angelus Sathanę, qui me colaphizet. Quinto infligitur propter alicuius probationem,& patientiæ declarationem,ſicut patet de Iob.2. Vnde verſus. Iob probat,inclinat Paulum,ſeſe manifeſtat in cæco,purgat Mariam,punit Herodem. Et patet ſententia ex dictis.

Multis de cauſis infirmitas a Deo alicui infligitur.

1 Et ecce quidam de Scribis. *Hic ponitur reprehenſio negantiũ Chriſti diuinitatem,& primo ponitur eorum negatio,cum dicitur.* Et ecce quidam de Scribis. *id eſt,legis periti.*

2 Dixerunt intra ſe. *ſcilicet cogitando,quia verbum intrinſecum eſt conceptus mentis.*

3 Hic blaſphemat. *Blaſphemare eſt creaturæ attribuere illud quod eſt proprium Dei. Dimittere autem peccatum ſoli Deo conuenit. Per hoc ergo quod Chriſto blaſphemiam imponebant in hoc quod peccata dimittebat, patet, quia negabant ipſum eſſe Deum, dicentes eum eſſe purum hominem, ſed Chriſtus conſequenter eos conuenienter redarguit, oſtendens ſe eſſe Deum dupliciter. Primo quia reſpondet eorum cogitationibus, quas cognoſcere per certitudinem ſoli Deo proprium eſt,propter quod dicit.* Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum dixit.

4 Vt quid cogitatis mala. *imponendo,ſcilicet falſo mihi blaſphemiam. Secundo hoc idem oſtendit ſanando paralyticum per imperium tanquam propria virtute,quod eſt eiuſdem poteſtatis ſicut & peccata dimittere. Licet enim paralyſis virtute naturæ aliquando poſſit curari, non tamen ſubito nec ita perfecte vt ſtatim homo poſſit lectum in quo iacet portare,ſicut dicitur hic propter quod dicitur.*

5 Quid eſt facilius dicere,dimittuntur. *quaſi dicat æqualis poteſtatis eſt vtrunque. Ex quo concludit virtutem ſuæ diuinitatis perfectam,dicens.*

6 Vt autem ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra. *vt Deus,non vt homo purus.*

7 Tunc ait paralytico, Surge tolle lectũ tuum & vade in domum tuam,Et ſurrexit,& abiit in domum ſuam. *Sicut enim per literam habẽtem ſigillũ declaratur voluntas ipſius ſcribentis, ſic per ſignum quod eſt virtutis diuinæ manifeſtatiuum oſtenditur diuina virtus. Alii autem ſancti qui fecerunt miracula,faciebant hæc implorando diuinam virtutem,non imperando,& ſi aliquando in talibus imperabant,hoc non erat in virtute propria, ſed exprimendo virtutẽ Chriſti,tanquam miniſtri non domini, ſic aliquando imperabant dæmonib. vt recederẽt ab obſeſſis corporib. in nomine Chriſti & auctoritate eius.*

8 Videntes autem turbæ timuerunt. *Hic conſequenter ponitur huius miraculi effectus, quia turbæ hoc videntes timuerunt imponere ſibi blaſphemiam.*

9 Et glorificauerunt Deum. *id eſt,ipſum Chriſtum qui eſt virtus Dei patris.*

10 Hominibus. *ad eorum,ſcilicet ſalutem.*

11 Et cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio. *hic ponitur credentium vocatio,& primo circa eorum vocationem deſcribitur condeſcenſio ad peccatores, ſecundo ponitur eius reprehenſio contra murmurantes,ibi. Et videntes Phariſæi. Circa primum aduertendum, quod vocatio Matthæi, & iſtud conuiuium fuit ante curationem paralytici,de quo dictum eſt,ſed hic ponitur per recapitulationem. Vel ſecundum alios vocatio eius fuit ante,& conuiuium eius de quo hic ſcribitur fuit poſt, & vt conuenientius deſcribatur conuiuium,eius vocatio repetitur. Dicit ergo Euangeliſta,* Et cum tranſiret inde Ieſus vidit hominem ſedentem. *in quo ſolebant campſores ſedere, quod quidem negocium vix aut nunquam exerceri ſine peccato poteſt, vt dicit Gregor.*

Et

## MORALITER.

† ipſis in orando cõformatur. Chriſtus autẽ fidẽ illorũ aſpicit,cũ preces eorũ exaudit,& paralyticus curatur,qñ peccatum a Deo ſibi dimittitur, & donatur ſibi gratia per quã ad actus meritorios reſtituitur,& inde Deus glorificatur.

*Et*

11 *Et cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio.* vocatio Matthæi ad apoſtolarum,ſignificat vocationẽ hominis ſecularis ad religionis ſtatum. Phariſęi vero murmurãtes ſunt homines maligni,religionis ſtatui detrahentes, quibus bene dicitur.

*Euntes*

A a *Vidit hominem.* Hic probabilius videtur, quod prætermiſſa memoret, cum 12. elegit ante ſermonem.
b *In telonio.* Telones Græce, Latine vectigal. Matthæus Hebraice, donatus, qui tantũ munus gratiæ accepit: Leui additus vel aſſumptus, quia diuina electio eũ aſſumpſit, & numero apoſtolorum addidit.
c *Matthæum.* Cæteri Euangeliſtæ propter verecundiam nõ appellant eum vulgo nomine, ſed Leui. Binomius enim fuit. Ipſe autem publicanum ſe nominat, ne quis a ſalute deſperet. Vocationem ſuam prætermiſſam hic videtur recordari, quia Lucas dicit 12. apoſtolos in mõte fuiſſe electos, vbi ſermo ſupradictus fuit.
Luc. 6. c. d *Surgens.* Beda. Lucas plenius dicit, relictis omnib. ſequutus eſt eum tam corpore quã mente. Non leuitate ductus, ſed veritate operum, & diuina potentia intus operãte tractus. Perfecta obedientia, & perfecta abrenunciatio, & lucra reliquit, cupidus ſequendi Chriſtum. Mar. 2. c. Luc. 5. f. Luc. 8. b. Ibid. 7. c.
B e *In domo.* Non dicit cuius, ſed Lucas exprimit, quia fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua. Quod congruit. Qui enim Chriſtum intus recipit, paſcitur multis delectationib⁹. Itaque dominus ingreditur, & in eius recumbit affectu. Ecce magna humilitas domini eundo ad peccatores. Etiam potentia doctrinæ conuerſione pœnitentium oſtenditur.

a De Galilæa. b Non tam corporeo quam miſerentis intuitu. c Pertinaciter lucris inhiantem.
a trãſiret inde Ieſus, vidit hominem ſeden-
b tem in telonio, Matthæum nomine, & ait 1
c a Amodo. b Non lucra.
d illi: Sequere me. Et ſurgens ſequutus eſt eũ. 2
¶ Elus Matthei.
e Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ec- 3
a Qui publica vectigalia exigunt, & conducunt, & qui lucra ſeculi per negotia ſectantur.
f ce multi publicani & peccatores venientes 4
g ¶ Vt ab eo ſpiritualiter paſcantur.
diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.
a Dupliciter errabant, quia & ſe iuſtos putabant cum ſint ſceleſti, & illos reos, cum iam pœniteant.
Et vidẽtes Phariſæi dicebãt diſcipulis eius: 5
¶ Quos lex damnat.
h † Quare cum Publicanis, & peccatoribus 6
i manducat magiſter veſter? At Ieſus audiẽs, 7
a ¶ Q. Vos deliro, quia non egere vos putatis. b Qui gratiam non quærunt.
K ait: † Non eſt opus ualentibus medicus, ſed
a Hos uno, quia pœnitendo dant locum gratiæ, ſed ſi ſanari vultis, Enn &c. b A temeritate vituperationis. c Diligentius ſcripturas inquirite.
l male habẽtibus. Euntes autem diſcite, quid 8
a ¶ Teſtimonium de propheta. b Sine miſericordia. 9 ¶ Sine compaſsione delinquentium.
eſt, † miſericordiam volo, & nõ ſacrificium.
a Miſericordiam ſequimini ſicut ego. b Falſo ſeſe iuſtificantes, dum in hoc ſunt. c Peccati attendentes. 10
m Non enĩ ueni uocare iuſtos, ſed peccatores, 11

D g *Peccatores venientes diſcumbebant.* Pœnitentes, exẽplo Matthæi veniam ſperantes: vnde Marcus dicit hic, quia multi ſequebantur eum. Infra 10. a.
h *Quare cum Publicanis.* Omnis quæſtio ex lege, quæ eſt iuſtitiæ tenax, miſericordiam non habet. Oẽs. n. declinauerunt. Sed eius auſteritatem miſſus filius Euangelij gratia temperauit. Prouocat ergo ad pœnitentiam peccatores, cuius cibus & potus, & ambulatio, & omnia quæ geſſit, ſaluti ſeruiunt. Marc. 2. c. Pſal. 13. a.
i *At Ieſus audiens ait.* Et ſuſceptos pœnitentes amplius in fide conſummat, & ſuperbos ad humilitatis & pietatis gratiam prouocat.
K *Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus.* Medicus eſt Chriſtus. Valentes, qui ignorantes Dei iuſtitiam, ſuam volunt aſtruere. Male habentes, qui conſcientia victi non ex lege, ſed ex gratia quærunt iuſtificari. Per Matthæi & Publicanorum vocationem fides gentium exprimitur, qui pri⁹ lucris mundi inhiabant, & nunc ſpiritualiter cum domino reficiuntur. Per ſuperbiam Phariſæorũ inuidia Iudæorum de ſalute gentium. Hi enim de ieiunio gloriantur, dum Publicani cum domino conuiuantur, quia qui legem ſequuntur, tamen cordis patiuntur, ſed qui Dei verbum recipiunt, eſurire non poſſunt. E
l *Euntes autem diſcite.* Tumentibus de falſa iuſtitia conſiliũ correctionis dat, vt ſcilicet per opera miſericordiæ miſericordiam quærant, & non contemptis pauperum curis per ſacrificia Deum placare confidant. vnde & ſuum miſericordiæ exemplum dat. *Non enim.* Vnde tres parabolæ adduntur apud Lucam, de Oue, & Drachma, & duobus filijs.

f *Ecce multi publicani.* Bonum præſagium: iam eius exemplo multi conuertuntur. Iam poſt ſe multos trahit, apoſtolus & doctor gentium futurus.
Mar. 8. b. Hieronymus. *Publicanis & peccatoribus.* Tertullianus dicit hos fuiſſe ethnicos, dicente ſcriptura: Non erit vectigal pendens ex Iſrael q. Matthæus non fuiſſet Iudæus, & ille qui cũ Phariſæo templum aſcendit, quod non faceret Gentilis. Et Lucas ait: Omnis populus audiens, & Publicani iuſtificauerunt Deum baptiſmo Iohannis baptizati. Dominus autem qui venit ad oues domus Iſrael, qui dixit: *Non eſt bonum ſumere panem fil. & mit. ca.* non conuiuatur cum ethnicis, cum id maxime caueret, ne legem ſoluere videretur, qui & diſcipulis præcepit In viam gentium ne abieritis. Infra 15. c.
C *Peccatores*

m *Non enim veni vocare iuſtos.* Nõne Nathanael, & Petrũ, & Andreã, & alios iuſtos vocauit? Lucas apertius dicit: *Non. n. veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiã.* Vocat ergo iuſtos, vt magis proficiant: pctõres, vt corrigantur. Vel non vocat iuſtos, dũ iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti, ſed qui peccata contitent. *Non enim veni vocare.* Lucas expreſſius dicit, in pœnitentiã, quia quos operib. iuſtitiæ deditos inuenit, vt Nathanael, & Petrum & Andreã, non ad pœnitentiam præteritorum inuitat, F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ait illi ſequere me.* Matthæum autem talibus occupatum vocauit, vt de gratia Dei nullus deſperet quantumcunque fuerit in vilibus occupatus.
2 *Et ſurgens, &c.* ſine aliqua dilatione, quia ſicut poterat mouere aurẽ exterius verbo, ita etiam interius mentẽ inſpirando, Sicut .n. paſſioni propinquus illos qui accipiẽdum ipſum venerãt, ſolo verbo proſtrauit, dicẽs Ego ſum, vt habetur ioh. 18. a. ita ſolo verbo poterat quoſcunque ad ſe trahere, & in hoc apparet virtus diuinitatis in eo.
3 *Et factum eſt. in domo.* ſ. Matthæi.
4 *Ecce multi publicani.* Fuerant enim ſocij Matthæi, & ideo recedens ab eis & volens ſequi Chriſtum, fecit eis conuiuium, ſicut de Eliſæo legitur 3. Reg. 19 q vocatus ab Elia, vt eũ ſequeretur mactauit par boum, & dedit ſocijs ſuis comedere, & ſic ſequutus eſt Eliam magiſtrum ſuũ, & hoc modo faciũt qui recedentes a ſocijs faciunt prius eis cautum ſuum, vel ſecundũ alios burdonem.
5 *Et videntes Phariſæi.* Hic ponitur reprehenſio contra multe murmurantes de pdictis, & primo cõtra Phariſæos, ſecundo, cõtra Iohãnis diſcipulos, ibi. Tũc acceſſerũt. Circa primum ſciẽdũ, quod Phariſæi in populo Iudæorũ reputabantur religioſi, vñ et'ã in habitu ab alijs quodãmodo diſtincti erant, vt videbĩ inferius. Videntes igitur Chriſtum cũ Publicanis et peccatoribus manducare, indigne ferebant & murmurabant dicentes diſcipulis eius.
6 *Quare cum publicanis, &c.* q. d. vos eſtis fatui, quia talem magiſtrum ſequimini.
7 *At Ieſus audiens, &c.* Reſpondit eis primo per rationem, quia ſenſibiliter videmus, quod medicus familiarius ſe dẽt habere ad infirmum, qui eo indiget quam ad ſanũ. Cum ergo Chriſtus ſit verus medicus animarum, vt dicitur in Pſalmis. Miſit verbũ ſuũ & ſanauit eos, ideo familiariter ſe debuit habere ad peccatores, qui ſunt infirmi infirmitate ſpirituali. Secundo reſpondet per auctoritatem quæ habetur Oſeæ. 6.
8 *Euntes autem diſcite, &c.* q. d. ite diligenter conſiderate illud quod ſcribitur Oſeæ 6.
9 *Quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium.* q. d. ſi hãc ſcripturam conſideratis inuenietis me facere ſecundũ ipſam, propter quod concludit.
10 *Non enim veni vocare iuſtos.* licet aliquos iuſtos vocauerit ad augmentum gratiæ, vt Petrum, Andream, & conſimiles.
11 *Sed peccatores.* ſupple vocare ad pœnitentiam.
Tunc

## MORALITER.

8 *Euntes autem diſcite quid eſt, miſericordiam.* Opus. n. magnæ miſericordiæ eſt peccatores ad pœnitentiam inducere, ad religionis habitum aſſumendum.
Tunc

*Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohannis dicentes.* Per iſtos qui iactauerunt ſe de frequenti ieiunio ſignificantur hypocritæ dicentes cum Phariſæo, Luc. 18. b. Ieiuno bis in ſabbato, quibus reſpondetur.

A uitat, ſed ad perfectum vitæ perfectioris vocat: illis verò ad pœnitentiam qui peccatis grauioribus inuoluti erāt. Vel nō eos vocat qui iuſtos ſe reputant, quia & hi ſi conuertuntur, iam non iuſti ſibi videntur.

a *Diſcipuli autem tui nō ieiunant.* Iohānes, Marcus & Lucas ita hoc narrant. q. alij aliqui de hoc quæſierint. Vnde ſciēdum hoc a plurib. eſſe quæſitum. Tribus de cauſis reprehēdendi ſunt diſcipuli Ioannis, quia de ieiunio ſe iactant, & quia calumniantur quem ſciebant a magiſtro eſſe prædicatum, & iungūtur Phariſæis quos magiſter eorum condemnauerat. Spiritualiter diſcipuli Iohannis & Phariſæorum ieiunant, quia qui opera legis vel traditionē hoīum ſequitur, vel qui ēt vocem Chriſti tātum ante percipit, abſtinens a bonis, ieiuno corde tabeſcit. Sed qui Chriſto adhæret, reficit. Iohannes vinum & ſiceram nō bibit,
B quia abſtinētia meritum auget, cui nulla eſt potētia naturę. Dominus aūt qui peccata poteſt cō donare, cur a peccatoribus declinaret, quos abſtinentibus poterat facere iuſtiores? Ieiunauit & Chriſtus, ne præceptum declines. Manducat cum peccatoribus, vt gratiam & poteſtatem intelligas.

*ad pœnitentiam.*
*Matt. 2. c. Diſcipuli Ioh. triplici ratione reprehēdendi ſunt.*
*thalami nuptialis.*
*Luc. 1. b.*
*aſſumentum*

a *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohan- 1
a Superba interrogatio, & plena de ſupercilio Phariſæorum.
nis dicentes: † Quare nos & Phariſæi ieiu- 2
namus frequenter, diſcipuli autem tui non 3
a Auſert ieiunium triſtitiæ a diſcipulis propter præſentiam ſuam. b Id eſt, domini.
b ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt 4
¶ Apoſtoli quos de eccleſia genuit. a Chriſti. b Ieiunio affligi. dum eos oportet de ſponſi præſentia gratulari: Spirituali enim ieiunio nondum ſunt apti, donec me aſſumpto ſpirituſancto ſint confirmati. 5
c filii † ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt
a Tempore paſsionis.
ſponſus. Venient autem dies, cum auferetur 6
¶ Non ſolum a cibis.
d ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Nemo 7
e autem immittit † commiſſuram panni † ru- 8
f a Si autem hoc ſolum eis importune traditur quibus præualet. vetus conſuetudo, cito quod habent auferetur. 9
dis in ueſtimētum uetus: Tollit enim † ple- 10
¶ Veteri ſcilicet.
g nitudinem eius a ueſtimento & peior ſciſ- 11

giſtri ſui voci rñdit, vt vel illi crederent, & non cogerēt tpe D ſponſi læta triſtis intrare ieiunij, quia qui quærit ſponſam, ieiunia ſeponit, relinquit auſtera, totū ſe dat gaudiis, epulis indulget, totus blandus, totus amabilis incedit, & facit totū qđ ſponſæ tenera requirit affectio. Chriſtus ergo qui tunc eccleſiam deſponſabat, indulgebat menſis, conuiuantibus ſe non negabat, donec diuinis humana coniungeret.

d *Et tunc non ieiunabunt.* Luctus de abſentia ſponſi, nec ante incarnationē defuit in patribus, nec poſt paſſionem, niſi quamdiu in carne cum diſcipulis conuerſatus eſt.

Allegorice. Quamdiu nobiſcum eſt lætamur, cum propter peccata recedit, tunc indicendus eſt ieiunij luctus.

✲ Tertullianus. Certe in euangelijs illos dies ieiunijs determinates petant (Montani) in quibus ablatus eſt ſponſus, & hos eſſe iam ſolos legitimos ieiuniorum Chriſtianorum abolitis legalibus & propheticis vetuſtatibus.

*Se. Aduer chicos monta ex hę poſt P ſtē qu mam impe politi*
E
*† plē ſupplē tum.*

e *Ieiunabunt.* A mundi amore, non ſolum a cibis. Spirituale enim ieiunium cum ſit pars vitæ nouæ, nondum eis conuenit, qui per alia dediti ſunt veteri vitæ.

b *Nunquid poſſunt.* Quaſi dicat. Facturi eſtis, vt lugentes ieiunent, quia eſtis ſponſum occiſuri. *Nunquid poſſunt.* De vtroq; luctu vel ieiunio, qđ eſt in tribulatione vel gaudio rñdet. Cū ablatus erit ſponſus, tunc erunt in mœrore & luctu, donec p̄ ſpiritumſanctum conſolatio tribuatur. Quo dono percepto, ieiunium, quod fit per lętitiam iā renouati in vitā ſpiritualem, celebrabunt, nec ſolum a cibis, ſed ab omnib. terrenis.

c *Lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus.* Hoc verbo exprimit illud ieiuniū quod pertinet ad humilitatē tribulationis: illud alterum qđ pertinet ad gaudiū mentis ad ſpūalia ſuſpenſæ, & iō a cibis corporeis alienatę. ſequentib. ſimilitudinib. de panno nouo ſignat, oſtendens quod carnalibus, & ob hoc veterem ſenſum adhuc trahentib. hoc genus ieiunij nō cōgruat, quia dum ita carnales ſunt, perfectionem nouæ vitæ habere non poſſunt. Quod hic ait lugere, Marcus & Lucas dicunt ieiunare. vnde & ipſe: Poſtea ieiunabunt, non lugebunt.

* Petrus Chryſologus. Interrogatus Iohannes, ſponſum eſſe ſic teſtatus eſt Chriſtum. Qui habet ſpōſam ſponſus eſt, amicus autē ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet pro
C pter vocem ſpōſi. Cōuenienter ergo diſcipulis Iohānis magiſtri

f *Nemo autē.* q. d. carnales nondum fide paſſionis & reſurrectionis ſolidati, non poſſunt ſeueriora cōtinentię pręcepta ſuſtinere, ne per auſteritatem ēt fidē perdant. Sunt ergo diſcipuli quaſi vetus veſtis cui inconuenienter nouus pannus aſſuitur, i. aliqua pars doctrinæ quæ ad nouę vitæ temperantiā pertinet, quia ſi hoc fiat, ipſa doctrina quodāmodo ſcinditur, cuius pars de ieiunio ciborum importune traditur, cum illa doceat generale ieiuniū ab omnib. voluptatibus, cuius pannum, i. partem quæ ad cibos pertinet, dicit non oportere hominibus adhuc veteri vſui deditis impertiri, quia & illinc videtur. q. conciſio fieri, & ipſi vetuſtati non conuenit.

✲ Petrus Chryſologus. Antiquam legis ſupellectilem dicit Iudaicis ſtudijs attritā, corruptis ſenſibus, ſectis ſciſſam, puris actibus obſoletam. Pannum rudem Euangelij nuncupat indumentum. Sed audi pannum nō ſciſſuræ partem, ſed principium texturæ. Tunc enim primum regalis indumenti tela de Chriſti vellere texebatur, de vellere quod dabat Agnus Dei qui tollit peccata mundi.

*Sermo*

g *Tollit enim.* i. perfectio nouæ vitæ quæ vna eſt diuidit, & veteri fides quam habet aufertur, cui perfectio noue debebat. F
Neque

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc acceſſerunt. *Hic reprehendit Iohannis diſcipulos, & primo ponitur eorum interrogatio maligna, ſecundo. Chriſti reſponſio benigna, ibi. Et ait illis Ieſus. Circa primum notandum, quod diſcipuli Iohannis in tribus deficiebant, primo quia de ſua abſtinentia ſe iactabant dicentes.*

*Diſcipuli Iohan. in tribus deficiebant.*

2 Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequēter. *quia talia ſunt facienda in ſecreto, vt ſupra dictum eſt, cap. 6. c.* Tu autem cum ieiunas, &c. *Secundo, quia phariſæis ſe coniungebant dicentes; Nos & Phariſæi, quia audierant Ioh. magiſtrum ſuum Phariſæos redarguentem, & dicentem ſupra c. 3. d. Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira? Tertio quia Chriſtum arguebant ex defectu abſtinentiæ in diſcipulis dicentes.*

3 Diſcipuli autem tui, &c. *Defectum enim diſcipulorum retorquebant in magiſtrum, de quo tamen audierant Iohannem dicentem,* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *Ioh. 1. d.*

4 Et ait illis Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio: in qua oſtendit, quod ieiunium corporale non competebat ſuis diſcipulis pro illo tempore, quia duplex eſt ieiunium. Quoddam quod ordinatur ad carnis refrenationem, & ad contemplationem diſponit, & iſtud non competebat diſcipulis Chriſti, quando erat cum eis corporaliter, & hoc eſt quod dicit.*

5 Nunquid poſſunt filii ſponſi. *i. Chriſti qui eſt ſponſus eccleſiæ.* Lugere, &c. *Sequitur.*

6 Venient autem dies, &c. *quantum ad præſentiam corporalem, ſcilicet in paſſione & aſcenſione in cælum.*

7 Et tunc ieiunabunt. *q. d. tunc competet eis tale ieiunium. Aliud eſt ieiunium quod ex plenitudine & perfectione cōtemplationis procedit, quale fuit Moyſi ieiunium in monte, quanto enim anima eſt in contemplatione magis eleuata, tanto eſt pauciori alimento contenta, vnde & 10. ethicorum dicit Philoſophus, quod felix contemplatiuus eſt pauciſſimis contentus. Et tale ieiunium nō competebat diſcipulis, quia adhuc erant rudes & imperfecti, ſed prius debuerunt per charitatem ſpiritusſancti innouari, quod factum eſt die Pentecoſtes, quando fuerunt per gratiam ſanctiſpiritus innouati, & tunc debuerunt incipere nouum modum viuendi, & hoc eſt quod dicit Saluator per duplex exemplum. Primum ponitur hic.*

8 Nemo autem immittit. *i. iuncturam ſeu ſupplementum.*

9 Panni rudis *ſ. noui, quia in nouitate eſt ſpiſſior.*

10 In veſtimentum vetus. *quia hoc cauſat deformitatem ſeu pulchritudinem a veſtimento.*

11 Et peior. *quia propter deformitatem non coniungitur ſordide*
* cum

## MORALITER.

5 *Nunquid poſſunt, &c.* q. d. Nō. Iſti filii ſūt de nouo per baptiſmū ex eccleſia & Chriſto generati, & iſtis nō ſūt ieiunia imponēda, quia ſicut dicit Gal. 5. d. *fructus ſpiritus eſt charitas. gaudium, pax, &c.* ſed cū auferetur ab eis ſponſus per mortale peccatum, tūc ieiunandum eſt eis per pęnitentię effectum.

8 *Nemo autem immittit commiſſuram,* hic dicit nouus pannus rudis, Per quem & per vinū ſignificatur nouitas ſacramētorum eccleſiaſticorum, quæ non ſunt adminiſtranda hominibus in veſtutate peccatorum manentibus.

Hæc

A a *Neque mittunt.* Eoſdem diſcipulos veteribus vtrib. cōparat, quos nouo vino. i. ſpiritualib. præceptis facilius dirumpi, quā id poſſe continere dicit. Sed poſt aſcenſionē accepto ſpiritu facti ſūt vtres noui. Aliter. Vtres veteres ſunt Scribæ & Phariſei. Pannus nouus, & vinum nouū, pręcepta euangelij. quę nō poſſunt ſuſtinere Iudæi, ne maior fiat ſciſſura, cū quibus Galathæ præcepta legis miſcebant, in vtres veteres vinum nouum mittentes. Conueniunt autem hæc præcepta euangelica apoſtolis, non his qui traditionib. maiorum deprauati ſinceritatē præceptorum Chriſti nequeunt cuſtodire.

Diſtat inter nouum vinum & veſtimentum. Vino intus reficimur, veſte foris tegimur. Veſtis ergo ſunt bona opera, quæ foris quibus coram hominibus lucemus. Vinū, feruor fidei, ſpei & charitatis, quo in conſpectu in nouitate ſenſus intus reformamur.

B ✠ Aug. A ſcitę ab vtre appellati ſunt, Ἀσκὸς. n. græcè, latinè vter dicitur, quem perhibentur inflatum & opertum circumire bacchantes, tanquam ipſi ſint euangelici vtres noui nouo vino repleti, ac ſi vero Chriſtus ebrietatem, & Menadum bacchantumque choreas hac ſententia ſuis commendaret.

a Nouę vitæ myſteria non ſunt committenda mentibus nondū innouatis.

a ſura fit. Neque mittunt vinū nouum in v- 1

a Quod ſi fit, nec rudes mentes hoc pati poſſunt.

tres veteres: Alioquin rumpuntur vtres, &

a Ipſa, doctrina nihil prodeſt. b Ipſæ mentes pondere pręceptorum ſuffocantur.

vinum effunditur, & vtres pereūt. Sed vi-

a Noua myſteria mentibus innouatis committuntur, b Doctrina memoriæ traditur, & mens non eſt ſine fructu.

num nouum in vtres nouos mittūt & ambo conſeruantur. † Hæc illo loquente ad 2

b eos, ecce princeps vnus acceſſit, & ado- 3

rabat eum, dicens. Domine filia mea mo- 4

Incarnatus. a Miſericordiæ vel potentiæ. 5

do defuncta eſt, ſed veni, impone manum

a Ad deuotionem patrum reſpiciens, Iudæis prius verbum vitæ per ſe & per apoſtolos prædicauit.

tuam ſuper eam, & uiuet. Et ſurgens Ie- 6

ſus ſequebatur eū, & diſcipuli eius. † Et ec-

a Eccleſia gentium. b Carnalium delectationum.

c ce mulier quæ ſanguinis fluxū patiebatur 7

a Superabundans. b Fide. c Poſt aſcenſionem. Quia eum ſequitur. d Manu fidei.

d duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit 8

e 9

D vel illuminatus, quia accepit verba vitæ dare nobis.

Vidēs dominū in carne venturum, cadit ad pedes eius dicens. Qđ infirmū eſt Dei, fortius eſt hominibus. Pro filia rogat. i. pro ſynagoga, quæ ſola lege inſtructa vnica ei erat, quæ lege & prophetis educata, poſtq̄ filios Deo generare debuit ſpirituales, erroribus languens, in peccatis moritur. Prius pro ea patres rogauerunt, tamē magna fides gentium prius impetrauit. Synagoga in ciuitate legis, vt in domo in qua vnius Dei cultus eſt, moritur & ſuſcitatur. Hæc non in domo, non in vrbe, a qua per legem excludebatur, ſed in itinere a domino ſanat. Vnde & apoſtoli. *Vobis oportebat primum prædicari verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & in: & c. ec. con. ad gentes.* Act. 13. Secundum Marcum & Lucam, mulier omnem ſubſtantiā in medicos erogauit, nec curari potuit, quia quanto magis gentilitas vires naturalis induſtriæ ad philoſophos expendit, qui recte viuendi præcepta hominibus, ſe dare promittebant, tanto minus poterat a ſordibus liberari, ſed vbi cæleſtem medicum cognouit adeſſe, cępit remedium ſperare & quærere. Mar. 5. c. Luc. 8. f.

E * Chry. Opus etiā ſermonib. adiungitur, vt Phariſæi magis confunduntur. Nam & qui acceſſit, ſynagogę princeps erat, & luctu magno premebatur.

b *Ecce princeps vnus acceſſit.* Marcus & Lucas dicūt archiſynagogū nomine Iairum & filiā nō mortuam, ſed morti proximā. Sed Matthęus cauſa breuitatis dicit rogaſſe, quod conſtat factū eſſe, nec attendit verba patris, ſed qđ cogitauit & voluit. Ita. n. deſperabat, vt potius vellet reuiuiſcere, quā nō putabat viuam inueniri poſſe. Vtrunque. n. petitū eſt, vt vel morientē ſaluaret, vel mortuam ſuſcitaret. *Ecce princeps.* Archiſynagogus, Moyſen ſignificat. Dicitur Iairus. i. illuminans vel

C

c *Mulier quæ.* Salutem Iudæis paratam, ſpe certa præripuit gentilitas,

d *Duodecim annis.* Duodecim annis fluxit, ſicut & illa filia crenerat duodenis, quia ex quo ſynagoga cępit Deo familiari, cępit gentilitas idololatria & peccato polluí.

e *Acceſſit.* Credidit, dixit, quia his tribus fide & opere omnis ſalus acquiritur. F

Si

## NICOLAVS DE LYRA.

* *cum veteri panno, & ſic de facili cauſatur ruptura maior in veteri. Secundum exemplum ponit ad hæc d.*

1 Neque mittunt. *quia tunc eſt in ebullitione, cætera patent. Et his vult concludere, quod ea quæ ſunt perfectionis magnæ, non ſunt imponenda hominibus, donec ſpoliati fuerint veteri vita.*

2 Hæc illo. *Hic ponuntur quædam miracula ad diſcipulorum confirmationem. Et diuiditur in duas partes, quia primo narrat ad hæc quædam miracula in ſpeciali, ſecundo, multa concludit in generali, ibi.* Et circuibat. *Prima in tres, ſecunda tria miracula quæ narrat. ſecūda. ibi.* Et tranſeunte. *tertia ibi.* Egreſſis autem illis. *Prima in tres, quia primo incipit narrare primum miraculum, ſecundo interponit quoddam aliud in medio factum, ibi.* Ecce mulier. *tertio reuertitur ad primum, ibi.* Et cum veniſſet. *Primum autem miraculum fuit de ſuſcitatione cuiuſdam puellæ defunctę, & hoc incipit narrare dicēs.* Hęc illo, &c. *hoc eſt ad Iohannis diſcipulos, reprehendendo eos, vt patet ex præcedentibus.*

3 Ecce princeps. *Qualis autem fuit princeps iſte, non exprimitur hic, ſed habetur Mar. 5. & Luc. 8. vbi dicitur, quod erat princeps ſynagogæ. Iudæi enim habebant tantum vnum templum, vbi poterant offerre & immolare ſ. in Ieruſalem, ſed in alijs ciuitatibus & villis habebant loca determinata, in quibus conueniebat populus ad orandum & audiendum verbum Dei, & tractandum de his quæ pertinebant ad communem vtilitatem populi, & ille qui præerat cuius auctoritate congregatio fiebat, dicebatur princeps ſynagogæ, talis erat iſte qui acceſſit ad Ieſum.*

4 Et adorabat eum. *faciendo ſcilicet ſibi reuerentiam debitam dicens.*

5 Domine filia. *Marcus autem dicit, quod dixit eam eſſe in extremis. Lucas autem quod moriebatur, & hoc eſt verum quando pater receſſit ab ea, & venit ad Ieſum, ſed antequam Ieſus veniret ad domum patris eius, filia mortua eſt, propter quod nuncij ſuperuenerunt de domo, qui dixerunt. Noli vexare magiſtrum, quia defuncta eſt filia tua, credentes quod Chriſtus non poſſet ſuſcitare eam a mortuis, licet poſſet eam ſanare. Matthæus igitur iſta omittit, vt breuius ſcribat, & accipit patris verbum ab illo tempore quo recipit nuncium, quia aſſecuratus per Chriſtum dicentem ſibi. Confide. vt dicit Marcus, credidit ipſam ſuſcitandam per ipſum.*

6 Et ſurgens Ieſus. *pergens. ſ. ad domum eius propter fidei ſuæ meritum.*

7 Et ecce mulier. *Hic interponitur miraculum de ſanatione mulieris hæmorroiſſæ, quod fecit Chriſtus in via eundo ad ſuſcitationem puellæ. Quod fecit Chriſtus duplici de cauſa. Prima fuit, vt oſtenderet nobis, quod non ſolum in termino, ſed in via debemus bonis operibus occupari. Secunda fuit, vt per miraculū factum in via archiſynagogus hoc videns certificaretur de ſuſcitatione filiæ ſuæ in termino. Dicit igitur euangeliſta.* Et ecce mulier, quę fluxum, &c. *Hoc exprimitur vt oſtendat infirmitatis prolixitatem, & curationis difficultatem.*

8 Acceſsit retro. *Chriſtus enim erat in turba magna, vt dicunt Marcus & Lucas, & ideo non poterat de facili habere acceſſum ad eum.*

9 Et tetigit fimbriam veſtimenti eius. *Chriſtus enim portabat veſtimentum ſuum ad modum Iudæorum. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod populus Iudaicus de quo Chriſtus erat naſciturus ſecundum carnem, debebat pollere quadam ſanctitate ſpeciali*

Do- ✠ præ

## MORALITER.

2 *Hæc illo loquente.* Princeps iſte fuit archiſynagogus, per quē ſignatur archiepiſcopus, cuius filia dicitur quælibet ſuffraganeorum ſuorum eccleſia, quæ tunc moritur quando errore aliquo in fide vel moribus deprauatur, & tunc archiepiſcopus debet erga Deum quantum poteſt pro ſuſcitatione eius laborare.

7 *Et ecce.* Hęc mulier gentilitatē ſignat, quæ fœdata fuit effuſione ſanguinis martyrum tēporib. duodecim imperatorū

† quorum

Corde credebat ad iuſtitiam.
fimbriam veſtimenti eius. Dicebat enim 1
a Si ſuſcepero fidem incarnationis ejus.
a intra ſe. Si tetigero tantum veſtimentum 2
a Ab omni iniquitate mundabor. b A iudicio ad miſericordiam. c Quia quos præſciuit & prædeſtinauit, hos & vocauit.
eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns 3
a Habe ſpem. a Ideo filia quia Fides tua
b eam, dixit. Confide filia. † Fides tua te ſal- 4
a Iam in eo quod credidiſti. b Ex illa hora, dominici aduentus, cœpit habere ſalutem.
uam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa
Aſſumptis electis gentium, fides Chriſti prædicatur in populo Iudæorum.
hora. Et cum veniſſet Ieſus in domum prin 5
c d cipis, & vidiſſet tibicines & turbam tumul- 6
a Dimitte perſuaſiones, quia quidquid mentiamini de Chriſto, electio ſalua erit.
e tuantem, dicebat. Recedite, non eſt enim 7
a Non fornicata eſt poſt deos alienos. b Quia Deo viuunt omnia. c Quod faciunt Iudei aſſenſum dare nolentes veritati. 8
f mortua puella, ſed dormit, & deridebant eũ. 9 10
g h Et cum eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit 11 12

A a *Si tetigero.* Fimbriam non veſtẽ. Quia non vidit in carne dominum, ſed ſuſcepit per apoſtolos incarnationis verbum. Beatus qui vel extremam partem verbi fide tangit.

※ Hilarius. Eſt autem in ſimplici intelligentia magna virtutis dominicæ admiratio, cum poteſtas intra corpus manẽs rebus caducis efficientiam adderet ſanitatis, & vſque in fimbriam operatio diuina procederet. Non enim diuiſibilis & comprehenſibilis erat Deus, vt corporea re clauderetur.

Hom. 32. in Matth. ※ Chryſoſtomus. Non aperte ſed occulte cum fide veſtem ipſi⁹ tetigit. Cum fide, dixi, quoniam non dixit, liberabor me ab hac ægritudine, ſi veſtem eius tetigero, an non? Sed non dubitans, ſanitatem ſe ab eiuſmodi tactu conſecuturam, acceſſit.

Lib. 5. * Optatus. Videns a filio Dei tãtas celebrari virtutes, proceſſit in turbam, videt & medicum, videt & populum, cogebat illam dolor vt medicinam peteret, B pudor impediebat ne cauſam coram maſculis indicaret, inuenit conſilium tacita fides. Mittam inquit, manum meam & tangam fimbriam veſtimenti huius, & ſana fiam.

Li. 4. in Leuit. * Cyrillus Alexand. Sacrificiũ vnũ & perfectũ immolatus eſt Chriſtus. Huius ſacrificii carnẽ ſi quis tetigerit continuo ſanctificabitur, ſi immundus eſt, ſanabatur, ſi in plaga eſt. Sic denique intellexit & illa quæ profluuium ſanguinis patiebatur, quia ipſe eſſet caro ſacrificii, & caro ſancta ſanctorũ, idcirco acceſſit ad ipsã. Ipſa quidẽ carnẽ ſanctã contingere nõ audet, nondũ n. mundata fuerat, neque quæ perfecta ſunt, apprehenderet, ſed fimbriã tetigit veſtimenti, quo ſancta caro tegebatur, & fideli tactu virtutem elicuit ex carne, quæ ſe ab immunditia ſanctificaret, & plagam quam patiebatur, ſanaret.

Lib. 7. Hiſtoriæ c. 14. * Euſebius Caeſarien. Ante fores huius mulieris, accepimus æream huius imaginem in genu inclinatam, & paſſis ante manibus ſupplicanti ſimilem conſpici. E regione autẽ illius alteram ex eadem materia viri rectam effigiem ſtare, decenter C diploidẽ indutã, manumque ſuam illi protendentem. Huius ad pedes peregrinũ quoddam herbæ genus naſcitur, qđ cũ ad diploidis oram aſcenderit, omniũ morborũ medicamentum exiſtit, quam quidem ſtatuam Domini Ieſu imaginem dicunt exprimere. Manſit autem ad noſtram ætatem. D

b *Confide filia.* Credidit vtique quæ petiit, ſed inculcat robur, & perſeuerentiam fidei.

c *Vidiſſet.* Tibicines ſunt carmen lugubre canentes. Hi ſunt magiſtri mœrore ſuo ſubditos demulcẽtes, & turbam Iudæorum aduerſus doctrinam Chriſti calcitrantium.

d *Et turbam.* Quia ſynagoga lætitiam dominicæ inhabitationis pro infidelitate amiſit, q. inter flentes & eiulantes mortua iacet. Solum iudicium patebat, cum expulit gentes dicens. Nõ ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt. Non quod ſine miſericordia eſſet Deus, vel eius iudicium, ſed poſt pãtum in ſuſceptione.

※ Chryſoſtomus. Chriſtus tibias vniuerſas proiecit, parentes autem puellæ introduxit, ne poſſet dici, quod aliter curauit, ſed & ante reſuſcitationẽ puellæ, ſermone ſpem erigit. Vnde dicebat, *Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit.* E

e *Non eſt.* Vobis mortua eſt. Deo autem qui ſuſcitare poteſt, dormit tam in anima quam in corpore.

f *Et deridebant eum.* ※ Chryſoſtomus. Quoniam ſolent homines facta præteritaque ſigna credere, ſuis ipſorũ verbis & riſu eos præoccupat, quod & in Lazaro fecit cum dixit, vbi poſuiſtis eum.

g *Et cum eiecta eſſet.* id eſt cum reprobati eſſent irriſores, intrauit in electorum mentes.

Moraliter. Turba curarum eiicienda eſt; vt anima reſurgat. Secundum Lucam eiecta turba nullus adhibetur, niſi Petrus Iacobus & Iohannes, & pr̃ & mater puellæ, q͞a blaſphemis & irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria, ſed fidelib. qui honorent. Vnde alibi: *Iuſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis.*

h *Et tenuit manum.* Niſi prius manus Iudæorũ q̃ ſanguine plenæ ſunt, mundatæ ſint a morte, nõ reſurgunt. Tenuit manum leproſam Moyſi, per quod carnalia opera ſpiritualiter intelligi fecit. Moraliter. Puella ſignat peccati delectationem F ad-

## NICOLAVS DE LYRA.

* *præ aliis populis, & ab eis diſtingui. & ideo data eſt eis circũciſio, vt quoddã ſignum diſtinctiuum in carne. Similiter data eſt eis lex, vt haberent quendam ſpecialem modum viuendi. Similiter præceptum fuit eis in habitu diſtingui, vt patet Nume. 15. d. Loquere de filiis Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Vittæ enim hyacinthinæ quæ erant cæleſtis coloris deſignabant, quod debebant habere conuerſationem eminentem præ cæteris, ſecũdum quod Paulus dicit ad Phil. 4. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt, vnde ſequitur ibidem Nume. 15. d. Vt recordentur mandatorum Dei, & ſint ſancti domino Deo ſuo. Talem ergo veſtem portabat Chriſtus, ſicut & alia legalia obſeruauit vſque ad paſſionem, & ideo mulier tetigit fimbriam, quia illud quod eſt in angulo pallii quod eſt a parte poſteriori, facilius poteſt attingi.*

1 Dicebat enim. *ſ. credendo.*

2 Si tetigero. *non quia veſtimenta habeant aliquam virtutem ſanandi, ſed quia per hoc declaratur virtus illorum quorum ſunt veſtimenta.*

3 At Ieſus. *approbans ipſius fidem.*

4 Dixit. Confide. *patet litera.*

5 Et cum veniſſet. *hic reuertitur ad narrandum miraculum primo propoſitum de ſuſcitatione puellæ dicens.* Et cum veniſſet, &c. *Diuerſæ melodiæ excitant diuerſas paſſiones in homine. Aliquæ enim excitant audaciam, ſicut patet in bellicis tubis, & aliquæ deuotionem, vt patet in canticis eccleſiaſticis, & aliquæ lætitiam, ſicut patet in diuerſis inſtrumentis muſicis, & aliæ excitant fletum & lamentationẽ, & talibus vtebantur antiquitus in ſepulturis magnarum perſonarũ, vt prouocaretur multitudo ad fletum. Et tales dicuntur hic tibicines. carmen. ſ. lugubre cantantes.*

6 Et turbam tumultuantem. *Id eſt, lachrymantem & eiulantem, & illud vocatur tumultus, quia cauſat ſonum confuſum. Sequitur.*

7 Non eſt mortua puella. *quia licet eſſet mortua ſecundum viã naturæ, tamen non erat mortua illi qui poterat eam ſuſcitare:*

8 Sed dormit. *Quod dicit, quia poterat eam ita faciliter ſuſcitare, ſicut homo poteſt alium hominem a ſomno excitare.*

9 Et deridebant eum. *credentes, quod loqueretur ex ignorantia, quia ſciebant eam mortuam.*

10 Et cum eiecta. *Ex quo enim erant increduli, non erant digni videre miraculum, quia ſcriptum eſt ſupra 7. c. Nolite ſanctum dare canibus.*

11 Intrauit. *cum Petro & Iohanne, & patre & matre puellæ, vt expreſſius dicitur Marc. 5. ad hoc vt iſti eſſent teſtes miraculi.*

12 Et tenuit. *per tactum enim curabat, vt oſtenderet, quod iſta humanitas erat inſtrumentum diuinitatis miracula facientis, vt dictum eſt ſupra.*

Et

## MORALITER.

† quorũ Nero fuit primus qui perſequutionẽ primã mouit contra eccleſiã. Hæc autẽ mulier fimbriam ueſtimẽti Chriſti tetigit, quãdo Cõſtantinus fidẽ incarnationis credidit, & alij gentiles eius exemplo. Humanitas .n. ueſtimentum diuinitatis eſt in Chriſto, de quo dr̃ Philippen. 2. a. In ſimilitudinẽ hominum factus eſt, & ha. inuentus, vt homo. Et tunc a fluxu ſanguinis ſanata fuit, quia fundere ſanguinem catholicum ceſſauit.

Et

adhuc corde tectã, nondum ope-
A re perpetratam, cuius facilem correctionem dominus oſtẽdit dicendo puellæ. *Surge*. Nam in alijs duobus quos ſuſcitauit, aliquam videtur feciſſe morã. Vel in dicendo vel in expectando, vt. *Inuenis tibi dico ſurge*. Pro Lazaro fremuit ſpiritu, turbauit ſe, fleuit, clamauit. Pro quo sũt deuotæ ſorores. i. ſollicitæ cogitationes. Puella iam in domo paucis arbitris ſurgit, & eis vt nemini manifeſtent pręcipitur. Iuuenis extra portam multa turba comitante. Lazarus quoque corã multis, quia publica noxa publico eget remedio, leuis leuiori, & ſecreta poteſt deleri pęnitentia.
B a *Tranſeunte*. i. de domo principis in ſuam domũ. Domus principis ſynagoga eſt, ſua domus cęleſtis Ieruſalem.
a *Duo cæci. &c.* Duo cæci, duo populi inſcij, donec Chriſtum cęperunt ſequi.
Hęc de duobus cæcis, & de muto dęmoniaco ſol' Matthæus ponit. Illi autem duo cęci, de quibus alij narrãt, non ſunt iſti, ſed ſimile factum eſt: Ita vt ſi Matthæus non illius etiam facti meminiſſet, poſſet putari quod nũc dicit dictum fuiſſe de illis. Sed ſcire debemus quædã facta eſſe ſimilia, quod probatur cum idẽ
C Euãgeliſta vtraque commemorat, vt ſi quando talia ſingula

a Non enim digni erant videre, quod non credebant.
manum eius, & dixit: Puella ſurge. Et ſur- 1
a De morte infidelitatis. b Quia in omnem terram exiuit ſonus eorũ.
rexit puella, & exiit fama hęc in vniuerſã
¶Tranſire volente de mundo ad patrem.
a terram illã. Et tranſeunte inde Ieſu ſequu 2
a Secundum humanitatem aſſumptam. b Aliqui ex Iudęis & gentibus qui fuerunt, ſine lumine veritatis. 3
b ti ſunt eũ duo cæci clamantes, & dicẽtes:
a Quem veram credimus aſſumpſiſſe carnem.
†Miſerere noſtri fili Dauid. Cum autem
a Cum cœlos aſcendiſſet. b Domus in qua cæcos illuminauit ſancta eccleſia eſt. c In vnitatem fidei conuenerunt.
veniſſet domum, acceſſerunt ad eũ cœci,
a Fidem confeſſio promat. ¶Non quaſi neſcius interrogat, ſed vt fides, orando impetret quod ipſe vult dare.
& dicit eis Ieſus: Creditis, quia hoc poſsũ
c facere vobis? Dicunt ei: Vtique domine. 4
¶Confeſſio oris tactum meretur pietatis.
Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secun
a Ideſt, ſicut fides illuminat mentem, ita oculis reſtituit lucem. ¶Non tamen in itinere ſanati ſunt, ſed poſtquam venit domum, i. cęlos aſcendit.
dum fidẽ veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt
oculi eorum. Et comminatus eſt illis Ieſus,
¶Exemplum fugiendæ iactantiæ.
dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autẽ exeun
a ¶Propter memoriam gratiæ, non poſſunt tacere. ¶Nota aliquod iuſtum inter ſe eſſe contrarium. 5
tes † diffamauerunt eum in tota terra illa:
¶Prædicatores.
† Egreſſis aũt illis, ecce obtulerunt ei ho- 6
d a A confeſſione fidei. b Idololatriæ deditum c ¶Ablata idololatria. 7
minẽ mutum dæmonium hñtẽ. & eiecto 8
¶Confeſſus eſt Chriſtum. 9
dæmonio loquutus eſt mutus, & miratæ 10

la apud ſingulos inueneri mus, at
D que in eis contrarium, quod ſolui non poſſit occurrat, non eſſe hoc idem factum, ſed aliud ſimile.
*Hom. 33. in Matth.*
✠ Chryſoſtomus. Quare clamantes eos ſequi permiſit? Docet ſcilicet ambitionem eſſe fugiendam, & inanem hanc gloriam non conquirendam. Nam cũ prope domum eſſet, diſtulit curationem eorum, vt occultius ibi curaret, ac ideo etiam nulli hac de re quidpiam dicere præcepit.
c *Creditis quia hoc poſſum, &c.* *vbi ſupra.*
* Idem. Si miſericordia ſola ſaluos faciebat, cur omnes ſaluos non facit?
E Habet enim ipſa miſericordia quandam rationẽ, quoniam in eorum fide qui ſaluantur, radices agere ſolet. Nec his de cauſis tãtummodo fidem ab eis petit, verum etiam quoniam filium Dauid eum appellabant, ad altius reducere volens, vt dignam de ipſo exiſtimationem rectumque iudicium facerent, interrogauit, creditis, &c. Non dixit, quoniam poſſum precibus id a patre meo impetrare, ſed quoniam poſſum hoc facere.
d *Hominem*. Significat gentilem populum. vel omne genus hominum, quo ducto per prædicationem ad Chriſtum, & ablata idololatria confeſſus eſt Chriſtum.
F
Raboth

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſurrexit. *ad vitam perfecte reſtituta.*
2 Et tranſeunte. *Hic ponitur ſecundum miraculum principale in illuminatione cæcorum.*
3 Sequuti ſunt. *Vocabant autem eum filium Dauid, Vulgata enim fama erat apud Iudæos, quod Chriſtus naſciturus erat de ſemine Dauid ſecundum carnem, & ideo quia credebant firmiter ipſum eſſe Chriſtum promiſſum ipſi Dauid, ideo vocant eum ſic filium Dauid. Sequitur.*
4 Creditis. *Non quærit hoc quaſi ignorans eorum fidem, quia omnia ſciebat per certitudinem, ſed vt confeſſio exterior addatur fidei interiori, & ſic ſint digniores illuminari, quia ſecundum quod ſcribitur ad Ro. 10. b.* Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. *Sequitur.*
5 Illi autem. *i. publice nunciauerunt. Sed quæritur, quomodo fecerunt contrarium eius quod dixerat eis: Quia aut Chriſtus voluit fieri illud ad dixit eis aut non: Si noluit, ſequitur quòd fecerint contra præceptum eius, & ſic peccauerunt, quod non videtur, quia non fuiſſent digni ſanatione. Sin autem voluit, ſequitur quod Chriſtus mendax vel duplex in verbis fuit, quod eſt impoſſibile. Sciendum quod in Chriſto ponitur duplex voluntas, ſicut & natura, vna diuina, & eſt duplex, vna ſigni & altera beneplaciti. Voluntas enim beneplaciti eſt qua vult aliquid ſimpliciter & abſolute, & ſic Chriſtus voluit miraculum publicari, quia contra voluntatem beneplaciti nihil fit, bene fit contra voluntatem ſigni. Alia fuit in Chriſto voluntas humana, & ſic Chriſtus quodammodo voluit, & quodammodo noluit miraculum publicari, quia voluit publicari ad Dei gloriam. Noluit autem hoc, vt oſtenderet humanam laudem eſſe fugiendam, ſicut etiam ſunt aliqua quæ ſunt partim voluntaria & partim inuoluntaria, vt dicitur 3. ethicorum, ſicut ille qui proijcit merces in mari, vult & non vult proijcere diuerſis reſpectibus, quia non vult abſolute, vult tamen in caſu tali poſitus.*
6 Egreſſis. *Hic conſequenter ponitur tertium miraculum principale de dæmonis eiectione.* Egreſſis autem illis. *i. cęcis iam illuminatis.*
7 Obtulerunt. *homines. ſ. illius terræ.*
8 Hominem. *Dicitur autem dæmonium mutum non formaliter, ſed effectiue tantum: Ad cuius intellectum conſiderandum, quod natura corporalis obedit ſpirituali ad motum localem, voces autem ſignificatiuæ formantur per motum linguæ & labiorum & aliorum inſtrumentorum naturalium, & ideo quia dæmon pro voluntate ſua poteſt illa localiter mouere, poteſt per linguam hominis diuerſa verba formare, & ſic arreptitii aliquando loquuntur idioma eis ignotum, purus laicus latinum, & hoc eſt manifeſtum ſignum, quod ſic loquens ſit dæmoniacus, quia talis loquutio non poteſt procedere niſi ab aliquo intellectu, & ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale idioma ignorantes, ſequitur quod procedat ab intellectu angeli vel dæmonis linguam ſic mouentis, & ſicut dæmon poteſt mouere linguam ad loquendum idioma incognitum, ita poteſt impedire linguam ne moueatur ad loquendum idioma cognitum, & ſic reddit hominem mutum. talis autem erat iſte oblatus Chriſto, propter quod ſequitur.*
9 Et eiecto. *quia amoto impedimento habuit officium loquendi ſicut prius.*
10 Et miratæ. *quia admiratio conſurgit ex inſpectione rei inſolitæ, quod fuit in propoſito. Sequitur.*

Nun-

## MORALITER.

1 *Et tranſeunte.* per ipſos ſignificant fideles ſimplices & ignari, qui ſequuntur dominum quando deuote vadũt ad ſermonem audiendũ, & ab eo illuminantur quando ab eo per prędicatorem inſtruũtur de neceſſarijs ad ſalutem. Per hoc autem quod dicitur.
† *Videte ne quis.* oſtenditur, quod prędicator dẽt cauere ne laus hominũ poſſit ſibi nocere, quia tamen diuinũ recipiẽs beneficium, debet ex hoc ipſum laudare, ſubditur. *Illi autem exeuntes diffamauerunt eum, &c.*
6 *Egreſſis autem il. ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, &c.* Per illum ſignificatur homo poſſeſſus a dęmone per peccatum mortale. Et dicitur mutus, quia loqui non põt meritorie, ſed Deo curandus offertur, quando iuſti pro eo deprecantur. Sed tunc dæmon eijcitur, quando peccatũ ipſius a Deo per infuſionem gratiæ relaxatur, & tunc ſolutẽ eius lingua ad Dei præconia perſoluenda. Phariſæi autem dæmoniorum principi hæc attribuentes, ſunt homines maligni bonum deprauare ſtudentes.

Et

A Raboth Grece, vſitatius, ſed tamē indifferēter, & mutus & ſurdus dicunt.

Hom. 33. in Matth.

f *Et ſi vultis recipere ipſe.* Vt minus excuſabiles ſitis, quia eum (Act.15) non recepiſtis. Ipſe eſt Elias in virtute, non in perſona: par in vitæ ſeueritate, mētis rigore præcedens Chriſti primum ad- F uentum, vt ille ſecundum.

Cui

## NICOLAVS DE LYRA.

*vt cum ipſis commutantes delitis vtantur, ſed homines veritatis talia aſpernantur, vt narrat Valerius Max. lib. 4 quod quidā Diogeni olera lauanti. Si tu ait Dionyſio adulari velles, iſta non ederes. Cui rñdit, ſi tu iſta edere velles Dionyſio adulari nolles.* Et *ſequitur. Hic veridicus veritatis annunciator malens oleribus ſuſtentari, quam magnatibus adulari. Tertio commendat eum Saluator a claritate notitiæ, cum dicit.*

1 Prophe. *Dicitur enim. 1. Reg. 9. b. Qui enim dicitur hodie propheta, olim appellabatur videns, quia prophetæ videbant ea quæ alijs erāt occulta, ſed non ſolum Ioannes propheta fuit, ſed etiam plus quam propheta, quia non ſolum Chriſtum præuidit venturum & prædixit ſicut alij prophetæ, ſed etiam ipſum digito oſtendit, quarto commendat eum ab auctoritate doctrinæ.*

2 Hic eſt. *Mala. 3.*

3 Ecce ego mit. *Ioannem qui duxit vitam angelicam.*

4 Ante fa. *i. ante Chriſtum quia filius dicitur figura Dei Patris & per conſequens facies eius,*

5 Qui præ. *i. corda audientium ad recipiendum Chriſtū per prædicationem ſuam, & baptiſma ſuum, & vt comprehendat ſummā commendationem Ioannis, ſubdit.*

6 Amen di. vo. *Non negat quin æqualis ſurrexit inter natos mulierum. Chriſtus enim maior fuit, ſed non proprie dicitur filius mulieris ſed Virginis, quia mulier de communi curſu accipitur pro fœmina corrupta.*

7 Qui autem mi. *ideſt, in beatitudine.*

8 Maior eſt il. *Quia quilibet beatus quantumcumque minimus maior eſt actu quam quicunque viator purus, licet aliquis viator ſit maior in potentia aliquo beato. Et quia dixerat, quod Ioannes erat plus quam propheta, ideo conſequenter declarat hoc di.*

9 A diebus. *Quia Ioannes incepit prædicare conſecutionem regni cęleſtis per pęnitentiam, quod ante eſſe non poterat.*

10 Et vio. ra. il. *Non enim poteſt homo natus in terra rapere cęlum niſi ſibi faciat violentiam coercendo a delectabilibus proprium appetitum.*

11 Omnes enim. *Quia in lege & prophetis veritas de Chriſto erat ſub figuris & ænigmatibus tradita, ſed a Iohanne eſt manifeſte oſtenſa dicente. Ecce agnus Dei, &c.*

12 Et ſi. *Non in perſona ſed in ſpiritu, quia fuit ſimilis Eliæ, & hoc in tribus. Primo in auſteritate pœnitētiæ, quia de Elia ſcribit. 4. Reg. 1. quod erat vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. Dicitur autē ibi piloſus propter hoc quod habebat veſtē hirſutam & aſperam. Similiter de Ioanne dictum eſt ſupr. 4. quod habebat veſtimentum de pilis camelorum. Secundo, in ſoliditate conſtantiæ. De Elia enim ſcribitur, quod ipſe conſtanter arguebat regem Achab 3. Reg. 22. & Ochoziam regem. 4. Reg. 1. Similiter Ioannes conſtanter arguebat Herodem. Mar. 6. Tertio in auctoritate doctrinæ, qui a ſicut Elias venturus eſt per prædicationem ſuam, denuncians Chriſti aduentum ſecundum, ita Ioannes præuenit primum, vt dictum eſt ſupra 3. cap. & hoc notatur cum ſubditur.*

Qui

## M O R A L I T E R.

9 *A diebus.* Per regnū cęlorū poteſt intelligi militans eccleſia, quæ non eſt ipſi parietes, ſed fideles, quorum multi valde paſſi ſunt martyrium per violentiam tyrannorum, & ſic rapuerunt regnum cęlorum.

11 *Omnes enim pro. &c.* Per legem & prophetas ſignificantur doctores ve. Te. per Ioannem vero doctores noui, propter

† quod

A a *Cui au.* Laudato Ioanne trāſit ad increpandum illos, qui nec prędicatione Ioannis moti ſunt, vel ipſius Chriſti prædicationem deſpiciunt. Ioannes talis ac tantus vt dixi, & adeo dignus, vt ei debeat credi, ſed vos cui eſtis aſſimilādi qui noluiſtis credere ei?

b *Simi. eſt pu.* Pueri doctores ſunt humiles ſpiritu. Horū, ſynagoga vel ipſa Ieruſalē, vbi iura præceptorū Dei recondebant. Coęquales cōtribules quos ſolebāt exprobrare, qđ ad laudes Dei nō aſſurrexerunt corde deuoto, membrorum agilitate, quod notat ſaltus. Nec per lamenta prophetarum pro excidiis iam factis vel faciendis ad pœnitentiam conuerſi ſunt.

B

c *Cecinimus vobis.* Vt Dauid Exul. di. adiu. no. iub. d. Iac. &c. huiuſmodi.

d *Lamentauimus.* vt. *Conuer. ad me in toto corde veſtro in ie. & fle. & pl. & huiuſmodi.*

C e *Venit enim.* Sicut tunc, ita & nunc vtranque viam ſalutis reſpuitis. Lamentauimus ad Ioannē, cecinimus ad Chriſtū, Hęc eſt ſumma. Generatio iſta nec plorat cum Ioanne plorante, neque gaudet cū Chriſto gaudente. Nec mirum ſi duplicē viam ſalutis contemnunt, cum & ieiunium & ſaturitatem petitur ſpernunt, ſi ieiunium placet, cur Ioannes diſplicet? ſi ſaturitas, cur filius hominis? D

* Iunilius Africanus. Ideo dictum eſt, non manducans & non bibens, quia illo victu quo Iudæi vtebantur, non vtebatur.

f *Et iuſtificata eſt ſapientia, &c.* Oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperantiam non ſe corrumpendi per abundantiam. Non eſt regnum Dei eſca & panis, quorū non vſus ſed concupiſcentia reprehenditur, in quibuſdam libris habetur. Iuſtificata eſt ſapiētia ab operibus ſuis, quia ſapientia non quærit vocis teſtimonium, ſed operum. E F

Lib. 2. contra poſitorum in terrogatione 17.

† Luc. 7 c.

† 35. di. c. ſexto die.

Rom. 14. c.

a Cordis. b Quod dixi myſtice intelligat.

a teſt. qui habet aures audiēdi audiat. † Cui autē ſimilē æſtima-

a Tot moniti ſalutis audientem & non obedientem. b Iudaicam. c Huic toti negotio. Sicut Dauid & Ieremiæ. d Ieruſalem. Quantum ad monitores. Vbi lex & iura promuntur.

b bo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro

Quantum ad monitos.

qui clamātes coæqualibus dicūt. Cecinimus vobis, & non ſal

a Non aſſurrexiſtis operando. b Penitentiæ lachrymas neceſſarias vobis prædiximus, & non acquieuiſtis, nec adhuc acquieſcitis. Per compaſsionem.

c Exponit prædictam ſimilitudinem.

c taſtis. † lamentauimus. * & non planxiſtis. † Venit enim Ioan-

a Exemplo abſtinentiæ ſuæ penitentiam vobis indicens, & noluiſtis humilari cum eo.

d nes, neque manducans neque bibens, & dicunt dæmonium

a Cibo & potu lætitiam futuri regni præſignans, & noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis.

e habet: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt, ecce homo † vorax & potator vini, publicanorum & pec-

a Quidquid me puteris, ego tamen Dei virtus & Dei ſapientia iuſte facere intelligor ab apoſtolis.

b Quibus patet reuelauit quæ prudentibus abſcondi.

f catorum amicus. † Et iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis.

Tunc

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui ha. au.* Ad denunciandum, quod illud quod immediate præponitur, myſtice eſt intelligendum.

2 *Cui autem.* Hic cōſequēter exprimitur condemnatio obſtinatorū, & primo in generali reſpectu Iudæorū cōmuniter, ſecundo in ſpeciali reſpectu aliquorū, quib. ſpecialia beneficia cōtulerat, ibi. Tūc cępit exprobrare. Ad euidentiā primi aduertendū, quod multū valde facit ad virtutē, quod aliqui a pueritia ſua ſint conſueti operibus virtuoſis, & iō expedit quod pueri exerceantur in ludis honeſtis & inducentibus ad virtutem & trahentibus a vitiis, propter qđ pueri Hebræorū habebant talē ludum. Diuidebātur. n. in medio ciuitatis in duas partes ęquales, & illi qui erāt ex vna parte canebāt carmē lętitię, & alii ex oppoſita carmē lugubre, poſtea opprobrabāt ſibi mutuo. Et exultantes dicebāt aliis quare ſibi nō cōgaudebāt & e cōuerſo aliis. ſ. lamentantes quare ſibi non compatiebantur, & hoc fiebat ad exprimendum vanam lætitiam & defectum compaſſionis & amicitię ad inuicem in hoc mūdo. Et hoc modo ſicut videmus frequenter quod in eadē ciuitate, & immo & in eodē vico etiā in domo aliqui lætātur, & aliq ex oppoſito triſtātur. Hoc ſimile erat de Iudæis quantū ad hoc, quia viderant auſteritatē Ioannis, nec per hoc fuerāt moti ad pęnitentiā & poſtea dulcedinē & manſuetudinē Chriſti, qui dulcedinē miſericordiæ eis prædicauit, & cū eis dulciter & manſuete conuerſatus eſt, nec graues pęnas impoſuit pęnitentib. ſed dixit, *Vade & noli amplius peccare.* & tñ per hoc non fuerunt moti ad deuotionis dulcedinem & pietatis, ſed magis remanſerunt obſtinati in peccatis, ſcilicet, vtriuſque vitam in malum interpretando, & hoc quod dicitur. *Cui autem ſimilem æſtimabo generationem, &c.* de qua ſcribitur in cap. ſeq. Generatio mala & adultera ſignum quærit.

3 *Similis eſt, &c.* Non quantum ad eorum innocentiam, ſed quantum ad ludi eorum interpretationem.

4 *Qui clamantes.* Quia pueri in partes æquales diuiſi ſibi dicebant mutuo ea quæ ſequuntur.

5 *Ceci. vo.* Et patet ex prædictis.

Venit

6 *Venit enim Ioannes, &c.* Hic applicat ſimilitudinem ad propoſitum.

7 *Neque manducans neque bib.* Ideſt, in abſtinentia maxima viuens, ille enim qui parum comedit, dicit non comedere ſecundū communem modum loquendi, ſicut qui male videt, dicitur non videns.

8 *Et dicunt.* Iudæi, ſcilicet.

9 *Dæmonium habet.* Auſteritatem Ioannis dæmoni attribuēdo. dæmoniaci. n. poſſunt multa agere & pati quæ non poſſunt alii.

10 *Venit filius hominis.* Ideſt, Chriſtus.

11 *Manducans & bibens.* Ideſt, communem vitā inter homines ducēs. Hoc. n. debebat facere, quia erat mediator Dei & hominū & ideo talem vitam debuit communiter ducere, vt communiter viuentes & peccatores haberent acceſſum familiarem ad ipſum.

12 *Et dicunt.* Scilicet Phariſæi male interpretando.

13 *Ecce homo vorax.* In quo notant eum de exceſſu in quantitate cibi.

14 *Et pota. vi.* In quo notant eum de ebrietate, quod erat falſum, quia perfectiſſimæ vitæ fuit, vt poſt baptiſmum. 40. diebus & noctibus ieiunauit, vt ſupra viſum eſt.

15 *Publicanorum & peccatorum amicus.* Hoc accipiebant ex hoc quod videbant eum cum eis comedentem & bibentem, vt ſupra dictum eſt cap. 9 hoc tamen non erat, vt eorum vitia amaret, ſed magis ſanaret, vt ibidem dicitur.

16 *Et iuſtificata, &c.* Hoc dupliciter exponitur. Vno mō referēdo ad Apoſtolos & eſt ſenſus, licet Chriſtus qui eſt ſapiētia Dei patris ſit prædicto mō a Phariſęis reprobatus, tñ iuſtificatus eſt. i. cognitus iuſtus a filiis ſuis, hoc eſt a diſcipulis, qui ſunt filii Chriſti per adoptionem, ſecundum quod dicitur Ioan. 1. Quotquot autem recep. eum, &c.

Aliter exponitur referēdo ad pueros Iudæorum prædicto mō ludentes, & tunc ſenſus eſt. Et iuſtificata eſt ſapientia. ſ. Ioannis & Chriſti.

17 *A filiis ſuis.* Hoc eſt a filiis Iudęorum, quia declarata eſt eorum iuſtitia & ſapientia in quantum repreſentabatur per eorum ludum obſtinatio patrum ſuorum, ſicut patet ex prædictis.

Tunc

## M O R A L I T E R.

† quod debent ei aſſimilari in tribus prædictis, ſcilicet, mentis conſtantia, auſtera vita, & ſana doctrina.

2 *Cui autem ſi. &c.* Sequitur.

5 *Ceci vob. &c.* Illi vero non ſaltant ad cantū qui audientes prædicationē de gaudiis cęleſtibus, & non eleuantur ad ipſa per deuotionis affectum, & illi non plangunt ad lamentationem qui prædicationem audiunt de punitione peccatorum quod non mouentur ad aliquam contritionem.

6 *Venit enim, &c.* Abſtinentia Ioannis fuit aliis exemplum pęnitentiæ. Manducatio vero Chriſti fuit aliis exemplum condeſcēſionis & miſericordiæ, per illos igitur qui vtrunque in malū interpretabantur, ſignificantur detractores, bonos actus aliorum nequiter deprauantes.

A a *Tunc.* Qui hactenus Iudæos communiter increpauit, nunc nominatim ciuitates exprimit, quæ frequenter audita doctrina & viſis tot ſignis credere noluerunt: quibus nõ optat mala, ſed prędicit ventura.

Sup. 4. d. b *Væ tibi.* Supra vbi legitur, quia circumibat Ieſus ciuitates & omnes vicos, curans omnem languorem: intelligendum eſt inter alias etiã in Corozaim et Bethſaida dominum feciſſe virtutes. Corozaim interpretatur myſteriũ meum Bethſaida domus fructuum vel venatorum.

B * Theoph. Vt intelligas eos qui nõ crediderũt, non a natura, ſed a volũtate malos eſſe, meminit Bethſaidę, ex qua Andreas & Petrus & Philippus, & filij Zebedei fuerunt, atq; ita non naturę, ſed voluntatis malitia fuit. Nam ſi naturæ fuiſſent & illi mali.

† quę eſtiſque ad cœlũ e. al. tata vſque in.

† 1. q. c. nõne.

c *Si in Ty.* Hoc impletum videmus, quia Corozaim & Bethſaida præſente domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon poſtea prædicantibus apoſtolis crediderunt, adeo deuoti, vt Paulũ Tyro abeuntẽ omnes cum vxoribus & liberis, vſque ad naues proſequerenť. Cur ergo non credituris prędicauit, credituros euitauit ipſe ſcit cuius viæ ſunt miſericordia & veritas. Propoſuit tamẽ fines Iudęę non excedere, ne iuſtã Phariſeis & ſacerdotibus perſequutionis occaſionẽ daret. Et erant tunc qui in Corozaim eſſent vocandi, nec tamen de contemptu grauius puniendi.

Act. 21. a.
Gratias ago.
Pſal. 24. b.

Tyrus anguſtia. Sidon venatio.

C d *Et tu Capharnaum.* Non ſolum Corozaim & Bethſaidę vę erit, ſed & tibi Capharnaum, quia.

e *Nunquid vſque ad cœlum exaltaberis?* Nonne tu es quem fama hoſpitij mei, & ſignorum in te factorum famoſa eſſe ferris, vel contra prædicationem meam ſuperbiſſime reſtitiſti? Capharnaum interpretatur villa pulcherrima, in qua condemnatur perfida Ieruſalem, cui dicitur. *Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua ex te.* id eſt, ex tui comparatione cum illa exemplo Loth non eſt correcta, tu filij Dei verbis, & miraculis ſẽper exitiſti ingrata. D

Ezec. 16.
† Luc. 10.

a Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factę ſunt plu- 1
b rimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam. † Væ tibi 2
(a Quæ quondam miſterium Dei tenuiſti. b Quæ fructum gignere debuiſti, ad quam ſpiritualis venatores miſſi ſunt. c In ciuitatibus gentium, quas diabolus venatur in anguſtia tentationum comprehendit.)
c Corozaim, vę tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factę 3
(a Pro memoria pungentis peccati.)
eſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in † cilicio & ci- 4
(a Pro mortis conſideratione. b Sed neque factæ ſunt in eis, neque pęnituerunt, & tamen.)
nere pęnitentiam egiſſent. Verumtamen dico vobis, Tyro 5
(a Sicut minor fuit culpa eius quæ nuncios veritatis non habuit quam eius quæ reſutauit, ita minor pęna. b Quæ ſimili culpæ ſubiaces.)
& Sidoni remiſſius erit in die iudicij quam vobis. Et tu Ca- 6
d pharnaum, † nunquid vſque in cœlum exaltaberis? Vſque in
(Ideo maioribus ſupplicijs punieris, quia credere noluiſti viſis virtutibus.)
e infernum deſcendens. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtu- 7 8
(a Certe. b Non contigiſſet eis ſubuerſio, vbi fuiſſet correctio.)
tes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hanc diẽ.
(a Quia minor culpa.)
† Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſ- 9
(Cum exprobaſſet Iudæis.)
f ſius erit in die iudicij, quam tibi. In illo tempore reſpondens 10
(a Gratias ago in te exulto. b Mi. c Non pater.)
g Ieſus dixit. † Confiteor tibi pater dominẽ cœli & terræ, quia 11
(a Sacramentum mei aduentus. b Scribis & Phariſæis qui ſibi ſapere videntur.)
h abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuela- 12 13
(Et hoc per me. Humilibus ſpiritu. a Vt humilis redeat, qui ſuperbiendo receſſit.)
i k ſti ea paruulis. Ita pater, quoniam ſic fuit † placitum ante 14 15

f *Reſpondens Ieſus.* Reſpondens tacitæ obiectioni, quaſi quæreretur, quæ ratio, quod Iudaicus populus Dei cultor, Dei Filium in carne venientem tam obſtinatus reiecit, quẽ gentilitas tam prona recepit?

† ſacco.

E g *Domine cœli & terræ.* Qui facis cœlos, & relinquis in terrenitate quos vis, vel ad literam.

h *Paruulis.* Sapientibus & prudentibus, nõ opponit inſipientes & hebetes, ſed paruulos, vt probet ſe tumorem damnare, non acumen.

† bona tas.

i *Ita pater.* Blandientis affectu loquitur vt inceptum in apoſtolis beneficium compleatur. Hic exemplum humilitatis accipimus, ne temere diſcutere præſumamus ſuperna conſilia de vocatione horum, & repulſione illorum, cum enim vtrumque attuliſſet, non mox rationem reddidit, ſed ſic Deo placitum dixit, oſtendens quia iniuſtum eſſe non poteſt quod iuſto placet. In omnibus ergo quæ exterius diſponuntur, apertæ cauſa rationis eſt occultæ iuſtitia voluntatis.

F k *Quoniam ſic fuit placitum ante te.* Ne quis iterum quærat, cur humiles eligat, ſapientes reprobet.

*Nun-* *Omnia*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc cę. expro. *Hic in ſpeciali oſtendit Chriſtus condemnationem aliquorum propter eorum ingratitudinem, quia illi, prædicauerat Chriſtus frequenter, & inter eos miracula fecerat, & licet eius prædicationem primo recepiſſent deuote, tamen poſtea ad vomitum reuerſi, in infidelitate remanſerunt, ſicut prædictum fuerat per Iſa. 9. Primo tempore alleuiata eſt terra &c. ſicut expoſitum eſt c. 4. & hoc eſt quod dicit.* Tunc cępit ex. &c.

2 Væ tibi. *iſta erat vna de ciuitatibus, in quibus prædicta fecerat.*

3 Væ tibi Berzaida. *de iſta ciuitate erat Petrus & Andreas.*

4 Quia ſi in Tyro & Sidone factæ. *quod patet, quia receperunt prædicationes Apoſtolorum & deuote crediderunt, vt patet Act. 21. b. vbi Paulũ conduxerunt vſque ad nauem ex deuotione, Per hoc tamen, non intelligitur aliqua variabilitas in diuina prædeſtinatione, ſed tantum in hominum voluntate.*

4 Veruntamen dico. *Quia grauius eſt auditam fidem repellere, quam mori in gentilitate. Illi autem erant gentiles, qui habitabant in* Tyro & Sidone.

6 Et tu. *hoc dicit improperando quia per prædicationem Chriſti & miracula debuiſſet exaltari ad diuinas ſed quia propter peccatũ ingratitudis ſemper peiora peioribus ferruntur ideo ſequitur.* Vſque infer.

7 Quia ſi in ſo. *qui ibi fuerũt homines peſſimi, vt habetur Geneſ. 13.*

8 Factę. *quia feciſſent pęnitentiam ſicut Niniuitæ ad prædicationẽ Ionæ. Dicit autem forte, non ad notandum dubitationem ex parte ſua ſed ad denotandum mutabilitatem liberi arbitrii ex parte hominis.*

9 Veruntamen di. *quia repugnato veritatis agnitæ quæ fuit in iſtis, quia veritatem Dei cognitam per prædicationẽ Chriſti poſtea impugnauerũt, cũ ſit ſpecies peccati in ſpiritũ ſanctũ grauius eſt peccatũ quã ſit vitium luxuriæ contra naturã quo erant infecti iſti Sodomitæ.*

10 In il. tem. *Hic conſequenter ponitur deuotorum commendatio. Et circa deuotionem primo ponitur principium motiuum ſecundo ipſũ mediũ ibi. Omnia mi. tra. ſunt. Circa primum aduertendum quod poſſet ab aliquo quæri, quæ fuit cauſa quod Iudæi illiterati & in populo famoſi pro maiori parte in infidelitate remanſerũt, ſimplices autem & illiterati ad fidem vocati ſunt. Huic quæſtioni tacite reſpondet Chriſtus per modum diuinæ laudis, dicens.*

11 Confi. t. *ideſt, ad gloriam tuam declaro.*

12 Quia abſcon. *hæc. i. myſterio fidei.*

13 A ſa. & pru. *i. in ſapientia humana confidentibus, & iſti ſunt ſapientes in oculis ſuis tantum, ſed non ſimpliciter.*

14 Et re. ea par. *ideſt humilibus, & ſic patet quod etiã a parte credentium fuit eorum humilitas, quæ ad ſapientiam diſponit, vt dicitur* Prou. 11. a. *Vbi humilitas, ibi ſapientia ex parte autẽ nõ credentiũ fuit eorum ſuperbia, quæ eſt intellectus excęcatiua, ſed ex parte Dei cauſa fuit ſimplex voluntas diuina & hoc eſt quod ſubdit.*

15 Quoniã ſic. *quod enim aliqui ſint electi, & aliqui reprobati bene poteſt*

## MORALITER.

1 *Tunc cępit exprobare, &c.* Per iſtas ciuitates, in quib. Chriſtus frequẽter prędicauerat & miracula fecerat, ſignificãtur illi qui frequenter audiunt Dei verbum, & vident exempla virtutum, & tamen in peccatis ſuis obdurantur, propter quod cæteris paribus alijs grauius punientur.

10 *In illo tempore. &c.* ſequitur.

13 *Et reuelaſti, &c.* Magnus honor ex hoc eſt humilib. veris quia ſunt de ſecreto conſilio ſummi Regis, & quoniã humilibus omnia patienter ſuſtinentibus frequẽter imponuntur grauia, ideo indigent recreatione diuina, propter quod ſubditur. *Venite ad me, &c.*

*In* MO-

Omnipotens. Conſubſtantialis patri. Hoc naturæ.
b a te te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit fi- 1 2
Non quod ſolus. Hoc naturæ.
c lium, niſi pater, neque patrem quis nouit, niſi filius, & cui fi- 3 4
Hoc gratiæ. a Et, quia per me habet is acceſſum ad patrem. Credendo obediendo.
a Quaſi victi.
lius voluerit reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & 5 6
a Peccatis, vel iugo legis. b Interius non tantum exonerabo.
d onerati eſtis, & ego † reficiam vos. Tollite iugum meum 7 8
a In fide combinatos. Quia nullum lædo. Moribus. b Quia nullum deſpicio. Mente.
e ſuper vos, & † diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis 9
a Non fictæ, ſcilicet. b Hic ſpe, & poſtea re. c Euangelium.
f corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum 20 21 21

A a *Omnia mi. &c.* Tradentem patrē & accipientem filiū myſtice intellige. Alioquin ſi iuxta fragilitatē noſtrā accipis, cū cęperit habere qui accepit, incipiet nō habere qui dedit per oīa coomnipotentē nota, per tradita, filiū, cui per naturam omnia pro vnius ſubſtantię iure ſunt propria, non data per gratiam. Tradita autem omnia non cœlum & terra & cętera quæ fecit, ſed hi qui per filium acceſſum habent ad patrem, & ante rebelles, dominum poſtea ſentire cęperunt. Tradita autem non alia ſunt quam quę in filio ſoli nota ſunt patri. Nota vero fi-
B lio ſoli eſſe quę patri ſunt, atque ita in hoc mutuę cognitionis ſecreto intelligitur, non aliud in filio quam quod in patre agnoſcibile ſit extitiſſe.

b *Et ne. no. fi. &c.* Seipſum reuelare. Et nemo nouit patrem niſi filius, & cui patrem voluit reuelare. Ad vtrumque enim illud ſubditum refertur. Verbo enim ſuo pater ſe declarat. Et verbum ſeipſum declarat, quia mentis noſtrę lumen eſt.

⁂ Hilarius. Non enim niſi per mutuam teſtificationem cognoſci, vel per patrem filius, vel per filium pater potuit. Vox è cœlis eſt, ſermo etiam filij eſt. Tam ignorabilis eſt filius quam & pater. Omnia .n. ei tradita ſunt, & in omnibus nihil intelligitur exceptum. Sic poteſtas exęquata eſt, ſic ſecretum cognitionis ęquale eſt: ſi natura in nominibus eſt, quæro quomodo quod vocantur nō ſunt, quorum & vis in poteſtate, & difficultas in cognitione non differt.

c *Niſi filius & cui filius voluerit.* Mutua cognitio, quę eſt ęqualitate naturę. Illa autem tantilla quę in nobis eſt, dignatione reuelantis eſt.

* Chryſoſtomus. Reuelat filius non quantum cognoſcit, ſed quantum nos recipere poſſumus. Hoc enim ſi Paulus fecit, quāto magis Chriſtus? Ille quippe ad ſuos diſcipulos ſcri-
C bēs, ſic ait. Nō potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus.

D d *Tollite iugum &c.* Iugū Chriſti, euāgeliū eſt, quod Iudeos & gentes in vna fide coniungit. *Tollite ſuper vos.* Id eſt, in honore habete, non ſubtus, vt contemnatis. Qui laboratis, difficultate legis, & onerati peccatis, ſcilicet, reficiam ſi iugum tollitis, id eſt, pręcepta mea. Et quid iugo eius ſuauius, quid onere leuius? probabilem fieri, abſtinere a malo, bonum velle, amare omnes, æterna ſequi, pręſentibus non capi, nolle alij facere quod pati non vis.

* Theophylactus. Iudeos facientes traditiones legis & in opere mandatorum
E legis fatigatos: Gentiles quoq; onere peccatorū oppreſſos, quieſcere facit Chriſtus. Duorum nimirum laborantium & oneratorum nomine, Iudęi & gentiles intelliguntur.

e *Diſ. à me.* Docente verbo & exemplo, vt ſitis humiles mentibus, mites moribus. Humiles, vt neminem contemnant. Mites vt nullum lędant. Corde, vt idem extra in opere ſit & in corde, ne lateat ſerpens in ſpecie columbę.

⁂ Athanaſius. Manſuetudinem igitur de ſe docuit dicens, *diſcite à me &c.* non quidem vt coęquemur illi, cum hoc ſit impoſſibile, ſed vt in eum reſpicientes, manſueti perſeueremus in omni tempore, ſicut cum nos firmo & indiſſolubili inuicem affectu conciliaret, ex ſe mutuatus eſt exemplum, & dixit, vt ſint vnum quemadmodum & nos. ſermone 4. contra Arianos.

f *Iugum enim meum.* Quomodo euangelium lege leuius eſt, cum ibi opera, hic & concupiſcentia damnatur? Sed in lege multa iubentur, quæ apoſtolus impleri nō poſſe dicit, hic volūtas quærit quæ in arbitrio noſtro eſt, & quæ ſola ſufficere poteſt & præmium habere. Item quō iugum Chriſti ſuaue, cum ſupra dicitur: Arcta via eſt quæ ducit ad vitam? Sed anguſtia, quia non niſi anguſto initio incipitur, proceſſu vero
F temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur

☞ Onus

## NICOLAVS DE LYRA.

poteſt aſſignari cauſa in generali etiā ex parte Dei, vt in electis appareat Dei miſericordia, in alijs autem eius iuſtitia, quia ſicut ad gloriam regis terreni & decorem ſui regni non ſolū pertinet aula in qua ſtrenui milites honorantur, ſed etiam patibulum in quo malefactores puniuntur, ſic ad gloriam Dei non ſolum pertinet pręmiatio beatorum, ſed etiam punitio reproborum. In ſpeciali tamen non poteſt aſſignari ratio ex parte Dei, quare illum eligat & illū dimittat, niſi eius ſimplex voluntas, vnde dicit Auguſt. ſup. Ioan. Quare illum trahat, illum autem dimittat, noli velle diiudicare, ſi non vis errare.

1 *Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.* Hic ponitur prædictæ vocationis medium. Chriſtus enim mediator eſt Dei & hominum. Debitus eſt autem proceſſus, vt ab extremo in extremum procedatur per medium, & ideo omnis proceſſus gratiæ deriuatur ad nos per Chriſtū, & hoc eſt quod dicit: *Omnia mihi tradita.* Quod verum eſt in Chriſto, quia ſecundum naturam diuinam habet eſſe à patre, & per conſequens poſſe, licet habeat idem eſſe numero & poſſe cum ipſo, & ſic omnia ſunt ſibi tradita à patre ab æterno, ſecūdum autem naturam humanam omnia tradita ſunt in poteſtate Chriſti & domini à Deo patre. Sed hoc intelligendum eſt dupliciter. Vno modo quantum ad authoritatem, & ſic omnia creata ſunt ſibi ſubdita ab inſtanti conceptionis, quia eo ipſo quod natura humana verbo eſt vnita, omnia creata ſunt ſubiecta ſibi. Alio modo quantum ad effectum, & ſic in iudicio oīa erunt ſubiecta pedibus eius, quia tunc eius voluntas perfecte implebitur in omnibus, vt habetur ad Heb. 10. Et quia ſecundum diuinam naturam idem eſt cum patre, ideo ſubditur.

2 *Et nemo no. filium.* Eodem modo, non tamen per hoc excluditur ſpiritus ſanctus, quia dictio excluſiua addita vni perſonæ in diuinis reſpectu termini eſſentialis, non excludit aliam, ſed potius includit, quia licet alia ſit perſona patris, alia filij & alia ſpiritus ſancti, tamen iſtæ tres perſonę ſunt vnus Deus, ita quod nec in diuinitate, nec in eſſentialibus habent alietatem aliquam, dictio autem excluſiua ſolum excludit quod alietatem importat. Notitia autem abſolute ſumpta, eſſentialiter accipitur, ideo communis eſt tribus, & ideo cum dicitur, quod nemo no. fi. ni. pater, &c. per hanc dictionem excluſiuam, niſi ab hac notitia non excluditur ſpiritus ſanctus, ſed magis includitur, vt dictū eſt. Sciēdum etiam quod hæc dictio nemo, non accipitur proprie, id eſt, nullus homo, quod patet per hoc quod ab iſta vniuerſali negatiua excipitur pater per dictionem excluſiuam, cum ſubditur.

3 *Niſi pater: neque patrem.* Qui tamen pater non eſt homo, ſolus enim filius in diuinis eſt homo, & ideo dicendum quod nemo, ibi accipitur magis large, id eſt, nullum ſuppoſitum naturæ intellectualis & ſic bene excipitur pater, qui licet non ſit homo, eſt tamen natura intellectualis, & tamen ipſe cognoſcit filium pfecte. Et quia Chriſtus eſt mediator Dei & hominū, ideo notitia diuinorum ad nos deriuatur per ipſum, propter quod ſubdit.

4 *Et cui filius voluerit.* Non quia iſti quibus fit reuelatio mediante filio habeant notitiam comprehenſionis ſicut filius, quia hoc eſt impoſſibile creaturæ, illud enim quod comprehenditur, totaliter & perfecte cognoſcitur, & quia dictum eſt Dei filius eſt mediator Dei & hominum, ideo conſequenter oſtendit quod familiariter & ſecure poſſumus accedere ad ipſum, di.

5 *Venite ad &c.* Sub onere legis, quod onus fuit importabile patribus antiquis, vt habetur Act. 15.

6 *Et ego re. vos.* In præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam.

7 *Tollite.* Voluntarie, ſcilicet.

8 *Iugum meum ſu.* Id eſt, legem euangelicam, quæ dicitur iugum à iungo. gis, quia lex euangelica eſt lex amoris, & per conſequens iungit fideles adinuicem, Iudęos & Gentiles: quia amor eſt vis vnitiua ſecundum Diony. conſequenter oſtendit qualiter nutriatur amor iſte, dicens.

9 *Diſcite à me.* Nullum lædendo.

10 *Et humilis corde.* Neminem contemnendo. Iſtis autem duobus maxime nutritur dilectio. Præmium autem amoris ſubiungit, cum di.

11 *Et inuenietis requiem animabus veſtris.* Quia ſecundum quod dicit Auguſt. lib. confeſ. inquietum eſt cor meum, donec requieſcat in te. Quæ quidem quies hic inchoatur, ſed in patria perficietur. vbi charitas conſummatur. Et ne ex iugo legis euangelicæ aliqui terreantur, ideo ſubditur.

12 *Iugum enim &c.* Quia ſecundum quod dr. 1. Io. 5. a. Mandata eius grauia non ſunt, quod exponens Aug. dicit, ſ. amanti.

ADDI-

a Onus me. Quia illa momentanea ſunt noſtræ tribulationis æternum pondus gloriæ operatur in cælis.
1. Cor. 4. † cornmodu vel blanduni ſapi. 7.b.

✠ Theophylactus. Dicuntur omnia mandata Chriſti

a Non detrectantiquos ſed dilatato corde currentibus. b Diſciplina.

enim meum † ſuaue eſt, & onus meum leue.

D ſti iugum leue, quoniam propter futuram retributionem leuia, tametſi ad breue tempus grauia videantur.

ADDITIO.

In cap. 11. Vbi dicitur in poſtil. Et ideo aliter dicendum, quod Ioannes non dubitauit de prædictis,

Hæc ratio poſtillatoris non videtur conſona literæ ſequenti cum dicit. *Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis &c.* Si enim Ioannes non proponebat hanc quæſtionem propter ſe, ſed tantum propter diſcipulos, cum hoc nō latebat Chriſtum, qui cogitationes hominum perfecte cognoſcebat, ſuperfluum & impertinens videtur dicere: Renunciate Ioanni: Ioannes enim de hoc certus erat ſed potius debuiſſet dicere. *Attendite quia audiſtis & vidiſtis:* dirigendo verba ſua diſcipulis, qui hoc indigebant, vt dicit poſtillator, non autem Ioannes. Sed meliori iudicio ſemper ſaluo ad hanc admirationem tollendam aliter poſſet dici. Pro cuius declaratione attendendum, quod non eſt inconueniens, vt quis ſciens aliquam veritatem certitudinaliter per vnum modum, vlterius proficiat ſciendo eandem veritatem per alium modum licet ſecundus modus ſciendi non ſit ita perfectus ſicut primus. Quod patet ex hoc: nā Chriſtus qui non ſolū ſecūdū ſcientiam increatam ſed ēt ſecundū ſcientiam infuſam oīa cognouit, vt cōiter tenetur, ſecundū tñ ſcientiam acquiſitam, ſ. experimētalem legitur profeciſſe. Luc. 2. g Ieſus proficiebat ſcientia & ætate &c. Similiter dicendū eſt, quod licet Ioannes certitudinaliter

B cognouiſſet Chriſtū per diuinā reuelationem, & per ſpiritū ſanctū ſub forma viſibili deſcendentem & hmōi: adhuc tñ poterat proficere in ipſius cognitione experimentali, hoc eſt cū experientiam haberet quod opera ipſius Chriſti manifeſte correſponderent his quæ de eo in propheticis ſcripturis prænoſticata fuerūt, iuxta illud Ioan. 10. a. *Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me.* Sed cum quælibet cognitionis perfectio ſit appetibilis ſeu deſiderabilis, præſertim cognitio Chriſti, idcirco Ioānes non dubitando de Chriſto an eſſet Chriſtus, ſed potius deſiderando habere ipſius cognitionē experimentalem ex operibus, quā iā habuerat ex reuelatione diuina, dicebat. *Es tu, an alium expectamus.* Hoc eſt dicere, deſidero te cognoſcere eſſe Chriſtum ex operibꝰ per te factis, ſicut te iam cognoui per inſpirationem ſeu diuinā reuelationē. Vnde notanter dicit euangeliſta. *Cum audiſſet Ioan. opera Chriſti &c.* licet. n. viderat Chriſtum & ipſum vere cognouerat, vt dictū eſt, non tñ viderat opera Chriſti preſertim illa q̄ teſtimoniū de ipſo perhibebant, ſ. miracula. Ad qꝫ Chriſtus tanq̄ ſciens cogitationē cordis ipſius Ioannis, proprie rñdit. *Renunciate Ioanni &c.* Vbi attendendū, qꝫ non ſolū dixit, renunciate Ioāni quæ vidiſtis, licet forte hoc videretur ſufficere, ſed dixit, quæ vidiſtis & audiſtis ad denotandū, qꝫ ea quæ audiuerant à prophetis per Chriſtum fiendi, videbant per ipſum impleta, vnde dicit. *Cæci vident, & claudi amb. &c.* Hæc n. miracula in propria forma leguntur in propheticis vaticinijs: vñ Iſa 35. b. loquens de Chri

C ſto ait: *Deus veniet, & ſaluabit nos.* Sequitur. *Tunc aperientur oculi corū.* Similiter Iſa 61. a. *Ad annunciandum ſeu euangelizandū pauperibus miſit me.* Ex quibus patet, quod Chriſtus in hac rñſione ſatisfaciebat deſiderio Ioannis recte ordinato circa cognitionem Chriſti, oſtendendo quod opera ſua miraculoſa correſpondebāt vaticinijs ꝓphetarū, & ſic poterat de Chrō notitiā experimētalē hēre ex operibꝰ, de quo iā habuerat notitiā diuinitꝰ reuelatam.

REPL. In cap. 11. Vbi agitur de qōne Ioannis baptiſtæ ad Ieſum, de qua poſtil. dicit, cū q̄ō ſit dubitabilis propoſitio, non mouetur in perſona Ioannis, qui fuit per diuinā reuelationē & occultam viſionē certificatus, ſed mouetur in perſona diſcipulorum Ioannis hæſitantiū, ſed Burg. dicit taliter dictū nō eſſe conſonū literæ, quæ dicit rñdendo. *Euntes renunciate Ioanni* quæ rñdet Ioanni, non diſcipulis eius. Ad q. pōt dici dupliciter. Primo qꝫ remiſit Chriſtus diſcipulos ad Ioānē, vt ex relatione diſcipulorū hæſitantiū Ioannes materiā acciperet eos plenius informādi, ſecundo dici pōt, qꝫ Chriſtus tenuit modū curialē, nā directe rñdendo ad diſcipulorū hęſitationē quā nouit, viſus fuiſſet hęſitationē eorū redarguiſſe, qꝫ curiale non fuiſſet circa legationē Ioannis factā. Curialitas igitur vr̄ tam ex parte quærentis quā es ex parte

E rñdentis, dū & Ioannes in ſua perſona incredulitatē diſcipulorū nō detegeret, & Chriſtus ſic curialiter querenti rñdit, ne in credulitatem legatoris increpare videretur, cū ad forū Ioannis pertinerent. Modo aūt dicendi Burg. quæ hic addit multą inconuenientia contingunt, primo quia ponit Ioānē per diuinā reuelationē de Chriſto & de his quæ de ipſo erant ſcripta, certitudinaliter & ſufficienter inſtructū, & tñ qꝫ Ioānes petiuit amplius inſtrui, ex ſecūda. n. parte infertur oppoſitū primæ partis, quia bene ſequitur. Ille petit de vna concluſione perfectius inſtrui, igitur perfecte non fuit inſtructus, cuius oppoſitū dicit Burg. addens quod ſecundus modus ſciendi non ſit ita perfectus ſicut primus, ex quo patet Ioannē plus quęſiſſe curioſa quā vtilia, ſicut logica ſecundū cōmentatorem. 2. metaph. non eſt ſcientia, ſed modus ſciendi, qui igitur eſſet perfecte inſtructus in Theologia, & poſt quæreret ſcire logicā, curioſus veniret iudicandus. Secundū inconueniens, quia Burg. dicit dñm noſtrū Ieſum Chriſtū profeciſſe ſcientia acquiſita per experientiā, & hoc vr̄ dubium, nam ſi Chriſtus aliquid didiciſſet per experientiā quod prius vel qualiter prius non nouit. ſequitur quod non fuit ab inſtanti conceptionis ſuæ oīſciens, quod eſt contra ſanctos doctores & magiſtrum lib. 3. d. 14 ſed 13 di exponit quō intelligitur Chriſtū profeciſſe, non vt Burg. vult. Tertiū quod Burg. ponit Ioannē Baptiſtā mouiſſe ex parte ſui qōnem, vt cū quem ſciret eſſe Chriſtū per diuinam reuelationem & ſenſibilem oſtenſionem, ēt ſciret per miraculorū operationem, vr̄ abſurdū quia Iudæi non ita plene docti de Chriſti aduentu cū peterent ſigna audierunt. Generatio praua ſignū quærit. Matth. 12. & ſic Ioannes vr̄ ad generationē prauam pertinere, eo quod ab infallibili veritate doctus ſingularia ſigna & fallibilia quærit ſecundū Burg. quod abſurdū dictu vr̄.

F Confirmatur, quia poſt medium ſciendi infallibile, ſi verū diceret Burg. Ioannes quæſiuiſſet mediū ſciendi valde fallax. ſ. operationem miraculorum, nam & praui antichriſtiani dabūt talia media non ad inſtruendum ſed ad fallendū, vt dicit beatus Auguſt. 2 de ciuit. Dei, cap. 13 & octogintatrium qōnum, q. 55. & quamplurima alia, quæ contingunt huic ſingularitati.

CAP. XII.

a IN illo tempore. Narrata prædicatione & miraculis vniuſ anni ante q̄ſtionem Ioannis factis, tranſit ad illa quæ facta ſunt alio anno ſcilicet. poſt mortem Ioannis, quando iam in omnibus Chriſto contradicitur.

† Mar. 2. 6. Lucæ 6. a.

hom. 30. in Matth.

b Abijt Ieſus per. ✠ Chryſoſtomus. Volebat quidē ſoluere ſabbatū, ſed non ſimpliciter, ideoq; non ſine cauſa id ſoluit ſed dans occaſionē rationabilē, vt & legē ceſſare faciat, & legē non offendat. Et ideo vt Iudęos mitiget, naturę neceſſitatem præmittit, & hoc eſt, quod dicitur. diſcipuli autē

# CAPVT XII.

Iterum datur occaſio contradicendi Iudæis.

a b IN illo tempore. † Abijt Ieſus per ſata 1

eſurientes. Alleg. Sata, ſunt auditores, per quę diſcipuli tranſeunt, cum ſolicite doctores inſpiciunt, quō vnumquemque attrahere poſſint, quorum ſalutem eſuriunt. Spicas vellunt, dum ſingulos homines à terrena intentione retrahūt. Fricant

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

1 IN illo tempore. Abijt, &c. Poſtquam poſita eſt confirmatio dubitantium cap. precedenti, vt patet in diſcipulis Ioannis, hic conſequenter ponitur confutatio impugnantium, ſ. phariſeorū. Et diuiditur in quatuor partes, quia aliqui impugnabant Ieſum Chriſtū reprehendendo eius veritatē quaſi cōtra legē agētē, aliqui calūniādo eius bonitatē opera diuina virtute facta dęmoni attribuēdo, ibi. Tūc oblatus eſt, alij tētando

Diuiſ

MORALITER.

1 In illo tempore abijt Ieſus per ſa. &c. Per ſata pōt intelligi gētiliū doctrina, in qua ſunt multæ ſpicæ, i. dicta philoſophica habentia grana veritatis, palleis tñ vanitatis & falſitatis admixta. legitur diſcipuli cū Chriſto per ſata tranſeūt qñ Chriſtiane fidei zelo doctrinā philoſophicā ſtudendo diſcurrūt, vt ibi reperiant aliqua fidei Chriſti accōmoda, & eſurientes ſpicas vellūt, qñ veritates ibi cōtētas ab erroneis & friuolis ſeparāt, & comedūt qñ in vētre memoriæ recondūt, ſm illud Aug. de doc. Chriſt. Si in dictis infideliū inueniantur noſtræ fidei accōmoda, non ſolū non ſunt abhorrenda, ſed ēt ab ipſis tanquā ab iniuſtis poſſeſſoribus accipienda, & in noſtrū vſum vendicanda. Per phariſæos aūt factum diſcipulorum arguentes, ſignificātur aliqui doctores indiſcreto zelo quod ignorant reprobantes ſed ſaluator rationabiliter excuſat, nam omne verum a quocunque dicatur a Deo eſt.

Et cum

A Fricant, dum exemplis virtutum etiam a concupiſcentia carnis mentes exuunt. Grana comedũt, dũ emundatos in corpus eccleſiæ traiiciũt. Bene hoc agũt diſcipuli ante dominũ. quia neceſſe præcedat ſermo doctoris, & ſic gratia cor illuſtrabit auditoris. Sabbato quia hoc agunt ſpe quietis æternę, ad quam & alios inuitant.

MORALITER. Item per ſata cum domino ambulant, qui diuinis imperiis ſtudẽtes in ſcripturarum meditatione delectantur, *Eſuriunt qui in eis panem vitæ.* Ideſt, Dei amorem inuenire deſiderãt. Sabbato, dum a turbidis cogitationibus vacare, & videre quam ſuauis eſt dominus, gaudent. Vellunt B ſpicas & terunt, cum teſtimonia aſſumũt & diſcutiunt, donec in eis medullam dilectionis inueniunt, quæ latebat in litera Sed qui ſolam ſuperficiẽ literæ ſequuntur, neque mentis refectionem norunt neque animarum requiem quærunt, vnde confutatio ſequitur, At ille dixit eis.

a ſabbato, †diſcipuli autem eius eſurientes cęperunt vellere 1
a Auſtera uita non preparatos, ſed ſimplicea cibos quærere, uel comedere. b Peccatorum conuerſio ſtultis ſabbati defenſoribus diſplicet ſed a ſabbati domino probatur.
ſpicas & manducare. Phariſæi autem videntes dixerũt ei:
a Nota quod apoſtoli literam ſabbati deſtruunt. b De uinea uel fruge uicini licet edere, ſed non falcem mittere, uel foras eiicere.
b Ecce diſcipuli tui faciunt qđ non licet eis facere ſabbatis.
c At ille dixit eis: † Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando 2
d eſuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in do- 3
e mum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non lice- 4
bat ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſa-
f cerdotibus? Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdo
a Dum tauros cedunt, pueros circuncidunt, & dum unam legem ſeruant, ſabbatum deſtruunt. 5
b Tamen. 6
g tes in tẽplo ſabbatum violant et ſine crimine ſunt? Dico 7
a Ipſe Ieſus dominus templi. In hoc loco. 8
h autem vobis, quia tẽplo maior eſt hic. † Si autem ſciretis, 9

a *Eſurientes, &c.* Quia vt alius ait Euangeliſta, nec locum veſcendi habebant pro turbis, propter nimiam importunitatẽ eorum.

Alii Euangeliſtæ addunt, manibus cõfricaſſe. Vnde & Petro dicitur. *Macta & manduca.*

* Chryſoſtomus. Quamuis in peccatis quę manifeſta ſunt nulla ſit excuſatio, neque enim occidens ad ſui excuſationẽ poteſt furorem prætendere, neque qui adulterat, concupiſcẽtiam, ſed nec aliam vllam cauſam, hic tamen famem inducens, diſcipulos ab omni accuſatione liberat.

b *Non licet.* Secundum præceptum legis. Sed quia alia ſcriptura dicit. *Miſericordiam malo quam ſacrificium.* Melius fuit hominẽ de famis periculo liberare, quam ſacrificiũ Deo offerre, quia hoſtia placens eſt ſalus hominum. De vaſtatione frugum non arguunt, quia licet per legem inde edere.

c *At ille dicit, &c.* In hoc facto nihil aliud inſtruimur, niſi vt ſabbatum non ad literam, ſed ſpiritualiter intelligamus.

d *Non legiſtis.* Si Dauid & Abimelech non reprehenditur. C quorum vterque mandatum legis probabili neceſſitate trãſgreſſus eſt, & hic ſimilis cauſa famis eſt, cur non idem pro- D batis in apoſtolis?

e *Panes propo.* Quod ſignificauit ſacerdotalẽ cibũ tranſiturum in vſum populorum. Vel quia omnes ſacerdotes debemus imitari. Vel quod omnes ſacerdotes ſumus.

Comedũt in ſabbato quando de menſa tollebantur aliis ſubſtitutis, Erat etiam tũc neomeniæ dies.

f *Quia ſabbatis ſa.* Hic ſine neceſſitate oſtendit ſabbatum violari ab ipſis qui calumniantur. Vnum exemplũ datum eſt regiæ poteſtatis de Dauid, aliud ſacerdotalis, de his qui per miniſterium templi ſabbatum violant, E vt multo minus ad ipſum pertineat crimen ſpicarum ſabbato vulſarum, qui verus rex & ſacerdos eſt & dominus ſabbati.

nil eis imputatur

hom 40. in Matthæum

* Chryſo. Ne mihi dicas, quoniam afferre in medium alium peccantẽ, non eſt erui ab accuſatione, cum enim non accuſatur quæ fecit, excuſatio fit circa id qđ factũ eſt. Verũ hoc hic non ſufficit, ſed quod maius eſt, dixit, quod ſine crimine ſunt: Vide autẽ quanta poſuit. Locum, vbi dicit. In templo. Tempus, cũ dicit Sabbatis. Legis remiſſionẽ, cum dicit, violant & non ſoluũt. Et quod nõ ſolum liberantur a pęna, ſed a culpa liberati ſunt. Vñ dicit. Sine crimine ſunt. Neque autẽ hoc ſecundum ſimile eſt priori, quod dixerat de Dauid. Illud enim ſemel factũ eſt, & a Dauid nõ ſacerdote, & neceſſitatis cauſa. Hoc autem ſecundum, ſingulo ſabbato, & a ſacerdotibus & ſecundum legem.

g *Dico autem vo.* Quaſi dicat. Si figurale tẽplũ potuit defendere ſacerdotes ſibi ſeruientes, cur ſpirituale non poteſt defendere diſcipulos ſibi credentes?

* Hieronymus. Hic non pronomen ſed aduerbium loci eſt, quod maior templo ſit locus qui dominum templi teneat.

h *Si autem.* Et vt oſtenderet omnia futuri tẽporis ſpeciem continere, adiecit. Si autẽ ſciretis. i. quia Deus per gratiã diſpoſuit liberare populum, & non per exteriores obſeruãtias, non reprehenderetis meos, ſi vetera omittunt. F

Do-

## NICOLAVS DE LYRA.

* *tando eius poteſtatem, propter hoc quærebant ſigna de cęlo, ibi. Tũc reſpondebant ei quidam de ſcribis, alij inſidiando eius aſſumptæ infirmitati, ibi. Adhuc eo loquente. Prima adhuc in duas, quia primo reprehendunt veritatem in ſuis diſcipulis, ſecundo, in perſona propria, ibi.* Et cum inde tranſiſſet. *In prima ergo parte repræhendunt eum de hoc quod diſcipuli eius tranſeuntes die ſabbati per blada vellebant ſpicas & confricantes manducabant grana, quaſi contra legem agerẽt ex Chriſti doctrina. Conſiderandum tamen, quod non arguebant eos agere contra legem quaſi raperent alienum, quia licitum erat intrare ſegetem proximi & comedere, non tamẽ metere falce, vt habetur Deut. 23. ſed quia violabant ſabbatum, quia præceptum erat in lege quod cibaria præpararentur die præcedenti & nõ in die ſabbati, vt habetur Exo. 16. Ipſi autem præparabant ſibi cibum ſpicas fricando, & hoc eſt quod ſubditur.*

1 Diſcipuli. *Quod non licet eis facere ſabbatis. Sed Chriſtus reſpondet eis oſtendendo, quod non faciebant contra legem, quia aliquid quod eſt lege prohibitum, bene efficitur licitum propter neceſſitatem imminentem. Sicut Dauid qui legitur ſanctus, manducauit panes propoſitionis ſibi datos a ſacerdote in neceſſitate, & tamen in lege erat præceptum, quod ſoli ſacerdotes comederent, qui ſacerdos inde non reprobatur, quod dedit alijs, nec etiam Dauid, quod comedit cum viris ſuis. Ex hoc patet quod neceſſitas faciebat aliquid licitum, quod alias eſſet illicitum. Hic in propoſito, dato quod non eſſet licitum fricare ſpicas in die ſabbati, tamen ſiebat licitum propter neceſſitatem famis, & hoc eſt quod dicit ſaluator phariſæis.*

2 Nonne legiſtis. *vos ſupple qui debetis ſcire legem.*

3 Quid fecerit Dauid. *Quem tamen reputatis ſanctum.*

4 Quomodo intrauit in domum. *Et hoc factum habetur. 1. Reg. 21. b. cætera patent ex dictis vſque ibi.*

5 Aut non. *Vbi ponitur alia reſponſio, quia ſacerdotes in die ſabbati in templo manualiter operabantur, quia immolabant animalia Deo oblata, & excoriabant & hoſtias lauabant, & conſimilia, & tamen non violabant ſabbatum, quia talia opera erant ordinata ad Dei cultum, & hoc eſt quod dicit ſaluator.*

6 Sacer. in tem. ſab. vio. *Ideſt, manualiter operantur.*

7 Et ſine cri. *Quia etiam erat præceptum a domino quod talia opera facerent in ſabbato, & eadem ratione apoſtoli vellentes ſpicas in die ſabbathi & comedentes ex præcepto Chriſti non peccabant, quia melius eſt ipſi Chriſto obedire, quam victimas in templo offerre. Et hoc eſt quod dicit ſaluator.*

8 Dico autem vobis, quia templo. *Scilicet, ego (cuius auctoritate hoc faciunt) ſum maior, & in hoc etiam ipſe oſtendit ſuam deitatem. Vnde ſequitur.*

9 Si autem ſciretis. *Ideſt, intelligeretis id quod ſcriptũ eſt Hoſeæ. 6. b.* Miſericordiam volo, & non ſacrificium. *ex quo oſtenditur per dictum prophetæ, quod opera miſericordiæ ſunt magis accepta Deo quam victimæ.*

Nun-

A a *Dominus eſt enim.* Si Dauid paſtus & ſacerdotes tẽpli miniſterio ſabbatũ violantes ſine crimine ſunt, quanto magis filius hominis qui verus eſt rex & ſacerdos & dñs ſabbati.
b *Et ecce homo.* Iſte homo dicit cementarius fuiſſe, quia manus cui ſpiritualis edificii cura cõmiſſa fuit, arida erat vſque ad tempus Chriſti.
*Ecce homo ma.* Significat humanum genus in fœcunditate boni operis arefactum pro manu ad pomũ extenſa, quam ſanauit manus innocens in cruce extenſa. Bene manus in Synagoga erat arida, quia vbi maius donũ ſcientię, ibi trãſgreſſor maiori ſubiacet culpæ.
B c *Interrogab.* Quia diſcipulos de violatione ſabbati, pbabili exemplo excuſauerat, ipſum volunt calumniari, vt ſi non curet crudelitatis, vel imbecillitatis vel curet, tranſgreſſionis arguant.

† innoxios. † Mar. 3. a. Luc. 6. b.

Mat. dicit interrogaſſe, Mar. & Lu. interrogatos eſſe. Sed ſciẽdũ, quod illi prius interrogauerunt, deinde intelligens cogitationes accuſationeſque quærentium, conſtituit in medio ſanandum, & interrogauit, quod Marcus & Lucas ait. *Et tunc illis tacentibus propo ſuit ſimile* de oue, & concluſit quod licet ſabbato bene facere. Poſtremo circumſpectis eis (cum ita dixit) extende.

Mar. 3. a. Luc. 6. b.

Chryſoſtomus. Non interrogant vt addiſcant, ſed vt accuſent eum. Vnde ſequitur, *Vt accuſarent eum*, quamuis & ipſum opus ſufficeret, ſi accuſare volebant, ſed & per verba volebant captionem inuenire maiorem, copiam argutionum ſibi præparantes.

Hom. 44. in Math.

C *Sab-*

a Quam & Abimelech fecit, dum eſurientes pauit.
quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam 1
Ideſt apoſtolos. a Ideſt, præcepti, & non ſubeſt veteri obſeruantiæ, & ideo non peccat qui ſecundum eius ordinationem obſeruat.
a condemnaſſetis † innocentes. † Dominus eſt enim filius ho 2
a Altero ſabbato vt Lucas ait.
minis, etiam ſabbathi. Et cum inde tranſiſſet, venit in Syna
gogam eorum. Et ecce homo * manum habens aridam, & 3
b interrogabant eum, dicentes. Si licet ſabbatis curare, vt ac-
c d cuſarẽt eum. Ipſe autem dixit illis. Qui erit ex vobis homo 4
e qui habeat ouem vnã, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueã 5
a Non animali, ſed ſuæ auaritiæ conſulens. 6
nonne tenebit, & leuabit eã? Quãto magis melior eſt homo
a Quia illa die licet ſibi utile facere. Alii.
f oue? Itaq; licet ſabbatis bene facere. Tũc ait homini. Extẽde
a A lumine recedentes. 7
manũ tuã. Et extẽdit, & reſtituta ẽ ſanitati ſicut altera. Exeũ
g a Liuore permoti, non enim culpa fuit, uel hominem manum extendere, vel Chriſtum ſanare,
tes autẽ phariſæi conſiliũ faciebant aduerſus eũ, quomodo 8
a Eorum inſidias vt homo fugit odientes. b Acceſſit vbi inuenit ſequentes. 9
h i perderent eũ. † Ieſus autẽ ſciens receſſit inde, & ſequuti ſunt 10
11

D d *Sabbatis, &c.* Præcipue docet & operatur Ieſus, non ſolũ propter ſpeciale ſabbatum, ſed & propter celebriorem populi conuentum, quærens ſalutem omnium.
e *Quis erit.* Competenti exemplo ſoluit quæſtionẽ, vt eos oſtendat ſabbatũ violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis. Arguit eos qui legem male interpretantur, qui dicunt in ſabbato a bonis operibus feriandum. Sed a malis tantum feriandũ eſt vñ dicitur. *Omne opus ſeruile nõ f. in eo.* Ideſt, peccatum. Sic & in æterna requie a malis tantum feriabuntur, non a bonis.

† Mar. Luc. 6. *erat Leu. a

E f *Extende.* Quia nil plus valet curationi eleemoſynarum largitate, vnde dicitur. *Non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, ſed ad dandum collecta.* Quia fruſtra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes pro poſſe non extendit.

Eccl. † Mar. Io. 10

g *Sicut alte.* Homo ante aduentum Chriſti dexterã habuit languidam, quia ab eleemoſynis torpebat, ſiniſtram ſanam quia ſuę vtilitati intendebat, ſed veniente Chriſto dextera ſanatur vt ſiniſtra, quia quod congregauerat auide, modo diſtribuit charitate.
h *Receſſit inde.* Nota exemplum. *Si vos perſe. fu. in v. c. f. in aliam.*

Supr.

i *Secuti. ſunt.* Docti, viſis virtutibus perſequuntur, indocti, opinione eius ducti amando ſequuntur, vnde & curari merentur.

F *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquam condemnaſſetis. *Ideſt, diſcipulos meos in neceſſitate famis de licentia mea ſibi prædicto modo ſubuenientes. Et quod poſſet eos licentiare oſtendit.*

2 Dominus enim eſt, &c. *Quia obſeruantiam illam poterat mutare, ſicut patet quod in nouo teſtamento auctoritate eius mutata eſt.*

3 Et cum inde tranſ: *Hic ponitur confutatio eorum qui repræhendebant eius veritatem in propria perſona. Et primo ponitur eorum confutatio, ſecundo ex hoc oriens machinatio, ibi.* Exeuntes autem Phariſæi. *Circa primum conſiderandum, quod ad reprehendendum eum propoſuerunt ei quæſtionem malitioſe, vtrum licitum eſſet ſabbato curare, qui ſi non curaret, arguerent eum de impotentia, ſi autem curaret, de ſabbati tranſgreſſione, & hoc eſt quod dicitur.*
Interroga. &c. *ſequitur.*

4 Vt accu. eum. *Aliquo dictorum modorum. Mar. 3. & Lu. 9. dicitur quod ipſe Chriſtus interrogauit eos. Dicendum, quod non cõtrariantur, quia primo interrogauerunt eum malitioſe, vt dictum eſt. Et hoc ſcribit Matthæus. Poſtea autem ſtatuto homine infirmo in medio, quæſiuit a phariſæis, ſi licet ſabbato curare quaſi repetendo quæſtionẽ ab eis motam antequam ſolueret eam. Et hoc ſecundum ſcribunt Marcus & Lucas quod tacuit Matthæus, & omittunt illud primum quod ipſe expreſſit. Sequitur.*

Ipſe

5 Ipſe autem dixit illis. *Vbi Chriſtus ſoluit quæſtionẽ primo verbo, oſtendens per locum a minori quod licitum erat ſanare hominem in die ſabbati, quia brutum animal lapſum in foueam licitum erat in die ſabbati extrahere, ergo multo fortius hominem qui melior eſt cum ſit ad imaginem dei factus, ſi in infirmitatem ceciderit, licitum eſt ſabbato curare, & hoc eſt quod dicitur.*

6 Quis erit ex vo. *Et patet ex dictis, ſecundo ſoluit quæſtionem facto hominem habentem manum aridam ſanando.*

7 Tunc ait homini, &c. *Et patet.*

8 Exeuntes autem, &c. *Hic ponitur ipſorum phariſæorum cõtra Chriſtum machinatio, & ipſius Chriſti humilis declinatio. Homines enim in malitia obſtinati per rationem non poſſunt compeſci, & ideo phariſæi non potentes Chriſto reſpondere per rationem, inceperunt cogitare, aduerſus eum fraudem.*

9 Ieſus autem ſciens. *Scilicet, machinationes eorum, quia nihil latebat ipſum.*

10 Receſſit inde. *Non quia timeret mortem, ſed quia futurum erat, vt aliqui infirmi Chriſtiani non auderent ſtare in perſequutione, ideo ne fuga eorum imputaretur in peccatum, voluit oſtendere facto, quod fugere perſequutionem aliquando eſt licitum, ſicut ſupr. plenius dictũ eſt, cap. 16. Sequitur.*

11 Et ſequuti ſunt eum multi, &c. *Scilicet ex eo quod viderãt prædictum hominem ſanatum.*

Et

## MORALITER.

3 *Et cum inde tranſ.* Sequitur. *Et ecce homo ma. ha. ari. &c.* Per quem auarus ſignificatur, cuius manus ad opera pietatis & largitatis inualida reperitur, ſed vt ſanetur per Chriſtum, ei dicitur.

*Exten-*

† *Extende ma.* Quia cum ex Dei dono ad opera charitatis extenditur, tunc ſanatur.

8 *Exeuntes autem Pha. &c.* Per hoc autem quod Ieſus a conſilio malignantium receſſit, & ſequentibus ſe bene fecit, informauit prædicatorem, vt fugiat obſtinatos, & foueat deuotos.

*Et*

A a *Et præcepit*. Non timore, ne proditus occideretur, ſed parcendo Iudęis, ne inuidia trucidarentur in eius innocentia & manſuetudine.

Hic myſtice nos inſtruit, ne cum aliquid magnificamus, laudem foris quæramus.

b *Animæ meæ*. Per animam omnis affectus demonſtratur.

c *Arundinem*. Iudæos, omni vento cedentes, qui ab inuicem diſcrepando diſſipati ſunt, non mox damnabit, ſed ſupportabit. *Arundinem quaſ.* Qui peccanti non porrigit manum, nec portat onus fratris, quaſſatum calamum confringit. Et qui fidei modicam ſcintillam contemnit in paruulis, linum fumigans extinguit. Quod Christus non fecit, quin potius venit quærere quod perierat, patientiam namque ſeruauit, donec iudicium quod in eo agebatur, ad victoriam perueniret, & expulſo mundi principe ad regnum rediret, in dextera patris ſedens, donec ponat inimicos ſub pedibus.

d *Linum fu.* Gētes, quas naturalis legis ardore fere extincto fumus erroris amariſſimus, & odoris noxi' inuoluit, quas nō extinxit, ſed de parua ſcintilla in magnum ardorem ignis Dei ſuſcitauit.

e *Donec*. Tandiu pdicatio eius nullis inſidijs ſuperata mundo lucet, donec ponat in terra iudicium, & impleatur. Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra.

✠ Aug. Hoc autem vltimum iam videmus impletum. Quis enim ſperaret gentes in Chriſti nomine ſperaturas, quando tenebatur, ligabatur, cędebatur, illudebatur, & crucifigebatur, quando & ipſi diſcipuli ſpem perdiderant, quam in illo hēre iam cęperant? quod tunc vix vnus latro ſperauit in cruce, nunc ſperāt gentes longe lateque diffuſę. Et ne in æternū moriātur ipſi in qua ille mortuus eſt, cruce ſignātur.

f *Et curauit*. Tria ſigna ſimul facta ſunt quæ & quotidie in cōuerſione hominum fiunt, vt expulſo dęmone lumen fidei videant & Deum laudent.

* Chryſ. Mirāda eſt nequitia dæmonis: vtrūque ingreſſum oppilauit, per quem ille erat crediturus, auditum ſ. & viſum.

* Hylarius. Non autem ſine ratione cū turbas omnes creatas in communi dixiſſet, nunc ſeorſum dęmonium habens cæcus & mutus offertur. Oportebat enim, vt poſtquam manus aridæ homo oblatus eſt, qui in ſinagoga curabatur, in vnius huiuſmodi hominis forma gentiū ſalus fieret, vt q erat habitatio dæmonij, & cæcus & mutus, Deo capax pararetur, & Deum contineret in Chriſto, & Chriſti opera Dei confeſſione laudaret.

✠ Tertul. Dęmones autem non tantum deſpicimus, verum & reſiſtimus, & quotidie de corporibus traducimus, & de hominibus expellimus, ſicut plurimis notum eſt.

* Idē. Edatur hic aliquis ſub tribunalibus veſtris, quem dęmone agi cōſtet, iuſſus a quolibet Chriſtiano loqui ſpiritus ille, tā ſe dęmonē cōfitebitur, de vero, quam alibi Deum de falſo, *& paulo poſt.* Subijciuntur ſerui Dei & Chriſti, ita de cōtactu deq; afflatu noſtro cōtēplatione & repreſentatione ignis correpti, etiam de corporibus noſtro imperio excedūt inuiti & dolentes, & vobis pręſentibus erubeſcentes. Credite illis cum verum de ſe loquūtur, qui mentientib. creditis. Nemo ad ſuum dedecus mentitur.

Ad marginem: ſ ult. g. — li. um. — ſ. 19. — i. b. — po. b. — † interminatus eſt. — hom. 41. in Matth. — † Iſa. 42. a. — † ſup. 9. d. — li. ad ſcapulā. — in Apologet ca. 23. — notas eſt expellendi dæmones manſit in eccleſia.

a eum † multi, & curauit eos omnes & † præcepit eis ne manife- 1
ſtum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum eſt per 2 3
a In perſona patris de filio. b Quia in forma ſerui poterat facere. ¶Redimere humanum genus. c Ad opus quod nullus alius
Iſaiam prophetam dicentem, † Ecce puer meus quem elegi, 4 5
a Quia ipſe ſolus eſt agnus ſine macula. b Voluntati meæ. c Quod alibi Requieſcit ſu. e. ſpi. domini.
b dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam 6 7
a Non Dei verbum, ſed puerum. b Futurum & modo iudicia agit. c Per prædicatores noui Teſtamenti.
ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunciabit.
a Quia cum malediceretur, non maledicebat, ſed ſicut ouis ad occi. du. eſt, & non aperuit os ſuum. 8 b Myſtice Qui latam uiam inſiſtunt & non audiunt uocem Chriſti.
Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in 9 10
c plateis vocem eius, Arundinem quaſſatam non confringet 11
d & † linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriā 12
e a Quia non eſt aliud nomen ſub cœlo in quo oporteat ſaluari. 13
iudicium, & in nomine eius gentes ſperabunt. Tūc oblatus 14 15
f eſt ei dæmoniū hns, & cęcus & mutus, & curauit eū, ita vt lo- 16

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cu. eos omnes. *Et quo patet eius benignitas, quia perſequutus a Iudæis beneficia ſanitatum eius impendit.*

2 Et præ. eis. *i. ſanatis.*

3 Ne ma. eum fa. *Phariſæis eum manifeſtando, non quia mortem timeret, vt dictum eſt, ſed vt oſtenderet, quod ſicut aliquando eſt licitum in perſequutione fugere, ita licitum eſt ſe occultare ad cedendum malitiæ. Et vt oſtenderet magnitudinem ſuæ potentiæ, & hoc confirmat dicto Iſa. 42 ſecundum translationem 70.*

4 Ecce puer. *i. Chriſtus, qui fuit puer in forma ſerui.*

5 Quem elegi. *Hoc duplicatur ad oſtendendum, quod ipſe fuit electus ad perficiendum opus noſtræ redemptionis, & nullus alius, quia per nullum alium poterat ita competenter fieri.*

6 Dilectus, &c. *Hoc dicitur metaphorice de Deo, ad exprimendum magnitudinem paternæ dilectionis ad filium, ſicut apud homines ille qui multum diligitur, dicitur haberi cordi.*

7 Ponam ſpiritum. *Quia ſpiritus ſanctus requieuit ſuper eum in humana natura, vt habetur Iſa. 11. a.*, Egredietur virga de radice Ieſſe, &c. *ſequitur.* Et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſanctus, &c.

8 Et iu. gen. *Quia Chriſtus futurum iudicium nunciauit hominibus per ſuam prædicationem, vt habetur infr. Similiter in iudicio futuro ſententiam iudicij feret in humanitate, quia in eadem forma in qua iudicatus eſt corā Pilato, in ea ſedebit in iudicio hoc excepto, quod tunc apparebit in forma glorioſa, & hoc eſt quod dicitur act. 1. b.* Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis, ſic veniet. *ſ. ad iudicium,* ſicut vidiſtis eū aſcendentem. *i. in forma humanitatis glorioſa, in qua aſcendit in cælum, ſequitur.*

9 Non conten. *ſ. vt vindicetur, vt patet ex prædictis, quia perſequutionem phariſæorum declinauit humiliter abſque contentione.*

10 Neque cla. *Vt ſ. liberetur, ſicut patuit in ſua paſſione.*

11 Neque au. *Quod patet ex ſua taciturnitate coram Pilato, quia hoc fuerat prædictum Iſa. 53. c. Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperuit os ſuum.*

12 Arund. *quaſi per arundinem quaſſatam intelligitur populus Iudaicus a fide & pietate vacuus.*

13 Et linum fug. *Per hoc intelliguntur Gentiles, in quibus claritas rationis naturalis erat extincta per conſuetudinem peccandi, remanente fumo voluntatis male faciendi. Vult ergo dicere, quod Chriſtus per fortitudinem deitatis noluit reſiſtere Iudæis et gētilibus eum crucifigētibus, quia Iudæi crucifixerunt linguis ſuis, ipſum iniuſte accuſando, gētiles vero manib. ipſum crucifigēdo, quia milites Pilati qui erant gentiles hoc fecerunt, vt habetur Io. 19. ſequitur.*

14 Donec eijciat, &c. *i. donec veniat ad exequendum extremum iudicium, in quo manifeſtabitur ſua victoria. Tunc. n. inimici eius ponentur plenarie ſub pedibus eius, vt habetur in Pſal. 8. b.* Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.

15 Et in nomine eius gentes ſpe. &c. *Quia ad prædicationem apoſtolorum gentiles ad fidem conuerſi ſunt. Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

16 Tunc ob. &c. *Hic conſequenter ponitur confutatio calumniantium Chriſti bonitatem, attribuendo eius miracula ſpiritui maligno, et primo ponitur eorum calumniatio, ſecundo calumniæ confutatio ibi,* Ieſus autem ſci. *Circa primum ponitur euidens miraculum de eiectione dæmonis cæci & muti, non quia talia ſint in demone formaliter ſed effectiue, quia hominem quem obſederat, cæcum & mutum effecerat, & ideo ipſo eiecto homo loquebatur.*

## MORALITER.

2 *Et præcepit eis, &c.* Per hoc oſtendens quod prædicator non debet quærere humanam laudem, neque cum obſtinatis contentionem, ideo ſubditur de eo.

9 *Non conten. &c.* Tunc oblatus eſt ei dęmonium habens, cæcus & mutus. Poſſeſſus a dęmone per peccatum mortale, cæcus eſt in his quę ad ſuam pertinent ſalutem, & mutus ad pronunciandum laudem diuinam, ſed cum curatur a Chriſto, videt ſibi proficua & pronunciat præconia diuina. Per phariſæos autem Beelzebub attribuentes, ſignificantur maledici bonam malum peruertentes.

Omne

* Aug. Vera pietate homines Dei aeream poteſtatem inimicam contrariamque pietati, exorcizando eijciūt non placando. Lib. 10. de ciuitate ca. 22.

a *In Beelze.* Beel.i.Baal: muſcarum, ob ſordes immolatitij ſanguinis. Deus eſt Accarō, quo nomine vocant principem dęmoniorum.

b *Omne re.* Neceſſaria complexione eos arguit. Vel.n. Chriſtus virtute Dei dęmones eiicit, vel in principe dęmoniorū. Si virtute Dei, fruſtra calumniātur. Si in principe dęmoniorū, regnum eius diuiſum eſt, nec ſtabit, & ideo a regno eius recedant, quod innuit eos ſibi elegiſſe, dū in ſe nō credūt. †Marc. 3. c. Luc. 11. b.

c *Et omnis ci.* Eadem ratio eſt ciuitatis, & domus, quæ regni. Ciuitas Ieruſalē ſemper glorioſa, poſtquā in Chriſtū & in Apoſtolos exarſit, facta diuiſione excidio cecidit.

d *Et ſi ego in Beelzebub.* Si expulſio dæmonū in filijs veſtris, Deo non dæmonibus deputatur, quare in me idem opus eandem non habet cauſam?

* Chryſ. Poſt primam ſolutionem venit ad ſecundam, prima manifeſtiorem dicens, Et ſi ego in Beelzebub, &c. Hom. 42. in Matth.

e *Ipſi.* Contemptibilia mundi in quibus ſancta ſimplicitas meæ virtutis apparet. Vel ita potius. Filij.i.apoſtoli qui bene ſibi conſcij erant, nihil mę artis ab eo didiciſſe, ideo ipſi teſtes mei iudices, iudicantes. 12. tribus Iſrael.

f *Si autem ego.* Illa pars. Si ego in Beelzebub eijcio dęmones ad plura inconuenientia perducta eſt, modo agitur de alia parte complexionis. *Si autem ego in ſpiritu Dei.* Hic Lucas ait in digito. Digitus dī ſpiritus ſanctus pro partitione donorum. Regnū Dei vel ſeipsū dicit. Vn̄ alibi, *Medius inter vos ſtetit, quem vos neſcitis.* Vel, regnum quod Iohannes & ipſe Ieſus prædicauit. *Pęnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cęlorum.* Eſt & tertiū regnū ſcripturæ ſanctæ, quod aufertur a Iudęis & datur genti facienti fructū eius. Vel regnum.i. omnes mūdi partes, Apoſtolis & ſucceſſorib. eorum ad conuertendum diſtribuit. Infr. Luc. Luc. Ioh. ſupr. infr. E

g *Aut quomodo po.* Oſtendit ergo dominus per manifeſtam parabolam, quod nō concordat in fallaci operatione cum dęmonibus ſicut calūniabantur, ſed virtute diuinitatis hoīes a dęmonio liberaret. ideoq; grande ſcelus committunt, qui q̀ Dei eſſe cognouerāt, diaboli eſſe clamabant. Neque.n. poſſunt eſſe concordes, quorū opera diuerſa ſunt. Vnde addit. *Qui non eſt me. &c.*

quęretur, & videret. Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebāt. 1
Nūquid hic eſt filius Dauid? Phariſæi autem audientes dixe- 2 3
runt. Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe 4
dæmoniorum. Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit 5 6
eis: † Omne regnum † contra ſe diuiſum deſolabitur & omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit. Et ſi Sathanas Sathanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum eius? Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæ- 7
mones filii veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices ueſtri e- 8 9
runt. Si autem ego in ſpiritu Dei eijcio dæmones, igitur † per- 10
uenit in vos regnū Dei. Aut quomodo poteſt quiſquam in- 11 12
trare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alliga- 13

(Interlinear glosses: a Mirantur indocti eruditi, & ob miſericordiam & beneficium filium Dauid prædicant. — a Qui ſapientes videntur, uel negant, uel detractant, quaſi non ſint opera Dei, ſed immundi ſpiritus. — a In quo neſcientes confitentur diuiſionem dæmonum. — ¶ Vel ut ſic crederent in eum qui cordis occulta uidebat. — ¶ Ideo. a Cuius intra ſe bellum pax eſt hominum ut iam non habeat in mundo locum. — a Ideſt, non ſtabit, ut iam ſit finis mundi. — ¶ Exorciſtæ Iudæorum, qui ad Dei nominis inuocationem eijciebant dęmones. a Non poteſtate, ſed comparatione, quia Deo tribuunt, quod illi Beelzebub. ¶ Iudicantes duodecim tribus Iſrael. — ¶ Incipit deſtrui poteſtas diaboli, ut regnet Deus in uobis. — a Niſi præualeret diuina potentia. — a Mundum qui in maligno eſt. b Diabolus, a quo nemo poterat ſe eruere. c Homines decepti. d A ſeductione electorum compeſcuerit, poteſtatem ademerit.)

Domum

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſtupebant.* Admirantes, diuinam virtutem in Chriſto.

2 *Et dicebant num. &c.* Q. d. ſic, quia hic eſt Chriſtus nobis promiſſus, de ſemine Dauid. Diuiſio.

3 *Phariſæi autem, &c.* Turbas. ſ. cōfitentes ipſum eſſe Chriſtum propter euidentiam facti.

4 *Dixerunt hic, &c.* Quia.n. factum mirabile negare non poterāt ideo modum faciendi calumniabant, dicētes ipſum per aliquem dæmonem ſuperiorē ſibi familiarem & priuatum eijcere dęmones inferiores de corporib. obſeſſorum ſicut ſupra dictū eſt ca. 9.

5 *Ieſus autem ſci.* Hic ponitur calūniæ confutatio, & primo oſtendit quod miracula quæ faciebat, non poterāt attribui ſpiritui maligno ſecundo, quod oportebat ea attribuere ſpiritui diuino, ibi. Aut facite arborē bonā. Prima in duas, quia primo oñdit propoſitū per rōnem, ſecundo iſtorū calumniantium damnationē, ibi. Iō in uobis. Primum oñdit quatuor rōnibus, prima rō talis eſt quia ſi per dęmonē aliquē eijciebat alios, ſequitur quod diuiſio eſſet inter eos, & ſic non poſſet ſtare diu poteſtas diaboli, & ex hoc ſequitur aduentus Chriſti, per quem poteſtas dæmonis erat auferenda, & hoc eſt quod dicitur.

6 *Omne regn. &c.* Et patet litera, ſecunda ratio ponitur, ibi. Secunda ratio.

7 *Et ſi ego.* Quia non ſolū Chriſtus eijciebat dęmones, ſed etiā diſcipuli Chriſti in nomine eius, & nō ſolū modo diſcipuli ſed ēt aliqui Iudæi, qui non erāt Chriſti diſcipuli ſecūdū quod dicitur Marc. 9. c. *Vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non ſequitur nos* non poterant autem Iudæi dicere, quod Apoſtoli facerent miracula virtute magica, cum eſſent ſimplices et illiterati. Et ſi diceret de Apoſtolis q̀ Chriſtus docuit eos artē magicā, tamen non poterat dici de eis, qui non erant eius diſcipuli, cū ergo eijcerent dęmones in nomine Chriſti, vt dictū eſt, nec poterat hoc attribui ſpiritui maligno, vt viſum eſt, ſimiliter per cōſequens nec eiectio dæmonū facta per Chriſtum & hoc eſt q̀ dī. *Et ſi ego in Beelze. &c.* i. Apoſtoli qui erant de ſemine Iudęorum, uel alij Iudæi qui non ſequebant Chriſtum, in quo eijciunt? quaſi dicat, cum non poſſitis hæc attribuere, niſi virtuti diuinæ, per conſequens nec eiectio facta per me, vt patet ex dictis ſequitur. Luc. 11. b.

8 *Ideo ipſi &c.* De Apoſtolis patet, quod erunt Iudices. i. aſſeſſores Chriſti in iudicio, vt habetur. inf. 19 d. *Cum venerit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes. 12. iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Si autem accipiatur pro Iudæis non ſequētibus Chriſtum, qui tamen eijciebant dæmones in nomine eius, ſic dicuntur Iudices aliorū non credentiū, quia ex facto eorum alij oſtenduntur condemnabiles, quia nō crediderūt in Chriſtum, cuius deitas declarata fuit per miracula in virtute eius facta.

9 *Si autem ego, &c.* Sicut concluſum eſt ex prædictis.

10 *Igitur perue. &c.* i. Chriſtus cuius regnum erat a Deo promiſſum, Iſai. 9. a. *Regni eius non erit finis.* Et iſtud regnum expectabāt Iudæi, tamen in hoc erant decepti, quia credebant iſtud regnum temporale, quē errorē excluſit Chriſtus dicens, Io. 18. f. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Tertiam rationem ponit ibi. Tertia

11 *Aut quomodo &c.* i. diaboli de quo ſcribitur Iob. 41. d. *Non eſt poteſtas ſub. ter. quæ ei compa.* Domus autem eius eſt homo obſeſſus, in quo habitat ſicut in domo.

12 *Et va. &c.* Vaſa autem ſunt homines peccatores qui a Chriſto diripiuntur. quādo de poteſtate dęmonis per ipſum eripiunt.

13 *Niſi pri.* i. diabolū, quaſi dicat, cū iſta fecerim, vt patet, ſequitur quod ipſe diabolus ſit per me alligatus Ex quo concluditur, quod ipſe ſit vere Chriſtus, quia in aduentu Chriſti poteſtas dæmo-

## MORALITER.

6 *Omne re. d.* Tale regnum eſt anima hominis mali cuius ſenſualitas rebellat rationi, propter quod de talibus dicitur. 8 Eth. contendit ipſorum anima & hoc trahit huc, hoc autem illuc, quem admodum diſcrepantia. Et hoc regnum deſolabitur, quia Chriſtus qui rex eſt pacis, inde recedit, & diabolus ingreditur.

9 *Si autem &c.* Dæmon in ſpiritu Dei eiicitur, quando gratię donum diuinitus infunditur, & tunc Chriſtus qui Dei regnum eſt, ingreditur.

11 *Aut quomodo, &c.* Fortis iſte diabolus eſt, de quo dicitur Iob. 41. d. *Non eſt po. ſ. t. quæ ei. com.* Hūc alligabant apoſtoli quādo prohibebant eum dare reſponſa populo idolorum cultori, & tunc eius vaſa diripiebantur, quando idololatræ ad fidem Chriſti conuertebantur.

A a *Domum illius.* Vel domũ,id eſt,omnes mundi partes apoſtolis & eorum ſucceſſoribus ad conuertendum diſtribuit.
b *Qui non eſt mecum contra.* Id eſt, qui diſſimilia meis facit opera,cõtrarius mihi eſt. Ille trahit ad vitia,ego ad virtutes.
c *Omne peccatum.* Quod humana fragilitate contrahitur,remiſſibile eſt, ſi congregatio non deſeratur. Si vero diabolica obſtinatione de diſperſione ad congregationem nunquam reditur,peccatum inſolubile iudicatur.
Hieronymus. *Omne peccatum.* Non omnia peccata omnib⁹ remittuntur,ſed his qui in vita pęnitent. B Refutantur hic Nouatianus, pęnitentibus eis qui in martyrio lapſi ſunt veniam negans, & Origenes, omnes veniam conſequuturos poſt vniuerſale iudicium, tranſactis, licet multis ſeculis, aſſerens.
d *Spiritus autem.* Qui manifeſte opera Dei intelligit,cũ de virtute negare non poſsit,ſi ſtimulatus inuidia calumniat̃,& dicit eſſe Beelzebub,iſti nõ dimittet̃. Non quod & ei neget̃ remiſsio ſi pęniteret, ſed quia hic blaſphemus, exigentibus meritis ſuis malis. ſicut nunquã ad remiſsionem, ita nec ad pęnitentiã peruenturus ſit. Sicut Ioannes Euãgeliſta de quibuſdã blaſphemiæ ſuæ merito excæcatis ait, propterea non poterãt credere. Quod iterũ dixit Iſaias. *Excæcauit oculos eorum,* C *induravit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde: & conuertantur,& ſanem eos.* D Qui ſpiritũ ſanctum non eſſe, vel minorem patre credunt, & dicunt, quia non inuidia diabolica, ſed humana ignorantia hoc faciũt, irremiſſibilia crimine nõ tenent̃: Sed qui in ſimilitudine diaboli cõtra cõſcientiã ſuam maieſtatem Dei oppugnant, non habent remiſsionem in æternum, ſicut Marcus aperte declarat, qui poſito hoc teſtimonio domini ſubiunxit. Quoniam dicebant ſpiritũ immundum habet.

blaſphemia. Mar.3.d.

verbum.

t. præſenti.

e *Et quicunque.* Ambroſ. etiam qui ſcandalizatus infirmitate carnis meæ, purũ hominem vel voratorẽ ſuſpicatus fuerit, remiſsibile erit. E
f *Qui autem,* Gratiam ſancti ſpiritus qua pęnitentia inſpiratur,& ad congregationem reditur non cognoſcens impęnitenti corde permanſerit, cum hoc iam non ſit humanum, ſed diabolicum, irremiſsibile erit.
g *Neque in hoc ſe.* Quædam enim culpæ in hoc ſeculo laxantur: quædam vero (paruæ ſcilicet) etiam in futuro. Quæ quidem poſt mortem grauant,ſed & dimittuntur,ſi homo bonis actibus in vita, vt ibi dimittantur, promeruit.
h *Neque in fu.* Quia ſunt qdã leuia, q̃ ſi in hac vita nõdũ ſunt remiſſa,poſt mortẽ grauant, ſed & remittunt̃, ſi digni ſunt. ☞ Auguſt. F

a Ereptos diabolo per diuerſos gradus eccleſiæ ordinat: b Diabolus.
Opera mea non poſſunt operibus Beelzebub comparari, quia ego congrego, ille diſpergit.
a b uerit fortem † Et tunc domum illius diripiet. Qui non eſt me- 1
a Quia diabolicum eſt congregata diſpergere.
cum, contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit. 2 3
Facti. Dicti.
Ideo dico vobis. † Omne peccatum, & blaſphemia remitte- 4
c Eſt ſpiritus blaſphemiæ contra veritatem, cum eam cognoueris induratio. 5
d tur hominibus, † ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. 6
e * Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, re- 7
e mittetur ei, qui autem dixerit † verbum contra Spiritum 8
f ſanctum, non remittetur ei, neque in † hoc ſeculo, neque 9 10
a Id eſt, exiſtimate vel iudicate.
g in futuro. Aut facite[a] arborem bonam, & fructum eius bo-

## NICOLAVS DE LYRA.

dæmonis erat diminuenda & arcenda. Quartam rationem ponit ibi: Qui non eſt mecum,& talis eſt, Voluntas eius qui obedit alicui eſt conformis voluntati illius cui obedit ſaltẽ in facto, & ideo ſi Chriſtus in virtute dęmonis faceret miracula,ſequeretur quod Chriſtus & dæmon eſſent concordes in factis, hoc autem patet falſum,quia facta Chriſti & doctrina erant ad retrahendum homines à peccatis,facta autem dęmonis ſunt ad diſtrahendum homines per peccatum,ex quo ſequitur quod Chriſtus non operabatur in virtute dæmonis, & hoc eſt quod dicit.
1 *Qui non eſt, &c.* Per concordiam in facto & voluntate.
2 *Contra me eſt.* Et huiuſmodi eſt diabolus,vt patet ex dictis.
3 *Et qui non con.me.* ſ.fideles ad vnitatem fidei reducendo.
4 *Spargit.* & hic eſt diabolus qui diuerſas ſectas & hæreſes & ſchiſmata quantum poteſt introducit.
5 *Ideo dico vobis.* Declarata Phariſæorum falſitate, hic conſequenter oſtendit grauitatem peccati ipſorum. Ad cuius euidentiam aduertendum,quod Phariſæi & legiſperiti ex cõſideratione operationis Chriſti,& ex conſideratione ſcripturarum,in quibus de aduentu Chriſti erat tempus determinatum, vt habetur Dan.9.& conſimilium. Primo cognouerunt ipſum eſſe Chriſtũ, vt habetur inf. 21. *Agricolæ videntes filium dixerunt intra ſe. hic eſt hæres,*& glo.ibidem dicit,quod primo cognouerunt ipſum eſſe Chriſtum ſecundum veritatem,quia tamen incepit vitia eorũ reprehendere,& contra ſimulationem eorum publice pręſdicare, ideo conceperunt odium & inuidiam cõtra ipſum,ex quibus excæcati à prima notitia ceciderunt in errorem, quia talia peruertunt iudicium rationis rectum, & ex tunc inceperunt omnia facta eius interpretari in malum, & primo vocauerunt eum voracem,& potatorem, & peccatorum amicum, & in tantam inſaniã proruperunt,quod miracula quæ nullo modo poterant fieri,niſi virtute diuina, dæmoni attribuebant,vt patet ex dictis. Et licet primum eſſet graue peccatum,tamen erat ſolũ blaſphemia contra eius humanitatem. Secundum tamen fuit incomparabiliter grauius,quia erat contra eius diuinitatem,vnde talis blaſphemia eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, quia eſt impugnatio veritatis agnitæ,quia ſicut viſum eſt, ipſi, primo veritatem cognouerunt de Chriſto,ſed excæcati errore & inuidia impugnauerunt,& talis error cauſatus ex malitia non excuſat, & hoc eſt quod dicit.
6 *Omne pec.* Scilicet, ex ignorantia & infirmitate.
7 *Et blaſphemia.* Ex talibus procedens.
8 *Remittetur ho.* Id eſt,remiſſibile eſt peccatum de ſe,quia directe non obuiat principio,per quod fit remiſſio peccatorum,ſicut obuiat peccatum in ſpiritum ſanctum. Cuius ſex ſunt ſpecies, deſperatio,præſumptio,obſtinatio,finalis impęnitentia,inuidentia fraternæ gratiæ,impugnatio veritatis agnitæ cuius ſufficientia ſic accipitur, ſecundum quod remouetur ab homine principium, per quod fit remiſſio peccati, & hoc contingit tripliciter. Vno modo ex parte ipſius Dei,alio modo ex parte donorum ipſius,alio modo ex parte peccati ipſius. Ex parte ipſius Dei principium per quod remittitur peccatum,eſt ipſa Dei miſericordia, & hæc tollitur per deſperationem, ſicut fecit Cain. Alio modo, timor iudiciorũ Dei eſt principiũ per quod aliquis reſilit à peccato,& hic tollitur per præſumptionem, per quã aliquis præſumit conſequi gloriam ſine meritis, quantuncunque agat male. Ex parte autem donorũ Dei duo ſunt quæ maxime faciunt hominem retrahi à peccato. Primũ eſt veritatis cognitio,& hęc tollitur per hoc quod aliquis veritatẽ agnitã impugnat, & hic viam ſalutis à ſe ſcienter repellit. Secundum eſt gratiæ diuinæ collatio, & hæc repellitur ab homine quantũ eſt in ſe per inuidentiã fraternæ gratiæ,& non accipitur hic inuidentia fraternæ gratiæ prout aliquis inuidet fratri ſuo vel alicui ſingulari perſonæ, ſed quando eſt tanta malitia in eo,quod diſplicet ſibi de gratia Dei creſcente in mundo. Ex parte peccati vero duo ſunt quæ retrahunt hominem à peccato. Vnum eſt turpitudo actus commiſſi, ex cuius conſideratione ſolet homo pęnitere, & hoc tollitur per finalẽ impęnitentiã. Nec accipitur hic finalis impęnitentia prout eſt peccati circunſtantia, ſcilicet qua aliquis in peccato mortali moritur,ſed quãdo aliquis tantæ malitiæ eſt,quod elegit de peccato ſuo nunquam pęnitere,ita quod non vellet,quod Deus daret ſibi gratiam pęnitendi. Secundum eſt breuitas delectationis quæ in peccato eſt, ex cuius conſideratione ſolet homo ſecundũ electionẽ peccatũ refugere, & hæc tollit̃ per obſtinationẽ, qñ,ſ. homo firmat propoſitum inhærendi oĩno peccato. Ex pręḋictis aũt patet,quod peccatũ in ſpiritũ ſanctum ita irremiſſibile dicit̃, quia de difficili eſt remiſſibile, & hoc eſt quod ſubditur.

Species in ſpiritum ſanctũ ſunt ſex.

9 *Spiritus.* Dicitur aũt ſpiritus blaſphemiæ,qñ aliquis ex certa malitia blaſphemat contra Deum,ſicut erat in propoſito,qñ miracula diuinitus facta attribuebant diabolo, vt viſum eſt,& erat quædam ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum quæ tacta eſt, videlicet impugnatio veritatis agnitæ. Et per ea quæ dicta ſunt apparet ſententia illius quod ſequitur. 10 *Et quicunque.* Vult dicere, quod blaſphemia quæ erat contra humanitatem,non erat ſic irremiſſibilis,ſicut illa quæ erat contra diuinitatem.
11 *Aut facite.* Oñſo ꝙ miracula à Chriſto facta nõ poterant attribui ipſi dęmoni, cõſequenter oſtẽdit ꝙ oportebat ea attribui diuinæ

### MORALITER.

1 *Qui non eſt mecum.* per fidem formatam charitate.
2 *Contra me eſt*, Quoniam eſt cum diabolo aduerſario Chriſti.
11 *Aut faci.ar.bo.&c.* Auguſt. Hoc pręceptum ſalubre eſt cui obedientia neceſſaria eſt. Quod autem dicit.

A * Auguſtinus. Facta reſurrectione mortuorum, non deerunt quibus poſt pœnas quas patiuntur ſpiritus mortuorū impertiatur miſericordia, vt in ignē nō mittantur ęternum. Neque enim de quibuſdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, *neque in hoc ſæculo, neque in futuro*, niſi eſſent, quibus etſi non in iſto, tamen remittetur in futuro.

Lib. 21. de ciuit. c. 24.

* Gregorius. Datur etiam intelligi quaſdam culpas in hoc ſeculo quaſdam vero in futuro relaxari, quod enim de vno negatur, de quibuſdam cōceditur, ſed tamē hoc de paruis minimiſque peccatis fieri poſſe credēdum eſt, ſicut eſt aſſiduus otioſus ſermo, operatur riſus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix ſine culpa, vel ipſis agitur, qui culpam qualiter debeant declinare ſciunt, aut in non grauibus culpis error ignorantiæ, quæ etiam poſt mortem grauant, ſi nobis in hac vita poſitis minime fuerint relaxata.

Lib. 4. dialog. cap. 30.

B † 22. q. 5. c. quaties.

a *Aut facite.* Nihil enim medium quin boni auctoris bona tantum ſint opera & mali mala. Coarctat eos hincinde complexione, & vtroque cornu premit. Si malus eſt diabolus, non facit bona. Si bona ſunt, non ſunt diaboli.

Adhuc probat opus ſuum non eſſe diaboli, quia bonum: diabolus vero malus, qui nequit facere bonum. Quaſi ſi diabolus malus eſt, bona facere non poteſt. Si bona ſunt quæ videtis, non eſt diabolus qui ea fecit. Non enim poteſt ex malo bonum, vel ex bono malum naſci.

* Chryſoſtomus. Quaſi dicat, Nullus veſtrum dixit quod malum eſt hominem a dęmone liberare, ſed quia operibus non maledicebant, ſed diabolum dicebant hoc operantem demonſtrat quod hæc accuſatio eſt præter conſequentiam rerum, & præter communes conceptiones: talia autem fingere eſt immenſæ verecundiæ.

hom. 43. in Matth.

* Auguſtinus. Quod dicit, facite arborem malam, & fructum eius malum, nō pręceptum eſt vt faciatis, ſed monitio vt caueatis. Contra hos enim dixit, qui putabant, ſecum mali eſſent, bona loqui poſſe, vel bona opera habere. Hoc Dominus dicit eſſe non poſſe prius enim mutandus eſt homo vt opera mutentur.

Sermone 12. de verbis Domini.

C D

a num, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si- 1

a Vtrum autem bonus ſit auctor an malus, ex fructu cognoſcitur. b Filij diaboli eius veneno corrupti.

b quidem ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies uiperarum, 2

a Fructus veſter eſt blaſphemia. b Cum ſitis arbor mala.

c quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali? † Ex abundan- 3

a Non enim poteſt de ore veſtro procedere niſi malitia, quæ abundat in corde intentione. 4

b Quia tantum boni quis facit quantum intendit.

d tia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro 5

a Tantum quoque mali quantum intendit.

profert bona. Malus autem homo de malo theſauro profert 6

a Quod ſine vtilitate loquentis dicitur, & audientis vt de friuolis & fabulis. Scurrilia non ſunt ocioſa, ſed criminoſa.

e mala. Dico autem vobis, † quoniam omne verbum ocioſum 7

quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de †

a Si bona & bona intentione.

f eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis 8

*Aut faci.* Myſtice arbor bona, Chriſtus: fructus, prędicatio euāgelij curationes, redēptio. Arbor mala diabolus, & ſui, id eſt, Scribæ & Phariſæi, & cæteri mali, fructus, inuidia, detractio, blaſphemia, hereſis & huiuſmodi. Vnde ſequitur.

b *Progenies viperarum &c.* Oſtēdit eos malam arborem, & fructus afferre blaſphemiæ.

E

c *Ex abun.* Homo ſępe fallitur, qui penſat corde, ore, & opere. Sed Deus opus & verba ex corde qđ nouit iudicat. Illi ergo ex abun. cor. os lo. qui ſcit ex qua intentione exit.

d *Bonus ho.* Theſaurus cordis intētio eſt ex qua Deus iudicat opera, vt & aliqn̄ minora maiorem, maiora minorē habeant mercedē. Hoc in loco, vel Iudeos oſtēdit de quali theſauro proferant blaſphemiā. Vel cum ſuperioribus hæret, ꝙ ſicut bonus hō non poteſt proferre mala, vel malus bona ſic nec Chriſtus mala, nec diabolus bona opera pōt facere.

e *Verbum ocio.* Si de ocioſo verbo reddet homo rationem in die iudicij, quanto magis vos qui opera ſancti Spiritus dicitis eſſe Beelzebub.

*Chryſoſt. Otioſum verbū eſt quod mendax eſt, qđ calumniā habet. Quidam aūt dicunt quoniā & vanum, quale eſt ꝙ riſum mouet inordinatū, vel turpe vel inuerecūdum.

hom. ... Matth.

Gregorius. Otioſum verbū eſt, quod aut vtilitate rectitudinis, aut rōne iuſtę neceſſitatis caret, quod. ſ. ſine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis, ſi omiſſis ſerijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cęterum qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid pfert turpitudinis, hic nō otioſi verbi ſed criminoſi tenebit̃ reus.

homil. Euan.

f *Ex verbis.* Mors & vita in manibus linguæ.

D

*Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.

diuinæ virtuti. Ad cuius euidentiam ſciendum ſecundum ꝙ dicit Hierony. licet virtute magica poſſint aliqua miracula fieri, tamen illa pertinent ad curioſitatem tantum & vanitatem, ſicut Simon Magus faciebat ſtatuas ambulare, loqui, & ridere & conſimilia, vt habetur in itinerario Clementis, ſed illa quæ ſunt ſalubria, vt curatio languidorum, illuminatio cęcorum, & huiuſmodi non poſſunt Magicis artibus fieri, & ideo oportet talia attribui diuinę virtuti, talia autem faciebat Chriſtus, & ideo ex hoc concludit, quod miracula ſua erant virtute diuina facta, & hoc eſt quod dicit. *Aut facite ar. bo. & fru. eius bo.* Arbor enim hic accipitur principium ipſorum operum, fructus autem ipſa opera. Inter autem arborem & fructum ſemper eſt ſimilitudo, quia arbor bona fructum, bonum producit, ergo quia opera miraculoſa quę Chriſtus faciebat non erant curioſa, & vana, ſed ſalubria. Concludit, ꝙ principium per ꝙ talia faciebat, erat ſanctum & bonum, & hoc eſt quod dicit. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum.* quaſi dicat, ex bonitate operum quę ego facio, poteſtis perpendere, quod virtus per quam ego facio non eſt mala ſed bona.

1 *Aut facite ar. &c.* Quaſi dicat, ex operibus quæ fiunt per artem magicam cum ſint mala, vana, & curioſa, poteſtis perpendere, quod fiunt virtute maligna.

2 *Progenies viperarum.* Poſtquam oſtendit eorum falſitatem, oſtendit huius falſitatis radicem. radix, ſcilicet, iſta erat inuidia & odium, quia licet Phariſęi primo cognouerunt Chriſtum vt dictum eſt, tamen tantum odium conceperunt erga eum ex hoc quod reprehendebat vitia eorum quod omnia facta eius interpretabantur in malum ad diffamandum ipſum, & hoc eſt quod dicit. *Progenies viperarum quomodo po. bo. &c.* Quia venenum inuidię ex veſtris parentibus traxiſtis, qui perſecuti ſunt prophetas, ex inuidia & vos ex eadem ratione perſequemini me, propter quod ſubdit.

Prou.

3 *Quomodo po.* Quaſi dicat, non poteſtis de me bona, loqui inuidia prohibente, & ideo ſubditur.

4 *Ex abundantia enim.* Quia verbum exterius eſt ſignificatiuum interioris conceptus, & ideo ſubditur.

5 *Bonus homo de bono the.* Id eſt, de bona voluntate, quę ſicut theſaurus abſconditus latet interius in mente, profert bona verba ſcilicet, & facta.

6 *Malus autem.* Id eſt, de mala voluntate profert mala, quia contrarię cauſę habent contrarios effectus. Et ne crederent talia verba remanere impunita, ideo ſubdit.

7 *Dico autem vo.* Et multo fortius ſi fuerit nociuum & blaſphematorium, quale erat verbum Phariſęorum, tale reddet eos condemnabiles in die iudicij, propter quod ſequitur.

8 *Ex verbis enim tu. iu.* Si fuerint ſancta & bona & bonitati mentis conſona.

*Et ex*

MORALITER.

1 *Aut faci. arbo. ma.* Non eſt pręceptum vt faciatis, ſed monitio vt caueatis.

5 *Bonus ho.* Iſte theſaurus eſt fides charitate formata, de qua procedit operatio bona, malus theſaurus, eſt infidelitas, aut voluntas mala, de qua procedit actio praua.

† *Quoniam omne ver. ocio.* Gregorius. Verbum ocioſum eſt quod vtilitate rectitudinis, aut ratione iuſtę neceſſitatis caret.

*Tunc*

Malis.
a & ex verbis tuis condemnaberis. † Tunc reſponderunt ei 1 2
a Quærentes adhuc calumniam.
quidam de ſcribis & phariſæis, dicentes. Magiſter, volumus 3
a De cęlo, vt alius euangeliſta ait. b Malos fructus faciens.
à te ſignum videre. qui reſpondens, ait illis † Generatio ma- 4 5
a Quæ dimiſſo uiro multis amatoribus ſe copulauerat. b Potentiæ qua indigna eſt.
b c la & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi 6
a De profundo, non de ſublimi, paſſionis, non gloriæ. b Exponit ſignum Ionæ. 7
d ſignum Ionæ prophetæ. † Sicut enim fuit Ionas in ventre ce- 8
Vt Niniuen ſubuerſione liberaret. a Mundum redempturus.
e ti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in 9
a In ſepulthro. Synecdoche. b Qui ſunt Aſſyrij, gens incredula.
f corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. † Viri Niniuitæ 10
a In communi omnium reſurrectione. b Quę eſt populus Dei. c Non poteſtate ſed comparatione.
reſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt
a Non videntes ſigna. Quia tanto tempore ſigna facio. b Paucis diebus facta. c Minoris me. In medio u[e]ſtrum.
eã, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce

a *Tunc reſp.* Cum Scribæ & Phariſæi verba nullatenus poſ- A ſent improbare, in operibus q̃runt tẽtare, q̃rentes ſigna videre, quaſi nõ fuerint ſigna quę viderant *Tunc reſponderunt.* Quidã calumniabant' in Beelzebub eijcere dæmonia quib' hucuſque reſpondit. Alij tentantes, ſignũ de cęlo quærebãt adhuc inuidentes, & locum calumniæ inquirentes.

Qui calumniaris ea quæ vides, & vtilitatem ſentis, quid facies de his qui de cęlo? Dices & magos in Aegypto ſigna feciſſe de cęlo.

* Chryſoſtomus. Tunc reſponderũt. Tunc ſcilicet, cum flecti oportebat, cũ admirari, cum obſtupeſcere: ſed tunc à malitia non deſiſtũt.

B b *Signum quærit.* Signum quærit de cęlo, quod indigna eſt videre. Diſcipulis ſignum dedit de cœlo, quibus & gloriam æternæ beatitudinis prius in monte figuraliter, & poſt veraciter in cœlum ſubleuatus oſtendit.

* Chryſoſtomus. Similis eſt natura infidelitatis terrę arenoſæ, quæ quãuis pluuiam ſuſceperit, tamen quia in ſe nullos tenet humores, ſemper adhuc areſcit. Talis eſt & conditio febrium. Quantumuis biberint febricitantes calore totum conſummante, ſemper adhuc ſitiunt: Sic maligni homines, quidquid boni viderint aut audierint, infidelitate totum conſummante quod vident & audiant, ſemper vacui ſunt, tanquam qui nihil viderint aut audierint.

c *Niſi ſig.* Oſtendit Iudæos ad inſtar Niniuitarum criminoſos, & niſi pœniteant ſubuerſioni proximos. Sed ſicut illis & denunciatur ſupplicium, & demonſtratur remediũ, ita Iudæi nõ debent deſperare veniam, ſi ſaltem poſtquam Chriſtus reſurrexit a mortuis, commoniti egerint pœnitentiam, quia mors Chriſti reconciliatio eſt mundi. Vnde ſequitur.

d *Sicut enim fuit Io.* Ionas, id eſt, dolens ſignificat illum qui *dolores noſtros portauit*, vel columba: Piſcis qui vorauit in pelago, mors quam paſſus eſt in mundo. Sicut ciectus eſt in aridam, ſic Chriſtus ſurrexit in gloriam.

* Petrus Chryſologus. Ionas fuit Chriſti typus: vt enim Ionas fugit a facie Dei, ita Chriſtus in ea ratione qua hominem aſſumpſerat, adeo ſe exinaniuit, vt à facie deitatis aufugiſſe videretur. 2. vt Ionas deſcendit in Ioppem, ita Chriſtus C de cęlo deſcendit in terrã. 3. vt Ionas in nauẽ ſe contulit: ita D Chriſtus nauẽ eccleſię nauigaturus aſcendit. 4. vt ſtatim vẽti & tẽpeſtates Ionæ, ita inimici Chriſto, Iudas, phariſæi & principes aduerſati ſunt. 5. vt ſorte Ionas miſſus in mare, ita iuxta prophetica oracula Chriſtus morti expoſitus eſt. 6. vt que Ionas non niſi ſuo conſenſu demerſus eſt, ita Chriſtus ſuam ipſe animam poſuit & oblatus eſt, quia ipſe voluit.

e *Tribus die.* More antiquorum, qui diẽ cum nocte pręcedẽte computabant. Partem diei qua ſepultus eſt cum præterita nocte, pro nocte & die accipe, hoc eſt pro toto die per ſynecdochem. Sabbati noctem & diẽ integre. Noctẽ dominicam cum eadem die illuceſcente, partem pro toto & ita habes tres dies & tres no- E ctes. Primi dies propter futurum hominis lapſum a luce in noctem. Iſti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur. † Luc. 11. d.

Myſtice. *Tres dies.* tria tempora, ante legem, ſub lege, ſub gratia. Tres noctes, tres mortui quos ſuſcitauit dominus. Sic ergo ſibi conueniunt, vt vnus dies ſit ante legem, quando peccatum latebat. Cuius nox eſt, cum puella in domo iacens tanquam peccatum in conſcientia latebat. Secundus ſub lege, qui peccatum protulit in publicum. Nox, adoleſcens filius viduæ foris portam, tanquam peccatum animæ manifeſtum. Tertius ſub gratia, quando voluntatem domini ſciens plus peccat, & peccatorum merito putet Nox, Lazarus, i. anima iam fętens. In his tribus diebus & noctibus iacet fides Chriſti in cordibus eorum, qui habitant in terra.

Tres mortui tribus comparantur. Math. 5. d. Luc. 7. b. Ioan. 11. f.

f *Viri Niniuitæ.* Et eſt ſenſus: Ionas paucis diebus & ſine ſignis p̃dicauit genti incredulæ, & profecit, ego longo tẽpore, & populo Dei, & cõpluribus ſignis, in vanũ prædico. Eo magis indigni ſunt venia, q̃ ex lege ſunt infideles, quo plus eſt fidei in his, qui legẽ neſcierunt. Niniue, ſpecioſa, ſignat gentilitatem quam Chriſtus amauit fędam, ut faceret pulchram in Niniuitis. & regina Auſtri, fides eccleſiæ ſignat', q̃ non minus per pœnitentiam peractæ inſipientiæ quam per induſtriam diſcendæ ſapientiæ Deo conciliatur. Duę enim partes ſunt eccleſiæ, quę peccare neſcit, & quæ peccare deſiſtit, pęnitentia enim peccatum abolet, ſapientia cauet. F

Cum

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ex verbis tuis con.* Scilicet ſi fuerint mala & prædictis contraria.

2 *Tunc re. ei. quidam.* Hic ponitur confutatio tentantium eius poteſtatem. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur eorum confutatio, ſecundo denunciatur, eorum condemnatio, ibi. *Viri Niniuitæ*, & tertio, eorum excęcatio, ibi. *Cum autem immundus ſpiritus.* Circa primum ſciendum, ſecundum quod dicitur Luc. 11. Aliqui volentes experiri Chriſti poteſtatem petebant ſibi ſigna fieri in corporibus cœleſtibus, quod petebant non ex deuotione, ſed magis ex curioſitate & calumniatione, & hoc eſt quod dicitur.

3 *Magiſter.* Non quodcumque, ſed de cœlo, vt habetur Luc. 11. *Qui reſpondens ait illis,*

4 Gene-

4 *Generatio.* Quia ex perſecutoribus prophetarũ deſcenderãt.

5 *Et adultera.* Quia patres eorum idololatræ fuerant.

6 *Signum quæ.* De cœlo ſcilicet.

7 *Et ſignum non da ei.* De cęleſtibus, quia ſunt indigni propter eorum curioſitatem & malitiam.

8 *Niſi ſignum pro. Io.* Quaſi dicat terreni ſunt & infimi, & ideo de terra & infimis ſignum habebunt, & hoc eſt quod ſubditur.

9 *Sicut enim fuit Iona.* Et patet.

10 *Viri Ni.* Hic exprimitur eorum condemnatio, quia gentiles peccatores egerunt pœnitentiam ad prædicationem prophetarum, & Phariſæi obſtinati ſunt in prædicatione Chriſti, qui tamen erat dominus prophetarum, & ideò ex facto illorum apparebit condemnatio iuſta eorum, & hoc eſt quod dicit. *Viri Nini.* hoc eſt dictum ex facto eorum apparebit iuſta condemnatio iuſtorum. ſequitur.

Regina

## MORALITER.

2 *Tunc reſponderunt.* Per iſtos qui quærebant ſignum de cęlo ſignificantur curioſi theologi nitentes præſumptuoſe intima diuinitatis perſcrutari, & ſic opprimuntur à gloria, quia per hoc aliquando labuntur in erronea documenta, ideo dicitur eis.

3 Gene-

3 *Generatio ma.* Quia quęrunt ea quæ non ſunt ſcibilia, nec ad fidem vel mores vtilia & ideo non dabitur eis ſignum, niſi ſignum Ionæ prophetæ, quem deglutiuit cetus, & ſic deglutit eos diabolus & deludit.

10 *Viri Ni.* Per Niniuitas ſignificãtur peccatores ad vocẽ prę-

Non tantum gens Niniuitarum condemnabit eam, ſed etiam regine.
plus quàm Iona † hic † Regina Auſtri ſurget in iudicio cum 1 2
a Quæ Dei ſapientiam ſibi loquentem non modo non audit, ſed & blaſphemat. b Comparatione facti melioris.
generatione iſta & condemnabit eam: quia venit à finibus 3
a Cum magna difficultate, & imperio relicto. Quem fama nouerat.
terræ audire ſapientiam Salomonis. Et ecce plus quam 4 5
Inter vos. Inter vos eſt maior Iona vel Salomone, ſed diabolus ad vos reuerſus dominatur. a In baptiſmo.
a Salomon hic. † Cum autem immundus ſpiritus exierit ab 6
c Hæretico & malo catholico.
b homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non in- 7
a Quæ per incuriam vacat. b Per virtutem ſacramenti. 8
c uenit. Tunc dicit: † Reuertar in domum meam, vnde exiui. 9
Id eſt à bonis per negligentiam. a A vitijs per baptiſmum. 10
Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & 11
a Simulatis virtutibus. b Vniuerſa vitia quem enim uel hæreſis uel cupiditas arripit in ima omnium uitiorum proſternit. 12
d ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alio ſpiritus ſe- 13 14
a Melius eſt uiam ueritatis non cognoſcere quam poſt agnitionem retroire.
cum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt no-
a Quia faciunt eos ad quos redeunt deteriores quam prius eſſent. Quo tendat parabola exponit.
e uiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & ge-
a Iudææ. b Videlicet. c Dum occupatus eſt officio prædicandi.
nerationi huic peſſimæ. Adhuc eo loquente ad turbas 15
a Conſobrini more ueteris ſcripturæ.
f † ecce mater eius; & fratres ſtabant foris quæren-

A a *Cum autem &c.* Quaſi dicat vos non eſtis ſimiles Niniuitis vel reginæ Auſtri, quia me prędicante pęnitentiam nõ pęnituiſtis, & me docente ſapientiam non didiciſtis. Sed eſtis ſimiles homini, a quo diabolus excluſus iterum ingreditur.

Diſtat inter opera mea qui polluta mundo, & Sathanæ, qui mundata grauius contaminat.

† hoc loco. † 4 Reg. 10. a, 2. Paral. 9. a. ...

b *Ambulat per lo.* Explorat corda fidelium a mollitie fluxæ cogitationis purgata, ſi quos greſſus ibi figere poſſit, quod quia nequit, ad humida redit.

† Luc. 11. c,

* Gregorius. Loca arentia atque inaquoſa, ſunt corda iuſtorum, quæ per diſciplinæ fortitudinẽ ab omni carnalis cõ-B cupiſcentiæ humore ſiccantur: loca vero humẽtia ſunt terrenorum hominum mẽtes, quas humor carnalis cõcupiſcentiæ, quia replet fluidas facit, in quibus diabolus iniquitatis ſuæ veſtigia tanto altius imprimit quanto in eiſdem mentibus per tranſitus illius, quaſi influxa terra deſcendit.

lib. 33. moral. cap. 3.

† De pœn. diſtin. 4. cap. ueritas.

† Mar. 3. d, Luc. 8. c.

c *Reuertar in dom.* Sub vmbra dormit, in ſecreto calami, & locis humentibus. Vmbra tenebroſa, conſcientia. Calamus foris nitidus, intus vacuus, ſimulator. Locus humidus, laſciua molliſque mens.

✱ Euthymius. De liberatis a dæmone hic dixit, qui ob ſegnitiẽ ac negligẽtiã facile rurſus ab eo inuaduntur & capiuntur.

C d *Septem ali. ſpi.* Septẽ vitia, ſeptem virtutibus ſpiritualibus contraria. *Nequiores.* quia non modo habet vitia, ſed & bo- D na ſimulat. Tanto nequiores, quanto callidiores. Septem, quia tot erant gratiæ cum Chriſto deſtinatæ.

Septem vitia, ſeptem dæmonia ſeptem ſpiritibus contraria ſpiritui ſapientiæ & intellectus, & cę.

e *Sic erit & ge.* quod de vna ſola re dixit, hoc in hac tota gente fit. Immundus ſpiritus a Iudęis exiuit, quando legẽ acceperunt. Ambulauit ad gentes, quæ cum poſtea dominio crederent, non inuento loco in eis dixit: Reuertar in Iudæos vacantes præſidio Dei & angelorum, increpationibus & correctionibus mũdatos, E ornatos ſuperfluis obſeruationibus. Adduntur ſeptem quia multo maiore numero dæmonũ poſſidentur blaſphemantes Ieſum quam in Aegypto poſſeſſi fuerunt. contra ſeptem ſpiritus virtutum eſt numerus vitiorum.

f *Ecce ma. eius.* Myſtice. Mater & fratres populus eſt Iudæorum qui Ieſu intus docente nõ poſſunt intrare, quia ſpiritualiter eius verba intelligere negligunt, ſed turba gentilis cõfluens interna myſteria capit. Foris ſtantes nec ipſi agnoſcũtur parentes. Quõ ergo agnoſcemur, ſi foris ſtamus? Foris ſtant cognati cum Iudęi ſpiritualẽ ſenſum nõ quęrẽtes, in litera ſe fixerũt & Chriſtũ potius ad carnalia docenda cogunt exire quã ipſi ad diſcẽda ſpiritualia cõſentiãt intrare. Sed Ieſus eos nõ agnoſcit F quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Regina au.* Id eſt, regina Saba de qua habetur. 3. Reg. 10. Et dicitur hæc regina Auſtri, quia regnum eius eſt in auſtrali parte reſpectu Ieruſalem.

2 *Surget in iu.* Hoc eſt ex facto ſuo oſtendetur iſtorum iuſta condemnatio.

3 *Quia ue. à fi. ter.* Id eſt, a longinquis partibus.

4 *Audire ſap. ſa.* Quia non fuit niſi ſolum figura Chriſti.

5 *Et ecce plus quam Sa. hic.* Id eſt, Chriſtus præſentialiter poſitus, cuius prædicationem Iudæi contempſerunt.

6 *Cum au. immun.* Hic ponitur eorum excęcatio & poſſeſſio a diabolo. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod diaboli poteſtas fuit eiecta quodammodo a populo Iudaico per legis dationem, quæ excludebat cultum dæmonum, & inducebat ad colendum vnum Deum verum, & ſic eiectus tranſit ad poſſidendum plenius gentiles ſine lege, & prophetarum oraculis viuẽtes & ideo eos tenebat in idololatria ſubiectos. Sed adueniente Chriſti prędicatione & apoſtolorum Iudęi pro maiori parte fuerunt increduli, gentiles autem deuote fidem Chriſti & apoſtolorum acceperunt, & ſic diabolus eiectus ab eis per fidem Chriſti reuerſus eſt ad poſſidendum populum Iudaicum errore excęcatum, & ſic facta ſunt nouiſsima huius populi peiora prioribus, quia ſtatus populi Iudaici peior eſt modo quam fuerit a principio ante legem datam. hoc eſt ergo quod dicit. *Cum au. im. ſpi. ex. ab ho.* Id eſt a populo Iudaico viuẽte ſub lege naturæ, quia eiectus eſt per ſuſceptionem legis Moſaicæ.

7 *Ambulat per lo. ari.* Id eſt corda gentium.

8 *Quærens re.* Id eſt in ipſis perpetuam manſionem.

9 *Et non inue.* Quia prędicantibus Apoſtolis inde eiectus fuit.

10 *Tunc di. re. in do. me.* Id eſt Iudaicum populum.

11 *Et ue. in. eam ua.* Id eſt fide & bonis operibus vacuam.

12 *Scopis mun.* Quia populus Iudaicus habebat quamdam exteriorem mundiciam.

13 *Et orna.* Propter legis apparentiam.

14 *Tunc ua. & aſ.* Per hoc quod dicit, ſeptem alios intelligit vniuerſitatem vitiorum. hoc eſt dictum, quod ante legẽ datam fuerũt peccatis irretiti & a diabolo poſſeſsi, ſed poſt aduentum Chriſti in peccato ſuo obſtinati. ſunt peiores facti, quia ex ingratitudine peccata eorum ſunt quaſi duplicata. Et hoc loquendo quaſi de vno homine dici per ſimilitudinem intelligatur, de toto populo Iudaico, patet per hoc quod dicit. *Sic erit & ge. hu. peſ.*

15 *Adhuc eo lo.* Hic vltimo ponitur confutatio inſidiantiũ ipſius infirmitati aſſumptæ in hoc quod ipſo prædicante dixit ei quidam inſidiator, quod mater ſua & fratres eius expectabant eum foris, vt ſi propter hoc dimitteret prædicationem, argueret ipſum eſſe purum hominem motum propter affectionem carnalem. Sciendum tamen, quod hic dicuntur fratres cognati eius germani ſecundum morem ſcripturę, quæ frequenter nominat conſanguineos fratres. Ieſus autem illum inſidiatorem confutauit, oſtendens, quod ſpiritualis occupatio eſt carnali affectioni præponenda, di. Quæ

## M O R A L I T E R.

dicatoris pœnitentiam agentes, & per reginam Auſtri ſimplices ſapientiam Chriſti deuote quærentes, quorum ſalus ſecundum ſententiam Saluatoris præponitur ſaluti eorum qui ſunt multum literati de ſua tantũ ſcientia prę ſumentes.

6 *Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine.* Per iſtum ſignificatur peccator curatus per Dei bonitatem, ſed propter ingratitudinem ſuam ſequentem, dimittitur cadere in hypocriſis prauitatem, & ſic fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus, quia ſicut dici Hieron. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.

15 *Adhuc eo loquente ad turbas.* Per hoc autẽ quod Saluator a prædicatione nõ deſtitit pp aduentum ſuæ matris & fratrum

A quia in carnalibus eis non aſſenſit. Fratres domini, ſunt conſobrini eius, filij Mariæ materteræ eius, quæ dicitur mater Iacobi minoris & Ioſeph, & Iudæ & Simonis.

a *Dixit autem ei.* Inſidioſe, vtrum ſpirituali operi carnem præferat, & ideo ſe noſſe diſſimulat matrem & proximos per cognationem, ſed per coniunctionem ſpiritus eſſe ſibi proximos dicit.

b *Quæ eſt mat. mea.* Non recuſat obſequia matris ſed præfert miniſteria patris, fratres non contemnit, ſed opus ſpirituale præfert cognationi, vt & nos carni ſpiritum præferamus. Vnde qui amat patrem aut matrem plus quam me non eſt me dignus. * Hila-

a tes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi,
b ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens 1
c manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea & fratres 2 3
mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in †
*Pro vtroque ſexu.*
cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

* Hilarius. Non autem faſtidioſe de matre ſua ſenſiſſe D exiſtimandus eſt, cui in paſſione poſitus, maximæ ſollicitudinis tribuit affectum.

* Hieronymus. Sed neque iuxta Martionem & Manichæum matrem negauit, vt natus de phantaſmate putaretur, ſed Apoſtolos cognationi prętulit, vt & nos in comparatione dilectionis, carni ſpiritum præferamus.

c *Ecce mater mea, &c.* Hi ſunt mater mea, qui me in credentium cordibus generant. Hi ſunt fratres qui faciunt opera patris mei. Fratres & ſoror credendo, mater prædicando.

### NICOLAVS DE LYRA.

B 1 *Quæ eſt.* Quaſi dicat prædicatio non eſt interrumpenda ſeu dimittenda.

2 *Et exten. ma.* Quaſi ad proteſtandum veritatem.

3 *Ecce mater, &c.* Quaſi dicat in tantum eſt mihi aliquis propinquus in quantum eſt ſpiritualibus actibus intentus, & patet. E

### MORALITER.

trum ſibi loqui volentium, declarauit manifeſte quod opus Dei præponendum eſt negotijs familiarium perſonarum. Per hoc autem quod ſubdidit.

† *Quicumque.* Oſtendit quod propinquitas charitatis præponenda eſt propinquitati conſanguinitatis.

## CAPVT XIII.

*Iudæorum.*
a IN illo die exiens Ieſus de domo ſedebat ſecus 1
*Gentium.* — *a Ad prædicationem eius per apoſtolos factam.* 2
mare, † & congregatæ ſunt ad eum turbæ mul
*a Eccleſiam in medio non credentium, & contradicentium ædificandam, quam gratia ſua illuſtrat, & in qua manſionem ſibi conſecrat.*
tæ, ita vt † in nauiculam aſcendens ſederet, & 3
*a In ſoliditate fidei, nondum tamen per gratiam baptiſmi recepti. b Non omnia, quædam enim aperte, vt per ea ad obſcura prouocentur.*
b omnis turba ſtabat in littore, & locutus eſt eis multa in 4
c *a Similitudinibus. b De ſinu patris in mundum, vel de domo Iudæorum parte aſſumpta ad gentes.*
d parabolis, dicens. † Ecce exiit qui † ſeminat, ſeminare 5

CAP. XIII.

a IN *illo die.* Per hoc idicat hoc geſtum conſequenter, niſi forte dies ponatur pro tempore more ſcripturę. Marcus eũdem tenet ordinẽ. Lucas in aliud tranſit, ſed nec repugnat huic. Non ſolum facta & dicta domini, ſed & itinera & loca plena ſunt ſacramentis. Poſt ſermonem in domo vbi dæmonium habere dictus eſt, exijt ad mare, & docet, quia relicta perfida Iudæa, quæ domus domini fuit, ad gentes tumidis amariſque fluctibus ſimiles, colligendas per apoſtolos tranſit, & externis interna contulit, C ad quæ Iudæi non intrauerunt, foris in litera fixi.

b *Turba ſta.* Hi ſunt q nuper audire venerũt qui & a fluctib⁹ maris ſecreti ſunt necdum cœleſtibus myſterijs quę deſiderant imbuti cũ Chriſto aſcendunt.

* Hieronymus. Quoties turbæ vocabulum in euangelio inſeritur, ſicut diuerſitas hominum, ita diuerſitas intimatur voluntatum. Non enim omnes eadem voluntate, ſed diuerſis ex cauſis Chriſtũ ſequebantur.

c *Locutus eſt multa.* Quia turba nõ vnius eſt ſententiæ ſed diuerſarum voluntatum, loquitur eis multis parabolis, vt iuxta varias voluptates, diuerſas recipiant diſciplinas. D

d *Qui ſemi.* Ipſe Chriſtus, qui verbum veritatis quod apud patrem vidit, hominibus per ſe vel per ſuos ſeminauit. Qui diſcipulis ſacramenta loquebatur, exijt ſeminare Dei verbum in turbas.

* Chry-

### NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XIII.

IN *illo die.* Poſtquam deſcripta eſt promulgatio euangelij facta manifeſte: hic conſequenter ponitur promulgatio legis euangelicæ facta parabolice, & diuiditur in duas partes, quia primo ponitur parabolica promulgatio, ſecundo ponitur huius promulgationis per miracula confirmatio. cap. ſeq In illo tempore. Prima in duas, quia primo ponitur Chriſti prædicatis multiplex documentum, ſecundo, populi audientis impedimentum, ibi. *Et factum eſt, &c.* Prima in duas, quia primo præponitur quędã præfatio, ſecundo, ſubiungitur euangelij parabolica promulgatio, ibi, *Ecce exijt.* In prima parte deſcribitur promulgationis tempus, locus & modus. Tempus, cum dicitur.

1 *In illo die.* Quia ſecundum quod dicit Aug. ibi accipitur dies pro tempore ſecundum modum loquendi ſcripturæ, & eſt ſenſus. *In ill.* Id eſt, paucis interpoſitis inter illa quæ narrantur in fine præcedentis cap. & illa quæ ſubſequuntur in præſenti cap. Locus autem notatur, cum dicitur.

2 *Exiens de do.* Quia domus in qua erat Chriſtus cum diſcipulis ſuis nõ poterat capere multitudinem quę venerat ad audiendum eius doctrinam, exijt ad loca ſpacioſa iuxta mare. Modus autem tangitur in duobus, primo in hoc quod.

3 *Aſcendit naui.* Vt ſic auditores eſſent ante faciem ſuam, vt poſſent magis attente audire. Secunda in hoc quod dicit.

4 *Et locutus eſt mul. in pa.* Non dicit omnia, quia ſi omnia loqueretur in parabolis, multitudo receſſiſſet vacua ſine vtilitate, & ideo aliqua parabolice loquebatur ea ſcilicet quæ erant ſecreta, & non debebant ſciri a turba, ſed ſolum à diſcipulis, vt videbitur infra eodem cap. alia autem loquebatur manifeſte, ita quod turba poterat capere.

5 *Ecce exijt.* Hic ponit decurſus eccleſiæ à pdicatione Chriſti vſq; ad finẽ mũdi in ſeptẽ parabolis ſibi ſuccedentibus. Et diuidit in duas partes, quia primo decurſus eccleſiæ in iſtis parabolis deſcribit, & ſecundo, intentio principalis cõcludit, ibi. *Intellexiſtis hæc omnia.* Prima diuidit in ſeptẽ partes, ſecũdũ ſeptem parabolas, ſecunda incipit, ibi. *Aliam parabolam.* tertia, ibi. *Aliam parabolã,* quarta, ibi. *Aliam parab. lam locutus eſt,* quinta, ibi. *Simile eſt regnum cęlorum,* ſexta, ibi. *Iterum ſimile eſt regnum cęlorum homini negociatori,* ſeptima, ibi. *Iterum ſimile eſt regnum cęlorum.* Prima diuiditur in duas, quia primo parabola ponit, ſecũdo eius intellectus Diuiſio.

### MORALITER.

† *Exijt qui ſeminat ſemina.* Grego. hom. octaua dicit. Hæc lectio expoſitione non indiget ſed admonitione. Quam enim veritas per ſemetipſam expoſuit, hanc exponere humana fragilitas non præſumit, ideo de alia expoſitione taceo, tranſiens ad illud quod Saluator exponendum reliquit ſcilicet.

A • Chryſoſtomus. Vnde exijt qui vbique præſens eſt, qui omnia replet? aut qualiter exijt? Certe non loco, ſed habitudine, atq; incarnationis diſpenſatione propinquior nobis factus eſt. Nã quia venire ad ipſum non poteramus, peccatorum materia ingreſſum prohibẽte, ipſe ad nos egreſſus eſt.

Hom. 45. in Matth.

Semina.
a † ſemen ſuum. Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus 1
a Hi ſunt qui nec prædicatione compunguntur, nec bene agere incipiunt. b Rapuerunt. 2
b c viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. Alia au- 3 4
a In duriciam protervæ mentis. b Leniatem animæ obedientis, & probatæ.
d tem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam, 5
Quia dulcedine tantum auditi verbi & promiſſionis, ad horam delectantur, ſed radicem non figunt.
Feruore perſecutionis.
e & continuo exorta ſunt, quia non habebant † altitudinem ter-
a Per impatientiam, quia verbum non firmiter hæſerat menti.
ræ. Sole autem orto æſtuauerunt, & quia non habebant ra- 6
a Virorem fidei perdiderunt. b In corda diuitiarum ambitione ſollicita.
c Multiplicatæ ſunt diuitiæ.
dicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creue- 7
a Occupauerunt mentem, vt fructus ſpiritualis in ea proficere non poſſit.
runt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia vero ceciderunt in 8
a Fidelem, & deuotam conſcientiam. b Cum omnia æternitatis intentione nos facere docet.
terram bonam, & dabant fructum, aliud † centeſimum, aliud 9
a Cum perfectionem bonæ operationis docet. Hæc duo ad actiuam.
b Cum fidem ſanctæ trinitatis inſinuat. c Quia hoc myſticum eſt. d Interiores ſenſus audiendi, obediendi faciendique.
f † ſexageſimum, aliud † triceſimum. † Qui habet aures au- 10
diendi, audiat. Et accedentes diſcipuli, dixerunt ei. 11
Per ænigmata.
g h Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens, ait 12
a Solis & veſtris ſequacibus qui ad me introeunt, non his qui foris ſunt. 13
b Abdita ſcripturarum.
i illis. † quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni

Luc. 8. a.
• ſemen ſuum.
† ſeminabat.

a *Secus vi.* Via, eſt mens malarum cogitationum ſedulo meatu trita & areſacta. Vbi dupliciter perit ſemen, quia & tranſitu cogitationum conculcatur, vt Lucas ait, & à volucribus rapitur. Dæmones dicuntur volucres, ſeu quia cęleſtis ſpiritualiſque naturæ, ſeu quia per aera volitant.

B

b *Et vene.* Secundum Lucam ab hominibus conculcatum eſt, quia praua perſuaſione impiorum ſublatum eſt.

† ſexagecuplũ
† trigecuplũ.

c *Et come.* Quia a mẽtibus hominum illud ſurripuerunt.

d *In petroſa.* Petroſa cito quærunt germinare, ſed non figitur radix, quia non eſt alta terra, id eſt, quia parum ineſt de fiderij ſalutaris. In hac expoſitione dñi diſcimus, quia res nõ ſemper in eadẽ ſignificatione ponunt. Nã petra hic pro duritia, terra pro lenitate mẽtis, ſol pro feruore perſecutionis. Cũ ſol alibi in bono. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol,* & petra in fundamẽto, ꝑ fortitudine fidei, & terra ꝑ terrenis cogitationibꝰ.

† Mar. 4. c.
Luc. 8. b.

Matth. 13. f.

C

e *Altitudinem terræ.* Altitudo terrę eſt probitas animi diſciplinis cęleſtibus eruditi, & in tentationibus probati.

D

f *Sexageſimum.* Quia in numero ſenario mundi ornatus expletus eſt, per hunc bona operatio ſignatur.

g *Qui habet aures audiendi.* Quoties hęc admonitio in euangelio vel in apocalypſi Ioannis interponitur myſticũ quod dicitur inſinuatur.

Luc. 8. b.
Apoc. 2.

h *Et accedentes diſcipuli, &c.* Quomodo accedunt diſcipuli cum dominus in naui ſederet? Sed forte intelligẽdum, quod dudum cum ipſo nauem cõſcenderint: & ibi ſtantes quærunt.

† profundi tem.

i *Vobis datũ eſt.* Nota non ſolum verba domini, ſed & facta, parabolas eſſe, id eſt, ſigna myſticarum rerum, quæ non intelligebant multi qui foris ſunt.

Nota.
E
† centu

* Hieronymus. Quot enim ſe putãt noſſe literas, & tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſerauerit, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.

Epiſt. linum.
† Apoc

✲ Chryſoſtomus. Non dixerunt, cur in parabolis nobis loqueris, ſed ſe in proximos bene affectos eſſe oſtendunt, vt cum dicunt, dimitte turbas, quia ecce iam triduo ſuſtinent nos.

F

Qui

## NICOLAVS DE LYRA.

intellectus quæritur, ibi. *Et accedentes diſcipuli.* Parabola ergo prima eſt de ſemine proiecto in terram. Cuius quarta pars tantum fecit fructum, & in hoc denotatur prædicatio Chriſti, qui prædicauit Iudæis indifferenter bonis & malis, & pauci comparatiue ad eius prædicationem crediderũt, pro maiori autem parte in infidelitate remanſerunt, & hoc eſt quod dicitur. *Ecce exijt* Chriſtus ſcilicet ſecundum humanitatem, qui de vtero matris exijt in mundum ad docendum, vel de loco arcto, vt de domo ad locum ſpacioſum, vt viſum eſt. Secundum tamen diuinitatem non potuit exire, nec de loco ad locum progredi, quia ſic eſt vbique.

1 *Et dum ſe.* Id eſt, doctrinam indifferenter ſpargit. Comparatur autem eius doctrina ſemini, quia ſemen in terrã bonam proiectum reſurgit multiplicatum, ſic verbum diuinum in corde deuoto receptum facit multitudinem bonorum operum.

2 *Quædam ceci. ſe. vi.* Id eſt, ſuper corda expoſita tentationibus dæmonum, & per conſequens contrita & conculcata ab eis per malum conſenſum & factum.

3 *Et vene. vo.* Id eſt, dæmones per peccatum ſuperbiæ alta petentes. Vnde de diabolo ſcribitur Iob 41. d. *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Peccata enim carnalia non poſſunt in dæmonibus eſſe.

4 *Et comeder.* Id eſt, fructum impediuerunt.

5 *Alia au. ce. in pe.* Id eſt, ſuper corda humore fidei & deuotionis carentia.

6 *Sole au. or. æſt.* Quia adueniente tribulatione & perſecutione tales prius verbum receptum reijciunt.

7 *Alia au. c. in ſpi.* Id eſt, in corda ſollicitudinibus diuitiarum lacerata, & ideo ſollicitudo talis impediuit fructum prædicationis. Vt enim apparet ex decurſu vtriuſque Teſtamenti, Iudæi fuerunt ſemper auari, & omnino vitio cupiditatis fuerant excęcati, & ſemper elongati ab agnitione veritatis. Ex prædictis patet quod prædicator verbi diuini non debet ceſſare à prædicatione, licet videat paucos proficere, quia tres huius ſeminis partes dicuntur hic infructuoſæ, quarta autem pars tantum fructũ facere, & tamẽ intelligitur ad literam de prædicatione Chriſti, qui eſt exemplum omnium prædicatorum, & ideo licet auditores non proficiant, prędicator tamen non faciens quod in ſe non eſt perdit meritum ſuum.

8 *Alia au. ce. in ter. bo.* Id eſt, in cor fidele & deuotum.

9 *Et dabant fru.* In hoc tanguntur tres gradus qui poſſunt ſignari in qualibet virtute (verbi gratia) in virtute caſtitatis. Primus gradus eſt caſtitas coniugalis, per quem gradum vitatur illicitus concubitus: licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secundus gradus eſt caſtitas vidualis, per quem euitatur de cętero omnis concubitus, vt animus poſſit de cętero liberius Deo ſeruire, licet poſſit licite matrimoniũ contrahere. Tertius eſt caſtitas virginalis, qui eſt ſuperior iſtis per quem omnis concubitus ſimpliciter euitatur, vt mens ipſa tanquã ſponſo ſuo ſoli Deo per amorem copuletur, ſecundũ ꝙ dicitur 1. Cor. 7. f. *Virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu, quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* Similiter in virtute fortitudinis pñt tres gradus aſſignari. Primus gradus, qñ ꝓꝑ bonum virtutis ſuſtinet conſtanter detrimentum in exterioribus bonis, vt in poſſeſſionibus & in diuitijs & hmõi. Secundo, qñ ſuſtinet detrimentum ẽt proprij corporis, vt flagellationis & huiuſmodi. Tertius autem gradus eſt, quando ꝓꝑ virtutem contemnit etiam totam vitam per martyrium. Sequitur.

Virtus habet tribus gradibus diſtinguitur

10 *Qui habet aures audiendi.* Secundum Hier. vbicunque ponitur hoc verbum deſignatur myſticus intellectus, quia ſub verbis parabolicis alius ſenſus eſt per intellectum requirendus.

11 *Et accedentes diſcipuli.* Hic conſequenter quæritur huius parabolæ intellectus. Et primo quæritur. Secundo intellectus aperitur, ibi. *Ergo audite.* Primo ergo dicitur ſic. *Et accedentes.* Quia apoſtoli percipiebant Chriſtum myſtice loqui & ideo quęſierunt intellectum. Aduertendum tamen, quod non quæſierũt tunc, cum eſſet in actu prædicandi, ſed poſtea quando fuit in domo ſine turba ſecundum quod habetur Mar. 4. b. *Et cum eſſet ſingularis interrogauerunt eum, &c.*

Diuiſ

12 *Quare in parabolis loqueris eis.* Volentes ſcire intellectum, conuenienter petierunt ab eo quare locutus fuerat turbis ſic parabolice, vt oſtenderent ſe non de ſe ipſis ſolum, ſed etiam de alijs ſollicitos eſſe.

13 *Qui reſpondens ait.* Apoſtoli. n. erãt quaſi fundatores eccleſiæ

poſt

a *Qui enim ha.* Id eſt, apoſtolis habētibus fidē, ſi quid minus
A virtutū habent, conceditur Iudæis qui non credunt in filiū Dei, etiā ſi quid boni per naturā habent, tollitur. Nam nihil poſſunt ſapienter intelligere qui caput non habēt ſapientiæ.
b *Auferetur ab eo.* Nulla veræ ſapiētiæ dulcedine gaudebit.

* Theophylactus. Tollitur quod habere videtur, hoc eſt, etiamſi paruam quādam ſcintillam boni habeat, & eam non excitet & accendat per ſpiritum & ſpiritualia opera, illa prorſus extinguitur.
c *Ideo in para.* Dicitur quod ideo excæcati ſunt, & ſententiæ domini per parabolas eis occultatæ
B ſunt, vt poſt ſalubrius conuerterent. Nam quia obſcure dicta non intellexerunt, ideo non crediderunt in eum, & ſic crucifixerunt, & ſic poſt reſurrectionem miraculis territi, maioris criminis reatu compuncti ſunt. Vnde accepta indulgentia ampliori flagrant dilectione. Sed Ioannes hunc locum ita dicit. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias. Excæcauit oculos eorum, vt non videant, vti* aperte dicit, non ideo factam excæcationem vt ea commoniti & dolentes ſe non intelligere conuerterentur aliquando. non enim hoc poſſent niſi crederent, ſed potius ideo excæcati, vt non crederent, quod aliis peccatis meruerunt.
C d *Videntes non vident.* Sicut auarus multas habet opes & nullas, quia inutiles ſunt ei.
e *Auditu audietis.* Hęc de turbis prophetata ſunt, quia ſtant in littore, & domini non merentur audire ſermonem.

* Chryſoſtomus. Ne quis eorum putet odio atque calumnia hæc dicta eſſe, prophetam in medium produxit. Hom. 46. in Matth.

Qui clauſis ſenſibus non curant intrare. — Vos vero verbo intendite, quia, Qui habet verbi amorem, dabitur ei ſenſus intelligendi.

a cœlorum: illis autem non eſt datum. Qui enim habet, dabi- 1
Intelligentia. — a Amorem verbi æterni. — b Vel naturali ingenio, vel ſtudio literarum. 2
tur ei, & abundabit: qui autem non habet, & † quod habet 3 4
Nunc reddit cauſam apoſtolis, quare turbæ loquitur in parabolis. — a Videre ſe præſumentes ingenio ſuo.
b auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes 5 6
c a Priuantur ſpirituali intellectu. — Foris. — Intus. — Expoſitionem literæ eſi exponatur eis.
d non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, & ut 7 8
Exteriori.
e adimpleatur in eis prophetia Iſaiæ, dicentis: † Auditu audie- 9 10
Oculo corporis. — Oculo mentis.
tis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & † non videbi- 11 12
Abundantia malitiæ. — Iudæorum. — Alias eius. — a Quia ingrate ſuſceperunt verba Dei.
tis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus graui- 13 14
a Intuitum mentis per inuidiam auerterunt. — b Non ad horam, ſed cum tanta mentis impenitudine vt nunquam conuertantur ad fidem.
f ter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne quando o- 15 16
g Ad pœnitentiam.
culis videant, & auribus audiant, & corde intelligant, & 17 18
a Reddam innocentes. — b Non Scribarum. — c Interiores.
h conuertantur, & ſanem eos. † Veſtri autem beati ocu- 19 20
a Per fidem quod viſuri ſunt quandoque per ſpeciem. — b Interiores. — Obediunt.
li, † quia vident, & aures veſtræ, † quia audiunt. Amen 21 22
i quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & iuſti cupierunt 23

f *Oculos ſuos.* Id eſt, ipſi ſibi cauſa fuerūt vt Deus eis oculos clauderet. Alius enim euangeliſta dicit. *Excæcauit oculos eorum.* Sed vtrum, vt nunquam videant: an vero ne vel ſic aliquando videant, cæcitate ſua ſibi diſplicentes, & ex hoc humiliati vt pie quærant Deum. Ioan. 12. f. † id quod videtur habere. † Iſa. 6. c. Ioan. 12. f. Act. 28. g. † non perſpicietis, ſeu cognoſcetis;
E Mens eſt oculus, quia naturali vigore ad intelligendum aliquid dirigitur. Auris, quia alio docente diſcit.
g *Ne quando.* Id eſt, ideo, quia oculos & aures aperire noluerunt, non meruerūt aliquando conuerti: qđ tamen miſericorditer factum eſt eis. † Luc. 10. b. † quæ

* Chryſoſtomus. Ac ſi quidē diceret. Hom. 46. noluiſti me videre & gratiam habeo: Nā ſi dignū me putaſſes, ſtatim flexus tibi affuiſſem. Niſi n. eos conuerti & ſaluos fieri voluiſſet, tacuiſſet, & neq; ī parabolis eq́uā locutus fuiſſet.
h *Beati.* Vere beati, quia hoc etiam præſentialiter videre & audire meruerunt, quod nullus priorum quantiuis meriti meruit, quamuis multum deſiderauerit.
i *Et iuſti.* Lucas iuſtos reges dicit, qa motus ſuos bene regūt. Luc. 10. d.
F *Vos ergo*

NICOLAVS DE LYRA.

poſt Chriſtum. Vnde Apocalip. 21. d. dicitur: *quod murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim, & in ipſis* duodecim nomina apoſtolorum & agni ſcripta, & ideo ad ipſos pertinebat ſcire ſecreta eccleſiæ, de quibus erat proceſſus eccleſiæ à prædicatione Chriſti vſque ad finem mundi, quia iſta erant futura in diuina diſpoſitione præordinata. Et iſtud vocatur hic myſterium regni cęlorum, id eſt, ſecretum eccleſiæ militantis.
1 *Illis autem non eſt dat.* Id eſt, vulgaribus turbis, vel etiam Phariſæis incredulis non eſt conceſſum iſta intelligere, & propter hoc loquebatur eis talia parabolice: vnde ſequitur.
2 *Qui enim habet dabit. ei.* Quia habentibus deuotionem & fidem, vt Chriſti diſcipulis: datus eſt intellectus verus ſacræ ſcripturæ, vt habetur Lucæ vlti. g. *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.*
3 *Et abundabit.* Quia ex abundanti reuelatus eſt eis proceſſus eccleſię, vt videbitur.
4 *Qui autem non habet.* Fidem ſcilicet & deuotionem ad Chriſti doctrinam.
5 *Et quod hab. auferetur ab eo.* Quia intellectus ſcripturæ veteris Teſtamenti quem habebant, ablatus eſt ab eis: propter eorum incredulitatem; & datus eſt gentilibus propter eorum fidem & deuotionem. Sequitur.
6 *Ideo in parabolis loquor eis.* Id eſt, velate & myſtice.
7 *Quia videntes.* Chriſti, ſcilicet opera & miracula.
8 *Non vident.* Id eſt, non intelligunt ea diuinitus facta, quia virtuti dæmonum attribuebant talia, vt viſum eſt ſupra.
9 *Et audientes.* Chriſti ſcilicet doctrinam ſanctam & bonā, & doctrinæ Moſi & prophetarum conſonam, & ipſius perfectiuam, vt ſupra viſum eſt.
10 *Non audiunt.* Aſſentiendo.
11 *Neque intelligunt.* Intellectum eius ſpiritualem qui principalior eſt, capiendo.
12 *Vt adimpleatur.* li. vt tenetur ibi cōſecutiue. Ex hoc enim facto impleta eſt prophetia. Iſa. 6. licet verba ſint aliquantulum alterata in tranſlatione Hieronymi.
13 *Auditu audietis.* Scilicet corporaliter.
14 *Et non intelligetis.* Scilicet Spiritualiter.
15 *Et videntes videbitis.* Chriſtum ſcilicet miracula & opera diuina facientem.
16 *Et non videbitis.* Eius ſcilicet diuinitatem.
17 *Incraſſatum eſt enim cor populi huius.* Locutio eſt metaphorica. Sicut enim craſſitudo circa cor congregata ſuffocat & extinguit vitam corporalem, ſic malitia Iudęorum extinxit in eis vitam ſpiritualem, vnde ſequitur.
18 *Et auribus grauiter audierunt.* Quia doctrinam Chriſti ſanctam & apoſtolorum audire non potuerunt, ſicut patet ex decurſu euangelij & Actuum apoſtolorum.
19 *Et oculos ſuos clauſerunt ne quando oculis videant & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.* Facta Chriſti euidentia peruertendo, & eius miracula virtuti dęmonis attribuendo, & ex hoc ſecuta eſt eorum excęcatio & induratio, quia ſuis culpis exigentibus ſunt derelicti a Deo.
20 *Veſtri autem oculi, beati, quia vident.* Oſtenſa excęcatione Iudęorum ex eorum incredulitate ſecuta, hic conſequenter oſtendit illuminationem apoſtolorum propter eorum fidem & deuotionem eis diuinitus datam dicens. *Veſtri autem oculi beati, quia vident.* Non ſolum facta exteriora conſpiciendo, ſed virtutem diuinitatis latentem intelligendo.
21 *Et aures veſtræ quia audiunt.* Non ſolum audiendo exterius, ſed etiam per fidem aſſentiendo interius.
22 *Amen quippe dico vobis.* Id eſt, fideliter.
23 *Quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt.* Dicit multi, non omnes, quia aliqui viderunt ſicut de Abraham dicitur Ioan. 8. g. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt.
Vel aliter. *Multi.* Id eſt, omnes: quia licet antiqui patres & prophetę aliqui viderūt Chriſtum per fidem a longe proſpiciendo, non tamen viderunt ipſum præſentem inter eos conuerſando & docendo, ſicut viderunt Apoſtoli, & ideo dicuntur beati, quia in eis fuit completum quod antiquis patribus fuerat promiſſum.

In præſentia. Niſi alonge per aliquas ſpecies viſionum, vos autem in præſentia conueſcentes & quæ vultis interrogantes.

videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, &

a Quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei.

a non audierunt. † Vos ergo audite parabolam ſeminantis. 1

a Per quod promittitur regnum. b Id eſt, ad actum non perducit. Nulla fide nulla ſaltem occaſione vtilitatis capit.

Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit ma- 2 3

Diabolus.

lus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſe- 4

a Vbi meatus cogitationum verbum abolet, nec quidquam boni incipit. b In duritiam proteruæ mentis.

b cus viam ſeminatus eſt. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus 5

Ad tempus. a Quia & vtilitatem probant, & deſiderium guſtant. 6

eſt, hic eſt qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit 7

a Cœpit, ſed non perſeuerauit. b Charitatis.

illud. Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Fa- 8

In loco ſuo. De loco ad locum. a Fidei.

cta autem tribulatione & perſequutione propter verbum

Diſtat enim inter hunc, & eum qui multis pœnis compellitur Chriſtum negare.

a Tranquillitatem mentis perdit.

continuo ſcandalizatur. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, 9 10

a Spes acquirendi, timor perdendi.

c hic eſt qui verbum Dei audit, & ſollicitudo iſtius ſeculi & fal-

a Quia promittunt quod non dant voluptatem & iucunditatem. b Quia dum bonum deſiderium ad cor intrare non ſinit, quaſi aditum vitalis flatus claudit.

lacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Qui 11

Fidelem & deuotam conſcientiam. a Foris.

vero in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit ver- 12

a Intus ædificatur. b Boni operis perducit ad maturitatem.

d bum, & intelligit & fructum affert, & facit aliud quidem cen 13 †

teſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero triceſimum. 14 15

Sedens in naui.

e † Aliam parabolã propoſuit illis, dicens. Simile factum eſt re- 16

A a *Vos ergo au.* Primam parabolam exponit, vt idem attendant in cęteris.

Exponit non ſecundum ſingula verba, ſed ſummam ſententiæ.

Auguſtinus ſuper Gen. ad literam libro octauo cap. ſeptimo. Proinde quod narrauit euangeliſta (etiam factum eſt) dominum ſcilicet talia fuiſſe locutũ. Ipſius autem domini narratio parabola fuit, de qua nũquam exigitur, vt etiam ad literam facta monſtrentur, quę ſermone proferũtur: Chriſtus eſt lapis vnctus a Iacob, & lapis reprobatus ab ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. (†Mar.2.b. Lucæ 8.ſ. Pſal.117.c.)

B Sed illud etiam in rebus geſtis factũ eſt: hoc autem tantum in figuris prędictũ. Illud quippe ſcripſit narrator rerum præteritarum, hoc prænuntiator tantũmodo futurorum.

b *Super pe.* Super petram & in ſpinis ſeminantur, qui bene accipiunt, ſed vel aduerſa terrẽdo, vel proſpera blandiendo, retardant eos ne perficiant. Diuitijs iungitur ſollicitudo cuſtodiæ, quæ affligit, & voluptas quæ effluere facit. (†Mar.4.c.)

c *Fallacia diuitiarum.* * Chryſoſtomus. Suffocantur ſpinis quæ audiuimus, non quidem ipſarum ſpinarum culpa, ſed eius qui illas creſcere permittit. Potes enim dũmodo velis perniciosa hęc gemina ſentiũ incidere, aut diuitijs laudabiliter vti. Ideo nec ſeculũ dixit ſollicitudinẽ ſeculi, nec diui- (Hom.45. in Matth.)

C tias, ſed diuitiarũ fraudem. Nõ ergo rebus cauſam, ſed menti corruptæ atq; aio attribuamus, poſſumus enim ita ditari, vt

D vt non decipiamus, & in ſeculo ita conuerſari, vt harũ rerũ curis non ſubmergamur. Duo quippe vitia inter ſe ſe oppoſita in diuitijs ſunt, vnum quod incendit ſollicitudinem, & offuſcat curis, alterum quod molliores delitijs reddit,

d *Aliud quidem cente.* Tres differentiæ ſunt in bona terra ſicut fuere in mala. Triginta.n. refertur ad nuptias. Sexaginta ad viduas. Centũ, qui numer⁹ iam eſt in dextera ad virginitatem. Vel cẽtum quod transfertur ad dexteram, ſignificat æternam beatitudinem. Siquidem triginta & ſexaginta continentur in lęua, ſed centũ continentur in dextera. Quãuis enim magna ſit fides quæ cognitionẽ Dei reuelat, magna opera quibus fides, ne ſit ocioſa cõſummatur, tamẽ am-

E bo in hac vita ſunt neceſſaria: pręmium vero fidei & operationis in futuro ſperatur. Vel bona terra fert fructum centeſimũ martyrum propter ſanctitatẽ vitæ vel contemptũ mortis. Sexaginta virginum propter ocium interius, quia nõ impugnant contra conſuetudinẽ carnis. Solet.n. cõcedi ociũ ſexagenarijs poſt militiã. Triceſimũ cõiugatorũ, quia hæc eſt ætas pliãtiũ, & his eſt maior cõflictus ne libidine ſuperent.

e *Aliam parabolam.* Quaſi diues paterfamilias inuitatos diuerſis reficit cibis, vt vnuſquiſq; ſecũdũ naturã ſtomachi ſui varia alimenta ſuſciperet. Vnde & dixit aliã parabolã & nõ alterã, vt plures ſequi intelligant. Hęc parabola proponitur, dimiſſis turbis domi rogantibus diſcipulis exponitur. Et docet hic bonã voluntatem, & cautelã, & patiẽtiam, & diſcre-

F tionem,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vos ergo audite parabolam.* Oſtenſo quod apoſtoli debebant ſcire ſecreta eccleſiæ, hic conſequenter eis aperit intellectum parabolæ, dicens.

2 *Omnis qui audit verbum regni.* Id eſt, euangelij quod introducit ad cęleſte regnum.

3 *Et non intel.* Quia non radicatur intra mentem tentationibus dæmonum peruiam: & hæc eſt pars ſeminis quæ cadit iuxta viam vt ſupra dictum eſt.

4 *Venit malus.* Id eſt, diabolus, non quia ſit malus per eſſentiã, vt dixerunt Manichæi qui poſuerunt duo principia, vnum bonũ ſimpliciter, & alterum malum, ſed quia eſt in malo obſtinatus, & ad malum ſemper intentus.

5 *Qui autem ſemina.* Id eſt, ſupra cor humore fidei & deuotionis carens.

6 *Hic eſt qui ver. Dei au.* Quia tales ad horam aliquando ex aliqua paſſione moti cum gaudio ſuſcipiunt prædicationem, ſed quia non fundatur in humore fidei & deuotionis cito euaneſcit, propter quod ſequitur.

7 *Non habet autem in ſe ra, &c.* Id eſt, ad modicum tẽpus ſtans.

8 *Facta au. tribu.* Propter verbum euangelij ſuſceptum.

9 *Continuo ſcandalizatur.* Cadendo ab eo quod cœperat.

10 *Qui autem ſeminatus eſt in ſpi.* Hic eſt qui perditur propter ſollicitudinem diuitiarum. Et patet. Iſtis autem tribus de cauſis prædictis, prædicatio Chriſti & apoſtolorum fuit Iudæis pro maiori parte inutilis & infructuoſa, non propter defectum doctrinæ, ſed propter impedimentum ſuæ malitiæ.

11 *Qui vero in terram bo. ſem. eſt.* Hic eſt qui audit verbum Dei, fideliter & deuote.

12 *Et intelligit.* Quia talibus datur intellectus ſacræ ſcripturę.

13 *Et fructum affert.* Adimplendo opere.

14 *Aliud quidem cente.* Sicut ſupra expoſitum eſt. Per hanc autem quartam partem ſeminis quæ cadens in terram bonam fecit fructum ſecundum triplicem virtutis gradum, intelligitur prædicatio Chriſti & Apoſtolorum quantum ad illos Iudæos qui eam fideliter & deuote receperunt, & in fide remanſerunt.

15 *Aliam parabo.* Hic ponitur ſecunda parabola, in qua deſcribitur ſtatus eccleſiæ ſequens immediate poſt mortem Chriſti & Apoſtolorum, quia diabolus inuidet fidei ſeminatæ in cordibus fidelium, & ideo inter fideles commouit aliquos ad perfidiam hæreſis, quaſi ſeminans Zizaniam in medio tritici ad ipſius deſtructionem, & hoc eſt quod dicitur.

16 *Simile fa. eſt, &c.* Id eſt, ſtatus eccleſię militantis.

## MORALITER.

† *Et fa. aliud quidem.* Per quod Saluator oſtendit triplicem gradum in virtute, vtpote in virtute caſtitatis: per fructum centeſimum gradum caſtitatis virginalis, per ſexageſimum gradũ caſtitatis vidualis, per triceſimum gradum caſtitatis coniugalis, & ſic poſſet triplex gradus in alijs virtutibus aſſignari.

15 *Aliam parabolam.* Scilicet de Zizania ſeminata in medio tritici, & de iſta poteſt dici ſicut de præcedenti, quoniam ipſam exponit Saluator ſicut & primam, & in hoc capitulo interpoſitis tamen duabus alijs parabolis, & ideo de alia expoſitione pertranſeo,

a Eccleſia. b Bonum non ſeminat niſi bonus qui ſemen bonæ voluntatis ſtudet ad bona opera producere.
gnum cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in a- 1
¶Mundo. a Cautelam amonet. ¶ Ideſt, inertia & incuria torperent. ¶Diabolus.
a gro ſuo: † Cum autem dormirent homines, venit inimicus 2
¶Præcedente nomine Chriſti. a ¶Quæ de ſemine tritici, paleæ vero ſunt hi, qui etſi non vita, fide ſunt de eccleſia. ¶Hæreticos permiſcuit electis. b Ideſt, latuit & occultiſſimus factus eſt.
b eius, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cũ 3
a Proficeret. b Bonæ ſpei opera monſtraret. c Manifeſtauerunt ſe hereticorum dogmata
aũt creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt &
¶Cuſtodes meſſis.
zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamilias dixerunt ei, 4
Domine nonne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo
habet zizania? Et ait illi. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ 5
a De officio. b Vt excommunicemus eos. ¶ Ecce diſcretio. 6
c dixerunt ei. Vis † imus & colligamus ea? Et ait. Nõ. † Ne forte 7
d ¶Sic nec tu reddas uicem malis, ut ſcandalizet bonos, ſed patere. a Longanimitas eſt, quæ uſque ad finem neceſſaria eſt. 8
e
f colligẽtes zizania, eradicetis ſimul cũ eis & triticũ. Sinite vtra 9

tionem, & longanimitatem, & iuſtitiam.

A * Chryſoſtomus. In præcedenti parabola locutus eſt Dominus de his qui verbum Dei non ſuſcipiunt, hic autem de his qui ſuſcipiunt corruptionem ſermonum. etenim hoc eſt diabolicæ machinationis veritati ſemper errorem inſerere.

a *Homines.* Qui alijs ad tutelam & cuſtodiam deputati ſunt prælati in eccleſia, vel cum dormitionem mortis accipient apoſtoli.

* Chryſoſtomus. Demonſtrat quod error poſt veritatẽ exiſtit. Etenim poſt prophetas fuerunt pſeudoprophetæ, poſt apoſtolos pſeudoapoſtoli, poſt

B Chriſtum Antichriſtum. Niſi enim diabolus viderit, quid imitetur, vel quibus inſidietur, non tentat. Quia igitur vidit, quod hic reddit in fructu centeſimum, ille 60. alius 30. & non poterat capere neque ſuffocare quod radicatum erat, per aliam deceptionem inſidiatur interſerens ſua.

* Auguſtinus. Quæritur vtrũ ſuperſeminati ſint hæretici, an male viuentes Catholici. Sed quod dicit eos in medio tritici ſeminatos, quaſi videntur illi ſignificari qui eiuſdem communionis ſunt. Veruntamen quoniam agrum ipſum nõ eccleſiam, ſed hunc mundum interpretatus eſt, bene intelliguntur hæretici, qui in hoc mũdo permiſcentur bonis, vt illi qui in eadem fide mali ſint, palea potius quam zizania deputentur, quia palea etiam frumenti habet cum frumento radicemq; communem. Schiſmatici aũt videntur ſpicis corruptis ſimiliores. Nec tamen conſequens eſt, vt omnis hæreticus aut ſchiſmaticus ab eccleſia corporaliter ſeparetur. multos. n. portat eccleſia, qui non ita defendunt falſitatem ſententiæ ſuæ, vt intentam multitudinem faciant: quod ſi fecerint, tunc expelluntur.

b *Cum autem creuiſſet:* Quia cum ſpũalis eſſe cœperit, tunc iudicat oĩa & tunc ei apparent errores. Sed donec matureſcat qui herba eſt, poteſt eum mouere, quare ſub noĩe Chriſti

C

ſti multæ ſunt hæreſes. Vnde dicit: Nonne bonum ſemen ſeminaſti? D

c *Vis imus.* Cũ ſpiritualis homo audit hoc eſſe a diabolo qui nihil valet contra voluntatem Dei, põt ei voluntas ſuboriri, vt tales auferat de mundo ſi facultatẽ habeat. Sed cõſulit iuſtitiam Dei an facere debeat, & an Deus velit eſſe hoc officiũ hominum. Sed veritas reſpondet. Non noſſe hominem in hac vita qualis futurus ſit qui modo errat, & quid bonis conferat eius error: & ideo eos non eſſe tollendos, ne forte interficiantur, qui forte futuri ſunt, vel ne bonis obſit, quibus proſunt, &c. E Tunc vero opportune fieri, cum iã non eſt commutandæ vitæ tẽpus & proficiẽdi alijs: & tunc non ab hominibus, sed ab angelis dicit fieri.

† 24. q. 3. c. notandum.

d *Et ait non &c.* Ecce patientia. Nõ. n. audito dolore exarſit in irã, nec mox vlciſci voluit, ita & nos læſi patiẽter feramus.

e *Ne forte.* Hic datur locus pœnitentiæ, & monemur non cito amputare, quia qui errat hodie, cras forte defendet veritatem. Si ergo modo auelleretur, triticum quod futurum erat eradicaret. Vel neceſſe eſt, vt mali permixti ſint bonis per quos exerceãtur. Vel quorũ cõparatione nitantur ad melius, quibus ſublatis altitudo charitatis marceſcit quod eſt eradicari. Ibi patienter tolerandi, vbi aliquid inueniuntur quibus adiuuentur boni.

Aug. Multitudo non eſt excommunicanda, nec princeps populi.

f *Sinite.* Hoc videtur contrarium illi apoſtolico. *Auferte malum ex vobis.* Sed ſicut inter lolium & triticum quandiu herba eſt, parũ diſtat: ita monet dominus ne de ambiguo iudicemus, quod dominus in die iudicij non ſuſpicioſe, ſed manifeſte damnabit.

i. Cor. 5.

In patiendo iuſtitiam meditemur. In iudicando iuſtitiam non negligamus. F

Augu-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Homini qui. *Homo iſte Chriſtus eſt. Ager autem eccleſia labore & ſanguine Chriſti exculta. bonum ſemen eſt ſancta doctrina & fides catholica.*

2 Cum autem dor. homines venit inimicus. *Poſt dormitionẽ Chriſti & apoſtolorũ per mortem iſtas hæreſes inter fideles ſeminauit diabolus pro maiori parte, quia etiam aliquæ hæreſes viuentibus apoſtolis fuerunt ſeminatæ, vt patet in epiſtolis Pauli & 1. canonica Ioan. 2. c.* Nunc Antichriſti multi facti ſunt. *Sequitur,* Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.

3 Cum autem. cre. herba & fru. *Quia cum fides catholica per orbem inciperet multiplicari, tunc hæreſes quæ primo latuerent, manifeſte apparuerunt in perſecutione fidelium.*

4 Accedentes autem ſerui. *Serui iſti ſunt patres antiqui, qui fuerunt in primitiua eccleſia, qui admirantes perfidiam hæreſis inſurgentem ad Deum acceſſerunt per orationem inquirentes vnde talis perfidia oriretur, quibus fuit diuinitus reuelatum, quod hoc erat diaboli opere Deo permittente, & hoc vt ſtabilitas fidelium probaretur. Vnde ſequitur.*

5 Inimicus ho. *Ideſt, diabolus hoc fecit.*

Serui

6 Serui autem dixerunt ei. *Ideſt, ſancti patres per orationem diuinum conſilium quæſierunt.*

7 Vis imus & col. *Separando eos a communitate eccleſiæ per excommunicationem, & tandem dimittendo iuſtitiæ ſeculari, exterminãdos per mortem.* Et ait non.

8 Ne for. col. *Ex quo patet, quod dominus non vult hæreticos permitti viuere abſolute, ſed in caſu tantum ſcilicet quando nõ poſſunt ſeparari a fidelibus ſine periculo fideliũ. Et hoc contingit duplici de cauſa. Vna, quando non bene cognoſcuntur, nec bene diſtinguuntur a fidelibus. Alia quando habent tantos defenſores, quod ſi contra eos procedatur, maius periculum in eccleſia probabiliter timetur, vel ſchiſmatis vel interfectionis fidelium a fautoribus hæreticorũ, tunc. n. permittendi ſunt propter maius periculum euitandum, vbi autem non occurrerent iſta pericula, ſunt ſeparandi ab eccleſia & iuſtitiæ ſeculari relinquendi, vt exterminentur per mortem, ne per eos totum corpus eccleſię corrumpatur. Sequitur.*

9 Sinite vtraque creſcere vſq; ad meſſem. *i. vſque ad mundi conſummationem, quod duobus modis intelligitur. Vno mõ, quia in caſu ſunt permittendi, vt viſum eſt. Alio modo, quia quantumcũque eccleſia hæreticos perſequatur, nunquam tamen ab eis perfecte mundabitur vſque ad finem mundi.*

Et

## MORALITER.

tranſeo, excepto eo quod Saluator inexpoſitum dimiſit. ſ.

2 *Cum autem dormirent homines.* Hęc autẽ dormitio ſuperiorum negligentiã ſignificat circa cuſtodiã gregis ſui, & ſimiliter negligentiam cuiuslibet circa cuſtodiã ſuę proprię perſonæ. Vtramque. n. negligentiam explorat diabolus, & ſic per ſuggeſtiones malas zizaniam ſeminat in humanis cordibus.

*Aliam*

a In eccleſia. ¶Iudicium.
a que creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam 1
a Non uobis. b Separate n bonis. ¶Hic uagos. 2
b meſſoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſci- 3
a Non unum faſcem, quia pro modo peruerſitatis ſuæ unuſquiſque punietur. b Vt qui unitatem amauerunt. c In celeſtes manſiones.
culos ad comburendum, triticum autem congregate in hor 4
c reum meum. Aliam parabolam propoſuit eis, dicens. †Simi- 5
a Quanto plus teritur, tanto plus redolet. b Acceptum habens. 6
d le eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo †
a Deus in iuſto, uel iuſtus uir in corde ſuo granum prædicationis fouet. b Hæc prædicatio primo humillima eſt omnium diſciplinarum pro ſcandalo crucis.
e ſeminauit in agro ſuo, quod minimum quidem eſt omnibus
f ſeminibus. Cum autẽ creuerit, maius eſt omnibus oleribus, 7
& fit arbor, ita vt volucres cæli veniãt, & † habitant in ramis †
a Vt pro uarietate uerborum uaria ſit medicina. b Vita iuſtorum uel ſancta doctrina 8
eius. Aliam parabolam loquutus eſt eis. †Simile eſt regnum †
9

A ✱ Auguſt. Mea ſententia erat neminem ad vnitatem Chriſti eſſe agendũ, verbo.n. agendum, diſputatione pugnandũ, Epiſt.48. ratione vincendũ. Sed hæc opinio mea, nõ contradicentiũ verbis, ſed demõſtrãtiũ ſuperabat exẽplis. Harum.n. legum terror ita profuit, vt nunc alij dicant, iã hoc volebamus, ſed Deo gratias qui nobis occaſionem præbuit, & dilationis morulas amputauit. Epiſt.50.ad Bonifacium. ✱ Idem. Aliter non meruit pacẽ habere domus Dauid, niſi Abſalon fuiſſet extinctus. Quid autẽ ei reſtitit, niſi perditũ flere, & ſui regni pace acquiſita, ſuã mœſtitiam conſolari? Sic eccleſia, ſi aliquorũ B perditione, tam multos cæteros colligit, dolorẽ materni cordis lenit. Vbi eſt autẽ quod iſti clamare cõſueuerunt, liberũ eſt credere vel non credere? Cui vim Chriſtus intulit? quẽ coegit? Ecce habent Apoſtolum Paulum, agnoſcant in eo prius cogentem Chriſtum, & poſtea docentem: prius ferientem, & poſtea conſolantem. Mirum eſt, quod ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus, illis omnib. qui ad euangelium verbo vocati ſunt laborauit.

a *Et in temp.* Qui longanimiter tulit per iuſtitiam digna retribuit: diſcretæ enim ſunt virtutes, ſed non contrariæ.

b *Et alli.* In hac vita non eſt alligatio, alioquin nõ tot ab errore reſipiſcerent.

c *Simi. eſt reg.* Regnum cęlorum, prædicatio eſt euãgelij, de Infra.21.d. qua alibi. *Auferetur a vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Vel notitia ſcripturarum.

d *Grano ſina.* Grano ſinapis cõparatur pro feruore fidei, q̃a dicitur

dr̃ venena expellere, ideſt, omnia dogmata prauitatis. Põt D in grano ſinapis humilitas dominicę incarnationis intelligi. Quo accepto homo miſit in hortũ ſuũ, quia corpus crucifixi Saluatoris accipiẽs Ioſeph in horto ſepeliuit. Expãdit ramos in quib. volucres cęli requieſcent, quia prædicatores diſperſit in mundũ, in quorum dictis & conſolationibus fideles ab huius vitæ fatigatione reſpirarent.

✱ Gregorius. Chriſtus granũ fuit ſynapis, quod in agro ſeminatũ fuit, cum ille a populo comprehẽſus, & morti traditus, tãquam in agro fuit ſatione quadã corporis conſepultus. Tandem vero vltra menſuram oĩum olerum excreuit, & vniuerſam prophetarũ gloriã exceſsit. Granum fuit cum moreretur, vnde & dicebat de ſeipſo. *Niſi granum frumenti, &c.* arbor fuit cum reſurgeret. Granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam maieſtatis.

e *Cum au. cre.* Toto mundo vel in animo ſingulorũ, quia nemo repente perfectus. Creuerit & factum eſt in arborẽ, quia ſurrexit & aſcẽdit in cęlum. Vel creuerit, i. mentibus hominum quantæ ſit virtutis innotuerit. Cętera apparent olera, quæ cito creſcunt & corruunt: non viuida, ſed marcida: illa non olus, ſed arbor fit, vbi folia cum fructu, & in eius diuerſis ſententijs ſpirituales quieſcunt.

f *Oleribus & fit arbor.* Ideſt, dogmatibus Philoſophorũ, quæ cito creſcunt & corruunt, nil vitale promittentia.

✱ Gregor. In iſtis ramis volucres requieſcunt, quia ſanctæ animæ, quæ quibuſdam virtutũ pẽnis a terrena cogitatione ☞ ſe ſuble-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in tempore meſſis. *Ideſt, iudicij.*

2 Dicam meſſoribus. *Ideſt, angelis.*

3 Colligite primum Zizaniam. *Quia miniſterio angelorũ ſeparabuntur mali tunc de medio iuſtorum, & mittentur in gehennam, habetur infra eodem ca.*

4 Triticum. *Ideſt, fideles in area huius mundi mihi contritos & flagellatos.*

5 Congregate in horreum. *Ideſt, in eccleſia gaudium.*

6 Aliam parabolam. *Hic ponitur tertia parabola in qua deſcribitur eccleſiæ ſtatus ſequens immediate ſurrectionẽ hæreſum, quia contra hæreſes inſurgentes dominus in eccleſia ſuſcitauit doctores ſanctos literatos, vt ſic poſſent hæreticos per rationem & ſcripturam cõfutare. Et licet primo fuerint humiles & abiecti, tamẽ diuina diſpoſitione fuerũt poſtea exaltati, & maximis principib. valde chari, vt beatus Syluester Conſtantino, & beatus Ambroſius Theodoſio, vt per poteſtatẽ ſecularem eccleſia ab hæreticis purgaretur, & hoc per rationẽ & ſcripturã quantũ ad illos qui doctrinã ſanctorum reciperent. Vel per poteſtatẽ ſecularem quantum ad eos qui indurati eſſent, & iſte ſtatus figuratur per parabolam de grano ſinapis. Quod cum ſit.* Mini-

7 Minimum. *In quantitate, tamen eſt magnum in virtute, quia creſcit ad modum arboris.*

8 Vt volucres cœ. *Sic ſancti prædicto modo fuerũt paruuli in humilitate, ſed magni ſcientia & virtute, & ideo ſic diuinitus exaltati quod volucres, ideſt principes huius mundi alta petentes, habitabant in ramis eorum, ideſt, regebantur per eorum conſilium.*

9 Aliam parabolam. *Hic ponitur quarta parabola, in qua deſcribitur ſtatus eccleſiæ ſequẽs exaltationẽ prædicatorũ ſanctorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponit parabolã, ſecundo, ſubiungit huius parabolæ & aliarum rationẽ, ibi.* Hæc omnia, &c. *Circa primum conſiderandum, quod principibus huius mundi per ſanctos prædictos ad fidei veritate inductis, data eſt licentia per totum orbẽ Romano imperio ſubditum prædicandi fidem catholicã, & eccleſias cõſtruẽdi, & ſic fides catholica in modico tempore per totum orbẽ vulgata eſt. Et hoc ſignatur per parabolam fermenti abſconditi in tribus ſatis farinæ & fermentantis totum. Tria ſata, ſunt tres partes orbis. Aſia, Aphrica, Europa, quæ tunc erãt ſubiectæ Romano imperio, vel pro toto vel pro maiori parte. Fermentũ autẽ propter calorẽ intrinſecum ſignificat legem euangelicam; quæ eſt lex amoris: mulier autem ponens fermentum in tribus ſatis prædictis eſt diligentia ſanctorum ad fidem catholicam vbique prædicandum.* Hæc

## MORALITER.

6 *Aliam para.* Sequitur.

† *Simile eſt regnum cęlorum.* Iſtud moraliter exponi poteſt de virtute humilitatis, quæ fundamentum eſt aliarum virtutum, & ſic habet proprietatem principiorum in ſcientijs quæ ſunt minima quantitate & maxima virtute, ideo ſubditur.

† *Cum autem creue. maius.* Ideo ſcribitur Luc. 14. Qui ſe humiliat exaltabitur.

8 *Vt volucres.* Id eſt, angeli ſancti qui ad conſolationem humilium deſcendunt.

† *Et habitant in ra.* Per ramos iſtos poſſunt intelligi duodecim humilitatis gradus, qui ponuntur in regula beati Benedicti. Primus, eſt, in corde & corpore ſemper humilitatem oſtendere, defixis in terram aſpectibus. Secundus, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamoſa voce. Tertius, vt non ſit facilis aut promptus in riſum. Quartus, taciturnitas vſque ad interrogationem. Quintus, tenere quod habet communis monaſterij regula. Sextus, credere & pronunciare ſe omnibus viliorem. Septimus, ad omnia indignum & inutilem ſe confiteri & credere. Octauus, confeſſio peccatorum. Nonus, pro obedientia in duris & aſperis patientiam amplecti. Decimus, vt cum obedientia ſe ſubdat maiori. Vndecimus, vt propriam voluntatem non delectetur implere. Duodecimus, vt Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcepit.

9 *Aliam parabolam, etc.* Sequitur. *Simile eſt regnum cœlorũ fermento quod.* Licet in ſcriptura frequenter fermentum accipiatur in malum eo q̃ eſt corruptiuum, tamen hic accipitur in bonum, & ſignificat charitatem eo q̃ continet calorem ſicut in principio huius operis dixi de leone. Qui propter voracitatem diabolum ſignificat, & propter conſtantiam Chriſtum. Per tria vero ſata ſignificantur tres regulæ religioſorum, ſcilicet regula beati Auguſt. & regula beati Benedicti, & regula beati Frãciſci, quę fundantur

ſe ſubleuant, in eorum dictis atque conſolationibus ab huiuſmodi vitæ fatigatione reſpirant.

a *In farinæ ſa.* Vt ſpiritus, anima, & corpus in vnum redacta non diſcrepent inter ſe. Vel tres animæ virtutes in vnũ rediguntur, vt in ratione poſſideamus prudentiam, in ira odium vitiorum, in cupiditate deſiderium virtutum. Vel, mulier, eccleſia fidem hominũ farinę tribus ſatis miſcet, credulitati Patris & Filij & Spiritusſancti. Cumque in vnum fuerit fermentatum, non nos ad triplicem deum ſed unius deitatis notitiam perducit. quia non eſt diuerſa natura in ſingulis.

Satum eſt genus mẽſuræ iuxta morẽ Palæſtinorũ modiũ & dimidiũ capiens.

Poſſunt in ſatis tribus illi dominici ſeminis fructus intelligi triceſimus. ſ. ſexageſimus & centeſimus, i. cõiugatorum continentiũ, & virginum. Vel ſata tria genera hominum. Noe, Daniel, & Iob.

b *Donec fermentatum.* Tamdiu charitas in mente recondita creſcere debet donec mentem totam in ſui perfectionem commutet, vt nihil præter Deum diligat vel recolat, quod hic incipitur, ĩ alia vita perficitur

cit. Vnde, & ibi dicit, quod alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit, hic autem eundem dicit eſſe qui ſeminat, & qui metit, quoniam ibi non ad ſui differentiam, ſed Apoſtolorum prophetas induxit. Etenim ipſe Chriſtus per prophetas ſeminauit in Iudæis. Idem ergo nominat ſemen, & meſſem ſecundum aliud & aliud. Cum enim de obedientia loquatur, & perſuaſione ad fidem, tunc vocat meſſem, ſed cum de fructu auditionis verbi Dei, tunc conſummationem dicit meſſem.

a A gratia dei. b Mater eccleſia vel ſapientia dei. c Commendat hominibus de tribus Noe filiis originem ducentibus quos eccleſia ad fidei ueritatem colligit.
a cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in fa
a Non quia nihil proprie, ſed quia nihil vbi non ſit aliquid parabolæ.
b rinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. † Hæc om- 1
a Non, ad diſcipulos quibus volebat aperta loqui.
c nia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabo- 2
Et ſic impletum eſt.
lis non loquebatur eis, vt impleretur, quod dictum erat per
a In pſa. 77. ex perſona domini. b Qui prius aperui ora prophetarum. c De profundo elitiam.
prophetam dicentem, † Aperiam in parabolis meũ os, eru-
Myſtice. A tumultuantibus ſeceſſit ad electorum corda, qui digni erant inſtrui.
ctabo abſcondita a conſtitutione mundi. Tunc dimiſſis 3
Familiares.
turbis, venit in domũ, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius
dicentes. Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui re
ſpõdens ait illis. Qui ſeminat bonũ ſemẽ, eſt filius hominis.
Ager autem eſt mundus. Bonum vero ſemen, hi ſũnt filii re-
Omnes iuſti. Omnia ſcandala.
gni, Zizania autem, filii ſunt nequam. Inimicus autem qui ſe
minauit ea, eſt diabolus: Meſſis vero conſummatio ſæculi
d eſt. Meſſores autem, angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur
a Omnis immunditia in ſegete, zizania dicitur. b Filius hominis conſummabitur.
zizania, & igni comburuntur, ſic erit in cõſummatione ſecu
a Bonos quorum officio uindicta implebitur.
b Prius, quia in tribulatione præcedentes ſeparabuntur impii a piis.
li. * Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno 4
Non qui fecerunt. 5
e eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem. & mit- 6
Nota duplicem pęnam.
f tent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 7
a Quorum vita hic æſtimatur inſania. Sine defectu. Quia myſtice omnia.
tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui ha- 8
Conuerſatio iuſtorum. a Theſaurus cœleſte deſiderium eſt 9
g bet aures audiẽdi, audiat. Simile eſt regnũ cœlorũ theſauro 10

† Mar. 4. d.

e *Omnia ſcandala.* ⁘ Auguſtinus. Nunquid de regno illo vbi nulla ſunt ſcandala? de regno ergo iſto eius quod eſt hic, ſcilicet eccleſia, colligentur.

Pſal. 77. a. Lib. 20. d. ciuitate. cap. 9

f *Caminum ignis.* ⁘ Chryſoſtomus. Ita duplicem punitionem videre licet. vnam, cum igni æterno ardebunt, alteram cũ ab ineffabili gloria excident.

hom. 48. in Mat.

* IDEM. Vide autem ineffabilem Dei amorem ad homines. Eſt enim ad beneficia prõptus. & ad pœnam tardus Cum enim ſeminat, per ſeipſum ſeminat cum autem punit, per alios, mittit enim ad hoc angelos ſuos.

c *In parabolis ad tur.* Quia quidquid ibi dicitur de exercitu Iſrael, & omnia ſigna occulta ſunt ſacramenta.

d *Meſſis vero, &c.* * Chryſoſtomus: Alio loco ait, Meſſis quidem multa operarij autem pauci. In quibus verbis meſſem dicit iam adeſſe. Quomodo ergo hic eam dicit eſſe futuram? Sed ſciendũ quãdo in alia ſignificatione meſſẽ dicit,

g *Theſauro abſcondito in agro.* Theſaurus, poteſt accipi verbum Dei, qui in carne Chriſti abſconditur. Vel ſcriptura, in qua repoſita eſt notitia Saluatoris, Vel duo teſtamenta in eccleſia, pro quorum intelligentia omnibus renunciatur vt ĩ ocio diſcantur.

Terrenis regnum cœlorum ſimilatur, vt per cognita ſurgat ad incognita animus, & diligat.

☞ Ab-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Hæc omnia.* Hic conſequenter redditur ratio prædictæ parabolæ & aliarum, Et diuiditur in duo. quia primo ponitur dicta ratio. & ſecundo, quæritur cuiuſdam parabolæ prædictę interpretatio, ibi. *Tunc dimiſſis turbis.* Ratio autem quare loquebatur parabolice turbis ſupra eſt aſſignata, & iterum hic alia aſſignatur, ſcilicet, vt ſcriptura quæ hoc prædixerat Pſal. 77. impleretur. Et patet litera excepto hoc quod dicitur ibi quod.

2 *Sine parabolis.* Quod non eſt intelligendum, quod nihil loqueretur niſi parabolice, vt expoſitum eſt in principio huius ca. ſed quia cum hoc aliqua dicebat clare, illa ſcilicet quæ debebat turba ſcire, aliqua etiam interponebat parabolice, quæ ſcilicet pertinebant ad ſecreta eccleſiæ.

3 *Tunc dimiſ. tur.* Hic ponitur interpretatio parabolæ; de Zizania in medio tritici ſeminata, & notat Euangeliſta locum, vbi facta eſt interpretatio iſta dicens. *Tunc dimiſſis turbis venit in domum.* Vnde ex hoc etiam patet, quod alias parabolas eis ibidem expoſuit, licet non fiat hic mentio de aliarum expoſitione parabolarum. Vnde dicitur Mar. 4. d. Seorſum autem diſcipulis diſſerebat omnia. Interpretata eſt autem parabola prædicta à Chriſto, ſicut ſuperius expoſita eſt. Et patet vſque ibi.

4 *Mittet filius hominis angelos.* Id eſt Chriſtus, qui iudicabit mundum in forma humana, in qua iudicatus eſt coram Pilato, ſed tunc apparebit in forma glorioſa.

5 *Et colligent de reg. eius omnia ſcandala.* Id eſt hæreticos, qui generant ſcandalum in eccleſia.

6 *Et eos qui faciunt iniquitatem.* quia non ſolum damnabuntur hæretici, ſed etiam fidem tenentes habentes tamen opera mala.

7 *Ibi erit fletus.* In hoc ſignatur duplex pęna inferni. vna ex parte mentis, ſcilicet triſtitia vehemens quæ ſignatur per fletum, & alia ex parte corporis, quæ ſignatur per ſtridorem dentium.

8 *Tunc iuſti ful.* per dotem ſcilicet claritatis redundantis ex gloria animæ ad corpus.

9 *Qui habet aures.* exponatur ſicut ſupra expoſitum eſt in eodem cap.

10 *Simile eſt regnum cœlo.* Hic ponitur quinta parabola deſignans eccleſię ſtatũ ſequentẽ poſt prædictũ, quia diuulgata fide in orbe

## MORALITER.

dantur in perfectione charitatis, & ex earum doctrina inducitur ad charitatem totus orbis. Mulier autem abſcondens hoc fermentum in tribus ſatis eſt diuina ſapientia per quam omnia ſuauiter diſponuntur.

10 *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro quem.* Theſaurus iſte ſapientia eſt de qua dicitur Sap. 7. b. *infinitus enim theſaurus eſt hominibus, &c.* Ager autẽ eſt ſacra ſcriptura ſub ſenſu literali ſenſus myſticos habens abſconditos tanquam theſaurum precioſum, quem inuenit qui ſollicite eam ſtudet & deuote, & ſic pro iſto theſauro vendit omnia quæ habet, quia in eius comparatione ea paruipendit, Sap. 7. a. *Et præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius, &c.*

Iterum

A a *Abſcondit præ gaudio illius.* Vt ſeruetur a malignis ſpiritibus & laudibus hominum. Sic ſit opus in publico, vt intētio maneat occulta.

b *Negociatori.* Beatitudinē qua exuti ſumus culpa primi hominis, dēmus omnes intelligendo recte, & operando bene negociari.

c *Bonas margaritas.* Bonæ margaritæ, lex & prophetiæ. Vna precioſa, ſcientia ſaluatoris, pro qua homo vt Paulus omnibus myſterijs legis & obſeruationibus renunciauit.

d *Inuenta autem.* Id-B eſt, Chriſto, qui præeſt omnibus hominibus, vel ſpirituali præcepto dilectionis. Vel intellecto verbo, quod erat apud Deum penetrata carnis teſtudine. Vel cœleſtis vitę dulcedine, pro qua omnia vileſcunt. † ſua.

e *Sagenæ miſ.* Impletur Ieremiæ vaticinium. *Ecce ego mitto ad vos piſcatores multos.* (Ier.16.c.) Poſtquam audierunt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes. (•Ait illis Ieſus Supra.4.c.) *Sequimini me faciam vos piſcatorer hominum.* contexuerūt ſibi ſagenam ex veteri & nouo Teſtamento, & in mare ſeculi miſerunt, quæ vſq; hodie trahi-

C tur, & in fluctibus tenditur, capiens quidquid incidit bonos D & malos, quos ad litus trahit. i. ad finē mundi, vt tunc fiat diuiſio. Vnde ſequitur. Sic erit in conſummatione ſecu. &c. Sagenę comparatur eccleſia vel prædicatio euangelica, quæ a fluctibus ſæculi ad cęlum trahit.

* Chryſoſtom. Hæc parabola diſtat a parabola zizaniorū etenim illic hi quidem ſaluantur, hi autem pereunt, ſicut & hic, sed illic quidē propter prauorum dogmatum hęreſim. In anteriori autem parabola de ſemine, quia non attendebāt quæ dicebantur, hic E autem propter vitæ nequitiam: propter, quam quamuis & piſcatione capti, id eſt, cognitione Dei fruentes, nō poſſunt ſaluari.

f *Et ſecus littus.* Littus, finis ſæculi, in quo boni ad cœlum mali ad tenebras mittentur, in preſenti enim erant permixti.

d *Ideo omnis Scriba doctus, &c.* Quia intelligitis myſteria quæ vobis reuelo, ideo faciam vos prædicatores, & eritis mihi ſimiles qui de theſauro ſcientię meę, noua F & vetera profero, vt vos ſimiliter faciatis.

☞ Qui

a Ager eſt celeſtis ſtudij diſciplina. qui theſaurum publice portat in via. b Qui impetrata gratia Dei. c Deprædari deſiderat

a abſcondito in agro, quem qui inuenit homo abſcōdit, præ-

a Incipit ire, cum incipit diligere. b Omnibus terrenis renunciat. c Per contemptum terrenorum venit ad ſtudium æternorum.

gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit a-

b grum illum. Iterum ſimile eſt regnum cęlorum homini ne- 1

¶ Qui cum ſit pauper multis laboribus negociatur. a Bonos homines cum quibus viuit, vel bona præcepta, uel bonos intellectus.

gociatori quærēti bonas margaritas: Inuenta autē vna præ- 2

c a Cęleſtis uitæ & dulcedo, pro qua omnia uileſcunt. b Renunciat omnibus ſuis & ſibiipſi. 3

d ¶ Alias comparauit.

cioſa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit

a Terret timore pœnæ quos præmij amore inuitauit.

eam. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum † ſagenæ miſſæ in

a In mundum. b Quæ ad ueniam vocat omnis generis homines. ¶ Vniuerſaliter. 4

c mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam cum

a In fine ſeculi. b Quia tunc uerum iudicium ſecernendorum patebit.

impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt

¶ In æterna tabernacula. In infernum.

f bonos in vaſa, † malos autem foras miſerunt. Sic erit in con-

¶ Ad opus ſibi iniunctum. a Aperte dicit de tormentis malorum, ne quis ſe excuſe per ignorantiam.

ſummatione ſæculi. Exibunt angeli & ſeparabunt malos de

medio iuſtorū, & mittent eos in caminū ignis, † ibi erit fletus 5

¶ Hæc ad apoſtolos qui ſunt futuri magiſtri, quos non vult audire tantum vt populum. 6

& ſtridor dentium.* Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiā. 7

a Intelligentibus dignum teſtimonium reddet, dicens eos ſimiles eſſe ſibi. 8

g Ait illis. Ideo omnis Scriba doctus † in regno cœlorū, ſimilis 9

†

## NICOLAVS DE LYRA.

in orbe terrarum per prædicationem ſanctorum, multi valentes viri & literati in doctrinis Philoſophorū cōuerſi ad fidē catholicā inceperūt ſe exercere & ſuā ſcientiā cōuertere ad vtilitatē & regimen animarū, ſicut Auguſt. & multi alij valentes epiſcopi, & hoc ſignatur per theſaurū abſcōditū in agro, qui ager omnibus venditis emitur, vt theſaurus ibidē abſconditus habeatur. Ager enim iſte labor eſt poſitus in exercitio vitæ actiuæ, & operibus miſericordiæ in regimine eccleſiæ. Theſaurus autē eſt premium cęleſte. Ager aūt omnib. venditis emitur, vt theſaurus habeatur, quia pp magnitudinē pręmij cęleſtis prędictus labor eſt ſuſcipiēdus ex charitate alijs dimiſſis, vñ dicit Aug. in epiſtola ad Valerium. Cogitet religioſa prudentia nihil eſſe in hac vita maxime hoc tēpore difficilius laborioſius periculoſiuſq; epiſcopi aut presbyteri aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo mō militetur quo imperator noſter iubet. Ad intellectum autē huius parabolę maiorem ſciendum, quod aliqua ſunt quæ nunquā fuerunt in poſſeſſione alicuius, vt lapides precioſi in littore maris & huiuſmodi, & talia ſunt ipſius inuenientis. Alia autē ſunt quæ aliquando fuerunt in poſſeſſione alicuius, ſed tātū tēpus eſt elapſum q. non eſt memoria, ſicut theſauri antiquitus in terra occultati, & idē iudiciū deberet eſſe ſicut de perditis, ſed pp pacem communem hominum, ſtatutum fuit antiquitus, vt medietas inuentoris eſſet, & medietas illius cuius eſt ager in quo inuenitur, & ideo hic dicitur quod ille qui inuenit theſaurum vendit omnia & emit agrum, vt habeat ius poſſidendi totum.

1 *Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini.* Hic ponitur ſexta parabola, in qua declaratur ſtatus eccleſiæ immediate ſequens præcedentē, quia poſt ſtatū prædictū inceperunt aliqui contemptis mundi delitijs, diuitijs & honorib. intendere vitæ cōtemplatiuæ, ſicut beatus Benedictus & alij ſequentes ipſum in gradib. diuerſis, & ſtatibus religionū. Et iſte ſtatus figuratur p margaritā quæ inuenitur in cōchilijs maris, quia religio fundatur & nutritur in humore deuotionis. Iſta autē margarita dicitur vna & precioſa:

2 *Vna.* Quia hominem vnit. Actiua autem vita magis diuidit, propter hoc dicitur quod Martha erat circa multa occupata: Maria vero circa vnum. Dicitur etiam.

3 *Precioſa.* Quia vita contemplatiua ſimpliciter & abſolute melior eſt quā actiua, licet in caſu actiua ſit magis fructifera, pp qđ dr̄ Lu. decimo. g. *Maria optimam partem elegit ſibi, &c.* Iſta autē margarita venditis omnib. eſt emenda, in quo deſignatur, ad qđ ſtatū religionis requiritur relinquere terrena, ſaltē quantum ad proprietatē, & in particulari. Et quia iſte ſtatus duraturus eſt vſque ad finē mundi, iō non ponitur alia parabola poſt iſtā, niſi illa quæ ſignat finem mundi, & hoc declaratur, cum ſubditur.

4 *Iterū ſimile eſt regnum cęlorum.* Ideſt, ſtatus eccleſię militātis. Sicut. n. nō diſtinguuntur boni piſces a malis quandiu ſagena eſt intra aquā, ſic in eccleſia admixti ſunt mali cū bonis, ſed in fine mundi trahetur ad littus per apertum iudicium, quia tunc erūt manifeſta abſcondita cordiū, & tunc iudicio diuino & miniſterio angelorū ſeparabūtur mali de medio iuſtorū, & mittentur in infernum, vt ſic eccleſia purgata offeratur Deo patri ſine macula & ruga.

5 *Intellexiſtis.* Hic ponitur principalis cōcluſio. Ad hoc. n. in parabolis prædictis præſcriptus eſt proceſſus eccleſiæ militātis vt apoſtoli q erāt ipſius fundatores poſt Chriſtū p ſanguinē ſuū, vt ſupra dictum eſt, intelligerent huiuſmodi proceſſum, & hoc eſt quod dicit. *Intellexiſtis.* quaſi dicat ad vos pertinet intelligere.

6 *Dicunt ei. &c. ſcriba.* Ideſt, doctor.

7 *Doctus.* Ideſt, literatus & a Deo inſpiratus.

8 *In reg. cœ.* Ideſt, in eccleſia militante.

9 *Similis eſt homini.* Quia ſicut paterfamilias habet paſcere filios pane corporali, ſic iſte paruulos fideles pane ſpirituali.

Qui

## MORALITER.

1 *Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini, &c.* Iſtę margaritæ ſunt virtutes, inter quas vna eſt precioſa. ſ. charitas, ſicut dicitur. 1. Cor. 13. b. *Maior autem horum eſt charitas.* propter quod ad habendū ipſam omnia ſunt exponenda. Can. octauo. c. Si dederit homo omnem ſubſtātiā domus ſuę pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

4 *Iterum ſimile eſt regnum cęlorum.* Iſta ſagena regularis eſt diſciplina, mittēs eā, eſt inducēs ſęculares ad religionis ingreſſum. Trahens autē ad littus eſt recipiēs ad profeſſionis votū & illos qui probati ſunt de bonitate debet recipere, alios autem reijcere:

† *Omnis ſcriba doctus in regno cęlorum.* Sequitur. *Profert de theſauro*

A a *Qui profert de theſau. ſuo.* Vetus erat pro culpa ad infernũ deſcendere. Nouũ eſt per aduentũ Chriſti, vt conuerſus in regno viuat, hoc ergo in concluſione ponit quod præmiſit. Prius enim de regni ſimilitudine theſaurũ & bonã margaritã protulit, poſt de malorum combuſtione narrauit: tunc concludens ſubiungit. *Ideo om. ſcr.* Ac ſi aperte dicat. Ille in ſancta eccleſia doctus eſt prædicator, qui noua ſcit proferre de ſuauitate regni & vetuſta de terrore ſupplicij, vt pœnæ B terreant quos præmia non inuitant.

Apoſtoli ſunt ſcribæ & notarij Chriſti, verba eius ſignantes in tabulis cordis, & pollent opibus patrisfamilias, eijcientes de theſauro doctrinarum ſuarum noua & vetera, quia quidquid in euangelio prædicatur legis & prophetarum vocibus comprobant.

b *Vt mira.* Magna cæcitas quem verbis & factis Chriſtum cognoſcunt, ob generis notitiam contemnunt.

c *Fabri filius.* Non ſine re voluit dici faber filius, non C illius quem putant, ſed fabricatoris omnium. Sed huius ſacramenti Iudæi ignari diuinæ virtutis opera carnalis proſapiæ D contemplatiooe contemnunt. Non enim conſiderant præſentia eius opera, ſed fragilem recordantur infantiam.

a Nouum teſtamentum præponit dignitate.
a eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua 1
& vetera. Et factum eſt, cum conſummaſſet Ieſus parabolas 2 3
a Vt ibi doceat apertius. b Galilæam vel ſpecialiter Nazareth. Conuentibus.
iſtas, tranſijt inde. Et veniens in patriam ſuam docebat eos in 4 5
b ſynagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: † Vnde huic 6
Græci ſapientiam, Iudæi ſigna petunt. Ad doctrinam. Tanta. Ad miracula.
c ſapientia hæc, & virtutes? Nonne hic eſt fabri filius? Nonne 7 8
a Cognati more ſcripturæ. Iuſtus.
mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioſeph & 9 10
Simon & Iudas, & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt?
a Quia huic magna, huic humilia.
Vnde ergo huic omnia iſta? Et ſcãdalizabatur in eo. Ieſus autẽ 11 12
Vel ego, vel quilibet alius. a Quia mos eſt ciuibus ciues inuidere, & recordari fragilitatem infantiæ. 13
d dixit eis. † Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, &
e in domo ſua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredu- 14 15
litatem illorum.

✲ Chryſoſtomus. Per omnia ergo inſenſati vilipendunt eum ab eo qui eius pater eſſe putabatur, quamuis multa exempla præ manibus haberent, qui ex humilibus parẽtibus magni euaſerint. (Hom. 49. in Matth.)

* Hilarius. Sic inhonoratur dominus a ſeruis. Et quanquã († Mar. 6.a.) docendi prudentia & operandi virtus admirationem commoueret, non tamen credunt hæc il- E lum in nomine Domini agere, ſed paternæ artis quodam opprobrio laceſſunt.

d *Propheta.* Chriſtus dicitur propheta: vnde Moſes dicit. *Prophetam ſuſcitabit nobis dominus de ſemine neſtro.* (Deut. 18.c.)

d *In patria.* Id eſt, in populo Iudæorum: maiora autem facit in gentibus.

e *Et non fecit.* Fecit virtutes aliquas, ſed non multas, ne incredulos condemnaret. Vel deſpectus pauca facit, ne penitus excuſabiles ſint, maiora autem in gentibus facit.

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui profert.* Id eſt, de ſcientia in corde abſcondita.

2 *Noua & vetera.* id eſt, auctoritates vel proceſſus noui & veteris Teſtamenti. Ex quo patet, quod epiſcopi qui ſucceſſores ſunt apoſtolorum debent habere notitiam vtriuſque Teſtamenti, in cuius ſignum portant mitram in capite cum duplici cornu.

3 *Et factum eſt.* Poſtquam euangeliſta deſcripſit Chriſti multiplex documentum hic deſcribit populi doctrinam eius recipere debentis impedimentum, quia illi de patria ſua propter paupertatem generis, ei inuidebãt, & ipſum deſpiciebant & in hoc irrationabiliter mouebantur, quia Dauid qui fuit radix regum & eximius prophetarum fuit paſtor ouium, & ideo iſti ex malitia ſua facti ſunt inepti ad recipiendum doctrinam Chriſti & eius miracula, & hoc eſt quod dicit.

4 *Cum conſummaſſet Ieſus parabolas, &c.* Docens diſcipulos ſuos & turbas.

5 *Tranſijt inde & venit in patriam ſuam.* id eſt, in Galilæam vbi fuerat conceptus & nutritus, licet fuiſſet in Bethleem natus, vt ſupra dictum eſt.

6 *Docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur.* Quia non viderant eum literas diſcentem, nec in lege ſtudentem, propter quod dicebant.

7 *Vnde huic ſapientia hæc.* id eſt notitia ſcripturarum.

8 *Et virtutes.* Quaſi dicat non habet hæc à Deo, vel exercitij ſtudio, ſed magis à diabolo, quod arguunt ex ignobilitate ſeu infirmitate parentum.

9 *Nonne hic eſt fabri filius?* Id eſt, Ioſeph, qui vt dicitur erat faber lignarius, & ipſe putabatur eius filius, vt habetur Lucæ tertio.

10 *Et fratres eius Iacobus & Ioſeph & Simon & Iudas, &c.* Dicuntur autem fratres Chriſti, quia erant eius cognati germani, non quia eſſent de Maria & Ioſeph poſt natiuitatem Chriſti generati, vt dicit Eluidius hæreticus, qui dicit Mariam eſſe cognitam à Ioſeph poſt natiuitatem Chriſti, ſed hoc ſupra improbatum eſt 1. cap. Sequitur. (Eluidij error)

11 *Vnde ergo.* Quaſi dicat ſi non habet exercitio vel ex genere, habet ergo ex dæmone. Et ideo ſequitur.

12 *Et ſcandalizabantur.* Attribuentes virtuti dæmonis quod debebat attribui virtuti diuinitatis.

13 *Ieſus autem dixit eis.* Quia inuidia magis eſt ad patriotas & ad propinquos quam ad extraneos. Cuius ratio eſt, quia inuidia eſt triſtitia de excellentia alterius inquantum apprehenditur, vt proprij boni diminutiua, excellentia autem alicuius diſtantis multum non apprehenditur, vt proprij boni diminutiua, propter quod inter artifices eiuſdem artis eſt magis inuidia, & eadem ratione inter compatriotas. Sequitur.

14 *Et non fecit uirtutes multas.* Quia erant indigni. Cauſa ſubditur.

15 *Propter incredulitatem illorum.* Non tamen nullas, quia ibi aliquas virtutes fecit, vt non haberent excuſationem de peccato ſuo videntes opera diuinitatis in eo.

CAP.

## MORALITER.

*ſauro ſuo noua.* Theſaurus iſte eſt ſacra ſcriptura continens nouum & vetus Teſtamentum, quorum differentia ſecundum Auguſt. eſt timor & amor, ergo prædicator doctus de theſauro ſuo profert vetera quando prædicat terrentia, ad incuſſionem diuini timoris, & noua quando prædicat demulcentia, inducens ad amplexum diuini amoris.

7 *Vnde huic ſapientia hæc.* Hoc autem dicebant de Chriſto contemptibiliter propter paupertatem parentum, vnde ſubditur.

9 *Nonne hic eſt fabri filius?* Iſtis ſimiles ſunt illi qui doctrinam pauperum religioſorum contemnunt & diuitum venerantur, ſecundum illud Eccleſ. decimo tertio. d. *Diues locutus eſt & omnes tacuerunt, & uerbum illius uſque ad nubes perducent, pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic.*

MORA-

CAP. XIIII.

A IN illo tempore audiuit Herodes. Lucas vero ita. Audiuit Herodes te. omnia, quæ fiebant ab eo, & hęſitabat, eo qđ diceretur a quibuſdam, quod Ioãnes reſurrexit, a quibuſdã vero quia Elias apparuit. Quod ergo ait. *Hic eſt Ioannes.* Vel confirmatus quorundam ſententia poſt hęſitionem dixit, vel adhuc dubius, hęc enim verba ad vtrũque ſe habent.

Luc.9.a. Luc.4.a. Ioan.4.f. 1.ti.c. Pau. lanisse de immortalita te animæ lo- quẽtiũ opinio

Hom.49. * Chryſoſtomus. Vide quam magna ſit virtus. Nam & defunctum Ioannem Herodes formidauit, & de reſurrectione philoſophatur.

† alligauerat. 

† 26. diſt. c. var

B b *Et ait.* Nota inuidiã Iudæorum. Hic alienigena dicit reſurrexiſſe Ioannem, qui nullum ſignum fecit. Illi Ieſum tot virtutibus approbatum nõ reſurrexiſſe contendunt.

† Cũ autẽ age- rent natalitia.

c *Et ideo.* Senſerunt enim quod maioris virtutis ſunt futuri ſancti a mortuis reſurgentes, quam fragili carne grauati.

d *Herodes enim.* Quia dixit de opinione reſurrectionis cum nihil de morte dixiſſet, reuertitur, & narrat qualiter, & curobierit. Herodes iſte, & Philippus fratres fuerunt filij Herodis, ſub quo dominus fugit in Aegyptum.

e *Herodiadem vxorem.* Herodias filia Arethæ regis quam ipſe pater tulit Philippo, & in dolorem eius dedit Herodi inimico illius.

f *Non licet.* Herodes forſitan legem Iudæorum tenebat, & ideo Ioannes eum ab adulterio prohibebat.

C g *Timuit populum.* Populum timebat, ſed amor ſuperabat, pro quo, Deum poſtponebat. Timor Dei corrigit, timor hominum differt, ſed voluntatem non aufert, vnde, & auidiores reddit ad crimen, quos aliquando ſuſpendit a crimine.

h *Die autem.* * Hieronymus. Nullum alium inuenimus obſeruaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem & Pharaonem, vt quorum erat par impietas, eſſet vna natiuitas.

CAP. XIIII.

a IN illo tempore, audiuid herodes tetrar 1
cha famam Ieſu, & ait † pueris ſuis: † 2
b Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit a 3
mortuis, & ideo virtutes operantur in
c eo Herodes enim † tenuit Ioannem, & 4
d † alligauit eum, & † poſuit in carcerem
propter Herodiadem vxorem fratris,
e ... libus populi. Fratre adhuc uiuente. mortuo eo. m non prohibebat lex.
ſui. Dicebat enim illi Ioãnes. † Non licet tibi habere eam Et
f a Facile a iuſtitia deuiat qui non habet Deum in cauſis.
volens illum occidere, timuit populum, quia ſicut prophetã
g a Non tantum populus, ſed & Herodes.
eum habebant. † Die autem natalis Herodis, ſaltauit filia 5
h Triclinio.
Herodiadis in medio, & placuit Herodi. † Vnde cum 6
i iuramento pollicitus eſt ei dare quodcum que poſtulaſſet 7

i *Cum iuramento.* Ad hoc forte iurauit vt occaſionem pararet, qua videretur facere inuitus quod faciebat ſpontaneus. Nõ enim hoc impleſſet de aliquo amato quod impleuit de propheta: quod & ante feciſſet, ſi excuſabiliter poſſet.

D Beda. Si quid nos forte incaute iuraſſe contigerit, quod obſeruatum ſcilicet peiorem vertatur in exitum, libere illud conſilio ſalubriori mutandum nouerimus, ac magis iſtante neceſſitate periurandum nobis, quam pro vitando piurio in aliud crimẽ grauius eſſe diuertendum. *Denique iurauit per dominum Dauid occidere Nabal virum ſtultum & impium, atque omnia quæ ad illum pertinerent demoliri*, ſed ad primam interceſſionẽ Abigail feminę prudẽtis mox remiſit minas, reuocauit enſẽ in vaginã, nec aliquid culpę ſe tali periurio contraxiſſe doluit.

E Iſidorus. Non eſt conſeruandum ſacramentum quo malum, incaute promittitur, velut ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea manendi fidem polliceatur, tolerabilius enim eſt non implere ſacramentum, quam manere in ſtupro.

Con-

g. Timuit

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

1 IN illo tempore. *Poſita promulgatione euangelij per parabolas, hic ponitur huius promulgationis confirmatio. Et hoc ex duobus. Primo ex fama nominis. Secundo ex eius miraculis, ibi* Quod cum audiſſet Ieſus. *Prima in duas, quia primo oſtendit famam ipſius Chriſti. Secundo, ex hoc incidentaliter narrat mortem Ioannis, ibi.* Herodes enim. *Circa primũ aduertendum, quod miracula Chriſti fuerunt intantum euidentia, quod non ſolum fama eius fuit inter vulgares homines, ſed inter magnas perſonas, & principes. Et hoc eſt quod dicit.*

2 Audiuit Herodes. *Dicitur autem tetrarcha, quia habebat quartam partem regni Iudææ. Mortuo enim Herode Aſcalonita qui interfecit innocentes, diuiſum eſt regnum eius in duas medietates, ita quod Archelaus filius eius habuit medietatem, vt ſupra dictum eſt. 2. ca. Alia autem medietas diuiſa fuit in duas partes, & vna data eſt Herodi, & altera Philippo, qui erant iuniores. Et ideo dicitur Tetrarcha, a quarta parte regni, a tetras quod eſt quatuor, & archon quod eſt princeps, quia principabatur in quarta parte, non tamen dicebatur rex, quia Romani abſtulerant a Iudæis nomen regium ad frangendum eorum ſuperbiam, Vnde dixerunt coram Pilato Ioan. 19. c.* Non habemus regem niſi Ceſarem. *Sequitur.*

3 Hic eſt Ioan. Baptiſta. *Opinio enim omnium loquentium de immortalitate animæ, & reſurrectione fuit, quod poſt reſurrectionem homo ſit excellentioris virtutis quam ante, & ideo licet Ioannes Baptiſta in vita ſua non feciſſet miracula, tamen Herodes credens eum ſurrexiſſe a mortuis aſſerebat eum facere miracula.*

4 Herodes enim. *Quia fecerat mentionem de morte Ioãnis, ideo hic incidentaliter oſtendit modum mortis. Et diuiditur in duas, quia primo oſtendit interfectionis eius cauſam. Et ſecundo modũ & ordinẽ, ibi.* Die autem natalis. *Cauſa autem fuit iſta, quia Herodias, quæ fuit filia Ariſtobili, & ſoror Herodis* Agrippæ, *& neptis huius Herodis, & Philippi fratris ſui, ſecundum quod dicit Ioſephus, & magiſter in hiſtoriis, fuit coniuncta matrimonialiter Philippo fratri Herodis, quia hoc erat licitum ſecundum legem. Ipſam autem adamauit Herodes amore illicito, & ideo eam abſtulit fraudulenter fratri ſuo, de voluntate tamẽ ipſius Herodiades, & hoc erat ei illicitum, vt viuente eius fratre haberet eius vxorem. Ioannes autem vir ſanctus & iuſtus de hoc arguebat Herodem, propter quod ab eodem captus eſt & incarceratus, quia non audebat eum interficere, ne ſeditionem populi excitaret contra ſe, quia omnes reputabant Ioannem ſanctum prophetam.*

5 Die autem nat. *Hic ponitur modus mortis ipſius. Herodias. n. timens ne ad prædicationem Ioannis Herodes peniteret, & ipſam fratri redderet, & per conſequens cum priori marito a quo receſſerat cum periculo remaneret, ideo excogitauit modum quomodo interficaretur Ioannes abſque ſeditione populi, & eiuſdem doli Herodes conſcius fuit, vt videbitur. Et hoc eſt quod dicitur.* Die autem natalis. *Iſta erat conſuetudo apud antiquos, quod principes ſolemnizabant diem ſuæ natiuitatis, & diem etiam natalis imperij ſui, in quo ſcilicet coronabantur. In illo ergo feſto.*

6 Saltauit filia Herodiadis *ideſt, tripudiauit, & hoc fuit, ex diſpoſitione matris & ipſius Herodis.*

7 Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei, &c.

At

MORALITER.

1 *In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha* famam; *&c.* Sequitur

3 *Hic eſt Ioannes.* Omnes credentes reſurrectionem mortuorum. dixerunt eos fore maioris virtutis poſt reſurrectionem quam ante. Per quod moraliter ſignificatur, quod reſurgentes de morte culpæ maiora virtutum opera debent facere quam ante, vt ſic oſtendant ſe Deo gratos de ſua reſurrectione.

† *Dicebat enim.* Non omittens dicere veritatem propter poteſtatem Herodis, nec propter inſidiationem Herodiadis. Et in hoc dedit exemplum prædicatoribus euangelij, vt propter talia non omittant conſtantiam veritatem prædicandi.

5 *Die autem natalis.* Per hoc quod in conuiuio Ioannes præcipitur decollari ad ſaltatricis petitionem, & ſuæ matris adulteræ monitionem, oſtenditur quod multa fiunt propter crapulam, & mulierum malitiam. Eccl. 19. a. Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes.

Quod

a *Contriſtatus.* Vt diſcumbentibus videbatur. Talis quippe erat triſtitia Herodis qualis pęnitentia videlicet Pharaonis.

b *Et decolla.* Minutus eſt Iohannes capite, exaltatus eſt in cruce Chriſtus, quia illius fama decreuit, iſtius creuit. vnde. *Illum oportet creſcere, me autem minui.* In trũcato capite Ioannis, oſtenduntur Iudæi Chriſtum (qui eſt caput omnium prophetarum) perdidiſſe.

MORALITER Mors Ioannis finẽ ſignificat legis, qua finita merito migratur ad Chriſtum, qui eſt finis legis ad iuſtitiam omni credenti.

⁂ Ambroſius. Turpe quod regnũ pro ſaluatione promittitur, crudele qđ mors prophetę pro iuſiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali ſacramento periurium fuiſſet, ſi tamẽ periurium dici poſſit, quod ebrius inter vina iurauerat, quod deieratus inter ſaltantium choros promiſerat.

a Timente, ne Herodes, aliquando cum fratre ſuo conueneri**t**.

ab eo. At illa præmonita a matre ſua, da mihi inquit hic in di- 1

a Vt ſimulator oſtendit, in quo ſe reum innuit. Triſtitiam præferebat in facie, cum lætaretur in mente.

a ſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex, propter 2

a Sub occaſione pietatis impius fuit dum iuramento ſcelus excuſat. Alias iuramento. b Vt omnes fierent conſortes ſceleris.

iuſiurandum autem, & eos qui pariter recumbebant, iuſſit

In Paſcalibus diebus.

b dari. Miſitque, & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum 3

eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellæ, & illa attulit matri

a Vt habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguit.

c ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, & ſepe 4

a Quod Ioannes paſſus eſt,

lierũt illud, & venientes nunciauerunt Ieſu. Quod cum audiſſet 5 6

d e Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locum deſertum ſeorſum. Et cum 7 8

a Cum prædicatio Chriſti fieret in gentibus, multitudo credidit in eum. Vt mentis ardorem oſtenderent.

audiſſent turbæ, ſecutę ſunt eum pedeſtres de ciuitatib. Et exiens 9

Amauit. a Magna retributio laboris eorum.

f vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curauit lãguidos eorũ 10

* Hieronymus. Legimus in Romana hiſtoria Flaminium ducem Romanorum, quod accubanti iuxta ſe meretriculæ, quæ nunquam vidiſſe ſe diceret hominem decollatum, acenſus ſit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, a Cenſoribus pulſum curia, quod epulas ſanguini commiſcuerit.

* Gregorius. Deus ſuos ſic premit in infimis, quia videt quomodo muneret in ſummis. Hinc ergo vnuſquiſque colligat, quid illi ſint paſſuri quos reprobat, ſi ſic cruciat quos amat.

c *Et ſepelierunt.* Ioannes apud Sebaſtem occiſus, apud Macherunta ſepultus eſt. Narrat Ioſephus vinctum Ioannem in caſtellũ Macherontam adductum, ibique truncatũ. Et eccleſiaſtica hiſtoria ſepultum eum in Sebaſte vrbe Paleſtinę, quę quõdam Samaria dicta fuerat, & a tempore Iuliani principis Paganos inuidentes Chriſtianis, qui ſepulchrum eius pia ſollicitudine frequentabant, inuaſiſſe monumentum, oſſa diſperſiſſe per campos, & rurſum collecta igne cremaſſe, ac denuo diſperſiſſe. Affuerunt tunc temporis ibidem de Ieroſolymis monachi, qui mixti Paganis oſſa legentes, maximã eorum partem congregauerunt, & ad patrem ſuum Ieroſolymam detulerunt, at ille, miſit ea beato Athanaſio Alexandriæ epiſcopo, ibique ſeruata vſque ad tempora Theophili eiuſdem vrbis epiſcopi.

Ioannes figuram legis tenet. Herodes ſignificat populũ Iudaicũ, qui ſibi velut vxorem Gentilis populi de eodem parente progeniti ſociauit infidelitatem. Quod quia vetat Ioannes tanquam lex clauſa tenetur, & vocem dare non permittitur. Ad vtimum in natali Herodis, id eſt, in expletiõe naturalis voluptatis ſaltat filia. i. exultat praua voluntas ex infidelitate orta. Et poſtulat addi ad delitias ſuas caput Ioannis. i. auferri Chriſtum de intellectu legis, & per filiam defertur matri, quia per prauam voluntatem ſatisfit infidelitati Quo facto diſcipuli Ioannis. i. auditores legis corpus Ioannis ſepeliunt, id eſt, carnales in ſe obſeruantias extinguunt, & ſic a lege ad euangelium venientes, verbi Dei auditores ſolliciti fiunt.

d *Quod cum audiſſet Ieſus.* Poſtquam apud Iudæos lex, & propheta caput perdit, & vocem, Ieſus tranſit ad deſertum eccleſiæ locum, quæ ante non habebat virum.

e *Seceſſit.* Non fugit timore, ſed ſeceſſit parcens inimicis ne homicidium homicidio iungerent, dans exemplum vitandæ temeritatis. *Vel ſeceſſit.* vt probaret fidem credentium, vnde. *Et cum audiſſent turbæ, &c.*

f *Pedeſtres, &c.* Proprio labore, vt ardorem mentis oſtenderent. Relinquunt ciuitates, id eſt, priſtinas conuerſationes. Habent voluntatem, ſed non vires perueniendi. Ideo Ieſus obuiam exit, & miſertus curat, vt plena fides ſtatim premium habeat. Ecce quantũ delectatur deuotione credentium.

☞ *Veſpere*

NICOLAVS DE LYRA.

1 At illa præmonita a matre ſua. *Petiuit caput Ioannis.*

2 Et contriſtatus eſt rex. *Hoc tantum fuit ſecundum apparẽtiam ad reprimendum populi ſeditionem. Quod patet primo, quia voluit eũ, primo occidere, ſed retardatus fuit tantum ex populi timore. Secundo, quia ſi vellet eum viuere, non interfeciſſet eum propter iuramentum quia in promiſſione facta in generali etiam cum iuramento non intelligatur aliquid illicitum ſub obligatione cadere, cuiuſmodi erat interfectio Ioannis. Tertio, quia non eſt veriſimile, quod propter ſaltationẽ vnius puellæ promiſiſſet ſub iuramento etiam medietatem regni ſui dare. vt habetur Marc. 6. Et ideo credendum eſt, quod totum fuit ficticium vt haberet occaſionem apparentem interficiendi Ioannem. Ita enim ardebat libidine in Herodiadem, quod voluit fingere tantam malitiam. Et ideo quod ſequitur.* Et contriſtatus eſt rex propter iuſiur. *Totum eſt intelligendum ſecundum apparentiam, ad reprimendum populi ſeditionem, Et eodem modo exponendum eſt de iſta materia, quod dicitur Mar: 6. ſequitur.*

3 Et allatum eſt caput eius. *Primo enim allatum eſt in præſentia Herodis. Poſtea in Ieruſalem. Et poſt in Aquitaniam apud Eugoliſtium, nunc autem dicitur eſſe Ambianis.*

4 Et accedentes diſcipuli eius tulerunt corpus eius. *ſcilicet, de carcere.*

5 Et ſepelierunt illud. *Scilicet, in Sebaſte ciuitate, quæ antiquitus Samaria dicebatur.*

6 Quod cum audiſſet Ieſus. *Hic ponitur confirmatio prædictæ doctrinæ ex Chriſti miraculis. Et hoc quadrupliciter. Primo, ex ſanatione languoris multiplicis. Secundo, in multiplicatione panis, ibi. Veſpere autem facto. Tertio, in calcatione maris, ibi. Et ſtatim impulit. Quarto in ſanatione infirmorum ad tactum ſuæ veſtis, ibi: & cum transfretaſſet. In prima parte dicitur ſic.* Quod cum audiſſet Ieſus. *ſcilicet, mortem Ioannis propter doctrinam veritatis.*

7 Seceſſit inde. *Non timens mortem, ſed vt oſtenderet, quod aliquando eſt cedendum malitiæ humanæ.*

8 In locum deſertum. *Vt daret prædicatoribus verbi diuini exemplum aliquando recedendi a turbis, et redire ad locum ſolitarium, ad corrigendum proprios defectus, qui contrahuntur ex conuerſatione cum hominibus, & ad vacandum orationi, vt ibi prædicator hauriat quod poſtea populis effundat.*

9 Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres. *Ex quo patet quod pauperes ſequebantur Chriſtum equos non habentes. Sequitur.*

10 Et curauit languidos eorum. *In quo verbo miracula multa includit, quia nomine languoris intelligitur omnis infirmitas.*

*Veſpere.*

MORALITER.

6 *Quod cum audiuiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula.* Non propter timorem Herodis, ſed vt oſtenderet, quod aliquando dãdus eſt iræ locus, & condeſcẽdens fidelibus infirmis qui fugituri erant tempore perſecutionis.

9 *Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.* Adhuc populares, & pedeſtres magis vadunt ad ſermones quam diuites, & equeſtres.

*Veſpere*

A a *Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum.* Recedit Ieſus de Iudæa, vadit in deſertum, turbæ ſequuntur, quibus obuiat, & curat Hoc non mane vel meridie, ſed veſpere quando ſol iuſtitiæ occubuit, finis mundi appropinquauit.

Homil.50. in Matth. ✱ Chryſoſtomus. Cibaturus eos dominus expectat rogari quaſi vbique prior non inſiliens ad miracula, ſed vocatus. Ideo autem nullus de turba accedit, venerabantur enim eum, & neque famis ſenſum accipiebant amore inſtantię. Sed nec diſcipuli dicunt, ciba eos, ſed dicunt, *Deſertus eſt locus.* Quod enim videbatur Iudæis in eremo eſſe miraculum, cum dicerent, *Nunquid poteſt parare menſam in deſerto?* hoc, & per opera oſtendit.

ſupra.10.a. b *Diſcipuli eius.* Carnales, & de futuro miraculo refectionis ignari quibus dictũ erat in viam gentium ne abieritis.

a Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, di- 1
(a Tanto tempora idololatræ fuerunt)
b centes. Deſertus eſt locus & hora iam præteriit. Dimitte tur- 2
(a Ideſt a ſuis phanſæis emant ſibi eſcam)
c bas, vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Ieſus autem dixit
(a Vt aliunde quærant cum ego ſum panis.)
eis. Non habent neceſſe ire, date illis vos manducare. Reſpõ-
d derunt ei. Non habemus hic, niſi quinque panes, & duos pi- 3
(Legis intellectum ad me referte.)
e ſces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum iuſſiſſet tur- 4
(a Studio continentiæ calcata carne.)
bam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus, &
(a Vt nos ſurſum habere corda doceret. b Integri non in tot diuiderentur.)
f duobus piſcibus, aſpiciens in cœlum benedixit, & fregit, &
(a Qui prius apoſtolis dederat ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, quæ per miniſterium apoſtolorum alijs exponuntur.)
g dedit diſcipulis ſuis panes, diſcipuli autem dederunt turbis. 5
(a Intellexerunt. Edent pauperes & ſaturabuntur.)
h Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt 6
reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.
i k Manducantium autem fuit numerus quinque milia vi-

B Iſa.40.d. Myſtice Faſtidiunt Iudæi gentes recipi, & murmurant: quorum voce vtitur Iſaias. *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ.* Iterũ *Omnes gentes quaſi non ſint, ſed ſunt coram eo.* Sed dominus per apoſtolos reficere decreuit vnde ſubdit. Ieſus autem, &c.

c *Dimitte turbas.* Diu eſt quod idola ſequitur, ideoque non eſt a nobis paſcenda pane verbi Dei. *Dimitte turbas.* His Marcus & Lucas conſentiunt, hoc prętermiſſo, non habent neceſſe ire. Ioannes ait, pro ſpectis turbis dominum quęſiuiſſe a Philippo tentando. *Vnde ememus panes vt man. hi.* Intelligitur ergo diſcipulos prius rogaſſe, vt dimitteret turbas. Poſt hęc vero verba dominum inſpexiſſe multitudinem, & dixiſſe Philippo quod Ioannes memorat, & iſti prætermittunt. Deinde quod Philippus apud Ioannem reſpondet, hoc Marcus a diſcipulis eſſe reſponſum commemorat, volens hoc intelligi ex ore cęterorum Philippum reſpondiſſe. (Ioan.6.a. Ioan.6.a. Mar.6.c.)

d *Date illis.* Prouocat ad dandum, vt illis ſe non habere teſtantibus notior ſit magnitudo ſigni, vbi etiam innuit, quod per eos ſunt paſcenda ieiuna corda.

e *Quinque panes, & duos piſces.* Per quinq; panes, & duos piſces, totum vetus teſtamentum ſignificatur. Per quinq; panes, quinque libri Moſi, qui bene hordeacei, qui cibus eſt iumentorum. rudibus enim aſpera & groſſa danda. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: intus tamen latet medulla ſuauiſſimi ſenſus. Per duos piſces prophetæ, & pſalmi: vnde, & poſt reſurrectionem ait. Quæ ſcripta ſunt in lege, & prophetis plurimis de me. (1.Cor.1.d. Luc.24.f.)

C Diſcubuere autem alii quinquageni, alii centeni. Diuerſi diſcubitus, diuerſi ſunt eccleſiarũ conuentus, qui vnam faciũt catholicam. Iubilei requies, quinquagenarij myſterio cõtinetur. Quinquagenarius bis ductus centũ facit, quia prius a malis actibus quieſcitur, vt poſt animia plenius quieſcat in cogitatione. Quidã igitur quinquageni, quia quidam ſunt qui a malis actibus habent requiem. Quidã centeni, quia ſunt p a malis actibus, & prauis cogitationibus habent requiem mentis. D

lib.de pædagog. ✱ CLEMENS ALEX frugalitatẽ ac tenuitatem mihi quoque videtur dominus ſignificare cũ panes benedixit, & aſſos piſces, cibi non minus exquiſiti pulchrum exemplar adducens.

f *Acceptis quinq. &c.* Accepit quinque panes, non nouos creauit, quia veniens in carne non alia quã prædicta erant præcauit, & opere impleuit.

g *Benedixit.* Cum aperiens ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, dono internæ E ſuauitatis multiplicauit. Fregit cum myſteria legis in medium protulit.

✱ Lactantius. Frangebat igitur ipſe panem minutatim, carnemque piſcium comminuebat, & vtraque in manibus eius augebantur.

✱ Hilarius. Non autem quinque panes multiplicantur in plures, ſed fragmentis fragmenta ſuccedunt. Creſcit deinde materies, neſcio vtrum in menſarum loco, aut in ſumentium manibus.

h *Dedit diſcipulis.* ✱ Hilarius. Dantur Apoſtolis panes, quia per eos erant diuinæ gratiæ dona reddenda. Idem autem edentium numerus inuenitur, qui futurus fuerat crediturorum. Nam ſicut in libro Actuum continetur ex Iſrael populi infinitate virorum quinque millia crediderunt.

i *Reliquias.* Secretiora quæ a rudibus capi nequeunt, non ſũt negligenter habenda, ſed a duodecim apoſtolis qui per cophinos duodecim ſignificatur, & ab eorum ſucceſſoribus diligenter inquirenda. Cophinis ſeruilia opera geruntur, & deus infirma mundi elegit, vt confundat fortia.

✱ Tertul. Panis noſtri aliquid decuti in terrã anxie patimur

K *Quinque mi.* Pro quinq; ſenſibus corporis. hi ſunt qui in ſeculari habitu exterioribus recte vti nouerũt. Hic qnq; panibus. i. legalibus præceptis ad huc neceſſe eſt vt inſtituant. Nã qui mundo integre renunciant: quatuor milia ſunt, & ſeptẽ panibus id eſt euangelica perfectione ſublimes, & ſpirituali gratia reficiuntur. Quod alibi narratur: Hoc miraculũ panũ ſcripturus Ioãnes prætermiſit, quia proximũ erat Paſcha dies feſtus Iudæorũ. Matthæus verò & Marcus hoc mox occiſo F Ioan-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Veſpere autem facto. *Hic conſequenter ponitur ſecundum miraculum de multiplicatione panis.* Dicit ergo Veſpere autem facto *Ex quo patet deuotio populi ad Chriſtum, quia nec propter noctem imminentem recedebant ab eo. Sequitur.*

2 Et hora iam præteriit, dimitte turbas vt eun. *Redeundi ſcilicet ad propria, & quieſcendi. Sequitur.*

3 Date illis vos man. *Ioannis. 6. a. dicitur quod petiuit a Philippo, vnde ememus panes? Et hoc eſt verum, quia primo interrogauit eum tentans eum, quia ſciebat quid eſſet facturus, vt ib idem dicitur Et poſtea dixit illis quod hic ponitur.* 4 Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum. *Id eſt ſuper herbam agri.*

5 Aſpiciens in cœlum benedixit. *in quo dedit exemplum ante comeſtionem ad laudem dei benedicere cibum.*

6 Et manducauerunt. *Ex quo patet, quod panes fuerunt multiplicati inter manus ipſius. quia ex tam modico cibo non potuiſſet tam magna multitudo ſaturari, nec tantæ reliquiæ remanere, quia plus remanſit quam a principio fuerit. De modo autem multiplicationis eſt dubitatio inter doctores, quia non determinatur in litera. Dicunt enim aliqui quod hoc fuit ſine additione alicuius materiæ ſicut de coſta Adæ formatum eſt corpus mulieris. Sicut enim deus poteſt de nihilo aliqui facere, ita modicum corpus in magnum conuertere ſine additione materiæ Alij autem dicũt, quod hoc fuit p conuerſionem alicuius materię præexiſtentis, vt aeris vel huiuſmodi in ſubſtantiam panis, & piſcis, & hoc videtur Aug. ſentire ſuper Ioan. 6. ca. dicens, inde multiplicauit quinque panes, vnde ex paucis granis creat ſegetes. Certum eſt autem, quod ſegetes creantur ex conuerſione materiæ præexiſtentis in ſegetem.* Et

## MORALITER.

9 *Veſpere autem facto acceſſerunt diſcipuli eius dicentes. Deſertus eſt locus, & hora iam.* Per hoc autem quod pauit eos corporaliter ſignificatur, quod prælati, & curati debent ſubditos paſcere verbo doctrinæ & ſacramento euchariſtiæ, vnde & Ioannes euangeliſta deſcribens hoc miraculum præmittit, qđ prope erat paſca Iudæorum, in quo fideles paſcuntur euchariſtia. Et

Ioãne commemorant factum. Vnde colligitur Ioannem imminente eadem feſtiuitate fuiſſe decollatum, & anno ſequẽte cum denuo Paſcha rediret, myſterium dominicę paſſionis eſſe completum.

a *Exceptis mulieribus & paruu.* Sexus fragilis & minor ętas sũt numero indigni. Significat infirmos in fide nondũ idoneos pugnæ.

b *Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos.* Quia vt ait Ioannes venturi erant vt facerent eum regem, qui miraculum panum viderãt, quos fugit, docẽs nos fugere de bonis noſtris fauorem. Crucifixioribus vero promptus occurrit, vt parati ſimus ad aduerſa, cauti ad blanda, pro quibus ne nos emolliant oremus.

B

c *Præcedere eum trans fretum, donec dimitteret tur.* Quo præcederent Marcus oſtendit ad Bethſaidam, quæ eſt in Galilęa ciuitas Andreæ & Petri, & Philippi, prope ſtagnum Genezareth, quod dicitur & Mare Galileæ, dicitur & Tyberiadis, a ciuitate Tyberiade. Sed quomodo dicit Marcus peracto miraculo panũ iſſe ad Bethſaidam cum Lucas dicat hoc ipſum factum eſſe in locis Bethſaidæ? Sed Lucas ait in deſertis locis non vicinis ciuitati, tamen pertinentibus ad eã. Marcus de ipſis confinib. ciuitatis. Vnde Lucas nõ dicit in deſertum locum qui eſt Bethſaida, ſed qui eſt Bethſaidę. Ioannes autem dicit mãducaſſe panem iuxta Tyberiadem, & inde diſcipulos veniſſe trans mare in Capharnaum, quæ ambæ ſunt ciuitates in Galilæa.

d *Aſcendit.* Pauit turbam vt Deus, aſcendit orare, vt homo. Non quod omnia non habens in poteſtate, ſed vt formã hominis impleret. In hoc officium pietatis eſt, ſequitur inſigne poteſtatis miraculum.

C

e *Veſpere autem.* Merito dicitur hęc tẽpeſtas eſſe in ueſpere, quia dũ eccleſia in tribulatione eſt, dicitur eſſe quaſi in nocte,

a virorum exceptis mulieribus & paruulis. † Et ſtatim † com- 1
b pulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculã: & præcedere
c eum trans fretum, donec dimitteret turbas. † Et dimiſſa tur-

a Sic qui bene orat mentem ſurſum a terrenis eleuat. ¶ Non pro ſe ſed pro nobis. b Nocte tribulationis appropinquante diſſimulat opem ferre.

d ba aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſo

a Dum Ieſus abierat. b ¶ Significat labores eccleſiæ in hoc ſeculo dum tendit ad patriam.

e f lus erat ibi. † Nauicula autem in medio mari iactabatur flu- 2

a Malorum ſpirituum flatus.

g ctibus. Erat enim cõtrarius ventus. quarta autem vigilia no 3

¶ Etſi pondus carnis habens. ¶ Comprimens preſſuras ſeculi.

h ctis, venit ad eos ambulans ſupra mare † Et videntes eum * 4
i ſupra mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes: quia phan- 5

a Magni timoris iudicium eſt confuſus clamor & incerta vox. ¶ Quia prope eſt omnibus timentibus eum. 6

taſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimque Ieſus lo- 7

a Contra deſperationem. ¶ Non phantaſma.

k quutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam, ego ſum no-

a Quia vtique ardentiſſimæ fidei eſt. ¶ In perſona præſentis eccleſiæ & laborantis.

l lite timere. Reſpondens autem Petrus dixit, domine, ſi tu 8

a In tua iuſſione num aquæ ſolidæ & corpus leue contra naturam.

es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni.

D

cte, & Sol iuſtitiæ ſe abſcondiſſe videtur.

f *Nauicula autem.* Nauis in medio Mari, ſolus Ieſus in terra, quia aliquando ita eſt eccleſia non mõ afflicta, ſed & fœdata vt prorſus videat derelicta a Deo, ſed Deus eam non relinquit. vnde Marcus ait. *Vidit eos laborantes remigando* Etſi non pſens, & ſi differt tñ videt & corroborat. Mar.6.f.

Mar.6.f. iuſſit.

g *Quarta autem.* Tota nocte periclitantur, quia cũ ſe homo conſiderat, nihil inuenit niſi tenebras anguſtiarum & æſtus hoſtium. Sed quarta uigilia dominus uenit, ideſt, iam diluculo, cum mentem ad præſidiũ Dei erigit quaſi inter tenebras ortum luciferi videt, qui diem nunciat. Lucifer ad plus tres horas noctis, ideſt, totam vigiliam matutinam illuminat adeſt dominus qui ſopitis periculis protegit. Luc.5.c. & 6.b. Mar.6.g. discipuli.

E

h *Venit ad eos.* Marcus ait: volens præterire eos, pro quib. tamen liberandis venit. Quod fit ut ad horam turbati, ſed mox liberati amplius ſtupeant, & gratias agant, quod idem ſæpe fit in paſſionibus ſanctorum.

i *Et videntes, &c.* Quia ſępe fit, vt cum aliqua ſubito diutinæ tribulationis oritur ſedatio, non ſtatim credatur uera liberatio. Ideoque permanente priori formidine intenſa, ad liberationem dirigitur oratio.

✲ Dyoniſius Areopag. Vt ignoramus quomodo de virgine natus ſit, ita quomodo ſuper mare ambulauerit. Lib. de diuinis nominibus c.2

* Iuſtinus Martir. Non mutatione corporis in ſpiritum ambulauit dominus ſupra mare, ſed diuina ſua poteſtate fecit, ut ambulare poſſet mare, quod ambulare alioquin non pōt. Quæſt. 117 ad orthodoxos.

k *Ego ſum nolite timere.* Non ſupponit quis, quia ex voce ſibi nota poterant eum cognoſcere. Vel quia ipſe eſt qui dixit. Qui eſt miſit me ad uos. Exo.3.d.

l *Domine ſi tu es.* Si tu es ille liberator, iube me venire ad tuã imitationem ſuperando preſſuras.

F

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſtatim, &c. *Hic ponitur tertium miraculum de calcatione maris, vt ſicut oſtenderat ſe dominum terræ in multiplicatione panis, ita oſtenderet ſe dominum maris. Dicit ergo.* Et ſtatim, &c. *Cauſa hic tacetur, ſed Io.6.b. habetur, quia turba quæ viderãt miraculum de multiplicatione panis, voluerunt venire, & facere eum regem, ipſe autẽ pręſciens præcepit diſcipulos ſuos vltra mare Galileæ transfretare, et ipſe ſolus fugit in montem, vt poſſet ibi patrem orare. Et in hoc dedit nobis exemplum humilitatis, quia quęſitus ad honorem fugit, ut hic habetur, quæſitus autem ad mortem vltro ſe obtulit, vt habetur Io.18.*

2 Nauicula autem in medio mari. *Ex quo inſinuatur, quod illi qui carent Chriſti ſocietate, exponuntur tentationibus. Sequitur.*

3 Quarta autem vigilia noctis venit, &c. *Iſta erat conſuetudo antiquitus in exercitib. quod nox in quatuor partes diuidebatur, & in qualibet parte diuerſi milites ſibi ſuccedentes vigilabant ad cuſtodiam dictã exercitus, quarta ergo vigilia eſt vltima pars noctis. Ex quo patet quod in tribus partibus pręcedentibus in periculo fuerant.*

4 Venit ad eos am. ſupra ma. *Ex periculo enim pręcedenti longo magis deſiderabant aduentum Chriſti.*

5 Et vi. eum, &c. tur. *Propter viſionem inſolitam.*

6 Dicentes, quia phantaſma eſt. *Ideſt, apparitio rei non exiſtentis.*

7 Et præ timore. *Timentes, ne eſſet apparitio alicuius ſpiritus maligni nocere volentis, & ideo Ieſus aſſecurauit eos dicens.* Ego ſum. *Sequitur.*

8 Reſpondens autem Pe. *In tantum deſiderabat ſocietatem Chriſti, quod nolebat expectare aduentum eius vſque ad nauem, ſed volebat occurrere ſupra aquam, oblitus præ amore Chriſti aquę periculum. Et in hoc apparuit maius miraculum, quia non ſolus Chriſtus virtute diuinitatis ſupra aquas ambulauit, ſed etiam Petrus eadem virtute ad ipſum venit.*

Videns

## MORALITER.

1 *Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos, &c.* Per aſcenſionem in nauiculam ſignificatur promotio ad animarum curam quam nullus debet aſſumere niſi compulſus ſuperioris auctoritate. Hebræo. 5.a. Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.

† *Et dimiſſa turba aſcendit, &c.* Sicut dixerat ſupr. 6.a. Tu autem cũ oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.

2 *Nauicula autem in medio ma.* Id eſt, eccleſia turbabatur perſequutionibus.

3 *Quarta autem vigilia noctis.* Permittit enim ſuos aliquãdo perturbari, ſed non debellari, faciens cum tentatione prouentum, vt poſſint ſuſtinere, vt dicitur. 1. Cor. 10.c.

8 *Reſpõdens autem Pe.* Per hoc autem quod timens cœpit ſubmergi, reprimitur aliquorum præſumptio, qui ardua petunt, in quibus deficiunt.

A a Et deſcendens. De humano deſperans adiutorio, mente calcat preſſuras, vt Ieſu ſit conformis.
b Ambulabat ſuper. Ecce homo ſuper aquas ambulat. Ne ergo dubites Chriſtum verum corpus eſſe, quia ſuper aquas ambulauit.

D f In terram Geneſar. Allego. Geneſar, interpretatur, ortus principium. Per Typum ergo apoſtolorum & nauis, intelligẽdũ eſt eccleſiam de perſequutionibus liberatam a Domino duci ad littus.i.quietem, vbi paradiſi reſtituetur hæreditas & primæ ſtolæ iocunditas.

Super mare ambulare fecit, vt oſtendat diuinam poteſtatẽ. Mergi facit, ne infirmitatẽ obliuiſcatur, ne putet ſe æqualem Deo, & ne ſuperbiat.
c Et cum cœpiſſet &c. Paululũ relinquitur tentationi, vt augeat fides, vt enim credidit ſe eius imperio poſſe fluctibus ſuſtentari, ſic dum mergitur, poſſe eius virtute
B ſaluari.
d Ceſſauit ventus. In quocumque Deus per gratiam adeſt, mox vniuerſa bella quieſcunt. († Mar.6.g.)
e Et adorauerũt, &c. Viſo ſigno filium Dei confitentur, cur ergo Arrius creaturam eſſe prædicat? († quotquot.)
C

Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper† aquam
(† Perſequutionem vehementem.)
a b vt veniret ad Ieſum. Videns vero ventum validum timuit. 1
Et cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens, Domine ſaluum
(a Impendens auxilium, quia non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis. Sic nullus prædeſtinatus perit.)
c me fac. Et continuo Ieſus extendens manum apprehendit
(Quia vel parum timuit. a Ardebat fides ſed humana infirmitas in profundum trahit, in hoc ei oſtenditur, quod non dominio æqualis ſit.) 2
eum, & ait illi. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Et cum aſcen- 3
(Nautæ & vectores.)
diſſet in nauiculam, ceſſauit ventus. qui autem in nauicula 4
d erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes. Vere filius 5
(a Ita nominatam a vicinia loci. Geneſar generans auram ex criſpantibus undis.)
e Dei es. Et cum tranſfretaſſent venerunt in terram Geneſar. 6
(a Alij rumore alij quoque facie.)
f † Et cum cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vni-
(a Magna fides, quod non contenti ſalute ſuorum ſed aliorum quærebant.)
uerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habẽtes, & rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tange-
g rent. Et † quicumque tetigerunt, ſalui facti ſunt. 7 8

g Fimbriam ve. &c. Ideſt, minimum mandatum, vel caro qua ad verbum Dei venimus, quẽ qui credendo tangit, ab omni morbo impietatis ſanatur. († aqu)
✻ Chryſoſt. Nos autem non ſolum fimbriam aut veſtimentum Chriſti habemus, ſed etiam corpus eius vt comedamus. Si ergo qui fimbriã veſtimenti eius tetigerunt, tantam acceperunt virtutem, multo magis qui totum ipſum ſumment. (Hom. Matt. E)
Vt ex veſte fimbria, ita ex ipſo virtus ſpiritus ſancti quæ apoſtolis data, ſalutem his qui tangunt, miniſtrat.

In

NICOLAVS DE LYRA.

1 Videns vero ventum validum timuit. Permiſſus eſt autem Petrus ex timore ſubmergi, vt cognoſceret propriam fragilitatem, ſicut ex ſua ſaluatione cognouit Chriſti diuinitatem. Sequitur.
2 Mod. c. fi. In hoc n. apparuit paruitas, fidei in Petro, quia ex quo ad præceptum Dei ſuper aquas liquidas ambulauerat, de vento contrario timere non debebat.
3 Et cum aſcen. In hoc oſtendit ſe Chriſtus dominũ aeris, ſicut in deambulatione ſuper aquas oſtenderat ſe dominum maris.
4 Qui autem, & c. ado. Adoratione, ſcilicet, latriç quç ſoli Deo debetur.
5 Dicentes Vere filius Dei es. Dicitur vere, id eſt, non metaphorice, nec per adoptionẽ, ſicut ſancti, ſed proprie & eiuſdẽ naturæ.
6 Et cum transfre. Hic ponitur quartũ miraculum de curatione infirmitatũ ad tactũ ſuæ veſtis. Homines.n.terræ Geraſenorum prius cognouerãt eũ miracula facientẽ & dęmones eiicientem, vt habetur, ſup. 8.c. & ideo videntes eum cognouerũt, & adduxerũt ad eũ oẽs infirmos illius regionis, ſcientes, quod poterat eos curare & quia non poterant præ multitudine eum tangere. Ideo.
7 Rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Portabat enim Chriſtus veſtimẽtum factum ad modum Iudęorũ, quibus erat præceptum, vt in angulis palliorum fimbrias inſererẽt, vt ſup. habitum eſt. 9.c. Et illa erat pars veſtimenti, quæ poterat facilius tangi. ſequitur.
8 Et quicumque tetigerunt ſalui facti ſunt. i. corpore & mẽte, quia illos quos Chriſtus ſanabat corpore ſanabat & mẽte, ſecundum quod dicitur Io. 7. c. Totum hominem ſaluum fecit in ſabbato.

MORALITER.

4 Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum. Quilibet enim recipiens beneficiũ, oſtendere ſe debet eſſe gratum.
6 Et cum transfretaſſent. Per hoc, quod curauit oẽs male habentes illius regionis, ſignatur quod prędicator euangelii dẽt curare languidos ſpiritualiter medicina prædicationis & ſanctę operationis: Vnde dicitur hic, quod tangentes fimbriam veſtimẽti Chriſti fuerunt ſanati. Tangere vero fimbriã veſtimenti prędicatoris eſt imitari veſtigia ſuæ perfectionis.

## CAP. XV.

a Tunc acceſſerũt. Hoĩes Geneſar minus docti credunt, ſed qui ſapientes videntur ad pugnam veniunt. († Mar.7.b.)
✻ Chryſ. Euãgeliſta tẽpus deſignat, vt oſtendat ineffabilẽ illorum nequitiam nulli credentem. Tunc enim venerunt quando plurima ſigna operatus eſt, quando infirmos ex tactu fimbriæ curauerat. (hom. 52. in Matth.)
* Remig. Duabus de cauſis rephẽdunt. Et quia a Ieroſolymis venerant.i.a loco ſancto. Et quia ſeniores populi & legis doctores erant, & non ad diſcendum, ſed ad reprehendendum venerant.

## CAP. XV.

a Tunc acceſſerũt ad eum † ab Ieroſolymis Scribæ & 1
(a Mira ſtultitia: filius Dei traditionibus hominum non eſt ſubiectus.)
Phariſęi, dicẽtes. † Quare diſcipuli tui trãſgrediunt († qu)

Non

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

1 Tunc acceſſerũt ad eum, &c. Superius poſita eſt publicatio legis euãgelicę inter Iudęos. Hic ponit eius pmulgatio tio q̃tũ ad gẽtiles. Et diuidit in duas partes, quia primo oñditur eccleſia gẽtiũ legitime fundata, Et ſecũdo Synagoga Iudęorũ iuſte reprobata vigeſimo capitu. Item prima in duas, quia

MORALITER.

1 Tunc acceſſerunt. Per ſcribas & Phariſęos multũ ſollicitos de munditia exteriori & modicũ de interiori, ſignificantur hypocritę falſi, arguentes frequẽter alios de modicis, cũ tamen ſint infecti grauibus peccatis. Propter quod eis dicitur ſupra ſeptimo. a. Quomodo dicis fratri tuo, frater, ſine vt eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo, &c.

Quare

A a *Non enim lauant.* Intus nihil arguũt, qui intus liuore polluti ſunt. In vanũ quidem ſua baptiſmata ſeruant, qui ſuorum cordium & corporum ſordes abluere negligunt.

b *Quare & vos.* Si vos mandata Dei contemnitis pp traditiones hominum, quare arguitis diſcipulos, qui mandata hominum dimittunt, vt ſcita Dei cuſtodiant?

* Chryſ. Chriſtus non excuſauit, ſed re accuſauit, demonſtrãs quoniam eum qui magna peccat, pro paruis peccatis aliorũ ſollicitum eſſe non oportet. Non dicit autẽ quod bene faciunt tranſgredientes, vt non det eis occaſionem calumniæ, neque tamen vituperat quod ab Apoſtolis factum eſt, ne approbet eorum traditiones. Neque rurſus accuſat ſeniores, quia tanquam iniuriam repuliſſent.

B

¶Non Dei.
a traditiones ſeniorum? Non.n. lauãt manus ſuas, cum pa-
b nẽ manducant. Ipſe aũt reſpondens, ait illis. quare & vos 1
tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem ve- 2
¶Imbecillitati conſulens. ã Dando neceſſaria.
c ſtram? Nam Deus dixit. † Honora patrem & matrem. Et 3 4
ã Debitis obſequiis parentes indignos iudicauerit. ¶Aeterna.
d qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos au- 5
e tem dicitis. Quicumque dixerit patri vel matri, † munus 6 7
¶Deo deuotum.
f quodcũque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit 8
¶Ita.
patrem ſuũ aut matrem ſuã, & irritum feciſtis mãdatum 9 10

† Exo.20.b. Deut.5.b. Eccl.3.b.

† quidquid donis a me profectum erat.

c *Honora patrem.* Hieron. Honor in ſcripturis, non tantum in ſalutationib. & officijs deferendis, quãtum in eleemoſynis ac munerum oblatione ſentitur. Præceperat ergo Dominus, vel imbecillitates, vel ætates vel penurias parentum commemorans, vt filij honorarẽt etiam in vitę neceſſarijs miniſtrandis parentes ſuos.

C d *Vos au. dici.* Veſtra autẽ traditio contraria eſt. Hoc filios dicere parentibus compellitis, quod Deo oblaturus eram in tuos conſumo cibos, tibique prodeſt o pater, vt tu non cõſecrata comedere. Vel quod Deo offero, tibi ipſi prodeſt. D

Impietatẽ ſub nomine pietatis inducunt, qui docẽt quod oblatio domini, q. verus eſt pater, obſequijs parentum preferatur, & hoc pro lucris ſuis, vnde & patres ne ſacrilegii crimen incurrant Deo conſecrata deuitant, & egeſtate conficiuntur.

E e *Quicumque dixerit.* Scilicet, vita æterna dignus erit. Vel *dixerit.* i. dicere proderit.

f *Proderit.* Quaſi dicat, Non, imo ſacrilegus eſſes, ſi acciperes, quia Deo deuoui, *Vel, tibi proderit.* Si Deo dedero.

* Aug. Vel aliter, munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit, ideſt, munus quod offers cauſa mei, ad te iam pertinebit. Quibus verbis ſignificant filij, iam ſibi non neceſſe eſſe parentum pro filijs oblationem, quod ad eam ætatem peruenirent, vt poſſent iam ipſi offerre pro ſe. In hac ergo ætate conſtitutos, vt poſſent parentibus ſuis hoc dicere, cum hoc dixiſſent, negabant Phariſæi reos eſſe ſi parentibus nõ præſtarent honorem. F

Lib. de quæſt. euang ca.15

*Bene*

## NICOLAVS DE LYRA.

quia primo fundatur eccleſia gentium in fide. Secundo, in moribus decimooctauo capitulo. Prima in duas quia primo reprobatur ſuperſtitio Iudaica in lege. Secundo declaratur in fide veritas euangelica, ſe. capit. Et tertio, confirmatur vtrumque duplici teſte in Chriſti transfiguratione. 17 cap. Præſens capitulum diuiditur in tres partes, quia primo recedit a Iudæis confutato prius errore eorum. Secundo, tranſit ad gentiles, cõmendato in eis, fidei amore, ibi. Egreſſus inde. Tertio reuertif ad Iudeos collato eis ampliori munere, ibi. Et cũ tráſiſſet. Hoc aũt factũ eſt, vt per Chriſti facta oñderet nobis quid futurũ eſſet in eccleſia, quia in aduẽtu Chriſti Iudęi pro maiori parte ſunt excęcati, & gẽtiũ populi illuminati, ſed iterũ Chriſtus in fine reuertef ad Iudęos, qñ conuertenf in fine mũdi. Prima in tres quia primo Chriſtus arguit Iudęos de falſa legis expoſitione. Secũdo, de apparẽti ſanctitate ibi. Hypocritę. Tertio, de vana ſuperſtitione, ibi. Audite & intelligite. Prima in duas, qa primo ponif Iudęorũ maligna interrogatio ad Chri deprehẽſionẽ. Secundo ponif eius rñſio vera ad eorũ cõfutationẽ, ibi. Ipſe aũt rñdẽs. Ad euidentiã primæ partis aduertẽdũ, q a tẽpore Moyſi de voluntate Dei cõſtituti ſũt 70. ſenes, ætate & moribus maturi, & ſciẽtia pditi ad regimen ipſius populi, & Moyſes erat ſup eos, ita qđ in vniuerſo erãt 71. vt habetur Nu. 11. Et ex illo tẽpore ſtatutũ eſt, quod tot eſſent ad regimẽ populi ordinati, & iſti dicebanf iudices ordinarij, quia per impoſitionẽ manus inſtituebanf, vt hř in gloſſis Hebraicis in multis locis, & iſti reſidebant in Ieruſalẽ, & ad eos fiebat recurſus de ciuitatib. in ambiguis & difficilib. & eorũ determinatio hẽbatur pro lege firma, quã non licebat tranſgredi, vt hř Deut. 28 Iſti ẽt ſtatuebant aliqua quæ pertinebãt ad regimen populi, & in ſtatutis eorũ erant aliqua quæ cadebãt ſub præcepto tanquã neceſſitatis, & aliqua ſub monitione tanquã cuiuſdã decẽtię & honeſtatis. De talib. aũt erat iſtud ſtatutũ q hic tangitur, videlicet quod accedentes ad menſam prius lauarent manus ſuas, veruntamen Phariſęi & ſcribæ intellectũ huius mandati volebant trahere ad quãdã falſitatẽ, videlicet q per hoc acquireretur quędã mundities ſpiritualis. Mouebanf aũt ad hoc, quia in lege aliquę immunditię per corporales oblationes dicebanf emẽdari. Et qa diſcipuli Chriſti aliqua q̃ non erãt neceſſaria, ſed magis cuiuſdã ſuperſtitionis inquãtum intellectus ſic trahebaf, non obſeruabant, quia Chriſtũ in diſcipulis ſuis arguebant tanquã contẽptorẽ doctrinæ ſeniorum, vt ſic redderent eum populo odioſum.

1 *Ipſe autem.* Hic ponitur Chriſti reſponſio vera ad ipſorũ confutationem, dicens.

2 *Quare & vos.* Non reſpondet dicendo, quod lotio manuũ quę fiebat ad honeſtatem eſſet mala, vel quod apoſtoli ipſam omittendo bene facerent, vt facit ad honeſtatem, licet bene facerent omittendo propter ſuperſtitionem, ſed quaſi clauum clauo retundendo dicit eos deficere, quia faciebant tranſgredi mandatũ domini propter mandatum hominum. Quod probat dicens.

3 *Nam Deus di.* Exo. 20.

4 *Honora pa. & ma.* Honor iſte non ſolummodo intelligif reuerentia, ſed & adminiſtratio neceſſariorũ, hãc aũt excludebat per ſuã doctrinã falſam, quia ſacerdotes qui erãt cupidi vt bona quæ eſſent adminiſtranda parentib. cõuerterentur in lucra eorũ dicebãt, q melius erat illa Deo offerre. Tũ quia eſt pater principalis & ſpiritualis. Tum quia licet per talẽ oblationẽ parentes ſuſtinerẽt detrimentũ corporale, cõſequebantur tamen bonũ ſpirituale inquantũ illud quod erat in eorũ neceſſitatẽ conuertendum, Deo offerebatur, & ex hoc ſequebatur qđ pręceptũ de honore parentũ inquantũ intelligitur in hoc adminiſtratio neceſſariorũ, euacuabaf per talẽ expoſitionẽ falſam. Et hoc eſt qđ dicit Saluator.

5 *Vos autem dicitis.* Falſo, ſcilicet, exponendo mandatum Dei.

6 *Quicumque dixerit patri, &c. quod eſt ex me.* Deo conſecratum ſcilicet, & oblatum.

7 *Tibi prode.* Magis ſupple quam ſi expenderes in neceſſitates tuas, & eſt conſtructio defectiua. & eſt ſenſus. *Quicumque dixe.* i. licite & bene põt dicere qđ dictũ eſt. Et impleuit præceptũ diuinum, & eſt dignus vita æterna, quod eſt falſum, quia ſecundum veritatem eſt tranſgreſſor præcepti. Et hoc eſt quod ſubditur.

8 *Et non honorifica. &c.* Illud quod erat ſibi debitum ſubtrahendo.

9 *Et irritum feci.* Vos ſacerdotes & Phariſæi.

10 *Mandatum Dei.* Ad maiorẽ intellectũ conſiderandum quod pater per ſe tenetur prouidere filiis, quia eſt cauſa eorũ quantũ ad eſſe, & ideo debet eis nutrimentũ & documentũ, filius autem tenetur prouidere parentibus de neceſſariis per accidens, ſ. ſi indigeant, & ipſe ſit potens, & ideo ſi pater iã neceſſitatẽ incurrerit, bona de quib. filius põt ſibi adminiſtrare, iã ſunt ſibi debita. De alieno autẽ nullus poteſt Deo ſacrificiũ facere, & ideo talia Deo offerre non eſt licitum, quia hoc eſt tranſgredi præceptum de hono-

## MORALITER.

2 *Quare & vos.* Simile fit hodie, & in multis locis in quibus maior ſolicitudo habetur circa cuſtodiam mandatorum hominum, quam circa cuſtodiam diuinorum præceptorum, quia grauius ſatis punitur trãſgrediens mandatum principis vel prelati (quod tamen frequenter non eſt malum niſi quia prohibitũ) quam tranſgrediens Dei mandatum, quod de ſe ſemper eſt illicitum.

a *Bene prophetauit*, ꝓuidit Iſaias. In ſpiritu ſimulationem Iu-
A dæorum, quod in dolo repugnarent euangelio.

Iſaiat.29.d. Mar.12.b. b *Labijs me honorat.* Magiſter. Scimus quia verax es. |Vel ex-
teriorem munditiam commendando. interior, & quæ vera
eſt, in eis non eſt.

c *Non quod intrat.*
Nihil eſt extra hominem quod interius inquinet, nec idolothytum in hoc quod Dei creatura eſt, Vno ſermone omnis ſuperſtitio obſeruationum eliditur, cum in diſcernendis cibis religio putetur.

† Iſa.29.d. † Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & cor eo rū & cætera.

B

hom.52.in Matth. ✻ Chryſoſtomus. Non autem dixit nihil eſt obſeruatio eſcatum, neq; quod Moyſes male munxerat, ſed per modum admonitionis, & conſilij, a rerum ipſarum natura teſtimonium accipiens, ait, *Non quod intrat &c.*

†11.q.3.c.inter verba. De ren.c.niſi ſe erogauit. De voto.c.magne

a De ſuſtentandis parentibus. ¶Quæ veſtræ ſeruit auaritiæ, b Simulatores. c Quia bene conueniunt moribus eorum.

a Dei propter traditionem veſtrã. Hypocrita, bene propheta- 1

¶In perſona domini.

b uit de vobis Iſaias dicens: † Populus hic labiis me honorat, †

¶Idem. a Non habituri mercedem cum veris cultoribus. 2

† cor autem eorum longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt 3

¶Contemptis diuinis. 4

me: docentes doctrinas & mandata hominum, Et conuoca- 5

a Quæ in Dei mandatis fiebant. 6

c tis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite: Non quod in- 7 8

¶Aug. Non timeo immunditiam obſonii, ſed cupiditatis. a Verba malitiam cordis exprimentia. 9

trat in os, coinquinat hominem, ſed quod ꝓcedit ex ore, hoc 10

d coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius, di- 11 12

a Quorum religio eſt in cibis.

e xerunt ei: Scis quia phariſæi, audito verbo hoc ſcandalizati 13

* Hieronymus. Opponat autem prudens lector & di- D
cat, Si quod intrat in os non coinquinat hominẽ, quare idolothytis non veſcimur? Sciendum igitur quod ipſi quidem cibi & omnis Dei creatura per ſe munda ſit, ſed idolorũ & dæmoniorum inuocatio ea facit immunda, apud eos ſcilicet qui cũ conſcientia idoli idolothytum manducant, & conſcientia eorum cum ſit infirma polluitur.

d *Tunc accedentes.* Phariſæorũ magna eſt religio in cibis, qui audito verbo hoc ſcãdalizati sũt ideſt indignati ſunt. E

e *Scandalizati ſunt.* Scandalon vel ſcandalum Græce nos offendiculũ vel ruinam, vel impactionẽ pedis poſſumus dicere. Vnde: Qui ſcandalizauerit aliquem. Id eſt, occaſionem ruinæ dederit.

F

*Omnis*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

honore parẽtũ. Secus aũt eſſet ſi filius bona ſua deo vouiſſet vel cõſecraſſet antequã parẽtes eſſent in neceſſitate politi. quia tũc nõ eſſet licitũ de eis prouidere parẽtib. quia ſi eſſet deo votũ factũ de aliquo immolatitio nõ poſſet immutari. Si autem de aliquo nõ immolatitio nõ poterat mutari, niſi per redemptionẽ. Ex dictis patet falſitas illius opinionis, q̃ dicit ꝙ filius poſt profeſſionem factã in religione tenetur exire clauſtrum ꝑꝑ neceſſitatem parentum etiam contra voluntatẽ ſui ſuperioris, quia per talem profeſſionẽ eſt deo iam conſecratus, & ideo propter neceſſitatem parentũ non dẽt contra votũ tale facere. Hoc ẽt patet alia rõne, quia filius cũ venerit ad ætatẽ adultam, ſicut põt inuitis parentib. licite matrimoniũ cõtrahere, vel ad ſacerdotium promoueri, ita ẽt religionẽ ingredi ceſſante tunc neceſſitate parentum, ſed per ſacerdotiũ excuſatur de hoc ꝙ, non tenetur ſubuenire patri per vſum armorũ ſi ab hoſtib. inuadatur, quia iã nõ eſt ſibi licitũ pugnare corporaliter. Similiter per matrimoniũ excuſatur, quod nõ tenetur manere cũ patre, qa eſt obligatus vxori. Ergo multo fortius ꝑ profeſſionẽ factã in religione excuſatur a ſubueniẽdo parentib. niſi ſecũdũ modũ cõueniẽtẽ ſuę regulæ. Et per conſequẽs non dẽt ꝑꝑ hoc contra votum obedientiæ facere, imo eſſet inobediens hoc faciendo. Per hoc patet ſolutio cuiuſdã rõnis q̃ ſolet ad oppoſitum induci, quę talis eſt, Votũ factũ de his quæ ſunt ſuper erogationis nõ ꝑiudicat illis q̃ ſunt de neceſſitate præcepti, cũ ꝑceptum implere ſit neceſſitatis, vouere autẽ talia, non ſed votũ religionis eſt de his q̃ ſunt ſupererogationis, ſubuenire aũt parentib. in neceſſitate, eſt de neceſſitate ꝑcepti, ergo ꝑ votũ religionis per profeſſionẽ ſolennizatum non abſoluitur aliquis, quin teneatur adminiſtrare parẽtib. ſicut ante, ergo per cõſequẽs tenetur exire clauſtrũ ꝑꝑ neceſſitatem parentum ẽt contra volũtatem ſuperiorũ. Dicendum ꝙ ꝑ profeſſionem non abſoluitur à pręcepto, bene tamen abſoluitur ab aliquo modo implendi præceptũ, quia ꝑceptũ de honore parentũ eſt affirmatiuum, & ideo non obligat ad ſemper, ſed pro loco & tẽpore & alijs debitis circũſtãtijs, q̃ aliquando variantur ſecũdũ conditionẽ ipſius implẽtis pręceptũ, quia aliquis modus ſubueniẽdi patri efficit incõueniẽs & illicitus ipſi filio ꝑ aſſumptionẽ alicuius ſtatus liciti, imo ẽt perfecti, ſicut ſubuenire patri ꝑ defenſionẽ armorũ efficitur illicitũ ꝑ ſacerdotij ſtatũ, tenetur tñ ei ſubuenire alijs modis ſuo ſtatui cõuenientibus. Ita eodẽ mõ poſt votũ obediẽtię ſubuenire patri contra volũtatẽ ſuperioris efficitur illicitũ ipſi religioſo, tenetur tamen ei ſubuenire modis conuenientibus profeſſioni ſuæ.

An liceat filio exire religionem vt patri ſubueniat.

1 *Hypocritæ.* Hic redarguit Saluator Iudæos de falſa ſanctitatis ſimulatione, qa ad hoc ꝙ eſſent in reuerentia populi oñdebant ſanctitatẽ in verbis & in exteriori cõuerſatione, cũ tñ corrupti eſſent intentione, ſicut fuerat prophetatũ per Iſa.29. licet ſub aliis verbis ponatur quam hic. Sententia tamen eſt eadẽ. Sequit.

*Sine*

2 *Sine cauſa autem.* Ideſt fruſtra.

3 *Colunt me.* Sicut enim medicina dicitur ſine cauſa vel fruſtra propinari quæ non confert ſanitatem, ſic cultus diuinus, qui non ducit ad veram fęlicitatem. Sequitur.

4 *Docentes doctrinas.* quia propter ſuam auaritiam docebãt trãſgredi mandatum dei propter traditionem ſuam, vt viſum eſt in falſa expoſitione præcepti de honore parentum, & hoc ẽt faciebant propter ſuam ſuperbiam, vt propter doctrinæ auctoritatem populus deferret eis maiorem reuerentiam.

5 *Conuocatis ad ſe turbis.* Reuocando eos a falſa doctrina eorũ.

6 *Audite, & intel.* Hic ſaluator arguit Iudæos de vana ſuperſtitione. Et diuiditur in duas partes, & primo facit quod dictũ eſt in generali. Secũdo magis explicat, intentionẽ ſuã in particulari. ibi. Reſpõdens aũt Petrus Prima in duas, quia primo in generali ponit ſuũ documentũ. Secũdo ex hoc ſubiũgit Phariſęorũ ſcandalũ, ibi. Tũc accedẽtes. Circa primũ aduertendũ, qđ ſicut dictũ eſt, Lotio manuũ ante comeſtionẽ vel cibariorũ appoſitionẽ faciebat ad quandã honeſtatẽ & mundiciã corporalẽ, & in hoc erat bonũ ſed ſi omitteretur dicere quod ex hoc incurreret immunditia ſpiritualis, hoc eſt falſum & ſuperſtitioſum, quia immunditia ſpiritualis prouenit, ab interiori delectatione & conſenſu mẽtis non ab ipſis rebus corporalibus. Et hoc eſt quod dicitur.

7 *Dixit eis. Audite.* aure corporis.

8 *Et intelligite.* aure mentis.

9 *Non quod intrat in os.* Ideſt cibus coporalis.

10 *Coinquinat.* Hominem, ſpiritualiter ſcilicet, niſi inquantum per delectationem male afficitur ad cibum.

11 *Sed quod.* .i. verba quæ ſunt malitiæ interioris ſignificatiua.

12 *Hoc coin. ho.* Conſiderandum, quod Chriſtus non dicit hic contra legem. licet.n. aliqui cibi in lege reputarentur immundi vt caro porcina & huiuſmodi, hoc tñ non erat ſecundum eorum naturã, quia oĩs creatura dei bona eſt. 1. ad Timo. 4. vñ Gene. 1. a. d. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Dicitur tñ, porcus ĩmundus, & agnus mundus vt dicit Aug. cõtra Fauſtum, quia per animalia immunda ſecũdũ legẽ ſignãtur quædam vitia quæ ſunt euitanda, & ideo quia lex euãgelica quæ ſpiritualis eſt inchoata erat per Chriſtum, ideo & illa obſeruatio figuralis ciborum non erat amplius obſeruanda.

13 *Tunc aſcendentes diſci. eius.* Hic ex doctrina Chriſti ponitur Phariſęorũ ſcandalizatio, quia per doctrinã Chriſti videbant eorũ ſimulationẽ & doctrinam reprobatam, & ideo non poterant reſiſtere per rationẽ vel ſcripturam, ideo ex inuidia mouebãtur cõtra Chriſtũ ad mouendũ ſeditionẽ, Et quia veritas vitæ iuſtitiæ & doctrinæ non eſt dimittenda propter ſcandalũ aliorũ, quia tale ſcandalũ procedit ex malitia ipſius ſcãdalizati Vñ dicit beatus Grego. Si de veritate ſcandalum oritur, rectius oriri permittitur, quam quod veritas relinquatur. Ideo ſequitur.

*Omnis*

## MORALITER.

† *Populus hic.* Hoc poteſt dici de doctoribus & prædicatoribus qui docent bene & viuunt male. Cætera ſunt ita moralia, quod non indigent alia moralitate vſque ibi.

*Et*

Doctores enm ſequentibus ſuis,qui non habent fundamentum Chriſtum.
cor figentes in terrenis. Carnalis cupiditas cui conſulunt.

a ſunt. At ille reſpondens ait Omnis plantatio,quam non plã-
a De terra viuentium. b Traditionibus tenebroſis luce mandatorum Dei priuati.
b tauit pater meus cęleſtis,eradicabitur. Sinite illos cæci ſunt
a Quia non ſolum ſibi non proſpiciunt,ſed etiam alior in præcipitium trahunt.
& duces cæcorum † Cæcus autem ſi cœco ducatum præſtet,
Ad prædicta.
ambo in foueam cadunt. Reſpondens autem Petrus,dixit ei,
Quaſi myſtica ſit in hoc intelligentia. Increpatiue. Putatis myſticum quod eſt proprie dictum.
c Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. † Adhuc & vos
ſine intellectu eſtis. † Non intelligitis, quia omne quod in os
Poſt digeſtiones.
intrat in ventrem vadit,& in ſeceſſum emittitur. Quæ autem
Vt verba turpia & nociua. De cordis immundicia. a Inquinatum cogitatione magis inquinant ſordida loquutione.
procedunt de ore, de corde exeunt,& ea coinquinant homi-
d nem. De corde enim exeunt cogitationes malæ,homicidia,
adulteria,fornicationes,furta,falſa teſtimonia, † & blaſphe-
Intus latentia. Exteriora autem.
e miæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem
f manibus manducare non coinquinat hominem. Et egreſſus
Duæ fuerunt ciuitates gentilium.
g inde Ieſus receſsit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier
a Eccleſia de gentibus. b A priſtina conuerſatione. c Per fidem vnde nouit clamare filium Dauid.
h Chananæa a finibus illis egreſſa clamauit, dicẽs ei; Miſerere
Vt probaret patientiam & longanimitatem.
i mei, dñe fili Dauid, filia mea male a dæmonio vexat̃. Qui nõ

A a *Omnis plantatio.* * Hilarius. Docet traditionem hominum eradicandam,cuius fauore, legis præcepta tranſgreſſi ſunt.

* Remigius. Omnis etiam falſa doctrina & ſuperſtitioſa obſeruatio cum ſuis auctoribus permanere nõ põt, & quia a Deo patre non eſt, cum eiſdem eradicabitur.

* Origenes. Sunt quædam intrinſecus in animabus veſtris inſita,quæ non plantauit cœleſtis pater. Omnes quippe cogitationes peſſimæ, homicidia adulteria, fornicationes, furta blaſphemiæ, plantationes ſunt, quas nõ plantauit cęleſtis pater, sed inimicus hõ ſuperſeminauit ea.

b *Sinite.* permittite ſuo arbitrio, quia irreuocabiles,ſunt. vnde Paulus, Hæreticũ hominem poſt primam & ſecundam correctionẽ deuita. B

c *Ediſſere.* quod aperte eſt dictum putant apoſtoli per parabolam dictum. Vitioſus eſt auditor, qui vel obſcura manifeſte vel manifeſte dicta obſcure vult intelligere.

d *De corde &c.* Non enim a diabolo immittũtur, ſed ex propria voluntate naſcuntur, Diabolus enim incentor eſt non auctor,quia nec interiora,niſi per habitus & geſtus nouit.

e *Non lotis Spiritualia* dicta prophetarũ, de cordis & corporis caſtigatione,vt hęc: Lauamini mundi eſtote. Phariſęi carnaliter de ſolo corpore accipiebant, quod vanum eſt fieri.

f *Et egreſſus inde Ie.* Relictis calumniatorib⁹ intrat fines Tyri & Sidonis,vt filiam liberaret, & per fidem gentilis fœminę perfidiam ſcribarũ argueret. Relictis calumniatoribus ſignificat quod poſt reſurrectionem relicturus eſſet perfidiam Iudæorum

Iudęorum,per prędicationem iturus ad gentes. D

* Chryſoſtomus. Si quis quærat, cum diſcipulis ſuis dixerit, in viam gentium ne abieritis, qualiter Chriſtus hanc ambulat viã. Primum non erat obnoxius præcepto quod diſcipulis dederat. Secũdo qa neq; vt prędicaturus abiit vñ & Marcus dicit. *Quia occultauit ſeipſum.* Hom.53.in Matth.

1 g *Et ecce mulier.* Idẽ Mar.7.c.
2 Marcus dicit, niſi
3 quod ait: Ieſum fuiſ-
4 ſe in domo cum mu
5 lier venit, Matthæus
per iſta verba: Di-
6 mitte eam, quia cla-
mat poſt nos, innuit
quod poſt ambulan-
7 tem Ieſum preces e-
8 miſit. Venit ergo †Mar.7.c.
9 mulier in domum
10 vbi erat Ieſus, ſed
11 quia Matthæus ait:
12 Nõ reſpondit ei ver-
bũ,dedit intelligere
quia ambo tacuerũt,
13 & in ſilentio egreſſũ
14 eſſe Ieſum,& ita cęte † conuitia.
15 ra contexuntur quæ E
16 in nullo diſcordant.
17 h *Clamauit.dic. &c.*
18 per fidem clamat, vn
19 de nouit vocare filiũ
Dauid, Chriſti incar
20 nationem confitens
Rogat pro filia, id-
21 eſt pro populo ſuo
22 nondum credente,
23 vt ipſa fraude diaboli abſoluatur. Vel, filia,eſt anima vel conſcientia cuiuslibet intra eccleſiã diabolo mancipata, pro qua mater eccleſia rogat, vel ipſe homo pro fœdata conſcientia.

* Chryſoſtomus. Non perrexit ad diuinos,non vocauit Magos,non alligaturas quæſiuit, non impoſtatrices mulieres adduxit,quæ ſolent dæmones prouocare, & incantationibus ſuis vulnus augere,reliquit illa omnia, & venit ad ſalutarem animarum portum. Hom.17. ex varia in matth.

i *Qui non re.* Non de ſuperbia, ſed ne ſit contrarius ſententiæ ſuæ, *In viam gentium ne abieritis.* Vnde vitat calumniam supra 10.a. F

Iudæorum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis plantatio. *Ideſt doctrina ab homine inuenta quæ non eſt legi ipſius dei conſona.*

2 Eradicabi. *Quia non habet firmum fundamentum & radicem.*

3 Sinite il. *Ideſt doctrinam eorum euitate.*

4 Cæci ſunt. *Ideſt, carentes vero intellectu legis.*

5 Et duces cęco. *Quia alios excæcant ſuo errore, & ducunt eos ad præcipitium.*

6 Reſpondens au. Pe. *Hic aperitur prædictæ doctrinæ Chriſti intellectus magis in ſpeciali, quia Petrus pro ſe & pro alijs quæſiuit intellectum dicens.*

7 Ediſſe. nobis. *Ideſt, expone.*

8 Parabolam iſtam. *Ideſt, ſententiam occultam.*

9 At ille dixit. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis. *quaſi dicat, tã diu audiſtis doctrinam meam, quod ſtatim deberetis intelligere ea quæ dicta ſunt. Vnde ſequitur.*

10 Non intelligitis quia omne. *Iſtud eſt verum per ſynecdochen quia aliqua pars de omni quod intrat in os.*

11 In ſeceſſum emittitur. *quia in omni cibo quantuncumque puro eſt aliquid impuritatis, & a natura expellitur tanquã ſuperfluum, & aliquid retinetur tanquã ad nutritionem neceſſarium. Et neutrum iſtorum coinquinat hominem ſpiritualiter loquendo.*

12 Quæ autem procedunt de ore. *Vt verba.*

13 De corde exeunt. *quia ſunt conceptus mentis ſignificatiua.*

14 Et ea coinquinant hominem. *quando ſunt malæ cogitationis ſignificatiua. Et hoc eſt quod ſequitur.*

De

15 De corde enim exeunt cogitationes ma. *Et per conſequens.*

16 Homicidia. *Ideſt, conſilia & colloquia ad perpetrandum huiuſmodi vitia, quæ hic tanguntur, & conſimilia.*

17 Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. *Spiritualiter.*

18 Non lotis autem manibus manducare. *immũditia ſpirituali.*

19 Et egreſſus inde Ieſus receſſit in partes Tyri & Sidonis, *Reprobato errore Phariſæorum, hic Chriſtus tranſit ad Gentiles, vt ex deuotione Gentilium oſtendatur iuſta reprobatio Iudæorum. Et hoc eſt quod dicitur.* Et egreſſus inde Ieſus receſſit in partes Tyri & Sidonis. *Tyrus & Sidon ſunt quædam ciuitates ſitæ in terra promiſſionis prope montem Libani, quia filii Iſrael non potuerunt totaliter expellere Gentiles de terra ſua.*

20 Et ecce mulier. *Natione ſcilicet, Chananæi enim habitauerunt in terra promiſſionis ante filios Iſrael, nec potuerunt per eos totaliter extirpari, vnde iſta mulier ab illis qui remanſerant deſcenderat, Iſta autem audiuerat miracula & famam Ieſu Chriſti, & ideo firmiter credebat, quod filiam ſuam ſanare poterat.*

21 A finibus. *quia Chriſtum ſequebatur in via ad impetrãdum ſuæ filiæ ſanationem. Marcus tamen dicit. 7. cap. quod venit ad Ieſum intra domum, & hoc eſt verum primo, ſed quia eam ibi non exaudiuit ſecuta eſt eum in itinere clamans.*

22 Miſerere mei domine fili Dauid. *Audierat enim Chriſti promiſſum Iudæis deſcendere de genere Dauid.*

23 Qui non reſpondit ei verbum. *Non propter indignationem, ſed vt ex perſeuerantia eius in prece oſtenderetur fides eius, & deuotio diſcipulis.*

Et

MORALITER.

19 *Et egreſſus inde Ieſus receſſit in partes Tyri & Sidonis.* Per mulierem Chananæam, cui dicitur a domino.

A Iudęorum, Gentium aūt ſalus, paſſionis & reſurrectionis tēpori ſeruatur. *Qui non reſpondit.* Myſticè. Si ad primā petitionem eccleſiæ dn̄s ſalutem animę differt dare, non eſt deſperandum, vel a petendo ceſſandū, ſed magis precibus inſiſtēdum, & ad Deum, & ad ſanctos donec orent pro eccleſia, & tunc perficietur oratio.

a Myſterij ignari, vel miſericordia moti, vel importunitate eius carere cupientes.
reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius, rogabant 1
a Quam tenes non exaudiendo.
eum, dicentes. Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ipſe autē 2
a Corporali miſſione.
a reſpondens, ait: † Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierūt 3
a Quæ a longe clamabat conſequuta eſt eum. ¶ Vt Deum. ¶ Supra filij Dauid. 4
domus Iſrael. At illa venit, & adorauit eum, dicens: † Do- 5
mine, adiuua me. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum 6
b ſumere panem filiorum, & mittere † canibus. At illa dixit: 7 8
¶ Verum eſt. ¶ Non mereor panem vel ſedere ad menſam, ſed contenta ſum reliquijs. 9
¶ Quas Iudæi vilipendebant.
c Etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis, quæ ca- 10
d a Iudæorum quibus ſcriptura primo loco appoſita eſt.
dunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ie- 11
e f ſus, & ait illi: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut 12
g vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Et cum tranſiſſet in- 13 14

a *Nō ſum miſſus.* Quaſi dicat, prius oportet me ſacramētum mei aduentus complere in Iudæis, & ſic adducere alias oues, & hoc de ſigno petitionē huius differendo.

† 1. q. 7. cap. teſtes.

b *Panem filiorū.* Verbum ſalutis, quod prius debetur Iudęis non eſt bonum dare canibus vel gentib. canina rabie latrantibus ſemper.

B

c *Etiam domine.* Sub perſona mulieris, mira fides eccleſiæ, & patientia, & humilitas prædicatur. Fides, quia credit poſſe ſanari filiām. Patientia, quia toties deſpecta in precib. perſtat. Humilitas, quia ſe non canibus, ſed catellis comparat.

✲ Hierony. Mira rerum conuerſio. Iſrael quondam filius, nos canes. Pro diuerſitate fidei, ordo nominū commutatur. De illis poſtea dicitˀ. *Circumdederunt me canes multi.* nos audiuimus cum muliere, *Fides tua te ſaluam fecit.*

d *Nā & catelli.* Mēſa eſt ſacra ſcriptura, micæ puerorū, ſunt interna myſteria quibus humiles reficiūtur ſub menſa, quia ſcripturæ humiliter ſubditi, catelli gentes humiles. Paruuli edunt non panes, non cruſtas, ideſt, non literæ ſuperficiem ſed medullam.

Sup. 8. b.

C e *Magna eſt fides.* Sic ſuperius de Centurione: Non inueni tātam fidem in Iſrael, qui ſimiliter (vt hęc Chananæam) fidē gentium præſignabat. Magna eſt fides Gentium, quæ in auditu auris obediunt, & in Deo ſalutem ſibi ſuiſq; impetrat. Quod puerum Centurionis & filiam Chananeæ nō veniens ad eos ſanat, ſignificat gentes, ad quas non venit per pręſentiam ſaluandas per verbum ſuum.

D

✲ Chryſoſtomus. Propter hoc autem Chriſtus tardabat, præſciebat enim eā hoc dictură, nec occultari volebat tantam mulieris fidē & virtutē. *O mulier, &c.* ac ſi dicat, fides tua maiora his audire poteſt, verum interim fiat tibi ſicut vis. Hæc autem Chriſti vox ſimilis eſt illi voci quæ dixit. *fiat firmamentum, & factum eſt.* Vnde ſequitur, *& ſanata eſt.* Intende autem qualiter Apoſtolis non impetrantib. impetrat ipſa, tam magnum quid eſt inſtantia orationis. Etenim pro noſtris vult magis a nobis rogari, quam ab alijs pro nobis.

E

f *Et ſanata eſt.* Vbi datur exemplum catechizandi & baptizādi infantes, qui nec ſapere, nec facere aliquid poſſunt, ſed per fidem & confeſsionem parentum liberantur a diabolo.

✲ Auguſt. Quod puerum Centurionis & filiam Cananææ mulieris, non veniens ad domos eorum ſanat, ſignificat gentes ad quas non venit, ſaluas fore per verbum ſuum. Quod rogantibus filij ſanantur, intelligenda eſt perſona eccleſiæ quæ ſibi eſt & mater & filij. Nam ſimul omnes quib. conſtat eccleſia mater dicitur, ſinguli aūt idem ipſi filij appellantur.

g *Et cum tranſiſſet.* Cum in filia Chananitidis ſalutē gētium præſignaſſet, reuertitur in Iudæam, quia cū plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.

F

*In montem*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et accedentes diſcipu.* Moti enim erant ad hoc videntes eius fidem & deuotionem.

2 *Ipſe autem reſpondit.* Primo negatiue, tamen ſine improperio dicens.

Iudęorū Apoſtolus dicitur Chriſtus.

3 *Non ſum miſ.* Quia Chriſtus erat primo & principaliter miſſus Iudęis tanquā apoſtolus eorū. Et iō in propria pſona nō prædicauit niſi Iudęis, nec fecit miracula niſi in caſu ex aliqua ſpāli cauſa, vt. ſ. oſtēderet eccleſiā in fide gētiū eſſe fundandā, ſicut hr̄ hic & Ioan. 4, vbi Chriſtus prędicauit Samaritanis deuote cū recipientibus. Poſt mortē autē Chriſti fides prædicata eſt publice gentilibus, Et hoc eſt qđ dicit Apoſtolus Rom. 15. b. Dico autē Chriſtū Ieſum miniſtrum fuiſſe circūciſionis. ſ. apoſtolum Iudęorū pp veritatē Dei ad cōfirmandas promiſſiones patrū, quia antiquis patribus Iudæorū fuerat facta promiſſio de Chriſto, ſicut Abrahæ & Dauid, quia tn̄ Iudęi pro maiori parte fidē Chriſti repulerūt, & gētiles eā ſuſceperūt. iō Apoſtolꝰ ſubdit ibidē Rom. 15. c. gētes aūt ſup miſericordia honorare Deum, &c. Sequitur.

4 *At illa venit & ado.* Adoratione latriæ, dicens.

5 *Domine adiuua me.* Infirmitatem enim filiæ ſuæ reputabat ſuam, & per conſequens ſanationem.

6 *Qui reſpondens.* Negatiue, ſcilicet & cum improperio, ait.

7 *Non eſt bonum ſumere.* Ideſt, doctrinā & miracula promiſſa Iudæis tanquam ſpiritualibus filiis propter cultum vnius Dei.

8 *Et mittere canibus.* i. dare gentilibus, qui erant dediti cultui idolorum, ſicut canes circa cadauera animalium defunctorum.

*At illa*

9 *At illa dixit: Et iam, &c.* Ideſt, bonum eſt in caſu.

10 *Nam & catelli edunt.* Quaſi dicat, ſicut catelli aliqua modica vt pote micas cadētes de cibo cōceſſo filiis percipiūt, ita etiā gentiles debebāt, aliquid ſaltē modicū percipere de beneficijs Chr̄i. ex quo patet qđ nō eſt cōtrarietas in verbo Chriſti, cū dicit. *Non eſt bonum, &c.* Et verbū huius mulieris dicētis, imo bonū eſt, quia verbū Chriſti eſt intelligendū, q̄ non erat regulariter & vniuerſaliter bonū cū Chriſtus eſſet apoſtolus Iudæorū, vt dictū eſt, verbū autem huius mulieris intelligendū eſt in cauſa, pp. ſ. petentis deuotionem, & vt oſtenderet eccleſiæ gentium futuram fundationem.

11 *Tunc reſpondens Ieſus O mu. ma.* Quod patet ex verbo & facto ſuo, quia non fuit retardata a feruore petendi, Primo pp Chriſti taciturnitatē. Nec ſecūdo pp eius reſponſionē negatiuā. Nec tertio propter improperium adiunctum reſponſioni negatiuæ. Et ideo ſubdit.

12 *Fiat tibi ſicut vis.* Quaſi dicat, fides tua hoc meretur. Quod patet ex facto, cum ſubditur.

13 *Et ſanata eſt.* Patet etiam ex dictis, quod tarditas Chriſti ad exaudiendū eius petitionem non fuit ex ignorantia vel volūtate, ſed vt ex perſeuerantia mulieris oſtenderetur fides eius & deuotio dignior exauditione.

13 *Et cum tranſiſſet.* Hic tertio Chr̄s reuertiť ad Iudæos, collato eius ampliori munere, ſicut poſt conuerſionē gentiū reuerteť ad Iudæos p fidei illuminationē, & ideo facit eis plura miracula quā ante. Primo infirmos eorū curādo. Secūdo eos corporaliter ſatiando, ibi. Ieſus autem. Circa primum in quodam generali

im-

## MORALITER.

11 *O mulier magna, &c.* Poteſt rō ſuperior intelligi, quæ legibus æternis inſpiciendis & cōſulendis intendit ſecundum Aug. 12. de trinita, per filiam eius ratio inferior, per dæmonem autē ipſa ſenſualitas, quæ etiam per ſerpentem ſignificatur, vt dicit Aug. ibidē. Sic igitur filia mulieris Chananeę a dęmonio vexatur, quando per ſenſualitatem inferior ratio ad conſenſum peccati mortalis impellitur, cuius ſanatio per matrem. i. rationem ſuperiorem a domino petitur, nam ratio ſuperior ſemper ad optima deprecatur, & ſicut dominus diſtulit exaudire petitionem mulieris Chananeę, vt eius fides clarius appareret, ſic & dominꝰ aliquando dimittit impulſum rationis inferiores per ſenſualitatem diutius protrahi, vt augeatur meritum tentati, propter qđ Paulo petēti ſtimulum carnis a ſe auferri dicit dominus 2. Cor, 12. c. Virtus in infirmitate perficitur, &c.

14 *Et cum tranſiſſet.* Sequitur.

*Et ac-*

A a *In montem.* Dominus in monte, verbum in alto ſedet, quia in ſua maieſtate non poſſet intelligi.
b *Cæcos.* Cæci ſunt qui non intelligunt, etiamſi obediant iubentibus. Surdi qui non obediunt, etiam ſi intelligant.
* Chryſoſtomus. Hi autem in duobus fidem ſuam demonſtrabant, & in aſcendendo mõtem, & in hoc quia exiſtimabant ſe nullo alio indigere, niſi vt projicerentur ad pedes Ieſu, neque ẽt adhuc tangunt ad fimbriã veſtimenti, ſed & ad altiorem fidẽ aſcendunt, vnde dicitur, *& proiecerunt eos, &c.* Et mulieris quidẽ filiam cũ multa tarditate curauit, vt eius virtutem oſtẽderet. His autem non quia
B meliores erant, ſed vt Iudæorũ ora obſtrueret, confeſtim ſanationem præbet.
c *Ieſus autem.* Conuocat diſcipulos, vt doceat magiſtros cũ minoribus communicare conſilia ſua. Vel vt ex loquutione intelligant ſigni magnitudinem.
d *Miſereor tur.* Turba triduo ſuſtinet dominum, quia fideles pœnitentes ſe ad dominum ſn opere & ſermone, & cogitatione conuertunt, qui in pñtis vitæ via deficerent, ſi in ſua
C conſcientia ſine doctrinæ pabulo dimitterentur. In ſuperiori ſigno propinqui memorantur, & vicini quinque ſenſuum & eorum non recordatur dñs, ſed diſcipuli in veſpera iam inclinato ſole. Hic dñs ſe miſereri dicit, & quare, quia triduo iam perſeuerãt mecum. In toto ſeculo tertium tempus eſt, quo gratia datur, primum ante legem, ſecundum ſub lege, tertiũ ſub gratia, quartum eſt in futuro, vbi dies erit ſine nocte, ad quod tendens reficitur in via.

¶Vt auditores erigat ad ſuperna.
a de Ieſus: venit ſecus mare Galilææ, & aſcendens in montem, 1
a ¶Quia requies non niſi in cœleſtibus quærenda eſt. b Mente deuota. c Regnantem in cœlu. d Fidelium. e Quos ſecum ducunt doctrina & exemplo. 2
ſedebat ibi. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habẽtes ſe- 3
a A confeſſione Chriſti. b Claudos per deuia praui operis non recte euntes. c A lumine fidei d Sarcina peccatorum.
b cum mutos cæcos claudos, † debiles, & alios multos, & pro- 4 5
a Quia mediatori per humilem aduentum curandos ſubijcunt ſancti prædicatores. b Quaſi confitendo humanitatem Chriſti.
iecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mi- 6
a Quia fideles inæſtimabili gaudio exultant quando hæc vident. ¶Chriſtum confitentes. ¶Per bona opera.
rarentur videntes mutos loquentes, * claudos ambulantes, 7
a Credendo. b Dicunt. Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter? c Deum non recentem.
c cæcos videntes, & † magnificabant Deum Iſrael. Ieſus autẽ 8
a Compatitur vt homo, paſcit vt Deus. 9
d conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: † Miſereor turbæ, quia tri-
a In fide Trinitatis lucidi pro ſuis ſuorumque peccatis inſtanter ſupplicant. b Pro curatione ſuorum. ¶Pabulum ſcripturæ. 10
duo iam perſeuerant mecum, & non habent quod mandu-
a Prius aufert debilitatem, poſt cibos offert fami. b A ſacra admonitione vacuos. c Perit qui ſine cœleſti pane ad patriam tendit.
cent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et di- 11
a Rudes in fide, qui non recordantur quinque panibus quinque millia hominum ſatiata fuiſſe. b Ipſi apoſtoli deſertum, quia adhuc infœcundi.
e cunt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes † tantos, 12
a Non ignarus, ſed docendo reſponſurus.
f vt ſaturemus turbam tantam? Et ait illis Ieſus: Quot panes 13
g a Scriptura noui teſtamenti. b ¶Sancti illius temporis, quo ea condita eſt, vel quorum fidem vitam & paſſiones continet.
habetis? At illi dixerunt, ſeptem, & paucos piſciculos. 14
a Super ipſius montis ſoliditatem, nullo fœno interpoſito. b ¶Primum complens in ſe præcepta quæ dabat & ſanctorum vitam in ſe præfigurans. 15
Et præcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terram. Et acci-

e *In deſerto panes.* Panes prędicatores, deſertum ſeſe, id eſt, infœcundos dicunt. Quaſi dicat, vnde nobis tanta facundia vt poſſimus tam auidis auditoribus ſufficere. † mutilos
f *Vt diſcumberent.*
* Chryſoſtomus. Finis huius & alterius miraculi non eſt ſimilis. Sequitur enim, *Et quod ſuperfuit, &c. Erant autem, &c.* Quare autem minores fuerunt reliquiæ in hoc miraculo quam in primo, etſi non tot fuerint qui comederũt? Aut igitur hoc eſt, quia ſportæ cophinis maiores erant, aut ex diuerſitate remouentur & illius, & huius miraculi, & propter hoc tunc quidem fecit cophinos reliquiarum numero æquales diſcipulis, nunc autem ſportas panibus æquales.
* [illegible] columnis veteres exemplaria.
† Matt. 8.a.
E
† Tot
g *Et accipiens.* Vt oſtendat ſe congaudere de ſalute hoĩum, & nos ad agendas gratias informat etiam de temporalibus.
Septem F

## NICOLAVS DE LYRA.

implicantur plura miracula & diuerſorum generum, quæ ſi explicarẽtur in particulari, implerent vnum magnum librum, propter quod dicitur Ioã. vlt. quod ſi omnia facta Chriſti, eſſent ſcripta per ſingula, totus mundus non poſſet capere libros qui ſcribendi eſſent. Dicit ergo.

1 *Et acceſſerunt.* Scilicet, cum reuerſus fuiſſet ad Iudæos.
2 *Turbæ multæ.* Quia de multis ciuitatibus, & caſtellis & villis venerant ad impetrandum ſanationem infirmorum: Et hoc eſt quod ſequitur.
3 *Habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles.* Debilitas accipitur hic ſecundum Hiero. non in generali, ſed in ſpeciali, quãdo ſcilicet, nõ poteſt quis ſe iuuare de vna manu, hoc modo dicitur debilis ſicut claudus, qui non poteſt ambulare, niſi de vno pede. Iſtæ autem infirmitates erant incurabiles via naturæ & medicinæ, ideo propter curationem earum recurrebant homines ad Chriſtum, cui nihil impoſſibile.
4 *Et alios mul.* Hoc addit euangeliſta ad includendum omnia infirmitatum genera.
5 *Et proiecerunt eos ad pedes eius.* Vt illi qui non poterant fidem & deuotionem oſtendere verbis vt ſurdi, & muti, ſaltem oſtenderent eam facto.
Et
6 *Et curauit eos.* Solo, ſcilicet, verbo Ille ſolo verbo poterat curare, qui ſolo verbo poterat mundum de nihilo creare.
7 *Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis.* Hic ponitur miraculum de multiplicatione panum.
8 *Miſereor turbæ.* Hoc autem prædixit apoſtolis, vt ipſos induceret ad pietatem.
9 *Quia triduo iam perſeuerant mecum.* Quia tantum afficiebantur ad doctrinã Chriſti audiendam, & videndum eius miracula, quod per tres dies nõ redierant ad loca propria manentes cũ Chriſto in loco deſerto, & ſub diuo. Ex quo patet eorum deuotio.
10 *Et non habent.* Quia cibaria quæ de domibus ſuis apportauerãt iam erãt conſumpta. Et ideo prima die vel ſecunda hoc miraculum non fecit. Tum quia alimenta adhuc habebant. Tum quia magis apparuit, quando eis victus omnino defuit.
11 *Et dimittere.* Quia plures eorum longe diſtabant a domib. ſuis, & die præcedenti parum comederant.
12 *Et dicunt.* Quaſi dicat, locus eſt deſertus, & villæ multũ diſtant. Et ideo non poſſumus per humanã prouidentiã talia hr̃e.
13 *Et ait.* Non petit ignorando, ſed vt eorum reſpõſione prouideat de modo.
14 *At illi di. ſep.* Qđ erat quaſi nihil reſpectu tãtę multitudinis.
15 *Et pauc.* Quia pauci erant in numero & parui in quantitate:
Omnia

## MORALITER.

1 *Et acceſ.* Cæcos autem illuminat, cum ignorantibus cognitione ſuæ ſalutis infundit. Mutos etiam curat, cum eorum linguas in laudem ſui creatoris ſoluit. Similiter claudos cum in via iuſtitiæ greſſus eorum dirigit. Debiles fortificat, cum pigros & accidioſos operari bonum viriliter facit. Turbæ verò mirantur, & Deum glorificant, cum ex talibus mutationib. quæ ſunt dexteræ excelſi, Deum laudant.
8 *Miſereor turbæ.* Per quatuor hominum milia qui Chriſtum in
in deſerto ſunt ſecuti, ſignificatur multitudo credentiũ in Chriſtum de quatuor partibus mundi.
11 *Et dimit.* ſecundum quod dicit Greg. in homil. In præſenti vita, quaſi in via ſumus qua ad patriam pergimus, ergo ne fideles in hac via deficiant, paſcendi ſunt per prælatos, doctores & curatos, pane ſanæ doctrinæ, & ſacræ ſcripturę & Eucharıſtiæ quo augetur ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti, propter quod dicitur hic, quod fuerunt ſeptem panes, & pauci piſces, per quos ſignificantur ſacrę ſcripturæ ſententię a piſcatoribus eccleſiæ cum labore quæſitæ.

a Sacramenta aperuit. b Quia miniſterio apoſtolorum voluit eccleſiæ diſtribui cibaria vitæ.

a pięs ſeptem panes & piſces & gratias agens, fregit, & dedit [b] 1
diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederunt populo, & come-

a Audiendo & exempla intuendo. b Memoriæ recondendo & operando. c Vt eſt. Si vis perfectus eſſe, vende omnia &c.

b derunt omnes, & ſaturati ſunt, & quod ſuperfuit de frag-

a Spiritualium ſumma perfectio.

c mentis tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui

a Noui teſtament populus non quinque ſenſibus obnoxius, ſed quatuor animi virtutibus exornatus. b Exceptis leuibus & infantibus qui in virum perfectum non creuerunt.

manducauerunt, quatuor milia † hominum † extra paruu-
d los & mulieres. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam, & 2
e venit in fines † Magedan.

†virorum †Magdala

A a *Septem panes.* Septiformi Spiritu paſcit, adiuncta apoſtolica, auctoritate, quaſi paucorū piſcium ſapore q nos reficiūt exemplo ſuę vitę vel mortis. Septē panes, ſcriptura noui teſtamēti in quo gratia ſpiritusſancti & reuelatur & dat᷑. Nec ſūt hordeacei, vt ſupra, quia hic nō (vt in lege) vitale alimētum animæ figuris, quaſi tenaciſsima palea tegitur. Hic non duos piſces (vt in lege duo vngebantur rex & ſacerdos) ſed pauci id eſt ſancti noui teſtamenti, qui de fluctibus ſeculi ſunt erepti, & ſuſti-
B nent turbulentum mare, & exēplo ſuo nos reficiunt, ne in via deficiamus. Ibi ſupra fęnum, vt deſideria carnis comprimātur, hic ſuper terrā vbi & ipſe mundus relinqui præcipitur. Vel mons in quo dominus reficit, eſt altitudo Chriſti. Ibi ergo fœnum ſuper terrā, quia ibi celſitudo Chriſti pp carnales carnali ſpe & deſiderio tegitur. Hic remota omni cupiditate carnali, continuas noui teſtamēti ſpei permanētis ſoliditas continet. Ibi quinque milia, quia carnales quinque ſenſibus ſubditi. Hic quatuor propter quatuor virtutes quibus ſpiritualiter viuit᷑ prudentiā temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam, Quarum prima, cognitio eſt rerū appetendarum & vitandarum. Secūda, refrenatio cupiditatis ab his quę tēporaliter delectant Tertia, firmitas cōtra moleſtias ſeculi. Quarta, quæ per omnes diffundit᷑ dilectio dei & ꝓximi. Et ibi & hic mulieres &
C paruuli excepti ſūt, quia in veteri & nouo teſtamēto nō mittuntur ad numerū qui non perdurant ocurrere in virū per- D
fectū, vel infirmitate viriū, vel leuitate mentis. Vtraque refectio in mōte celebrata eſt, quia vtriuſque Teſtamēti ſcriptura altitudinem cęleſtium pręceptorum mandat & præmiorum, vtraque altitudinem Chriſti prædicat.

b *Et quod.* Altiora myſteria quæ nō capit communis turba apoſtoli ſuſtollunt, & implent ſeptem ſportas ideſt perfectorum corda ſeptiformi ſpiritus gratia ad intelligendum illuſtrata.

c *Septem ſportas.* Sportæ iunco & palmarum folijs ſolent cō- †præter
texi, & ſignificant ſanctos, qui radicem cordis in ipſo fonte E
vitæ collocant, ne areſcant, vt iuncus in aqua, & palmām æternæ retributionis in corde retinent.

✠ Aug. Si aliquis Euangeliſtarum hoc dixiſſet qui de quinque panibus non dixiſſet, contrarius cęteris putaretur Sed quia illi qui miraculum de ſeptem panibus narrauerunt, nec illud de quinque panibus tacuerunt, neminem mouere debet. Lib.2 de conſenſu euangeliſt. ca.

d *Et dimittur.* Hic docet qđ prędicatores miniſtrato turbæ verbo ipſi intra cubiculū cordis virtutū debēt refici pomis. Mar.8

e *In fines.* Magedan quę alio nomine dr᷑ Dalmanutha, quę eſt regio circa Geraſam Et interpretatur poma velnunciæ, & ſignificat hortum de quo dr᷑. Hortus cōclu ſus, fons ſignatus vbi creſcunt poma virtutum. Et ibi nunciat᷑ nomen dn̄i. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Omnia iſta dicūtur ad maiorē declarationem miraculi, quod ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo ſatiari, & hoc fuit ꝑ multiplicationem cibi in manibus Chriſti eodem modo ſicut dictum eſt ſupra. c.9 Sequitur.

1 *Et dimiſſa turba.* Poſt miraculum oſtenſum aſcendit in nauiculam fugiens turbæ applauſum & reuerētiam, in hoc dans prædicatoribus exemplum.

2 *Et ve. in fines Magedan.* Iſte eſt locus in quo Ioſias occurrens regi Aegypti, vulneratus eſt, vt habetur. 4. Reg. 24. Marcus autē dicit in fines Dalmanūta, ca. 8. b. Et dicendū ad hoc, quod nō eſt ibi diuerſitas ſecundū rē, quia ſecundū aliquos eſt eadē regio habēs duo nomina. Marcus accipit vnū & Matthæus aliud. ſecūdū alios ſunt duæ regiones diſtinctæ, ſed in extremitatib. cōiunctę. Et ideo exiſtens in confinio vtriuſque vere dicitur eſſe in fine iſtius vel illius, & in tali loco erat Ieſus.

Et

CAP.

## ADDITIO I.

*In c. 15. vbi dicitur in po. Vos autē dicitis.* falſe exponēdo mādatū.

Hæc expoſitio non vr᷑ valere pp duo primo quia nō conſonat literę, ſecūdo quia præſupponit falſum. Primū patet de ſe literā bene aſpicienti quod ēt ipſe poſtillator vr᷑ fateri cū dicit, qđ hæc eſt conſtructio defectiua, Vbi ergo cōſtructio deficit, manifeſtū eſt qđ litera non bene concordat ſenſui ſibi dato. Secūdū patet primo, qa nuſquā inuenit᷑, Hębreos aſſerere, qđ melius eſt deo offerre, quā ſubuenire parentib. in neceſſitate poſitis imo cōiter tenent, qđ melius eſt, eleemoſynas largiri, quā ſacrificia volūtaria offerre, prout ex multis auctoritatib. veteris Teſtamēti deduci pōt. Vn̄ a fortiori melius eſt ſubuenire parentib. in neceſſitate cōſtitutis quā offerre & huiuſmodi. Secundo qa Rabbi Moyſes Aegyptius (q inter eos magnę reputationis eſt) ſuo libro de directione perplexorū, vbi de cauſis ſacrificiorū tractās, ſcripſiſſe tradit᷑ q, ſacrificia nō fuerūt præcepta populo Iſraelitico ex intentu principali, hoc eſt, quaſi fuiſſent ꝑ ſe intenta a deo, ſed ex intētu ſecundario quaſi ꝑ accidēs vel indirecte, vt. ſ. qđ ꝑ huiuſmodi ſacrificia homines retraherent᷑ a ſacrificijs idolorū. Ad qđ allegāt illud Iere. 7. f. *Non ſum loquutus cum patribus veſtris, nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum & victimarum.* Et alias auctoritates quę hoc ſonēt. Sed cōſtat qđ præceptū de honoratione parentū eſt ꝑ ſe principaliter intentū, tanquā conſonū & conforme iuri naturali. Illud autē quod eſt ꝑ ſe, ſemper præfertur ei quod per accidens eſt. Et ideo nunquam etiam ſecūdū eos concederetur quod pp ſacrificia offerēda prætermittendū eſſet præceptū de honoratione parentū. Vn̄ ad iſtū paſſum bene intelligendū, recurrendū eſt ad traditiones Phariſaicas ſeu Talmudicas, quas Chriſtus intendebat in propoſito reprobare. Ad cuius euidentiā ſciendū, qđ circa materiam votorū vnus liber a Talmudicis eſt cōpoſitus qui intitulatur Nedarim. i. vota, in quo libro plura erronea ſcripſerunt ſine aliquo fulcimento ſacræ ſcripturę, inter quæ vnus error talis eſt. Tradunt enim, quod ſicut quilibet poteſt conſecrare bona ſua Deo, ſic qđ facta huiuſmodi conſecratione per votum, poſtea non licet alicui talibus bonis vti, niſi in dei obſequiū ſcilicet in ſeruitio altaris vel tēpli & huiuſmodi. Sic quilibet pōt cōſecrare bona ſua ſingulariter, hoc eſt reſpectu vnius perſonę tantū, verbi gratia. Si qs dicit alicui proximo, volo ſeu voueo qđ bona mea ſint cōſecrata reſpectu tui, tūc dicūt qđ illa bona ſint cōſecrata reſpectu illius hominis tātū, ſic qđ nullo mō pōt eis vti, ac ſi eſſent ſimpliciter cōſecrata, deo. dominus tn̄ illorū bonorū & etiā alij homines quicunque poſſunt vti talibus bonis, ac ſi nō eſſent cōſecrata, ſed mere † propria. Votū aūt huiuſmodi ſecūdū eos multipliciter oretenus exprimitur, & ſpecialiter cū verbis ſignificātibus aliquā rē cōſecratā Vt ſi dicat aliquis ſicut tēplū ſic eſt res mea, tūc illa res eſt cōſecrata tāq̄ tēplū Similiter ſi dicat Munus ſit, vel eſt talis res, idē eſt iudiciū, intelligit᷑. n. de munere deo oblato. Ex quib. inferūt qđ ſi dicat quis patri ſuo. Munus quodcūque eſt ex me tibi proderit, tūc pater nullo mō pōt vti aliquo bono filij ſui, ēt filio volēte & patre in neceſſitate exiſtente & hoc iō, qđ ſm traditionē ſuā prædicta oīa bona filii ſui, ſunt cōſecrata reſpectu patris, vn̄ manifeſte Phariſæi irritū fecerūt mandatū dei pp traditiones ſuas, vt Chriſtus dicit. Nā ſecūdū traditionē illā (quę nullius fundamenti eſt) filius excuſaretur a ſubuentione patris, qđ eſt manifeſte ꝯ dei pręceptū. Verba aūt euangelij ſecūdū prędicta cōſtruuntur plane & ſine defectu ſic. Quicūque dixerit patri vel matri. Munus eſt qđcūque ex me, tibi proderit &c. Cuius ſenſus eſt, qđ filius vouet, vt ſit tāquā munus altari conſecratū, quidqd ſit de bonis ſuis patri proderit, & ſic filius taliter vouēs nullo mō pōt prodeſſe patri ſecūdū eos, qđ eſt de directo cōtra præceptū diuinū. Et hoc eſt quod legitur. Mar. 7. b. Corbā quodcunque ex me tibi proderit, & vltra non dimittitis eum quidquam facere patri

†propria

patri ſuo aut matri. Ex quo patet, quod nõ perſuadẽdo Phariſæi hoc dicebãt, ſed potius cogẽdo, ꝙ patet ex hoc ꝙ dicit. *Non dimittitis eum, &c.* quia ex virtute illius voti prętenſi, iam non poterat filius prodeſſe patri, & ſic irritum fiebat mandatum Dei per ſuã falſam traditionẽ. Et ſic iſte error non procedebat ex auaritia ſacerdotum, ſed ex eo quod male interpretabantur ſacram ſcripturam, & traditiones ſuas diuinis præceptis præferebant.

ADDITIO II.

In eo.ca.vbi dicitur in poſtil. Iſtud eſt verum per Synecdochẽ. Attendendum, ꝙ non dixit Chriſtus. Totũ ꝙ in os intrat, ſed oẽ ꝙ in os intrat. Vnde ad ſane intelligenda verba Chriſti hoc loco, non requiritur vt intelligatur per Synecdochẽ, ſed ſufficit ꝙ fiat ibi diſtributio pro ſpeciеb. ſingulorum, ſicut cum dr: Oẽ animal fuit in arca Noe. Cuius intellectus cõmuniter eſt, ꝙ de qualibet ſpecie animaliũ fuit aliquod aĩal in arca Noe. Et in propoſito de qualibet ſpecie ciborũ aliquid emittitur licet aliquid ad nutritionẽ retineat. Sed adhuc hoc non videtur ſufficere ad amouẽdũ ſcandalum Phariſæorum, qui videbantur credere, quod ea quæ remanebant in corpore poſſent hominem coinquinare, alioquin nihil faceret contra eos, quod cibus intrans per os emitteretur in ſeceſſum vel non. Vnde melius videtur dici ſecundum Hiero. ſcilicet quod quidquid ex alimento generatur, poteſt ẽt per calorem naturalem reſolui, & per occultos quoſdam poros emitti.

Replica, *In cap. 15.* Vbi agitur de traditionib. ſeniorum infirmantib. obſeruantiã diuinorũ pręceptorum. Burg. in duobus redarguit Poſt. primo, quia vt dicit expoſitio eius nõ cõſonat literæ ſecundo vt dicit, Poſtil. pſupponit falſum. Primũ probat per hoc quia Poſtil. dicit conſtructionẽ literę defectiuam cum dr. *Munus quodcunque eſt ex me tibi proderit.* Ex quo arguit Burg. igitur ſenſus ei datus non conſonat literæ. Vbi dico quod hoc argumẽtum venit ex diſſimulatione grãmaticę & rethoricę, vel ambarũ artiũ ignorantia. Sępe.n. in vete. Teſta. facit Bur. mentionẽ de grãmatica Hebræorum, hic aũt grammaticam Latinorum videtur ignoraſſe. Eſt.n. in grammatica Apoſiopeſis defectiua oratio qua ſępe vtitur ſcriptura. Eſt ẽt in rethorica præciſio color verborum, qua ſępe vtitur ſcriptura, & coincidit cũ Apoſiopeſi: pręterquã quod hic excuſat defectus figura, ibi oñditur ornat' rhetoricus ex orõnis trũcatione. Argumentum igitur Burg. vr tentatiuũ cum dr. Oratio vel conſtructio eſt defectiua, igitur ſenſus datus non conſonat literę, Nã pro cõſonantia hẽnda in litera ſuppletur, ꝙ p figurã vel colorẽ truncatũ eſt. Secundo dicit Bur. Poſt pſupponere falſum, in eo ꝙ dicit Iudęorũ ſcribas & ſacerdotes propter auaritiam feciſſe inter cæteras traditiones ẽt illã quod melius eſt offerre deo quã ſubuenire parentibus, &c. Hoc dicit Bur falſum. Primo vt dicit, nuſquã reperit Iudęos hoc ſenſiſſe, quinimmo præcẽderãt eelemoſynã ſpontaneis ſacrificijs, multo fortius honori parentũ &c. Vbi dico, ꝙ ſi conſequentia valeat, antecedens eſt mihi valde dubium pp dicta B. Hieron. & propter gloſſ ſuper Matth.

D Matth. & Mar & Scholaſticã hiſtoriam, & pp dicta aliorum doctorum, quorũ multi ſciuerunt Hebraicum, & cõcorditer dicunt ſicut Poſtil. qui ab eis recepit. Sed dato (quãuis nõ conceſſo) qđ Iudæorũ proceres ſicut dicit Bur. ſenſiſſent, non tñ ſequitur igiť ſic facerẽt vel docerẽt auaritia cęcati, Nec hodie eorum docti docent vel faciunt id quod ſentiũt, immo potius p Talmudicas & erroneas doctrinas ſimplicẽ populũ decipiunt, & veram literam corrumpũt, ſecũdo dicit Bur. dictum Poſt l. falſum. Allegat ad id probandũ Rabi Moyſen Aegyptiũ ſatis benedicentẽ, ſed nõ allegat bñ facientẽ qui traditionib. humanis diuina pręcepta ppõderat. Et ꝙ Bur. nos vltra in ſua expoſitione ad Talmud remittit, & librum quẽ nominat Nedarim, nihil aliud eſt quã fideles Chriſti retrahere à ſanctorum veris expoſitionibus, & remittere ad vidẽdum vana ſcripta erroribus plena, prout ipſe Bur. met teſtatur in multis locis. Nec eſt cautum ſimplices ſenſum literalem ſæpe cupientes huiuſmodi erroribus occupare.

In eo.c. vbi dr. *Omne quod intrat in os, &c.* Dicit Poſt intelligẽdum ſecundum Synecdochen, Bur. facit inutilem obiectionẽ, & incidit in id quod improbare putat. Dicit.n quod non oportet dici per Synecdochen, quia non dicitur totum quod intrat ſed oẽ, diſtributio dẽt accipi vt dicit pro ſpeciebus ſingulorum, vt ſit ſenſus, de qualibet ſpecie ciborũ aliquid mittitur in ſeceſsũ, licet aliquid ad nutriẽdũ retineat. Nũc aũt & apud philoſophos & theologos, totũ vniuerſale, & omne, p eodem accipiũtur. Qui.n. dicit oẽ, nihil excipit. Sic & ſimiliter de toto vniuerſali, & ſpeciàliter omne eſt totũ in quantitate ſecundum logicos, vnde reſolutio Bur. qua dicit de oĩ ſpecie ciborum aliquid mitti, idẽ eſt ſicut diceret dẽre intelligi ſecundũ partem, & ſic omne capiť, per Synecdochẽ, ꝙ voluit improbare Sed mouet Bur. hic dubiũ qa per vtranq; expoſitionẽ non vr tolli ſcandalũ à Phariſæis & pp hoc dicit dubiũ allegando B Hier. quod vniuerſaliter dẽat accipi ſic, quod quidquid intrat in os & ex alimento generatur poteſt ẽt per calorem naturalem reſolui, & per occultos quoſdam poros emitti. Sed illud videtur fruſtra dici per Burg Primũ quia Chrs dicit, oẽ quod intrat &c. per hoc noluit nec curauit tollere ſcandalũ Phariſæorũ, quia dixit. Sinite eos, cæci ſunt & duces cęcorũ ſed ſolũ voluit inſtruere diſcipulos petẽtes. Et nõ eſt veriſimile, ꝙ de illis occultis modis digerẽdi & egerẽdi curauit diſcipulos inſtruere, ſed innuere argumẽto a maiori. ſ. vt ſi impurũ nutrimẽti ꝙ in ſeceſſum emittiť, nõ coinquinat, igitur multo magis id qđ purũ eſt non coinquinat, iuxta illã regulam. Si id ꝙ magis videť ineſſe nõ ineſt, nec ꝙ minus. Sed ſi ex cibis deberet homo inquinari, magis videtur hoc verũ de impuris, quod tñ non eſt, vt dr in litera. Et ſubintelligendũ eſt moraliter, quia ex his quæ naturalia ſunt nec laudandus quis eſt nec vituperãdus Si igiť p naturalẽ digeſtionẽ vel indigeſtionẽ ex puro vel impuro cibo gñrare tur corruptus humor vilẽ faciens hominẽ, ex hoc tñ non dicitur moraliter inquinari quamuis naturaliter, de qua hic non diciť. F

CAP. XVI.

CAP. XVI.

ET acceſſe. &c. *Vt ſig. de.* Vt qui pa... multos paucis manna plueret quo omnes reficeret. Vnde Ioannes poſt edulium panum: Quod ſignũ facis, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? *Patres noſtri mãducarũt manna. in deſer.* Petebant tentando, vt in more Eliæ ignem de ſublimi mitteret vel in ſimilitudinem Samuelis æſtiuo tẽpore mugire tonitrua faceret quaſi non poſsẽt & illa calumniari, & dicere ex occultis & varijs aeris paſſionib. accidiſſe. ✠ Orig.

a Legis fiducia inſolentes, dedignantes opera uirtutum.

1 ET acceſſerunt ad eum Phariſæi, & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt ſignum de cœ-
2 lo oſtenderet eis. At ille reſpondens, ait illis:
3

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

ET acce. ad. *In pcedenti capitulo Chriſtus reprobauit errorẽ Iudęorũ in lege, hic docet fundationẽ eccleſiæ gẽtiũ in fide, vbi primo aperit incarnationis myſteriũ, ſecundo prædicit redẽptionis preciũ, ibi.* Veniens autem Ieſus in partes. *tertio imponit imitationis exẽplum, ibi.* Tunc Ieſus dixit diſcipulis. *Prima in duas, quia primo myſterium incarnationis aperit ſecũdo, ex hoc doctrina Phariſæorũ nõ ſolũ ſicut erronea ſed ſicut curioſa et inutilis excludiť, ibi.* Et cũ vidiſſent diſcipuli eius. *Circa primam partẽ aduertendũ, quod aliqui Scribæ & Pariſei omiſſo ſtudio legis & prophetarum ſtudebãt in mathematicis & potiſſime in aſtrologia, vnde & vſque hodie aliqui eorũ in hoc sũt valde curioſi. Et quia aſtrologi aliquando volunt iudicare per conſiderationẽ aſtrorũ de inchoatione legum & ſectarũ diuerſarum, ideo & iſti per aſtra volebant prænoſticare de aduentu Chriſti, hoc aũt eſt impoſſibile, quia virtus cęli non ſe extendit ad talia licet ſe extendat ad prænoſticandum de futura diſpoſitione aeris, vt ſiccitate, & pluuia, et huiuſmodi, & hoc eſt quod dicitur.*

1 Et ac. ad eum ph. &c. *ſ. ſi poſſent eum in aliquo capere.*

2 Et rog. eum vt ſig. *Declarando ſ. tempus ſui aduentus ex aliquo ſigno cęleſti.*

3 At ille reſp. *i. aliquid prædicere de futura temporis diſpoſitione poteſtis per conſiderationem cæli, quia ad hoc bene ſe extendit talis ſcientia propter quod ſubditur.* Serenum erit. Ru-

MORALITER.

1 *Et acceſſerunt ad eum Phariſei & ſaducæi tentantes eum, &c.* Per iſtos qui venerũt ad Chriſtum nõ addiſcendi gratia, ſed malignãdi, ſignificantur illi qui veniunt ad ſermonẽ vel lectionem, non vt ędificentur, ſed vt prædicatori uel lectori inſidientur. Per hoc autem quod quęſierunt ſignum de alto † ſigni-

* Orig. Hi dogmatibus inter ſe diſſidentes, concordes sũt, vt tẽtent Ieſum. Simile quiddam vſuuenit inter Pilatum & Herodem, qui inter ſe facti ſunt amici, vt Ieſum occiderent. Frequenter autem & nunc videre licet in vita, eos qui maxime diſcrepant opinionibus, apparere concordes, vt irrideant oppugnentque Ieſum Chriſtum qui eſt in diſcipulis ſuis.

In cap. 16. Matth.

a *Facto ve.* Increpat eos, quod ex ordine elemẽtorũ diſcernũt dies, ſed ſigna temporum ignorant, cũ omnis lex & prophetæ, aduẽtus ſui indicia ex operũ quę gereret admiratione ſignificẽt.

Cum qualitatẽ temporis futuri ex ſignis præſentib. cognoſcerẽt rem tã neceſſariã ex ſignis ſuis intelligere negligebant.

B * Chryſoſt. Sicut ergo in cęlo, aliud quidẽ eſt ſignũ ſerenitatis, aliud pluuiæ, ita in me putare oportet. Nunc.n. in primo aduentu his ſignis quæ in terra ſunt, opus eſt, quæ autem in cęlo ſunt, reſeruantur tempori ſecundi aduentus. Nunc enim ſicut medicus veni, tunc ſicut iudex adero.

† Rutilat iube ſcit. * Hypocritæ faciẽ quidem. † Intra ſe. Hom. 54. in Matth.

b *Rutil.e.* Patiuntur apoſtoli poſt reſurrectionem, per quos me iudicare in futuro ſcire poteſtis, quia cũ non parco meis bonis, quin patiantur, non parcam alijs in futuro.

c *Sign.* ad tẽpus gratiæ pertinẽtia a prophetis prędicta, non poſſunt vobis fidẽ facere de meo aduentu. *Signa au.* Signa tẽporum dixit de aduentu ſuo vel paſsione cui ſimile eſt roſeum cęlum veſpere. Et item de tribulatione ante aduentũ futurum, cui ſimile eſt roſeum cęlum cum triſtitia.

Act. 1. a.

C c *Non da.ei.* Sed datur fidelibus de cęlo quando videntib. Apoſtolis in cęlum aſcendit, & ſpiritum ſanctum miſit.

* Orig. Illud ſignum hoc, erat ſignum, eo quod illud huius erat ſignificatiuum, vt illius ſigni explicatio, quod ex ſeipſo obſcuritatem habebat, ſit quod ſeruator paſſus eſt, quod in corde terræ tres dies, ac tres noctes egerit.

a Ita in morte mea debetis reſurrectionem peccatorum per meum ſanguinem intelligere.
a † Facto veſpere dicitis ſerenum erit: † rubicundum eſt e- 1
a Futurum iudicium prouidere per præcedentes tribulationes ſanctorum. 2
b nim cœlum: & mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte 3
¶Ex iſtis ſignis. 4
c cœlum. * Faciem ergo cœli diiudicare noſtis, ſigna autem 5
a Nota eadem ſuperius dicti. ¶Incredula pro ſpirituali carnalem intellectum habens. 6
temporum non poteſtis, ſcire † Generatio mala, & adultera 7
a De cœlo. ¶ Hoc poteſtatis ſuæ, ſignum conſtitutum eſſe demonſtrat. b De inferiori.
d ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ
a Vt infidelibus, non dimiſſis Iudæis ¶Ad gentes.
prophetæ. Et relictis illis abijt. Et cũ veniſſent diſcipuli eius 8
e trans fretum, obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis: † In- 9
¶Ideſt, a vanis traditionibus, quibus addentur, quod non ſunt.
f tuemini, & cauete a fermento Phariſæorum & Saducæorũ 10
a Non, vult ut de panibus eorum accipiamus.
At illi cogitabant † inter ſe, dicentes: quia panes non acce- 11
a Cogitationes eorum.
g pimus. Sciens autem Ieſus dixit: Quid cogitatis inter vos 12
a Neque myſterium intelligitis neque virtutem in memoria habetis.
modicæ fidei, quia panes non † habetis? Nondum intelligi- †

e *Obliti ſunt panes accipere.* Quomodo panes non habent qui modo impletis ſportis nauẽ aſcenderũt & nauigãtes audiunt vt caueãt a fermento Phariſęorũ? Sed tamen ait ſcriptura quod obliti ſunt tollere panes ſecum vnius veri & interni panis (qui cum eis erat) dulcedine capti, parum ſe curare iudicantes de cura corporis & neceſſarijs, cum & ipſa naturalis refectio a mente exceſſerat.

f *A fermento.* Fermentum eſt peruerſa doctrina, quæ vel modica totam maſſam corrumpit, & in ſuum ſaporem trahit.

* Chryſ. Non dixit attendite a doctrina Phariſæorum quia vult commemorare quæ facta ſunt de multiplicatione panum, ſimpliciter autem de hoc incuſare non videtur habere rationem, occaſione autem ab eis recepta ſuſceptibilem facit incuſationem.

* Orig. Erat enim conſperſio quædam doctrinæ fermẽti quę vere veteris, quam prębebant Phariſæi & Saducæi, vnde Ieſus non vult amplius edere ſuos diſcipulos, quos fecerat nouam & ſpiritualem conſperſionem.

g *Quid cogitat.* Quid cogitatis me dixiſſe de terrenis panibus de quib. non eſt vobis dubitandum cum de tam paucis tẽtãs fe-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Rubicundum eſt enim cęlum. *Talis enim diſpoſitio cęleſtis eſt ſignum futuræ ſerenitatis, quia. ſ. ſic frequenter contingit, licet aliquãdo impediatur.*

2 Et mane *ſupple dicere poteſtis.*

3 Hodie tem. *erit ſupple.*

4 Rutilat. *quod contingit in coruſcatione & tonitruo, & hoc eſt ſignum tempeſtatis, propter quod ſubditur.*

5 Faciem er. cęli diiudicare no. *inquantum. ſ. facies cęli eſt ſignũ alicuius diſpoſitionis futuræ in elementis.*

6 Signa autem temporum non po. *Id eſt ſigna temporum definitorum in preſentia dei de aduentu Chriſti non poteſtis per talia diiudicare, quia ſolummodo dependet ex diuina diſpoſitione, & non ex conſtellatione. Et propter hoc aduentus Chriſti conſiderandus eſt (vt dictum eſt) ex dictis prophetarum, qui hoc habuerant ex diuina reuelatione, ſicut habetur Dan. 9. vbi circa hoc taxantur hebdomadæ determinatæ & Gen. 49. Vbi ſignum aduẽtus Chriſti ponitur translatio regni Iudæorum ad alienigenam, quod factum eſt ſub Herode.*

7 Generatio mala & adultera. *Hoc ſupra expoſitum eſt ca. 12.*

8 Et cum veniſſent. *Hic concludit doctrinam Phariſæorum vitãdam a diſcipulis ſuis, non ſolum tanquam curioſam & inutilem, ſed etiam malam & periculoſam, propter hoc vocat eam fermentum propter corruptionem malitiæ & nequitiæ contentam in ea, & hoc eſt quod dicit.*

9 Intue. *Per diligentem conſiderationem mentis.*

10 Et cauete a fermento. *i. a doctrina corrumpente. Nec eſt mirum, ſi fermentum dicitur hic doctrina corrumpens, Supra; autem 13. cap. fermentum accipitur pro feruore fidei, vt viſum eſt, quia eadem res ex diuerſis proprietatib. bene ſignificat oppoſita & diſparata ſicut Leo aliquando accipitur pro Chriſto, vt dicitur Apoc. 5. b.* Vicit Leo de tribu Iuda. *& hoc propter conſtantiam & audaciã in aggrediendo ardua & periculoſa. Aliquando autem accipitur pro diabolo propter crudelitatem, ſecũdum quod dicitur. 1. Pet. 5. c.* Aduerſarius vero veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit quærẽs &c. *Ita eodem modo fermentum propter calorem incluſum ſignificat feruorem fidei, propter autem corruptionem, doctrinam malam.*

11 At illi co. inter ſe di. quia pa. non. *Ac quaſi dicerẽt intra ſe, bene cauimus, quia ab eis nullum panem accepimus. Ex quo patet, quod intelligebant fermentum ad literam ideſt panem fermentatum. Patet etiam eorum deuotio ad Chriſtum, quia ſic ei inſeparabiliter adhærebant, quod obliti fuerant accipere neceſſaria.*

12 Sciens autem Ieſus cogitationes eorum, &c. *Tanquam Deus.*

Quare

## MORALITER.

† ſignantur illi qui quęrunt audire ſubtilia, curioſa & inutilia, propter quod dictum eſt eis, quod ſibi non dabitur ſignũ niſi ſignũ Ionę prophetę, qui propter ſuam inobedientiam fuit deglutitus a ceto, ſic & ipſi deglutiendi ſunt a diabolo, ſi tamen vere pęniteant de ſuis defectibus, ſaluabuntur, ſicut Ionas vere pęnitens de ventre ceti fuit liberatus:

§ *Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum, &c.* Per iſtos ſignificantur illi qui Chriſti doctrinam audiunt, ſed non retinent vel opere non adimplent, ideo dicitur eis.

† *Nondum in.* Et interrogabat diſcipulos ſuos dicens: Quem dicunt homines eſſe filiũ hominis &c. Origenes. In hoc dedit exẽplum, vt nos ſemper ſcrutemur qualis opinio ſit apud homines de nobis, vt ſi quid mali, dicitur de nobis occaſiones illius preſcindamus. Si autem quid boni, occaſiones augeamus.

Caro

feci abundare reliquias ?

A * Chryſoſtomus. Quia diſcipuli circa obſeruationes Iudaicas adhuc tepebant, ideo Dominus vehementer eos increpat ad vtilitatem omnium.

a *Cauete a fermento Phariſæorum.* A ſuperſtitioſa doctrina quæ more fermenti veri panis ſimulat ſe ſubſtantiam habere. Per hoc innuit, quid ſignificant quinque panes vel ſeptem. Si enim fermentum dicit hæretica dogmata, panes ſuni vera doctrina.

b *In partes Cæſareæ Philip.* Iſte locus eſt, vbi Iordanus oritur ad radicem Libani, ex Ior. & Dan. duob. fontibus.

B

c *Homines eſſe.* Homines ſunt qui de filio hominis loquuntur. Dii enim qui deitatem intelligunt.

d *Filium hominis ?* Dominus de ſe humilitatem humanitatis profitetur, diſcipuli deitatē intelligūt.

a Expenſorum.

tis, neque recordamini quinque panum † in quinque mi-
lia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis ? Neque ſeptem

a Expenſorum.

panum † in quatuor milia hominum, & quot ſportas ſumpſi

a Pane corporali.

ſtis. † Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: 1
a Cauete a fermento Phariſæorum & Saducæorum. Tunc 2
intellexerunt, quia non dixerit cauendum a fermento pa-
num, ſed a doctrina Phariſæorum & Saducæorum. † Venit 3

a Quam in honore Tyberii Cæſaris Philippus frater Herodis extruxit.
b Vt veræ confeſſionis mercedem reddat, non quaſi neſciat.

b autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat 4
c diſcipulos ſuos, dicens. Quem me dicunt homines eſſe 5

a Non dicit me, ne inſolenter loqui videatur.

d filium hominis ? At illi dixerunt. Alii Ioannem Bapti- 6
e ſtam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut vnum 7 8

a Diſcreti ab aliis, non homines ſed Dii.

ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe 9 10

a Sciunt & Apoſtoli, ſed Petrus reſpondet.
b Omnia complexus eſt, qui & naturam & nomen expreſſit.
Verum hominem, & uerum Deum credit & confitetur.

11 12
f dicitis? Reſpondens Simō Petrus dixit. Tu es Chriſtus filius 13

* Origenes. Interrogat diſcipulos, quem ipſum dicerent homines eſſe, quo nos diſceremus ex Apoſtolorum reſponſo, id temporis apud Iudæos varias fuiſſe de Chriſto opiniones. Et vt nos ſemper ſcrutemur, qualis ſit opinio apud homines de nobis, vt ſi quid male dicitur de nobis, occa- C

ſiones illius prҫcidamus, ſi quid autem boni, eius occaſiones augeamus. D

✲ Chryſoſtomus. Plebis mentem quæ ad malum prona inflexu non erat, inueſtigat, non Phariſæorum. Etſi enim multo humilior quam oportebat, eorum erat de Chriſto opinio, ſed tamen a nequitia libera erat, Phariſæorum autem de Chriſto opinio, erat plena multa malitia. Hom. ss. in Matth.

† Et quinque milium.

e *Alij Iohannem Baptiſtam.* ſic poterant errare in Elia vel in cæteris aliis, ſicut Herodes errauit in Ioanne cū ait. *Ioannes quem ego decollaui ſurrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Ideo vult exponi errores eorum, vt eis repulſis diſcipuli veritatem proferant, non ex vulgi opinione, ſed ex domini reuelatione. Mar. 6. b. † Mar. 8. c. E

f *Reſpondens Simon Petrus.* Ideo vnus reſpondens, & vni reſpondetur pro omnibus, vt vnitas in omnibus obſeruetur.

✲ Chryſoſtomus. Quando Dominus de plebis opinione interrogat, omnes reſpondent. ſed omnibus diſcipulis interrogatis, Petrus tanquam os Apoſtolorum & caput pro omnibus reſpondet. Hom. 55. in Matth. F

Dei

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis.* Quaſi dicat ex factis meis præcedentibus & doctrina deberetis ſic eſſe illuminati, quod verbum meum intelligeretis, non de pane materiali, quia de hoc poſſum vobis ſufficienter prouidere. Quod probat duplici exemplo, in quo magnam multitudinem ſatiauerat paruo cibo, Vt patuit, ſupra 14. & 15. c. & hoc eſt quod dicit. *Nondum intell. &c.* & patet. Sequitur.

2 *Tunc intellexerunt, &c. a fermento panum.* Materialium ſed a doctrina Phariſæorum, quæ vocatur fermentum ratione prædicta.

3 *Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.* In iſta parte oſtēdit ſe humanæ ſalutis preciū, & primo oſtendit ſe Dei & hominū mediatorem, & ſecundo hominum redemptorem per ſuā paſſionem, ibi. *Et exinde cœpit Ieſus, &c.* Circa primum primo ponitur diſcipulorū confeſſio, Secūdo, ex hoc ſubditur poteſtatis collatio, ibi. Reſpondens aūt Ieſus. Circa primū aduertendū, quod mediator inter aliqua debet participare extrema, & iō Chrs qui habebat dplicem naturam in vno ſuppoſito. ſ. diuinam & humanā, vnam ſibi naturalem, aliam pro nobis aſſumptam, erat vere Dei mediator & hominū, & per cōſequēs aptiſſimus vt eſſet humanæ redemptionis preciū. Hanc autē duplicem naturam declarat in ſeipſo. Humanā per euidentem oſtenſionem, quia dicebat ſe & oſtendebat ſe filiū hominis. Aliā ex vera confeſſione Petri pro ſe & alijs diſcipulis diuinā naturam in eo cōfitentis, quam cōfeſſionē tāquā veritatis expreſſiuam approbat Chriſtus. Dicit igitur. *Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.* Dicitur autem Cҫſarҫa Philippi, quia renouata & ampliata a Philippo Tetrarcha fratre Herodis. Extūc nominauit eā Cҫſareā, in honorē Cҫſaris qui dedit ei quartā partem regni, vt refert Ioſephus, & habitum eſt ſupra. Dicitur etiā Cæſarea Philippi, ad differentiam alterius. quæ dr̃ Cҫſarea Paleſtina, vbi Cornelius Centurio māſit Act. 10. & iſta ciuitas antiquitus dicta eſt Lachis, & poſtea Dā a filiis Dan eam occupātibus, vt hr̃ Iudi. 18. poſtea dicta eſt Cҫſarea Philippi & nunc Pelneas ſeu Palneas dicitur In iſta āt ciuitate habitabāt Gentiles & in confinibus eius, & iō ex hoc quod Chrs hic myſterium ſuæ incarnationis reuelauit, oſtenditur fundatio eccleſiæ in fide Gentium. ſequitur.

4 *Et interrogabat diſcipulos ſuos.* Non interrogabat ignorās qd crederent vel quid reſponderent, ſed vt eorum fideli confeſſione conuenientius ſolidarentur in fide.

5 *Quem me dicunt homines eſſe filium hominis?* Ideſt, turbæ vulgares. Et quia de ipſo erant variæ opiniones in populo. Ideo ſequitur.

6 *At illi dixerunt, alii vero Ioannem Baptiſtam.* Cuius opinionis fuit Herodes & ſui ſequaces, vt ſupra viſum eſt 14. cap.

7 *Alij autem Eliam.* Propter zelum veritatis.

8 *Alij vero Ie.* Propter patientiam in aduerſis.

9 *Aut vnum ex prophetis.* Antiquis, ſcilicet, ſecundū quod habetur Luc. 9. vbi hr̃ ſic, quod propheta vnus de prioribus ſurrexit. Opinio autem omniū loquentium de immortalitate animæ, & de reſurrectione fuit, ꝙ anima ſeparata a corpore ſit maioris virtutis, quā cōiuncta tali corpori quale nūc habemus, ſecūdū quod dicitur Sap. 9. d. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam.* Et ſimiliter, quod in reſurrectione homines erunt maioris virtutis. Et quia videbāt Chriſtū maiora facere miracula, quā aliquis ꝓphetarū fecerit, iō credebant quod vnus de antiquis prophetis ſurrexiſſet a mortuis, & ſic maiora miracula faceret, quā antea feciſſet. & hoc modo motus eſt Herodes ad credendum quod eſſet Ioannes Baptiſta, vt habitum eſt ſupra. Sequitur.

10 *Vos autem.* Quaſi dicat, ſi alii errāt opinando falſa de me, vos tamen non debetis errare, qui tandiu mecum fuiſtis, & meam doctrinam frequenter audiuiſtis, & miracula tanta vidiſtis.

11 *Reſpondens Simon Petrus.* Tanquam principalis, inter alios pro ſe & pro aliis dedit reſponſum.

12 *Tu es Chriſtus.* Quod interpretatur vnctus, & ſic confiteť eius humanitatem in qua vnctus eſt oleo gratiæ præ aliis.

13 *Filius Dei.* Naturalis. ſ. & non adoptiuus ſicut alii, & per cōſequens eiuſdem naturæ cum Deo patre, & ſic confitetur veritatem

A a *Dei viui*. Ad diſtinctionem falſorum deorũ, quos Gentes vel de mortuis hominibus, vel de ſenſibili materia ſibi inſtituerunt.
b *Bariona*. Bene filius columbę, quia dominum pia ſimplicitate ſequebatur, vel quia plenus ſpirituali gratia erat. Filius ſpiritus ſancti dicitur, qui oſtenſus eſt in columba, ab eo quem filiũ dei viui vocauerat, & filio columbæ pater reuelat, quia vna eſt operatio patris & filij cum ſancto ſpiritu. Reuelat inquam myſteriũ fidei, quia caro & ſanguis non reuelare potuit. i. ho-
B mines carnali ſapiẽtia inflati, qui nõ columbę filij, & iõ a ſapientia ſpiritus alieni. de quibus, ſupra, *Alij Iohannem Baptiſtam, alii autem Eliam &c.*

a In Petro omnibus reſpondit. — b Tam altæ fidei confeſſione.
a Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es 1
a Filius columbæ Syriacæ. — b Carnalis quilibet. — c Tantum arcanum. 2
b Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, 3
a Qui illuſtrat mentes hominum. 4
ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia † 5
a Tu dixiſti mihi filius Dei, & ego dico tibi, cuius dicere eſt facere. 6
b Ideſt Chriſtum in quem credis.
c tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam 7 8
a Non ſeparabunt eam a charitate mea & fide.
d e meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. 9 10
a Præſentis iudicij poteſtatem. — b Eccleſiæ. — c Quemcunque indignum remiſſione iudicaueris dum viuit, apud Deum indignus iudicabitur. 11
f g Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque liga- 12 13

c *Tu es*. non dico vocaberis, ſed tu es Petrus ob fortitudinẽ fidei & confeſsionis conſtantiam.
d *Petrus*. A me petra, ita tamen vt mihi retineam dignitatẽ fundamenti, tu ſuper me ordinabis lapides mundos, & abijcies leproſos.
Sicut lumẽ & cętera nomina, vt *Vos eſtis ſal terræ*, a domino ſortiti ſunt apoſtoli, ſic Simoni a ſe nomen Petri dedit. (Supra. 5. b.)
✻ Aug. Dixi quodam loco de Apoſtolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata ſit eccleſia. Sed ſcio me poſtea ſic expoſuiſſe, quod a domino dictum eſt. *Tu es Petrus &c.* Vt ſuper hunc intelligeretur quem confeſſus eſt Petrus, dicens, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, ac ſi Petrus ab hac petra appellatus, perſonam eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hãc petram ędificatur. Harum autem duarum ſententiarum quæ ſit probabilior, eligat lector. (Li. 1. retractat. cap. 21.)
* Chryſoſt. *Super hanc petram*. i. in hac fide & cõfeſsione *ædificabo eccleſiam meam*. Hinc oſtendit multos iam credituros, quod Petrus confeſſus fuerat, & erigit eius ſenſum, & paſtorem ipſum facit.
* Leo Magnus. Et ego dico tibi, &c. Hoc eſt, ſicut meus pater tibi manifeſtauit diuinitatem meam, ita & ego notam tibi facio excellentiam tuam. Quia *tu es Petrus*. i. cum ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis qui facio vtraq; vnum. Ego fundamentum præter quod nemo poteſt aliud ponere. Tu tamẽ quoque petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quę mihi poteſtate ſunt propria, ſunt tibi mecum participa- (Serm. 3. de B. Petro.)
C tione communia.

* Clemens Romanus. Simon Petrus fidei merito & integræ prædicationis obtentu fundamentum eccleſiæ definitus eſt. A petra cognominatus eſt Simon Petrus, vt edoceamur, Petrum Chriſti vicem in terris habiturum, cuius nomen & accepiſſe cognouimus, & eandem petram vocari ſupra quã fundanda erat eccleſia, quę iam in Chriſto primario fundamẽto ędificari cęperat. Quãobrẽ dixit illi, *ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*.
✻ Hylarius. Eſt autem in nuncupatione noui nominis fęlix eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illi⁹ petræ, quæ infernales leges & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret.
* Orig. Petra eſt quiſquis Chriſti diſcipulus eſt, ex quo biberunt de ſpiritali conſequenter petra. Et ſuper talem petrã conſtruitur omnis eccleſiaſtica doctrina, & ſecundum hanc vitæ inſtitutio.
e *Et portæ*. Portę inferi ſunt peccata, minę, blãdimẽta, hæreſes, quibus infirmi ruunt in mortẽ, qui non vere ſupra petrã, ſed ſuper arenam domum profeſſionis ſuæ credendi ſunt ędificaſſe. i. non ſimplici & vera intentione Chriſtum ſequi, ſed ob terrenam quamlibet cauſam habitũ prętendiſſe. Qui enim in intimo cordis amore fidem Chriſti percipit, quicquid ingruit extra facile vincit.
E
* Euſeb. Eccleſia ſanctorum orationibus glorificata, neque hoſtibus terga dat, neque ipſis ianuis mortis cedit, propter pauca verba quæ Chriſtus protulit, *Super petram ædificabo. &c. & portæ inferi non præualebunt*.
* Orig. Sed & ſingulæ ſpirituales nequitiæ in cęleſtibus portæ ſunt inferorum, quibus contrariantur portæ iuſtitię. Nõ autem exprimit vtrum petræ non præualebunt in qua ædificat Chriſtus eccleſiam, aut eccleſiæ, quam ædificat ſuper petram, tamen manifeſtum eſt, quia nec aduerſus petram, nec aduerſus eccleſiam portæ præualent inferorum.
f *Et tibi*. Vt omnib. conſtaret, quia abſque ea confeſsione ac fide nullus regnum cęlorũ poſſet intrare. Qui prę cæteris cõfeſſus eſt prę cęteris donatur clauibus. Claues ſunt diſcernẽdi ſcientia & potentia, qua dignos recipere, indignos excludere debet a regno, vnde ſubdit.
g *Et quodcunque liga*. Ideſt, quem in peccatis perſiſtentem æternis pęnis adiudicaueris, vel quẽ humilem & vere pęni- F
tentem

## NICOLAVS DE LYRA.

*tatem diuinæ naturæ & humanæ in eodem ſuppoſito.*
1 Viui. *Hoc additur ad differentiam illorum qui colebantur tanquam Dii a Gentilibus, vt Hercules, Iupiter & conſimiles. Fuit enim antiquorum opinio, quod quando tales excellentes perſonæ moriebantur, ad vitam deorũ transferebantur, vnde 2. Mac. 11. dicitur quod rex Antiochus ſcripſit de patre ſuo mortuo.* Patre noſtro inter Deos tranſlato, nos volẽtes eos q́ ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere &c. *Ad iſtas ergo falſitates excludendas dixit Petrus*, Dei viui.
2 Reſpondens autem Ieſus. *Hic conſequenter ad confeſſionem deitatis ſubditur collatio poteſtatis.*
3 Beatus es Simon Bar. *i. filius Ioãna. Bar. enim idem quod filius. Iona autem ponitur per diminutionem ſubtracta media ſyllaba pro Ioanne, vnde eſt ibi compoſitio ex integro & corrupto. Vnde Bariona hic accipitur, ac ſi diceretur filius Ioannis, propter hoc Petrus dicitur Io. vlt.* Simon Ioannis. *dicitur autem hic* Bea. *quia confeſſio veræ fidei ducit ad beatitudinem.*
4 Caro & ſanguis non reuelauit tibi *.i. homo mortalis nõ docuit te illam veritatem.*
5 Sed pater meus. *& per conſequens tota trinitas, quia indiuiſa ſunt opera trinitatis ad extra.*
6 Et ego dico tibi. *Pro te & pro ſociis tuis.*
7 Quia tu es Petrus. i. *confeſſor petræ veræ quæ Chriſtus eſt, factus.*
8 Et ſuper hanc petram. *Quam confeſſus es. i. ſuper Chriſtum.*
9 Aedificabo eccleſiam meam. Et portæ inferi. *i. perſequutiones tyrannorum, & inſultus & tentationes ſpirituum malignorum.*
10 Non prȩualebunt ad. eam. *A vera fide ſubuertẽdo. Ex quo patet, quod eccleſia nõ conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis vel dignitatis, eccleſiaſticę vel ſecularis, quia multi principes et ſummi põtifices et alii inferiores inuẽti ſunt apoſtataſſe a fide, pp q̃ eccleſia cõſiſtit in illis perſonis in quibus eſt notitia vera, & confeſſio fidei & veritatis.*
11 Et tibi da. *Non ſolum pro te, ſed etiam pro aliis. Sicut enim confeſſio Petri erat cõfeſſio aliorũ, ita poteſtas hęc data Petro intelligitur dari alijs, licet Petro principalius inquãtum erat aliorum capitaneus.*
12 Claues regni. *Iſtæ claues non ſunt materiales ſed poteſtas ſpiritualis duplex. Vna eſt poteſtas diſcernendi peccatum a non peccato, ſicut in veteri lege ſacerdotes iudicabant inter lepram & non lepram Aduertendum etiam, quod licet homo nõ poſſit hoc bene iudicare ſine ſcientia, tamen ſcientia non dicitur clauis, ſed poteſtas iudicandi per ſcientiam præhabitam, & ideo licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſario præexigitur ad debitum vſum huius clauis. Alia clauis eſt poteſtas admittendi ad regnum, vel excludendi, ſecundum verum iudicium præhabitum, quia debent indigni excludi, & digni recipi.*
13 Et quodcunque liga. *Quia ſuppoſito hic in terra debito vſu*
clauis,

## MORALITER.

4 *Caro & ſan.* Origen. Si ergo & nos patre nobis reuelante qui eſt in cęlis, quando conuerſatio noſtra in cęlis fuerit, confeſſi fuerimus Ieſum Chriſtum eſſe Dei veri filium & nobis dicetur.
8 *Tu es Petrus.* Petrus enim eſt omnis imitator Petri.
13 *Et quodcunque.* Hier. Iſtum locum epiſcopi & presbyteri.
male

tentem abſolueris,ſic erit & in cęlis.

A *Et quodcunque ligaueris ſuper terram.* Hieronymus. Habent quidem eandem iudiciariam poteſtatem alii apoſtoli quibus poſt reſurrectionem ait. *Accipite Spiritum ſanctum quorum re.&c.* Habet etiam omnis eccleſia in pſbyteris & epiſcopis, ſed ideo Petrus ſpecialiter accipit,vt omnes intelligant, quod quicunque ab vnitate fidei & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec a peccatis ſolui,nec cœlum poteſt ingredi.Hunc locum quidam non intelligentes, aliquid ſibi ſumunt de ſupercilio Phariſæorũ, vt damnare innoxios, vel ſoluere ſe noxios putent, cũ apud Deum non ſententia ſacerdotum,ſed reorum vita quęratur.Vnde in Leuitico oſtendere ſe ſacerdotibus iubẽtur leproſi, quos illi non faciunt leproſos, ſed diſcernunt qui mundi vel immundi ſunt,ita & hic.

Nota Chriſtũ per ſe intus viuificare, miniſtris poteſtatẽ ſoluendi poſt vitam redditam tribuere.Non enim aliquem ſoluere poſſunt,niſi viuat,quẽ ſoluunt. Sed ad quid ſoluẽdi poteſtatẽ accipiunt,cum a Deo iam liberatus & viuificatus quem ſoluunt quæritur? Dicunt quidã miniſtros ſoluere, id eſt,ſolutos demonſtrare recõciliatos eccleſiæ,quos prius de crimine manifeſtos vel conuictos ab introitu eccleſiæ probauerãt. Alii,a quadam impotẽtia bene operandi, quæ poſt remiſſionẽ & ſatisfactionem adhuc remanet,& eſt fęx & reliquiæ præcedentium peccatorum,non tamẽ peccatũ,ab hac purgatur homo cum reconciliatur eccleſiæ per iudiciũ ſacerdotis. Vt enim in homine poſt febris purgationẽ debilitas quædã remanet quæ febris non eſt,a qua non cito purgatur. Sic in homine poſt criminalẽ remiſſionem pro qua iudiciũ eccleſiæ ſubiit,ipſius peccati debilitas remanet. Alii, veritati & euãgelio adhęrentes,miniſtros eccleſię a peccato ſoluere dicũt. Dicit enim veritas. *Accipite Spiritum ſanctũ quorũcunque re.&c.* De hoc iterum Au.contra quinque hæreſes. Nec eos audiamus qui negant catholicam eccleſiã non omnia peccata poſſe dimittere. Illi enim in Petro petrã non intelligunt, & non intelligentes eccleſiæ datas eſſe claues regni cęlorũ, ipſi

Quemcumque ſoluendum iudicaueris dum viuit,& remiſsionem peccatorum conſequetur a Deo.

ueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcũque

ſolueris ſuper terram erit ſolutũ & in cœlis. Tunc pręcepit 1

a diſcipulis ſuis,vt nemini dicerent,quia ipſe eſſet Ieſus Chri

a Non aliis ſed prouectioribus. 2

b c ſtus. Exinde cœpit Ieſus oſtẽdere diſcipulis ſuis,quia opor- 3

teret eum ire Ieroſolymam, & multa pati a ſenioribus, & 4

ſcribis,& principibus ſacerdotum,& occidi, & tertia die re- 5

a Separatim,ne coram aliis magiſtrum arguat. Amantis affectu. 6

ſurgere. Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, 7

Optando. a Non poteſt eſſe vt filius Dei occidatur.

d dicens. † Abſit a te Domine, non erit tibi hoc. 8

ipſi eas de propria manu amiſerũt. Hic opponit quod ſolus Deus Lazarum ſuſcitauit,apoſtolis ſoluendum tradidit. Itẽ quod ſolus ei dimittere peccatum eſt. Ad hoc dicũt, quod Deus prius Lazarum ſuſcitauit,hoc eſt,quod ipſe a ſe, non ab alio peccatum dimittit. Quod diſcipuli reſuſcitatum ſoluũt, hoc eſt quod non a ſe, ſed a Deo habent quod peccata dimittunt, ſic dicitur, ſolus Deus peccatum dimittit, quia hoc quod per ipſum facimus, ipſe facit. Mar.2.a. D

✻ Orige. Vide autẽ quantam poteſtatem habet petra, ſupra quam ædificatur eccleſia eius, vt etiam iudicia maneant firma,quaſi Deo iudicãte per eam. Vbi ſupra.

✻ Chryſoſtomus. Promittit ſe daturum quæ ſunt propria Dei ſolius, ſcilicet,peccata ſoluere,& eccleſiam immutabilem facere inter tot tentationum & perſecutionum procellas. Hom. 55.in Matth. E

a *Vt ne.* Supra aduentũ ſuum prędicare præcepit,hic ne dicant eum eſſe Ieſum. Sed aliud eſt prędicare Chriſtum, qđ eſt commune nomen dignitatis, aliud Ieſum,quod eſt proprium ſaluatoris,quaſi dicat, non prodeſt publice prædicari maieſtatẽ populis,qui viſuri ſunt me multa pati,qđ tũc demum licebit,cum reſurrectio potentiam deitatis oſtẽderit.

b *Ieſus Chriſtus.* Saluator, ne ſcandalizarentur in eo quem paulo poſt viſuri ſunt conſpui & crucifigi.

✻ Origenes. Qui vult etiam Chriſtum prædicatum prius ab Apoſtolis,dicat quoniam leuiter præmittere voluit mẽtionem nominis ſui,vt interim facto ſilentio prędicationis huius,hoc ipſum quod leuiter de Chriſto auditum fuerat,digeratur in cordibus auditorum. Aut ita eſt ſoluẽda quęſtio, vt videãtur ea quę prius de annunciando Chriſto ſunt dicta, non ad tempus pertinere quod fuit ante reſurrectionem, ſed ad tempora poſt futura. Vbi ſupra.

c *Exinde.* Ecce cauſa prohibitæ prædicationis qua dicat, tũc me predicate cum ita paſſus fuero,quia non ante prodeſt.

d *Abſit.* Non vult Petrus deſtrui confeſſionem ſuam,nec putat filium Dei poſſe occidi. F

Chry.

## NICOLAVS DE LYRA

* *clauis, Deus illud approbat in cœlis,aliter non.*

1 Tunc præcepit diſcipulis ſuis. *Hoc videtur eſſe contrarium ei quod eſt dictum ca.10.quod miſit diſcipulos,ad denunciandum aduentum ſuum. Dicendum, quod tunc denunciauerunt aduentum eius tanquam cuiuſdã ſancti prophetæ a Deo miſſi,& iſtud non præcipitur hic taceri, ſed poſtquam cognouerant hic diuinitatem ipſius, vt patet ex confeſſione prædicta,præcepit vt eius diuinitatem aliis non diuulgarẽt ne vulgares homines qui viderent eum pati tam ignominioſe,ſcandalizarentur de eorum prædicatione,ſed poſtquam reſurrexit, a mortuis, habita perfecta victoria mortis voluit hoc publice prædicari.*

2 Exinde. *Hic oſtendit ſe eſſe mundi redemptorem per ſuam paſſionem,& hoc eſt quod dicitur.* Exinde. *Ideſt,poſt quam ſe oſtenderat habere veram naturam diuinam,ſecundum quam eſt impaſſibilis, & humanam in qua poterat vere pati.*

Cępit

3 Cępit. *Quia erat præordinatum a Deo Patre, quod ibi compleretur myſterium redemptionis noſtræ. Illud autem quod præordinatum eſt a Deo infallibiliter euenit,quia licet non ſit neceſſitas conſequentis eſt tamen ibi neceſſitas conſequentiæ. Modus autem noſtræ redemptionis ſubiungitur cum dicitur.*

4 Et mul.pa.a. *Quia ab iſtis iudicatus eſt ad mortem, & præſidi traditus.*

5 Et occidi. *A Gentilibus, qui eum crucifixerunt manibus propriis,vt habetur Ioan.19.*

6 Et tertia die reſurgere. *Hoc prędixit, vt minus triſtarentur de eius morte. Oportebat autem iſta impleri, quia a Deo erant præordinata.*

7 Et aſſu.cum Pe.&c. *In ſecreto,ſcilicet,quia inferior non debet ſuperiorem publice arguere.*

8 Abſit a te domine. *Quaſi dicat,indecens eſt, quod tu tam ignominioſe patiaris.*

Qui

## MORALITER.

† male intelligentes,aliquid de Phariſæorũ aſſumunt ſupercilio, vt vel damnent innocentes,vel ſoluere ſe noxios arbitrentur,cum apud dominum non ſententia ſacerdotũ, ſed de eorum vita quæratur.

1 *Tunc præcipit diſcipulis.* Dans aliis exemplũ, vt nõ quærãt, ſed magis fugiant gloriam hominum.

2 *Exinde cœpit.* Ad hoc.n.ignominiam ſuę paſſionis, & reſurrectionis ſuæ gloriam prædixit, vt eius exemplo timorẽ paſſionis tolleret,& eos ad conſiderandum ſuæ reſurrectionis gloriam eleuaret.

7 *Et aſſum.cum Pe.&c.* Hoc fecit Petrus ex affectu carnalis propter quod Chriſtus dicit ei.

*Vade*

* Chryſoſtomus. Quid mirabile eſt, hęc pati Petrum qui de
A his reuelationem non ſuſcepit? Vt enim diſcas quod neque
Hom.55.in illa quæ de Chriſto confeſſus fuerat, ex ſe locutus eſt, vide qualiter in his quę nō reuelata ſunt ei, turbationem patiatur, humana enim & terreſtri cogitatione quę ſunt Chriſti cōſiderans, æſtimabat turpe & indignū eſſe ei quod pateretur.

†Abi a *Vad.* Supra, omnia illa glorioſa in futurū promiſſa ſūt, non in præſenti data. Aedificabo eccleſiā meam, & tibi dabo cla.&c. Quę ſi ſtatim dediſſet, nunquam poſtea locum error inueniſſet in eo.

Vbi ſupra. * Origenes. Satana dixit ei, quaſi
B per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo.
† De ſimo.c. Mathæus.

a A laude ad vituperium. b Sequere ſententiam meam.
c Aduerſariæ meæ voluntati. d Offendis me volendo præire.

a Qui conuerſus dixit Petro. † Vade poſt me Sathana, ſcanda- 1 2
b lum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ ho- †
Ego vere patiar & ſi quis vult me imitari, renunciet voluptatibus ſuis. 3
c minum. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis † Si quis vult poſt 4
d me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſe- 5
e Faciendo hoc ex charitate. Hic. 6
f quatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, 7
a In futuro. Quaſi dicatur agricolę ſi frumentum ſeruas, perdis, ſi ſeminas renouas. 8
b Non propter vanam gloriam uel aliud quodlibet. 9
perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter 10
a Cum decit perſecutio, cuſtodiatur cor, qu a pacis tempore licet viuere, licet & aiubire. 11
g me, inueniet eam † Quid enim prodeſt homini, ſi mūdum 12
vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentū patiatur? 13 14

b *Quia non.* Non placet tibi, vt per mortem meam mundū redimam, quæ voluntas patris, ſed carnaliter hęc ſapis.

Hom.56.in Math. c *Si quis vult.* Prędicta apoſtolis paſsione & reſurrectione hortatur ad ſequendum tam eos quam turbas.

* Chryſoſtomus. Quaſi dicat, Tu dicis. *Abſit a te Domine*, Ego autem dico tibi, quoniam non ſolum me prohibere a paſsione nociuum tibi eſt, ſed neque ſaluari poteris, niſi patiaris, & moriaris, & vitæ abrenuncies ſemper.

d *Abneget ſe.* Quod per vetuſtatem eſt, vt capiat quod vltra ſe eſt. Remotis vitiis, virtus ſequatur, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quod erat per vetuſtatē, abnegauerit ille qui

Gal.2.d. dicebat. *Viuo autem ego, iam non ego.* Quod vero vltra ſe erat, cę
C perat. *viuit vero in me Chriſtus.*

e *Tollat cru.* Scilicet, Crux tollitur vel cū per abſtinentiam D corpus, vel cum per compaſſionē proximi animus affligit. Crucem abſtinentię habuit Paulus, dū dicebat. *Caſtigo corpus meum & in ſer.&c.* Compaſſionis quoq; cum ait. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* 2.Co

* Chryſoſtomus. Ne autem exiſtimes quod vſque ad verba tantum & contumelias oportet abnegare ſeipſum, oſtendit ad vſque ad quantum abnegare ſeipſum oporteat, quia vſque ad mortem etiam turpiſsimam, ſcilicet, crucis.

f *Qui enim voluerit.*

* Origenes. Hoc dupliciter poteſt intelligi, primum ſic. Si quis amator vitæ præſentis parcit animę ſuę timens mori, & putans animam ſuam per hāc mortē perire, iſte volens hoc mō ſaluare animam, perdet eam. Si qs contemnens vitam præſentem, vſque ad mortem pro veritate certauerit, perdet quidē animam ſuam, quantū ad vitā præſentē, ſed quoniam propter Chriſtum perdet eā, magis eam ſaluā faciet in vitam ęternā. Alio modo ſic. Si quis intelligit quæ eſt vera ſalus, & acquirere vult eam ad ſalutem animę ſuę, iſte abnegans ſemetipſum, perdit quantum ad voluptates carnales animā ſuam propter Chriſtum, & perdens animam ſuam hoc modo, ſaluat eam per opera pietatis.

g *Quid e.p.* Eccleſia habet tempus perſequutionis, habet & tēpus pacis. Hæc tempora deſignat in præceptis. Nam tempore perſequutionis ponenda eſt anima, & tēpore pacis frāgenda

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui conuerſus. *Ideſt, facie verſa erga Petrum, vt eum de ſua temeritate efficacius argueret.*

2 Dixit Petro. *Ideſt, aduerſarie inquantum per iſtam increpationem: nam volebat ſalutem humani generis quodammodo impedire, & per conſequens Chriſto aduerſabatur qui erat huius ſalutis nuncius.*

Scādalū quid ſit & quotuplex. 3 Scandalum es mihi. *Scandalum ibi improprie accipitur, quia ſcandalum actiuum proprie dictum, eſt dictum alicuius vel factum minus rectum, præbens occaſionem ruinæ alteri. Scandalum autem paſſiuum, eſt ruina alicuius ex tali facto vel dicto. Neutrum autem potuit habere locum in Chriſto, & ideo ſcandalum hic accipitur pro impedimento, quaſi dicat.* Scandalum es mihi. *Ideſt, quantum eſt in te vis me a ſalute mundi impedire. Cuius ratio ſubditur.*

4 Quia nō ſapis ea quæ Dei ſunt. *Quærendo, ſcilicet, impedimentum præordinationis diuinæ.*

5 Sed ea. *Quia illud quod dictum eſt, Petrus dicebat Chriſto motus ex affectu humano.*

6 Tunc Ieſus. *Hic proponit Chriſtus ſuæ imitationis exemplum. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit quod dictum eſt proponendo ſcilicet, exemplum ſuæ imitationis, ſecundo, promittit ex hoc gloriam futuræ reſurrectionis, ibi.* Filius enim hominis. *dicit igitur.*

7 Si quis vult poſt me venire. *Per meam doctrinam & facta ſequendo.*

8 Abneget ſemetipſum. *Ideſt, affectum humanum, non ſolum meam paſſionem non impediendo, ſed etiam me in hoc imitando.*

9 Et tollat crucem ſuam. *Ideſt, paratus ſit in animo voluntarie crucem portare in qua crucifigatur ignominioſe. Ad hoc autē rationē inducit, dicens.*

10 Qui enim voluerit. *Hoc autē poteſt dupliciter intelligi. Perdere enim habet duplicem ſignificationem. Vno modo idem eſt quod amittere, & in iſto ſenſu cum dicitur hic.* Perdet eam. *ſubintelligendum eſt, in alia vita, quaſi dicat.* Qui enim voluerit animā ſuam. *ideſt, delitiis & voluptatibus occupare in hac vita, quia hoc eſt vitam ſuam ſaluare ſecundum opinionem carnalium, talis perdet eam in alia vita, quia obligat eam ad pœnam inferni. Alio mō perdere idē eſt quod deſtruere, & tunc cum dicitur, perdet eam, ſubintelligitur in hac vita, & eſt ſenſus.* Qui enim voluerit animam, *quantum ad meritum vitæ æternæ.*

11 Perdet eam. *Ideſt, deſtruet corpus laboribus, & paſſionibus exponēdo, ex quibus ſequitur ſeparatio animæ a corpore. Et hoc eſt animam perdere ſecundum æſtimationem falſam carnalium, licet ſit ſaluare eam ſecundum veritatem, ſecundum hunc ſenſum vltimū ſequitur.*

12 Qui autem. *Hoc eſt propter Deum mortem ſuſtinendo.*

13 Inueniet eam. *In beatitudine Deo fruendo. Et quia anima cū ſit immortalis præponenda eſt omnibus corruptibilibus & tranſitoriis, ideo ſubditur.*

14 Quid enim prodeſt. *Quaſi dicat, nihil, imo per talia perdit multum, quia perdit illud quod eſt immortale & diuinum in eo.*

Filius

## MORALITER.

Duo abſtinentiæ genera. † *Vade poſt me.&c.* Quaſi dicat, non debes impedire paſſionem meam, ſed magis ſequi, ideo ſubditur.

6 *Tunc ait diſcipulis.* S. Maximus in ſermone de ſancto Ioanne Baptiſta. Duo autē abſtinentię, & crucis ſunt genera, vnum corporale, & aliud ſpirituale. Vnum eſt a potu & epulis tempetrare appetitum gulæ, a delectationibus & molliſsimis ſuauitatibus coercere, & ab his quæ tactu, guſtu, viſu decipiunt ſenſum viriliter reuocare, ac violenter abſtrahere. Alterū abſtinentię & crucis genus eſt pretioſius atque ſublimius motus animi regere, & perturbationis illius modeſtię trāquillitate placare, irę ac ſuperbię impetus quaſi feram beſtiam refręnare, litigare quotidie contra vitia, increpare ſe quadam cenſura & auſteritate virtutis, & rixā quodammodo cum homine interiore conſerere.

10 *Qui enim vo.* Ideſt, vitā animalem voluptatibus exponere

11 *Perdet eam.* Aeternaliter.

11 *Qui au.* Ideſt, a voluptatibus retraxerit. *Inueniet eam.* ad gloriam ordinatam.

14 *Quid enim pro.* Quaſi dicat, nihil, ſed multum nocet, nam anima rationalis imagine trinitatis inſignita precioſior eſt omnibus terrenis.

Filius

genda ſunt terrena deſideria. Nā quid prodeſt homini, &c.
a *Aut quam*. Nec lucra, nec timor, nec aliquid aliud retrahat a ſalute, quia quam commuta.da.homo.
*Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.* Vel nihil terrenum pro anima perdita poterit homo date.
* Chryſoſtomus. *Quid prodeſt.* Quaſi dicat, Ne dicas quod qui pericula quę propter Chriſtū imminent effugit, ſaluet animam ſuam, ideſt vitam temporalem. Sed pone etiam cū anima, id eſt, vita temporali totum orbem terrarum, quid ex his homini erit amplius anima in perpetuum pereunte? Si n. famulos tuos videas in lætitia, te autem in malis vltimis cōſtitutum, quid lucrareris ex eorum dominio? Hoc etiam in anima tua reputa, cum carne laſciuiente ipſa futuram perditionē expectat.
* Chryſoſtomus. Ac ſi dicat, Diuitias ſi perdideris, poteris dare diuitias alias ad eas redimendas: animam autem perdens, non poteris animam aliquam dare, ſed neq; aliquid aliud. Quid autē mirabile eſt, ſi in anima hoc contingit? Etenim hoc videtur in corpore contingere. Etſi enim decem milia diademata corpori inſanabiliter ægroto circumpoſueris, non curatur. D

a Q d. Quid retribuam domino, pro omnibus, &c. b Nihil dabit pro anima, quia filius hominis ſecundum opera dabit. c Quam ipſe redemit.

a Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Fi- 1

a Qui prius venit humilis.

b lius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum ange- 2

a Omni conditioni, omni ſexui. ¶Stella enim differt a ſtella in claritate

lis ſuis, & † tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. 3 4

a Quod quia incertum eſt.

Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non gu- 5

a A ſanctis mors, quaſi libando guſtatur, vitam verò poſſident in futuro.

c ſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem 6 7

a In ea claritate in qua erit peracto iudicio, quod completum eſt in transfiguratione, de qua ſtatim agit euangeliſta.

d in regno ſuo. 8

b *Filius e.* Nec durū videatur hoc pati, *quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ re. in nobis.* Rom. 8. d. E
c *Sunt quidam.* Quia rudes erant Apoſtoli, etiam in præſenti vita promittitur eis aliqua conſolatio, vt certius credant de futuro.
d *In regno*. In regno beatitudinis æternæ, vel oſtendendo ſuam poteſtatem in præſenti eccleſia. F

¶ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Filius enim. *Quia inuitauerat eos ad imitandum exemplum ſuæ paſſionis, ideo ne terrerentur morte corporali & tranſitoria, promittit eis præmium futuræ reſurrectionis, quod complebitur in aduentu Chriſti ad iudicium, quia tunc reſurgent homines ad vitam immortalem, et hoc eſt quod dicit:* Filius enim. *Ideſt, Chriſtus verus homo.*
2 Venturus eſt. *Ad iudicium.*
3 In gloria. *Quia in forma glorioſa iudicabit.*
4 Et tunc red. *Iuſtis gloriam animæ & corporis, aliis aūt pœnam vtriuſque. Et vt ſint de futura gloria animæ & corporis magis certi, promittit eis quod aliquibus eorum oſtendet in hac vita præſenti quod oſtendit in ſua transfiguratione, vt patebit in cap. ſeq. & hoc eſt quod dicit.*
5 Amen. *Id eſt, fideliter.*
6 Sunt qui. *Scilicet, Petrus, Iacobus & Ioannes, vt videbitur.*
7 Qui non guſta. *De vita præſenti recedendo.*
8 Donec videant.fi. *Scilicet, apparentem eis in forma corporis glorioſa, qualem habebit poſt reſurrectionem, cum adeptus fuerit poteſtatem regni, tunc ei im. dixit diſcipulis ſuis Matt. vlt. d.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.

CAP.

## MORALITER.

1 *Filius e. ho.* Hieronymus. Timens, mortem, audi gloriam triumphantis, vereris crucem, auſculta angelorum miniſteria.
6 *Sunt quidam.* Cum Chriſto hic ſtant qui pro ipſo paſſiones patienter ſuſtinent, & iſti mortem culpæ vel gehennæ non guſtant, ſed cum ipſo tranſeunt ad gloriam ſempiternam.

## ADDITIO I.

*In capitu. 16.* vbi dicitur in Poſtil. *Signa autem temporum non poteſtis.*

Hæc reſponſio ſecundum expoſitionē poſtil. non vr̄ pertinere ad propoſitū. Petebāt. n. Phariſęi ſignū de cœlo, in quo declararetur tēpus Chriſti aduentus, vt patet ex dictis ſuis. Dicere autē, ꝙ hoc non poſſent cognoſcere per conſtellationes ſiderū ſeu per faciē cęli, nihil vr̄ ad propoſitum facere cum ipſi ſuper naturalia ſigna petebant, non ſigna quæ ſecundū curſū temporū naturalē apparēt. Vñ iſte paſſus melius exponitur per Chry. ſuper Mat. vbi ſic ait. *Sicut ergo in cœlo aliud quidem eſt ſignum ſerenitatis, aliud pluuiæ, ita & in me putare oportet.* Nam nunc in primo aduentu ſignis quæ in terra ſunt opus eſt, quæ autē in cęlo ſunt, cōſeruanť tempori ſecundi aduentus, qñ virtutes cęlorū mouebuntur, hęc Chryſoſt. Quę quidem expoſitio proprie videtur applicari propoſito, vt patet ſeriem literæ bene intuenti.

## ADDITIO II.

*In eo. c. 4.* vbi dicitur in Poſti. *Et ideo licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſario præexigitur.*

Licet ſcientia diſcernendi peccatū a peccato ſecūdū magiſtrū in 4. di. 18. ſit clauis, nō tñ in hoc tenetur cōmuniter a doctorib. vt ibidē tractatur. Nam prout cōiter tenetur, in ſacerdotis ordinatione non infunditur habitus ſcientiæ de nouo, ſed imprimiť ſacerdotalis character, in quo fundantur hæ duę poteſtates. ſ. diſcernendi & ligandi ſeu ſoluēdi, quę quidē poteſtates vnū ſūt in radice, ſed diſtinguuntur penes earum actus. Qđ āt dicit poſtillator, qđ ſciētia neceſſario præexigitur ad debitum vſum clauis, nō vr̄ verum. Quamuis. n. claues eccleſiæ recipere non debeat, niſi habēs ſcientię habitum conuenientē ſeu ſufficientē ad executionē huius poteſtatis, ex hoc tñ non ſequitur, quod ſi ſacerdos non habeat talē ſcientiā, quod nō habeat claues. Eſſet. n. maxime periculoſum, cū quamplurimi & innumerabiles ſacerdotes curā animarum habentes, talē ſcientiam non hēant, vt quotidie cōſtat per experientiā, & ſic tales nec ligarent, nec ſoluerent, quod crudeliſſimum eſſet opinari. Hoc tñ manifeſte ſequereť ex dictis Poſt. dicētis, qđ ſciētia neceſſario præexigiť ad debitum vſum clauiū. Nihil autē eſt ſine eo, quod neceſſario præexigitur. Vnde vr̄ dicēdū prout dictum eſt. ſ. quod ſacerdos de congruitate debet habere ſciētiā ſufficientē, non tamē de neceſſitate. Et ſic ſacerdos, qui non habet talē ſciētiam actualiter nec habitualiter, poteſt tamen vti clauium poteſtate, ſm̄ quam ligat & ſoluit tanquam habēs diuinam poteſtatem, vt iudex eccleſiaſticus. Quod intelligendum eſt ſemper claue non errante.

REPLI. *In ca. 16* vbi dicitur. *Signa aūt temporum ſcire non poteſtis.* Quod exponit poſtil. ad intentionē beati Hiero. glo. or. & aliorum. Burg. autē adducit expoſitionē Chryſ. & ob hoc abiicit expoſitionē poſtil. ſine ratione, quaſi eiuſdē paſſus non poſſint eſſe plures expoſitiones, fidei tñ veritate per omnia ſeruata. Cū. n. poſtil. dicit, quod ſigna tēporum in diuina pręſciētia definitorum non poſſunt ſciri ex his quę in cęleſtibus corporib. fiūt, intelligit ēt ſi fiat pręter curſum communē naturę, de qua ratio redditur, quia huiuſmodi tēpora aduētus Chr̄i & ſigna, nō dependent ex his quæ in corporibus cęlorum fieri poſſunt, ſed ex diuina pręſciētia. vnde etiam cęli ortum habuerunt.

*In eo. c* vbi circa collationē clauium poſtil. dicit, licet ſciētia nō ſit clauis, tñ neceſſario præexigiť, de quo dicto Bur. magnū facit ſtrepitū, imponēs poſtil. falſum, ſed falſe. Nā Poſtil. non dicit ſciētiā neceſſario præexigi ad ſuſceptionē clauium, nec ad vſum clauium, ſed declarādo ſic dicit ſciētiā neceſſario præexigi ad legitimū & debitū vſum earū, & ſic Bur. in fine huius corruptorii venit in eandē ſentētiā cū poſtil. dicens vſum clauium ſequi clauē, claue tñ nō errante. vbi igitur clauis errat, certum eſt vſum non eſſe legitimū, vtendo autē auctoritate diſcernendi abſque ſciētia & diſcretione, cōmittitur error. Ad euitādū igitur errorē neceſſario pręexigitur diſcretio quę ſciētia dici pōt nō clauis, quæ eſt ſententia poſtil. bene viſa, non truncatim. Qđ autē dicit Bur. de idētitate clauium in radice, & earum ſecundum actus diſtinctionē, habet tractari lib 4. di. 18. & 19.

A

CAP. XVII.

Mar.9.a. Luc.9.d.

a ET *poſt di.* Marcus dicit, ſed Lucas octo. Hi ergo ponũt medios. Lucas addit & primum quo promiſit, & extremum quo compleuit. Et illi poſt ſex mundi ætates quieſcendum ab omni labore, & hic octauo tẽpore deſignat eſſe reſurgendum. Tres dicit, q̃a qui fidẽ trinitatis firmiter ſeruauerint, in æterna viſione gaudebunt. In mõtem etiã ſecundum Lucam oraturus, quia qui reſurrectionem expectant, B mentes, in excelſis habitare, & precibus cõtinuis debent inſiſtere. Scorſum quia iuſti & nunc animo ſunt ab impijs ſeparati, & in futuro omni modo ſeparabuntur, cum abſcondet eos in *abſcondito faciei ſuæ a contur. hominum.*

Pſal.30. b *Petrum.* Nomina iſtorũ conueniunt. Quiſque debet eſſe Petrus, ideſt, firmus in fide. Inde Iacobus, ideſt, ſupplãtator vitiorum. Inde Ioannes, id eſt, omnia gratiæ diuinæ aſcribens contra ſuperbiam vitæ, quæ ſolet oriri ex virtutibus.

Hom.57.in Math. ⁎ Chryſoſtomus. Ideo hos tres aſſumpſit, quoniam aliter potiores erant. Intende autem qualiter Matthæus non occultat eos qui ſibi præpoſiti ſunt, hoc. n. & Ioannes facit prçcipuas laudes Petri commemorans. Ab æmulatione enim C & vana gloria mundus fuit Apoſtolorum chorus.

D c *Transfiguratus.* Speciem quam habebat per naturam oſtendit non amittens carnem quam aſſumpſerat voluntate. Illud autem corpus quod habuit per naturã, dedit diſcipulis ſuis in cęna, non mortale, non corruptibile.

Quale dedert diſcipulis in cœna. Serm. ... ſurrect.

CAP. XVII.

a b ET poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus petrum & Iaco- 1
a Gloriam maieſtatis oſtenſurus. 2
bum & Ioannem fratrem eius, & † duxit illos in 3
a vt diſcat gloriam non in profundo huius ſeculi, ſed in regno ſupernæ beatitudinis eſſe quærendam. ¶Non ſubſtantiam carnis amiſit, ſed gloriam futuræ reſurrectionis oſtendit.
c d mõtẽ excelsũ ſeorsũ, & trãsfiguratus eſt ante eos. Et reſplẽ 4 5 6
a Non habet clarius quod cui comparet. b Sancti quicunque baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.
e duit facies eius ſicut ſól, veſtiméta aũt eius facta ſunt alba ſi-

⁎ Cyprianus. Mirati ſumus in transfiguratione quæ facta eſt præſentibus Apoſtolis, Petro, Iacobo & Ioanne, quã do ſicut ſol reſplenduit facies Saluatoris, & veſtiméta eius candorem oẽm exuperantia Apoſtolorũ hebetauere conſpectum, ſed momentaneus ille decor imaginem nõ ſpeciem, ſimilitudinem non ſubſtantiam, partem non plenitudinem transformationis mirificæ explicauit.

† Subd.

E

d *Reſplenduit facies.* In exemplum futuræ beatitudinis & claritatis, quam videbunt iuſti, prius ſublatis impiis.

e *Veſtimenta autem, &c.* Facta ſunt alba quod non ante, quia nondum apparuit quod erimus, ſed cũ apparuerit, ſimiles ei erimus. Marcus ait, qualia fullo ſup terrã nõ poteſt facere. Ideſt, Deus in hac vita, tam claras nequit facere quia nullus ſine peccato. Nullus mundator ſui in terra faciet, qđ Deus in cęlo, mundans veſtem ſuam ab omni inquinamento. Fullo F eſt doctor animarum, vel mundator ſui corporis.

*Et ecce.*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XVII.

ET *poſt di.* Fundata eccleſia gentium in fide præced. ca. hic ponitur eiuſdem fundationis confirmatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò declarar gloriam futuræ reſurrectionis, & ſecundo efficaciam ſuæ paſſionis, ibi 1 *Conuerſantibus autem.* Procedit autem hoc modo, ordine, ſc. licet, retrogrado ad præcedens capit. vt continuet principium huius cap. ad finem præcedentis, vbi promiſerat gloriam futuræ reſurrectionis, vt viſum eſt. Prima diuiditur in duas partes, quia primo oſtenditur gloriæ futuræ reſurrectionis, ſecũdo ex hoc ſubditur ſolutio duplicis quæſtionis, ibi: *Et interrogauerunt diſcipuli.* Prima in tres, quia primo ad declarationem futuræ reſurrectionis deſcribitur Chriſti transfiguratio, ſecundo ſubiungitur huius transfigurationis teſtificatio ibi: *Et ecce apparuerunt.* tertio circa hoc ponitur diſcipulorũ inſtructio, ibi: *Et deſcendentibus illis.* Circa Chriſti transfigurationem euangeliſta notat quatuor, videlicet, tempus determinatum, conſortium, locum & modum. Quantum ad tempus, dicit ſic.

1 *Et poſt di.* Scilicet, a promiſſione præcedenti diſcipulis facta, qñ dixit: Sunt quidã de hic ſtantibus, &c. Conſiderandum tamẽ, quod Lu.9. dr̃ *poſt dies octo*, quia Matthęus nõ computat diem in qua Chriſtus fecit eis promiſſionẽ, nec vltimam in qua transfiguratus eſt, ſed cõputat tantũ tempus intermedium, & ideo ſecũdũ veritatẽ computando totum tempus a promiſsione facta vſq; ad trãsfigurationẽ, transfiguratio fuit in octaua die. Ratio autem huius sũt, quia iſta trãsfiguratio facta eſt ad oſtendendum diſcipulis gloriã futurę reſurrectionis, illa aũt erit in octaua ætate mũdi, & propter hoc figurata eſt hic per octauam diem. Prima enim ætas mũdi fuit ab Adã vſque ad Noe, ſecunda a Noe vſq; ad Abrahã, tertia ab Abrahã vſque ad Dauid, quarta a Dauid vſq; ad trãſmigrationẽ Babylonis, quinta a trãſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtũ, ſexta a Chriſto vſque ad finẽ mundi. Iſtæ autem ſex ætates accipiuntur ſecundũ diuerſos ſtatus viuẽtiũ in hoc mũdo. Septima autẽ accipitur ſecũdũ ſtatũ animarum quieſcentium in paradiſo, & iõ incępit ab aſcenſione domini quando eis cęlũ patuit, & durabit vſque ad iudiciũ, & ideo ab aſcenſione domini currit cũ ſexta ætate quantum ad ſimultatẽ temporis. Octaua ętas erit reſurgentiũ, & ſic patet, quod bene ſignificatur hic per octauam diem & ſic patet tempus conueniens huius transfigurationis. Cõſortium autem notatur cum dicitur.

Transfiguratio quare facta octauo die &c.

Aetates mundi initia & fines.

Mar 9.a. Luc.9.a.

2 *Aſſumpſit Ieſus, &c.* Iſti enim tres ſunt aſſumpti ad videndũ gloriã futurę reſurrectionis propter pręrogatiuã eminẽtię ſpecialis inter alios. Petrus enim pp feruorẽ fidei erat inter alios principalis, pp quod & principaliter datæ ſunt ei claues eccleſiæ, vt patet in pręcedẽti ca. Ioannes autẽ excellebat in prærogatiua virginitatis, pp qđ erat inter alios Chr̃o magis familiaris. Iacobus aũt inter alios diſcipulos primus ſuſtinuit martyrium propter Chriſtũ, vt hr̃ Act. Conſiderandum tamen quod beatus Ambro. ſuper Luc. & Aug. ſuper epiſtolã ad Gal. videntur dicere, qđ Iacobus iſte qui fuit in trãsfiguratione, fuit ille Iacobus qui primo rexit eccleſiã Ieroſolymitanam, & ille nõ fuit frater Ioannis, & filius Zebedæi ſed filius Alphęi. Sed dicendũ quod cũ textus expreſſe dicat iſtũ fratrẽ Ioannis, & per cõſequẽs filiũ Zebedęi, qđ Aug. & Amb. nõ loquũtur aſſerendo, ſed magis opinionẽ aliorũ referendo. Si tñ loquerent̃ aſſertiue, non eſſet curandũ de dictis eorum, qñ ſacra ſcriptura expreſſe dicit cõtrariũ, ſicut hic. Vnde Aug. in epiſto. ad Vincentiũ Donatiſtã dicit de doctrina ſanctorũ quę eſt extra ſciptură canonicã. Hoc genus ſcripturarũ ab illis quę canonicę nominant̃ diſtinguendum eſt, non. n. ex eis ita teſtimonium proferendũ, vt cõtrariũ ſentire nõ liceat, maxime vbi aliter ſenſerũt quã veritas ſe habeat, nos in illo genere ſumus, vt non dedignemur ẽt ab apoſtolo dictũ ſuſcipere, ſi quid aliud ſapiti. i. Deus illud reuelauit. Conſequenter euangeliſta deſignat locum di.

3 *Et duxit il. in mon. excel.* Ad deſignandum quod illi ſunt apti ad contemplandum cęleſtia, qui eminent in contemplatiua vita. Subdit autem.

4 *Seorſum.* Ad denotandum quod contemplatiui debent eſſe a tumultu ſecularium ſegregati. Conſequenter deſcribit trãsfigurationis modum di.

5 *Et transfiguratus eſt.* Non quod mutauerit lineamenta corporis vel figuram, ſed propter claritatis vultus eius immenſitatem, & hoc eſt quod ſubditur.

6 *Et reſplẽ.* Ad cuius euidentiã cõſiderandũ, qđ anima Chriſti a principio creationis fuit glorioſa per apertã viſionẽ & perfectã fruitio-

## MORALITER.

1 *Et poſt dies ſex.* Origenes. Sex diebus factus eſt viſibilis mundus. igitur qui tranſcendit omnes res mundi viſibiles, poteſt excelſum montem aſcendere & aſpicere gloriam verbi Dei.

*Et ecce*

a *Et ecce.* Quales vel q̃d loquuti, Lucas dicit. Viſi in maieſtate, & dicebãt exceſſum eius quẽ cõpleturꝰ erat in Ieruſalẽ.i. paſſionem & reſurrectionẽ. Significant oracula legis & prophetię, quæ in domino completa, & nunc doctis & in futuro omnib. electis patebũt. Et bene viſi in maieſtate, quia tũc apertius vr̃ quãta dignitate veritatis oĩs diuinorũ nõ ſolũ ſenſus, ſed ẽt ſermo fuerit prolatꝰ. Vel Moyſes & Elias ſignãt oẽs cum Chriſto regnaturos. Mortuus Moyſes, mortuos. Elias viuus, eos qui viui inuenientur. Quibus conuenit in maieſtate videri pro gloria quã habebunt, & exceſſũ memorare, quia vnica materia laudis fit fidelib. paſſio Chriſti. Et quia guſtata dulcedine cęleſti vileſcunt infima, Petrus viſa dñi, & ſanctorũ maieſtate, ſolis his perpetuo vult hærere dicẽs: *Bonũ eſt nos hic eſſe, faciamus hic, &c.* Secundum alium euangeliſtã neſciebat quid diceret, in eo q. in cęlis tabernacula quęrit, vbi nulla aduerſitatis aura eſt timenda, q̃a Deus omnipotẽs tẽplum eius eſt & agnus. Sed in hoc ſciebat quid diceret; *bonum eſt nos hic eſſe*, quia vere ſolum hominis bonum eſt intrare in gaudium domini ſui. Quod ſi Petrus videns glorificatam humanitatẽ tanto afficitur gaudio, vt nunquam velit ab eius intuitu ſecerni, quid putãdum eſt de his qui diuinitatem videre meruerunt?

* Tertullianus. Dominus quoque in ſeceſſu montis etiã veſtimenta luce mutauerat, ſed lineamenta Petro agnoſcibilia ſeruauerat. Vbi ẽt Moyſes & Elias, alter in imagine carnis nondum receptę, alter in veritate nondum defunctę, eandem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perſeuerare docuerunt.

* Idem. Merito etiam in carne ſe Dominus ei (Moyſi) oſtendit collegæ ieiuniorum ſuorum, nõ minus & Eliæ. Nam & Elias hoc primum q. famem fuerat imprecatus ſatis iam ſe ieiuniis vouerat. *Viuit, inquit, Dominus, cui aſſiſto in conſpectu eius, ſi erit ros iſtis annis & imber.* (Lib. aduerſ. Pſychicos. 3 Reg. 17.)

a Vt oſtendat eum eſſe quem lex & prophetæ promiſerunt. b Legiſlator. c Eximius prophetarum.

a cut†nix. Et ecce ᵃapparuerunt illis Moyſes & Eliasᵇ cum eo 1

a De paſſione eius & reſurrectione. b Oblitus regnum non in terra, ſed in cœlis eſſe promiſſum, nec mortali carne circundatos poſſe intrare. 2

b loquentes. Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum, Domi- 3

a His non reſpondet dominus, oſtendens non improbum eſſe ſed inordinatum quod cuperet. †

ne, bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis faciaᵃmus hic tria tabernacu 4

5

c la, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo lo- 6

* Damaſcenus. Moyſes quidem gloria externa aduentante glorificatur, at Dominus Ieſus haud quaquam aſcititium gloriæ ornamentum habebat, verum ex inſita diuinæ gloriæ claritate manans. (Sermone de trãsfiguratione.)

b *Domine bonum eſt, &c.* * Euthymius. Cũ Petrus vehementer præceptorem amaret, nec vellet eum ire in Ieruſalẽ, ne pateretur, palam quidẽ non audet eũ prohibere, ne rurſum increparetur. Viſo autem q. mons magnam haberet ſecuritatem, vtpote inſidiatoribus incognitus, ſimul autẽ Moyſem & Eliam idoneos qui vlciſcerentur, (nam ille plurimas gentes deuicerat, hic vero ignem ſuper quinquagenarios de cęlo detraxerat) conſulit illi, dicens, *bonum eſt nos hic eſſe.*

c *Adhuc eo lo.* Vt diſcat qui tabernaculum quæſiuit in reſurrectione non tegmine domorum, ſed ſpiritusſancti gratia protegendos eſſe.

Ecce

## NICOLAVS DE LYRA.

fruitionem. Veruntamen ex diuina diſpoſitione fiebat, vt gloria animæ non redundaret ad corpus, vt ſic corpus eſſet paſſibile & mortale ad implendum precium redemptionis humanę. Et eodẽ modo ex diuina ordinatione factum eſt, vt gloria animæ redũdaret ad corpus in hora trãſfigurationis, vt oſtenderetur diſcipulis gloria futuræ reſurrectionis non tantum animæ ſed corporis, vt ſic animarentur ad ſequendum Chriſtum in acerbitate paſſionis, ad quod eos inuitauerat in ca. præced. Et ſic patet, quod claritas illa in transfiguratione fuit claritas glorię quantum ad eſſentiã, ſed non quantum ad modum, quia fuit eiuſdem rationis cum illa claritate quæ eſt in corporibus glorioſis, ſed non fuit ibi per modũ qualitatis permanẽtis, ſicut eſt in illis, ſed per modũ paſſionis trãſeuntis, & iõ illa claritas non debet dici dos glorię, quia dos de ſua rõne importat qualitatẽ permanentẽ. Et eſt ſimile de lumine eleuante aĩam Pauli ad videndũ in raptu diuinã eſſentiam quod fuit eiuſdẽ rõnis cũ lumine eleuante animas beatorũ. Veruntamẽ, q̃a nõ fuit in Paulo per modũ qualitatis permanẽtis, ſed per modũ paſſionis tranſeuntis, ideo ex tali eleuatione ſiue viſione non fuit Paulus beatus, quia beatitudo importat permanentem.

1 *Et ecce.* Hic ponit trãſfigurationis teſtificatio. Et primo teſtificatio humana, ſecũdo diuina, ibi, *Adhuc eo loquẽte.* Prima in duas. q̃a primo ponit teſtificatio eminẽtiũ virorum in ve. Teſt. ſecũdo eminẽtiũ in nouo, ibi. *Reſpondens autem Petrus.* Dicit ergo primo quod Moyſes, & Elias apparuerunt illis, hoc eſt ipſis diſcipulis.

2 *Loquentes cum eo.* De quo aũt loquerentur, Lucas exprimit 9. c. dicens, quod loquebant cũ Ieſu de exceſſu quẽ expleturus erat in Ieruſalẽ, q quidẽ exceſſus fuit in ſua paſſione, in qua ſuſtinuit dolorẽ exceſsiuum & ignominiã exceſsiuam pp amorem exceſsiuum ad nos. Ratio aũt quare Moyſes & Elias magis apparuerũt quã alij, fuit quia Moyſes erat legiſlator, & Elias maximus ęmulator ꝓ honore diuino, ſecundũ q. de eo ſcribit 3. Reg. 19. *Zelatus ſum pro domino exercituum.* & iõ per teſtimonium illorũ apparuit, quod Chriſtus nõ erat diſſolutor legis vt imponebãt ſibi Iudæi dei ſed magis adimpletor. Similiter nec blaſphemator diuini nominis, vt imponebant ei Iudęi, q̃a dicebat ſe filiũ Dei, ſed magis cõfeſſor veritatis. Cõſiderandũ ẽt, q. Moyſes & Elias nõ fuerũt ibi ſecundũ apparentiã phantaſticã, ſed ſecundũ veritatem, q̃a Elias fuit adductus ibi de loco quodã eminenti ad quẽ fuerat raptus, vt hr̃ 4. Reg. 2. & ſic apparuit ibi in aĩa & corpore. Moyſes autẽ fuit adductus ibi de limbo ſanctorũ patrũ, nõ quia reſurrexerit, ſed quia aĩa apparuit ibi, in quodã corpore ſibi adaptato, ſicut apparẽt angeli in corporib aſſumptis. Per hoc ẽt oſtenditur, q. Chriſtus erat dominus vitæ & mortis, quia habebat teſtimonium ab Elia qui erat adhuc viuus & a Moyſe qui iam fuerat mortuus.

3 *Reſpondens.* Hic ponit teſtimonium apoſtolorum qui fuerunt eminẽtes in no. Teſt. Ad cuius euidentiã ſciendũ, q. beatitudo eſſentialiter cõſiſtit in aſpectu claro ipſius diuinitatis & pfecta eiꝰ fruitione, accidẽtaliter aũt cõſiſtit in aſpectu humanitatis Chriſti & delectatione cõſequẽte per quã ſicut per inſtrumentum coniunctũ diuinitati ſunt ſancti adducti ad gloriã. Illi aũt apoſtoli qui admiſsi fuerunt ad videndum transfiguratione Chriſti, non viderunt ipſius diuinitatẽ, ſicut Paulus in raptu, ſed tantum eius humanitatẽ in forma glorioſa, & tamen in eius aſpectu fuerũt ſic delectati, quod voluiſſent ibi perpetuo manere, propter quod dixit Petrus. *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.*

4 *Faciamus hic tria.* Ad manendum ſcilicet hic continue.

5 *Tibi vnum.* Nõ loquitur de tabernaculo faciẽdo pro ſe & ſocijs ſuis, quia volebat cũ Chriſto eſſe in ſuo tabernaculo, & ſocij ſui cũ alijs duobus. Lucas aũt dicit, q̃d loquebat Petrus neſciẽs q̃d diceret. Sicut. n. ex magnitudine paſſionis, vt timoris, vel amoris aliquis prorumpit in aliqua verba ſine pręmeditatione, ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis & delectationis ex parte dixit Petrus illa verba, quæ tñ non erant rationabilia, q̃a in ſolo aſpectu humanitatis Chriſti non cõſiſtit beatitudinis eſſentia, vt iã dictum eſt, & ideo illud non dẽbat ſufficere pro finali beatitudine.

6 *Adhuc eo.* Hic ponitur teſtificatio diuina. Sic enim in baptiſmo Chriſti, in quo conſiſtit regeneratio & principium vitę ſpi-

## MORALITER.

1 *Et ecce appa.* Origen. Si quis intelligit ſpiritualem legem conuenientem ſermonibus Ieſu, & in prophetis abſconditam Dei ſapientiam, ille videt Moyſen & Eliam in gloria cum Ieſu.

† *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* Scilicet in contemplationis dulcedine.

4 *Faciamus hic tria tabernacula.* Quæ contemplatiuus moraliter facit quando legem & prophetas & euangelium practice legendo diſponit, ſcilicet corde credendo, ore confitendo, & opere adimplendo.

a *Ecce nu.lu.* Sicut baptizato domino, ſic & clarificato myſterium ſanctæ Trinitatis oſtenditur, quia gloriam eius quam in baptiſmo confitemur credendo, in reſurrectione laudabimus videndo. Spiritusſanctus ibi in columba hic in nube lucida. Quia qui modo ſimplici corde fidem ſeruat, tunc aperta viſione quod crediderit contemplabitur, & ea gratia qua illuſtrabitur, protegetur.

a quente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de †
b nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene 1
c (a Qui prius dixit; Pœnitet me feciſſe hominem. ¶Homo fragilis maiorem gloriam non ſuſtinet, ſed cadit.) 2 3
d complacui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderunt 4
e (a Non ſolum de patris, ſed de filij maieſtate. b ¶Quia per ſe ſurgere non poterant. c Vt metum fuget & membra ſolidet.) 5
in faciem ſuam, & timuerunt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit 6
(a Quos manu ſanauit ſanat imperio.)
f eos, dixitque eis: Surgite nolite timere: Leuantes autem ocu- 7
g (¶Vbi cœpit filius deſignari, ſerui diſceſſerunt.)
h los ſuos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcenden- 8
i tibus illis de monte præcepit Ieſus dicens: Nemini dixeritis †
viſionem donec filius hominis a mortuis reſurgat. Et inter- 9
(a Cum iam te in gloria videmus.)
rogauerunt eum diſcipuli, dicentes. Quid ergo Scribæ di- †
(¶Ante aduentum domini.)
cunt, quod Eliam oporteat primum venire? At ille
K (a Præcurſor iudicij, vnde conſtat hunc non eſſe ſecundum aduentum)
reſpondens, ait illis: Elias quidem venturus eſt, * & re- 10 11
(a Præcurſor redemptoris, vnde conſtat primum aduentum completum. ¶Non corpore, ſed virtute & ſpiritu.)
l ſtituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, 12

De conſ. diſ. 5. ſin. Homil. 57.

* Chryſ. Cum dominus comminatur, nubem tenebroſam oſtendit, ſicut in Sina. Hic autem quia non terrere volebat, ſed docere, nubes apparuit lucida.

b *Et ecce vox, &c.* Quia impudenter quæſiuit reſponſionem domini non meruit. Sed vox patris de filio teſtatur, docetque Petrum, & in eo cæteros veritatem.

c *Hic eſt filius.* Moyſes & Elias ſunt ſerui, & nobiſcum debent in cordibus domino præparare tabernaculum.

d *Ipſum audite.* Hoc iam pater præcipit, quod Moyſes incarnationi teſtimonium dans prædicit: *Prophetam ſuſci. &c.* Quaſi diceret. Iſte eſt quem Moyſes promiſit. Deut. 18. c.

e *Et audientes diſcipuli ceciderunt in fa.* Altiorem enim ſenſu vnam vtriuſque intellexerunt deitatem. Timuerunt, vel quia ſe erraſſe cognouerunt, vel quia nubes operuit eos, vel quia vocem patris audierunt.

f *Surgite nolite.* Pulſo metu, doctrina datur, quo manente non audiretur.

g *Leuantes aūt oculos ſuos neminem, &c.* Ablata nube vident Ieſum, & Moyſen & Eliam euanuiſſe, quia poſtquam legis & prophetarum vmbra diſceſſit, quæ velamento ſuo apoſtolos texerat, verum lumen in euangelio reperitur.

h *Niſi ſolum Ieſum, &c.* Si. n. Moyſes & Elias cum Ieſu perſeuerauiſſent, vox patris videretur incerta, cui potius dediſſet teſtimonium.

i *Nemini dixeritis niſi, &c.* Ne gloria futuri regni præoſtenſa incredibilis eſſet, & apud rudes ſequens crux ſcandalum faceret.

K *Quod Eliam oporteat pri. ve.* Traditio Phariſæorum eſt iuxta Malachiā prophetam, quod Elias veniat ante aduentum Saluatoris & reducat corda patrū ad filios, & filiorum ad patres, & reſtituet omnia in antiquum ſtatū. Aeſtimātergo apoſtoli transformationē gloriæ vltimā hāc eſſe quam viderant, & dicūt. Si iam veniſti ī gloria, quomō præcurſor tuus nō apparet, maxime quia & Eliam viderant receſſiſſe. Mal.

* Chryſ. aduētum Eliæ non de ſcripturis ſciebāt, ſed Scribe eis manifeſtabāt. Scribæ aūt plebem euertētes, ſecūdum aduentū ſolū commemorabant plebi, & dicebāt. Quoniā ſi hic eſt Chriſtus, oportebat Eliā præuenire. Eſt igitur ſolutio quam Chriſtus inducit, Elias quidē venturus eſt, & reſtituet omnia. Ne autem exiſtimes eum in ſermone erraſſe, ſi quando dicit Eliam venturum, & quandoque veniſſe. Cum enim dicit, vēturus eſt, de ipſo Elia in propria perſona loquitur, qui tunc inuenientur, quod eſt cōuertere corda patrum ad filios, ideſt, Iudæorum ad Apoſtolos. Hom. Matt.

* Tertullianus. Helias autem non ex diſceſſione vitæ, ſed ex translatione venturus eſt, nec corpori reſtituendus, de quo non eſt exemptus, ſed mundo reddēdus, de quo eſt translatus, non ex poſtliminio vitæ, ſed ex ſupplemento prophetiæ, idem & ipſe & ſui nominis, & ſui hominis.

l *Omnia.* Vtiq; illa quę propheta prædixit, i. corda patrum ad fidē filiorū, & econuerſo reſtituet, ēt hoc ꝙ mori debet, & ſoluet ſcilicet morietur, vt in Marco apertius demōſtratur.

Aug.

## NICOLAVS DE LYRA.

ſpiritualis apparuit tota Trinitas, filius in carne, pater in voce, ſpiritusſanctus, in ſpecie colūbæ, ita ſimiliter cōueniēs fuit quod appareret in trāsfiguratione, per q̄ oſtenſus eſt terminus, ſeu perfectio vitæ ſpiritualis, videlicet gloria futuræ reſurrectionis, & ideo ſicut filius apparuit ibi in carne, decorata tamē claritate gloriæ, ita ſpiritusſanctus in lucida nube, per quam ſignificata eſt plenitudo veritatis in Chriſti prædicatione propter quod dictum eſt.

1 *Hic eſt fil.* Scilicet naturalis, alij autem ſunt adoptiui.

2 *In quo mi.* i. in quo diuinum beneplacitum complebitur de redemptione mundi. Sequitur.

3 *Ipſum au.* Pater autem apparuit in voce.

4 *Et audientes di. ceci. in fa. ſu. & timue. valde.* Hoc autem factum eſt ad declarationem humanæ fragilitatis iuxta excellentiam diuinæ maieſtatis.

5 *Et acceſ. Ie.* Ad conſolandum eos.

6 *Et teti. eos.* Familiariter & dulciter eos conſolando. Sequitur.

7 *Leuantes au. oculos ſuos, &c.* Quia Moyſes & Elias iam receſſerant, reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerunt abducti.

8 *Et deſcendentibus illis de monte præcepit Ieſus, &c.* Hic ponitur, diſcipulorum inſtructio de viſione præhabita, quia p̄cepit eis Ieſus, ne viſionē p̄dictā alijs diuulgarent aū reſurrectionem ſuam ne alij audiētes Chriſtū eis apparuiſſe in forma glorioſa ſcandalizarentur, poſtea videntes ipſum pati tam ignominioſe.

9 *Et interrogauerunt eum.* Hic ponitur ſolutio duplicis quæſtionis ſubortæ ex p̄dictis. Secūda ponitur, ibi. Et cū veniſſet ad turbam. Circa primū aduertendum, ꝙ diſcipuli audierant a Phariſæis & legiſperitis, ꝙ Elias dēbat venire circa mūdi conſummationē vt hētur Malach. vlt. & ideo quia Eliam viderant, credebant finem mūdi propinquū, nō mirabantur tū, quod ipſe ita cito receſſerat, & nihil docuerat, vel p̄dicauerat, cū tū ſcriptum ſit Malach. vlt. quod dēret conuertere corda patrū ad filios, & ideo quærebant intellectū huius, quomodo ſit intelligendus eius aduentus ante Chriſtū. Et Saluator breuiter rūdet, qđ duplex ipſius eſt aduentus. Vnus ad iudiciū in fine mūdi, & hūc præueniet Elias in propria perſona prædicando Iudæis, & conuertendo ad Chriſtū, & falſitatem Antichriſti detegendo, & hoc eſt quod dicit.

10 *Elias quidem venturus eſt.* In fine mundi. ſ.

11 *Et reſtituet omnia.* Quia omnes Iudæi qui tunc inuenientur, ad Chriſtū cōuertentur. Alius eſt aduētus ipſius Chriſti in mūdū, q iā p̄ceſſit, & hūc præuenit in ſpiritu Elias. i. Ioānes Baptiſta, qui habuit zelum veritatis ſicut Elias, & hoc eſt quod dicit ſaluator.

12 *Dico autem vobis quia Elias iam venit.* i. Ioannes baptiſta qui venit in ſpiritu & virtute Eliæ, vt habetur Luc. i.

Et

## MORALITER.

† *Ecce nubes lucida.* i. cognitio vera, ideo ſubditur.

1 *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi compla. &c.*

4 *Et audientes, &c.* Nā ſic illuminati venerant Dei maieſtatem.

† *Nemini dixeritis, &c.* Quia diuina myſteria non ſunt ſemper, ſed loco & tempore debitis publicanda.

† *Quid ergo ſcribæ dicunt quod Eliam opor. primo veni. &c.* Sicut eſt duplex aduentus Chriſti, ita & duplex Elias. ſ. in ſpiritu & perſona, prędicator autem euangelij gerit officium vtriuſque, nā diſponendo populum ad ſuſcipiendum Chriſtum per gratiam venientem gerit officium primi ſcilicet Ioannis Baptiſtæ. Diſponendo vero populum ad ſuſcipiendum Chriſtum iudicem vēturum gerit officium ſecundi. ſ. Eliæ perſonaliter. *Et cum veniſſet ad turbam, &c.* Sequitur.

Do-

A * Auguſtinus. Reſtituet omnia, ideſt, eos quos Antichriſti perſecutio turbauerit, vel vt ipſe reſtituat moriendo, quæ debet.
a *Tunc intellexerunt,&c.* Et iudicio paſſionis ſuæ quam ſæpe dixerat, & præcurſoris ſui quam completam videbant.

eſt, quod niſi prouidẽtia hic homo eſſet munitus, dudũ periiſſet. Dæmõ enim qui ipſum in ignem & aquam mittebat, interfeciſſet eum omnino, niſi Deus eum refrenaſſet. D
e *Et obtuli,&c.* Latenter accuſat diſcipulos, cũ ſepe impoſſibilitas curandi non ex vitio curantium, ſed eorũ qui curãdi ſunt proueniat.

a Amauerunt. Spreuerunt decollauerunt. Phariſæi enim conſenſerunt.
& non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunque 1
a A Iudæis Herode conſentiente. 2
a voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis Tunc in-
b tellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis. Et 3
cum†veniſſet ad†turbam, acceſſit ad eum homo † genibus 4
prouolutus ante eum, dicens. † Domine miſerere filio meo, 5 †
a Deprecans exponit omnia incommoda ægroti.
c quia lunaticus eſt, & male patitur. Nam ſæpe cadit in ignẽ, 6
d a In aquam voluptatis quæ emollit.
e & crebro in aquam. Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non po †
f tuerunt curare eum. Reſpondens autem Ieſus, ait. †O gene 7 8
g ratio incredula & † peruerſa, quouſque ero vobiſcũ? Vſque- 9
a Per ipſum Iudæos arguit. b Fuerunt non dæmonem, vt oſtenderet traditum eſſe immundo ſpiritui propter peccatum ſuum vel parentum.
h quo patiar vos? Afferte huc illũ ad me. Et increpauit illũ Ie 10
a Quia ibi nullus morbus præualet, vbi omnipotentis interuenit manus.
i ſus, & exiit ab eo dæmoniũ, & curatus eſt puer ex illa hora. 11
Tũc acceſſerũt diſcipuli ad Ieſũ ſecreto, & dixerũt. quare 12 13
k nos non potuimus eiicere illũ? Dicit illis Ieſus. Propter in- 14

b *Et cum veniſſet.* Loca rebus cõgruũt. In monte orat, trãſformatur, arcana maieſtatis aperit, inferius turba occurrit, miſeros audit, infirmos confortat, docet, caſtigat.
c *Quia lunaticus eſt.* Hunc Marcus ſurdũ B & mutum dicit quẽ Matthæus lunaticũ. Non quod luna dæmonibus ſeruiat, ſed dęmon lunę curſum obſeruans corripit homines, vt per creaturam infamet creatorem.
* Orige. Medici loquãtur quę volũt, qa nec immũdũ ſpiritũ arbitrantur, ſed corporalem aliquã paſſionem, & dicunt, humida moueri in capite ſecundũ aliquã paſſionem ad lumẽ lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui euangelio credimus, dicemus hanc paſsionẽ immundũ ſpiritum in hominibus operari. Obſeruat. n. quędam ſchiſmata lunę, & ſic operatur, vt ab obſeruatione lunę pati homines mentiatur, & per hoc culpabilẽ Dei creaturã oſtendat. Sic & alii dæmones ſecundum aliqua ſtellarum ſchiſmata inſidiantur hominibus.
Typice. Lunaticus eſt qui per horarum momẽta mutatur in vitia, nec perſtat in incepto, ſed creſcit & decreſcit, & nũc in ignem libidinis vel irę fertur, nunc in aquas cupiditatis, quæ non valent extinguere charitatem.
d *Cadit in ignem.* * Chryſoſtomus. Conſiderandum eſt, C

f *Reſpondens.* Non tædio ſuperatus, qui mitis eſt in verba erumpit, ſed ſicut medicus ægroto contra ſua præcepta agenti. † Genua flectens. Hom. 58 in Matth.
g *O gener.* * Chryſo. Ex multis mõſtratur hunc hominem infirmũ in fide fuiſſe, non tamẽ tantum in eius perſonam inuehitur, ne ipſum conturbaret, ſed in omnes Iudæos. probabile enim eſt, multos præſentium de diſcipulis inconuenientia cogitaſſe, †Mar. 9. c. E
h *Et increpauit.* Quia iratus eſt non homini, ſed vitio, & per vnum hominem Iudæos arguit infidelitatis. Vnde addit. *Afferte illum huc ad me.* † ſeorſum. † illud ſcilicet dæmonium.
i *Et exiit ab eo dæ.* Marcus dicit de iſto, quia cum vidiſſet dominũ, ſtatim ſpiritus conturbauit eum, & eliſus in terra volutabatur ſpumans, & dño iubente vt exeat, clamãs & diſcerpens exit, quia ſæpe dũ conuerti ad dominũ poſt peccata volumus, magis a diabolo impugnamur, vt vel odiũ virtutis incutiat, vel expulſionis ſuę vindicet iniuriã. Exiturus diſcerpit, & furenti clamore intuentes terruit, quia plerumque dũ de corde expellitur, acriores tentationes excitat, quam prius quando poſsidebat quietus.
K *Propter incre.* Ecce quãdo nõ exaudimur nõ eſt impoſsibilitas preſtantis, ſed culpa deprecãtis. Nã ex oppoſito ſi fides veſtra tã feruẽs eſſet q̃ tribulata magis & magis caleſceret, F Hila-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non cognouerunt eum. *Ideſt, facta eius & doctrinam non approbauerunt, quia Phariſæi & legiſperiti baptiſma ſuum & doctrinam contempſerunt. Herodes autem de eorum conſilio, vt probabiliter creditur, eum incarcerauit.*
2 Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. *Ipſum incarcerando & interficiendo.*
3 Sic & filius paſſurus eſt ab eis. *Quia per conſilium Phariſæorum captus eſt & morti adiudicatus, & manibus crucifigentium ipſum traditus.*
4 Et cum veniſſet ad turbam, acceſsit ad eum homo, &c. *Hic ponitur ſolutio ſecũdæ quæſtionis. Et primo ponitur quęſtionis occaſio, ſecũdo, quæſtionis diſſolutio, ibi.* Tunc acceſſerũt. *Circa primũ cõſiderandũ, qđ alij tres diſcipuli videntes, quod non eſſent admiſſi ad ſecreta Chriſti, ſicut alij tres diſcipuli prædicti, aliquod humanũ paſſi incurrerunt quendam motum turbationis & inuidiæ, ſicut clarius videbitur capitulo ſequenti, & ideo ex hoc factũ eſt, quod in abſentia Chriſti non habuerunt tantam virtutem dæmones expellendi ſicut ante, & propter hoc quendam dæmoniacum per lunationes afflictum eis oblatũ non potuerunt curare. Alia autẽ cauſa fuit incredulitas patris, qui perfecte nõ credebat, ſed Chriſtus adueniens ipſum ſolo verbo curauit, & hoc eſt quod dicitur.* Et cum veniſſet ad turbam. *Rediens de monte, vbi fuerat transfiguratus.*
5 Acceſsit ad eum homo. *Duplici enim de cauſa dæmon aliquando ſecundum varietatem lunæ affligit hominem magis quam alio tempore, vna eſt, vt p hoc creatura Dei, ſcilicet ipſa luna infametur. Alia cauſa eſt, quia propter mollitiem cerebri in nouilunio quãdo abundãt humida ſuper quæ luna habet dominium, cerebrum eſt aptius vt in ipſo dæmon aliquid operetur. Sequitur.* Quare dæmõ affligit homines per lunationes.
6 Nam ſæpe cadit in ignem. *Quia diabolus volebat eum comburere vel ſubmergere, ſi Deus permiſiſſet.*
7 Et obtuli eum diſcipulis tuis, &c. *Cauſæ huius iam dictæ ſũt.*
8 Reſpondens autem Ieſus ait. O generatio incredula & peruerſa. *Hoc dixit & propter diſcipulos & propter patrem pueri rationibus dictis.*
9 Vſquequo patiar vos. *Ideſt, defectus & malitias veſtras.*
10 Et increpauit illum Ieſus. *Scilicet dæmonem affligentem puerum.*
11 Et exiit ab eo. *Non audens reſiſtere Chriſti præcepto.*
12 Et curatus eſt puer ex illa hora. *Quia ex tunc non affligit eum dæmon.*
13 Tunc acceſſerunt diſcipuli ad. *Videntes diſcipuli, qđ nõ potuiſſent curare puerum, cum tamen alias pluries eieciſſent dæmonia de corporibus obſeſſis. Ideo acceſſerunt ad Ieſum ſecreto. Probabiliter. n. timebant, quod ex culpa eorum erat in parte, & ideo nolebant de hoc Ieſum publice interrogare, ſed magis in ſecreto.*
14 Propter incredulit. *Quia vnũ peccatũ trahit ad aliud, inde eſt qđ poſtquam incurrerant motũ turbationis & inuidiæ contra alios apoſtolos, conſequenter incurrerunt quendam teporem in fide, ex quibus ſecutum eſt, quod non potuerunt dæmoniacum curare.*

Amen

## MORALITER.

† *Domine miſerere filio meo quia luna. eſt.* Per quem inſtabilis deſignatur, ſicut dicitur Eccle. 27. b. Stultus vt luna mutatur. Ideo ſequitur.
6 *Nam ſæpe cadit in ignem.* Scilicet iracundię, nam ira eſt accenſio ſanguinis circa cor.
† *Et crebro in aquam.* Scilicet voluptatis & luxuriæ, & de hoc dicitur infra.

Hilarius. Crediderant quidem Apoſtoli, nondum tamen erant perfectæ fidei. Nam Domino in monte demorante, & ipſis cum turbis reſidentibus, quidam tepor eorum fidem relaxauerat.

a *Sicut gra. ſina.* Fidem perfectã grano ſinapis cõparat, quæ ſit in facie humilis, & in pectore feruẽs, vilis videntibus, & nullarum virium apparens, ſed preſſius trita, quid intus habeat oſtendit.

Orig. Vel ideo omnis fides grano ſynapis cõparatur, quoniã cõtemnitur quidem fides ab hominibus & modicum aliquid & vile apparet. Cum vero conſecutũ fuerit huiuſmodi ſemen bonã animam quaſi terram, fit arbor magna.

b *Dicetis monti huic.* Chryſoſtomus. Si autem dixeris, vbi Apoſtoli montem trãſtulerint? Illud dicam quia multa maiora fecerũt, mortuos plurimos ſuſcitantes. Dicũtur autem poſt Apoſtolos ſancti quidã Apoſtolis minores, mõtes neceſſitate imminẽte tranſtuliſſe. Si autem Apoſtolorũ tempore montes non ſunt tranſlati, hoc nõ fuit quia nõ potuerũt, ſed quia noluerunt, vtilitate nõ imminente. Nec dominus dixit, qđ hoc eſſent facturi, ſed quod hoc facere poſſent, probabile tamen eſt, factum eſſe, ſed ſcriptũ non eſſe. Neque.n. omnia miracula quæ fecerũt ſcripta ſunt.

Tractat. 4. in Matth. — tegreditur — Hom. 58. in Matth.

credulitatẽ veſtram. Amen quippe dico vobis. Si habueri 1
(a Quod minimum contra montem. Vnde alibi. Quæcunque in nomine meo petie ere quia accipietis. b Superbo diabolo. c Ab obſeſſo corpore in abiſum maris, id eſt, in profundum inferni.) 2
a tis fidẽ ſicut granũ ſinapis, dicetis mõti huic trãſi hinc, &
(a Nulli incommoditas inſanabilis.)
b tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus 3
c 4
d non eiicitur, niſi per orationem & ieiunium. Conuerſanti-
e bus autem eis in Galilęa, dixit illis Ieſus. † Filius hominis tra 5
(a Si hoc contriſtat. Hoc lætificet.)
f dẽdus eſt in manus hominum, & occidẽt eum & tertia die 6
g reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer. Et cum veniſſent 7 8
(Exactores tributi.)
Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebãt ad Pe 9 10
trum, et dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrach- 11 12
(Vere non.)
ma? ait. Etiam. Et cum intraſſet in domum præuenit 13 14

c *Hoc autem ge.* Quomodo proteruus is diaboli ſuperet oſtẽdit, vt grauiora quæque ſeramus ieiuniis & orationibus ſuperanda, & iram Dei in nos hoc remedio poſſe placari.

D

d *Niſi per orationem.* Iſta carnalium voluptatum mutabilitas non mutatur vel vincitur, niſi ſpiritus oratione confirmetur & caro per ieiunium maceretur. *Niſi per orationem & ieiu.* Ieiunium enim generale eſt, non modo ab eſcis ſed ab oĩbus illecebris carnalibus & ab omnibus vitiis abſtinere. Sic & orõ generalis nõ ſolum verbis, ſed ẽt in omnibus quæ in obſequiũ Dei & fidei deuotione gerimus, vnde dr̃. Sine intermiſſione orate.

† Mar. Luc. — E — 1. Tes.

e *Filius hominis.* Semper lætis miſcet triſtia, vt cum venerint quaſi præuiſa minus moleſte ferantur.

f *Et contriſtati.* Hoc non de infidelitate prouenit, ſed de dilectione, quia nihil humile de eo patiuntur audire.

g *Et cum veniſſent Caph.* Per Auguſtũ Cæſarem Iudęa facta eſt tributaria, & oẽs cenſi capite ferebantur, vnde & Ioſeph cũ Maria profectus eſt in Bethleem. Rurſus quia nutritus eſt in Nazaret, quod eſt oppidum Galileæ, vrbi Capharnaũ ſubiacens, poſcuntur tributa, & pro ſignorũ multitudine nõ audent ipſum aggredi, ſed cõueniunt diſcipulũ, ſiue malitioſe, ſiue fideliter, vtrum reddat tributa, an contradicat Cæſari.

Luc. 2.

Hoc — Quid

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Amen. *Id eſt, fideliter.*

2 Dico uobis ſi. ha. fidem ſic. &c. *Quod eſt modicum in quantitate, ſed maximum in virtute.*

3 Dicetis. *Id eſt, dicere poteritis.*

4 Monti huic, trãſi hinc & trãſibit & nihil impoſſibile erit uobis. *Licet apoſtoli non legantur montes tranſtuliſſe ad literam, leguntur tamen maiora feciſſe in virtute fidei, vt mortuos ſuſcitaſſe, & cęcos illuminaſſe, & conſimilia, quæ non poſſunt fieri niſi virtute ſupernaturali & diuina. Tranſlatio autem montis ad alium locum, aliquando fit virtute naturali ſicut in terræ motu vehemẽti, vel poteſt dici, quod mons hic accipitur metaphorice, id eſt diabolus qui poteſt dici mos propter ſuperbiam, quia ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, vt dicitur in Iob, & ſic eſt ſenſus. ſi habuiſſetis fidem feruentem ſcilicet charitatẽ potuiſſetis dixiſſe monti huic, id eſt diabolo tranſi hinc. i. de obſeſſo lunatico, & trãſiſſet de corpore exeundo, & ſic in hoc oſtendit cauſam quare non potuerunt eum eiicere, & hoc eſt quod ſubditur.*

Montis tranſlatio quo mõ intelligenda ſit. — Iob. 41. b

5 Hoc autem genus non eiicitur, &c. *Oratio autẽ quæ eſt mentis eleuatio in Deum, & ieiunium per quod refrenatur caro, ſunt effectus fidei formatę per charitatem. Secundum etiam, quod ſicut in diuerſis rebus corporalibus adminiſtrandis diuerſi angeli a Deo præponũtur & diuerſorum ordinum, ſic etiam in diuerſis tentationibus diuerſi dæmones habent ſpecialem effectum, quia aliqui potiſſime tentant de diuitys congregandis, aliqui de honoribus appetendis. Vnde & aliqui dicũtur ſpiritus ſuperbiæ, & aliqui ſpiritus luxuriæ. Iſte autem dæmõ habebat virtutem tentandi potiſſime de vitio carnis, quod vitium potiſſime refrenatur per orationem & ieiunium, & per conſequens dæmon de talibus tentans per talia ſuperatur.*

6 Conuerſantibus autem illis. *Hic declarat ſe eſſe preciũ noſtrę redemptionis. Et diuiditur in duo, quia primo oſtendit ſuã futurã paſſionem, ſecundo ex quodam facto declarat ſuæ paſſionis efficaciam, ibi.* Et cum ueniſſent. *In prima parte dicit ſic.* Conuerſantibus autem eis. *Id eſt, Ieſus & diſcipulis ſuis.*

7 In Galilæa. *Quæ erat terra vbi fuerat conceptus & nutritus.*

8 Dixit illis Ieſus. Filius hominis tradendus eſt in manus hominum. *Quia per inſtinctum dæmonis intranti cor Iudæ traditus eſt in manus Iudæorum, vt habetur Ioan. 13. Et a Iudæis traditus eſt in manus gentilium.*

9 Et occident eum, & tertia die reſurget. *Cum morte ſua prædixit reſurrectionẽ ſuam, ne in paſſione eius incurrerent deſperationẽ.*

10 Et contriſtati ſunt vehementer *Quia eius ſocietas ita erat dulcis & grata, quod non mirum eſt ſi contriſtati ſint paſſione eius audita.*

11 Et cum veniſſent. *Hic oſtẽditur paſſionis eius efficacia, quę eſt libertas vera, quia per paſſionem Chriſti ſumus a ſeruitute diaboli liberati, & illa libertas ſic declaratur, cum dicitur.* Et cum veniſſent Capharnaum acceſſerunt qui didrachma accipiebãt. *Capharnaum erat ciuitas, principalis in Galilæa, & ideo ibi manebãt qui tributum colligebant ex parte Romanorũ quibus Iudæa erat ſubiecta, & quilibet Capitaneus domus ſoluebat didrachma, & valebat didrachma duplex drachma. Drachma autem eſt octaua pars vnciæ, & valet ſex obolos, obolus autem valet quantum vnus paruus turonẽſis, & ſic quilibet Capitaneus ſoluebat annuatim quaſi duodecim turonenſes, iſta autem poſſunt colligi ex his quæ dicunt Papias & Iſidorus de ponderibus. Iſti igitur qui didrachma accipiebant a quolibet Capitaneo, dixerunt Petro.*

12 Magiſter veſter non ſoluit didrachma. *Nõ faciebãt mẽtionem de Apoſtolis quia non accipiebãt niſi a Capitaneis vt dictum eſt.*

13 Ait etiam. *Quaſi dicat, hoc eſt verum.*

14 Et cum intraſſet. &c. *Ea quæ facta erant in eius abſentia ſibi prędicendo. Et in hoc oſtendit, quod nihil latebat ipſum. Sequitur.*

Re-

## MORALITER.

5 *Hoc autem genus non eiicitur niſi per orationem & ieiuniũ.* Per ieiunium enim curantur peſtes corporis, & per orationem peſtes mentis.

6 *Conuerſantibus autem eis in Galilęa dixit illis Ieſus filius hominis tradendus eſt, &c.* Galilęa volubilis interpretatur, & ideo per hoc quod dominus ibi prædixit paſſionẽ ſuã diſcipulis ſignificauit quod memores eſſe debemus mortis Chriſti, & etiam noſtræ quandiu ſumus in volubilitate vitę præſentis.

11 *Et cum ve iſſet Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma, &c.* Didrachma continet duplex drachma. Et per vnũ poteſt intelligi pęnalitas corporis, ſcilicet fames & ſitis, & huiuſmodi. Per aliud autem pęnalitas mẽtis, ſcilicet timor, triſtitia & huiuſmodi. Hoc autẽ duplex drachma debet reddere quilibet imperatori omnium pro peccato primorum parentũ, quod facit patienter tolerando pęnalitates dictas. Licet autẽ Chriſtus non haberet peccatum, tamen reddere voluit pro ſalute omnium, & quia carnem aſſumpſit ſimilem peccatrici,

Et — MORA-

a *Quid tibi videtur*. Ante quam Petrus ſuggerat, dominus interrogat ne ſcandalizentur diſcipuli ad poſtulationem tributi, cum videant eum noſſe quę eo abſente geſta ſunt.
b *Et eum piſcem*. Dominus noſter, & ſecundum carnē filius regis erat ex Dauid natus, & omnipotentis verbū: ergo vt filius regum tributa non debebat, ſed pro humilitate carnis decet eum implere omnem iuſtitiam.
* ORIGENES. Sermo iſte duplicem habet ſenſum. Secundum vnum enim, filij regum terræ, liberi ſunt apud reges terrę, extranei autē extra terram liberi nō ſunt, propter eos qui deprimunt eos, ſicut Aegyptij filios Iſrael ſerui. Secundum alterum autem propter hoc ipſum quod aliqui ſunt alieni a filiis regum terrę, ſed ſunt filii Dei, liberi ſunt, qui manent in verbis Ieſu, & cognouerunt veritatem, & veritas liberauit eos a ſeruitute peccati: filii autem regum terræ liberi non ſunt, quoniam omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.
c *Ergo lib. &c.* Liberi ſunt filij regni in omni regno, tūc multo magis liberi ſunt filii illius regni, ſub quo ſunt omnia regna in quolibet terreno regno.
d *Vt autem.* ✠ Gregorius. Conſiderandum enim eſt, quia inquantum ſine peccato poſſumus, vitare proximorū ſcādalum debemus. Si autē de veritate ſcandalum ſumitur vtilius permittitur naſci ſcandalum quam veritas relinquatur.
e *Reges terræ*. Alleg. Chriſtus eſt piſcis in hoc mari moratus, qui primus morti pro redēptione ſe obtulit, vt id quod in ore eius, id eſt, in confeſſione fuerat inuentum, pro Petro, & domino daretur. Et bene idipſū preciū, ſed diuiſū, qā pro Petro quaſi pro peccatore. Dominus autem peccatum nō fecit. Stater dicitur qui habet duo didrachmata, vt oſtēderetur ſimilitudo carnis dū eodem precio dominus, & ſeruus liberātur. Sed etiam ſimpliciter intellectus ędificat, dum dominus tantæ fuit paupertatis vt vnde daret tributa, non haberet. Iudas quidem communia in loculis habebat, ſed res pauperū in ſuos vſus conuertere nefas duxit, idipſum dans exemplū nobis. Chriſtus eſt piſcis, mare mundus, hamus mors. Chriſtus gerebat pretium noſtrę redemptionis. Quod autem pretium in ore piſcis inuentum eſt, ſignificat redemptionē noſtram ore Chriſti pręnunciatam eſſe. Ille cenſum ſoluit qui nil poſſidebat, tu qui lucrum ſeculi ſequeris, cur ſeculi obſequium non agnoſcis?
* Orige, Myſtice in agro conſolationis (ſic enim interpretatur Capharnaū) conſolator omnē diſcipulū, & liberū filiū eſſe pronūciat, & dat ei virtutē piſcādi primū piſcem, vt aſcendente eo piſcationem recipiat Petrus ſuper eum quem piſcatus eſt.

11. q. 3. ... magnum, & q. ... inter verba 23 q. ... tributum

Tract. 4 in Matth.

a b eum Ieſus, dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a 1
(De terris. De capitibus.)
qui bus accipiunt tributum vel cenſum, a filiis ſuis, an ab a- 2
(Quanto magis dominus regum.)
c lienis? † Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Ieſus. Ergo liberi 3
(Non ſimus eis cauſa offenſionis.)
d ſunt filii. † Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, 4
(Mira præſcientia.)
e † & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle 5
(a Mira potentia, qua hoc dicendo creauit ſtaterem.)
Et aperto ore eius inuenies ſtaterem. illum ſumens da eis pro- 6
me, & te.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Reges terrę a quibus accipiunt tributum vel cenſum, &c. *Hoc autem interrogauit, non ignorans quid erat reſponſurus, ſed vt ex ſua reſponſione melius informaret eum de veritate.*
2 At ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus. *Concludendo veritatē*
3 Ergo liberi ſunt filij. *Ipſe autem Chriſtus erat filius Dei ſecundum naturam diuinā, & per conſequens nulli ſubiectus, Similiter ſecū dum naturam humanam erat filius Dauid, & per conſequens liber a tributo: Et ex hoc ſequitur, quod apoſtoli qui erant de eius familia, eſſent liberi. Verum tamen ne ſcandalizarentur illi qui colligebant voluit tributū reddere. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quod ſcandalū aliquando oritur ex malicia, quale fuit ſcandalum Phariſæorum. Et tale eſt contemnendum, ſicut dictum eſt ſup. 15. cap. Aliquando oritur ex ignorantia, & tale ſcandalum vitandum eſt, ſalua tamen triplici veritate, ſcilicet iuſtitiæ, vitæ, & doctrinæ: & tale erat iſtud ſcandalū, quia illi qui colligebant tributum erant gentiles, legem, & prophetas ignorantes, & propter hoc ignorabant ꝙ Chriſtus eſſet immunis a tributo. Tum quia filius Dei ſecundum naturam diuinam: tū qā filius Dauid ſecundum humanam, quia non tenebantur talia ſcire, dare autem eis tributum non eſt contra veritatem vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ, ideo Chriſtus voluit dare propter ſcandalum vitandum, eadem ratione eccleſia in aliquibus terris, vbi non eſt conſuetum decimas dare, non repetit decimas ad ſcandalum vitandum, & hoc eſt quod dicit Chriſtus.*
4 Vt autem non ſcandalizemus eos va. ad ma. & mitte. *Ex quo patet quod Chriſtus erat ita pauper, quod non habebat vnde poſſet ſoluere tributum. Sequitur.*
5 Et eum piſcem, &c. *Ex quo patet eius diuinitas, futura contingentia certitudinaliter prædicendo.*
6 Illum ſu. da eis pro me & te. *Stater enim valet duplex didrachma. Chriſtus enim voluit dare tributum pro ſe & pro Petro, quia iam Petrum fecerat capitaneum ſuper alios apoſtolos, vt habetur præcedēti capitulo.*

CAP. XVIII.

a IN illa hora, &c. Quiſpu. Ex qualitate precii qua in tributi redditione domino fuerat comparatus, arbitrati ſunt Petrum omnibus Apoſtolis prælatum.
* Chryſoſtomus. Tu autem conſidera, primum quidem quod nihil eorum quæ ſunt in terris, quærunt. Deinde quod poſtea hanc paſsionem depoſuerunt. Nos autem neque ad defectus eorum contingere poſſumus. Neque.n. quærimus, quis maior eſt in regno cœlorum, ſed quis maior eſt in regno terræ.

## C A P. XVIII.

a IN illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes 1 2

In

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVIII.

IN illa hora, &c. *Superius fundata eſt eccleſia gentium in fide hic conſequenter fundatur in moribus. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres ſtatus diuerſos in eccleſia. Primo enim deſcribuntur virtutes actiuorum, & ſecundo religioſorum ſeu contemplatiuorum, ſequenti capitulo, & tertio prælatorum. 20. capitulo. Prima in duas, quia primo deſcribitur virtutum fundamentum, ſecundo, ædificium deſuper conſtructum ibi.* Et qui ſuſceperit. *Ad euidentiam primæ partis aduertēdū ꝙ Saluator deſcribendo virtutes actiuorum conuenienter incipit ab humilitate duplici de cauſa. Primo quia eſt fundamentū aliarum virtutum, vt dictū eſt. Secundo, quia habuit occaſionem ex præhabitis immediate in præcedenti capitulo. Dictum eſt enim, ꝙ ſaluator aſſumpſit ſecum Petrum, Iacobum & Ioannem aliis dimiſſis, & duxit eos in mōtem ſeorſum. & transfiguratus eſt ante eos, ideo alij aliquid humanū paſſi, motum cuiuſdam inuidiæ incurrerūt. Item quia pro Petro iuſſerat ſolui tributum quod ſolum a capitaneis colligebatur, ideo in hoc eum principalem aliis conſtituerat, & capitaneum, propter quod alij aliquo modo indignati, quia non erant adhuc confirmati per miſſionem ſpiritusſancti, in via poſiti cœperunt inter ſe altercari de maioritate, quis eorum eſſet maior vt habetur expreſſius Mar. 9. & poſtea dum veniſſet ad domum Ieſus quæſiuit ab eis, de quo in via diſputauerant, & tunc ipſi præ verecundia tacuerunt, videntes motum ſuperbiæ in eis deprahenſum a Saluatore, & poſt paululum factum eſt quod hic deſcribitur a Matthæo.*
1 Illa hora. *Hoc eſt poſt tempus modicum.*
2 Acceſſe. diſci. ad Ie. *Videntes ſe eſſe deprahenſos ab ipſo de contentione maioritatis dicentes.*

Quis

MORALITER.

1 In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, &c. *Sequitur.*

a In collegio iuſtorum. b Contra ambitionem glorię humilitatem proponit.
a † quis putas maior eſt in regno cœlorum? Et aduocans Ieſus
b † paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit : Amen di
c a A ueſtra elatione. b Innocentes, & humiles per uirtutem.
co uobis, niſi conuerſi fueritis , & efficiamini ſicut paruuli,
¶ Non ſenſibus, ſed malitia. a Qui de ſe maiora non ſenſerit, innocens erit.
b Quia aliter non intratur. Talem per uirtutem qualis iſte per naturam.
non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo humi-
d a Quem præpono, uel qui me imitatus fuerit qui me exinaniui formam ſerui accipiens.
liauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorum
e a Humilem meę innocentię imitatorem. b Ne putent ſe honorari.
Et qui ſuſceperit unum paruulum talem in nomine meo me
a Magnus enim non poteſt moueri.
f ſuſcepit . † qui autem ſcandalizauerit unum de pu-

A a *In regno cœl.* Vel regnum Dei, doctrina eſt euangelii, cui obedire ſimpliciter, & ſine vlla retractatione debemus, ſicut puer non contradicit doctoribus.

Mar.9.c. b *Et aduocans.* Secundum Marcum puerum Ieſus complectitur, ſignificans humiles dignos ſuo complexu & dilectione.

c *Paruulum, &c.* Paruulum ætate, vt ſimilitudinē demonſtraret. Vel ſe ſtatuit in medio qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Vel. *Paruulum*, id eſt, ſpiritum ſanctum poſuit in cordibus eorum, vt humilitate ſuperbiam vitarent.

† Mar.9.c. Luc 9 f. † puellum. Infr.20.L.

B d *Quicunque ergo hum. &c.* Inuitat diſcipulos ſuos, & omnes alios dominus, vt quod puer habet per naturam, id eſt, innocentiam, & humilitatem, hoc habeant diſcipuli, & omnes alii per virtutem.

† Mar 9.f. Luc.7.a. De ſcandalizatione ſeq. [illegible] c. niſi §. pro grauiter.

C e *Sicut paruulus iſte.* Innocens erit ſicut iſte paruulus, qui non perſeuerat in ira, Ieſus non meminit, uiſam mulierem non cupit.

D f *Qui autem ſcandali.* Etſi hoc generaliter dicitur contra omnes tamen hic ſpicialiter contra apoſtolos qui hic de dignitate vident contendere, & in hoc poterant alios pdere. Mola aſinaria ſecundum ritum dicitur prouinciæ, vbi iſta pœna eſt maiorum criminum
1 *Expedit ei.* quia mul-
2 to vtilius eſt inoxiū
3 grauiſſima pœna vi-
4 tam finire, quam læ-
5 dendo fratrem me-
† reri mortem perpe-
6 tuam. Vel per mo-
7 lam aſinariam ſecu-
8 laris vitæ circumi-
B tus, & labor exprimitur, per profun-
9 dum maris, extre-
10 ma damnatio. Qui-
11 cumque ergo ſpe-
12 ciem ſanctitatis habens verbo, vel exemplo cæteros deſtruit, melius eſſet ei, ut eum ſub exteriori habitu ad mortem terrena acta conſtringerent, quam ſacra officia ceteris in culpa imitabilem oſtenderent, quia ſi ſolus caderet tolerabilior eum pęna cruciaret. F

Aliter.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quis putas ma. eſt in re. cęl. *Non fecerunt tunc quæſtionem quis eſſet maior inter eos de quo prius contenderant, ſed quis eſſet maior in eccleſia militante per meritum, & quis in eccleſia triumphante per præmium. Et quia in moralibus magis mouent facta quam verba, ideo docens eos de humilitate poſuit eis exemplum ſenſibile, & hoc eſt quod dicitur.*

2 Et aduocans Ieſus paruulum. *Aetate. & malitia, ſcilicet beatum Martialem qui poſtea a beato Petro miſſus in Galliam prædicauit Lemouicenſibus fidem catholicam.*

3 Statuit eum in medio eorum. *Vt ab omnibus videretur. & attente conſideraretur.*

4 Et dixit amen. *Ideſt, fideliter.*

5 Dico vobis niſi conuerſi fue. *Ab elatione, ſcilicet ſuperbiæ, & ambitione maioritatis.*

6 Et efficiamini ſicut paruuli. *Id eſt, humiles & ſimplices ſine malitia peccati.*

7 Non intrabitis in regnum cęlorum. *Dæmones enim abiecti fuerunt per ſuperbiam, & ideo oportet homines illuc venire per viam contrariam ſcilicet per humilitatem. Concludit ergo intentum, dicens.*

8 Quicunque ergo hu. ſe, &c. *Quaſi dicat ille qui erit humilior erit maior hic per gratiam, quia humilitas eſt recta diſpoſitio ad gratiam ſuſcipiendam, ſecundum quod dicit beatus Iacobus. 4. b.* Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *& talis etiam erit maior in eccleſia triumphante. Aduertendum tamen, quod ex hoc non ſequit, quod humilitas ſit maxima virtutū, quia virtutes Theologicæ ſunt maiores quam morales videlicet fides, ſpes & charitas. Humilitas autē eſt virtus moralis. Et iterū in virtutibus moralibus prudētia, quæ dirigit alias virtutes morales, & ponit in eis medium, eſt maior aliis. Et iterū iuſtitia quæ importat rectum ordinem ad alterum, eſt maior quam humilitas, quæ facit hominem eſſe bene ſubditum huic ordini. Sed pro tanto dicitur, quod maioritas in regno correſpondet humilitati, ſicut theſaurus cœleſtis diſperſioni theſauri terreni propter Deū, vt habetur inf. ſequenti capitulo. Item quia ſicut dictum eſt, humilitas eſt fundamentum aliarum virtutum, ſicut ergo ex magnitudine fundamenti proiecti arguitur magnitudo ædificii ſuperædificandi. ſic in propoſito ex magnitudine humilitatis, arguitur magnitudo fœlicitatis, licet humilitas non ſit maior inter alias virtutes, quia illa quæ ſunt priora generatione, nō ſunt maiora ſimpliciter. Item quia virtutes ſunt connexæ, & maxime virtutes in fuſæ, quæ connexæ ſunt in gratia, & charitate, & ideo quātum creſcit vna virtus in eodem homine, tantum creſcit altera proportionabiliter, ſecundum illud quod eſt formale in virtute. Sicut digiti manus æqualiter creſcunt, licet in ſe non ſint æquales. Ille autem qui habet maiorem humilitatem loquendo de vera humilitate, per conſequēs habet alias virtutes maiores, & ideo ille qui eſt magis humilis eſt maior in merito, & præmio: non propter humilitatem tantum, ſed propter alias virtutes humilitati connexas, quę ſunt etiā maiores ipſa humiltate.*

Quę virtus vocat ſuperior.

9 Et qui ſuſce. *Hic docet conſtruere ædificium virtutum ſuper humilitatis fundamentum. Iſtud autem ædificium conſiſtit in communicatione ad proximum, & hoc contingit dupliciter ſcilicet ratione corporis, & ratione animæ. Primo ergo docet communicationem charitatiuā ad hominem ex parte corporis, vt ex notioribus procedat ad minus nota, bona autem corporis ſunt nobis magis nota. Secundo docet communicationem ad proximum ex parte animæ, ibi.* Qui autem ſcandalizauerit. *Dicit ergo primo.* Et qui ſuſcepit vnum paruulum talem. *Humilem ſcilicet, & fidelem.*

10 In nomine meo. *Hoc eſt propter Deum ipſum ad hoſpitium recipiendo, & neceſſaria corporis miniſtrando, & per hoc intelliguntur omnia alia beneficia quæ impenduntur propter Deū ex parte corporis.*

11 Me ſuſce. *Quia vbi vnum propter alterum vtrobique tantum vnum, & ideo qui recipit proximum propter Chriſtum, dicitur Chriſtū recipere. Exemplum huius habemus in legenda beati Martini, vbi dicitur, quod Chriſtus ſe veſtitum oſtendit illa parte chlamydis, quam beatus Martinus dederat pauperi propter Chriſtum.*

12 Quia aut. ſcand. *Hic docet communicationem charitatiuam ad proximū ex parte animæ. Quæ conſiſtit in duobus, primo ne proximo inferatur nocumētū, ſecundo vt ei præbeatur beneficiū, ibi,* Venit. n. filius hominis ſaluare. *Prima in duas quia primo admonet ne proximum ſcandalizemus, ſecundo, ne eū contemnamus, ibi.* Videte ne cōtemnatis. *Prima in duas, quia primo docet vitare ſcandalum actiuū. ſecundo paſſiuū, ibi,* Si autē manus tua. *Circa primum aduertendum quod ſcandalū actiue dictum, eſt dictum vel factum minus rectum, præbēs occaſionem alteri ruinæ. Scandalizare igitur aliquem eſt facere eum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto ſuo malo, & hoc eſt proprie inferre ei nocumentū ex parte animæ, quod eſt directe contra charitatem,*

## MORALITER.

2 *Et aduocans Ieſus paruulum, &c.* Moraliter. paruulus in medio ſtatuitur, cum vere humilis in ſtatu ponitur dignitatis, quia tunc ſicut lucerna ſuper candelabrum ponitur aliis in exemplū quia plus honoratus, plus reputat ſe indignum, Ideo ſubditur.

† *Niſi conuerſi fue.* Scilicet a ſuperbiæ faſtu.

6 *Efficiamini ſicut par.* Imitantes eius humilitatem, & non aſpirantes ad dignitatem.

7 *Non intra. in reg. cœ.* Nam anguſta eſt porta, vt dicitur ſup. 7. ca. propterquod groſſi per ſuperbiam tranſire non poſſunt per ipſam, ſed humiles tantum. Ideo concluditur.

8 *Quicunque ergo, &c. Et qui ſuſceperit unum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcepit.* Nam ab eo vere ſuſcipitur qui ei conformatur.

12 *Qui autem ſcandalizauerit, &c.* Sequitur.

Expedit

A Aliter. Aſinus ad molam gentilis cęcus ad lapidem quem adorat. Hic cum perſecutionē Chriſtiano intulerit, hac pęna plectitur, vt cum ſui ſacrilegij mola iudicādi ſæculi fluctibus mergatur. Nota q inquātū potes ſine peccato vitare ſcandalum proximi, debes. Quia ſi de veritate eſt, pro ſcādalo veritas relinqui non debet. Quicumque ſpeciem ſanctitatis habēs, verbo vel exemplo elationis ad alterius vitij, cauſa ruinæ infirmo fuerit, cui maxime nos oportet cōtulere expedit, &c.

* Orig. Si hęc intelligeremus, q ſic vindicat Deus eos qui ſcādalizati fuerint ab eis qui ſcādalizauerint, & quæ intelligeremus timeremus, nunquā peccaremus in fratres, nec percuteremus conſcientias eorum infirmas, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, propter quos quaſi in Chriſtum peccantes ſubimus pęnas, cū requiſitę fuerint animę, quæ propter nos perierunt ex nobis.

B

a *Expedit.* Quia multo melius eſt pro culpa breuem ſuſcipere pęnam quam æternis ſeruari cruciatibus. Non.n.iudicabit Deus bis in idipſum.

b *Neceſſe eſt.* * Chryſ. Cum dicit, neceſſe eſt, nō deſtruit libertatem arbitrij, neque neceſſitati aliquarum rerū ſupponit, ſed quod omnino futurum eſt, pręducit. Scādala quidem ſunt prohibitiones rectę vię, nō aūt prędictio Chriſti ſcādala inducit neq; enim quia prędixit, propter hoc ſit, ſed omnino

C

nino futurum erat, pp hoc prędixit. Sed dicet aliquis. Si omnes corrigantur, & nullus ſit qui ſcandala afferat, nōne mendacij arguetur hic ſermo? Nequaquam quia.n.inemendatos præuidit, futuros homines eſſe, propter hoc dixit, *neceſſe eſt vt veniant ſcandala.* D

a ſillis his qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola 1
aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. 2
¶Ergo. a Quę non cauet. b Tamen. ¶Vtile. c Vt qui probati ſunt, meliores fiant.
b Væ mundo ab ſcandalis: Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcan- 3
dala. † Veruntamen væ homini per quem ſcandalum venit. 4
c a Quantumcunque vtilis adiutor. b Diſcurſor in tuos viſus. c Scandalizat qui dicto vel facto minus recte occeſionem dat ruinæ. ¶Lædit te in cauſa animæ. d Rumpe affectu. 5 6
† Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde 7
a De vita eius ſocietatem quem caſtigare nequis. 8
d eum, & proijce abs te. Bonum tibi eſt ad vitam ingredi † de- 9
a Sine pernicioſo adiutore vel diſcurſore. b Cum his.
e bilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habē-
a Prouiſor in conſilijs in errorem vult te inducere.
tem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcādalizat te, †
erue eū, & proiice abs te. Bonū tibi eſt cum vno oculo in vi-

c *Væ homini.* Quia nō iudicatur ſecūdū vtilitatem quę inde prouenit, ſed ſecundum exitum quē intendit.

Naum. 1. c. ſecūdum aliam translatioē

d *Si autē manus tua.* Docuit ſupra ne ſcandalizemus credētes, nunc quantum cauere debemus eos qui ſcādalizare nos poſſunt, quia parum diſtat in vitio fallere vel falli, ſcandalizate vel ſcandalizari, ſi ex negligentia. Si ex inuincibili ignorantia diſtat, quia tunc falli peccatū nō imputat.

¶Maneum.

E

Inemēdabiles amici ſunt a nobis alienandi, ne per immūditiā eorū, & ipſi polluti pereamus. Omnis affectus oīs propinquitas amputet, ne p occaſionē pietatis pateas ſcādalis.

* Chryſ. Vt autem diſcas quod non ſunt abſolutæ neceſſitatis ſcandala, audi quæ ſequuntur. *Si autem manus tua vel pes tuus, &c.*

Hom. 60. in Matt.

e *Bonum tibi eſt, &c.* Melius eſt vitam ſolitariam ducere, quā ob vitę præſentis neceſſaria vitam æternam perdere.

* Orig. Vel ſacerdotes rationabiliter poſſunt dici oculus, quoniam ſpeculatores habentur. Diaconi autem cęterique, manus, quia per eos ſpiritualia opera geruntur: populus au-

Tractatu. 5. in Matth.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

ritatem, & ideo talis faciens aliū ſic ruere, ſi faciat hoc de intentione ſeu ex aduertentia ſemper peccat mortaliter, ēt ſi factum vel dictum ex quo ruit alius, nō eſſet de genere peccati mortalis. Sicut dicēs mendacium iocoſum mulieri intentione protrahendi eam ad adulterium, eſt peccatum mortale ex intentione finis.

*Qui ſcandalizauе. vnum, &c.* Dicit autem puſillis, quia nullus ſcandalizatur paſſiue, niſi inquantū puſillus.i. paruę virtutis, qa homo perfectæ virtutis ex dicto vel facto malo alterius non ruit in peccatum. Sequitur.

1 *Expedit ei, vt ſuſpenda &c.* Loquitur euangeliſta ad modū terræ Palęſtinorū in qua condēnati ad mortē ligato ſaxo ad collum pręcipitabantur in mare, Senſus eſt ergo, *Expedit, &c.* i. melius eſſet homini mori corporaliter, quam ex malo exemplo ſuo facere aliū ruere in peccatum mortale, quia ex hoc mereretur mortem æternam, quæ eſt grauior morte temporali, & ideo ſequitur.

2 *Væ mundo ab ſcandalis.* i. mundanis hominibus, qui non curāt ſcandalizare proximos.

3 *Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala.* Non eſt neceſsitas abſoluta, ſed tamē ſuppoſitione. Si.n. homines velint viuere mūdane.i. in omnibus voluntatem ſuam adimplere, neceſſario ſequitur ad hoc ſcandalū aliorum, quia non formidant proximos ſcādalizare.

4 *Veruntamen væ homini illi.* i. comminatio pęnæ æternæ ſibi infligendæ.

5 *Per quem ſcandalum ve.* Actiue ſcilicet proximum ſcandalizando.

6 *Si autem manus tua, &c.* Et quia ſcandalizare actiue ſemper eſt peccatū, quia eſt ruina ex dicto alterius minus recto, ideo admonet puſillos, vt excludant a ſe occaſionem ruinæ d. *Si autem manus tua, &c.* i. tibi eſt occaſio ruinæ in peccatum per tactum inhoneſtum vel progreſſum diſſolutum.

*Ab-*

7 *Abſcinde eum.* Non quia aliquod membrū corporis ſit amputandum ad vitandum peccatū. Mēbra.n. corporis ſunt a Deo data, & iō non eſt in poteſtate alicuius pſonæ abſcindere ſibi mēbrū, ſicut nec ſe occidere, ſed ſemper hoc eſt illicitū pſonæ ſingulari niſi in caſu, quando.ſ. vnū membrū pp ſui corruptionem eſt in periculum totius corporis, quia vnicuique committitur cura ſanitatis ſui corporis, iō tunc licitum eſt ſibi per ſe, vel per aliū vnū mēbrum abſcindere ne pereat totū corpus. Et eodē modo licitū eſt ei qui tenet locū iuſtitiæ publice interficere hoīem vel mutilare pp conſeruationē iuſtitię. Sed propter peccatum euitādum non eſt alicui licitū abſcindere ſibi aliqđ mēbrū. Tū qa per hoc nō excluditur concupiſcētia interior in qua viget peccatū. Tū qa per aliā viā pt melius obuiare peccato, per rationem.ſ. & liberum arbitriū, cohibendo mēbrū a peccati exercitio. Et ſic dicitur manus abſcindi inquantum prohibetur ab illicito actu, quia manus abſciſſa non pōt aliqd agere. Et eodē modo exponēdū eſt de alijs mēbris. Aliter tñ pōt exponi, vt per manū intelligat auxiliator in negotiis ſuis, quia manus eſt organū organorum. Per pedē intelligatur curſor qui currit ad negotia peragenda. Per oculū, cōſiliarius qui dirigit in agēdis. Amicitia aūt iſtorum quantūcunq; ſit vtilis in temporalibus, eſt tamen præſcindenda a ſe, & remouēda, ſi ſit occaſio ruinę in ſpiritualibus, propter hoc quod ſequitur.

8 *Bonum eſt tibi.* Id eſt, melius.

9 *Ad vitam ingredi debilem vel claudum.* Sicut.n. ſequēti capitulo dicit ſaluator, q vno modo dr̄ caſtratus pp regnum cęlorū q continet membra genitalia ab illicito actu, ſic dr̄ hic claudus qui cōtinet pedem ab inordinato greſſu, & debilis qui continet manū ab illicito tactu. Et ſicut teſtimonio Saluatoris illa caſtratio, quæ eſt per membrorū genitaliū continentiā, eſt meritoria & laudabilis, nō aūt illa quæ per membrorū amputationē. Sic in propoſito claudicatio vel debilitas ſeu cęcitas q̄ eſt p cohibitionē manus ab illicito

## MORALITER.

1 *Expedit vt ſuſpendatur mola aſina in collo eius.* Eligibilius enim eſt corporaliter affligi quam æternaliter cruciari.

6 *Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat te. &c.* Per manum quæ eſt organum organorum, intelligi poteſt opus bonum de genere, quod tamen non eſt neceſſarium ad ſalutem, & ſi tale bonum ſit occaſio ruinę, vt pote ſuperbię, vel alterius mali debet dimitti. Per pedem vero poteſt intelligi greſſus honeſtus non tamen ad ſalutem neceſſarius, & ſi ſit occaſio mali debet dimitti.

*Et*

† *Et ſi oculus tuus ſcandalizat, &c.* Per oculum poteſt intelligi ſcientia ſęcularis, quę licet ſit bona, tamen ſi ſit occaſio mali debet dimitti, ſicut dicit beatus Gregor. de ſancto Benedicto, qui liberiori genere ex prouincia Murcię ortus Romę liberalibus literarum ſtudiis traditus fuit, ſed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat pedem retraxit: Et ſubditur ibidem. Receſsit ergo ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus.

A autem ſunt pedes eccleſiæ, quibus omnib. parcere nō oportet, ſi ſcandalum eccleſiæ facti fuerint.

a *Videte ne contemnatis.* Sic præcipio vobis ſeueritatē dimittendi oēs amicitias, vt admiſceā clementiam, vt quæratis eorum ſalutem. Sed ſi perſiſtant in malum, melius eſt ſolū ſaluari, quam damnari cum pluribus. Quāuis pro ſcandalo omnis rumpēdus eſt affectus, quærite tamē ſalutem infirmorum quantum poteſtis.

a tam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico 1

Deputat eis cuſtodiam.

b enim vobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper vident fa- † 2

a Non debetis curam hominum paruipendere pro quibus ego veni.

c d ciem patris mei, qui in cœlis eſt. † Venit enim filius hominis 3 4 5

a Ad clementiam prouocat qui præmiſit Videte ne contemnatis. b Aliud de eodem ſubdit exemplum.

e ſaluare quod perierat. Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui

a Quia rationalis creaturę numerus pereunte homine fuit imminutus. Alias relinquit.

f centum oues, & errauerit una ex eis, nonne relinquet nonagin

a In cœlo ab homine dere iſto. Alius euangeliſta dicit, in montibus, id eſt, excelſis. b In terram. c Hominem vt ſumma reintegretur.

tanouem in deſerto, & uadet quærere eam quæ errauit? Et ſi contigerit, ut inueniat eam. Amen dico uobis, † quia

a Quia maior gloria reformantis eſt perdita reſtaurare, quam ea quę ſunt immota retinere.

g gaudebit ſuper eam magis quam ſuper nonagintanouem,

a Docet parabolam iceo propoſitam, vt puſilli non contemnantur. Sicut non eſt voluntas paſtoris, vt vna de ouibus pereat.

quæ non errauerunt. Sic non eſt uoluntas ante patrem

a Sed omni beneuolentia ab his quos offendunt corrigantur. Si perit non voluntate eius perit.

ueſtrum qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis.

† Luc. 15. b. Tractatu. 5. in Matth.

✠ Origenes. Puſilli ſunt, qui nuper in Chriſto ſunt nati, aut tales qui permanent ſine profectu, quaſi nuper nati. Nō autē habuit neceſſe mandare Chriſtus de perfectioribus fidelibus non contemnendis, ſed de puſillis.

b *Quia angeli eo.* Cur non ſunt contēnendi? quia pro eis quotidie mittūtur angeli. Hieron. Magna dignitas aiarū, vt vnaquæq; hēat ab ortu natiuitatis ī cuſtodiā ſui angelū delegatū.

B

* Orig. Quidam volunt ex eo dari hominibus Angelum adiutorē, ex quo per lauacrum regenerationis nati ſunt infantes in Chriſto, dicētes non eſſe credibile incredulis & errantibus præeſſe Angelum ſanctū, ſed tempore infidelitatis & peccatorū eſt homo ſub Angelis Satanæ. Alij autem volunt mox cum quis fuerit natus, eorum qui præcogniti ſunt a Deo, accipere ſibi præpoſitum Angelum. (Vbi ſupra.)

✠ Idē. Angeli velut procurationem animarum noſtrarum tenent, quibus dum adhuc paruuli ſumus velut tutoribus & actoribus committimur vſque ad præfinitum tēpus a patre. (Hom. 8. in Geneſim.)

✠ Chryſ. Cum dicat vident faciem patris mei, nihil aliud, oſtendit quam magis liberam præſentiam & maiorem eorum apud Deum.

c *Semper vident, &c.* Viſione Dei manifeſta perfruuntur, ideo non eſt ſpernendum ab homine, q apud Deum tantę curæ eſt, ergo vos nolite ſpernere, quantum in vobis eſt.

Et ſi enim miſſi veniant, ſic exterius implēt miniſteriū vt nunquam intus deſint per contemplationem. Mittuntur ad hoīum ſalutem, & tñ ſemper vident faciem patris, quia quolibet miſſi veniant, intra ipſum currunt qui vbique eſt.

C D

d *Venit enim.* ✠ Chryſoſtomus. Rurſus aliam rationem ponit quare puſilli non ſunt contemnendi proite maiorem. (Vbi ſ.)

e *Si fuerint alicui centum, &c.* Dñs cētum oues habuit, dū rationalis naturæ numerꝰ angelorum & hominum integer. i. in ſua perfectione manſit, ſed vna errauit, cum homo peccauit. (Angel tur ac num.)

Ouis perdita omnes peccatores qui per pœnitentiam recōciliantur Deo, nonagintanouē ſunt ſuperbi, quos reliquit in mōtibus per timorē vel ſollicitudinē q geſſerunt in animo, qui ſolos ſe videri volūt, qui de ſe præſumētes pœnitentib. preponūt ſe, quibus ad perfectionē unitas deeſt. (Luc. † Err t ſo. ſancti) E

f *Nonne relinquet, &c.* Greg. Quia ſe ipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, angelica natura perſiſtente in ſumma beatitudine. Alij in nonaginta nouem iuſtorum numerum putant intelligi, in vno peccatorum, vnde alibi. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* In Luca ſcriptum eſt, *Maius gaudiū eſt ſuper vno pec. pœ. a. quam ſuper nonagintanouem iuſ. q. non in pę.* Quia vt quotidie experimur, qui illicita non commiſerunt, in rebus licitis ſæpe ſibi præbent vſum, ad cœleſtia anxie non anhelāt. Et quia ſecuri ſunt, ad bona agenda pigri remanent. Econtra autem plerumq; peccator facit. Maius ergo gaudium de eo, quam de ſtāte iuſto, vt dux in prælio. Plus. n. militem illum diligit qui poſt fugā reuerſus hoſtem fortiter premit, quam eum qui nunq̄ fugit, nec vnquam fortiter egit. Sed & ſunt qudā iuſti, de quib. eſt tñ gaudiū vt eis nullus pœnitens præponi poſſit, qui etſi nō ſint malorum conſcij ſibi tamen licita reſpuunt, in omnibus ſe humiliant. Quantum ergo gaudium eſt, ſi humiliter plangat iuſtus, cum tātum ſit ſi quod male geſſit dānat iniuſtus. (Hom. Phil. Mar. Luc.) F

g *Gaudebit, &c.* Magis dominꝰ gaudet de noſtra reparatione (quia

## NICOLAVS DE LYRA.

*illicito tactu, & oculi ab illicito viſu, et pedis ab illicito greſſu, eſt meritoria & laudabilis, non autem illa quæ eſſet per membrorum priuationem. Cætera patent.*

1 Videte ne contemnatis. *Hic conſequenter prohibet ne proximum contemnamus. Cuius rationem aſſignat, quia quantumcunque homo ſit paruus in hoc mundo, tamen habet angelum aſſignatū a Deo ad ſui cuſtodiam, & ideo ſi homines tantum a Deo honorātur, quod ad eius imaginem ſunt facti, multo fortius a nobis ſunt honorandi, & hoc eſt quod dicit.* Videte ne contemnatis. *Sequitur.*

2 Quia angeli eorum. *i. aſſignati eis.*

3 In cœlis ſemper vident faciem patris. *Quia quantumcunque mittantur ad temporalium rerum adminiſtrationem, tamen ſemper Deo inhærent per apertam viſionem.*

4 Qui in cœl. eſt. *Licet. n. Deus ſit vbique per eſſentiam, pręſentiam & potentiam, tamen ſpecialiter dicitur eſſe in cęlis, vbi adeſt beatis per apertam viſionem.*

5 Venit enim filius ho. *Oſtenſo quod non eſt proximo inferendum nocumentum ex parte animæ, hoc oſtendit, quod ei eſt beneficium impēdendū, & primo in affectu, ſecundo in effectu ibi.* Si autem peccauerit. *Primum oſtenditur exemplo ſaluatoris qui ad ſalutem hominū deſcēdit de cęlis dicens.* Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. *Et inducit ad hoc exemplum de illo qui habet centum oues, vna. n. errante dimittit nonagintanouem, & vadit ad quærendum illam, quæ errauerat, & cum inuenit eam gaudet ſpeciali gaudio de inuētione eius. Non quia magis diligat illam ſolam quam nonagintanouē, ſed quia ſicut dictum eſt, habet ſpecialem rationem gaudendi de inuentione, eius quam non habebat in alijs. Sic Deus de reuerſione peccātiū ad ſalutem habet ſpecialē rōnem gaudij quam non habet de permanentibus in iuſtitia. Cæteris, tamen parib. permanentes in iuſtitia ſunt magis dilecti Deo. Hoc autem inducit ſaluator ad conſiderandū, quod ſimiliter debemus gaudere in aff. ctu de ſalute proximorum. Conſiderandum etiā, q alia ratione aliquādo Deus magis diligit peccatores reuertentes quam remanentes in iuſtitia, non quia peccauerunt, ſed quia ex peccato commiſſo humiliores efficiuntur, & ſanctiores, et in bono feruentiores. Vnde dicit B. Greg. in moralibus, quod princeps militiæ plus eum militem diligit qui poſt fugam fortiter hoſtem premit, quam qui nunquam fugit, nec vnquam aliquid fortiter egit. Et eodem modo eſt de peccatore poſt pœnitentiā viriliter agente, & de iuſto tepido in ſua iuſtitia permanente.*

Si

## MORALITER.

*Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis.* Graue ergo eſt contemnere quem Deus honorat angelo cuſtode, & propter cuius ſalutem Dei filius voluit in mundum venire. Et hæ rationes tanguntur, cum dicitur.

† *Dico enim vobis, &c. Si autem pecca. in te frater tuus.* Id eſt, te ſciente, vnde Aug. Quid eſt in te peccauit, ni ſi tu ſcis, quia peccauit.

*Va-*

A (quia magis nos gaudere facit) quam de angelorũ immutabilitate. Maior enim Dei virtus & humilitas in noſtra reparatione cognoſcitur quam in noſtra creatione.

a *Si autem peccauerit in te, &c.* Si enim in Deũ, non eſt noſtri arbitrii.

Hoc ordine ſcandala vitare debemus ne quem lædamus, & peccantem zelo iuſtitiæ corripiamus, & pœnitenti miſericordiæ viſcera pandamus.

✻ Chryſoſtomus. Ne hi quibus ſcandala inferuntur, ita reſupini fiant, vt totum contemnentes in aliud vitium incidant, ſed ſcandalizantes per omnia ſibi parci volentes, in elationem incidant, hic dominus eos comprimit, & redargutionẽ fieri iubet. B

a Iniuria vel contumelia affecerit.
a †Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum 1
b a Ne publice correptus verecundiam perdat qua perdita in peccato permaneat. 2
b Per alterius ſalutem ſalus tibi acquiritur.
inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem
a Studio corrigendi vel conuincendi ſub teſtibus. 3
tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecũ vnum vel duos,
c †vt in ore duorum vel trium teſtium † ſtet omne verbum. † 4
a Adhuc incorrigibilis extiterit. b Vt obiurgatio plurimorum eum corrigat. Hic authoritas de manifeſta uocatione.
quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. † Si autem eccle-
d a Gentilis. b Exactor publicorum anathematis. 5
ſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. 6
e a Vincolo anathematis. 7
† Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper 8
a Diuino iudicio. 9
f terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis 10

b *Corripe eum &c.* Non paſſim iubet peccãti dimittere, ſed pęnitẽti. Ita peccat qui vidẽs fratrẽ peccare tacet, ſicut qui pęnitẽti nõ indulget. Nã q̃ dixit, ſi pęniter dimitte, pmiſit, ſi peccauerit increpa. Nec difficilis ſit venia nec remiſſa ĩdulgẽtia.

* Chryſoſtomus. Ideo autem præcepit arguere ei qui paſſus eſt iniuriã, & non alii, quia ille qui fecit iniuriam, ab eo manſuetius ſuſtinet, & maxime cum ſolus eũ corripiat. Cum.n. qui vindictam expetere debebat, hic ſalutis videtur diligentiam habere, maxime hoc eum poteſt propitium facere.

* Auguſtinus. Si tu ſolus noſti, tunc vere in te ſolum peccauit. C

peccauit. Nã ſi multis audientibus tibi fecit iniuriã, & in illos peccauit, quos ſuę iniquitatis teſtes fecit. Ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnib. ipſa corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius. D

c *Adhibe tecum.* ✻ Chryſo. Quaſi dicat, habes iã teſtimoniũ, quod totum feciſti quod tuũ erat. Etenim medicus cum viderit morbum nõ remitti non deſiſtit, ſed tunc magis præparatur ad curandum.

Vbi ſupra.

d *Dic.ec.* Vt deteſtationi eum habeat. Et qui non potuit pudore ſaluari, ſaluetur opprobriis, & vt rubore ſequeſtrationis emendetur, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Sed ne quis ſuperbus talem contemneret ſequeſtrationẽ ſubdit. *Amen dico vo.* Poteſtatem tribuit apoſtolis, vt ſciant qui a talib. dominatᷣ humanã ſẽtẽtiã diuina ſentẽtia corroborari.

†conſiſtat. †De iureiu.c. quẽadmodum F †24.q.2.c.omnibus & 26.q.7.c. ergo 35.q.8.c.ſi.

e *Sicut ethnicus.* Deteſtabilior eſt qui ſub nomine fidelis agit opera infideliũ, quã aperte Gẽtilis. Nec ideo ſalus eius negligenda eſt, nã & ethnicos.i. Gentiles & publicanos in numero quidem fratrum non deputamus, ſed tamen eorum ſalutem ſemper inquirimus.

Typice, Publicani ſunt qui lucra ſęculi ſectãtur & exigunt vectigalia negotiationis per fraudes, per furta & per piiuria:

f *Amen dico, &c.* Adeo veſtra ſentẽtia cõfirmatᷣ diuina vel ad recipiendum pęnitentem, vel ad abiiciendũ contumacẽ. E

☞ Orige-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Si autem peccauerit.* Hic conſequenter oſtendit, quod debemus eſſe benefici proximo ex parte animę in effectu. Et hoc dupliciter. Primo, defectus eorũ charitatiue corrigẽdo & ſecundo, offenſam miſericorditer remittẽdo, ibi. *Iterum dico vobis.* Ad euidentiã primi aduertendũ, q̃ duplex eſt correptio. Vna quæ eſt ad peccãtis punitionẽ, pp cõſeruationẽ iuſtitiæ, & iſta nõ ordinatur ſemp ad correctionẽ delinquentis, quia aliquãdo ſibi infligitur, pęna mortis, & iõ principaliter eſt ad cõſeruationẽ iuſtitiæ & terrorẽ aliorũ, & talis correptio nõ pertinet ad ſingulares pſonas, ſed ad iudicẽ ad quẽ ptinet cõſeruare iuſtitiã inter homines, & ppter hoc alius correptio eſt actus iuſtitiæ. Alia eſt correptio quę ordinatur ad fratris peccãtis emendationẽ, & hęc eſt actus charitatis, & pertinet ad oẽs, quia ſicut drᷣ in Eccleſiaſtico. *Vnicuique mandauit Deus de proximo.* Et iõ ſicut quilibet tenetᷣ proximũ ex charitate diligere, ita tenetᷣ defectus eius charitatiue ad emendationẽ eius corrigere, ſi tñ probabiliter credat q̃, ex ſua correctione debeat ſe emẽdare. Et de tali correctione loqtᷣ hic Saluator nõ de prima, quę eſt actus iuſtitię. Tãgit aũt debitũ modũ huius correctionis dicẽs. *Si autem peccauerit, &c.* Et intelligitur iſtud in te dupliciter, vel q̃a te ſolũ lęſit vel te ſolo ſciẽte peccauit. Si.n. alios lęderet, vel corã aliis peccaret, tũc nõ haberet locũ illud quod ſubditur.

2 *Vade & corripe eum, &c.* Quia peccata publica ſunt in publico arguenda, ſecũdũ quod drᷣ 1. ad Timoth. 5.d. *Peccantẽ coram omnibus argue. vt cæteri timorẽ habeant.* ſed quando ſunt ſecreta, tunc habet locũ correctio fraterna, quæ eſt actus charitatis, quę debet fieri primo in ſecreto. Cuius rõ eſt, Sicut.n. medicus corporalis ſi debito mõ procedat, nititᷣ inducere ſanitatẽ cũ minori diſpendio corporis, vt ſine membri abſciſione, & ſi nõ poſſit, tũc abſcindit membrũ minus nobile, vt cõſeruetᷣ magis nobile vel totũ corpus. Sic ille q̃ fratrẽ peccantẽ occulte corripit, charitatiue dẽt tẽtare, ſi poſſit fratrẽ emẽdare abſq; detrimẽto ſuę famę: q̃a fama cõputatᷣ inter maiora bona hoĩs citra virtutes, & iõ corrigẽs fratrẽ debet quãtũ põt cõſeruare eius famã. Alia cauſa eſt, q̃a amiſſa fama vel lęſa, efficitᷣ hõ inuerecundus, & p cõſequẽs minus a peccato retrahitᷣ q̃ prius. Eſt ergo debitus proceſſus in correctione charitatiua, vt hõ corrigat fratrẽ ſuũ inter ſe & ipſũ ſolũ, vt ſic poſſit eũ ſaluare cũ omnimoda integritate ſuę famę. Et hoc eſt q̃ ſequitᷣ.

3 *Si te audi. lucratus eris, &c.* Eum ſcilicet cum integritate famę ad ſalutem reducendo.

4 *Si autem te non.* Quia.n. fama eſt minus bonum, quã ſit bona vita, ſi nõ poſſit ſeruari bona vita fratris ſine detrimẽto ſuæ famę. tũc procedẽdũ eſt ad ſalutẽ bonæ vitæ cũ aliqua læſione ſuæ famæ, & ideo adducendus eſt vnus alius vel duo ad ſciendũ. ſ. fratris delictũ, & vt corã eis arguatᷣ; & ſi ſe nõ correxerit, tũc ſimpliciter cõtemnenda eſt eius fama, vt conſeruetur bona vita, vel ſaltẽ ordo iuſtitiæ ad terrorem aliorum, & hoc eſt quod ſequitur.

5 *Quod ſi non audierit eos.* Se corrigendo.

6 *Dic eccleſiæ.* Ideſt, prælato per denunciationẽ publicã, & tũc ſunt teſtes inducendi ad facti probationem, qui prius fuerant inducti ad fratris ſecretam correctionem.

7 *Si autem ec. non aud.* Præceptum prælati contemnendo.

8 *Sit tibi ſi. ethnic. &c.* Ideſt, ſeparetur ab aliis fidelibus p excõmunicationem & cenſuram eccleſiaſticam. Et quod talia poſſint prælati eccleſiæ inferre, ſubditur.

9 *Amen.* Ideſt, fideliter.

10 *Dico vo.* Quia Deus talẽ punitionem approbat, ſi iudiciũ eccleſię nõ errat. Cõſiderandum tñ circa prædicta, quod ſi peccatũ occultũ fratris fuerit in præiudiciũ cõmunitatis, vt ſi aliq̃s tractaret ſecrete cũ aliquib. ciuibus qualiter ciuitas eſſet hoſtib. tradenda, vel ſi aliq̃s hæreticus in ſecreto corrumperet fideles, tũc ſecreta correptio vel admonitio nõ eſſet expectanda, ſed ſtatim eſſet prælato denunciandum, qui poſſet tali periculo præcauere. Et idem iudicium de conſimilibus caſibus eſt habendum.

Iterum

## MORALITER.

2 *Vade corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Hierony. Corripiẽdus enim eſt ſeorſum frater, ne ſi ſemel verecũdiam amiſerit, permaneat in peccato.

3 *Si te au. lu.* Per ſalutem enim alterius nobis quoque acquiritur ſalus.

4 *Si autem.* Gloſſa, vt ſi dixerit non eſſe peccatum, probẽt illud eſſe peccatum.

5 *Quod ſi non aud.* Chryſ. Ideſt, his qui eccleſiæ præſident.

7 *Amen dico vobis.* Aug. Ideſt. Gentilis & paganus in numero fratrum non computandus.

9 *Si autem te.* Aug. De verbis domini in mõte. Cępiſti habere fratrem tuum tanquam Ethnicum & publicanum, liga illum in terra, ſed vt iuſte liges eum vide, nam iniuſta vincula dirumpit iuſtitia.

A * Origenes. Non dixit. *In cęlis* ſicut Petro, ſed in cęlo vno quia non ſunt tantę perfectionis ſicut Petrus.

Tractatu 6. in Matth. Vbi ſupra. ✲ Chyſoſtomus. Et notandum quod non dixit primati eccleſiæ, liga talem, ſed ſi ligaueris, indiſſolubilia erunt ligamina, quaſi hoc eius iudicio relinquens. Vide autem qualiter incorrigibilem duplicibus colligauit neceſſitatibus, ſcilicet & pœna quę eſt hic, ſcilicet proiectione ab eccleſia quam ſupra poſuit, dicens, *Sit tibi ſicut Ethnicus &c.* & ſupplicio futuro, quod eſt ligatum eſſe in cęlo, vt multitudine iudiciorum diſſoluat fratris iram.

†D. p. dis. 3. c. ſeptie. a *Si duo.* Typice. Vbi ſpiritus anima & corpus conſenſerint,

B vt non ſit inter eos bellum, carne cupiente contra ſpiritum & ſpiritu contra carnem, quidquid petunt fiet. Quia ſi corpus vult, quæ ſpiritus vult, tantum bonarum rerum eſt petitio.

super terram, erunt ſoluta & in cœlo. † Iterum dico vobis,
a quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni 1 2
a Quæſita pro ſalute corrigendorum. b In ſanctis. In omnibus quæ iudicando aguntur in terra ad ſalutem hominum, aſſum cooperator. 3
re quamcunque petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis
a Monuit ad concordiam, nunc præmium pollicetur quod eſt in medio eorum.
eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo
b ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum 4
c dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimit- 5
a Pęnitenti quidem. 6
tam ei? † Vſque ſepties? Dixit illi Ieſus: Non dico tibi, vſque †
d ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Ideo aſſimilatum eſt 7
a Vita iuſtorum. b Huic toti negotio. Typice Chriſto qui merita cuiuſque examinat. †
e regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem po- 8 9
nere cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet rationem ponere 10
a Populus Iudaicus, decalogo conſtrictus multarum tranſgreſſionum reus erat. 11
oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem milia talenta †

Hieronym. b *Ibi ſunt in me.* Omnis ſermo ſupra ad concordiam prouocat & pacem, quam adeo commẽdat, vt dicat deũ in medio eſſe eorum, quia pax & charitas ſedem ſibi in pacificis conſtituit, & vnitatis merito.

Vbi ſupra. * Origenes. Et iſta eſt etiam cauſa propter quam non exaudimur orantes, quia non conſentimus nobis per omnia ſuper terram neq; dogmate neq; cõuerſatione. Sicut enim in muſicis niſi ſit conuenientia vocium, non delectat audientẽ ſic in eccleſia, niſi conſenſum habuerit non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum.

c *Tunc accedens.* Dixerat *videte ne cont. vnum de pu.* Ideſt adiecerat, ſi peccat, corripe, & premium promiſerat. *Si duo ex vobis.* Prouocatus ergo Petrus quærit quotiens dimittit.

C d *Septuagies ſep.* Hier. ideſt. 490. vicibus ideſt totiens in die quotiens ille peccare poteſt.

✲ Aug. Typi. 11. Per ſe tranſgreſſionẽ ſignat, quia iam eſt extra decalogum. Cum vero multiplicatur per. 7. iam omnis intelligitur tranſgreſſio, propter ſeptem vitia.

Nota. Aliter dat venia petenti fratri, vt nobis ſcilicet ſocia charitate cõicet, ſicut Ioſeph fratribus. Aliter inimico perſequenti bonum ei velimus, & ſi licet faciamus, vt Dauid lugens Saul.

* Origenes. Vel quia numerus ſex, videtur eſſe operis & laboris, ſeptimus autem repenſationis dicit remiſſionem fieri oportere fratrib. in hoc mũdo de gẽtibus ſecundũ res huius modi peccantibus, Si autẽ aliquis vltra ea peccauerit, iam non habebit remiſsionem.

e *Ideo aſſimilatum.* vt ſciatis dimittendum eſſe conſeruis, oſtendam per ſimilitudinem, quia ſi ille rex & dominus dimiſit ſeruo, multo magis homo conſeruis ſuis.

Mos erat Syriorum per parabolas loqui.

Chryſoſto. Ne aliquis exiſtimaret magnum quid & graue dominum iniunxiſſe, cum dicit dimittendum eſſe vſque ſeptuagies ſepties adiicit parabolam.

✲ Orig. Filius Dei eſt regnum, non alicuius eorum quę ſunt deorſum, ſed omnium quæ ſunt ſurſum. hoc ergo regnum cęlorum. i. filius dei, quando factus eſt *in ſimilitudinem carnis peccati, tunc* ſimilis factus eſt homini regi vniens hominem ſibi, Serui autẽ hi ſoli ſunt quantũ ad iſtas parabolas, qui diſpenſatores verbi habentur, & quibus hoc eſt commiſſũ, vt negotientur & fęnerẽt. Omnis autẽ vitæ noſtræ ratio ponenda eſt a rego, quando omnes nos præſentari oportuerit ante tribunal Chriſti.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

2 *Iterum di. vo.* Hic cõſequẽter oſtẽditur, quod non ſolum debemus fratrẽ corripere, ſed ẽt offenſam nobis illatam remittere. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit quod dictum eſt, ſecũdo oſtẽdit quotiens ſit offenſa fratris remittenda, ibi. *Tunc ac. ad &c.* Dicit igitur primo.

2 *Si duo &c.* Scilicet offenſam ſibi inuicem remittendo.

3 *De omni re. &c.* Quia oratio non eſt accepta coram deo, ſi teneat odium contra fratrem in animo, propter quod ſubditur.

4 *Vbi enim ſu. &c.* Ideſt charitate vniti.

5 *In me. &c.* Acquieſcẽdo bonæ voluntati & petitioni eorundẽ, dum tñ illa oratio habeat conditiones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur. ſ. quod aliquis oret pro ſe pie & perſeueranter His .n. cõcurrẽtibus ſemper oratio exauditur, & ſi aliquãdo differtur tñ tẽpore cõpetenti impletur, ſicut ſupra habitum eſt c. 5 Aduertendũ tñ, quod licet offenſa ſit ſemper remittenda, non tamẽ iniuria Si .n. ex remiſſione iniurię pęnę debite ſequeretur pronitas in eo cui remittitur ad facilius peccandum, non eſſet bonũ ei remittere, ſimiliter ſi ex tali remiſſione eſſet ſcandalum aliorum & omiſſio iuſtitiæ & in conſimilibus caſibus.

6 *Tunc ac.* Hic oſtẽditur quotiẽs ſit fratri remittendũ & primo oſtẽditur propoſitũ, ſecũdo cõfirmat per exemplũ, ibi. Ideo aſ. eſt Circa primũ aduertendũ, quod ſicut frequenter dictũ eſt Petrus tãquã principalis aliquãdo loquebatur pro ſe & pro aliis, & ideo audito a Saluatore quod offenſa fratris peccãtis eſſet remittenda, interrogauit quotiens eſſet remitenda fratri, & hoc petiit ſi ſufficeret ad ſalutem dimittere ſepties.

7 *Dici. il. Ieſ. Non di.* Et ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, ac ſi di. totiens quotiens, vt dicit Augu.

8 *Ideo aſ. eſt.* Hic probat hoc per exemplũ quia magis ſumus debitores dei, & plus offendimus eũ quã homo poſſit offendere proximũ, quia tanta eſt offenſa quantus ille qui offenditur. Deus autẽ eſt infinitus, & iõ offenſa in ipſum commiſſa quandam infinitatem habet, & tñ quotienſcunque offendimus deum, ipſe totiens paratus eſt remittere dũ tñ velimus veraciter pęnitere, ergo multo fortius ſimiliter debemus peccãti in nos facere, & hoc eſt quod dicit. *Ideo aſ. eſt.* Ideſt ſtatus eccleſiæ militantis.

9 *Homini reg.* Ideſt Chriſto, qui eſt verus homo & verus deus, rex regum & dominus dominantium.

10 *Qui voluit, &c.* Ideſt rationem gerere de factis humanis.

11 *Oblatus eſt ei vnus, qui debe. ei decem mi. talenta.* Ideſt obligatus ad magnam pęnam propter multa peccata.

Cum

## M O R A L I T E R.

1 *Iterum dico vobis quod ſi duo.* Sub intelligendum eſt ſi petierint pie & perſeueranter.

† *Domine quoties.* ſubditur.

† *Vſque ſep. ſep* Ideſt quadringentis nonaginta vicibus, vel vt dicit Aug. omnino quotienſcunque peccauerit, ignoſcas.

8 *Ideo aſſimilatum eſt regnum cęlorum.* Ideſt Chriſto qui eſt rex regum.

10 *Qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.* Huius enim regis ſerui ſunt omnes homines, & cum eis rationem ponit, nam omnium actus diligenter diſcutit.

11 *Oblatus eſt ei vnus.* Ideſt quilibet peccator, quia præſentialiter ſibi aſſiſtit.

† *Qui debe. ei de. mi.* Ideſt, debitum valde magnum, quia tanta eſt offenſa, quantus ille eſt qui offenditur.

Cum

a Viribus ſuis hoc explere non poſſet. b Permiſit iuſto iudicio, malignorum ſpirituum ſeruum fieri.
Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum domi- 1 2
a nus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ ha-
Cum ſponte nollet malus, coactus populus ille pœnitet.
bebat, & † reddi. Procidens autem ſeruus ille rogabat eum 3
Parce peccatis. a Credendo in te qui es finis legis.
b dicens: * Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Mi- 4
ſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & † debitum 5 6
a In libertatem fidei vel de captiuitate liberatus.
c d dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum de con- 7 8
a Id eſt recognoſcebat ab eo ſalutem præſtitam ſibi.
e ſeruis ſuis, qui debebat ei centum denario, & tenens ſuffo- 9 10
a Non ſinebat eum reddere rationem. b Obſerua carnales obſeruantias.
f cabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens con- 11 12
a Parce peccatis.
ſeruus eius * rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & 13
a Quidquid lex præcepit ſpiritualiter implendo. b Spiritualia. c A ſpirituali intellectu receſſit.
omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed abijt & miſit eum 14
a Arctam tribulationem. b Hoc intendens, vt legem carnaliter impleret quod videbatur debere.
in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem 15
a Angeli qui referunt deo geſta hominum, vel prædicatores euangelij. b Propter afflictionem Chriſtiani populi.
g conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt 16
a Pro ſalute credentium contra dominum perſequutorum dominum implorant.
& narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc 17
Omnes præuaricationes.
h vocauit eum dominus ſuus, & ait illi. † Serue nequam, omne
debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nonne ergo opor- 18
a Dignas miſericordia gentes reputare, quoniam omnes peccauerunt & egent gratia dei.
tuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

a *Et vxorem.* Eum non ſolum populum, ſed etiam prælatos
A & ſubditos ſimul cum tota familia vel ſubſtãtia eorum pro magnitudine delictorũ tradidit exteris nationibus, vt quod noluerunt voto, ſoluant tormento.

Iuſſit pro cupiditate & operibus: quia vxore & filijs pœnas ſolueret.

b *Miſertus au.* Miſericors dominus non ſolum captiuitatem Iudaicam abſoluit, ſed etiam peccatorum omnium veniam in aduẽtu Chriſti ſe date promiſit, ſi perſiſterent in incepto.

✲ Chryſoſtomus. Vnde autem diuini amoris ſuperabũdantiam: Petit ſeruus ſolius temporis dilationem, ipſe autem maius dedit: & dimiſſionem & cõceſ-
B ſionem totius mutui. Volebat autẽ à principio dare ſed nolebat ſolum ſuum eſſe donum, ſed & ſupplicationis illius, vt non incoronatus abſcedat. Ideo autem ante quam rationem poneret, debitum non dimiſit, quia docere voluit à quantis debitis eum liberat, vt ſaltem ita ad conſeruos mãſuetior fieret.

c *Dimiſit ei.* Id eſt pondere carnalium obſeruationum abſoluit, & debitum dimiſit, Id eſt, priores tranſgreſſiones.

d *Inuenit vnum.* Gentilem populum, quaſi ſibi debitorem fatigabat, gratiam Chriſti non eſſe eis ad ſalutem dicens carnales obſeruantias ab eis non modo perſuaſionibus, ſed etiã tormentis expectabat.

C e *Centum denarios.* * Chryſoſtomus. Tanta eſt differentia peccatorum quæ committuntur in hominem & quæ cõmit- D
tuntur in Deum, quanta eſt differentia decẽ milium talentorum, & cẽtum denariorũ, magis autem & multo plus patet ex differentia perſonarum & à paucitate peccantiũ. Homine enim vidente & deſiſtimus, & pigritamus peccare, deo autem vidente, non obſiſtimus, ſed agimus informidabiliter oĩa & loquimur.

f *Et procidens.* * Origenes. Conſidera ſubtilitatem ſcripturæ, quoniam ſeruus multorum debitor talentorum procidẽs adorauit regem: qui autem cẽtum debebat denarios procidens non adorabat, ſed rogabat conſeruum dicens. *Patientiam habe.* — vbi ſupra. † mutuum.

✲ Chryſoſtomus. Vide domini charitatem, & ſerui crudelitatem, pro decem mi- E
libus talentis, hic autem pro centum denarijs: hic cõſeruum ille autem dominum rogabat: & hic quidem totalem abſolutionem accepit ille autem ſolam dilationẽ petebat, nec hoc dedit. — vbi ſupra.

g *Conſerui eius &c.* * Auguſtinus. Per cõſeruos intelligitur eccleſia, quæ illum ſoluit & ligat. — † De conſecr. diſt. 4. ca. quo modo in fi.

✲ Remigius. Vel conſerui forte angeli ſunt intelligendi aut prædicatores, ſiue quicunque fideles, qui contriſtantur de perditione conſerui.

h *Serue ne.* Sępe debita dimiſi tibi, qñ in anguſtijs rogaſti ſed liberatus cõpaſſionẽ non habuiſti, quin potius prophetas & apoſtolos perſequeris & ingratus, & de iuſtitia præſumẽs ſpernis gẽtes, indignas tua ſocietate in Chriſto iudicãs. D

Si

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cum autem non haberet, vnde red.* Quia peccator non habet vnde ſatisfaciat deo pro peccato.
2 *Iuſſit eum dominus venundari.* Quia omnia ſua ſunt pœnæ æternæ propter peccatum ſuum obligata.
3 *Procidens autem ſer.* Id eſt peccator per pœnitentiam.
4 *Patientiam hab.* Pœnam æternam in temporalem commutando.
5 *Et omnia reddam tibi.* Opera meritoria faciendo.
6 *Miſertus autem dominus.* Quia dominus paratus eſt miſereri & parcere vere pœnitentibus.
7 *Egreſſus autem ſer. ille à fa. domi.* Scilicet per recidiuum peccati.
8 *Inuenit vnum de conſer.* Id eſt de hominibus, qui ſunt ſerui Dei cum ipſo.
9 *Qui debet ei cen. dena.* Id eſt modicum eum offenderat, quia offenſa in hominem modica eſt reſpectu offenſæ commiſſæ in deum.
10 *Et tenens ſuffocabat eum.* Id eſt ſtrangulabat. Et dicitur à ſub & faucis, dicens.
11 *Redde quod de.* In quo oſtenditur auſteritas in repetendo vindictam à proximo.
12 *Et procidens conſer.* Per pœnitentiam.
13 *Rogabat eum dicens. Patientiam* quaſi dicat paratus ſum ſecundum poſſibilitatem meam ſatisfacere.
14 *Ille autem noluit.* In quo notatur crudelitas in modo repetendi vindictam.
15 *Videntes autem conſer. eius.* Iſti ſunt qui videntes crudelitatem hominum erga proximos contriſtantur, quia ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono, & triſtari de oppoſito malo.
16 *Et ve. & nar. domino.* Quia in oratione petunt à dño talia vindicari ad declarationẽ iuſtitiæ, nõ ex liuore vindictæ.
17 *Tunc voca. illum dominus ſuus.* Iſta autem vocatio fit in morte, vbi oportet de omnibus rationem reddere ſtricte.
18 *Serue nequam omne debi.* Id eſt offenſam magnam in me commiſſam.
19 *Nonne ergo opor.* Patuam remittendo.

Et

## MORALITER.

1 *Cum autem non ha. vnde red.* Quia peccator non habet vnde poſſet ſatisfacere Deo.
2 *Iuſſit eum dominus eius ve.* Per hoc ſignificatur determinatio eius ad pęnam debitam. Per vxorem autem eius ſignificatur delectatio praua, & per filios, actus mali procedentes inde: pro quibus eſt puniendus.
3 *Procidens autem.* Vt ſibi daret ſpacium vitæ, in quo poſſet per pœnitentiam ſatisfacere.
6 *Miſertus autem dominus.* Plus enim dat dominus quã roget.
7 *Egreſſus autem ſer. il.* Egreditur autem à domino peccatum reiterando.
8 *Inuenit unum de conſeruis ſuis.* Id eſt de peccatoribus, qui ei tenebatur in modico reſpectiue crudeliter cogebat eũ reddere.
15 *Videntes autem.* Per quos omnes Chriſtiani & angeli ſancti intelliguntur vnde Apoc. 22. b. dixit angelus beato Ioanni. *Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum.* Et coram deo repreſentant facta hominum.
18 *Serue nequam &c. nonne oportuit & te mi. conſerui tui.* q. di. ſic. Remigius, Seruus iſte nullum legitur reſponſum domino dediſſe, in quo demonſtratur, quod in die iudicij & ſtatim poſt hanc vitam ceſſabit omnis excuſatio peccati.

Et

a *Sic & pater meus.* A Si non dimiſeritis ex corde quod in vos delinquitur, & hoc quod per pœnitentiam dimiſſum erat à vobis exigitur. * delicta eorum.

Repetet: vel de mala voluntate damnando, à qua omne malum, vel de inobedientia quę eſt origo totius mali. Quoties enim quis peccat, inobediens efficitur.

Incipit narrare, quę dominus in Iudęa fecit, & docuit, & paſſus eſt, primo trans Iordanem ad orientem, poſt & citra Iordanem, quando venit à Iericho in Ieruſalem.

a Iuſta animaduerſione. b In manus Romanorum, vel tartareis miniſtris:
Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſ- 1 2
In perpetuum.
a que redderet vniuerſum debitum. † Sic & pater meus cœle- 3
a Repetet à vobis dimiſſa! Non ficta pace.
ſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de
b cordibus veſtris. * Et factum eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſer- 4
c mones iſtos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans 5
a De Galilæa. Ex pietate vt doceantur, & infirmi ſanentur. In Iudæa.
d Iordanem, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. 6 7

b *Sermones.* Quos D in Galilæa poſt tributum de humilitate & innocentia, & correctione, & venia habuit. † Mat

c *Venit in fines Iu.* Omnis Iudæorum prouincia ad diſtinctionem aliarū Gentium Iudęa dicitur, ſed ſpecialiter meridiana plaga ad differentiam Samarię, Galilęę, Decapolis, & cęterarum regionum eiuſdem prouincię.

d *Et ſecutæ ſunt.* Galilęos maluit curare in Iudęa, vt Gentes in eam veniam, quę Iudęæ parabatur, admitteret.

b *Ser-*

B

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et iratus dominus, &c. tort.* Ideſt, dæmonibus, qui in hoc ſunt executores diuinæ iuſtitiæ.

2 *Quoaduſque.* Id eſt, æternaliter, quia in inferno ſemper eſt redditio abſque quietatione, cum pœna ſemper remaneat æterna à parte finis.

3 *Sic & pater meus cœleſtis.* Hic inducitur applicatio parabolæ ad propoſitum eodem modo quo dictum eſt.

4 *Et factum eſt cum con.* Hic ponitur confirmatio doctrinæ præcedentis per operationem miraculorum, cum dicit. *Et factum eſt cum conſummaſſet Ieſus.* Sequitur.

E

5 *Et venit in fines Iudææ trans Iordanem.* Vbi erat poſſeſſio duarum tribuum & dimidiæ, ſcilicet Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe.

6 *Et ſecutæ ſunt eum tur. mul.* Ex quo patet deuotio populi ad eum, quia multi ſequebantur. Aliqui cauſa prędicationis audiendæ, aliqui cauſa curationis impetrandæ.

7 *Et curauit eos ibi.* Et ſic patet, quod Euangeliſta in vno verbo multa miracula ſanitatum includit, quia propter multitudinem miraculorum non poterant omnia in particulari deſcribi, vt dicitur Ioan. vlti.

## MORALITER.

1 *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus.* Id eſt, dæmonibus.

C 2 *Quoaduſque redderet.* Id eſt, vſque in perpetuum, nam in inferno nulla eſt redemptio. *Et factum eſt.* Sequitur.

5 *Et venit.* Origenes. Sanauit dominus turbas trans Iordanem, vbi dabatur baptiſmus. Vere enim à ſpiritualibus infirmitatibus curantur & ſaluantur homines in baptiſmo. F

## ADDITIO I.

*In eod. cap. 18. Vbi dicitur in Poſtil.* Sicut digiti manus æqualiter creſcunt.

Hæc ratio nullam propriam præeminentiam attribuit humilitati inter cæteras virtutes. De qualibet .n. alia virtute vere poſſet dici, quod illa creſcente, cęteræ creſcunt proportionabiliter propter cōnexionem virtutum, vt Poſtil. allegat. Sed verba Chriſti dicentis. *Diſcite à me, quia mi. ſum & hu. cor.* Matth. 11. d. denotant quandam excellētiæ ſingularitatem in ipſa humilitate exiſtere, quam doctrinam communiter doctores ſequuntur. Auguſ. enim de vera religione dicit, quod tota vita Chriſti in terris diſciplina morum fuit ad imitandum præcipue humilitatem ſuam. Similiter Greg. in paſtorali dicit, quod in argumentum redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Chriſti. Ex quibus patet, quod humilitas commendanda eſt ex aliquo ſingulari ſibi inter cæteras virtutes proprie pertinenti. Et ideo dicendum ſecūdum Tho. in ſecunda ſecundæ. q. 161. art. 5. in reſponſione ad 3. argm̄, quod humilitas cōmendatur ex hoc quod per illam maxime remouetur impedimētum humanæ ſalutis, quæ conſiſtit in hoc ꝙ homo ad cœleſtia tendat, à quibus impeditur, dum in terrenis magnificari ſtudet. Et ſic humilitas eſt quædam propria diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis in ſpiritualia & diuina bona.

## ADDITIO II.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Venit enim filius hominis, &c.*

Melius videtur continuari hoc dictum Chriſti cum pręcedentibus ſic .ſ. vt per aliam rationem fortiorem oſtendatur, quod nō ſunt puſilli cōtemnendi, quod ſic patet. Nam poſſet quis dicere, quod ille proximus non eſt contemnendus qui. ſ. eſt iuſtus, ſeu de quo rationabiliter præſumi debet, quod eſt in ſtatu gratiæ, ſed prauus ſeu peccator videretur debere contemni, cum ſit à Deo remotus. Ad quod remouendū Saluator inducit exemplum de ſeipſo, qui venit ſaluare quod perierat. Ad quod etiam inducit exemplum de centum ouibus, vt patet in litera. Et hęc videtur eſſe ſententia Chryſoſt. qui in hoc loco ſic dicit: Rurſus aliam rationem ponit, quare puſilli non ſunt contemnendi priori maiorem dicens. *Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.* Quaſi dicat ſecundum Remigium non contemnat puſillos ſcilicet peccatores quia ego pro hominibus homo fieri dignatus ſum.

## ADDITIO III.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Si duo ex &c.*

Licet verum ſit quod oratio non eſt accepta coram Deo illius qui tenet odium contra fratrem in animo, non tamen ex hoc ſequitur, quod oratio ſemper ſit accepta coram Deo illius qui non tenet tale odium contra fratrem. Poteſt enim in alijs ſic deficere, vt non audiatur. Sed Chriſtus dixit. *Si duo ex vobis conſenſerint de omni re quam petierint, fiet illis.* Ex quibus ſequitur, quod oratio conſentientium ſemper audiatur, vnde aliter videtur dicendum. Ad cuius intellectum ſciendum, quod huiuſmodi conſenſus qui facit orationem efficacem ſecūdum doctores, non ſolum extendit ſe ad excludendum odium fraternum, ſed etiam ad includendum omnia quæ ad petitionem (quæ eſt digna exaudiri) requiruntur, ſcilicet vt orans ſibiipſi conſentiat. Vnde Hierony. dicit. Vbi ſpiritus & anima corpuſque conſenſerint, & non intra ſe bellum diuerſarum habuerint voluntatum, nulli dubium, quin bonarū rerum poſtulatio ſit, vbi corpus vult habere ea quæ vult ſpiritus. Hęc Hieron. Similiter in hoc conſenſu etiam includitur, quod orantes ſibi ipſis conſentiant in omnibus ijs quæ ad veram doctrinam & bonæ vitæ conuerſationem pertinent. Vnde Orig. in hoc loco. Iſta eſt cauſa propter quam non exaudiuntur orantes, quia non conſentimus nobis per omnia ſuper terrā nec dogmate nec conuerſatione. Sicut enim in muſicis, niſi fuerit conuenientia vocū, non delectant audientem, ſic in eccleſia niſi conſenſum habuerint orantes, nec delectatur Deus, nec audit voces eorum. Hæc ille. Vbi igitur conſenſus pręd. ctis modis eſt, neceſſe eſt impetrare quod petitur. Includitur enim hic tam idoneitas petitionis quam petentium. Et ideo ſequitur in litera. *Vbi enim duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Vbi notandum, quod ſententia horum verborum, eſt redditiua rationis præcedentium. Non enim dixit: iterum dico vobis, id eſt, vbi enim ſunt duo vel tres, &c. ſicut immediate pręcedenti cōcluſione vbi denotatur diſtinctio illius dicti à præcedentibus, ſed dixit. *Vbi enim ſunt,* quaſi redditiuum rationis de huiuſmodi petitionis efficacia, vt intelligatur ſic. Ratio quare talis conſenſus eſt efficax, talis eſt, quia tales cōgregati ſunt in nomine meo. Vbi enim talis conſenſus eſt, tales congregantur in nomine Chriſti qui eſt vera pax, & vera concordia, & per conſequens eſt in medio eorum, quia vt ait Orig. Mox enim vt aliqui conſenſerint, Chriſtus inuenitur in eis.

REPL. *In cap.* 18 vbi Poſtillator cōmendat humilitatē cum debito moderamine Burg. vult humilitatē habere ſingularē excellētiā iter cęteras virtutes, patet hoc ex dicto beati Aug. de vera religione dicētis, ꝙ tota vita Chrī ī terris diſciplina nobis fuit ad imitandū p̄cipue humilitatē ſuā. Sed per hoc non pōt Bur. aliquā inferre humilitatis prærogatiuā, quia beatus Aug. vult per hoc oñdere imitationē humilitatis faciliorem. Vita enim Chriſti in multis

in multis exiſtit potius admirabilis quã imitabilis, quo ad humilitatem tñ faciliter imitabilis. Ideo idem B. Aug in ſer. communi de martyrib. dicit. Chriſtus dñs non dixit. Diſcite a me mortuos ſuſcitare, ſuper aquas ſiccis pedib. ambulare, nõ hoc dixit. Sed qd ait? *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Et ad eundem ſenſum pertinet quod Burg. de B. Greg. Poſtillatore allegat. Nec concludit ſuum propoſitum per dictum ſcilicet, Tho. ex ſecunda ſecundę. q. 61 1. Nã cum dixiſſet, quod humilitas eſt quędã propria diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis ad ſpiritualia & diuina bona ſubdit idem S. Tho. ibidẽ. Igitur ſicut perfectio potior eſt diſpoſitione, ita & charitas. Et illæ virtutes quibus homo directe mouetur in Deum, ſunt potiores humilitate. & ita dictum S. Tho. potius eſt cum Poſtilla, quam cum Burg. qui hic & alibi eſt truncator auctoritatum, &c. D

C A P. XIX.

ET acceſ. Quaſi dicat complexione capiatur. Si diceret: Dimittenda eſt quacunque ex cauſa, & ducenda alia, pudicitiæ prædicator contra ſe facit. Si dicit non eſt dimittenda, cõtra doctrinã Moyſi & Dei facit. Ideo reſponſum temperat naturalem legem, primamque Dei ſententiam ſecundo opponens, quæ nõ voluntate Dei, ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt. B

* Chryſoſtomus. Intuere eorum malitiam. Dominus enim ſupra de lege hac diſputauerat, ipſi autem quaſi iam nullo dicto interrogant, ſcilicet, opinantes oblitum eſſe eorũ quæ dixerat. C

## C A P. XIX.

¶Ex liuore vt decipiant.

ET acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, 1
& dicentes. † Si licet homini dimittere vxo- 2

a Earum cauſarum quæ ſcribebantur in libro repudij. b Non ſua reſpondit, ſed hiſtoriæ veteris & mandatorum Dei recordatur.

rem ſuam quacunque ex cauſa? Qui reſpondens, 3
ait illis: † Non legiſtis, quia qui fecit † hominem ab ini- 4
tio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit. † Propter 5

(Margin verse numbers: 1 2 3 4 5 6 7 † 8)

✲ Idem. Sicut autem ſi videas hominem aſſidue amicitias medicorum colẽtem, intelligis quia infirmus eſt, ſic & cum videas virum ſiue mulierem de dimittendis vxoribus, aut viris interrogantes, cognoſce quia vir ille laſciuus eſt, mulier illa meretrix eſt. Vbi ſupra. E

a *Et feminam.* Non ait fœminas, vt vnum coniugium ſit non plura, quod ex repudio priorum quærebatur. F

†Gen. 1. d. †Ibid. 2. d. Eph. 5. g. 1. Cor. 6. d.

*Adhæ-*

## NICOLAVS DE LYRA.
### C A P. XIX.

ET *acceſſe.* Hic conſequenter Saluator docet virtutes contemplatiuorum ſeu religioſorum. Et diuidit in tres partes, quia primo docet continentiam. Secundo obedientiam ibi. *Tunc oblati ſunt ei paruuli.* Tertio paupertatem uoluntariã, ibi. *Et ecce vnus.* In iſtis autem tribus conſiſtit perfectio religioſorum. Prima diuiditur in duas partes, quia primo docet Chriſtus illud quod eſt neceſſitatis in continentia videlicet continentiam coniugalem, Secundo illud quod eſt perfectionis. ſ. continentiam ab omni actu venereo, ibi. *Dicunt ei diſcipuli.* Prima in duas quia primo circa hoc ponitur Phariſæorum doloſa interrogatio. Et ſecundo ponitur ipſius Chriſti vera reſponſio, ibi. *Qui reſpondens.* Dicit ergo.

1 *Et acceſſer. ad eum.* i. ad Ieſum.

2 *Phari.* Qui in populo Iudæorũ præ alijs videbantur religioſi, vt dictum eſt ſupra & dicetur inferius. 21. c.

3 *Ten. eum.* Capere. ſ. in verbis.

4 *Et dicentes ſi licet homini dimittere.* i. ex leui cauſa, vt propter aliquam fęditatem ſeu turpitudinem corporalem. Hãc quæſtionem propoſuerunt Chriſto ad capiẽdum eum, quia reſponſio ad vtranque partem erat calumniabilis, quia ſi diceret quod licet, videbatur laxare frena cõcupiſcentię carnali, dicendo quod homo pro libito volũtatis ſuę poſſit vxorem dimittere & aliam ducere, & etiam cõtra dictamen legis naturæ, quia inſeparabilitas eſt de ratione matrimonij vt dicetur poſt. Si autem diceret, quod non licet, videbatur contra Moyſen dicere dicentem Deut. 24. a. *Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fæditatem, ſcribet libellum repudii, &c.*

5 *Qui re.* Hic ponitur Chriſti reſponſio. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur reſponſio, ſecundo remouetur quędã ſibi facta obiectio, ibi. *Dicunt illi.* Ad euidentiam primi, aduertendũ, quod indiuiſibilitas eſt de ratione matrimonij, propter quod ponitur in diffinitione eius tanquam formale, cum dicitur. Matrimonium eſt coniunctio maris & fęminæ inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. i. indiuiſibilitatem ſecundum totam vitam alterius coniugum. Ratio autem huius eſt, quia matrimonium eſt coniunctio maris & fęminæ ad educationem prolis ad cultum diuinum multiplicãdum. Ad hoc autem ꝙ proles ſit apta ad cultum diuinũ, & poſſit ſibi ſufficere poſt emancipationem a parentib. requiritur magnus tẽporis tractus, quia oportet filium generari, educari & doceri, & ſibi de neceſſarijs vitæ a parentibus prouideri. Quia ſecundum quod dicit Apoſtoli. 2. Cor. 12. Parentes dẽnt theſaurizare filijs, & nõ filij parẽtibus. Antequã autem homo poſſit generare de communi curſu, eſt. 18. annorũ vel. 20. Anteq̃ vero filius genitus ſit educatus & edoctus a patre ſciens & potens ſe & familiam regere, oportet ꝙ, ſit. 20. an. vel circiter. Et ſic patet, ꝙ licet vir generaret niſi vnum filiũ in vxore, tñ antequam filius eſſet diſpoſitus ad recedendũ a patre, iam pater eſſet. 40. annorũ vel circiter, nunc aũt ita eſt quod maſculus & fæmina dẽnt ſimul cohabitare indiuiſibiliter quãdiu intẽdũt generationi & educationi prolis, ſicut videmus in brutis animalib. & auibus, qđ determinatus mas, determinatæ fœminæ inſeparabiliter cõiungitur tẽpore quo intendunt generationi & educationi filiorũ. Verumtamẽ, quia in alijs animalib. & auibus filij nati in modico tẽpore ſunt ſufficiẽtes victũ ſibi quærere, iõ maſculus & fœmina nõ coniungunẽ inſeparabiliter per totã vitã, ſed tantum tẽpore educationis filiorum. Cũ ergo natura humana dẽat magis eſſe ordinata quã natura brutorum, iõ de dictamine naturali eſt, qđ vir & vxor inſeparabiliter coniungantur, quãdiu ſtat neceſſaria educatio, & doctrina filiorũ, & hoc eſt ſecũdum totã vitam coniugatorũ, quia ſicut viſum eſt, homo hẽt quadraginta annos antequã primus filius eius ſit ſufficienter educatus, & ſic ſola occaſione primi filij dictat natura, qđ tantum dẽat cũ vxore inſeparabiliter habitare. Et qa interim antequã primus ſit ſufficiẽter educatus, naſcunẽ filij alij vel ſaltem poſſunt naſci, quib. cõſimiliter oportet per parentes prouideri. Ad qđ requirĩ vlterior tractus temporis magnus. Iõ ſicut natura dictat in alijs animalib. quod maſculus & fœmina inſeparabiliter cohabitẽt tẽpore determinato a natura in generatione & educatione filiorũ, ita dictat in natura humana, vt vir & vxor inſeparabiliter cohabitẽt per totã vitã, & ſic patet, qđ indiuiſibilitas matrimonij nõ ſolũ eſt de iure diuino, ſed ẽt de iure naturali. Hanc aũt veritatẽ declarat Saluator per ſcripturam veteris Teſtamenti, dicens.

6 *Non legiſtis quia qui fe. ho. ab in.* ſ. quando ſolum currebat lex naturæ ante datam legem per Moyſen.

7 *Maſculum & fęminam fecit eos.* In hoc tangitur materia ipſius matrimonij. ſ. maſculus & fœmina, quia matrimonium ordinaẽ ad generationem & educationem prolis. Ad hoc autem requiritur determinatum actiuum & paſſiuũ, & hoc in animalib. perfectis, quia non generantur ex putrefactione. In maſculo autẽ eſt virtus actiua, & in fœmina virtus paſſiua. Homo autem eſt perfectiſſimum animalium, & propter hoc ad perfectionẽ eius requiritur diſtinctio ſexuum videlicet maris & fęminæ Sequitur.

8 *Et dixit, propter hoc dimittet homo patrem, &c.* In quo tangitur debita conditio materiæ pdictæ, quia matrimoniũ debet eſſe inter perſonas legitimas ad contrahendum. Tangitur aũt hic legitimitas per hoc quod excludunẽ perſonæ illegitimæ, q̃ ſũt pater & mater. Iſtæ. n. perſonę ſũt excludẽdæ ſecũdu dictamẽ legis naturæ. Cuius rõ eſt, quia vir & vxor in actu matrimoniali ad paria iudicãtur, & ideo contra reuerentiam naturalem eſt, quod filia con-

## M O R A L I T E R.

*Et acceſ.* Orig. Tentato autem domino, nullus diſcipulorũ eius qui poſitus eſt ad docendum grauiter ferat, ſi tentatus fuerit a quibuſdã, ſed tẽtantib. reſpondeat dogmata pietatis.

† *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem.* Remigius. Myſterium hoc dixit eſſe Apoſtolus in Chriſto & eccleſia.

† Do-

a Non vxoribus.
a hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori 1
a Non tres. b In carnali copula. 2
b ſuæ, & erũt duo † in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed 3
¶Quia vnum facit carnalis coniunctio. a Faciendo vnam carnem. b Sed Deus.
c vna caro. quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Di 4
a Ecce aperiunt calumniam. b Quandoquidem Deus ſic ordinauit, quare Moyſes ſuperordinauit. 5
d cunt illi. † Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repu- 6
Non Deus. 7
e dij, & dimittere? Et ait illis. Quoniam Moyſes ad duritiam 8
Non imperauit.
cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab 9
a Non ſic habuit lex naturalis. Doctrina Chriſti concordat legi naturali, quia iam eſt tempus perfectionis.
initio autem non fuit ſic. † Dico autem vobis, quia 10
a Quæ vnam carnem diuidit in alteram & ſeparat.
quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicatio- 11
f ¶Idest mœchiam facit. 12
g nem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimiſ- 13

A b *Adhærebit vxo.* Si malũ morib. ſi luxurioſa, ſeu quodlibet huiuſmodi ſit vxor, velimus nolimus ſuſtinẽda eſt. Cum.n. liberi eſſemus, volẽtes nos ſubiecimus ſeruituti. Si ancilla libero, vel ſeruus liberæ ſupponitur, non reputatur coniugiũ poſtquam detectum fuerit, ſic & de conſanguineis.

Hom. 32. ope. imperfecti. ✠ Chryſ. Si ergo quia ex viro eſt vxor, & ex vna carne ſũt ambo, relinquet hõ patrem ſuũ & matrẽ, maior nunc charitas debet eſſe inter fratres & ſorores, quia hi quidem ex eiſdem parẽtibus exeũt, illi aũt ex diuerſis. Sed hoc magnum eſt nimis, quia fortior eſt Dei conſtitutio quam virtus natu- B ræ. Non n. præcepta Dei naturæ ſubiecta ſunt, ſed natura Dei præceptis obtẽperat. Deinde fratres ex vno naſcunt, vt diuerſas vias petant, vir autem & vxor ex diuerſis naſcuntur, vt in vnum conueniant. Ordo etiã naturæ Dei ordinationem ſequitur. Quod enim eſt in arboribus humor, eſt in hominibus amor.

† in carnẽ vnã ✝ Deut. 24. a. Matth. 5. c. Mar. 10. a. ✝ Mar. 10. b. Luc. 16. d.

Nuptiarum præmiũ quod eſt. b *Et erunt duo in car.* Prẽmium nuptiarum eſt ex duobus vna caro. Caſtitas coniuncta ſpiritui vnus ſpiritus efficitur. Salubri conſilio Dei factũ eſt, vt portionem ſui corporis vir amplecteretur in fẽmina, ne a ſe putaretur diuerſum eſſe, quod de ſe cognoſceret fabricatum.

Hom. 63. in Mat. h. ✠ Chryſoſt. Veteris legis verba interpretatur, dicens. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Sicut enim qui ſpiritualiter ſe diligunt, una anima eſſe dicuntur, dicente ſcriptura, omnium credentium erat cor unum & anima una, ſic uir & uxor qui carnaliter ſe diligunt, una caro eſſe dicũtur. Quemadmodum ergo carnem incidere eſt ſordidum, ita & mulierem diuidere eſt iniquum.

c *Homo non ſe.* Homo ſeparat, qñ pro deſiderio ſecundæ primã dimittit. Deus ſeparat (qui & coniungit) quando ex con- C ſenſu propter cultum Dei, eo quod tempus in arcto ſit, ſic habemus vxores quaſi non habentes.

d *Quid ergo Mo. &c.* ✠ Chryſ. Grauis eſt aũt fornicarijs interpretatio caſtitatis, ſed cõtra rõnem rñdere non poſſunt, veritati tñ credere non acquieſcunt. Conferunt ſe igitur ad patrocinũ Moyſi, ſicut homines malam cauſam habentes, cõfugiũt ad potentes viros, vt ſi per iuſtitiam non poſſunt, vincant per perſonam.

e *Quoniam Moy.* Seruꝰ conſtitutus in infirmitate permiſit, ego aũt magiſter & dominus præcipio. Moyſes rudibus, in quib. lex naturalis hebetata erat indulget. Nõ enim indulgeret, niſi haberet poſtea perfectos quos argueret, de rudibus .n. paulatim boni eſſe cẽperunt. Conſilium fuit hominis, nõ Dei imperium, qui maluit indulgere diuortium, quam deſiderio ſecundarum nuptiarum fieri homicidium uel perdurare odium. E

✠ Chryſ. Propterea bene dixit quod Moyſes hoc permiſit, non præcepit. Quod enim præcipimus, ſemper uolumus. Quod autem permittimus, nolentes indulgemus. permiſit ergo uobis facere mala, ne faceretis peiora.

f *Niſi.* Albã. Vxor ut dimittatur, una carnalis cauſa eſt fornicatio, una ſpiritualis timor domini, ut uiua ea, alia ducatur, nulla cauſa in lege Dei eſt.

* Hier. Sola ergo fornicatio eſt quæ uxoris uincit affectum, imo cum illa carnem vnam in aliam diuiſerit, & ſe fornicatione ſeparauerit a marito, non debet teneri, ne uirum quoque ſub maledictione faciat, dicente ſcriptura. *Qui adulteram tenet ſtultus & impius eſt.*

* Chryſ. Sicut enim crudelis & iniquus qui caſtam dimittit, ſic fatuus eſt & iniquus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis eſt, qui crimen celat uxoris.

g *Et aliam duxerit mœchatur. Et qui dimiſſam.* Quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundã F cri-

NICOLAVS DE LYRA.

coniungatur patri, & filius matri. Vñ & aliqñ animalia magis appropinquanti. ad induſtriã humanam, talem coniunctionem tanquam abominabilem refugiunt, ſicut narratur de elephante, qui adductus a magiſtro ipſum cuſtodiente ad impregnandum matrẽ propriam renuit, pp quod magiſter vultum eius operuit, & cũ ſic ignoranter matrẽ cognouiſſet, & diſcooperto vultu hoc videret, inſiluit præ dolore in ductorẽ ſuum, & interfecit, & hoc eſt quod dicitur in litera. *Propter hoc.* Ideſt, propter opus generationis.

1 *Dimittet homo, &c.* Homo tñ eſt cõis generis, & ideo ſignificat maſculum & fẽminã. Eſt ergo ſenſus, quòd filius nullo modo debet copulari matri, neque filia patri. Conſequenter ponitur id qđ eſt formale in matrimonio, ſ. coniunctio indiuidua per totam vitam, cum dicit. 2 *Et adhære. vxo. ſuæ.* Per coniunctionem animorum ex amore & fidelitate. 3 *Et erunt duo, &c.* Quantum ad corporalem cohabitationem, & ad vnam carnem prolis ex ambobus procreandam. aduertendum tamẽ, quòd iſta verba dicuntur hic verba dñi, & tñ Gen. 2. dicũtur verba ipſius Adæ; non tñ hic eſt contradictio, quia illa verba protulit Adam ex diuina reuelatione, quia in extaſi factus viderat mulierẽ, de coſta ſua formatã & iõ illa verba fuerunt Dei principaliter tanquã reuelantis, & ipſius Adæ inſtrumentaliter, & ſicut proferentis. Concludit ergo Saluator. 4 *Quod ergo Deus coniun.* i. virum & vxorem inſeparabiliter, quantum ad totam vitam. 5 *Homo non ſepa.* Dimittendo propria voluntate vxorem auctoritate tñ diuina aliquando ſeparantur, quãtum ad cohabitationem & debiti redditionẽ, non tñ quantum ad vinculum, & hoc contingit, quando ſeparantur ſic propter diuinum cultum altero religionem intrante.

Dicunt

6 *Dicunt il.* Hic remouetur quædam obiectio quam fecerunt ei Phariſæi de auctoritate Moyſi ſup. alleg. 7 *Quid ergo.* q. d. Manifeſte dicit contra legẽ Moyſi Deut 24. 8 *Ait illis quon. Moyſes.* Quaſi diceret, nõ dico cõtra Moyſem, quia Moyſes non ſcripſit hoc tanquam licitum & bonũ ſed permiſit pp maius malum vitandum, ne ſcilicet vxores eis ingratas occiderent: quia minus erat dimittere, quàm occidere, ſicut Deut. 15. cõceſſit dare ad vſurã extraneis ne fratres grauarẽt. Sicut ergo qui nõ dat ad vſurã nec extraneo nec propinquo, facit magis ſecundum intentionem Moyſi, ita ille qui docet vxorẽ nõ dimittendã, non dicit cõtra eius intentionem, ſed magis ſupplet & perficit iſtius legis datę imperfectionem, ſicut ſupra dictum eſt 5. cap. 9 *Ab initio aũt, &c.* Ideſt, in ſtatu naturæ inſtitutę, ſed in hominibus lapſis per peccatum permiſſum eſt propter maius malum euitandum, non tanquã licitum, ſed ſicut minus malum, & hoc eſt quod ſubdit.

10 *Dico aũt vo. &c.* Supplendum eſt peccat, & facit contra legem matrimonij. Tunc enim dimittenda eſt, ſi in peccato perſeuerет, ne vir videatur eſſe fautor malitiæ eius. Et hoc intelligendum eſt quantum ad cohabitationem & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculum, quod non ſoluitur, niſi per mortem. Et propter hoc ſubditur.

11 *Et aliam dux.* Hoc eſt dictum, ſi dimiſſa vxore præter fornicationem aliam duxerit.

12 *Mœcha.ur.* Quia remanet adhuc vinculum matrimonij cum prima, & ſic patet quod litera huius verſus prædicti defectiua eſt, & ſunt ea quæ prædicta ſunt interponenda ad hñdum ſenſum perfectum ſicut contingit in pluribus locis ſacræ ſcripturæ.

13 *Et qui dim.* A viro primo propter forni cationem.

Duxerit

MORALITER.

† Dñs n. Ieſus Chriſtus, quaſi patrem deſeruit, cum de cęlis ad terram deſcendit, & matrem, ideſt ſynagogam dereliquit propter eius infidelitatem, & hæſit vxori ſuæ, ſcilicet eccleſię. *Et ſunt duo in carne vna*, id eſt, Chriſtus & eccleſia in vno corpore, qui dixit ad illos.

Non

a Vt nullo modo ſit dimittenda, niſi pro fornicatione.
ſam duxerit, mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius. Si ita[a] eſt
a Ideſt bonum eſt continere
a cauſa hominis cum vxore, non expedit † nubere. Qui dixit
a Quia non valemus niſi ex gratia dei.
b illis, Non omnes† capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum
a Continentes. b Sine inſtrumentis vel frigidæ naturæ.
c eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt, &
a Quorum neuter præmium habet, quia neceſſitate abſtinet non voluntate.
d ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt eunuchi,
a Qui voluntate ſe deuouerunt caſtitati.
e qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui po-
a Cum de caſtitate eſſet ſermo. b Vt eis manu & voce benediceret. Quaſi laudaret caſtos neceſſitate, non virtute continentiæ.
f teſt capere, capiat. † Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis
a Infirmi fide. b Timentes deum importunitate offerentium laſſari.
imponeret, & oraret. Diſcipuli[a] autem increpabant eos. Ieſus

† ducere vxorem.

C

crimē impingeret primę vxori, ſic priorem dimittere iubet, vt ea viuente ſecundam non habeat. Et ne vxor idē faciat viro eadem cautela pręcipitur ne ſecundum habeat virum. Et quia adultera nō timet opprobrium, viro dicitur, quod ſi talē ducit ſub adulterii crimine ſit, dicit ſcript. *Qui adulteram tenet ſtultus & impius eſt.*

a *Non expedit.* Videbant graue pondus vxorum, quod iracūdæ, ebrioſæ & huiuſmodi, quæ quidem ſunt ſuſtinēdę quia cum eſſemus liberi ſubiecimus nos ſeruituti.

b *Non omnes.* Quaſi conſentit, quod nō expedit, ſed infirmitatem videns dicit. *Non omnes ca.* Non dicit, non poſſunt capere, ſed, non omnes volunt capere.

*Non omnes ca.* Ideſt non omnes implere poſſunt pręceptum continentiæ, quia non omnibus datum eſt a Deo, nec etiā omnibus prodeſt ad præmium continere, & hoc exponit.

* Hieronymus. Nemo autem putet ſub hoc verbo quod addit, ſed quibus datum eſt, vel fatum vel fortunam introduci, quod hi ſunt virgines, quos ad hoc caſus adduxit. Sed his datum eſt a Deo qui petierūt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt.

* Chryſoſtomus. Ideo non omnes capere poſſunt quia nō omnes volunt. Palma propoſita eſt, qui concupiſcit gloriā non cogitet de labore. Nemo vinceret, ſi omnes periculum timerent. Ex eo ergo quod quidam a continentiæ propoſito cadunt, non debemus circa virtutem caſtitatis fieri pigriores, ſicut qui in pugna cadunt, non exanimant cæteros. Quod ergo dixit, *quibus datum eſt*, illud oſtendit, quia niſi auxilium gratiæ acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc autem auxilium gratiæ volentibus non denegatur.

* Auguſtinus. Caſti non ſumus, non quia non poſſumus, ſed quia nolimus.

D

* Gregorius Nazianzenus. *Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt*, adde his eſſe datum qui volunt & aſſentiuntur.

* Origenes. Quoniam ſunt quidam qui calumniantur quod Chriſtus ait, quibus datum eſt, quaſi excuſationem habentes, & volentes quidem eſſe in caſtitate, nō autem præualentes, Quibus reſpondendum eſt, quod attendere debent ad illud, *petite & dabitur vobis.*

c *Sunt enim.* Tria ſunt genera Eunuchorum, duo carnalia, eorū qui ſic naſcuntur, & qui captiuitate & delitiis dominarū abſciſſi ſunt. Tertium ſpirituale, qui cum poſſent eſſe viri, propter Chriſtum cōtinent.

Eunuchorum genera quot ſint.

E

d *Qui facti ſunt.* Inter hoc computantur etiam hi qui ſpecie religionis ſimulant caſtitatem.

e *Qui poteſt.* Vox eſt hortantis non iubentis, quaſi vnuſquiſque vires ſuas conſideret, an queat virginitatis & pudicitiæ implere præcepta.

* Tertullianus. Quandiu cauſabimur carnem quia dixit dominus *caro infirma*? Sed & præmiſit, *& ſpiritus promptus* vt vincat ſpiritus carnem. Nam & qui poteſt capere capiat, inquit, ideſt, qui non poteſt, diſcedat. Nec ideo duritia imputabitur Chriſto, de arbitrii cuiuſcūque liberi vitio. *Ecce*, inquit, *poſui ante te bonum & malum elige quod bonum eſt.* Si non potes, quia non vis (poſſe enim te ſi velis oſtēdit, quia tuo arbitrio vtrumque propoſuit) diſcedas oportet ab eo cuius non facis voluntatem.

Lib. de monogamia.

f *Tunc oblati.* * Chryſoſtomus. Dominus de caſtitate ſermonem fecerat, audientes autem quidam obtulerunt ei infantes caſtitate mundiſſimos, putabant enim quia dominus

Hom. 32. operis imperfecti.

corpore

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Duxerit.* Accipiens eam in matrimonium.

2 *Mœchatur.* Quia remanet adhuc vinculū illius dimiſſę cū viro priori & ex hoc verbo patet intellectus literæ immediate pręcedētis quę defectiua eſt, quia eadē rōne qua vxor dimiſſa pp fornicationē nō pōt duci ab altero viro, ſic nec vir eā dimittēs pōt ducere alterā, qa ęqualiter manet vinculū matrimonii ex vtraq; parte. 3 *Dicunt ei diſcipuli.* Poſito eo qđ eſt neceſſitatis in virtute cōtinentię, cōſequēter ponit id qđ eſt ſup erogationis & cōſilij, vidilicet cōtinentia ab omni actu venereo, diſcipuli n. audientes quod vinculum matrimonii eſt indiſſolubile, dixerunt.

4 *Si ita eſt cauſa hominis cum vxo.* Quod non poſſit eam dimittere niſi modo prædicto.

5 *Non expedit nubere.* Ac ſi dicant, Melius eſt ſimpliciter cōtinere, & hoc duplici cauſa. Primo qa ex tali indiuiſibilitate matrimonii poſſunt multa grauia ſequi, qa ſi vxor incurrat leprā vel aliquā infirmitatē horribilē oportet tn̄ illi debitū reddere, ſecunda cauſa eſt, quia maius meritū eſt continere ſimpliciter quam cōiugalis continentia, vnde ſupradictum eſt. 13. ca quod cōtinētia virginalis habet fructū centeſimū, vidualis ſexageſimū & coniugalis triceſimū: Et ad iſtū intellectū reſpondet Saluator cōſequēter. 6 *Non omnes capi. ver.* Quia altus eſt ſtatus, ad quem infirmi non poſſunt aſcendere. 7 *Sed quibus da. eſt.* Scilicet a Deo ex ſpeciali munere, quia ſecundum quod ſcribitur Sap. 8. d. Nemo poteſt eſſe continens niſi deus det, ſed quia non omnis cōtinētia eſt laudabilis, ideo conſequenter oſtendit quæ ſit laudabilis, & quæ non, dicens.

8 *Sunt enim eunuchi.* Quia cōtinētia quæ eſt ex naturali frigiditate cōtracta a parentibus, vel priuatione membrorū genitaliū, nō eſt laudabilis, niſi inquantū p voluntatē acceptatur, nec illa quę eſt p violentiā, ſicut in illis quib. ſecant genitalia, & hoc eſt q, dicit. 9 *Et ſunt eunuchi.* Sed illa continentia quæ eſt per voluntatem reprimentem concupiſcentiam ab actu venereo, illa proprie eſt laudabilis, & hoc eſt quod dicit.

10 *Et ſunt eunu.* Non per membrorum abſciſſionem, ſed per cōcupiſcentiæ repreſſionem.

11 *Propter re.* Vt liberius cōtinētes vacent cōtemplationi diuinę, quia ſicut ſcribitur. 1. ad Cor. 7. f. *Qui autem ſine vxore eſt ſollicitus eſt quæ domini ſunt, & cogitat quomodo placeat deo, qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mūdi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt.* Sed quia talis ſtatus eſt altus, nec poſſunt omnes ad hoc attingere, ſed ſolum perfecti, & ideo ſubdit.

12 *Qui poteſt capere capiat.* Quaſi dicat tantum bonum non eſt neceſſitatis, ſed ſuper erogationis.

13 *Tunc ob. ſunt.* Hic cōſequēter docet humilitatis obedientiā per hoc qđ paruulos ſibi oblatos dulciter ſuſcepit, manus illis imponēdo, & pro eis orando, vere āt obediētes illi sūt vere paruuli, & hoc eſt qđ dicit. *Tūc obla. ſunt ei.* ex deuotione. ſ. offerentium.

14 *Vt manus eis impo.* Scilicet benedicendo & orando pro eis.

15 *Diſcipuli autem.* timentes ne importunitas offerentium oſtenderet magiſtrum.

16 *Ieſus vero ait.* Suis diſcipulis.

Sinite

## MORALITER.

6 *Non omnes capiunt verbum iſtud.* Sap. 8. d. Cognoui quia non poſſum eſſe continens, niſi Deus det.

9 *Et ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt.* Per obſeruantiam caſtitatis.

12 *Qui poteſt capere capiat.* Cū adiutorio dei. Hiero. Hortātis Dei vox eſt milites ſuos ad pudicitiæ præmiū cōcitantis, quaſi dicat qui pōt pugnare pugnet, ac ſuperet & triūphet.

13 *Tunc oblati ſunt ei paruuli.* Sequitur.

15 *Diſcipuli autem eius.* In hoc per ipſos ſignificantur illi qui iuuenes impediunt a religionis ingreſſu, quos dominus reprobat dicens.

Sinite

corpore mundos tantum laudaret.

A ✱ Origenes. Iam experti erant quoniam per impoſitionem manuum eius & orationem repellũtur mala. Cõſiderabant enim quod impoſſibile eſt vt poſtquam per tactum Domini manus dederit in eis diuinam virtutem, ruina aut demoniũ ãl quod tangere eos poſſit.

Tract. 7. in Matth.

Hom. 32. operis imp.

✱ Chryſoſtomus. Præſens locus inſtituit parẽtes vt filios ſuos ſacerdotibus offerant, non enim ſacerdos manus imponit ſed Chriſtus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim qui eſcas ſuas per orationem offert Deo, ſanctificatus eas manducat (ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem vt Apoſtolus dicit) quanto magis pueros offerri & ſanctificari Deo neceſſe eſt? Cauſa autem ſanctificandarum eſcarum hęc eſt, quoniam totus mundus in maligno poſitus eſt, Conſequenter infantes quando naſcuntur, in maligno poſiti ſunt.

†dicis bonum

B Vtilitas manuum impoſitionis & benedictionis.

Cur benedicũtur cibi.

a *Sinite paruulos.* Si ſancti ſunt futuri, cur vetatis venire ad patrem? Si mali, cur ſententiam profertis ante culpam.

b *Talium.* Nam quales ſunt modo, meum quidẽ eſt, quod honorate, quales poſt futuri ſunt, ipſorũ eſt, q́d miſeremini. Non ait iſtorum ſed talium, vt oſtendãt non ætatem regnare ſed mores, & his qui ſimilem habent innocentiam & ſimplicitatem, præmium promittit.

c *Et cum imp.* Imponit manus paruulis, quando humilibus auxilium gratiæ tribuit.

d *Et ecce vnus.* Beda. Audierat ille ſimiles paruulos cõdignos, eſſe regno, vultq; cæteris nõ per parabolas ſed aperte exponi,

C

ni, quibus meritis vitam poſſit conſequi.

Hieronymus. Iſte adoleſcens & diues & ſuperbus erat. Et ſecundum alium euangeliſtam cum non voto diſcentis ſed tentantis interrogat.

e *Quid me interrogas de bono.* Quia bonum dixit magiſtrũ, & non Deum, vel Dei filium confeſſus eſt, dicit quemlibet ſanctum hominẽ comparatione Dei non eſſe bonum. Chriſtus autem non renuit teſtimoniũ bonitatis, ſed magiſtri abſque Deo excludit errorem.

Non ſe magiſtrũ bonum eſſe negat, ſed magiſtrũ abſq; Deo nullum bonũ eſſe dicit.

E

f *Serua mandata.* Iſte quæſierat, quid faciam? contra non ait, diſce, quia Deus eũ docuerat factor rationalis creaturæ, oſtendens, quia ille non eſt bonus qui quærit de bono, ſed qui facit quod bonum eſt.

Beda. Ecce actiua vita quæ ad legem pertinet. Nota quod iuſtitia legis ſuo tempore obſeruata non ſolum bona terræ, ſed vitam æternam dabat.

g *Dicit ei adoleſcens.* BEDA. Non putandus iſte (vt quidam aiunt) vel dominum tentaſſe, vel de ſua vita mentitus eſſe, ſed ſimpliciter vt vixit confeſſus eſt, alioquin (vt alius Euangeliſta ait) non intuitus arcana cordis eius diligere eum diceretur Ieſus. Diligit enim eos qui mandata legis cuſtodiunt, ſed quod ibi minus eſt his qui perfecti volunt eſſe, adiungit: vnde ſequitur. Si vis perfectus eſſe.

F

Om-

---

a Non enim perſonarum acceptor eſt Deus.

a vero ait illis. Siniteª paruulos, & nolite eos prohibere ad me 1

a Vt humiles ſua benedictione dignos ſignificet.

b venire, talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſ- 2

c ſet eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi: †Ma- 3

d giſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? 4

a Quid me vocas bonum magiſtrum, quaſi aliquem hominum.

e Qui dixit ei. quid me † interrogas de bono? † Vnus eſt bo- 5

a Viam quæ ducit ad vitam. Tentando quaſi non legerit, vel dominus poſſet iubere contraria Deo.

f nus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Di- 6 7

a Hæc eſt puerilis innocentia & caſtitas.

cit illi. quæ? Ieſus autem dixit. Non homicidium facies. Non 8 9

adulterabis. Non facies furtum. Non falſum teſtimonium 10 11

Non quod facit, ſed quod factus eſt. Non vitium tuum vel ſuum.

dices? Honora patrem tuum, & matrem, & diliges 12 13

g proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens, 14 15 16

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sinite paruulos. *Quia iſti ſunt figura vere humilium & obedientium, quorum familiaritatem ego volo. Sequitur.*

2 Talium eſt enim regnum cęlo. *Sicut eſt dictum ca. præcedẽti nullus poteſt intrare regnum cælorum niſi fuerit paruulus & humilis.*

3 Et ecce vnus accedens. *Hic conſequenter docet paupertatem voluntariã. Et diuiditur in duas partes, quia primo docet id q́d eſt neceſſitatis, ſecũdo id q́d eſt ſupererogationis, ibi.* Dixit ei adoleſcens. *In prima ergo parte ponitur cuiuſdam volentis aſcendere ad ſtatum perfectionis interrogatio dicentis.*

4 Magiſter bone, quid boni faci. *Ieſus autem reſpondet ei, primo quantum ad eius cogitationem, quia ille cogitabat Ieſum eſſe purum hominem, licet crederet eum eſſe bonum & ſanctum doctorem, & ideo quaſi reſpondens Ieſus cogitationi, dicit ei.*

5 Quid me inter. de bo. *Quaſi dicat ex quo credis me purũ hominem, non debes me vocare bonum, cuius cauſa ſubditur.*

6 Vnus eſt bonus Deus. *Hoc eſt dictum, Deus eſt ſolus bonus ꝑ eſſentiã, & nullus alius. Cõſequẽter reſpõdit eius interrogationi dicẽs.*

7 Si autem vis ad vitam. *Quaſi dicat hoc ſufficit ad ſalutem, quod amplius eſt non eſt neceſſitatis, ſed ſupererogationis.*

8 Dicit illi. *Scilicet, adoleſcens.*

9 Quæ? *Scilicet ſunt illa mandata, quorum obſeruantia eſt neceſſaria ad ſalutem.*

10 Ieſus autem di. non homi. *Hoc eſt præceptũ decalogi, per q́d prohibetur nocumentum proximi in perſona propria.*

11 Non adultera. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in perſona ſibi coniuncta.*

12 Non facies. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in re poſſeſſa.*

13 Non fal. teſt. di. *Per hoc prohibetur nocumẽtũ proximi in fama.*

14 Honora patrẽ tuum & matrem. *Per hoc præceptũ affirmatiuum intelligitur omne beneficium proximo reddendum, quia nomine patris & matris intelligitur omnis proximus, & hoc eſt q́d ſubditur.*

15 Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *Quia obſeruãtia mandatorum non eſt meritoria vitæ æternæ, niſi fiat ex charitate. Aduertendum, quod licet ponãtur hic ſolummodo præcepta ſecũdæ tabulæ, quæ ordinant hominem ad proximum, intelliguntur tamẽ cũ hæc præcepta primæ tabulæ ordinantia hominem ad Deum, quia homo magis tenetur Deo quam proximo, & ideo ſi obſeruantia mandatorum ſecundæ tabulæ neceſſaria eſt ad ſalutem, multo fortius obſeruantia mandatorum primæ tabulæ. Per prædicta etiam oſtendit Saluator, q́d obſeruantia præceptorum ceremonialium & iudicialium non erat amplius neceſſaria ad ſalutem.*

16 Dicit illi adoleſcens. *Hic cõſequẽter oſtenditur quid ſit ſupererogationis ſcilicet abiectio omnium temporalium per paupertatẽ voluntariã. Et diuiditur in duas partes, quia primo docet paupertatis voluntariæ meritum, ſecũdo vt ad eã alliciat oſtẽdit eius præmium, ibi.* Tunc reſpondens Petrus. *Prima in duas, quia primo docet paupertatis*

---

MORALITER.

1 *Sinite paruulos & nolite eos prohibere a me.* Chryſoſt. Nã ſi ſancti futuri ſunt, quid vetatis filios venire ad patrẽ? Si autem peccatores, vt quid ſententiam cõdemnationis profertis antequam culpam videatis?

† *Et cum impoſuiſſet eis manus abiit inde.* Remigius. Manibus impoſitis pueris benedixit, ſignificans quod humiles ſpiritu digni ſunt eius gratia & benedictione.

3 *Et ecce vnus accedens ait illi.* Sequitur.

5 *Quid me interrogas de bono?* Hieronymus. Saluator noſter nõ renuit bonitatis teſtimoniũ, ſed a magiſtris abſq; Deo excluſit errorem. Quæ autẽ vtilitas; vt ita reſpondeet et reducit eũ paulatim & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his q̃ ſunt ſuper terrã abducens Deo adhærere ſuadet, & futura quærere, & noſſe eum qui vere bonus eſt, & radix & fons omnium bonorum.

7 *Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, &c.* Remigius. Demonſtratur his verbis, quod lex ſuis impletoribus non ſolum bona temporalia dabat, ſed etiam vitam æternam, ſuo tamen tempore conſequendam.

Si

A a *Omnia hæc*.Hieron.Mentitur.Si enim diligeret proximum ſuum ſicut ſeipſum,opere compleſſet , non eſſet triſtis cum ſua pauperibus dare iuberetur.

* Chryſoſtomus. Auarus fuit & pecuniarum amator, quia Chriſtus talem eſſe redarguit,ſimulator autem nequaquam, quia non eſt ſecurum de incertis iudicare,& maxime accuſando. Marcus autem hanc ſuſpitionem deſtruit. Dicit enim qđ occurrēs & genuflectens rogabat eū, & quoniam inſpiciēs eum Ieſus amauit eum.

B Si etiam tentans acceſſiſſet,demōſtraſſet nobis hoc euangeliſta , ſicut in alijs facit.

b *Abijt triſtis, &c.*

* Auguſtinus. Neſcio quomodo cum ſuperflua terrena diligūtur, arctius adepta quam concupita conſtringunt.Nā vnde iuuenis iſte triſtis diſceſſit, niſi quia magnas habebat diuitias? Aliud.n. eſt nolle incorporare quæ deſunt, aliud iam incorporata diuellere.

c *Diues diffi.*Diuites non manentes, ſed qui eſſe deſierunt intrabunt. De omnibus tutius eſt, nec habere nec amare diuitias.

C * Hyla-

a Omnia hæc cuſtodiui a iuuentute mea, quid adhuc mihi de- 1
(a Quia ex voluntate eſt. In dilectione Dei. b Non ſatiem.)
eſt? Ait illi Ieſus. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia 2 3
(Sic dando. a Retributionem, b Ecce contemplatiua,quæ ad euangelium pertinet.)
quæ habes,& da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, 4 5 6
(a Non ſufficit relinquere mala,niſi ſequatur dominum, id eſt,imitetur.)
& veni ſequere me.Cum audiſſet autem adoleſcens verbum, 7 8
(Quare? Cum amore. a Quæ ſemen Dei ſuffocauerunt.)
b abiit † triſtis,erat enim habens multas poſſeſſiones.Ieſus au- 9
(a Amator diuitiarum.)
c tem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico vobis , quia diues diffi- 10
(a Non impoſſibile eſt,ſed rarum,quia difficulter contemnuntur diuitiæ.)
d cile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis.† Fa- 11
(a Ingentibus membris enormem.)
e cilius eſt camelum per foramen acus tranſire , quam diui-
tem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his,diſci- 12
f puli, mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit

* Hilar.Habere diuitias,criminis non eſt,ſed modus in habendo retinendus eſt. Nam quomodo communicabitur eſt neceſſitatibus ſanctorum, ſi communicandi materia nō relinquitur? D

d *Facilius*. Myſtice.Facilius eſt Chriſtum pro dilectoribus ſeculi pati quam dilectores ſeculi ad Chriſtum conuerti. Camelus dicitur Chriſtus, quia ſponte humiliatus infirmitatis noſtræ onera ſuſtulit. Acus eſt punctio per quam anguſtias paſſionis ſignificat,qua paſſione velut acu noſtræ naturæ quaſi ſciſſa veſtimēta reſarcire dignatus eſt.i. reparare poſt lapſum. E

-omnia,

† Mar.10.c, Luc.18.c.

Aliter.Facilius eſt Gentilem populum gibbo peccatorum deformē p anguſtę viæ vitam ingredi, quam Iudeum de meritis ſuis gloriantem, & ad ſubeūdum leue onus Chriſti ſe humiliare nolentem.

e *Quam di.* Iſidor. Nullus diues intrabit,id eſt, confidens in diuitijs,ut Ieſus ſecundum Marcum exponit.

f *Mirabantur*.Quia in numero diuitum deputabātur omnes qui amant diuitias,etſi non habeant. Aliter.n.cum ſit maior turba pauperum,non dicerent.Quis poterit ſaluus eſſe? F

*Deum*

NICOLAVS DE LYRA.

*tatis voluntariæ meritum.Secundo qui ſit huius perfectionis retardatiuum,ibi.*Cum audiſſet autem adoleſcens.*Circa primū aduertendum quod adoleſcens iſte volebat ad ſtatum perfectionis aſcēdere,ideo dixit.*

1 Omnia hæc cu. *Mandata implendo.*

2 Quid adhuc mihi deeſt.*Ad perfectionē vitę. Hieronymus, autem dicit,quod iſte iuuenis mēdaciter & ficte loquebatur. Quod probat per hoc quod ſubditur poſtea. Cum audiſſet verbum, abijt triſtis quod non feciſſet,ſi ad Chriſtum ex deuotione acceſſiſſet. Sed Bed.& aliqui alij expoſitores dicunt contrarium,videlicet quod ſimplici animo venit ad Chriſtum petēs de ſalute æterna , & quod verum dixit ſe obſeruaſſe mandata , quod probatur per hoc quod dicitur Mar.10.c.* Ieſus autē intuitus eū dilexit. *Quod nō eſſet verū ſi veniſſet fictus. Quod aūt arguit Hier.contrarium ex hoc quod ſequitur.* Abijt triſtis. *non eſt cōtra iſta, quia aliquis potens eſt ſtatum inferiorem ſeruare , qui tamen non eſt potens ſtatum altiorem aſcendere.*

3 Ait illi Ieſus.Si vis perfectus eſſe.*i.aſcēdere ad ſtatum perfectionis ſupra communem ſtatum ſaluti neceſſarium.*

4 Vade.*Contemnendo omnia temporalia.*

5 Et ven.quæ.*Propter Dēū,quia abijcere temporalia propter oſtentationem non eſt meritorium,ſicut aliqui philoſophi fecerunt.*

6 Et habebis the. *Hoc non dicitur,quia paupertas ſit maior virtus quā continentia vel obedientia , ſed dicitur per quandam correſpōdentiam,quia theſaurus cœleſtis ſic reſpondet voluntariæ paupertati, ſicut exaltatio humiliationi,ſicut dictum eſt c.præc.Sequitur.*

7 Et veni.ſeque. me. *Quia in ſequela Chriſti per opera charitatis conſiſtit perfectio principaliter.in paupertate autem voluntaria conſiſtit inchoatiue per modum remouentis prohibentis & diſponētis, quia per hoc aufertur cura temporalium quæ impedit animum a dilectione Dei,& diſponitur animus ad libere Deo vacandum.*

8 Cum audiſſet autem. *Hic conſequenter oſtendit quid ſit huius perfectionis impedimentum,videlicet nimia dilectio terrenarū poſſeſſionū,& hoc eſt quod ſubditur.* Cum audiſſet autem adoleſ.ver. *ſcilicet,Chriſti de perfectione paupertatis voluntariæ.*

9 Abijt triſtis. *Quia nimis amabat poſſeſſiones terrenas,& ideo non poterat ad perfectionem voluntariæ paupertatis aſcendere.Conſequenter oſtendit quomodo diuitiæ faciunt difficultatem in attingendo perfectionem dicens.*

10 Amen dico vobis quia diues.*Nō dixit impoſſibile,ſed difficile,quia difficile eſt diuitias poſſidere,et non teneri nimis amore earum, quia ſecundum quod dicit Aug.in epiſtola ad Paulinum ,* Bona terrena diliguntur arctius adepta quam cōcupita.*Aliud enim eſt nolle incorporare quæ deſunt, aliud iam parata diuellere. Illa.n. velut extranea iam repudiantur,iſta velut mēbra præſcinduntur, &c. Et Chryſ.ſuper Matt. Appoſitio diuitiarum maiorem apponit flammā,& vehemētior fit cupido. Et quia cupiditas eſt venenū charitatis,ideo poſſeſſio diuitiarū reddit hominem difficilem ad perfectionem acquirendam,non tamē facit impoſſibile,quia Abrahā fuit valde diues,vt habetur Gen.13.& tamen fuit perfectus, vt habet Gen.17.ideo dicitur Eccl.31.a.*Beatus vir diues qui inuētus eſt ſine macula,&c.*ſequitur.*Quis eſt hic & laudabimus eum?*q.d. Vix & cum difficultate inuenitur. Conſequenter oſtendit qualiter diuitiæ faciunt impoſſibilitatem ad perfectionem & ad regnum cælorum conſequendum, quando.ſ.homo conſtituit finem in diuitijs. Et hoc eſt quod dicit.*

Bonorū terrenorū cupido quomodo augeatur.

11 Facilius eſt camelum intrare in reg.cę. *Primū eſt impoſſibile,vt patet manifeſte,ergo & ſecundū. Quod autem loquatur de diuite conſtituente finem in diuitijs , patet per illud quod habetur Mar. 10.c. vbi dicitur. Quā difficile eſt cōfidentes in pecunijs regnum Dei introire &c.& ſequitur ibidem ,* Facilius eſt ca.&c. *Ex quo patet, quod illud quod dicit diuitem impoſſibile intrare in regnū Dei,intelligitur non de quocunque diuite, ſed de diuite confidente in diuitijs , & in ipſis finem conſtituente,& hoc debet hic ſubintelligi.*

12 Auditis autem. *Quia talem perfectionem paupertatis voluntariæ & aliarum virtutum nullus docuerat , Ante Chriſtum ſequitur.* Quis ergo pote.ſal.eſſe.*Ad quod reſpondens.*

Ieſus

MORALITER.

3 *Si vis perfectus eſſe va.& ven.*Genadius de eccleſiaſticis dogmatibus. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione erogare, ſed melius eſt intentione ſequēti Chriſtum totum ſimul donare abſolutum a ſollicitudine cum Chriſto egere.

Origenes.Non tamen ſic intelligendum eſt, quod in ipſo tēpore quo bona ſua tradidit pauperibus , fiat omnino perfectus,ſed ex illa die incipiat ſpeculatio Dei,adducens eum ad omnes virtutes, ideo ſubditur.

7 *Et veni ſe.me.* Hier. Sequitur enim dominum qui imitator eſt eius,& per illius veſtigia graditur.

8 *Cum audiſſet autem ado.ver.abijt tri.* Chryſ. Non enim ſimiliter detinentur qui pauca habent & qui in multis abundāt, quoniam adiectio diuitiarum maiorem accendit flammā & violentior eſt cupido, ideo ſequitur.

1 *Amen dico vobis quia di.diffi intra in re.* Chryſ. Quod quidē dixit non pecunijs detrahens,ſed eis qui detinentur ab ipſis, & diſcipulos pauperes exiſtentes non debere verecundari propter inopiam.

*Et* Tom.5. I *Apud*

A a *Ecum.* Qui ab amore terrenorum ad charitatem æternorum conuertit. Non quod cupidi, & ſuperbi intrent.

Hom. 64. in Matth. * Chryſoſtomus. Dei autem opus hoc eſſe conſequenter oſtendit, quoniam multa opus eſt gratia, vt homo in diuitiis dirigatur.

b *Ecce nos reliquimus omnia.* * ORIGENES. Etſi Petrus minima cum fratre reliquit, ſed non minima æſtimata ſunt apud Deum cõſiderantem, quoniam ex tanta plenitudine, dilectionis, illa minima reliquerunt, vt etiamſi multas habuiſſent poſ-

B ſeſſiones, omnia reliquiſſent. Et puto quod magis Petrus confidens de affectu

† 28 q. 5. 1 ſuo, quam de ipſa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interrogauit.

c *In regeneratione.* Duæ ſunt regenerationes, prima ex aqua. & ſpiritu ſancto, ſecunda in reſurrectione. Ita duæ adoptiones, & duæ reſurre-

C ctiones.

d *Filius hominis.* Id eſt, cum ſerui forma quę iudicata eſt, iudi- I
cii tantum exercuerit poteſtatem, tunc, & vos mecum iudices
e *Super ſedes duodecim.* Per duodecim ſedes, vniuerſitas iudi
cantiũ. Per duodecim trib⁹, vniuerſitas iudicãdorũ intelligi
tur. Qui reliquerunt oĩa, & ſequuti ſunt dominũ, hi iudices erunt, qui licita habentes recte vſi ſunt: Iudicabuntur, quibus dicetur. *Venite benedicti patris mei: Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare:* Duo enim ſunt ordines bonorum,

H. M. * Chryſoſtomus. Non ſimpliciter dixit, Sedebitis. ſed adiunxit, *Qui ſecuti eſtis*

E *me*, vt hinc Iudam excludat, & eos qui poſtea futuri erant attraheret.

f *Centuplum.* Id eſt. qui carnalia pro domino dimiſerit, ſpiritualia accipiet, quæ cõparatione, & merito ſui ita erunt, quaſi paruo numero centenarius cõparetur. Marcus ait, Centies tantum nunc in tempore hoc cũ perſequutionibus fratres, & ſorores, & in futuro vitã æternã. i. in

F hac

a Suo aſpectu attentos fecit.
ſaluus eſſe. Aſpiciens autem Ieſus dixit illis. Apud homines 1
a Vt per ſe a cupiditatibus ſuis conuertantur.
a hoc impoſſibile eſt, apud Deũ autem omnia poſſibilia ſunt. 2
a Ideſt, uoluntatem habendi.
b Tunc reſpondens Petrus, dixit ei, ecce, nos reliquimus omnia 3
a Ideſt, etiam. b Quod eſt perfectio. c Præmii.
et ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit 4
a Non qui reliquiſtis tantum, quod & Socrates fecit. b Quando mortui reſurgent incorrupti. 5
c illis. Amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me in rege 6
d neratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, 7
Quia uobis credentibus credere noluerunt. †
e ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim 8
a Non tantum uos. ſi Omnes affectus charitati ſuppoſuerit. 9
tribus Iſrael. † Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, 10
aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut 11 †
f filios, aut agros propter nomen meum, centuplum acci- 12

*Filiu*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ieſus di. illis. *Quia homo non poteſt ad hoc attingere ex virtute propria, ſed ſolum ex diuina gratia, quod habetur ad Rom. 6. d.* Gratia Dei vita æterna: *& per hoc excluditur error Pelagii, qui poſuit hominem ex ſola libertate arbitrii, poſſe mereri. Et quia licet meritum vitæ æternæ non poſſit eſſe virtute naturæ, poteſt tamen eſſe virtute gratiæ diuinæ, ideo ſequitur.*

2 Apud Deum autem omnia poſ. *Aliter autem exponitur ab aliquibus illud. Facilius eſt camelum, &c. dicentibus quod quadam porta erat in Ieruſalem quæ vocabatur porta acus, per quam non poterat camelus tranſire niſi prius depoſito onere. Sic nec diues in regnum cęlorum niſi depoſita ſarcina terrenorum, ſed quia hoc de ſcriptura non habet autoritatem, ideo eadem facilitate contemnitur qua probatur. Non enim inuenitur ſcriptum in aliqua ſcriptura autentica quod in Ieruſalem fuerit aliqua porta ſic nominata: & ideo prior expoſitio melior videtur.*

3 Tunc reſpondens Petrus. *Hic conſequenter oſtenditur voluntariæ paupertatis præmium, & præmittitur interrogatio Petri,*

4 Ecce nos reli. *Licet autem Petrus eſſet pauper, tamen aſſerit confidenter ſe reliquiſſe omnia, quia licet eſſet pauper in actu, tamen habebat multa in potentia. Et quia per paupertatem voluntariam non ſolummodo relinquuntur poſſeſſa in actu, ſed etiam poſſibilitas acquirendi, & poſſidendi, & iſta poſſibilitas aliquo modo ſe extendit ad omnia, ideo conuenienter Petrus dixit ſe reliquiſſe omnia.*

5 Quid ergo erit nobis? *In præmio retributionis pro tali voluntaria paupertate. Conſequenter ponitur reſponſio Chriſti.*

6 Amen. *Id eſt, fideliter.*

7 Dico vobis. *Quia vos qui ſequuti eſtis me, dimiſſis omnibus terrenis.*

8 In regeneratione. *Ideſt, in iudicio tempore reſurrectionis mortuorum: quæ quidẽ reſurrectio dicitur regeneratio, quia terminatur ad eſſe ſecundario acceptum.*

9 Cum ſederit filius hominis. *Quia ſicut in forma hominis fuit iudicatus coram Pilato, ita in forma humana iudicabit, ſicut dicitur Act. 1. b.* Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet ad iudicium: *ſcilicet, quia ſicut in humanitate aſcendit, ita in humanitate deſcendet ad iudicium, quia tamen apparebit in forma humanitatis glorioſa, ideo ſubditur.*

10 In ſede maieſtatis ſuæ. *In primo enim aduentu ſedit in, ſede humilitatis.*

11 Sede. & vos. *Aduertendum, quod iudicare accipitur tripliciter. Vno modo principaliter, ſicut iudex qui profert ſententiam, & hoc modo ſolus Chriſtus iudicabit, alio modo pro ſedere in loco eminenti iuxta iudicem, ſicut aſſeſſores iudicis, & hoc modo apoſtoli, & alii perfecti cũ Chriſto iudicabunt, tertio modo large accipitur. ſ. pro ſententiam iudicis approbare, & hoc modo omnes electi iudicabunt, quia ſententiam iudicis approbabunt. Conſiderandum etiam quod licet iudiciaria poteſtas, quæ competit alicui, per modum aſſeſſoris, conueniat apoſtolis & viris perfectis ratione ſuæ perfectionis ſupra alios eminentis, tamẽ magis attribuitur voluntariæ paupertati quam aliis virtutibus & hoc per quandam correſpondentiam, ſicut ſupra dictum eſt, quia ſicut exaltatio correſpondet humilitati, ſic iudiciaria poteſtas paupertati, quia pauperes in hoc mundo conculcantur, & peruerſe iudicantur, quia & eorum bona in malum interpretantur, ideo econtrario eminentia ſedis iudiciariæ competit eis in generatione.*

12 Et omnis qui re. *Non eſt ſic intelligendum, vt aliqui dixerũt, quod poſt aliquam reuolutionem temporum poſt iudicium centuplum omnium quæ hic dimittuntur propter Deum reddantur in eadẽ ſpecie vt centum agri pro vno agro dimiſſo, ſed eſt ſenſus quod qui corporalia pro Chriſto dimiſerit, ſpiritualia bona recipiet hic in præſenti, quæ ita excedunt bona temporalia ſicut centenarius numerus vnitatem.*

*Et*

## MORALITER.

1 *Apud Deum omnia poſſi. ſunt.* Remigius. Hoc non eſt ſic intelligendum, quod poſſibile ſit apud Deum, vt diues cupidus auarus, & ſuperbus intret in regnum cęlorum, ſed vt cõuertatur, & ſic intret.

4 *Ecce nos re.* Gregorius. homil. 30. Multum dimiſit qui cum re poſſeſſa etiam concupiſcentias renunciauit. Tanta ergo a ſequentibus dimiſſa ſunt quanta a non ſequentibus concupiſci potuerunt.

† *Vos qui ſequuti eſtis me.* Hieronymus. Non dicit qui reliquiſtis omnia. Hoc enim, & Socrates philoſophus fecit, & multi alii diuitias contempſerunt, ſed qui ſequuti eſtis me, quod proprie apoſtolorum eſt, atque credentium.

8 *In regeneratione.* Sequitur.

11 *Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim.* Chryſoſt. Quod fuit ex tunc, quo gentes credere cæperunt in Chriſto † regenerãte. Ex tunc enim apoſtoli ſederunt ſuper duodecim thronos. i. in omnibus Chriſtianis. Omnis enim qui recipit verbũ Petri fit thronus Petri, & idem de aliis apoſtolis eſt dicendum.

† *Iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Hieronymus. Ideſt. condẽnantes, nam apoſtolis credentibus, Iudæi communiter credere noluerunt. *Et omnis qui re. do.* ſequitur.

† *Centup. acci.* Origenes et in hoc ſeculo, quia pro fratribus carnalibus multos inueniet ſecundum fidem. Similiter patres, ſcilicet, epiſcopos, & ſacerdotes, & filios, ſcilicet, iuniores credẽtes, & ſorores, ſcilicet, oẽs qui ſe Chro exhibuerũt virgines caſtas, & agros, q̃a de agris multorũ fidelium paſcũtur ſufficienter, & hoc modo Auguſt. 20. de ciui. Dei exponitur illud. Apoſtoli tanq̃ nihil habentes, & oĩa poſſidentes.

*Se-* *Multi*

hac vita perſequu-
tionibus plena gau-
diū regni deguſtāt,
& omnium electo-
rū ſincera dilectio-
ne

a Multi prius feruentes poſtea torpent, multi ſubito inardeſcunt.

piet, & vitam æternam poſſidebit. † Multi autem erunt primi [1] [2]
Vt Iudas. Vt latro.
nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

ne fruuntur.
Sed quia multi te
peſcunt vel retroce
dunt ſubdit: *Multi au
tem erunt primi, &c.*

† Mar. 10.f. Luc. 13.f.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et uitam æternam.* In futuro, ſcilicet, propter quod conclu ditur in fine ſic.

2 *Multi autem.* Quia illi qui ſunt hic primi in honore alios iudicantes iniuſte, tunc erunt nouiſſimi & inferiores & iudicio aliorum ſubiecti, & è contrario voluntarie pauperes qui ſunt hic nouiſſimi, in iudicio futuro erunt primi: quia ſicut dictum eſt, erunt iudicis aſſeſſores.

## MORALITER.

*Multi autem erunt primi.* Origenes. Per hoc exhortatur eos qui nuper venerunt ad verbum, vt feſtinent ad perfectum aſcendere præ multis, qui videntur ſenuiſſe in fide.

## ADDITIO I.

*In cap. 19. vbi dicitur in poſtilla. Et ſic patet, quod indiuiſibilitas matrimonij non ſolum eſt de iure diuino, ſed etiam naturali.*

Mirum videtur, quod aſtruere nititur Poſtillator videlicet, q; de iure naturæ matrimonium eſt indiuiſibile inducens ad probationem huius concluſionis inſtinctum animalium, vt patet in litera poſtillæ, quod tamen nō videt veritate fulciri. Ad quod probandum primo eſt euacuanda ratio eius. ſecundo ſunt aliqua præſupponenda ad veritatem materiæ clarius lucidandā, tertio ſunt aliquæ concluſiones formandæ. Circa primum dicendū eſt quod ratio Poſtillatoris non probat intentum ſuum, nec eget alia ſolutione niſi interemptione, negatur enim animalia bruta ita ſimul adhærere, vt coniunctio ſua in aliquo indiuiſibilitatem ſapiat: quinimo omnia fere animalia vel pro maiori parte ab inuicē poſt copulam diſcedunt, & vnus maſculus ſufficit pluribus fœminis, vt aries qui ſufficit centū ouibus, & vnus equus multis equabus, & vnus taurus qui ſufficit multis vaccis, & ſic de ſimilibus, ideo nō poteſt ſumi ad indiuiſibilitatem matrimonij efficax argūm ab animalibus brutis, & ſic ratio huius ceſſat. Circa ſecundum primo præſupponendum eſt quod ius naturale dicitur multis modis. Interdū enim ius naturale ponitur pro diuino, interdum pro illo iure quod eſt commune omnibus hominibus quod ius gentium appellatur, ſed proprie ſumpto vocabulo, ius naturale primæuum eſt, quod cōuenit omni animali. Hinc eſt quod ſolet dici. Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit, & ideo licet promiſcue vtamur illo verbo, ius naturale, proprie tamen loquēdo ius naturale ſolummodo dicitur illud quod conuenit omni animali. Ad loquendum igitur proprie in hac materia, ne incertitudo vocabulorum aliquam ambiguitatem vel errorem pariat, cū dixerimus ius naturale, intelligimus de iure naturali primæuo congruenti omni animali, & de hoc videt intellexiſſe Poſtillator. Secundo eſt præſupponendum, quod ex hoc iure eſt maris & fœminæ coniunctio, liberorū procreatio & educatio, & proprij corporis defenſio, & ſimilia, quæ pertinent ad conſeruationem indiuidui & ſpeciei, quod manifeſte dicunt iura, cum de iure naturali loquuntur. Tertio eſt præſupponendū quod eſt aliud ius quod dicitur Gentium, & ex hoc deſcendit conſenſus, & fuerunt inducti contractus, dominia diſtincta, introducta bella, ſeruitutes, & cætera huiuſmodi. Quarto eſt præſupponēdum, quod eſt aliud ius quod dicitur ciuile ſeu humanum, & ex hoc iure fuit data forma contractibus, & æquitas naturalis, quæ erat in confuſo, fuit reducta ad certas formas, vt patet in diuerſis caſibus determinatis per legumlatores. Quinto præſupponitur, qđ eſt ius diuinum, ſcilicet, quod in vtroq; teſtamento continetur, & quantum ad præſentem materiam pertinet, non eſt conſtituenda ſpecies in iure canonico, quia adhæret iuri diuino. Sexto præſupponendum eſt, quod homo eſt alligatus omnibus iuribus, diuerſis tamen reſpectibus. Iuri primæuo naturali alligatur inquantum eſt animal. Iuri vero Gentium inquantum eſt animal rationale. Iuri autem ciuili inquantum eſt animal ciuile. Nam vt Ariſtoteles ait, à natura eſt ciuile animal homo & omniū aggregabilius: iuri vero diuino vtriuſque teſtamenti inquantum eſt animal catholicum & fidele.

His ergo præſuppoſitis circa tertiū ponendæ ſunt aliquæ concluſiones. Quarum prima eſt, quod de iure naturali primæuo nō eſt indiuiſibilitas matrimonij. Quod patet, quia de hoc iure non eſt matrimonium, ergo nec eius indiſſolubilitas. Antecedens probatur auctoritate principalium gloſſatorum vtriuſque iuris. Ioannes enim Teutonicus gloſſator decreti, in cap. Ius naturale. diſt. 1. cum textus loquēs de iure naturali diceret. Ex hoc iure eſt maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, exponens dicit coniunctio, ſcilicet, corporū non animorum, quaſi dicat, coitus eſt à iure naturæ, ſed matrimonium non. Hoc idem notat Accurſius. §. 3. inſtit. de iure naturali. Patet etiam hoc manifeſte per rationem, nam ſi verum eſſet, quod matrimonium eſſet de iure naturæ, ſequeretur quod concubinatus eſſet matrimonium, quia ius naturale primæuum quod compet[illegible] homini vt animali, non facit inter illa differentiam. Nec obſtat quod aliqui dicunt rationem naturalem inducere matrimonium, ex eo quod ratio dictat quod certi ſint parentes propter educationem liberorū. Nam fateor hoc, ſed aliud eſt ratio naturalis, aliud inſtinctus naturalis. Inſtinctus enim naturalis eſt communis omni animali, & iſte eſt à iure naturæ. Ratio naturalis eſt propria hominis, & iſta eſt à iure Gentium: alias enim ſequeretur, quod animalia bruta haberent rationem naturalem, cum ius naturale eſt (vt dictum eſt) quod natura omnia animalia docuit. Coitus ergo eſt ab inſtinctu naturali, qui deſcēdit à iure naturę communi omni animali. Matrimonium vero, quod eſt quædam qualitas iuſtificatiua coitus deſcendit à conſenſu, qui prouenit à iure gentium. Forma enim eſſentialis matrimonij prout eſt de iure gentium, conſenſus eſt, vnde Legiſtæ ſolent dicere. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Sequitur ergo q̄ à iure naturali primæuo non eſt indiuiſibilitas matrimonij, cum de tali iure nō eſt matrimonium vt fuit aſſumptum. Secunda concluſio eſt, quod de iure gentium eſt matrimonium, ſed nō indiuiſibilitas matrimonij. Prima pars concluſionis patet ex ſupradictis. Cum enim matrimonium formetur conſenſu, & conſenſus ſit à iure gentium, ergo & matrimonium. Secunda pars probatur per rationem eiuſdem iuris. Fundamentum enim in iure gentium eſt vt quidquid homines conſentiunt de agēdis, per eos ſeruetur, vnde & legiſlator dicit, quod nihil tam congruum naturali æquitati eſt, ſicut ea quæ placita ſunt inter homines ſeruare. Hinc ergo eſt, quod matrimonium deſcendit ex hoc iure vt conſenſus ſeruetur, ſed in diuortio eſt conſenſus vtriuſque coniugis ad diſcedendum, ergo ſeruandus eſt. Facit ad hoc regula iuris ciuilis quæ dicit, quod nihil eſt naturale, quod illa quæ vno genere ligantur, eodem genere ſoluantur. Cum ergo ius Gentium duntaxat reſpiciat naturalem rationem, ſequitur quod matrimonium quod ex hoc iure conſenſu firmatur contrario conſenſu tollatur, & ſic patet quod attento hoc iure matrimonium eſt indiuiſibile. Tertia concluſio eſt, quod de iure ciuili non eſt matrimonium originaliter, ſed eſt data forma accidentalis matrimonio, & additæ ſolennitates & ritus, ſed tamen ex hoc iure nō eſt indiuiſibilitas matrimonij. Quę concluſio pro vtraque parte patet ex prædictis, & etiam quia iuriſtæ ciuiles tractant de ritu nuptiarum & de diuortijs & repudijs & de alijs materijs tangentibus matrimonia. Quarta concluſio eſt, quod de iure diuino conſiſtenti in veteri Teſtamento matrimonium non eſt indiuiſibile, cum ex iure hoc permittatur diuortium prout manifeſte patet Deuter. 24. Quinta concluſio eſt, quod de iure diuino conſiſtente in lege euangelica, & de iure canonico quod eius veſtigia ſequitur, matrimonium eſt indiuiſibile, vnde veritas ait, vt patet in eodem capit. ſcilicet Matth. 19. *Quod Deus coniunxit homo non ſeparet, &c.* Ex omnibus his concluſionibus elicitur vna concluſio, videlicet quod nec de iure naturæ nec Gentiū, nec de ciuili nec diuino, prout eſt in veteri Taſtamento, eſt indiuiſibilitas matrimonij, ſed de lege euangelica, quam lex canonica ſequitur. Ad diffinitionem matrimonij quam inducit Poſtil. pro fundanda ſua opinione, dicendū quod illa diffinitio datur ſecundū legem euangelicam ſeu canonicam quę eā ſequitur. Poſſet etiam dici, quod cū in illa diffinitione ponitur, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, intelligitur durante matrimonio, non autem poſt ſeparationem legitimā, quæ ſecundum iura prædicta ſeparationem permittentia fieri poſſet, vt ex prædictis patet, & ſic prędicta diffinitio cōpetit matrimonio etiā ſecundū iura ciuilia & hmōi. Ratio aūt huius differentiæ inter vetus teſtamentū & nouū circa indiuiſibilitatem matrimonij poteſt eſſe duplex. Vna generalis ſumpta ex imperfectione ve. le. q̄ nihil ad perfectū adduxit, vt ad Heb. 7. vnde matrimonū ve. le. tāquam imperfectū erat diſſolubile, nouę vero legis quia perfectū, indiſſolubile. Alia vero ratio magis ſpecialis, prout in prima ſecundæ, q. 102. art. 5. in reſponſione 3. argumēti. Matrimoniū fuit in ve. le. prout erat officiū naturæ, non autē prout eſt ſacramentū

coniunctionis Chriſti & eccleſiæ quæ nondũ erat facta, vnde in
A ve. le. dabatur libellus repudij, ꝙ eſt contra ſacri rõnẽ, non aũt in no. le. Quam quidem rõnem idem ſanctus doctor amplius vr̃ declarare ſuper 4. diſt. 33. in primam q. vbi dicit ꝙ tria bona matrimonij, ſ. proles, fides & ſacrm̃ competunt homini ſecundum triplicem rõnem. Nam bonum prolis competit homini ſecundum naturam ſui generis, vnde procreatio & educatio prolis cõis eſt aĩalibus, vt in 8. Eth. Bonum aũt fidei quod requirit̃ ad congruã cõicationem operũ quæ ſunt neceſſaria in vita humana cõpetit homini ſecundum naturam ſuæ ſpeciei, ſ. inquantum homo, Bonum aũt ſacri competit homini inquantũ eſt Catholicus & hoc quantum apud fideles, quia ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. Ex quibus concludit, ꝙ pluralitas vxorum nec tollit nec impedit primũ finem, cũ vnus vir ſufficiat pluribus vxoribus fœcundandis, & educandis filijs ex eis natis, ſed ſecundũ finem qui eſt fides, etſi non totaliter tollit multum tñ impedit, eo ꝙ non facile põt eſſe pax in familia, vbi vni viro plures vxores iungũtur, vt ibidem declarat. Tertiũ aũt finem, ſcilicet, ſacramentũ pluralitas vxorũ totaliter tollit, eo q, ſicut Chriſtus eſt vnus, ita vna eccleſia. Ex quibus patet ſatis, ꝙ diſſolubilitas matrimonij non eſt contra legem naturę, niſi inquantum matrimonium eſt ſacramentum quod ſolum eſt apud fideles Catholicos. De hac materia plenius habetur ſupra Deut. 24. in additione 2. vide ibi.

ADDITIO II.

B *In eod. cap.* vbi dicitur in poſtilla. *Et ſic patet quod litera huius verſus prædicti defectiua. &c.*

Litera huius verſus pręſuppoſito vero intellectu eorũ quæ traduntur circa libellũ repudij, ſupra Deut. 24. in additionibus ibi poſitis, non eſt defectiua ſed plane ſonat veritatẽ. Ad quod ſciendum eſt prout ibidem fuit dictũ quod nullo modo licebat in ve. Teſt. repudiare vxorem niſi propter turpitudinem fornicationis, prout veritas literæ ibidem teſtatur, tamen ſecundũ Pharisaicã doctrinã qui ſæpe mandata Dei irritabãt propter ſuas falſas traditiones vt ſupra cap. 15. ex multis alijs cauſis licere repudium aſſerebant, etiam pro ſolo libito voluntatis viri. Cuius doctrinæ falſitatem Chriſtus oſtendit in hoc loco di. *Dico autem vobis quod quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur.* Ex quo manifeſte habet̃ à contrario ſenſu, quod qui dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem etiamſi aliam duxerit, non mœchatur, quod eſt verũ, eo ꝙ libellus repudij ex cauſa legitima ĩ lege determinata, ſcilicet, fornicatione, licitus erat, vt patet ſupra in additionibus ſupradictis. Quod aũt ſubditur. *Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur*, intelligitur plane de illa de qua immediate ante loquitur, ſcilicet, de dimiſſa non ob fornicationẽ, talis enim dimiſſio nulla eſt, quia contra formam in lege datam & ſic manet vinculũ vxoris ſic dimiſſæ cũ viro priori & per cõſequens ſecũdus eam ducens mœchatur, vnde præſuppoſita veritate non oportet ſupplere nec interponere aliqua niſi ſolũ illa quę ex litera plano ſenſu accepta intelligenda ſunt. Illud etiam quod Poſtil. dicit ꝙ eadẽ rõne vxor dimiſſa ab altero viro nõ põt duci, ſi
C cut nec vir eã dimittẽs põt ducere alterã, qa æqualiter manet vinculũ matrimonij ex vtraq; parte vt dicit, manifeſtũ eſt veritatem non obtinere ſecundũ legem veterem ſecundũ quã pluralitas vxorum fuit licita ſeu permiſſa, nunquam autem pluralitas virorum.

REPLICA. *In cap.* 19. vbi Poſtillator dicit de indiuiſibilitate matrimonij Burg. hoc ſicut Deut. 24. grandem facit contra. Poſtillatorem commotionem ad quam ſedandam clariori modo recitabo? [illegible] Burg. hic & Deut. 24 inter cętera dicta. Primũ dictũ eius, quod in ve. le. nõ fuit licitũ dimittere vxorem, *niſi propter fornicationem*. Hoc dictũ habet̃ in ſua digreſſione Deut. 24. Secundum dictũ eſt. Indiſſolubilitas matrimonij ſolũ pertinet ad legẽ euangelij. Tertiũ dictũ dare libellum repudij in ve. le. non ſolum fuit licitũ ſed etiam fuit diuinum præceptũ. Quartum dictũ eius, quod ius naturæ in quo diſponit̃ de indiuiſibilitate matrimonij ſolum intelligitur de iure expreſſo in euangelio & iure canonico ipſum ſequente. Quintum dictum eius eſt tale, aliquid eſt ius naturale quod eſt commune omni animali, & hoc dicit̃ proprie ius naturale. Sic quoque dicit poſtillatorem accepiſſe ius naturale quãdo dicit indiuiſibilitatem coniugũ eſſe de iure naturæ, quod tamen non videtur verum, vt dicit Burg. Ex quibus dictis elicit certas concluſiones, quæ quia prolixæ ſunt habeantur pro inſertis. quia etiam tangentur in pertractatione iſtius digreſſionis.

Quantũ ad iſtam materiam primo vidẽdũ de veritate & cõnexione dictorũ Bur. Secũdo reſpondebit̃ ad rationes eiuſdẽ factas cõtra poſtillatorem. Quo ad primũ dictũ Bur. videt̃ falſum, quia dare libellũ repudij fuit permiſſum in ve. le. non ſolũ propter fornicationem ſed etiam propter quamcunque fœditatem patet hoc Deut. 24. vbi dicit. *Si acceperit homo vxorem & non inuenerit gratiam ante oculos eius per aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij, &c.* Probat̃ etiam per canonem priuilegia diſt. 4 vbi dicitur quod quædam permittuntur vt licita vt petere præmium; quędam aũt permittantur vt illicita, ſicut dare libellum repudij ne fiant grauiora. Videamus inſuper quomodo illud primum dictum cum D
tertio concordet, Nam primum dictum vult traditionem libelli fore illicitam præterquam in caſu fornicationis. In tertio aũt dicto dicit ipſam non ſolum ſimpliciter licitam, ſed expreſſe à deo mandatam, quod tamen nullibi legitur, imo rotunda litera hic contradicit, quia dicitur hic *propter duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes, &c.* Et idem tanquam minus malũ permittitur ex canone priuilegia, ſupra allegato. Nullũ autem malũ in lege generaliter præcipitur. Et dico generaliter propter pręceptũ factũ Abrahæ de occiſione filij, quod non erat regulare, nec generale ſed ad tentãdũ ſingulare, Similiter & præceptũ datũ Oſee prout patet in locis ſuis. Similiter & ſecundũ dictũ Burg. falſum eſt & contra literam euangelij præſentem, in qua Chriſtus indiſſolubilitatem matrimonij ſub euangelio probat per indiſſolubilitatẽ eiuſdem ſub lege naturæ, quæ fuit per Adam inſpirante deo promulgata, dicit enim tentantibus Phariſæis. *Quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos*, & dixit, *propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, itaque iam non ſunt duo ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet.* Quid planius, niſi quod matrimonij inſeparabilitas ſub lege euangelica & canonica ortum habet ex inſeparabilitate ſub lege naturæ per Chriſtum hic allegata? Vnde patet etiam quartum dictum Burg. eſſe falſum, quia in ea re (de qua ſermo) lex euangelica & canonica ſe fundant ſuper legem naturæ & matrimonij inſtitutionem primariam.

Sic & tertium dictum falſum eſt & repugnans primo, vt ſupra E
oſtenſum eſt. Quintum autem dictum de iure naturæ primæuo cõi omni animali eſt confictum, quia nullũ tale ius reperitur in ſcripturis ſacris neque canonibus. Nam ius ſumptum in ſua maxima generalitate ſolum ad vocalia extendi probat Gratianus auctoritate beati Iſido. 2. Etym. dicentis. Ius generale nomen eſt, lex autem iuris eſt ſpecies. Ius autem dictum, quia iuſtum eſt. Omne autem ius legibus & moribus conſtat. Nunc autem iuſtum & iuſtitia ad ſola rationabilia pertinent. Hoc autem ius generaliſſime acceptum vbi ſupra, diſtinguitur in ius naturale gentium & ciuile. Ius naturale dicitur cõe omni nationi, ſola autem rationabilia per nationes diſtinguuntur, & ideo cõe, quia vbique ex inſtinctu naturæ eſt, non conſtitutione aliqua, vt maris & fęminæ coniunctio, liberorũ ſucceſſio, puerorum educatio, cõis omniũ poſſeſſio, & omnium vna libertas, acquiſitio eorum quæ cœlo terra marique capiuntur, depoſiti vel commodati reſtitutio, violentiæ per vim repulſio, & hoc & ſi quid ſimile huic eſt, nunquam iniuſtum ſed naturale æquumque hr̃. Hæc inquam omnia iuris naturalis portiones, ſolis rationabilibus conueniũt. Coniunctio aũt maris & fęminæ in irrationabilibus non eſt ſecundum ius naturale, ſed ſecundum inſtinctum naturæ. Aliud eſt enim dicere de iure naturali & de inſtinctu naturali, quia ſe habẽt ſicut inferius F
& ſuperius. Nã omne ius naturale eſt inſtinctus naturalis, ſed nõ e conuerſo: quia alias extenderetur ius naturale non ſolum ad irrationabilia ſed etiam ad inſenſibilia, quia inſtinctus naturalis ab appetitu naturali non videtur diſtingui. Ius igitur naturale ſic diſtinctum ab alijs, primatum obtinet & tempore & dignitate. Cępit. n. ab exordio naturæ rõnabilis, nec tpe variatur, ſed immutabile permanet, vt dr̃ 5. diſt. c. 1. Fingit igit̃ Bur. tale ius naturale primæuũ, imo improprijſſime diceret̃ ius iuxta prædicta, idcirco falſum imponit poſtillatori q, ita acceperit ius in propoſito. Et qa fundamentũ Bur. falſum eſt, nimirum falſæ ſunt cõcluſiones ſuę in eo fundatę. Prima nãq; cõcluſio fundat̃ ſuper ſuo ficto iure naturali, & ſecũda cõcluſio, ſ. ꝙ matrimoniũ eſt de iure gentiũ; ſed non indiuiſibilitas. Nam ex litera euangelij matrimoniũ eſt à prima inſtitutione naturæ rõnalis, quæ ius gentiũ longe præcellit. Sed nec tertia concluſio eſt vera, quo ad hoc ꝙ ex iure ciuili non eſt matrimoniũ indiuiſibile. Nec quarta concluſio, quę duæ innitunt̃ eidẽ medio, videlicet, quia in iure ciuili tractat̃ de diuortijs & repudiis, & in ve. Teſt. ſimiliter: quæ media non probant bene illas cõcluſiones, nã etſi diuortiũ in lege permiſſum eſt pp maius malũ vitandũ ex hoc arguere igit̃ matrimoniũ eſt diuiſibile, cõſequẽtia nõ valet, nec formaliter nec legaliter. Nõ formaliter, qa arguit à ſecũdũ quid ad ſimpliciter. Sicut argueret̃: Antichriſtus eſt permiſſiue ens, eſt igit̃ ens, ſicut in propoſito. Nec legaliter valet conſequentia. Non. n. ſequit̃ Lex apud legiſlatorẽ non eſt neceſſaria, igit̃ non eſt neceſſaria. Sicut lex quæcunq; nõ ligat Deũ quin poſſit vel mutare vel diſpenſare, ſtat tñ legẽ eſſe ſolidã in ſe. Sicut neceſſario ignis calidus eſt & calefactiuus materia debita approximata, nõ tñ ſequit̃ in fornace triũ puerorũ nõ fuit calefactiuus, igit̃ nõ fuit calefactiuus. Ita eſt de matrimonio ꝙ ex cauſis in litera expreſſis Deut. 24 fuerat ſeparabile, nõ tñ ſequitur, igitur non eſt indiuiſibile. Iura aũt quę dicũt de diuortiis & repudiis, &c. non probant matrimonii diuiſibilitatẽ, quia pertinẽt ad illegitime cõtractũ matrimoniũ, ꝙ nõ meret̃ dici matrimoniũ, q, de ſua formali ratione eſt coniunctio legitimarũ perſonarum & ſi qua iura aliter de repudiis & diuortiis ſentirent, eſſent abolẽda tanquam

tanquā naturali non cōſona, qđ hic in litera per Chriſtū allegaſ.
A Quinta aūt concluſio quāuis in ſe vera, tñ non ad intentionē. Burg. ꝙ videlicet originaliter & primo matrimonium ex euangelio habeat ſuam indiuiſibilitatem, nam ſicut ſupra dictū eſt euangelium & canones quo ad id ſe referūt ad legem naturalem per Chriſtum hic allegatā. Ex his patet falſitas concluſionis per Bur. collectæ ex illis quinque ineptis concluſionibus, vt patet.

Nec valet reſponſio Burg. ad argm̄ poſtil. cum dicit diffinitionē allegatā in poſtil. tñ intelligi debere de cōiunctis in lege euangelica tm̄. Huius rñſionis falſitas oſtenſa eſt ſupra, immo dēt intelligi in oī lege iuſta & conſona legi naturali & primeuæ à Deo inſtitutæ in exordio rōnalis creaturæ. Diuortiū aūt & repudium intelligenda ſunt permiſſiue ex quibus non ſequiť diuiſibilitas niſi per accidens, vt prædictū eſt & ſecundū quid. Et ad hoc tendere vř ſecunda reſponſio quā dat Burg. ad idem argm̄. quia dicit quod illa diffinitio tenet durante matrimonio, ſed diuortio facto ſecundum permiſſionem iurium non tenet, vnde patet quod inſtantia Burg. ad diffinitionem matrimonij eſt ſecundum quid.

Nec valet differentia legis no. & ve. quam aſſignat Burg. quo ad hoc, quia quāuis vetus lex fuit imperfecta, tñ in ea fuerat verū matrimoniū de ſui natura & inſtitutione inſolubili ꝗuis pp malitiam eorū qui erant ſub lege, non aūt pp ipſius legis imperfectionem diuortiū permittebatur ſecūdū prius dictū. Nec ex hoc dēt dici matrimoniū ſolubile niſi ſecundū quid, ſ. ſolutione permiſſa.
B Nec valet quod Burg. de S Tho. adducit quod videlicet in ve. lege. ideo repudiū erat licitū. quia matrimoniū pro tunc fuit in officiū, non aūt erat ſacramentū ſignificatiuum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, quæ nondū erant, falſum eſt n. in veteri lege eccleſiam (quæ incipit ab Abel iuſto ſecundū beatū Gregoriū) Deo non fuiſſe coniunctam, quia vetus Teſt. frequēter oſtendit ſynagogam Deo deſponſatam, quæ deſponſatio eſt in vna ſponſa vſq; ad nouiſſimū iuſtū, Cui eccleſiæ totali Chriſtus vt ſponſus ſecundū deitatem ab initio coniunctus eſt, cuiuſque coniunctio indiſſolubilis eſt vſq; ad conſummationem ſeculi Matth vlt. Et ita oportet S. Tho. & Burg. ſentire, niſi velint erronee dicere cū Helyndio Chriſtū ante Mariam non fuiſſe. Chriſtus n. etſi ex tempore eſt factus homo, æternaliter tñ fuit Chriſtus quia à patre vnctus, non vnctiōne vt dicit per vnctionem, ſed vt ſignificat vngendi per generationem cōicationem. Eſt. n. Deus vngens ſicut eſt lumē, & ſicut filius eſt lumen de lumine, ita eſt vngens ab vngente, ſententia eſt Hila. 11. de trinitate prope medium. Item ſecundum ſanctū doctorem & magiſtrū in 4. matrimoniū fuit ſacramentū ante peccatū, igitur alicuius ſacræ rei ſignū, & non niſi coniunctionis Dei ad animā iuſtam quæ eſt eccleſia, vel in eccleſia fuit ab exordio rōnalis creaturæ ſponſus & ſponſa myſtica, & eorum coniunctio, quādo igitur inſtitutum fuit matrimoniū, non deficit eius ſacrum ſignum prout ſanctus Tho. dixit & Bur. Sic igitur patet dicta Burg non habere connexionē nec veritatē.

Quantū ad ſecundū articulū reſtat rñdere argumentis Burg. factis cōtra poſtillatorē ſed prænotandū ꝙ factū Burg. fundatur
C ſuper falſa imaginatione. Imaginatur. n. ꝙ quia Deus ꝑcepit darī libellum repudij, ꝙ ergo præcepiſſet diuortiū. Sed hoc falſum eſt, nam libellum præcepit dare, non ſimpliciter ſed ex ſuppoſitione vt ſuppoſito quod quis habeat odiū contra vxorem, & voluerit eam repudiare, det illi libellū. Non igitur in hoc conditionato præcepto datur modus dimittēdi vxorem, ſed datur modus temperandi furorem. & ita Chriſtus in hoc reſpondet Phariſæis proponentibus fallaciam ſecundū plures interrogationes, vt vnā dicentibus Quid ergo mādauit Moyſes dare libellū & dimittere? Sed dn̄s Ieſus hanc multiplicē q̄onem diſtinxit tacite concedens, ꝙ Moyſes bene mandauit dare libellū, ſed negauit quod Moyſes mādauit dimittere vxorē vnde dixit ad illā partē q̄onis Moyſes, ad cordis veſtri duriciam permiſit dimittere vxorem, ab initio aūt ſic non fuit. Gloſ. interli. ſimiliter & in arg. & eſt beati Hiero. Moyſes permiſit non Deus, quia contra legem naturalem. Hæc in glo. ſparſim, & magiſtro lib. 4. circa hanc materiā. Sic interpretatur rñſio Chriſti. Et hoc eſt quod beatus Aug. de ſermone dn̄i in monte vult. Non inquit qui præcepit dare libellū, præcepit vt vxor dimittatur, ſed qui dimiſerit, inquit, det libellum vt iracundiam temerariā projiciendi vxorem libelli coactio temperaret.

Per hoc ad argumenta. Et primo ad glo. Ioannis. Teutonici & Accurſij dico, ꝙ vbi glo. directe vadit cōtra textū ſequenda eſt litera, & gl. ſpernenda, niſi haberet euidentē probationē qualiter non eſt hic. Quod aūt glo. corrumpat literam patet, quia vt dicit Burg. litera hēt ꝙ de iure naturali eſt coniunctio maris & fœminę quā matrimoniū appellamus, Glo. coniunctio corporū, non animorū, vt allegat Burg. Talis aūt glo. deſtruit textū, quia coniunctio corporū ſine coniunctione animorū nō eſt matrimoniū, quia ſtat verū matrimoniū ſine coniunctione corporū Stat et coniunctionē corporū eſſe ſine matrimonio, qa in ſtupro adulterio & c. Male igitur gloſſatur coniunctio matrimonialis, dicendo eā coniunctionem corporū tantū. Alij volentes ſaluare gloſſas dicunt, quod

quod loquūtur non de iure ſed inſtinctu naturali, ſed nec ſic eſt D coniunctio illa ſacramētum & matrimonium ſicut textus accipit, quia talis coniunctio ſe extendit ad irrationabilia & adulteria & cætera peccata, de quibus vadit argumentum Burg. quod valde ponderat, quamuis modicum valeat. In declaratione autem huius inualidi argumenti Burg. ponit tria inopinabilia, primum, ꝙ inſtinctus naturalis eſt à iure naturæ, ſecundum quod ratio naturalis eſt à iure gentium, tertium, quod matrimonium eſt qualitas iuſtificatiua coitus, & hoc à iure gentium propter conſenſum. Primum autem videtur irrationabile. Nam ius naturale ſequitur inſtinctum naturę, non cuiuſcunque, ſed rationabilis naturæ, nō igitur inſtinctus ille eſt à iure naturali ratione, & eius recto dictamine. Non igitur naturalis ratio eſt à iure gentium, quia dictamē rectæ rationis præcellit & gentes & ius gentium. Sic & tertium dictum non videtur verum. Quamuis enim coitus ſit ex inſtinctu naturæ, tamen non ex lege naturæ generaliter, quia ſic omnis eſſet iuſtus & ordinatus, & tunc non eſſent adulteria & cætera mala. Qui igitur generationem præcepit quæ ſine coitu per naturā fieri non poteſt, hic rationalem dedit ordinem per inſtitutionem matrimonij, quam inſtitutionem hic Chriſtus allegauit. Si igitur coitus cadit ſub Dei præcepto præcipientis generationem, non fuit de ſe malus, ſic nec hodie eſt malus, Iuſtificatio igitur matrimonij non reſpicit directe coitum, ſed eius vſum, vſus aūt irrationabilium non poteſt eſſe deordinatus, quia illa agunt ſecundum impetum naturæ. Natura autem nō ponit laudem nec vituperiū. E Rationabilia aūt agunt ſecundum prohęreſim & electionē quæ poſſunt deordinari. Illi autem conuenienter datur ordo per matrimonium, non ad iuſtificandum coitum qui ex inſtinctu naturæ bonus eſt, & per Deum mandatus, ſed ad prohibendum abuſum q factus fuiſſet & fieret, niſi lex matrimonialis interueniret.

*Burgenſis ponit hic tria inopinabilia.*

Ad primum argumentum quod Burg. facit circa Deut. 24 dico quod lex naturæ ſatis exprimit matrimonij indiſſolubilitatem prout hic à Chriſto allegatur, non igitur oportuit in lege Moſaica de huiuſmodi ſingulare mandatum dare.

Ad ſecundū dico, ꝙ Deus præcipiendo dationem libelli, non dat modū repudiandi ſed dat modum temperandi pertinax odiū per conſequens dat magis modum impediendi dimiſſionem.

Ad tertium dico, quod quantumcunque fiat repudium ſemper manet vinculum, ſed quod in veteri lege poſt repudiū [illegible] permittebatur vterq; nubere alteri, hoc fuit ad vitandum maius malum. Repudium enim permittebatur ad vitandum vxoricidium. Alteri nubere permittebatur ne remaneret odium & vitaretur incontinentia, De iuſtitia enim legis naturæ & euangelij quamuis videatur vinculum rumpi, non tamen rumpitur etiam facto diuortio in caſu fornicationis, nā permiſſio de nubendo per euāgeliū correcta eſt, ꝑmiſſio aūt de diuortio manet ī caſu fornicationis, ſed illa nō tollit vinculū, quia ſeparatione legitima facta neuter nubere pōt ſine mœchia, vt dř in litera hic, & ita fuit in veteri lege de iuſtitia, ſecus fuit de permiſſione ex cauſis ſæpe dictis. F

*Mar. 10. g. Luc. 18. f.*

Ad quartū aſſumptū negaſ, videlicet ꝙ repudiū ſit de expreſſo mādato Dei. Probatio aūt non valet, quia non ſequiť: Deus ꝑcepit dare libellū, ergo ꝑcepit repudiū, ſicut patet ex dictis. Et cum poſtillator rñdet rōnibus alterius opinionis, Burg. replicat, ſed nihil concludit. Cum. n. arguiť, ꝙ ſicut pluralitas vxorū non fuit in veteri lege illicita, ſic neque repudiū. Rñdet poſtillator ꝙ nō eſt ſimile, quia pluralitas vxorū non fuit prohibita, nec vnitas vxorū eſt de lege naturæ ſicut inſeparabilitas, & ideo pp maius bonū pluralitas fuit licita & ſancta patribus ſanctis. Secus eſt de repudio quod conceſſum eſt pp maius malum vitandum, hoc tñ minus malū, non facit fore licitū. Ibi replicat Bur. per illud Apoſtoli. *Non ſunt facienda mala vt eueniant bona*, quaſi habere plures vxores pp maius bonū, deberet eſſe malū. quod falſum eſt. Sed adhuc replicans Burg. arguit ſic: Pluralitas virorū eſt mala quia contra legem naturæ, igitur pluralitas vxorū bona, cōſequentiā iſtam negat Scotus circa 4. diſt. 32. in quæ. de bigamia. Sed quod incidentaliter dicit Burg. quod in repudio non permittitur aliquod malum, hoc redarguit hic plena litera, vide eam bene.

Sed & Bur hic calumniat exemplū poſtil. quod ponit de aīalibus brutis quorū coniunctio in parte & ꝗ nō in toto manuducit ad videndū inſeparabilitatem matrimonij. Quod exemplū etſi non ſit in toto ſimile, non igitur calumniari debet, quia exempla & ſimilitudines non ſemper currunt quatuor pedibus, prout patet ſup. Oſee 1. & inf. Mat 20. in additione Burg. & patet totum.

In eod. cap. vbi dicitur. *Quicunque dimiſerit vxorem, &c.* poſtillator dicit verſum illū ſupplendum, quia oratio defectiua eſt. Bur. dicit eum plane eſſe intelligendū. Suppoſito quod verum ſit totum quod ipſe per ſuas digreſſiones hic & Deuter. 24. deſeruit, ſed ſuppoſitum non cedit, igitur nec reliquum. Sed quod obijcit contra poſtillatorem de pari iure viri & vxoris quo ad poſſe nubere alteri, allegans cauſam diuerſitatis, quia pluralitas vxorum fuit in veteri Teſtā licita non autem virorum, non valet propter ſuperius dicta & vide ibi Scotum in loco ſupra allegato.

## CAPVT XX.

Exponit per ſimile. Præſens eccleſia. Vita iuſtorum.

a S Imile † eſt regnū cęlorum homini patri 1

Paterfamilias conditori, qui poſſidet electos in mundo, vt do minus ſubditos in domo. 2

b familias, qui exijt † primo mane con-

c ducere operarios in vineam ſuam. con 3

d uentione autem facta cum operarijs 4

Prima hora ab Adam, vſque ad Noe. A Noe vſque ad Abraham.

ex denario † diurno, miſit eos in vi-

e neam ſuam. Et egreſſus circa horam 5

Quaſi venales, ſi quis digne emere vellet, à bono tamen opere ceſſantes.

tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod † iuſtum fuerit dabo

Ab Abraham vſque ad Moyſem. 6

f vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſextam

C A P. X X.

A Simile eſt re. Oſtendit per parabolā, quia primi erunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Pater iſte familias cōditor noſter eſt, qui habet vineā, vniuerſalē eccleſiam, quæ ab Abel vſq; ad vltimū electū qui in fine naſciturus eſt quotquot ſanctos protulit, tot palmites miſit. Hic pater exiit ad excolendam vineā mane hora tertia, ſexta nona, vndecima operarios conduxit à mūdi huius initio vſque ad finem, ad erudiendam fidelium plebem prędicatores mittere non deſiſtit.

a *Simile eſt re.* Non homini ſolum, ſed toti negocio ab homine geſto, & in ſimilibus ſimiliter. († enim.)

B * Chryſoſtomus. Homo paterfamilias, Chriſtus eſt, cui cœli & terra, quaſi vna eſt domus: familia autem cęleſtium, terreſtrium, & inferiorū creaturarum. Vinea autē eius iuſtitia eſt in qua diuerſę ſpecies iuſtitiarum poſitæ ſunt, quaſi vites, puta manſuetudo, caſtitas patientia, cæteræq; virtutes, quæ omnes generaliter iuſtitia appellantur: homines autem vineæ cultores ponuntur. Deus enim iuſtitiam ſuam dedit in ſenſibus noſtris, non propter ſuam vtilitatem ſed propter noſtram. Scitote ergo quia mercenarij ſumus conducti. Sicut ergo nemo cōducit mercenarium, vt hoc ſolum faciat quod māducat, ſic & nos nō ſolum vocati ſumus à Chriſto, vt hæc ſolum operemur, quæ ad noſtrū pertinent vſum, ſed ad gloriam Dei. Et ſicut mercenarius prius aſpicit opus ſuum, deinde quotidianum cibum, ſic & nos primum debemus aſpicere, quæ ad gloriā Dei pertinent, deinde quæ ad noſtram vtilitatem. Et ſicut mercenarius totam diem circa Domini opus impendit, vnā autem horam circa ſuum cibum, ſic & nos omne tempus vitæ noſtræ debemus impendere circa gloriam Dei, modicam autem partem circa vſus noſtros terrenos. Et ſicut mercenarius ea die qua opus non fecerit, erubeſcit intrare domum & petere panem, quomodo tu non confunderis intrare in eccleſiam, & ſtare ante conſpectum Dei, quando nihil boni in conſpectu Dei geſſiſti? (Hom.34.in Matth.)

C b *Primo ma.* Manifeſte cepit à primo iuſto æterna mercede prædicatores ad plantandam eccleſiam inuitare.

c *Conuentione.* Id eſt, confirmata promiſſione quod ad imaginem Dei reformandi eſſent, ſi eccleſiam ædificando mandatis decalogi inſiſterent.

D d *Ex dena.* Hierony. Denarius habet imaginem regis qui olim pro decem nummis cōputabat. Quanto plus aliquis in cultu eccleſiæ laborat decalogi mandatis inſiſtendo, tāto plus informat in imaginē regis Dei. Prędicatores ſunt operarij, etiā vnuſquiſque dum fide recta in bono opere perſiſtit. Mane hora tertia, ſexta & nona antiquus & Hebraicus populus qui fide recta Deum coluit in electis, ad vndecimā gentiles vocantur. Poſſunt etiam diuerſitates horarum in vno quoq; notari per momēta ætatū. Mane quippe intellectus noſtri pueritia eſt: hora tertia, adoleſcētia, qua iā ſol in altū proficit. Sexta iuuentus, cum plenitudo roboris ſolidat. Nona, ſenectus, qn̄ ſol. i. calor ætatis deſcēdit. Vndecima, decrepita ætas. In omnibus his aliqui ad bonam vitam perducunt. Qui ſibi viuit vt ocioſus redarguitur. Qui & vſque ad vltimam ætatem differt recte ei dicitur, *Quid hic ſtatis*, id eſt, vel in vltimis reſipiſcite. E

e *In foro.* * Origenes. Forum autem eſt quicquid extra vineam eſt, id eſt, extra Eccleſiam Chriſti.

* Chryſoſ. In hoc.n. mundo vendendo & emendo viuūt homines, & inuicē ſibi fraudem facientes, vitā ſuam ſuſtentant. Ocioſi autem ſunt peccatores. Illi enim mortui dicunt. Ocioſus autem eſt, qui opus Dei non operatur. Vis ergo nō eſſe ocioſus? non aliena tollas, & de tuis des, & operatus es in vinea Domini miſericordiæ vitem colens.

f *Et quod, &c.* * Chryſoſt. Solis primis conuenit ſpecialiter dare denarium, alios aūt ſub incerto pacto conduxit, dicens. *Quod iuſtum fuerit, dabo vobis.* Sciens.n. Dn̄s quia præuaricatus fuerat Adam, & oēs poſtmodū in diluuio erant perituri, certum fecit pactum ad eū, nequando dicat, ideo ſe neglexiſſe iuſtitiam, quia neſciebat quæ præmia fuerat recepturus. Iſtis autem non fecit pactum, quia tantum paratus eſt retribuere, quantum mercenarij recipere non ſperabant. F

*A nouiſſi-*

## NICOLAVS DE LYRA, CAP. XX.

Simile eſt. Hic conſequenter Saluator docet virtutes prælatorū. In prelatis aūt præ cęteris virtutibus debēt eſſe quatuor. ſ. feruor ad continue laborandū in agro dominico, vigor ad ſe martyrio exponendū pro grege ſibi cōmiſſo, humilitatis tenor etiā in ſtatu alto, pietatis dulcor continue ſubditis benefaciendo, primū tangitur in prima parte c. ſecūdi ibi. *Et aſcendens Ieſus*, tertium, *Tunc acceſſit ad eum.* quartū. *Et egredientibus illis.* primum oſtendit in parabola illorū qui vocati ſunt ad operandū in vinea à mane vſque ad veſperam. Ex quo patet q; prælati debent continue laborare per doctrinam in eccleſia, debent etiam operari ibidē ſine inuidia & mutua ęmulatione, quod patet per hoc quia laborantes murmurantes hic reprehendunt, propter quod Nu. 11. dicit quod cū Ioſue diceret Moyſi, vt prohiberet Heldad & Medad prophetantes in caſtris, Moyſes redarguit ipſum dicens. *Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det dominus eis ſpiritum ſuum?* Igitur circa hoc duo tanguntur. Primum eſt vocatio ad laboris exercitium. Secundum ad recipiendū præmiū ibi. Cum ſero factum eſſet, Circa primum ergo dicitur. *Simile eſt re.* id eſt, ſtatus eccleſiæ militantis. (In prælatis debent eſſe quatuor.)

2 *Homini.* Iſte eſt Deus pater, qui ita gubernat totum mundum ſicut paterfamilias ſubditos in domo.

3 *Qui exijt.* Iſte exitus non eſt per loci mutationem, ſed per ſuæ bonitatis diffuſionem in creatura ſubiecta. Vinea iſta eſt vniuerſalis eccleſia, quæ à primo iuſto colligitur vſque ad vltimum, qui in fine mundi naſciturus eſt, vt dicit Greg. Operarii autem ſunt doctores & prælati à Deo miſſi ad culturam huius vineæ per prædicationem & doctrinam. Primo ergo mane Deus pater operarios conduxit, quia à principio mundi vſq; ad Noe aliquos ſanctos, patres ad eruditionem hominum miſit, videlicet Adam Seth & Enoch, & alios iuſtos.

4 *Conuentio.* Conuentio iſta eſt promiſſio vitæ æternæ pro labore. Quæ quidē vita æterna dr̄ denarius diurnus, qui eſt æqualis omnibus, quia vita æterna erit æqualis omnibus à parte finis.

5 *Et egreſ.* Hora tertia intelligitur mundi diſcurſus à tempore Noe vſque ad Abraham, in quo aliqui ſancti ad eruditionem aliorum miſſi ſunt à Deo, vt Noe, Sem, Heber, Thare & Abraham, & conſimiles.

6 *Iterum.* Hora ſexta fuit ab Abraham vſque ad Moyſen, in qua miſſi ſunt Abraham, Iſaac, & Iacob, & 12. Patriarc. Hora nona à Moyſe vſq; ad Chriſtum, videlicet tempore legis, in quo ad eruditionem populi miſſi ſunt Moyſes & Aaron, Ioſue, iudices, reges, prophetæ, & ſacerdotes.

*Circa*

## MORALITER.

1 *Simile eſt.* Parabolā iſtā de laborantibus in vinea patriſfamilias, alias expoſui literaliter & moraliter, prout cōpetit cōmunitati fidelium. Nunc autem eam exponam prout cōſpicit cōmunitatem religioſorū, quia religio vinea ſpiritualis eſt dn̄i, ad quam veniunt aliqui in pueritia quaſi in mane, aliqui in iuuentute quaſi hora tertia, & aliqui in ætate virili tanquā hora ſexta, & aliqui in ſenectute tāquam hora nona & aliqui in ſenio tanquam hora vndecima. Dominus autem vineæ Chriſtus eſt, procurator autem eius præſidens illi religioni, qui aliquando tantum vel plus honoris vel recreationis facit vltimo venientibus propter compaſſionem vel perſonarum reuerentiam ſeu aliam rationabilem cauſam, quantum primo venientibus. Et aliquando contingit quod primo venientes accipiunt inde occaſionem murmurandi licet iniuſte, propter quod merito arguuntur à domino.

MORA-

a Ab Abraham vſque ad Moyſem.
bo vobis. Illi autem abierunt. Iterũ autem exiit circa ſextam
a A Moyſe uſque ad aduentum domini. b Ab aduentu domini vſque ad finem mundi. c Per ſeipſum apparuit, qui prius per patres innotuit.
& nonã horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero * e- 1
a Gentilem populum a bono opere torpentem.
xiit & inuenit alios ſtantes, * & dixit illis. Quid hic ſtatis tota 2
a Omni tempore pro ſalute laborare negligitis. b Vias vitæ nemo nobis prædicauit.
die ocioſi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite 3
Cum finis mundi uel cuiuslibet ueniſſet. 4
& vos in vineam meam. * Cum ſero autem factum eſſet, dicit 5
Pater. a Filio cui omnia dedit in manus b Statue ante tribunal tuum. 6
dominus vineæ procuratori ſuo. Voca operarios, & redde il- 7
a Vnicuique ſecundum opera ſua prout geſsit. 8
lis mercedem, incipiens a nouiſſimis vſque ad primos. Cum 9
a Gentiles, uel qui decrepiti ſunt vocati.
veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acce- 10 11
a Eandem æternitatem cum his qui ab initio mundi uocati ſunt. Ideſt, Iudæi.
perunt † ſingulos denarios. Venientes autem & primi, 12
a Digniorem locum in regno, qui prius in tabernaculo.
arbitrati ſunt, quod plus eſſent accepturi, acceperunt 13
a Conformitatem claritatis corporis Chriſti. 14
autem & ipſi † ſingulos denarios. Et accipientes murmu- 15
rabant aduerſus patremfamilias, dicentes. Hi nouiſſimi

a *A nouiſſimis vſq;*. Quia qui in aduentu dñi vocati ſunt ad regnum, ſine aliqua tarditate perueniunt, æquales his qui ab initio mundi cęperunt, omnes quidem idem cęlũ, ſed ſtella differt a ſtella in claritate. A nouiſſimis incępit, dum prius latronē quam Petrum in paradiſum introduxit. Quia prius aliquando remunerantur ſero venientes quia prius de corpore exeunt, quam qui in pueritia vocati ſunt.

b *Et accipientes.* Quia antiqui patres in infernum deſcēdentes a gloria dilati ſunt, quaſi ergo poſt murmurationē denarium accipiũt, qui poſt longa inferni tempora ad gaudia peruenerunt. *Et accipientes.* Hi ſunt qui in initio naſcentis eccleſiæ vocatis ex gentibus ſe præponebant, quaſi populus Dei ab initio mundi, & illi canes qui pondus obſeruationum portabāt. Sed qui non venit ſuperbos vocare iuſtos, ſed humiles pęnitentes, cui magis placet humilis confeſsio malorum quam ſuperba gloriatio bonorũ, ſubdit. *Amice non facio tibi iniuriam.* Non dolēt quaſi fraudati ſua mercede, ſed (ritu inuidorũ) quod illi plus quã merentur, acipiunt, & non tam ipſi plus accipere, quam alios nihil vel minus accipere deſiderant, quaſi alterius conſortio ſibi præmium minuatur.

c *Murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes. Hi nouiſſimi vna, &c.* Quæritur, quomodo accipientes murmuraſſe dicantur, cũm in illa beatitudine omnis inuidia & murmuratio prorſus remouēda ſit? Sed hic eſt mos diuinę ſcripturę, vt cũ de multis in collectione agat, quæ dã tantum quibuſdam de illa collectione, & non toti collectioni tribuat, Iuxta illud Prophetæ. *Eduxit eos cum au.& ag.* Et inde. *Et induxit eos in mo.* cum tamen illi q̃ de Aegypto exierunt, omnes præter Caleph & Ioſue propter incredulitatem ſuam in deſerto perierunt, quorum filij in montem ſanctificationis ĩductis sũt. Ita ergo & de primis accipientibus quidam & non omnes murmurant, qui tamē poſt accipiũt, Sicut ſæpe contingit quod multi domino per longa tempora ſeruierunt, alii autem mox in principio ſuæ conuerſionis martyrio vel aliquo modo ad denarium recipiendum tranſlati ſunt. Quod audientes qui diu laborauerũt, ſcilicet quod alii ſtatim ad pręmium transferunt, ipſi autem tanto tēpore in labore detinentur, de dilatione præmii quaſi murmurare videntur. Poteſt etiam dici de malis qui in principio quidem boni fuerunt, ſed bonum quod incępęrunt, ad finē non perduxerunt. Vnde, non illi qui denarium acceperunt, ſed iſti, qui in bonitate non perſtiterunt, pręmio priuati murmurant, quia denario carebant, qui in principio boni ꝑ quo etiam principio cum primis accipientibus connumerantur, ſe promeruiſſe crediderant.

Pſal. 104. d. Ibid. 77. f.

* horam:

*Et quod[illegible] que fuerit [illegible] ſtũ accipi[illegible]

Chry.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Circa vndecim. vero exiit. *Vndecima hora intelligitur a tempore Chriſti vſque ad finem mundi, in quo gentiles vocati ſunt per prædicationem apoſtolorum & aliorum eccleſiæ doctorum, & propter hoc dicitur hic.*

2 Quid hic ſta. &c. *Quia qui a principio mundi vſque tunc laborare in bonis moribus neglexerant, quaſi tota die ocioſi ſtabant.*

3 Dicunt ei. *Ideſt, nullus doctor, nullus propheta ad nos inſtruendum venit, quia lex & prophetæ filiis Iſrael dati fuerunt, vt illi ſpeciali ſanctitate fulgerent, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem erat naſciturus.*

4 Ite & vos in vineam meam. *Interponitur hæc coniunctio copulatiua, quia gentiles Iudæis adiuncti ſunt vt vna eccleſia ex ambobus fieret.*

5 Cum ſero autem factum eſſet. *Hic deſcribitur vocatio ad recipiendum præmium. Sero autem ab aliquibus hic dicitur finis mundi, in quo vocabuntur iuſti ad receptionem præmii, vt habetur inf. 25. ca.* Venite benedicti pa. mei. &c. *Sed illud quod ſequitur videtur contradicere, quod aliqui accipientes præmium murmurabant aduerſus patremfamilias, quia nullus in fine mundi præmium æternum recepturus murmurabit contra Deum, ſed erit ſuo præmio contentus. Ad quod reſpondet beatus Greg. quod iſta murmuratio non eſt aliud quam dilatio præmii quam ſuſtinuerunt patres ſancti in limbo vſque ad paſſionem Chriſti, ſed hæc reſponſio non videtur conueniens, quia murmuratores hic dicuntur nequam, quod non poteſt dici de ſanctis patribus in limbo exiſtentibus, & in fine parabolæ concluditur.* Multi ſunt vocati, pauci vero electi. *Ex quo patet, quod iſta parabola non ſolũ extendit ſe ad electos, cuiuſmodi ſunt illi qui in fine mundi recipient præmium. Et ideo dicendum, quod ſero hic accipitur pro tempore gratiæ, quod incępit a Chriſto, vnde Ioan. 1. b dicitur.* Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *& ideo cũ dicitur.* Cum ſero autem fa. eſſet. *ideſt, cum tempus gratiæ aduenisſet.*

6 Dicit dominus. *Ideſt, Deus Pater.*

7 Procuratori ſuo. *Ideſt, homini Chriſto, qui miſſus eſt ad procurationem ſalutis humanæ.*

8 Voca ope. *Illa merces bene intelligitur gratia, quia eſt quædam inchoatio gloriæ, cum gloria non ſit aliud quam gratia conſummata.*

9 Incipiens. *Quia in primitiua eccleſia gratia Chriſti data eſt gentilibus qui vltimo venerant ad fidem, Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

10 Cum veniſſent. *Ideſt, gentiles.*

11 Accepe. ſin. *Ideſt, donum gratiæ quæ eſt quædam inchoatio & arra gloriæ.*

12 Venientes autem & pri. *Ideſt, Iudæi qui a principio legis datæ Deo ſeruierant.*

13 Arbitrati ſunt. *Quia in primitiua eccleſia credebant, quod plus deberent habere de Chriſti gratia vnde reputabant gentiles indignos gratia Dei, ſecũdum quod dicitur Act. 10. vbi Petrus vidit linteũ ſubmiſſum de cœlo, in quo erant animalia quadrupedia & ſerpentia & volatilia & immunda ſecundum legem. Et dictum eſt Petro.* Occide & manduca. *in quo ſignabatur incorporatio gentilium intra eccleſiã per fidem & gratiam, ſicut patet ex litera conſequenti, quia a Deo miſſus eſt Petrus ad prædicandum Cornelio Centurioni & aliys gentilibus, propter quod Petro abominationem habente de manducatione immundorum ſecundum legem, in quo ſignabatur (vt dictũ eſt) vocatio gentiliũ ad fidem, dictum eſt ſibi a deo.* Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. *Et inf. eo. c. dixit Petrus Cornelio & amicis ſuis.* Vos ſcitis quoniam abominatio ſit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenã, ſed mihi oſtēdit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem.

14 Acceperunt. *Ideſt, cõſimilem gratiam, ſicut & gentiles, & nõ maiorem, vnde Act. 10. dicitur, quod prædicante Petro cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbũ videlicet ſuper Corneliũ & amicos eius, quia vt ibidē dicitur.* Receperunt ſpiritum ſanctũ in ſigno viſibili, & donum linguarum. *ſicut receperant apoſtoli & alij diſcipuli qui erant Iudæi in die Pentecoſtes.*

15 Et acci. &c. *Quia ad literam in primitiua eccleſia cõuerſi Iudæi murmurauerunt de hoc, quod conſimilis gratia fiebat gentibus ſicut & ipſis, vnde Act. 11. dicitur, quod cũ Petrus rediſſet in Ieruſalē baptizato Cornelio & amicis eius diſceptabãt aduerſus illũ qui erat ex circũciſione dicentes. Quare communicaſti cum illis, qui habent præputium, manducaſti cũ illis. Et ibid. 6. a. dicitur.* In diebus illis creſcēte numero diſcipulorũ, factũ eſt murmur Græcorũ aduerſus Hebræos, eo ꝙ deſpicerēt in miniſterio quotidiano viduę eorũ.

A ✠ Chryſoſtomus. Non autem oportet ea quæ in parabolis ſunt ſecundum totum quod dicitur inueſtigare, ſed intentionem propter quam compoſita eſt intelligere & nihil vltra ſcrutari. Non ergo induxit hoc, vt oſtendat aliquos eſſe inuidia morſos, ſed vt oſtendat hos tanto potitos honore, quod & inuidiam aliis poterant generare.

Hom.65.in Matth.

* Idem. Non autē dolebant, quaſi defraudati de mercede ſua, ſed quia illi amplius quam meruerant, acceperant. Sic enim dolent inuidi, quando alteri aliquid additur, quaſi eis ſubtrahatur, ex quo patet quod ex vana gloria naſcitur inuidia. Iō.n. dolet eſſe ſecundus, quia deſiderat eſſe prior.

Hom.34 operis imp. † ſtlum — * in iis quę mea ſunt — † Luc.16.a.

a Huic nouiſſimo. B ✠ Orige. Forſitan autem Adæ dicit, Amice nō facio tibi iniuriam, nonne ex denario cōueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade. Tuū eſt ſalus, quod eſt denarius, *Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi*. Non incredibiliter poteſt quis arbitrari hunc nouiſsimum eſſe D. Paulum, qui vna hora operatus eſt, & ſimiliter omnes qui ante eum fuerunt.

Tract.10. in Matth.

b *Aut non licet*. Stulta quæſtio contra bonitatē Dei. Quęrēdum eſſet, Non ſi daret quod non deberet, ſed ſi non quod deberet.

a Ideſt, qui diu ſub onere legis ſudauimus, & longiora carnis tentamenta ſuſtinuimus.
vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portaui-
a Carnis. b Quia par erat hominibus murmurandi ratio. Primæ horę operario.
mus pondus diei & † æſtus? At ille reſpondens uni eorum di-
Reddo quod debeo. a Non enim promiſi tibi niſi conformitatem in meam.
xit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conue-
a Reddo tibi ſecundum opus tuum, in te itaque iuſtus ſum.
b Gratia eſt & miſericordia vt coæqualis & concorporalis tibi fiat populus Gentilis.
niſti mecum? Tolle quod tuum eſt & vade. Volo autem &
a Nonne eſt poteſtas iudicis, vel iuſtitiam facere, vel miſericordiam cui vult impendere.
huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. † Aut non licet mihi quod
a Intentio qua ad primatum niteris. b Inuidia plenus, cui mea non placet benignitas. c Sicut oſtenſum eſt.
volo facere? * An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus
a Gentiles, vel qui maioris videntur meriti, ſunt minoris, & e conuerſo.
Iudæi. Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.
ſum? † Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. † Mul-
Ad fidem. a Ad regnum. b Secundum ſitum loci.
ti enim ſunt vocati, pauci vero electi. Et aſcendens
Ieſus Ieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos

c *An oculus tuus, &c.* Vere Iudęi prauā intentionem habuerūt qui prohibuerūt Apoſtolos gentib. loqui, vt ſaluę fierēt.
d *Sic erunt nouiſſimi primi*. Auguſtinus. Ideſt, Iudæi de capite vertentur in caudam, gentes de cauda in caput. Vñ Moyſes in Deuteron. *Aduena qui tecum moratur, aſcendet ſuper te. ille erit in caput, & tu eris in caudam*. Sed tamē nec oēs primi nec omnes nouiſſimi ad numerum electorū pertinent.

D

* Chryſoſtomus. Aut ideo primos dicit eſſe nouiſſimos, & nouiſſimos primos, non vt nouiſſimi digniores ſint quam primi, ſed vt coæquētur, & nulla ſit inter eos differentia temporis cauſæ. Quod autem dicit, *multi vocati, &c.* non ad ſuperiores ſanctos pertinet, ſed ad gentes, quoniam ex ipſis gentibus qui multi vocati ſunt, pauci ſunt eligendi.

Hom. 34 operis imp. — † A — † Ma — E

✠ Idem. Quod autem non omnes ſimul conduxit, ſed alios mane, alios hora tertia, & ſic de aliis ex differentia mentis eorum proceſsit. Tunc.n. eos vocauit, quando erant obedituri. Nam & latronem vocauit, quando obediturus erat. Cōpoſita eſt ergo hęc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima ſenectute conuertuntur, ne exiſtimarent ſe minus aliquid habituros.

Hom. Mat.

C — An — Ecce — F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 At ille re. *Per diuinam reuelationem apoſtolis factam.*

2 Vni, eo. di. *Sicut autem aliquando accipitur numerus indeterminatus pro determinato, ita etiam aliquando ſumitur vnitas pro numero. ſicut ſupra dictum eſt, quod Petrus loquebatur pro omnibus apoſtolis, ita ſimiliter quod hic dicitur vni, intelligitur eſſe dictum multitudini eorum, qui de gratia data gentibus murmurabant ſeu admirabantur, & hoc factum eſt Act. 11. vbi Petrus rationem reddidit Iudæis murmurantibus de hoc, quod baptizauerat Cornelium, dicens quod ex diuina reuelatione fecerat, & quia viderat ſpiritum ſanctum deſcendentem ſuper Gentiles ſicut ſuper Iudęos, vt habetur ibidem. Sequitur.*

3 Amice non facio tibi iniuriam. *Quia iniuria non habet locū vbi eſt mera gratia, & ideo ſi det gratiam cuicunque voluerit, non faciet alicui iniuriam.*

4 Nonne ex denario, &c. *Quia ad hoc aliquis venit ad fidem, vt habeat gratiam in præſenti, & gloriam in futuro.*

5 Tolle quod tuum eſt & vade. *Ideſt, gratiam quam meruiſti credendo legi & prophetis de Chriſto, quia licet prima gratia nō cadat ſub merito, augmentum tamen gratiæ cadit ſub merito, quod quidem augmentum datum eſt Iudæis credentibus in Chriſtum.*

6 Volo autem & huic nouiſsimo dare, ſicut & tibi. *Ideſt, gētili vocato immediate ab idololatria, ſicut Iudæo vocato a legis obſeruantia.*

7 Aut non licet. *Quaſi diceret, Sic, quia Dei voluntas nullo modo poteſt eſſe diſtorta.*

8 An oculus tuus nequam, &c. *Quia talis inuidia & iudicium procedebat ex humano defectu.*

9 Quia ego bonus ſum. *Per eſſentiam, & ideo non poſſum male agere.*

10 Sic erunt nouiſsimi primi, &c. *Quia gentiles qui a Iudæis erant quaſi viles reputati, ſunt conuerſi deuote ad fidem Chriſti.*

11 Et primi nouiſsimi. *Quia Iudæi qui fuerant populus peculiaris ipſius Dei, propter infidelitatem ſunt ab eo deiecti, & hoc eſt quod ſubdit.*

12 Multi enim ſunt vocati. *Ad fidem Chriſti per legem & prophetas.*

13 Pauci vero electi. *Quia pauci de Iudæis comparatiue crediderant in Chriſtum, & de credentibus multi reuerſi ſunt ab eccleſia, & adhuc reuertuntur ad vomitum.*

Moraliter. *autem poteſt exponi parabola iſta de vocatis ad gratiā ſecundum diuerſas ætates. Ita quod hora prima, ſignat pueritiam, hora tertia, iuuentutem, quia ſicut tunc ſol incipit aſcendere & calorē oſtendere, ſic in iuuentute calor naturalis in homine. Hora ſexta ætatem virilem, quia tunc homo eſt in ſtatu perfecto. ſicut ſol in cæli medio. Hora nona ſenectutem, in qua calor naturalis incipit, in homine refrigeſcere. Vndecima vero, ſignat ſenium, quia tunc homo eſt prope mortis occaſum. Vocantur ergo operarij omnibus iſtis horis, quia aliqui vocantur ad fidem per gratiam operantem in pueritia, alij in iuuentute & ſic de aliis ætatibus, & omnes habent denarium diuinum, quia quamtumcunque homo tarde ad gratiam vocetur, dum tamen in ea perſeueret, habet gloriam æternam. Contingit etiam quandoque, quod ille qui vocatur in ſenectute, conſequitur tantam gratiam & gloriam a Deo, ſicut ille qui in iuuentutē vocatur, tum ex diuina liberalitate, tum ex ipſius vocati feruenti voluntate & operatione.*

14 Et aſcendens. *Hic ſaluator oſtendit quod in prælatis debet eſſe uigor ad tolerandum martyrium, ſi neceſſe ſit pro grege ſibi commiſſo, & hoc docet per exemplum ſui, qui voluntarie venit in Ieruſalem ad ſuſtinendum mortem pro ſalutę mundi, vnde beatus Gregorius exponēs illud Ioannis. 10. b.* Ego ſum paſtor bonus & animam meam pono pro ouibus meis, *dicit de ſe & aliis prælatis. In hoc oſtenſa eſt uobis via quā ſequamur. Et hoc eſt quod dicit hic.* Et aſcendens. *Quæ reſpectu totius terræ promiſſionis eſt in alto ſita, & propter hoc venientes illuc ab aliis partibus ibant aſcendendo.*

15 Aſſumpſit duodecim. *Et hoc duplici de cauſa. Vna eſt, quia ſecretum myſterium ſuæ paſſionis futurum volebat apoſtolis cōmuniter præ aliis reuelare, ne videntes eum poſtea mori ignominioſe ſcandalizarentur. Secunda eſt quia ſecreta myſteria ſunt tantum maioribus reuelanda & detegenda, cuiuſmodi erant apoſtoli, ſequitur.*

Multi — Et

## MORALITER.

13 *Et Aſcendens, &c.* Hieronymus. Dominus crebro de paſsione ſua diſcipulis ante prædixit, ne enim veniret perſecutio & crucis ignominia, ſcandalizarentur.

Et

a *Ecce aſcendimus,&c.* Hieron. Hoc ſępe eis dixerat, ſed quia
A multis interpoſitis poterat labi de memoria, iturus de Ieruſalē & apoſtolos ſecū ducturus, ad tentationem eos parat; ne de ignominia crucis ſcandalizentur, & paſsionis pęnā & reſurrectionis gloriam prædicit, vt cum morientem viderint reſurrecturum non dubitent.

* Chryſoſt. Omnis ſalus hominum in Chriſti morte poſita eſt, nec eſt aliqd propter qđ magis gratias agere debeamus Deo, quam ꝓpter mortem ipſiꝰ. Ideo duodecim Apoſtolis in ſecreto mortis ſuæ annunciauit myſterium, quia ſemper pretio-
B ſior theſaurus in melioribus vaſis includitur. Si autem alij audiuiſſent paſſionē Chriſti futurā, viri forſitan turbarentur propter infirmitatē fidei, & mulieres propter mollitiem ſuæ naturæ, ex qua in tali negotio ad lachrimas excitantur.

b *Ad illu.&c.* Ideo dominus in mundo noluit proſperari ſed grauia pati vt oſtenderet nos qui per delectationem cecidimus, cum qua amaritudine redire debeamus.

c *Tunc acceſſit ad.* Audita reſurrectione putauit eū illico (immemor ſecūdi aduentus) regnaturum, & auiditate fęminea pręſentia cupit immemor futurorum.

* Chryſoſtomus. Videbant ſeipſos honoratos præ alijs &
C audierunt quod ſupra duodecim thronos ſedebitis, vnde primatum ipſius cathedræ petebant accipere, timebāt vero ſibi pręferri Petrum. Vnde & alius euangeliſta dicit, ꝙ quia D
prope erant Ieruſalem, putabant quod regnum Dei eſſet in ianuis ideſt aliquid ſenſibile.

d *Dic vt.* Bonū deſiderium ſed inconſiderata petitio. Et iō non voluntas non propoſitum culpatur, ſed ignorantia, & ſi impetrare non, debet ſimplicitas, non meretur confundi.

e *Neſcitis.* Qui ſedem gloriæ petitis vel quęritis, quā nōdum meruiſtis, delectat culmen honoris quos nondum exercuit via laboris.

* Chryſoſ. Contulit ſe diabolus ad conſueta arma mulierū: vt ſicut Adā per mulierem ſpoliauit, ita iſtos ſepararet per matrem, ſed iam nō poterat per mulierem perditio introire in ſāctos ex quo de muliere ſalus cunctorū proceſſit. — Hom.35 operis imperf.

E

f *Poteſtis.* Et hec ſciebat, quod eius paſſionē poterant imitari, Sed hoc dicit, vt eo interrogante, & illis reſpondentibus, omnes audiamus, quia nemo poteſt cum Chriſto regnare, niſi paſſionem eius ſit imitatus.

* Chryſt. *Poteſtis bibere.* Q.d. Vos mihi de honore & coronis loquimini, ego aūt de oneribus vobis & ſudoribus. non .n. hoc eſt pręmiorū tēpus. E modo aūt interrogationē eos attrahit. Non .n. dixit poteſtis infundere ſanguinem veſtrū ſed, *poteſtis bibere calicem.* deinde addit. *quem ego bibiturus ſum.* — Hom.66 in Math.

g *Cal.* Vt Iacob ab Herode trucidatus, & Ioānes i feruētis olei doliū miſſus, & ī Pathmos relegatus, aio nō defuit martyriū. — Act.10.a.

h *Non eſt meum dare.* Hoc eſt regnū cęlorum non eſt dantis F
ſed

a † ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & fi- 1
¶ A iuda.
lius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & 2
¶ Iudæi. a Pilato & miniſtris Romanorum 3
condemnabunt eum morte & tradent eum gentibus ad il- 4
a Aue rex Iudæorum. b Vt iam cito reſurrectio euacuet ſcandalum crucis.
b ludendum & flagellandum & crucifigendum, & tertia die 5
c reſurget, † Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi 6
cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: 7 8
a Non de ignorantia, ſed vt illa palam proferat. & ipſa ſit occaſio docendi. 9
d Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dex- 10
teram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo: Reſpondens 11
a Matre petente, filijs reſpondet quorum voluntate illa petierat. b Quid ante humilitatem paſſionis vultis exaltari? 12
e f autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis, Poteſtis bibere 13
a Inexpertis leuius uidetur, quod experti timuiſſent.
† calicem quem ego † bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſ- 14
g ſumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, ſedere 15
h autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram non eſt meum 16

† bibo. *aut baptiſmate quo ego baptizor, baptizari.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis. *i. legiſperitis, quia eis per Iudam fuit traditus & venditus.*

2 Et condemnabunt eum morte. *Quia ipſi iudicauerunt eum eſſe reum mortis, licet non haberent poteſtatem interficiendi, quia iudicium ſanguinis erat eis ablatum a Romanis, qui dominabantur eis, & ideo ſequitur.*

3 Et tradent eum gentibus. *Videlicet Pilato præſidi & ſuis militibus, ad perficiendum illud quod non poterant, videlicet Chriſti mortem, & hoc eſt quod ſubditur.*

4 Ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum. *Iſta enim tria inflicta ſunt Chriſto per ordinem, vt videbitur infra.*

5 Tertia die reſurget. *Hoc autem ſubdit Chriſtus, ne apoſtoli eius morte audita abſorberentur præ triſtitia.*

6 Tunc. *Hic oſtendit tertio, quod in prælatis debet eſſe tenor humilitatis, quia non debent appetere præeſſe. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huius documēti occaſio: ſecundo, ſubiungitur humilitatis inſtructio, ibi:* Ieſus autem vocauit eos. *Circa primū aduertendum, quod Iudæi æſtimabāt Chriſtum per prophetas promiſſum regnaturum temporaliter in Ieruſalem, quia ſcripturas de regno Chriſti carnaliter intelligebant, & ideo regnum ablatum eis per Romanos credebant ſibi reſtituendum per Chriſtum, propter quod apoſtoli dicebant Chriſto. Act.1.a. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael, & hoc modo Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, & mater eorum audientes Chriſtum poſt mortem tertia die reſurrecturum crediderunt ipſum immediatè poſt reſurrectionem regnaturum in Ieruſalem temporaliter & ideo cupientes ei eſſe collaterales præ cæteris, quia erant eius cognati germani, informauerunt matrem ſuam de petitione ſequenti: & hoc eſt quod dicitur hic:* Tunc. *Ideſt, audita reſurrectione Chriſti futura.*

7 Acceſſit ad eum. *Ideſt, ad Chriſtum.*

8 Mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis. *Conſciis de petitione matris.*

9 Adorans & petens aliquid ab eo. *Non petijt primo in ſpeciali & determinatè, ſed tantum in generali, vt concesſione facta in generali primo, minus poſſet poſtea ſibi denegari in ſpeciali.*

10 Qui dixit ei: Quid vis? *Non petit, vt inſcius, ſed vt petitio ſua poſtea conuenientius oſtendatur irrationabilis.*

11 Ait illi: Dic vt &c. *Ideſt, ſint tibi collaterales, & maiores in regno tuo poſt te. Quod quidem regnum credebant temporale, vt dictum eſt: nec mirū, ſi talia apoſtoli credebāt, & appetebāt, qui adhuc carnales erant & nondum illuminati perfectè, nec confirmati per gratiam ſpiritus ſancti.*

12 Reſpondens au Ie. di. &c. *Reſpondet filiis, & non matri, quia ſciebat ipſam eſſe miſſam a filiis, & informatam de petitione facienda pro eis.*

13 Poteſtis bibere ca. quem &c. *Ideſt, ſuſtinere mortem ignominioſam & crudelem quam ego paſſurus ſum: & per quam debeo venire ad regnum non temporale, vt creditis, ſed æternum,*

14 Dicunt ei: poſ. *Loquuntur ſicut inexperti propriæ fragilitatis, Quod patuit per effectum, quia in paſſione Chriſti fugerunt præ timore mortis.*

15 Ait illis: Calicem, &c. *Quia Iacobus propter Chriſtum ab Herode eſt occiſus, vt habetur Act.12. & Ioannes in dolium feruētis olei propter Chriſtum miſſus eſt: & ſic patet, quod habuit promptā voluntatem moriendi propter Chriſtum. Fuit etiam miſſus in exilium propter ipſum. Exilium autem quædam mors eſt ciuilis.*

16 Sedere autem &c. dare vobis. *In illo ſupple ſtatu in quo eſtis, ideſt, nondum humiliatis, & adhuc carnalibus.*

Sed

MORALITER.

5 *Et tertia die re.* Chryſo. Quod quidem huius gratia dicit, vt cum viderent triſtia, reſurrectionem expectarent.

6 *Tunc ac. ad eum, &c.* Per iſtos qui per matrem petierunt a Chrō præ cęteris diſcipulis alijs honorari, eo quod erāt eius conſanguinei, ſignificantur ambitioſi, qui habentes prælatum conſanguineum volunt per hoc in eccleſia præ cęteris promoueri, quibus bene reſpondetur: *Neſcitis quid petatis.* Nā honores eccleſiæ nō ſunt diſpenſandi ex propinquitate ſanguinis, ſed ex idoneitate perſonarum ratione ſcientiæ & virtutis, ideo ſubditur.

13 *Poteſtis bibere.* i. ſuſtinere martyrium propter Deum.

Et

A ſed accipietis. *Non enim perſonarum acceptio eſt apud Deum.* Sed quicunq; dignus eſt accipit, q, non paratum perſonæ eſt ſed vitę. Si itaq; tales eſtis qui conſequamini, quod victorib. pater parauit accipietis. Vel, nō eſt meum dare ſuperbię quod adhuc eſtis, ſed alijs quibus paratū eſt. Ergo & vos nolite eſſe quod eſtis, ſed eſtote alij, id eſt, humiliamini qui iam vultis exaltari, & eſt paratum vobis.

Act,10.e.

a *Et audientes de.* Vt illi carnaliter petierunt eſſe ſuper omnes, ſic & iſti carnaliter cōtriſtati ſūt eſſe aliquem ante ſe.

b *Scitis.* Ac ſi dicat Vos more ſeculariū petitis, per prælationem venire vultis ad requiem vel regni poſſeſſionem. *Scitis quia prin.gē.* Humilis & mitis magiſter nec immodicæ cupiditatis duos arguit nec decem indignationis & liuoris, ſed conuenienti exemplo docet eos fruſtra immoderata quæſiſſe, aut iſtos ſuper eorum deſiderio doluiſſe, cum ad ſumma non potētia ſed humilitate veniatur.

† Mar.22.c. Luc.22.c. † earum. † eas. † erit. † vt ſibi miniſtraretur. B † Mar.10.g. Luc.18.f. † Mar.10.g. Luc.18.f.

pueris manus imponētē, & diſcipulis pedes lauantem, vt ipſi ſimiliter faciāt fratribus. Nos autem tales ſumus, vt etiam principum mundi excedere videamur ſuperbiam. D

d *Egredientibus, &c.* Myſtice. Chriſto de præſentis vitę defectu ad cœlos redeunte, & omnibus electis iam cœlum cum eo ingredientibus cœpit vterque populus diu perfidia cæcus ſpem ſalutis & illuminationis habere viſum, & deſideranter quærere.

Niſi ab Ieruſalem deſcendiſſet in Iericho, populus vſq; hodie in tenebris ſederet, ſed ideo deſcendit, vt multos ſecum traheret.

e *Et ecce duo cæci.* De iſtis vnum commemorat Marcus, quia fuerat in illa ciuitate famoſiſſimus qui ex magna felicitate eiect⁹ notiſſ nę erat miſerię. Cęcus nempe & mēdicus vn̄ & nomen eius memorat, & nomen patris eius Barthime⁹ Thimei filius, quod in alijs nō facile occurrit, niſi in Iairo, qui & in illo loco nobilis fuit. Famoſitas autem illuminati, magnam famam miraculo con parauit.

E

¶Nondum humilitatis.

a dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Et audien- 1
a Non matri, quam ipſi miſerant ad grandia petenda, ignorantes menſuram ſuam immodica cupiditate exarſerunt. 2
tes decem indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus autem 3
b vocauit ad ſe, & ait: † Scitis quia principes gentium domi- 4
nantur † eorum, & qui † maiores ſunt, poteſtatem exercent 5
a Cum econtra ad ſummam uirtutum ueniatur, non imperando, ſed miniſtrando.
in † eos. Non ita erit inter vos: † Sed quicumq; voluerit inter †6
a Non primatum ambiendo, ſed humiliter deuitando.
vos maior fieri, ᵃ ſit veſter miniſter, & q voluerit inter vos pri
a Quod charitas non conditio exigit. b Exemplum ponit, ut ſi uerbis non credunt erubeſcant ad opera.
c mus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit
a Non tantum prædicando uel miraculis admonendo ſed animam quam pro nobis accepit impendendo.
† miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptio-
a Non omnibus, ſed prædeſtinatis. b Poſt reſurrectionem gentes credunt in eum.
c Luna & ſignificat defectum noſtræ immortalitatis. 7
d nem pro multis, † Et egredientibus illis ab Iericho, ſequuta 8
a Vterque populus ſine Chriſto cæcus. b Iam uoto Chriſtum cognoſcere cupientes, aduentus eius præconia audierunt. 9
e eſt eum turba multa. † Et ecce duo cęci ſedentes ſecus viam 10
a Magno deſiderio illuminari poſtulauerunt, confeſsi Dauid filium.
b Quem Deum credimus, filium hominis factum.
audierūt quia Ieſus tranſiret, & clamauerunt dicentes. † Do-
a Carnalia deſideria uel perſequutiones obſtabant. 11
f mine miſerere noſtri fili Dauid. Turba aūt increpabat eos vt
a Orando pulſando inſiſtebant donec ſtrepitum turbæ uincerent. b Quia fides incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat. 12
tacerēt. At illi magis clamabāt, dicētes: Domine miſerere no 13

* Orig. *Reges gentium &c.* i. non contenti tantum regere ſubditos, ſed violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem qui eſtis mei, non erunt hæc, quoniam ſicut omnia carnalia in neceſſitate ſunt poſita, ſpiritualia autem in voluntate, ſic & qui principes ſunt ſpirituales, principatus eorum in dilectione debet eſſe poſitus, non in timore corporali.

tractatu.22. in Matth.

c *Non ve.mi.* ✠ Orig. Nā etſi Angeli & Martha miniſtrarūt ei, tñ nō iō venit vt miniſtret, ſed vt miniſtret, & tñ creuit miniſtrans, vt impleretur quod ſequitur, *Et daret animam ſuam in redemptionem, &c.* Eccleſiarum ergo principes imitari debent Chriſtum, acceſſibilem, & mulieribus loquentem, & pueris

vbi ſupra.

C

Venēs Iericho vnum illuminat quod Lucas ait, quia morti propinquās lumē euangelij prędicauit Iudæis, exiēs duos quia poſt reſurrectioné, Iudæis & gentib. De quibus Marcus vnum ponit, qui gentibus ſcribit.

f *Turba autem.* * Chryſoſt. Videbant enim ſordidas veſtes, & non conſiderabant conſcientiæ claritatem. Ecce fatuis ſapientia hominū, exiſtimabant enim iniuriam pati magnos, ſi a pauperibus non orentur.

✠ Origen. Vel ſilentium non cauſa honoris exigunt, ſed quod acerbe a cæcis audiebant quod negabant, ſcilicet, Domi-

Luc. Hom. tract. Mat. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed quibus pa. *i. vere humilibus & ſpiritualia ſapientibus.*
2 Et audien.de. *Scilicet, alij apoſtoli.*
3 Indignati ſunt, &c. *Aliquid humanū paſſi, quia adhuc erant carnales ſicut & illi, & ideo indignati ſunt, quod excellentiam ſuper alios habere voluerunt.*
4 Ieſus autem. *Hic conſequenter inſtruit diſcipulos ſuos de humilitate ex præhabita occaſione, vt ambitionem Iacobi & Ioannis reprimeret, & indignationem aliorum ſedaret.*
5 Et ait, Scitis quia princi.gen. *Quaſi dicat, maioritas in regno meo non eodē modo acquiritur, ſicut in regno terreno, quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & poteſtatem, ſed in regno meo cōtrario modo acquiritur, videlicet per humilitatem, propter quod dicit.*
6 Quicunque vo.&c. *Id eſt, ſe exerceat in obſequiis humilitatis: Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, ideo inducit ſuiipſius exemplum dicens:* Sicut filius hominis non venit &c.
7 Et egredi. *Hic conſequēter oſtendit Saluator quod in prælatis debet eſſe pietatis dulcor ad continuè benefaciēdum ſubditis: quia Chriſtus non ſolū in domo & in quiete exiſtens, ſed etiam in via ambulans non ceſſabat populum docere & infirmos curare, & hoc eſt quod dicitur hic:* Et egre.illis. *Id eſt, Chriſto, & eius diſcipulis.*
8 Ab Iericho. *Nomen ciuitatis eſt, quæ coram filiis Iſrael corruit, vt habetur in li.Ioſue 6.c. ſed poſtea reædificata eſt.*
9 Sequuta eſt eum. *Deſiderantes audire doctrinā eius etiā in via*
10 Et ecce duo cęci ſe. *Marcus dicit, quod erat vnus. Non eſt hic contradictio, quia licet eſſent duo ſecūdum veritatē, vt dicit hic Matthæus: tamen vnus erat famoſior altero, vel importunius clamabat, & ideo de illo tantum facit Marcus mentionem. Sequitur.*
11 Miſerere no.fili Da. *Vocant eum filium Dauid, quia credebāt ipſum eſſe Chriſtum per prophetas promiſſum, & notum erat apud omnes Iudæos, quod Chriſtus naſciturus erat de ſemine Dauid.*
12 Turba autem &c. vt tace. *Quia per clamorem ſuum impediebant turbam ab audiendo Chriſti doctrinam.*
13 At illi magis clamabant, dicentes. *Timentes ne ab intrepatione aliorum impediretur auditio, & exauditio petitionis ipſorum.*

Et

## MORALITER.

1 *Et au.* Chryſo. Sicut duo carnaliter petierunt, ita & decē carnaliter contriſtati ſunt, nam velle ſuper omnes eſſe vituperabile eſt, non ſuſtinere autem alterum ſuper ſe minus eſt glorioſum.
† *Non ita erit, &c.* Chryſo. Principes mundi ideo ſunt, vt dominentur minoribus ſuis, & eos ſubijciāt ſeruituti, principes autem eccleſiæ fiunt vt ſeruiant minoribus ſuis, & miniſtrēt eis quæcunque a Chriſto receperunt, & ſuas vtilitates negligant, & illorum procurent, & mori modo recuſent pro ſalute inferiorum. *Et eg.il.&c.* Sequitur.
10 *Et ecce duo.* Per quos myſtice ſignificant̄ duo populi, ſcilicet, gētiles, qui erāt excęcati per idololatriā, & Iudæi per doctrinam peruerſam, mandatū Dei tranſgredientes propter traditiones hominum, ſed adueniente Ieſu & eorum oculos mētales tāgente, illuminati ſunt plures de Iudęis, & de gentibus pluriores, eum per fidem & opera ſancta ſequentes.

AD-

Dominum eſſe Dauid filihm. Vel qui crediderant, increpabant eos, ut non appellarent eum cõtemptibili nomine filium Dauid, ſed potius dicerent, *fili Dei miſerere noſtri.*

a *Et ſtetit Ieſus, &c.* Tran-

a Tranſeune Ieſu cæci admoniti ſunt, vt illuminentur, & aſtante illuminati ſunt. b Non ignorat, ſed audire vult confeſſionem qui nouerat intentio nem.

a ſtri fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait. Quid vultis 1
vt faciam vobis? Dicunt illi. Domine, vt aperiantur oculi no 2

a Oculos tangit, qui cad is ſuæ lucis conſcientiam illuſtrat.

ſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum. † Et 3

a Fide. b Imitatione.

confeſtim † viderunt, & ſequuti ſunt eum. 4

Trãſiens audit, ſtans D illuminat, quia per humanitatem miſertus, p verbi æternitatem (quæ non mouetur) lumen reddit. Quia cæci ſequi non poterant, ſtat, & iubet vocari, ne turba prohibeat.

† viſum ... culi eor...

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſte. Ieſus. *In hoc apparet eius clementia, quia non dedignatus eſt ſtare, & alloqui perſonas viles, & pauperes.*

2 Quid vult. &c. *Non petit, quia ignoret eorum voluntates, ſed quia ad miraculorum operrationem, vult habere ſanandorum confeſſionem, vt ex boc magis appareat euidentia miraculi.*

3 Tetigit oc. eo. & co. *Ideſt, ſubito Ex quo apparet, quod illa illuminatio fuit miraculoſa, non naturalis, quia natura non operatur in inſtanti.* 4 Et ſe. ſunt eum. *Fide, ſcilicet, & moribus, quia illi qui illuminati ſunt a Chriſto corporalite, ab ipſo illuminati ſunt etiam mentaliter, quia totum hominem ſimul fecit ſaluum, vt dicitur Io. 7. c. Totum hominem ſaluum feci in ſabbato.*

E

ADDITIO

B *In ca. 20.* Vbi dicitur in poſtilla. *Sed hæc reſponſio non videtur conueniens, &c.*

Non videtur reſponſio beati Grego. rationabiliter excludenda pp illas diſſimilitudines quas allegat poſtil. Nã ea, q̃ parabolice dicũtur, non ſunt totaliter applicabilia intẽtui, vnde ipſemet poſtil. Luc. 16. expreſſe dicit, q͂ ſimilitudo parabolica nõ currit ſẽper quatuor pedibus, imo ſi teneret in omnibus iã nõ eſſe ſimilitudo, ſed magis identias, præſertim cũ ad tollẽdas ſimilitudines huius parabolæ ſufficit ſententia Chry. qui in hoc loco ſic dicit. Non oportet ea quæ in parabolis ſunt, ſecundũ totũ qđ dicit̃ inueſtigare, ſed intentionẽ propter quã compoſita eſt intelligere, & nihil vltra ſcrutari. Nõ. n. inducit hoc, vt oſtẽdat aliquos inuidiæ morſus, ſed vt oſtẽdat hos tanto potitos eſſe honore qđ ẽt inuidiã aliis poterant generare. Hęc ille. Vnde in hoc loco murmuratores illi qui dicunt neq̃, nõ de ſanctis intelligendũ eſt, ſed de hoĩbus neq̃, qui in ſimili caſu cõſueuerũt murmurare. Similiter & qđ dicit in fine Multi ſunt vocati pauci vero electi, ſm eũdem Chriſ. non ad ſuperiores ſanctos pertinent, ſed ad gentes ex ipſis gentibus, licet multi ſunt vocati pauci tamen electi,

Et aduertendũ, qđ in ipſa expoſitione poſtillatoris inueniuntur maiores diſſimilitudines in principali ſeu finali parte ipſius parabolæ. Dicit enim. Qđ cũ ſero factum eſſet intelligitur de tẽpore

C gratię qđ incipit a Chriſto, qđ nõ poteſt ſtare. Primo qa illud ſero iam non erat tẽpus operandi, ſed potius recipiendi mercedẽ operationis, qđ patet ex hoc q͂ dicit dñs vineæ. i. Deus. Procuratori ſuo. i. Chriſto, Voca operarios, & redde illis mercedẽ Ex quo patet, quod iam non erat tẽpus operandi, ſed mercedẽ recipiendi. Non. n. dixit, voca oparios vt laborent, ſed vt mercedẽ recipiant laboris p̃teriti, quod non competit tẽpore gratiæ in quo magis oportet laborare, q̃ in prædictis tẽporibus qui. ſ antiquæ legis & huiuſmodi. Vnde Apſtolus. 2. Cor. 6. a. *Exhibeam⁹ noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, &c.* Quorum ſimilia non leguntur dicta antiquis per modum exhortationis, licet aliquando per modum pęnæ. Secundo, quia licet gratia ſit quędã inchoatio glorię, non tamẽ dicitur merces ſed potius principium merendi. merces autẽ copioſa eſt in cęlis. ſupr. 5. b. Vnde ſententia ſanctorũ validior eſt, ſecũdũ quã per illud q͂ dicitur, cũ autẽ ſero factũ eſſet intelligitur, cũ dies totius mundi ad ueſperum conſummationis inclinata eſſet.

REPLI. *In ca.* 20. Vbi dicit, ſero quando operarij vocantur ad recipiendum mercedem, oportet accipere pro tẽporo gratię, quod a Chriſto incipit. Propter hoc quod dicitur quoſdam murmuraſſe, quod in æterna beatitudine locum nõ habet Burg. obiicit, quod tẽpus gratiæ, non eſt tempus recipiendi, ſed merendi. Ad hoc poteſt dici, quod tempus gratiæ fuit & eſt tempus recipiendi quo ad prægustationem gloriæ, quæ copioſa fuit in primitiua eccleſia. Et ſicut putat Burg. ſoluere argumentum poſtillatoris, per hoc quia parabolę non dicunt omnimodam ſimilitudinem, per idem ſoluitur argumentum eius. F

CAP. XXI.

E*T cum appro.* Hic prætermittit Matthęus ea quę facta ſunt antequam intraret Ieroſolimam, quæ alij prolixius tractant.

a *Et cum ap.* Dominus ſpiritualiter Ieruſalẽ appropinquauit quando incarnatus, eccleſiam in qua eſt viſio pacis viſitauit quam per confeſſionem ſibi reconciliauit

Bethphage enim domus buccæ dicitur.

b *Bethphage.* Bethphage erat viculus ſacerdotum in monte Olìueti, in cuius mõtis latere eſt ciuitas Bethania Bethphage, domus buccæ. Bethania, domus obedientiæ. Has dñs pergens Ieruſalem ſua præſentia ſublimat, quia multos ante paſſionẽ docendo donis piæ confeſſionis, & obedientiæ impleuit. Sitæ autem ſunt illę ciuitates in monte Oliuarũ, ideſt in Chriſto domino, a quo vnctio & lux omnibus venit, vnde. Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. supr. 5. b.

c *Ad montem Olìueti: tunc Ieſus, &c.* Ad ſublimitatem miſericordiæ reſpiciens, Eleos, miſericordia interpretatur.

CAPVT XXI.

Saluta data credentibus, ingredi cupit pacis Vrbem, & viſionis Dei.

ET cum appropinquaſſet Ieroſolimis, & veniſ- 1 2

a Domus buccæ interpretatur b Mons olìueti ſignificat eccleſiam vel celſitudinem dominicæ dilectionis. c Quando miſericordiæ recordatus eſt.

b c ſet Bethphage ad montem † Olìueti: tunc

† Oliuati.

olci

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXI.

ET cum ap. &c. *Poſtquam deſcripta eſt ædificatio eccleſiæ gentilium in fide, & moribus, hic deſcribitur reprobatio ſynagogæ Iudeorũ. Et hoc triplici ratione, quia primo fuerunt contemptores diuinæ maieſtatis. Secundo, qa fuerunt contradictores diuinæ veritatis, ca. ſe. Tertio, quia fuerunt quantum in ſe fuit, deprauatores ſeu damnatores diuinæ bonitatis. 25. ca. Prima diuiditur in tres, quia primo oſtendit propoſitum ſigno celebri. Secũdo, facto patenti, ibi.* Et intrauit Ieſus. *Tertio, verbo rationabili ibi.* Quid autem vobis videtur. *Prima in duas quia prim ponitur veritatis adimpletio, ſecũdo, Iudæorum contradictio, ibi,* Cum intraſſet. *Iterum prima in duas, quia prima oſtenditur propoſitum per duplex celebre ſignum Chriſti. Secundum ponitur, ibi.* Plurima autem turba. *Circa primum aduertendum, quod ſignum aduentus Chriſti in Ieruſalem ad redemptionem populi fuerat prædictum, & celebri fama diuulgatum, Zach. 9. videlicet quod Chriſtus venturus erat in Ieruſalem in paupertate, & humilitate ſedens ſuper aſinam, & pullum eius. Et ideo legiſperiti hoc videntes in ipſo adimpletum, oſtenduntur contẽptores ſuæ maieſtatis, quia non receperunt eum ſed magis tanquam deceptorem perſecuti ſunt. Et hoc eſt quod dicitur hic.*

1 Et cum appro, &c. *Scilicet. Ieſus & diſcipuli eius.*

2 Et veniſ. Bath. *Mons olìueti eſt prope Ieruſalem diſtans ab ea per*

MORALITER.

1 *Et cum ap. Ier. &c.* Per aſinam, quæ erat oneribus aſſueta, ſignificat Iudæa, quę legis oneribus erat ſubiecta. De quo dicit Petrus Act. 15. b. *Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſci-*

Olei natura lucis miniſtra eſt,& laborum,& dolorum ſo-
A lamen ,& excellit cęteris liquoribus.
a *Miſit.* Quia lucernam quam accepit,non vult ſub modio abſcondi.
b *Duos di.* Duo propter ſcientiam veritatis,& mundiciā operis, & ſacramentum geminę dilectionis prædicaturi. Quidam dicūt hos duos Petrum & Philippū, qui primum gentiles ad Chriſtū adduxerunt, Philippus Samariam quā aſinam interpretantur,† Petrus Cornelium quaſi Samariæ pullum.

Act.8.b.
Ibidem.10.a.
† mitte

c *Et pullum.* Pullus eſt populus gentiū cui nullus doctorū frænum correctio-
B nis impoſuit, liber & laſciuus,q & ipſe vinculis peccatorū irretitus erat. *Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei.* Alij de ſolo pullo, Mattheus qui Hebræis ſcribit.& de aſina dicit docens nō deſperari ſalutē Hebræis ſi pœniteāt Marcus dicit pullū ante ianuā in biuio inuentum Ianua Chriſtus,extra quam populus gentiū ſtabat,ligatus nō in una via fidei, ſed in diuerſis erroribꝰ

Roma 3.c.
Mat.11.a.
† ſuper illa

d *Soluite.* * Origenes. Vnde aſcendens in cœlum iuſſit diſcipulis vt ſoluerent peccatores dans eis ſpiritum ſanctum, Abſoluti autem & proficientes digni habentur remitti in locum vnde aſſumpti fuerant,nō iam ad opera priora,ſed vt pdicarent filiū Dei,hoc eſt quod dicit.Et confeſtim dimittet. * Chryſoſtomus. Neque paruum exiſtimes quod factum eſt.Quis enim ſuaſit dominis iumentorum,non velle cōtra dicere,volentes ſilere & concedere?Et in hoc diſcipulos erudit,quoniam poterat & Iudæos prohibere,ſed noluit.Sed & docet,vt quod cūque petitum fuerit,darēt.Si enim qui ignorabant Chriſtum,ita conceſſerunt,multo magis diſcipulos
C conuenit omnibus dare.

hom.67.in Matth.

e *Dicite filiæ Sion.* Filia Siō,eſt Ieruſalem ſita in monte Sion. Myſtice. Eccleſia pertinens ad ſupernam Ieruſalem, quæ eſt mater omnium noſtrū,cuius non minima pars tunc erat in populo Iſrael.

a. Duos prædicatorum ordines alter in Gentes, alter in circunciſionem. Quia lucernam quam accendit non uult ſub modio poni. Penetrare Barbara,& indocta mundi latera,quaſi contrapoſiti caſtelli mœnia.

a Ieſus miſit duos diſcipulos,dicens eis.Ite in † caſtellum quod 1
a Iudæos legit iugo domitos,ſed tamen peccatis irretitos.
b contra vos eſt,& ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pul- 2
c a A peccatis. Quecunque ſolueritis ſoluta erunt.
d lum cum ea, ſoluite, & adducite mihi, Et ſi quis vobis ali-
a Obedientiam eorum denegare uoluerit. b Non deſiſtatis prædicando. c Simpliciter omnium rerum,cui ſeruire debet omnis creatura.
quid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, & con-
a Veri domini ſeruitio mancipandos.
feſtim † dimittet eos.Hoc autem * factum eſt, vt adimple- 3
a Zachariam. Prædicatores.
retur quod dictum eſt per prophetam dicentem, † Dicite
e a In ſpiritu videte,non oculis. b Vt ametur,non vt per potentiam timeatur. c Ecce manſuetudo.
filiæ Sion: † Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper 4
f a Non in curru,vel in equo ſuperbiæ uel belli,ſed in aſina pacis quia in humilibus,& quietis requieſcit. b Quia exemplo Iudæorum Gentilis populus credidit. 5
g c Chriſti uirtus qui cor illius domini ad dandum animal parauit.
h aſinam, & pullum filium ſubiugalis. † Euntes autem diſci-
a Miniſterium apoſtolorum.
puli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerunt aſi-
a Nota fidem,& mores.
i nam, & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua,
a Non ad literam ſuper vtrumque ſedit ſed in præcordiis utriuſque populi. b Id eſt,Iudæi.
k & eum † deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba 6

f *Rex.* Ne dicatis.Non habemus regem, niſi Cęſarem.
g *Tibi.* Si credis contra te.ſi non credis.
h *Super aſinam pul.* Non ad literam ſuper vtrumque ſedit. Sed in pręcordiis vtriuſque populi.

Potuit dominus, ſuper vtrumque aſcēdere, deſcendens de vno;& aſcēdēs ſuper alium.
* CHRYSOSTOMVS. Non ſedet in curru aureo, pretioſa purpura fulgens, nec aſcendit ſuper feruidum equū, diſcordiæ amatorem, & litis, ſed ſuper aſinā tranquillitatis,& pacis amicā.
* IDEM. Non propter myſterium ſolum ſuper aſinam ſedit,ſed,& menſuram nobis ſapientia tribuere demonſtrat ſcilicet quod non ſuper equos ferri neceſſe eſt, ſed ſufficit aſino vti,& eo q neceſſitatis eſt,eſſe contentū. Interroga autē Iudæos, quis rex ſuper aſinam delatus intrauit Ieroſolymā non vtique alium habent dicere,niſi iſtum ſolum.
i *Et ad.* Sic & apoſtoli mundū virtute Chriſtiā poteſtate diaboli ſoluerūt, & impoſuerunt veſtimenta ſuper eū.Sed cętera turba,id eſt, Iudęi veſtimenta,id eſt, legis mandata ſternunt,quę a chriſtiāis erāt cōculcāda,in via,id eſt,in Chriſto.
K *Super eos.* Veſtes apoſtolorū ſunt pręcepta diuina & gratia ſpiritualis,quibus turpitudo carnis noſtrę tegit. His prius nudi populi, ſed modo per apoſtolos ornati Chriſtum habent ſeſſorem.Minor turba non ponit veſtes ſuper aſinam,ſed in via nec vbi offendat, quia ſancti martyres carnem exuentes ſimplicioribus viam per exemplum ſuo ſanguine parant.
Moral. Item Ieſus aſellum inſidens Ieruſalem tendit.nō ſolum quando cuiuſque fidelis animam regens ad pacis intimę viſionem ducit, ſed etiam cum ſanctę eccleſię vniuerſaliter pręſidet,& eā in supernę pacis deſideriū accendit. Multi ſternūt veſtimenta ſuā in via,qa corpora ſua domāt, vt ei iter ad mentē parent,vel exempla bona ſequentibus pbeāt.

Ramos

## NICOLAVS DE LYRA.

per vnum miliare, quia dicitur Act. 1. quod diſtat tantum ab ea per iter ſabbati quod continet mille paſſus,qui faciunt vnum miliare. Bethphage eſt quædam villa parua in deſcenſu montis Olineti verſus Ieruſalem, & erat villa ſacerdotum, quia licet ſacerdotes non haberent hæreditates ad excolendum,habebant tamē domos ad animalia nutriendum,& ad manendum tempore quo non vacabant cultui diuino in Ieruſalem ex illo loco.
1 *Miſit duos.* Id eſt, in Ieruſalem quæ erat clauſa triplici muro cum propugnaculis & fortalicijs ad modum caſtri,vt habetur,3. Reg. & ideo dicitur caſtellum.
2 *Et ſtatim,&c.* Iſta aſina erat cōis pauperibus non habentibus animalia, & qui operabatur in ea dabat ſibi pabulū,& facto opere reducebat ad locū determinatum, vt alius indigeus poſſet accipere eam, & pullus eius nutriebatur cum ea pro cōſimili opere
3 *Hoc autem &c.* Zach.9.c. *Dicite fi.Sion, &c.* Hoc eſt,ciuitati Ieruſalem, quæ dicebatur filia Sion quia in monte Sion erat fortalitium ciuitatis illius & protegebatur ciuitas ab illa parte,ſicut filia à matre. Conſiderandum etiam,quod hic accipitur continēs pro contento, ſcilicet, ciuitas pro habitantibus in ciuitate.
4 *Ecce rex, &c.* Id eſt, Chriſtus.quia hæc auctoritas à doctoribus Hebræis exponitur ad literam de Chriſto.
5 *Sedens ſuper aſinam.* Non quia ſederit ſuper vtrumque ſimul, ſed ſucceſſiue,quia primo ſedit ſuper pullū, quia tamen non erat domitus,quia adhuc non fuerat applicatus humanis vſibus,vt habetur Mar.11.& Luc.19. ideo poſtea ſedit ſuper aſinā.Hoc aūt factū eſt in figura,quia per pullum ſignificabatur populus gentilis,qui nō fuerat ſubiectus iugo legis, per aſinam vero populus Iudaicus qui laborauerat ſub lege.Ad hoc aūt veniebat Chriſtꝰ, vt vtrumque populum ſubiugaret ſibi per fidem catholicam.
6 *Plurima autem tur.* Hic ponit ſecundū ſignū q, per Zachariā fuerat dictū,quod Chriſto adueniente ſuper aſinā & pullū ciuitas Ieroſolyma exultaret, & lętaret & hoc factū fuit tunc vt dicit hic & hoc patet in tribus. Primo quia dr̄ hic. *Plurima aūt tur.ſtr. veſt. ſua in via.* Et hoc fuit in ſignum exultationis & honoris,& ne aſina & pullus offenderent ad lapides. Secundo in eo quod dr̄.

Alij

## MORALITER.

*diſcipulorum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus?* Per pullum vero de quo dicitur Marci.11.a. *in quo nemo ſedit,* ſignificatur populus gentilis qui non erat ſubiectus oneribus legis.Chriſtus autem ſuper vtrumq; ſedit,quia ex ambobus vnam eccleſiam ſibi ſubiectam fecit.
† *Et impo.ſuper eos veſ.ſua, &c.* Scilicet Apoſtoli, per quorum veſtimenta ſignificatur eorum doctrina, qua recepta à Iudæis & gentibus ſedit in eis Chriſtus.
6 *Plu.* Greg. Hom.24. Quid ſunt terrena oīa niſi quædā corporis indumēta? Veſtimēta igitur in via ſternere, eſt in via vitæ pſentis bona terrena pauperibus erogare. Ramos de arboribus cędere,eſt ſctōrū exēpla accipere. Oſanna clamare eſt ſalutē ſupernam à dn̄o poſtulare, nam Oſanna interpretatr̄ obſecro ſalua.

Et cum

A a *Ramos de, &c.* Ramos Vel frondes cędunt, quia verba, & ſententias de libris patrum excerperunt vel exempla.

b *Oſanna.* Ieron. Oſi, ideſt. ſalua ſaluifica. Anna interiectio deprecantis, quaſi ſalua obſecro. Oſanna totũ Hebraicum eſt, & ſignificat, q, aduẽtus Chriſti ſaluus mundi ſit. vnde ſequitur. *Benedictus. Oſanna.* id eſt, ſalua.

c *In ex.* Quia aduentus Chriſti non tantum hominum ſed totius mundi ſalus eſt, terrena coniungens cœleſticus *vt in nomine ieſu omne genu flec. cæle. ter. infer.* In excel. Quia & angelorum ſalus quorum numerum implet.

✲ ORIGENES.

B Homãam quidem Chriſti diſpenſatio nem laudant in eo quod dicebãt Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domine. Reſtitutionem autem eius inſanctã in eo quod dicebant, Oſanna in excelſis.

d *Cum intraſſet.* Frequenter ingreſſus eſt ciuitatem Ieruſalẽ ſed non cum his laudibus, non rex vocatur, quod ſemper ſugerat, niſi modo cum aſcendit paſſurus. Quod ideo factum eſt, vt amplius illorum aduerſum ſe excitaret inuidiam, quia iam tempus paſſionis inſtabat.

e *Intrauit Ieſus, &c.* Ingreſſus vrbem primo templum adiit, dans formam religionis, vt quo imus primo domum oratio nis (ſi ibi eſt) adeamus & per orationes Deo commendati ſic ad agenda negotia ſecedemus. Appropinquãte paſſionis tempore appropinquauit Ieſus loco vbi poſſet inueniri, oſtendens ſe non inuitum pati. Hic introitus in Ieruſalem factus

C eſt ante dies Paſchę, in quo paſſio complenda erat, Dicit. n. Ioannes qđ ante ſex dies Paſchę venit Bethaniam, vbi cęna facta a ſorore lazari oleo punctus eſt, & in craſtino aſino inſidẽs, obuiante turba cum palmis venit Ieruſalem Ecce quantum cõuenit veteri vmbrę. Ibi dicitur decimo die mẽſis primi tollat vnuſquiſque agnũ ideſt domi introducat, & ſeruet vſque ad .14. diem, qua immolabitur ad veſperam. Et dominus die 10 eiꝰ mẽſis id eſt, ante quinque dies Paſcbe, ciuitatẽ in qua paſſurus erat intrauit, certam præſtolãs horam immolationis. & 14 die ad vſperam comprehẽſus, & ligatus ſacramenta victimationis inchoauit. D

f *Et eii.* Aug. Eiecerat, ante alia vice, q, Ioannes ſolus dicit, ſed de hac vltima eiectione dicunt & alii.

* Chryſoſtomus In quo maior eſt accuſatio Iudæorum quoniam cum bis hoc idem feciſſet, morabantur tamen in ſua dementia.

a Ideſt, ſimplicibus in exemplum viuendi proponunt. Vt illæſo pede pullus incederet
Ideſt, legis mandata ſternunt b Fidem, & mores.

a ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via. † Alii autem cædebant † ra- 1
a Primitini patres, & eorum ſequaces, cum magno affectu fatebantur, quia ſalus aſcribenda eſt homini a Verbo Dei aſſumpta.

mos de arboribus, & ſternebant in via. † Turbę autem
quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicen- 2
a Vel ſecundum Hierony. oſi interiectio, anna ſalua, id eſt, o domine ſalua. Salus.
b Et tu a peccato immunis qui prius in forma ſerui tandem apparitntus es in gloria domine.
c Vnde & ipſe, Veni in nomine patris mei.

b tes, † Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in no- 3
a Qui prius redimes ab inferis. Alias in altiſſimis. b Cum tanta turba.

c mine domini, oſanna in excelſis. Et cum intrãſſet Iero 4
a Mutans frequentiam, neſciens veritatem.

d ſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. Quis eſt 5 6
a A minoribus incipit confeſſio vt ad maiores perueniat. Sicut, & Moyſes eum prophetam dixit. 7

hic? † Populi autem dicebant. Hic eſt Ieſus propheta a Na- 8
Ardore ſpiritus concitatus. 9

e f zareth Galilææ. Et intrauit Ieſus in templum Dei, & † eiiciebat †

† frondes

† 23. q. 3 §. c

Mar. 21. b. Luc. c. 19. g. Ioan. 2. c.

E

Lib. 2. de conſenſu Euang c. 67.

Hom. 68. in Math. 11 q. 3 c. ex multis 16. mug... & hoc dixõ is. tractatu 5. in Matth.

❡ Origenes. Myſtice templũ Dei eccleſia eſt in qua multi ſunt non ſicut decet viuentes, qui domum orationis de lapidibus viuis conſtructã faciunt ſpeluncam eſſe latronũ actibus ſuis. Sunt autem eorum tres ſpecies. Qui enim in populo ad nihil aliud vacant, niſi circa emptiones, & venditiones, rarius autem in orationibus permanent, ipſi ſunt vendentes & ementes in templo Dei. Diaconi qui non bene tractant Eccleſiarum pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipſi ſunt numularii pecuniarũ menſas habentes, quas Chriſtus ſubuertit. Epiſcopi autem qui tradunt eccleſias quibus non oportet, ipſi ſunt qui vendunt columbas, ideſt, gratiam Spiritus ſancti, quorum cathedras Chriſtus euertit.

Menſas

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Alij autem cæ. ra. de. ar. &c.* Viriditas ramorum erat ſignum lætitiæ, & exultationis. Tertio in eo quod dicitur.

2 *Clamabant dicentes. oſan. filio. Dauid.* Oſanna eſt verbũ Hebraicum compoſitum ex oſi, quod eſt ſalua, & anna quod eſt aduerbium optandi, & valet vtinam. & dicitur oſanna remota vltima litera primæ dictionis: vnde eſt ibi compoſitio ex corrupto. & integro, & ideo oſanna tantum valet quantum vtinam, vel obſecro ſalua Et de qua ſalute intelligatur, ſubditur.

3 *Oſanna in excelſis.* Quia Chriſtus veniebat ad dandum ſalutem cœleſtem, & æternam.

4 *Et cum intras.* Hic ponitur Iudæorum indignatio, quia principes ſacerdotum, & maiores indignabantur de reuerentia Chriſto exhibita, & ideo dicitur.

5 *Commota eſt vni. ciuitas.* Quia factum maiorum dicitur eſſe factum totius ciuitatis, dicens.

6 *Quis eſt hic.* Quaſi dicat, iſte non eſt talis ac tantus, quod talia deberent ſibi exhiberi.

7 *Populi autem.* Ideſt, ſimplices, & vulgares, quaſi rationem de contrario reddentes.

8 *Dicebant. Hic eſt Ieſus, &c.* Et vocant eum prophetam, nõ quẽcunque, ſed illum qui dictus fuerat per Moyſen propheta. Deu. 18. & replicatur Act 7. e. *Prophetam ſuſcitabit vo. Deus de fra veſtris, &c.* Et ideo merito debet honorari.

9 *Et intrauit.* Hic ſecundo oſtenditur, quod Iudei fuerunt contẽptores diuinę maieſtatis in facto patenti. Et diuidiť in duas, quia primo oſtendiť Chriſti diuinitas ex duplici facto, ſecundo ſubiungit Iudęorum impugnatio, ibi: *Videntes autem princ pes.* Prima in duas ſecundũ duplex factũ a Chriſto oſtenſum Secundũ ponitur ibi, *Et acceſſerunt ad eum.* Ad euidentiã primi cõſiderandũ quod principes ſacerdotum, qui erant auari per aſtutias ſuas diuerſas, conabantur excoriare populũ, igitur quia de longinquis partibꝰ aliqui veniebant in Ieruſalẽ cauſa deuotionis quia nõ erat eis licitũ alibi ſacrificiũ offerre, & non poterant ex tã longinquo animalia adducere, & ideo ſacerdotes ſtatuerant in tẽplo aliquos de ſua familia, qui vendebant in atriis tẽpli illa quę poterant in tẽplo offerri, ne venientes a longe haberent excuſationem ceſſandi ab oblationibus. Similiter qa aliqui veniebãt ad templũ, qui non habebant pecuniã, vnde poſſent animalia offerenda emere, iõ ſacerdotes ſtatuerãt ibi numularios, qui ſub certa cautione pecuniam traderent, & ſic nullus excuſaref quin poſſet ſacrificiũ offerre. Licet. n. pro illa accõmodatione pecunię non reciperent pecuniã vltra ſortẽ, recipiebant tamen aliqua munera vel xenia, & ſic patet quod peccabant ex facto quod erat illicitũ, ſ aliquid reciperẽ vltra ſortẽ quantumcunque modicũ. Et ex loco, quia talia exercebant in locis orationi deputatis, & ideo Chriſtus talia tanquã illicita de tẽplo eiecit, & in hoc ſe dominũ tẽpli oſtendit, & hoc eſt quod dicitur hic. *Et intrauit Ieſus.* Templũ autẽ aliquando accipitur proprie pro domo tẽpli, quod diuidebatur in duas partes. Vna pars vocabať ſanctũ vbi erat altare thymiamatis, mẽſa, & cãdelabrum. Alia pars erat ſanctũ ſanctorũ, vbi erat arca teſtamenti, & duo Cherubim. Illã partem quę dicebatur ſanctũ, intrabãt quotidie ſacerdotes ad offerendũ incenſũ, & nulli alij: intra ſanctum ſanctorũ ſolus ſummus pontifex intrabat, & ſemel in anno Aliquando autẽ accipitur templum large ꝑ quadam platea quadrata ante templum clauſa muro, & dicebatur atrium ſacerdotũ quia ſub diuo erat altare holocauſtorũ & illud intrabãt nõ ſolũ ſacerdotes, ſed & Leuitæ eos adiuuãtes in excoriatione hoſtiarũ & ablutione, & conſimilibus, vulgares autem homines illuc non intrabant, ſed ad oſtiũ illius atrij animalia viua offerebãt ſacerdotibus. Iſta autẽ duo loca nõ intrauit Chriſtus, qa nõ erat ſacerdos nec F

## MORALITER.

4 *Et cum intraſſet Iero, &c.* Per hoc ſignificatum fuit quod intrante Ieſu Ieruſalem cęleſtem, angeli dicturi erant, Quis eſt iſte rex glorię.

9 *Et intrauit Ieſus in templum Dei.* CHRYSOSTOMVS. Hoc erat proprium boni filii intrare domum patris. Et tu imitator Chriſti factus, cum aliquam ciuitatem fueris ingreſſus, primum ad eccleſiam curras.

† *Et eiiciebat omnes vendentes, &c.* Nam mercatores eiici debent de eccleſia.

Et

A a *Menſas numula.* Quia de omnibus partibus ad templũ veniebant, vendebãt ſacerdotes non habentibus omnia animalia, etiã columbas quas pauperes offerrent, vt vendita poſtea reciperent oblationes. Sed quia aliqui nihil habebant vnde emerent, poſuerũt numularios, qui mutuo darẽt, & quia lex vetat vſuram, pro ea varias ſpecies, id eſt, poma, vuas & huiuſcemodi accipiebant hos eiicit. Sic, & myſtice quotidie de eccleſia eiicit. Et habet vnius criminis reteos vendentes & mentes eccleſiaſtica officia.

† Eſa.56. Hiere.7.b. Mar.11.c. Lucæ.19 g.

B b *Et cathedras venden.* Quæ magiſtrorum ſunt, id eſt, ſacerdotium eorum deſtruit qui de impoſitione manus, per quam ſpiritus ſãctus datur, precium accipiunt. Hinc eſt quod hæreſis Simonis dãnatur. Ad literam autem abſurdum eſt dicere inſtitores columbarum in cathedris ſedere.

c *Latronum.* Latro eſt qui lucra ſectatur, qui & non dantes corporaliter perſequitur, & dantes necat ſpiritualiter, & dũ læſionem proximi cogitat, quaſi latro ſedet in ſpelunca.

C d *Et acceſſerunt.* Myſtice. Simplices peccatores ad ſe per pœnitentiam accedentes, prius cęcos in cognitione & claudos in operatio illum mando & in viam rectitudinis dirigendos quotidie ſanat. D

a Altaria Dei ſic propter auaritiam ſacerdotum
a omnes vendentes. & ementes in templo, & mẽſas numula- †
a Gratiam ſancti ſpiritus vt ordineſ, &c. †
b riorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit 1
Vnde Aug. Nemo in oratorio aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen habet.
eis. Scriptum eſt, † domus mea domus orationis vocabitur, 2
c vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt †
d a Calumniatoribus virtutis potentiam oſtendit, vt in his facta corporaliter, melius fiant in illis ſpiritualiter. b Teſtes vocis puerorum. 3
ad eum cęci, & claudi in templo, & ſanauit eos. Videntes au- 4
e tem principes ſacerdotum, & ſcribæ mirabilia, quæ fecit, & 5
pueros in templo clamantes, & dicentes, Oſanna filio Dauid. 6
a Non auſi manum mittere, opera calumniabantur, & teſtimonium populi. b Quaſi aſcribis. tibi hæc eſſe ſcripta de te.
indignati ſunt, & dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus au
a Per his contemptoribus. 7
f tem dixit eis. Vtique. Nunquam legiſtis, † quia ex ore in- 8
g a Perfectio laudis eſt fieri ab indoctis, in quibus ſola veritas operatur, non ingenium hominis b incredulis, & contradicentibus. 9
fantium, & lactentium perfeciſti laudem? † Et relictis 10 11

e *Mirabilia quæ.* Vt flagello vnius & vilis tot eiici, mẽſas ſubuerti, quo nihil mirabilius egit. Igneum & ſidereum aliquid radiat ex eius oculis lucet in facie maieſtas deitatis.

f *Dixit eis.* Non patet calumnię non ait bene faciunt vel male, vel ætati parcite, ſed temperat, & ſetacente verba puerorum teſtimonio ſcripturæ confirmat. E

✠ CHRYSOSTOMVS. Quaſi dicat, Ecce, mea culpa eſt quia iſti clamant nunquid mea culpa eſt, quia tot millia annorum hoc futurum propheta prædixit. Infantes autem & lactentes, nec intelligere aliquem nec laudare poſſunt.

g *Infantium & lac.* Teſtes miraculorum Chriſti infantes dicuntur, non ętate ſed ſimplicitate, Lactentes quaſi lacte id eſt, miraculorum ſuauitate delectati, quę dicuntur lac, panis vero doctrina perfecta. F

*Abiit.*

## NICOLAVS DE LYRA.

nec Leuita, ſed præter iſtã duo loca, erãt adhuc duo alia loca, vbi homines ſub diuo erant in oratione, & in vno orabant viri, & in alio mulieres, & iſta atria nomine templi vocabantur, ſecundum quod ſcribitur Actu.3.a. *Petrus & Ioannes aſcendebant in templũ ad horam orationis nonam,* & de hoc dicitur hic. *Et intrauit Ieſus &c.* Sed quæritur hic quomodo non reſtiterunt ei? Dicendum, quod ex oculis eius, & facie exibat fulgor terrens eos, ita quod non audebant reſiſtere. Sicut in voce ſua terruit eos, qui veniebant ad capiendum eum qui cum audiuerunt ipſum dicentem, Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram vt habetur Ioan.18.a. In voluntate etenim Chriſti erat oſtendere infirmitatem aſſumptam, & ſuæ diuinitatis virtutem. ſequitur.

Saluatoris maieſtas fulgore terruit Iudęos

1 *Et dixit eis Scriptum eſt.* Iſa.56.

2 *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis, &c.* Quia non curabant de cultu Dei, ſed magis de excoriatione populi per aſtutias ſuas exquiſitas, vt viſum eſt. Spelunca autem latronum dicitur, eſſe locus, vbi ſpolia quæ rapiunt congregantur & hoc fecerunt ſacerdotes de templo, vt viſum eſt.

3 *Et acceſſerunt.* Hic ponitur ſecundum factum oſtenſiuum ſuę diuinitatis in curatione infirmitatum incurrabilium, quod non poteſt fieri niſi virtute diuina, & hoc eſt quod dicitur. *Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo.* A priuatione enim in habitum non fit regreſſus per naturam.

4 *Et ſanauit eos, &c.* Virtute propria, quod non poterat facere virtus creata.

5 *Videntes autem prin.* Hic conſequenter ponitur contra Chriſtum Iudæorum indignatio, & diuiditur in duas partes, quia primo ex indignatione impugnant eius famam, & ſecundo eius doctrinam, ibi. *Et cum veniſſet in templum.* Prima in duas, quia primo ponitur Iudęorum impugnatio, ſecundo ponitur Chriſti reſponſio, ibi. *Ieſus autem dicit eis.* Circa primum ſciendum, quod ſicut frequenter dictum eſt, principes ſacerdotum conceperant rancorem, & odium contra Chriſtum, propter hoc quod manifeſte reprehendebat auaritiam, & alia eorum vitia. Et videntes miracula, quæ fecit, infirmos ſanando. 6 *Et pueros, &c.* Ipſum ſcilicet eſſe Chriſtum verum. 7 *Indignati ſunt.* Veruntamen, quia non audebant miracula manifeſte impugnare, ideo arguunt eum de applauſu populi, quem ſuſtinebat.

8 *Et dixerunt ei, au. quid.* Quaſi dicat, ſi tu eſſes iuſtus, & bonus, tu non ſuſtineres talem applauſum populi

9 *Ieſus autem dixit eis.* Hic ponitur Chriſti reſponſio, vbi Chriſtus oſtendit eos iuſte reprobandos a Deo, & primo facto, ſecũdo euidenti ſigno ibi. *Mane autem reuertens.* In prima ergo parte dicitur ſic, *Ieſus autem dixit.* Quaſi diceret, bene ſcio, quid iſti dicunt me Chriſtum confitendo, & quod hoc debeam ſuſtinere patet, quia hoc eſt ex diuina præordinatione, ſecundum quod ſcribitur in Pſal. propter quod ſubdit.

10 *Nunquam legiſtis, quia ex ore infan.* quaſi dicat, vos qui eſtis legiſperiti, deberetis ſcire ſcripturam & per conſequens me non reprehendere.

11 *Et relictis illis ab.* Tanquam excæcatis per inuidiam.

*Abiit*

## MORALITER.

† *Et menſas numulariorum, &c.* Chryſo. Significans, quod in templo Dei non debent eſſe numi, niſi ſpirituales habentes imaginem Dei.

† *Et cathedras uendentium columbas euertit.* Id eſt, dignitates eccleſiæ obtentas ſimoniace.

2 *Domus mea domus orationis uoca.* Sed nunc domus diſſolutionis poteſt vocari, & domus cupiditatis, ideo ſubditur.

† *Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latro.* Magni latrones in ſpeluncis ſuis exiſtentes, quando ſciunt aliquos parum habentes tranſire, non exeunt de ſpeluncis, ſed mittunt famulos ſuos ad illos ſpoliandum, ſed quando ſciunt homines tranſire multum pecunioſos currunt illuc de primis. Sic multi canonici, quando ſciunt magnum lucrum temporale currunt ad eccleſiam, ſed quando modicum eſt lucrum remanent in domibus ſuis, & recreationibus, & ad eccleſiam clericos ſuos mittunt.

3 *Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo.* Moraliter, cæci ſunt ignorantes, claudi vero rectitudinem iuſtitiæ dimittentes. Et iſti curantur, aliquando per pauperes prædicatores, Chriſti ſectatores, per eorum bona conſilia, & hortamenta, de quo tamen indignantur aliquando mali ſacerdotes. Contra quos ſubditur.

10 *Nunquam le. &c.* Quaſi dicat ſi ſacræ ſcripturæ notitiam haberetis, non indignaremini, ſed gauderetis, & ita fit communiter, quod bene literati non indignantur ſed gaudent, quia per hoc impoſito ſibi onere ſubleuantur.

11 *Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, &c.* Chryſoſtomus. Vt ibi maneret corporaliter, vbi habitabat ſpiritualiter.

*Et uidens.*

a *Abijt foras.* Quia pauper, nullique adulatus, nullum in tanta vrbe inuenit hoſpitem, ſed apud Lazarum receptus eſt.

✻ Chryſoſtomus. Malum hominem melius locum dando poteſt aliquis vincere, quam reſpondendo, quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur. Et ideo dominus, recedendo cõpeſcere ſtuduit, quos reſpondendo non conpeſcuit.

b *Fici arborem.* Sicut multa dixit in parabolis, ita & fecit. Cur enim in ficu fructum quæreret, cuius tempus nondum eſſe quilibet ſciret, & ob id æternæ ſterilitati damnaret, niſi quia plebem quam docebat verbo terruit hic facto? nequis habens folia id eſt verba iuſtitiæ ſine fructu operum moreatur excidi.

✻ Chryſoſtomus. Non propter hoc veniebat quia eſuriebat, ſed propter diſcipulos. Quia enim vbiq; benefaciebat, nullum aũt puniebat oportebat & punitricis eius virtutis demonſtrationẽ tribuere. Noluit autem in hominibus hoc oſtẽdere ſed in planta.

c *Folia.* Traditiones Phariſęorũ ſine fructu veritatis, vnde alius Euangeliſta: nondum erat tempus ſaluationis Iſrael, co quod populus Gentium nondum ſubintraſſet, vel quia præterit tempus fidei, cum ſpretus ad gentes tranſijt.

d *Nunquam ex te fru.* Non facit iniuriã creator poſſidenti, ſi creatura ſua ad arbitrium ſuum vtitur, & ad vtilitatem aliorum.

e *Et videntes.* Paſſurus dominus & ſcandalum crucis portaturus, diſcipulorum animos debuit ſigni anticipatione ſiguare, vnde & mirabantur, quod ficus aruit, potuit eadem virtute inimicos ſiccare niſi per patientiam eorum expectaſſet ſalutem.

✻ Chryſoſtomus. Ideo aũt non in alia planta, ſed in omniũ humidiſſima miraculũ fecit, vt & hinc maius miraculũ appareat. Cur autem in plantis vel in brutis fit aliquid tale, non quæras, qualiter iuſte ſiccata eſt ficus ſi tempus non erat. Hoc enim quærere, eſt vltimæ dementiæ, quia ſcilicet in talibus non inuenitur culpa & pœna, ſed miraculum inſpice & admirare.

f *Fidem.* Perfectam fidem habet qui per dilectionẽ operatur hic põt mõtes transferre. Alij de peccato veniam obtinent ſi ipſi alijs dimittunt.

Myſtice. Per prædicationem apoſtolorum dominus qui eſt mons a Iudæis eſt ablatus, & in mare Gentium miſſus. Excluſionem ſuã de electis, amplius ſæuiendo vindicat in reprobis.

g *Accip.* Et ſi differatur ad tempus opportunum, & ſi non his quibus petitur, tamen qui dignè petunt.

(† diuerſatus eſt. — Hom 68. in Matth. — † Non vltra. — † Mar. 11. c. Luc. 17. b. — † id quod accidit ficui. — † tollere & iactare. — † Mar. 11. d. Lucæ. 20. a.)

a In domum obedientiæ uocationem gentium præfigurans. b Vſque ad conſummationem ſeculi.
a illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique † manMore ſtudioſi operatoris qui mane ſurgit. a Pro ueritate carnis uel ſalutem credentium. 1
b ſit. Mane autem reuertens in ciuitatem eſuriit, & videns fici 2
a Synagogam. b Non in uia ſpiritus, ſed literæ. c Immobilem ſine pedibus euangelij. 3
c arborem vnã † ſecus viam venit ad eam, & nihil inuenit in 4
a Id eſt, eloquia legis & prophetarum. Tali.
d ea niſi folia tantum, & ait illi: † Nunquam ex te fructus naſca 5
a Damnanda b Folia & truncus aruit, ſola radix uiuit, quæ in fine mundi pullulabit.
e tur in ſempiternum. Et are facta eſt cõtinuò ficulnea. Et vi- 6
a Quando maledicta eſt.
dentes diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuo 7
aruit? * Reſpondens autem Ieſus ait eis: † Amen dico vobis, 8
a Quæ non frangatur aduerſis. b Vos accepturos quod petitis.
f ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolum † de fi- †
a Et ad literam quando ratio exigit, iam in multis factum eſt, uel ſuperbo diabolo: b De prædeſtinatis.
culnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis † tolle & 9
a In turbulentos infideles. Quæ ad ſalutem pertinent.
iacta te in mare, fiet. † Et omnia quæcumque petieritis
Non hæſitantes.
g in oratione credentes, accipietis. Et cum veniſſet 10
a Q. Si diceret ſe Chriſtum arrogantem & ſuperbum & ſacrilegum inuaderent. 11
in templum, acceſſerunt ad eum docentem, principes 12
ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes. † In qua 13 14

In qua

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Abijt foras extra ciuit. *Et in hoc quod dimiſit eos corporaliter oſtendit facto eos eſſe dimittendos a Deo ſpiritualiter propter eorum excæcationem.*

2 Mane autem rc. *Hic conſequenter oſtendit eos iuſtè reprobandos a Deo euidenti ſigno, in hoc videlicet, quod arborem fici hdbẽtem folia tantum, maledixit, & per hoc oſtendit ſacerdotes illos eſſe maledictos a Deo, in quibus non erant opera veritatis, ſed tantum exterior apparentia ſanctitatis: Sicut enim prophetæ non ſolum verbis, ſed aliquando factis prophetabant, ſicut Iſaias iuit diſcalceatus, in ſignum quod populus ſic duceretur captiuus, ita Chriſtus maledixit ficui, non propter malitiam arboris, vel defectum eius, quia non erat tempus ficorum, vt dicitur Mar. 11. ſed ad ſignificandum, quod ſacerdotes qui erant ſine fructu bonorum operum, eſſent maledicti a Deo. Dicit ergo:* Mane autẽ. *Id eſt, in Ieruſalem.*

3 Eſurijt. *Iſta autem eſuries non fuit naturalis, quia in ſero præcedenti comederat, nec erat adhuc hora comedendi, ſed ſicut maledictio arboris erat figuratiua ſic iſta eſuries ſignabat deſiderium Chriſti de ſalute populi.*

4 Et videns fi. *Per hoc autem quod arbor iſta non erat in via, ſed extra ſignificabatur quod ſacerdotes erant extra viam iuſtitię.*

5 Venit ad. *Quia Chriſtus in ſacerdotibus non inuenit fructum pietatis, ſed tantum apparentiam ſanctitatis.*

6 Et ait il. *Quia ſacerdotes ex maledictione Dei fuerunt reprobati, & honore fidei & deuotioni totaliter priuati.*

7 Et vi. mi. *De ſubita arboris exiccatione.*

8 Reſpondens aũt Ieſus dixit e. *Ad miracula enim facienda requiritur fides, vel ſaltem ſignum fidei, quia etiam aliqui mali ad inuocationem Chriſti leguntur feciſſe miracula, vt dictum eſt ſup. eo. cap.*

9 Non ſolum de. fi. &c. iac. te in. *Hoc eſt aliquid æquale vel maius, licet enim apoſtoli & diſcipuli Chriſti nõ legantur tranſtuliſſe montes de loco ad locum, tamen leguntur maiora feciſſe, ſicut eſt ſuſcitare mortuos, & illuminare cęcos, & conſimilia, quæ non poſſunt fieri, niſi virtute diuina: euerſio autem montium & præcipitatio eorum in mari aliquando fit virtute naturæ ſicut patet in terræ motu.*

10 Et omnia quęcunque. *Dum tamen oratio ſit pro ſe ad ſalutem & perſeuerans.*

11 Credentes acci. *Quia omnis talis oratio ſemper exauditur, licet aliquando exauditio differatur, vt dictum eſt ſup. 7. cap.*

12 Et cum venif. *Poſtquam ſacerdotes impugnauerunt Chriſti famam & gloriam, hic impugnant eius doctrinam, & diuiditur in duas quia primo ponitur eorum impugnatio, ſecundo ponitur ipſius Chriſti cauta euaſio, ibi:* Rñdens Ieſus dixit, *Dicit ergo:* Cum ve. in tẽ. *Id eſt, in atrium templi, vbi conueniebant homines ad orandum, et verbum Dei audiendum, vt ſupra dictum eſt.* Diuiſio.

13 Acceſſerunt ad eum do. *Ex quo patet quod non venerunt ex ignorantia, ſed ex malitia.*

14 Dicentes in qua poteſtate hæc facis. *Aliqui exponunt hoc de miraculis a Chriſto factis, quaſi dicerent, tu non facis virtute diuina ſed arte magica, vnde ſupra dicebant. 12. b.* In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dęmones, *ſed hoc non videtur verũ, quia illa die non legitur aliquod miraculum feciſſe in templo, ideo intelligitur melius de actu docendi, quem exercebat actualiter, & hoc ſignatur, cũ dicitur:* Acceſſe. ad &c. *Et ideo fecerunt ſibi duplicem quæſtionem, ad terrendum eum & ad capiendum. Prima fuit: In qua poteſtate hæc facis id eſt, qua auctoritate doces populum, quia auctoritatem docendi in templo habebant ſacerdotes, & legiſdoctores, ad hoc aſſignati a principibus ſacerdotum, & non alij. Chriſtus autem neutram auctoritatem habebat. Secunda quæſtio eſt.* Duplex quæſtio.

Quis

## MORALITER.

4 *Et videns.* Per arborẽ iſtam fructu vacuam, ſed folia habentem ſignificatur doctor vel prædicator vanus & curioſus, quærens auditorum applauſum, & non fructum, propter quod Dei maledictionem incurrit, & per deuotionis defectum exiccatur, & igne gehennæ finaliter concrematur.

† *Amen di. vo.* Hoc fecerunt apoſtoli myſtice qũ dæmones qui mõtes dici pñt ratione ſuperbiæ, eiiciebant ſuæ fidei virtute.

10 *Et omnia, &c.* Hoc enim fit ſemper quando oratio eſt, pro ſe perſeuerans, & de pertinentibus ad ſalutem.

Baptiſ-

A a *In qua poteſtate.* ✠ Chryſoſtomus. Oſtendunt multas eſſe perſonas quæ dant hominibus poteſtatem, ſiue corporalem, ſiue etiam ſpiritualem quaſi dicerent, de ſacerdotali familia genitus non es, Senatus tibi hoc non conceſſit, Cæſar non donauit. Si autem credidiſſent quia omnis poteſtas ex Deo eſt, nunquam ita interrogaſſent. Omnis enim homo ſecundum ſe exiſtimat alterum. Fornicarius neminem eſtimat caſtum. Caſtus non facile de fornicario ſuſpicatur. Sic qui non eſt Dei ſacerdos, nullus ſacerdotiũ putat ex Deo.

hom. 39. operis imperf.

B b *Interroga. &c.* Poterat aperte confutare eos, ſed ideo interrogat, vt ſuo vel ſilẽtio vel ſententia dãnentur, & in qua poteſtate hoc facit cognoſcant per ſe, ſecũdum illud: Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum.

Pſal. 57. 2. † ſupr. 14. a.

✠ Chryſoſtomus. Interrogãtem oportet docere, tentantem autem rationabili percuſſione confundere, non autem ei virtutem myſterij publicare.

vbi ſupra. Ioan. 16. c. ſupr. 7. a.

C c *Nec ego dico vobis.* Duabus de cauſis occultatur veritas, vel quia non ſunt capaces auditores, vnde: *Habeo multa vobis dicere ſed non poteſtis portare modo.* Vel quia ſunt contemptores, vnde, Nolite ſanctum dare ea.

D d *Homo quidam habebat duos filios, & accedens, &c.* Facta ſacerdotibus cauta reſpõſione, ſtatim infert parabolam, quæ & illos impietatis arguat, & ad gẽtes regnum Dei transferendum doceat.

E Vt ſimpliciter, hęc parabola eſt non de Gentibus & de Iudæis, ſed de peccatoribus & iuſtis, vt poſtea dominus diſſerit: Amen dico vobis quia publica. & mere. præced. vos in regno Dei.

H ✠ Chryſoſtomus. Magna eſt fiducia iuſtitiæ, vbi aduerſario ipſa cauſa committitur. In parabolis ergo figurat perſonas eorum, vt non intelligant quomodo aduerſum ſe ſententiam dicerent.

F e *Vade ho.* Ex quo homo conditus eſt legem habuit, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

a Quaſi non Dei, ſed Beelzebub, vt ſupra. b Filium Dei negant, quem non ſuis ſed alienis viribus operari putant.

a poteſtate hæc facis, & quis tibi dedit hanc poteſtatem? Re- 1
b ſpondens autem Ieſus dixit eis: Interrogabo vos & ego 2
vnum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi, & ego dicam vobis,
Dicite mihi.
in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat: è 3
a Ex ſtatuto Dei. a An fictione hominum.
cœlo an ex hominibus? At illi cogitabant † inter ſe, dicentes. 4 5
Si dixerimus è cœlo, dicet nobis. quare ergo non credidiſtis 6 7
a Qui dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Qui mihi teſtimonium perhibuit, & in qua poteſtate hæc facio, demonſtrauit. b Timent lapidationem, ſed magis veritatis confeſſionem.
illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam, 8
a Cuius baptiſma ſuſceperant.
† Omnes enim habebant Ioannem ſicut prophetam. Et re- 9 10
a Non ego dico vobis quia non vultis faceri, quod vtique ſcitis.
c ſpondentes Ieſu dixerunt. Neſcimus. Ait illis & ipſe. Nec 11
ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio. Quid autem vobis 12
a Deus, qui paterne diligit omnes quos creauit. b Populus.
d videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad 13 14
a Gentiles quia Noe. Quia prius fuit gentilis quam Iudæus. b Non in auribus ſed dans intellectum in ſenſibus. c In tempore huius ſæculi. d Quod tibi non vis alij ne feceris.
e primum dixit. Fili: vade hodie operare in vineam meam. Ille 15
a Superbe cum bonum reliquit, & malum elegit. b Hic liberum arbitrium. c In aduentu Chriſti.
autem reſpondens ait. Nolo. Poſtea autem pœnitentia mo- 16 17 18
a Sermonis contumaciam labore correxit. Iudæum qui ab Abraham.
tus abiit. Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille 19 20 21

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quis tibi dedit hanc poteſtatem.* Quia poteſtatem docendi non habebat à ſacerdotibus nec ab imperatore, cui erant ſubiecti & ſic a nullo videbat̃ habere, ſed magis ſibi vſurpare.

2 *Reſpondens autem Ieſus, &c.* Hic ponitur Chriſti cauta euaſio, quia quaſi retundens clauum clauo, propoſuit eis aliam quæſtionem per quam coacti ſunt recedere abſque Chriſti reſponſione: Quæſtio autem iſta fuit.

3 *Baptiſmus Ioannis &c. è cœlo.* Id eſt, ex diuina ordinatione.

4 *An ex hominibus.* Id eſt, ex humana fictione.

5 *At illi cogitabant, inter.* Viam ſcilicet, reſpondendi, ſed non habebant propter quod ſequitur.

6 *Si dixerimus è cœlo.* Id eſt, ex diuina ordinatione.

7 *Dicet nobis, &c.* Quare non receperant baptiſmum Ioannis, ſed magis ſpreuerant. Similiter & teſtimonium Ioannis de Chriſto, quod ipſi audierant per nuncios ad Ioannem miſſos, vt habetur Ioan. 1. a. *Si autem dixerimus ex hominibus.* Hoc eſt, ex humana fictione.

8 *Timemus turbam ne.* Scilicet, lapidet nos, tanquam blaſphemos. Cuius ratio ſubditur.

9 *Omnes enim habebant.* Id eſt, reputabant.

10 *Ioannem ſicut prophetam.* Sanctum ſcilicet & verum, & per conſequens verba eius & facta ex inſpiratione diuina.

11 *Et reſpondentes, &c.* Ex ſui enim taciturnitate compulſi ſunt a ſua petitione ceſſare. Sed quæritur hic quare non reſpondit eis manifeſte, quia ſtatim poterat dicere, quod ipſe non haberet auctoritatem docendi a ſacerdotibus vel a Cęſare: habebat tamen immediate a Deo patre, quod erat maius: Sicut & multi prophetæ leguntur immediate miſſi ad docendum populum & non ex auctoritate regum, vel ſacerdotum. Dicendum, quod licet poſſet prædicto modo reſpondere, noluit tamen, duplici de cauſa. Prima quia prædixerat ſupra. 7. a. *Nolite ſanctum dare canibus, nec margaritas ponere ante porcos.* Illi autem erant in malitia obſtinati, & ideo non erant digni, vt eis veritas manifeſtaretur. Secundo, quia Chriſtus voluit oſtendere facto, quod licet vti cautelis contra cautelas malorum inſidiantium bonis. Hoc modo Paulus potuit diſſentionem inter Phariſæos & Saducæos volentes eum occidere, vt habetur Act. 23. & appellauit ad Cæſarem, ne traderetur Iudæis in Ieruſalem, Act. 25.

12 *Quid autem vobis videtur.* Hic Chriſtus oſtendit Iudæos contemptores ſuæ maieſtatis verbo rationabili, & hoc dupliciter. Primo, quia legem a Deo receptam non ſeruauerunt. Secũdo, quia legiſlatorem Chriſtum impugnauerunt, ibi: *Homo erat paterfamilias.* Circa primum dicit ſic.

13 *Homo quidam, &c.* Homo iſte eſt ipſe Deus: Qui dicitur homo propter hoc, quod homo eſt ad imaginem Dei factus, & propter humanitatem aſſumptam, iſti duo filij ſunt duo populi, gentiles & Iudæi.

14 *Et accedens ad primum.* Id eſt, ad gentilem populum qui incepit a Noe, Iudæi autem ab Abraham vel ab ipſo Heber, vnde dicti ſunt Hebræi, qui Heber fuit longe poſterior ipſo Noe. Sequitur.

15 *Dixit primo.* Id eſt, gentili populo.

16 *Fili: vade hodie operare.* Id eſt, fac iuſtitiam, quia nunquam Deus deſtitit homines incitare ad bonum per occultos inſtinctus.

17 *Ille autem reſpondens.* Quia gentiles per totum mundum ad idololatriam declinauerunt.

18 *Poſtea autem pœnitentia motus abijt.* Quia gentiles ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum credentes opera pœnitentiæ humiliter egerunt.

19 *Accedens autem ad alterum.* Hoc eſt ad Iudaicũ populũ.

20 *Dixit ſimiliter.* Per Abrahã & alios patriarchas & Moyſem, quod ſcilicet facerent opera iuſtitiæ.

21 *At ille reſpondens ait: Eo domine:* Quia Iudæi obligauerũt ſe ad ſeruiendum dño per ſuſceptionem legis, vnde dixerũt Exo. 24. d. Cuncta quæ loquutus eſt dominus faciemus.

## MORALITER.

3 *Baptiſmus Ioannis, &c.* Per hoc oſtendit Chriſtus, quod malignantibus quales erant iſti, non ſunt Dei ſecreta reuelanda, ſicut Chriſtus dixerat ſupr. 7. *Nolite ſanctum dare canibus:* Sed eorum malitia prudenter eſt declinanda.

13 *Homo quidam h. &c.* Per primũ filiũ qui primo renuit patris præceptum ſed poſtea fecit ſignificant̃ peccantes qui pœnitent, poſtea viriliter operãtes, per ſecundũ vero filium qui facere voluntatẽ patris promiſit & nõ fecit, ſignificantur illi qui operari virtuoſe ſe promittũt, ſed nõ faciunt, de quibus ſunt multi religioſi profitẽtes ſeruare magna. ſ. euangelica conſilia, cum tamen non obſeruent etiam pręcepta propter quod ſeculares etiam peccatores tamen poſtea pœnitentes eis coram domino præponuntur, cum dicitur.

Quis Et non Quia

A a *Quis ex duobus, &c.* * Origenes. Vnde poteſt conſiderari, dominum eſſe locutum in parabola iſta ad eos, qui modicum aut nihil promittunt, operibus autem oſtendunt, & côtra eos qui magna promittunt, nihil autem ſecundum promiſſionem ſuam agunt.

b *Dicunt ei.* In quibuſdam codicibus habetur, pro primus nouiſſimus. Intelligunt enim veritatẽ ſed tergiuerſando vel ſubterfugiendo nolunt dicere quod ſentiunt, vt de baptiſmo Ioannis.

c *Quia publicani.* * Chryſoſtomus. Per hanc etiam parabolam oſtendit, quia meliores ſunt populares, qui a principio ſęcularem profitentur vitam, quam ſacerdotes qui a principio profitent Deo ſeruire. Quia populares quidem aliquando compuncti conuertuntur ad Deũ, ſacerdotes autẽ impęnitibiles conſtituti nunquam deſinũt peccare in Deum.

d *Ioan. in vi. in.* Ioannem Iudæi contemnentes, nec viã iuſtitię côprehenderũt, nec de operibus malis pęnitẽtiã egerũt.

D e *Vos autem.* Gregorius. Quia aperte nolebant reſpondere ſapientiæ, in parabolis capiuntur. Sap. 5. b.

f *Vineam.* De qua Iſa: *Vinea domini ſaba. &c.*

✠ Chryſoſtomus. Aliam ponit parabolam, vt oſtendat eorum accuſationem eſſe maiorem, & venia indignam. Hom. 69. in Matth.

Moyſi. a Omnia quæcunque dixerit faciemus. b Quia filium extra vineam interfecit.
a reſpondens ait: Eo domine, & non iuit: Quis ex duobus fe- 1
a Vt ſuo iudicio damnentur. 2
b cit voluntatem patris? Dicunt ei. Primus. Dicit illis Ieſus: A-
a Vt Matthæus. Vt Maria. 3
c men dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos 4
a In cœlo, vel Eccleſia. b Quare. Prædicata, id eſt, Chriſto vel præceptis Dei. †
d in † regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitię & †
non crediditis ei. Publicani autem & meretrices credide- 5
a Viam iuſtitiæ quam prædicauit. 6
e runt ei: vos autem videntes, nec † pœnitentiam habuiſtis 7
a Saltem poſt completam eius prophetiam. b Vbi mortem ſuam eis improperauit. 8
c Alias loquutus eſt. 9
poſtea, vt crederetis ei. Aliam parabolam audite. † Homo 10
a Dominus Sabbaoth. b Communitionem. ſ. terram promiſſionis. c Murum vrbis, vel angelorum cuſtodiam, vel bellicoſorum virorum, vt Dauid & Machabæorum. 11
f erat paterfamilias, qui plantauit vineam & ſepem circumde 12
a Impoſuit ei tormenta legalia, per quæ cogeretur ad bene viuendum. b Templum. 13
g dit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit 14
a Qui ſupra operarij in vinea. b Non mutando locum, ſed operandi relinquent liberum arbitrium. 15
h eam agricolis. & peregre profectus eſt. Cum autem tempus 16
a Moyſen & Aaron legiſeros. b Qui te male colebant. 17
fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt 18
a Vt inquirerent fructum legis. b Legis cuſtodibus. 19
acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, 20
a Vt Ieremiam. b Vt Iſaiam. c Vt Zachariam quem occiderunt inter tem. & al. 21
alium cæciderunt, alium occiderunt, aliũ vero lapidauerunt. 22

✠ Origenes. Homo paterfamilias Deus eſt, qui dicitur homo in quibuſdam parabolis, ſicut pater cum paruulo filio ſuo loquatur infantilia vt deſcẽdat ad verba filij ſui. Tracta. 19. in Matth.

* Chryſoſtomus. Per ſepem intellige cuſtodiam patrum iuſtorum, qui tanquam murus facti ſunt populo Iſrael. Hom. 40. operis imp. † pœnitentia morti fuiſti.

F ✠ Origenes. Vel cuſtodia Dei fuit ſepes ipſius, torcular autem locus librationum. † Mar. 22. a. Luc. 20. b. Tractat. 19.

g *Fodit in ea torcu.* In foſſione timor notatur, quia præcepta illa legalia non amore ſed timore ſeruabant.

h *Tempus fructuum appropinquaſſet, &c.* Bene tempus fructuum, non fructus: quia nullus fuit in illo contumaci populo.

e *Vos autem.* ☞ *Nouiſſime, &c.* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non iuit, *Quia Iudæi legem ſuſceptam non obſeruauerunt, ſed ad idololatriam & prophetarum occiſionem, & ad infinita mala declinauerunt, vt habetur lib. Iudicum. & libro Regum.*

2 Quis ex duo. fe. *Non enim aliter poterant reſpondere, quia minus malum eſt non promittere, quam promiſſum non ſeruare.*

3 Dicit illis Ieſus. *Ex reſponſione eorum confutans eos.*

4 Amen dico vobis, &c. *Q. d. non ſolum gentiles, ſed peſſimi de gentibus erunt maioris meriti apud Deum, quam vos, quia ſecundum Hieron. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. Et hoc vitium potiſſime vigebat in ſacerdotibus, & Leuitis. Et ad declaratione͂ ſui dicti ſubdit.* 5 Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, &c. *Quia opera perfectionis faciebat, & iterum, quia Chriſtum annunciabat qui eſt ipſa iuſtitia ſempiterna, vt habetur Daniel. 9.*

6 Et non crediditis ei. *Opera eius imitando, & doctrinam eius audiendo.*

7 Publicani autem, & me. cre. ei. *Ad prædicationem eius pœnitentiam agendo.*

8 Vos autem viden. *Iſtorum, ſcilicet, pęnitentiam.*

9 Nec pęnitentiam ha. *Ad imitationem eorum. Ex quo ſequitur aggrauatio peccati ſacerdotum, & Phariſæorum.*

10 Aliam parabolam. *Hic conſequenter oſtendit qualiter ipſi impugnauerunt Chriſtum legislatorem. Et diuiditur in duas, quia primo ad oſtendendum propoſitum proponit quandam parabolam, ſecundo cõfirmat ſuum propoſitum per ſcripturam, ibi.* Dicit illis Ieſus nunquam legiſtis. *Circa primum dicit ſic.*

11 Homo erat. *Iſte homo, Deus eſt, rationibus prædictis, Qui dicitur paterfamilias quia ſic gubernat totam creaturam, ſicut paterfamilias gubernat ſubditos in domo.*

12 Qui plantauit vineam. *Domum ſcilicet Iſrael, ſecundum quod dicitur Iſa. 6. b. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.*

13 Et ſepem circum. ei. *Scilicet clauſuram legis, & mandatorum.*

14 Et fodit in ea torcular. *Dando doctrinam prophetarum, in qua exprimitur, & declaratur magis virtus legis.*

15 Et ædificauit turrim. *Scilicet templum in Ieruſalem, quod erat ædificatum ad modum turris vnde templum dicitur turris. Michee. 4. c.* Et tu turris nebuloſa. &c.

16 Et locauit eam agricolis. *Videlicet ſacerdotibus, & principibus, qui habent officium ſeruandi cultum diuinum, & iuſtitiam in hominibus.*

17 Et peregre profectus eſt. *Non quia mutet locum cum ſit vbique præſens, ſed quia dimittit homines agere ſecundum libertatem arbitrii, ſecundum quod dicitur Eccle. 15. c.* Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui.

18 Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet. *Quia poſt legem ſuſceptam debebant facere fructum bonorum operum.*

19 Miſit ſeruos ſuos. *Id eſt, primos prophetas.*

20 Ad agricolas. *Id eſt, ad reges, & ſacerdotes principaliter, & ad alios eis ſubiectos conſequenter.*

21 Vt acciperent fructus *Per prædicationem ſuam eos ad fructum bonorum operum reducendo.*

22 Et agricolę apprehenſis ſeruis eius. *Quia reges multi, & ſacerdotes prophetas ſibi miſſos a domino turpiter comprehenderunt, & incarcerauerunt, ac occiderunt. & hoc eſt quod ſubditur.*

23 Alium cęciderunt. *Sicut Iſaiam qui ſerratus fuit cum ſerra ex præcepto Manaſſe regis Iuda.*

24 Alium occiderunt. *Sicut Amos quem Oſias vecte per tempora transfixit.*

25 Alium vero lapidaue. *Vt Zachariam, quem Ioas rex Iuda lapidari iuſſit inter templum & altare.*

Iterum

## MORALITER.

† *Quia publi. & me. præcc. vos in regno Dei, &c.* Sequitur *Homo erat paterfa. &c.* Secundũ ſenſum allegoricũ homo iſte Chriſtus eſt, qui plantauit eccleſiam de ſuo latere formatam.

13 *Et ſepem circumd. ei.* Id eſt doctrinam Euangelicam.

14 *Et fodit in ea tor.* Id eſt, martyrum patientiam qua roborata eſt eccleſia.

15 *Et ædif. tur.* Id eſt, contemplationẽ confeſſorũ & doctorũ.

Et

16 *Et locauit eam, &c.* Rab. Moral. hęc vinea cuicunque locatur cũ baptiſmi myſterium ſibi datur, vt bene operando in ea exerceatur. Mittitur ſeruus vnus alter tertius cũ lex Pſalmus, prophetia legitur, ſed miſſus cæditur eiicitur, cũ ſermo cõtemnitur, vel quod peius eſt, blaſphematur. Hęredẽ vero quantum in ſe eſt occidit, qui filiũ Dei conculcauerit, & ſpiritui gratię cõtũeliã fecerit. Perdito malo cultore vinea alteri dat, cũ donũ gratiæ qđ ſuperbus ſpreuerit humilis accipit.

A a *Nouiſſime, &c.* Vide patrisfamilias patientiam qui expectat ad pœnitentiam.
b *Verebuntur.* Quaſi faciam quod meum eſt, ipſi videant quod ſuum eſt.
c *Hic eſt hæres.* Patet princ pes ſacerdotum non per ignorantiam, ſed per inuidiam occidiſſe Ieſum, cum ſcirent eũ eſſe, cui dicitur: *Poſtula à me, & dabo tibi gen. hære. tu.* vnde & conſulentes ſibi aiebant: Si dimittimus eum ſic &c.

Pſal. 2. b. Ioan. 11. f.

d *Habebimus hære.* Hæreditas Chriſti quam reſurgẽs poſſedit, Eccleſia eſt, quam moliebantur præripere Iudæi: dũ ſide eius extincta iuſtitiam quæ ex lege eſt, Gentibus perſuadere conabantur.

† occupemus.

B e *Eiecerunt extra vineam.* Marcus mutat hunc ordinem, dicens: Occiderunt & eiecerunt extra vineam, quaſi vile cadauer. In quo notat pertinaciam q̃ occiſo domino, & reſuſcitato, à ſuis finibus eum excluſerunt, & Gentibus miſerunt.

Mar. 12. a. † Pſal. 117. e. Mar. 12. a. Luc. 20. c. infr. 25. d. † 23. q. 7. c. Si de rebus.

a Prophetarum choros.
Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſi- 1 2
a Adhuc locum dat pœnitentiæ.
a militer. Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum dicens: 3
a Non de ignorantia, ſed ſemper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reſeruetur. 4
b Verebuntur forſitan filium meum. Agricolæ autem viden- 5 6
c tes filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, venite occidamus 7
d eum, & † habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum 8 9
a Quia extra portam paſſus eſt, vel prius à cordibus incredulorum repulſus, deinde crucifigitur. Iudicauerit.
e cum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo vene- 10
a Non ignorans quærit, ſed vt ſua reſponſione eos condemnet.
f rit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Ma- 11
a Eccleſiam de alijs nationibus eliget.
los male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui 12
a Verbi vel facti, pro competentia temporis.
reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus: Nun- 13 14 15
g quam legiſtis in ſcripturis: † Lapidem quem reprobauerunt 16
Suas traditiones. a Duos populos in ſe vno condens. b Non humanis viribus, ſed Dei potentia.
h ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino fa- 17
a Concludo ex veſtra conceſſione & prophetica auctoritate.
ctum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico 18
a Iudæis. b Sacra ſcriptura. Vt non ſitis quod eſſe præſumebatis.
vobis, † quia auferetur à vobis regnum Dei, & da- 19 20

f *Quid faciet agricol.* Hieron. Alij videntes contra ſe dictũ, dixerunt ſecundum Lucam, Abſit, cum etiam ſecundum Marcum dominus a ſe dixiſſet: *Malos male per. & vi. ſuam lo. agri. alie. q. r. e. f. t. ſuis.*

Luc. 20. b. Mar. 20. a.

✻ Chryſoſtomus. Lucas quidem ſecundum reſponſionem oris eorum narrauit, Matthæus ſecundum reſponſionem cordis. Nam viſibiliter in facie contradixerunt, dicentes abſit. In conſcientia autem, malos male perdet.

Hom. 40. operis imp.

* Origenes. Sicut Cayphas, ſic & iſti non ex ſe prophetauerunt contra ſe, quoniam tollenda erant ab eis eloquia

vbi ſupra. C

F Dei, & danda gentibus fructum in tempore daturis, vel dominus quẽ occiderunt; ſtatim venit reſurgens a mortuis, & malos quidem colonos male perdidit, alijs autem colonis, id eſt, Apoſtolis vineam ſuam conſignauit, id eſt, eis qui ex Iudaico populo crediderunt.

Hom. Mat.

✻ Chryſoſtomus. Dominus propter hoc eis parabolam propoſuit, vt ipſi nõ intelligentes contra ſe ſententiam proferrent, ſicut Dauid factum eſt per Nathan. Rurſus autem intelligẽtes eſſe contra ſe, dixerunt, Abſit.

Myſtice. Cuique vinea locatur colenda, cum myſterium baptiſmi datur, qđ operando exerceat. E Mittitur ſeruus vn⁹ & alter, cum lex pſalmus, prophetia legitur, quorum monitu bene operetur. Sed miſſus ceditur eijcitur, cum ſermo contemnitur, vel (quod peius eſt) blaſphematur. Hæredem quantum ad ſe occidit, qui filium Dei conculcauerit & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo, vinea alij datur, cum donum gratiæ quod ſuperbus perdit, humilis accipit.
g *Lapidem quem re.* Quod vinea alijs locabitur, affirmat prophetico exemplo. *Lapidem*, id eſt, Chriſtum cuius fidem & iuſtitiam contempſerunt.
✻ Chryſoſtomus. Nunquam legiſtis, id eſt, ſi parabolam meam non intelligitis, vel iſtam ſcripturam cognoſcatis.

Hom. op.

h *Aedificantes.* Qui de ſubdita plebe quaſi Deo domum ſtruere videbantur. F

Et qui

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus.* Multiplicando ſcilicet prophetas ad populi correctionem.
2 *Et fecerunt illis ſimi.* Eos, ſcilicet occidendo intantũ quod impleuerunt Ieruſalem ſanguine prophetarum vſque ad os, vt dicitur. 4. Regum 21.
3 *Nouiſſime autem mi. ad eos fil. ſuum.* Pro nobis incarnatum, dicens.
4 *Verebuntur forſ. fil. me.* Hoc non dicitur, quia Deus ignoraret contemptum quem Iudæi facturi erant Chriſto, ſed per hoc exprimitur quid deberet fieri, ac ſi diceret. *Verebuntur fi. me.* id eſt, in reuerentia deberent habere.
5 *Agricolæ autem.* id eſt, ſacerdotes & legiſperiti.
6 *Videntes fil.* Id eſt, dominum Ieſum Chriſtum opera diuinitatis facientem, & omnia quæ prædicta erant de ipſo adimplentem.
7 *Dixerunt intra ſe hic eſt hæ.* Quia de ipſo veram notitiam habuerunt, vt iam dicetur.
8 *Venite occidamus eum.* Propter hoc tractauerunt de morte eius, ne occaſione Chriſti venirent Romani, & auferrent eis locum & gentem, vt habetur Ioan. 11. & ſic occiderunt eum, vt pacifice poſſiderent ciuitatem & templum: contrarium tamen accidit eis, quia per hoc in vindictam mortis Chriſti perdiderunt locum & gentem, quia per Titum & Veſpaſianum deſtructa eſt ciuitas & templum, & populus occiſus & captiuatus.
9 *Et apprehenſum eum eiecerunt extra vi.* Quia Chriſtus extra ciuitatem Ieruſalem crucifixus eſt.
10 *Cum ergo venerit dominus vineæ quid fa agricolis illis?* Venit dominus ad iudicandum & vindicandum illud factũ, quando ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum.
11 *Aiunt illi malos male perdet.* Lucas vero iſta verba refert quaſi a Chriſto dicta, & ſacerdotes dixerunt contrarium: Abſit, vt habetur Luc. 20. Dicendum, quod non eſt contradictio: quia in turba illa erant aliqui qui conſentiebant doctrinæ Chriſti, & illi dixerunt: *Malos male perdet.* vt hic dicit Matthæus. Et hanc reſponſionem quaſi approbando tanquam veram Chriſtus repetijt, vt dicit Lucas. Et tunc conſequenter ſacerdotes videntes quod erat dictum cõtra eos, dixerunt *Abſit*, Malos autem dominus perdidit, quando ciuitatem & templum per Romanos deſtruxit. Sequitur.
12 *Et vi.* Quia Chriſtus eccleſiam ſuam regendam tradidit apoſtolis & alijs diſcipulis.
13 *Qui red. ei.* Quia ad prædicationem eorum credidit multitudo gentium.
14 *Dicit illis Ie.* Hic confirmat parabolam ſuam per ſacram ſcripturam.
15 *Nunquam le. in.* Id eſt, in Pſalmis. q. d. Vos qui eſtis legiſperiti, deberetis hoc ſcire.
16 *Lapidem quem.* Ad literam dicitur de ædificatione templi Salomonis, qui quidem lapis pluries oblatus eſt in ædificatione, & quia non poterat conuenienter collocari, ideo pluries reiectus eſt quaſi reprobatus ab ædificantibus, vltimo autem poſitus eſt in conſummatione anguli, vbi coniungebantur parietes templi, & de illo ſcribitur in Pſal.
17 *A domino, &c.* Quia illud non fuit a caſu, ſed ex diuina præordinatione, quia lapis iſte figurabat Chriſtum, qui multotiens & multipliciter reprobatus eſt a principibus ſacerdotum, & tamen factus eſt in caput anguli, coniungens Iudæos & gentiles, quaſi duos parietes in vnam eccleſiam. Quod autẽ Chriſtus dicatur lapis in ſcriptura habetur Dan. 2. g. *Lapis qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem probatum precioſum, &c.* Et ex auctoritate concluditur reprobatio Iudæorum.
18 *Ideo di. vo.* Qui Chriſtum reprobatis.
19 *Auferetur à vo.* Id eſt regimen eccleſiæ.
20 *Et dabitur.* Id eſt, apoſtolis & eorum ſucceſſoribus.

Et

a Gentilibus. ¶Opera.

a bitur Genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapi- 1
dem iſtum, confringetur ſuper quem vero ceciderit, conte- 2
ret eum. † Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phari- 3
¶Illas parabolas.
ſæi parabolas eius, cognouerunt, quod de ipſis diceret, & 4
b quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut 5
prophetam eum habebant.

A a *Et qui ce.&c.* Qui credit,& tamen peccat,cadit ſuper illũ lapidem & non conteritur,ſed cõſtringitur, quia per patientiam ad ſalutem reſeruatur,ſed cui lapis irruit, ideſt, qui negat penitus cõteritur, vt nec teſta remaneat, vel cadit ſuper eum qui modo cõtemnit,& iniurijs afficit, necdum penitus interijt, ſed quaſſatur,vt non ambulet rectus. Cadit ſuper illum lapis, quando veniens in iudicio opprimit cum dicit. *Ite in ignem æternum.* ✠ Chryſoſtomus. Aliud eſt confringi. B aliud cõminui. De eo enim quod confringitur, aliquid remanet,quod autem cõminuitur,quaſi in pulluerem conuertitur. Quod autem cadit ad lapidẽ non frãgitur ſecundum quod eſt lapidis virtus ſed inquantum fortiter cadit,aut pp pondus ſuum, aut propter altitudinẽ caſus,ſic & Chriſtianus peccãs, non tantum C perit quantum põt perdere Chriſtus,ſed quantũ ipſe ſe perdit per opera ſua,aut propter magnitudinẽ peccati aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantũ, quantum poteſt eos perdere Chriſtus. D

b *Et quærentes eum.* Quaſi mentientem interficere quęrunt, in quo vera probantur,quæ dixerat. Ipſe eſt.n.heres illi praui coloni, qui ſolo humano terrore retardantur donec veniret hora eius.

Myſticè. Principes & ſcribæ quęrunt manum mittere in Ieſum,nec audẽt timore cũ quilibet ſolo nomine frater,fides & pacis veritatem (quam non diligit) propter bonos cohabitantes vel erubeſcit, vel timet impugnare, qui tamen (ſicut de ſtultiſſima auium ſtruthione dominus ait) cum tempus venerit in altum alas erigit, quia perſequendo eccleſiam, quaſi Deum cruci adijcere & oſtentui gaudebit habere. E Ioan.39.c. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et qui ce.* Ille autem cadit ſuper lapidem, qui credens peccat per lubricitatem carnis, ſeu alijs peccatis,& ille confringetur ſed non comminuitur,quia nõ peccat tam grauiter, ſicut ille qui peccat peccato infidelitatis.

2 *Super quem.* Super illum vero cadit lapis, in quo inuenitur peccatum infidelitatis.Et iſte conteritur,quia ex pondere diuini iudicii grauiſsime punitur.

3 *Et cum au.prin.* Hic ponitur concluſio huius cap.vbi oſtenditur obſtinatio ſacerdotum, quia audientes doctrinam eius, non fuerunt contriti, ſed magis ad occidendum eum incitati.

4 *Et quærentes eum.* Scilicet ad occidendum.

5 *Timuerunt turbas.* Ex quo patet,quod ſolo timore retracti fuerunt ab eius morte. Occaſione dictorum in hoc ca. quæritur vtrũ Iudæi cognouerunt Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum ſibi promiſſum. Et arguitur primo quod nõ per illud quod dicitur 1.Corinth.2.b. *Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent &c.* Item Act.3.c.dicit Petrus loquens Iudæis. *Scio fratres quod per ignorantiam feciſtis ſicut & principes veſtri.* Itẽ Luc.23.e. dicebat Ieſus in cruce. *Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciũt.* Contrarium arguitur, per illud quod habetur Ioan. 15.d. *Nunc autem viderunt,& oderunt mè & patrem meum.* Quod autem videtur manifeſte cognoſcitur. Item ſuper illud quod dictum eſt in præſenti cap, *Agricolæ videntes filium,dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres* dicit Hiero. Manifeſte probat dominus his verbis Iudæorum principes non per ignorantiam, ſed per inuidiam Dei filiũ crucifixiſſe. Reſponſio. Dicendum, quod in populo Iudæorũ aliqui erant maiores ſcientes ſcripturas legis & prophetarum, aliqui autem minores, ſicut laici & vulgares, tantummodo ſcientes illud quod eſt de neceſſitate ſalutis, vt præcepta decalogi & huiuſmodi quæ debẽt ſciri ab omnibus, ſed ſubtilitatem ſcripturarum & dicta prophetarum ignorantes. Item quod Chriſtus erat verus homo,propheta ſanctus & Deus in vnitate ſuppoſiti. Dicunt ergo aliqui & bene quantum ad hoc, q, minores populi Iudæorum nõ cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtum, nec quantum ad diuinitatem nec quantum ad humanitatem, quia licet cognoſcerent eum eſſe hominem verum, tamen non cognoſcebant illum eſſe hominem ſeu prophetam,qui erat a Deo promiſſus Chriſtus. Cuius ratio eſt, quia ignorabant ſcripturas quæ loquuntur de Chriſti diuinitate,& illas quæ loquuntur de determinatione temporis, & de ſignis ſui aduentus,ſed maiores cognouerunt eum eſſe verũ prophetam a Deo promiſſum,& miſſum,quia ſciebant ſcripturas loquentes de tempore ſui aduentus,& de ſignis, quæ omnia videbant in eo impleri, non tamen vt iſti dicunt cognouerunt ipſum eſſe Deum,& ſecundũ hoc loquitur Apoſt.in auctoritate pręall. *Quod ſi cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.* Quaſi dicat nunquam cognouerunt eius diuinitatem. Sed hoc non videtur conuenienter dictũ, quia ſicut ſcripturæ determinate loquuntur de tempore ſui aduentus. Dan.9.f. In hebdomadibus illis abbreuiatis, & de ſignis ſui aduentus, ſicut eſt translatio regni, vt habetur Gen.40. Et modus eius adueniendi in paupertate & humilitate,vt habetur Zach.9.a.vt dictum eſt in præced.cap. ita expreſſe vel expreſſius loquuntur ſcripturæ prophetarum de eius diuinitate Iere.33.c. *Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo verbum bonum quod loquutus ſum ad domum Iſrael & Iuda, in diebus illis germinare faciam Dauid germen iuſtum, & faciet iudicium & iuſtitiã in terra, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter.* In Hebraico vbi habetur hic, *Dominus* ponitur nomen domini tetagrammaton,quod nullo modo poteſt dici de aliquo niſi de Deo vero. Cum ergo iſta auctoritas ſecũdum omnes doctores etiam Hebraicos expoſita ſit de Chriſto, ſequitur ipſum eſſe verum Deũ. Item Iſa.9.b.dicitur: *Paruulus natus eſt nobis.* Sequitur. *Et factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi princeps pacis,* quæ etiam auctoritas ſecundum Hebræos intelligitur de Chriſto, & in ea fit expreſſa mẽtio de eius diuinitate ſicut de humanitate, & multæ aliæ auctoritates conſimiles poſſunt ad hoc induci, ſed propter prolixitatem omitto,& ideo dicendum,quod ſicut maiores populi Iudęorum habuerunt notitiam de tempore & ſignis ſui aduentus, ita notitiã per ſcripturas habuerunt,quantum ad eius diuinitatem. Conſiderandum tamen, q, aliquid cognoſcitur in habitu,cuius tamẽ cognitio actualis impeditur propter aliquam paſſionem vel habitum impedientẽ, ſicut dicit Philoſophus 7.Ethico.quod incontinens differt ab intemperato, per hoc quod habet æſtimationem veram, non ſolum in vniuerſali, quam etiam habet intemperatus, vt q fornicari eſt malum, cum non peccet per ignorantiam, ſed etiam habet æſtimationem verã in particulari,& per hoc differt ab intemperato, & tamen aduenięte paſſione corrumpitur æſtimatio vera particularis,quia paſſione vincente iudicat nunc fornicandum, ita quod paſſio impedit actualem conſiderationem veram in particulari, & ſi paſſio ſemper duraret ſemper ſic iudicaret. Eodem modo dicẽdum eſt, quod Iudæi habuerunt veram æſtimationem de Chriſto & in habitu,& in actu in principio, ſed quando incepit contra eos prædicare,excitati fuerunt contra eum paſsionibus iræ,rancoris,& inuidiæ, quibus paſsionibus impediebantur ab actuali conſideratione veritatis præhabitæ de Chriſto. Ideo machinati ſunt in eius mortem, ſicut & incontinens propter paſsionem concupiſcibilis eligit fornicari,quod tamen alias refugeret. Conſiderãdum tamen quod illa notitia quam habuerunt de Chriſto per ſcripturas prophetarum non erat certa certitudine euidentiæ: Tũ quia talis certitudo ſolum habetur per demonſtrationem vel ſenſum. Tum quia prophetiæ poſſunt aliquando varie exponi, & ideo erat magis notitia probabilis & veriſimilis coniecturæ, vel ſecundum alios erat ibi certitudo adhærentiæ quæ tamen poteſt impediri in actu modo prædicto. Per dicta poſſunt ſolui argumẽta ad vtramq; partem,quia illa argumenta, quæ probant quod habuerunt notitiam de Chriſto, intelligendum eſt de notitia habituali prædicto modo. Aliæ autem auctoritates quæ dicunt contrariũ, loquuntur de actuali cognitione applicante ad opus, quæ fuit impedita propter paſsionem inuidiæ & rancoris, vt dictum eſt. Philoſophus

## MORALITER.

3 *Et cum audiſſent, &c.* ✠ Chryſo. Hęc eſt differentia bonorum hominum & malorum,bonus enim comprehenſus in peccato gemit,malus autem fremit, non quia peccauit, ſed quia comprehenſus eſt in peccato.

## ADDITIO I.

A *In capitulo* 21. Vbi dicitur in poſtilla. *In qua poteſtate hoc facis?* id eſt, qua auctoritate doces populum?

Ad maiorem harum quæſtionum declarationem attendendum eſt, quod auctoritas docendi apud Hebræos duplex erat: quia aut ſecundũ deriuationem generis, vt in ſacerdotibus. Iuxta illud Aggæi.2.cap. *Interroga ſacerdotes legem.* Aut ſecundum graduationem. Sicut cum quis accipit gradum in ſcientia ab alio graduato habente ad hoc poteſtatem. Et tales erant illi ſeptuaginta viri, qui ordinarie iudicabant populum, vt in libro Thamuldico, qui dicitur Shanhedrin tractatur. Et quia principes ſacerdotum hanc quæſtionem mouentes, ſciebant Chriſtum non deſcendere per lineam maſculinam ab Aaron ſacerdote, & per conſequens non habere authoritatem docendi ſacerdotalem. Idcirco dimiſſo hoc membro circa ſecundum quærebant ſcilicet. Quis dedit tibi hanc poteſtatem, quia talis poteſtas ab ipſiſmet ſenioribus & ſacerdotibus concedenda erat, & non ab alio. Ab Imperatore enim non pertinebat talis licentia impetrari, quod patet ex hoc. Nam cum Chriſtus Luc. 20.c. & inf.22.b reſpon-
B diſſet Phariſæis. *Quæ ſunt Dei, date Deo.* Ex hoc non fuerunt indignati Herodiani, qui ibi erant, ſed potius contenti de reſponſione Chriſti. Sed conſtat, quod doctrina diuinæ legis non eſt Cęſaris, ſed Dei. Hoc etiam patet per communem doctrinam eorũ ſecundum quam nullus recipiebat, nec hodie tempore captiuitatis eorum auctoritatem docendi legem recipiunt ab aliquo principe, quãuis ſint ſubiecti. Et ideo ex his quæſtionibus tacite ſeipſos glorificabant, & Chriſtũ vilipendebant, quaſi dicerent. Nullam poteſt habere poteſtatem docendi, niſi a nobiſmetipſis qui ſumus doctores legis, vnde Chriſtus in ſua cauta reſponſione non ſolum eis ſilentium impoſuit, ſed etiam ipſorum errorem exprobrauit. Errabant enim in hoc, quod nullam poteſtatem docendi attribuebãt Deo, ſed hominibus, aut ex deriuatione generis vel graduatione perſonæ, vt dictum eſt, vnde Chriſtus oſtendit eis quod eſt alia auctoritas docendi præter illas, & illis altior ſcilicet ex Deo. Et ideo quærit de baptiſmo Ioannis, in quo noua doctrina fuit diuulgata, vtrum eſſet ex Deo an ex hominibus, in quo includitur, quod poſſibile eſt aliquam doctrinam eſſe ex Deo tãtum, ſicut patet de baptiſmo Ioannis, & per conſequens remanebant confuſi, eo quod præſupponebant quod omnis auctoritas docendi erat ab hominibus modo prædicto.

C

## ADDITIO II.

*In eod.ca.* Vbi dicit in poſtil. *Iudæi ab Abraham vel ipſo Heber.*

Hebręi non dicuntur ab Abraham ratione proprij nominis, vt manifeſte patet per literas Hebraicas, vt ipſemet Poſtillator tradit, Gen. 14. Cuius ratio eſt, quia Abraham incipit ab aleph litera. Heber vero per ain. Et ideo ſi Hebræus diceretur ab Abrahã inciperetur ab aleph quod nõ eſt verum, ſed incipit per ain. Nec etiã dicuntur Hebræi ab Heber, quia ſi ſic Ammonitæ & Moabitæ qui de Loth deſcendunt, ſimiliter & Iſmaelitæ & Madianitæ qui deſcenderunt ab Abraham. Similiter & Edomitæ, qui deſcendunt de Iſaac, omnes dicerentur Hebræi, cum omnes prædicti deſcendant ab Heber, vt manifeſtum eſt in litera Gen. 11. & 16. & in alijs. Sed hæc denominatio accipitur ab Abraham, non ratione proprij nominis, ſed alia ratione. Ad cuius euidentiam attendendum, quod inter Meſopotamiã & terram promiſſionis tranſit fluuius Euphrates, qui cum ſit magnus & vnus de quatuor fluminibus paradiſi, vt habetur Gen.2. Idcirco in limitationibus terræ promiſſionis vocatur fluuius ſimpliciter, nõ exprimendo nomen propriũ quod eſt Euphrates vt habetur Exo. 22.d. vbi dicitur. *Ponam terminos, &c.* à deſerto vſq; ad fluuiũ, quod intelligitur de Euphrate qui terminabat terram promiſſionis ex parte Meſopotamiæ, vt patet ibidem. Et quia Abrahã natus fuit in Meſopotamia, vbi Thare pater eius & alij cognati ſeruiebant idolis, & inde adductus fuit diuina directione in terram Canaan, vbi ſegregatus ad cultum diuinum: ædificauit altaria domino inuocens nomen eius, vt habetur Gen. 12. Idcirco Abraham veniens in terram promiſſionis, Hebræus vocabatur, id eſt, transfluuialis. Heber enim cũ ain ſcripta, Hebraice transfluuialis ſignificat. Et ideo ſicut illi qui veniunt de partibus vltramontanis cõiter vltramõtani dñr, ſic Abraham in initio ſuæ vocationis ad fidem, in terra promiſſionis exiſtens Hebræus vocabatur, hoc eſt transfluuialis, vnde Gen. 14 b. *Venit vnus de his qui euaſerunt & nunciauit Abrahæ Hebræo* quod idem eſt dicere, vt ſi dicatur Abrahæ transfluuiali. Ex quibus patet, quod Abrahã dictus eſt Hebręus, eo q ex partibus transfluuialibus in terrã ſanctam venit. Et quia iſta trãſportatio fuit facta in principio ſui acceſſus ad fidem vel ſalutem ſuæ publicationis, ideo inde cognominatus eſt cũ ſua poſteritate, quaſi à principio ſuæ fidelitatis. Quæ quidem ratio poteſt haberi Ioſue. 23. vbi ſic. *Hæc dicit dominus: Transfluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, ſeruieruntque diis alienis.* Et ſequitur. *Tuli patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus,* vbi in Hebræo habetur. *De Heber fluuij.* Id eſt, de transfluuio, & adduxi eum in terram Canaan vbi ſcilicet ſegregatus à parentibus idolo- D
latris ſe publicauit diuino cultui mancipatum. Ex prædictis patet, quare Iſmaelitæ Edomitæ & huiuſmodi non dicuntur Hebræi, licet deſcendant ab Abraham. Nam illi ſoli qui ſequuntur Abraham in ſeparatione ab idololatria & cognitione Dei, Hebræi debent dici tanquam ſequentes rationem illius denominationis. Et hoc eſt quod ſequitur in præallegata auctoritate ſcilicet Ioſue 24. vbi loquens de tranſportatione Abrahæ à partibus transfluuialibus, ſubiungit. *Multiplicauit que ſemen eius & dedit ei Iſaac,* nullam faciens mentionem de Iſmaele & alijs. Conſequenter dicit de Iſaac, *Illique dedi Iacob, & Eſau dedi montem Seir.* Et ad excludendum Eſau ſubiungit, *Eſau dedi montem Seir. Iacob vero & filij eius deſcenderunt in Aegyptum.* Ex quibus patet, quod illi tantummodo nominandi ſunt transfluuiales, qui deſcendũt ab Abraham, per Iſaac & Iacob, alijs excluſis ratione prædicta.

## ADDITIO III.

*In eod.cap.* Vbi dicit in poſtil. *Lapidem quem reprobauerunt, &c.*

Fundamẽtum huius expoſitionis, quam dicit literalem eſt fictitium ſeu fabuloſum, nuſquam enim legitur in ſcripturis auctenticis, quod hoc contigiſſet in ædificatione templi Salomonis ſcilicet quod aliquis lapis pluries fuiſſet reprobatus in ædificio, E
& deinde in caput anguli collocatus, licet magiſter hiſtoriarum hoc videatur dicere, vnde Rabbi Abraham Hebręus, qui inter alios expoſitores Hebræorum magis videtur ſequi literalem ſenſum, hoc non exponit de lapide materiali, ſed de ſpirituali. Dicit enim, quod lapis iſte eſt populus Iſraeliticus, qui reprobatus à Gentibus in captiuitate exiſtẽs in poſterum erit caput omnium non virtute propria, ſed à domino factum eſt iſtud. Cuius expoſitio licet falſa ſit in hoc quod dicit, quod populus ille qui modo captiuus eſt, erit ſublimatus prout ipſe credit tempore ſui Meſſiæ. Tamen habetur in dictis ſuis quoddam verum ſcilicet quod hæc litera non tractat de ędificatione templi Salomonis. Similiter Rab.Sa. exponit hanc auctoritatem dictam de Chriſto, vnde tenendum eſt, quod ad literam lapis iſte eſt Chriſtus, qui dicitur *lapis abſciſus ſine manibus.* Dan 2. g. Vt etiam Apoſtolus Petrus exponit Act. 4. Non enim eſſet Chriſti argumentum efficax ſi ex ſenſu myſtico ſumeretur, prout dicit Aug. contra Vincentiũ Donatiſtam. Et quia ipſemet Poſtil. reuocat illa quę in hoc loco poſuit de ſenſu literali iſtius verſus Pſalmiſtę in expoſitione ipſius Pſalmi. Vbi de hoc largius tractat. Ideo iſta ad pręſens ſufficiant.

## ADDITIO IIII.

F *In eod. cap.* Vbi dicitur in poſtil. *Sed hoc non videtur conuenienter dictum.*

Hanc quæſtionem diſputat ſanctus Thom. in 3. parte q.47. artic.5. in cor. quæſtionis ſub forma prædicta, vnde in ſolutione principali tenet eandem opinionem, quam hic Poſtil. conatur improbare, quæ quidem improbatio non videtur rationabilis. Ad cuius declarationem attendendum, quod licet omnia quæ in ſacris ſcripturis credenda traduntur, ſunt à fidelibus tanquam vera certiſſime amplectenda, cum ſint à Deo reuelata, cuius teſtimonium fidele eſt, quædam tamen de his quæ ibidem etiam expreſſe traduntur, ſunt exponenda taliter, vt non credantur ſub propria verborum ſignificatione, eo quod ſi ſic acciperentur, repugnarent rationi naturali, ſeu etiam alteri auctoritati diuinæ. Verbi gratia. Licet de Deo in ſcripturis ſacris dicantur expreſſe aliqua verba, quæ in prima ſignificatione ſignant illius localem motionem ſeu alterationem, vel paſſionem & huiuſmodi, vt cũ dicitur in perſona Dei. *Deſcendit Deus vt videret ciuitatem.* Gen. 18.c. Similiter Exo. 3.b. *Deſcendi, vt liberarem eum de manu Aegyptiorum.* Quæ locutiones in propria ſignificatione ſignant Deũ localiter moueri. Similiter & alibi ſæpe legitur Deum iratum fuiſſe vel pęnituiſſe & huiuſmodi, nullo modo tamen talia ſub propria ſignificatione ſunt credenda de Deo, cum manifeſte rationi naturali repugnent, quę Deum penitus immobilem atq; immutabilem demonſtrant. Similiter & contra auctoritatem ſacræ ſcripturę dicentem Malach. 3.b. *Ego dominus, & non mutor.* Vnde oportet hæc & ſimilia de Deo intelligi non in propria verborũ ſignificatione, ſed tranſlatiue ſeu metaphorice, prout Ambroſius declarat in 2. libro de trinitate. Similiter contingit ſecũdum opinionem Hebręorum circa ea quę in ſcripturis ſacris veteris Teſtamenti traduntur denotantia deitatem Chriſti. Dicũt enim oĩa talia non in propria ſignificatione eſſe intelligẽda, ſed ſimilitudinarie ſeu metaphorice, quorum motiuum eſt, quia credunt q Deum incarnari implicat compoſitionem ſeu naturarũ confuſionem in Deo, quę manifeſte ſunt impoſſibilia, cum ſint contra ſimplicitatem diuinam. Et hoc contingit eis non ſolum antiquis ſed modernis, eo q non pñt capere ſeu intelligere habitudinem naturę aſſumptę ad verbũ ſecũdũ veram catholicã traditionem. Nec de hoc videtur eſſe multũ mirandũ, cum hęretici qui non ſolũ authoritates veteris teſtamenti recipiunt, ſed etiã noui, in

noui, in quo expreſſius myſteriũ deitatis Chriſti traditur q̃ in an-
A tiquo, vt cum dicit. *Ego & pater vnum ſumus*, vel *antequam Abraham fieret ego ſum*. & huiuſmodi. In qbus verbis & ſimilib. clarius exprimuntur deitas Chriſti. Sed hoc non obſtãte deitatem Chriſti negare conãtur, pperſe exponẽtes pdictas auctoritates, vt Arrius & Sabellius & eorum ſequaces. Ex quib. patet manifeſte, ꝙ licet ſcripturæ ſacrę prophetarũ q̃ mẽtionẽ expreſſam faciũt de diuinitate Chri, ſint ſatis euidentes ad huiuſmodi myſteriũ fidelib. oſtendendum, non tamen ex his ſumit argumentũ efficax ad hoc, vt principes Iudęorũ habuiſſent cognitionẽ de eius diuinitate. Hoc .n. myſteriũ tantum excedit capacitatem humanam, qđ raro vel nunq̃ ſine auxilio diuino intelligi poſſet. Inde eſt ꝙ Petro expreſſe cõfitẽti deitatẽ Chriſti dicẽdo. *Tu es Chriſtus fi. Dei vi.* Matt. 16. c. Chriſtus reſpõdit. *Caro & ſanguis non reuelauit tibi, &c.* Ex quo patet, quod ad myſterium incarnationis intelligẽdũ ſeu veraciter confitendum, reuelatio diuina requiritur, pp eius ſummã excellẽtiam. Secus eſt de alijs conditionib. Chriſti in prophetis antiquis contentis vt de tempore ſui aduentus, & de ſignis eiuſdẽ. Similiter de virtutib. ipſius Chriſti, & de eius excellentia reſpectu aliorum prophetarum, & de modo adueniendi, & huiuſmodi, nã talia in propria ſignificatione poſſunt accipi, non enim excedunt
B communem humanæ intelligentiæ capacitatem. Et ſic patet, ꝙ obiectio Poſtillatoris in hoc paſſu eſt inualida.

Similiter & eius opinio non vr̃ rationabilis ex tribus. Primo, qa præſupponit falſum. ſ. quod auctoritates antiqui teſtamenti ſolę ſufficiũt ad cogẽdum Hebræos ipſas recipiẽtes, vt cognoſcãt deitatẽ Chriſti. Cuius oppoſitũ patet ex dictis. Secũdo quia exẽplũ ꝙ inducit de incõtinente (cuius actualis cognitio particularis ſeu conſideratio impedit ſeu corrũpitur pp paſſionẽ imminentẽ, vt hr̃ in 7. Ethic.) non vr̃ ad propoſitum facere. Nam incontinẽs ſemper hẽt æſtimationẽ veram in vniuerſali, adueniente tamen paſſione, corrumpitur æſtimatio vera particularis. Sed in propoſito vtraque ęſtimatio eſt particularis ſeu ſingularis. Si .n. principes Iudęorũ ęſtimaſſent Chriſtũ eſſe Deũ antequam per paſſionem impediretur, deinde adueniẽte paſſione impediretur huiuſmodi cõſideratio, ita quod crederẽt ipſum non eſſe Deũ prout opinat Poſtillator, manifeſtũ eſt, ꝙ vtraq; harum ęſtimationũ eſt ſingularis ſeu particularis, cũ in vtraq; æſtimatione Chriſtus ſupponitur vt ſubiectũ, q̃ eſt perſona ſingularis. Tũc igit aut ſimul & ſemel ęſtimauerunt Chriſtum eſſe Deũ, & Chriſtum non eſſe Deum, quę ſunt contradictoria & per cõſequens inęſtimabilia circa idẽ, aut primus habitus totaliter corrũperet, & tñ remaneret in eis actualis conſideratio, ſecundũ quã ipſum iudicarẽt hominẽ purũ. Cuius oppoſitũ dicitur de incontinẽti. ſ. ꝙ ſemper remanet in eo vera ęſtimatio ſaltem in vniuerſali philoſophus in eodem loco manifeſte oſtendit, & ſic exemplũ non facit ad propoſitũ. Tertio, qa hæc opinio non conſonat ſacris ſcripturis, quę circa hęc alligant. Nã in parabola Chriſti cũ agricolæ dixiſſẽt. Hic eſt hęres, nõ rõ-
C nabiliter intelligi, qđ ipſi ęſtimaſſent eũ hęredẽ in diuinitate, eo modo quo Apoſtolus ait ad Heb. 1. a. *Quem conſtituet hæredẽ vniuerſorum.* Nulla .n. amentia ad tantam põt communiter deuenire inſaniam, vt credat diuinam maieſtatem in propria perſona ſuperare. Communis .n. conceptus eſt ẽt apud idolotatras, ꝙ Deꝰ ſeu dij traſcendunt oẽs poteſtates, vnde ridiculum eſſet dicere, ꝙ eo ipſo ꝙ principes illi credebant ipſum eſſe hæredem. ſ. Deum verum, auderent eum interficere. Hoc etiam vr̃ contra opinionem ipſius Poſt. met. qui dicit quod quando eum interficere voluerũt iã nõ æſtimabãt ipſum Deum eſſe pp impedimẽtũ paſſionis inuidię & huiuſmodi, & ſic iã nõ dicerent de ipſo. *Hic eſt hæres.* Oportet igit dicere, vt per hoc qđ dicebant. *Hic eſt hæres.* intelligebant qđ erat homo tãtæ excellentiæ, qđ poterat vocari filius Dei, non p naturã, ſed per ſpecialẽ adoptionẽ ſeu excellentiã reſpectu prophetarum aliorum, qđ verificat de Chriſto ẽt ſecundum humanã naturã conſiderato, contra quem non obſtante tanta excellentia potuerunt æſtimare, vt eum poſſent ſuperare ſicut & alios antea miſſos, nã magis & minus non variãt ſpeciẽ ſecundũ philoſophũ. Similiter auctoritas B. Petri dicẽtis Act. 3. c. *Scio quod per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri.* Vr̃ facere contra opinionem Poſtil. nam ſecundũ eum debuiſſet dicere, per odiũ ſeu inuidiam feciſtis. Hæc .n. fuit cã principalis ſui erroris ſecundũ Poſt. magis quã ignorantia. Secundũ vero primam opinionẽ quæ eſt S. Tho. hæc auctoritas proprie ſonat, eo .n. quod habuerant ignorantiam de Chriſto. ſ. de eius diuinitate, auſi ſunt ipſũ inuadere tãquam hominẽ purum, cui cõſonat auctoritas apoſtoli dicẽtis. *Si enim cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.* Quod denotat manifeſte, ipſos nunquam cognouiſſe ipſũ fuiſſe dominũ glorię. Et notandũ, qđ hæc ignorãtia non excuſat principes Iudæorum a crimine, ſed magis aggrauat, cũ eſſet quodammodo ignorantia affectata. Nã licet nõ attigiſſent ex ſcripturis prophetarũ ad cognoſcẽdũ Chriſti diuinitatẽ, eo quod ſcripturæ de hoc loquẽtes ſunt quodammodo exponibiles, vt dictũ eſt, debuiſſent tñ aſſen- D
tire ſua doctrinæ ſecũdũ quã filiũ Dei ſe fatebatur. Tenebãtur .n. credere & obedire Chro in lege promiſſo. Iuxta illud Deu. 18. c. *Prophetam ſuſcitabit tibi, &c. ipſum audies.* Quod intelligitur de Chriſto ad literã, & ſic eius deitatẽ tenebãtur credere tanquã ab eo dogmatizatã, & per miracula confirmatã. Vnde Ioan. 15 d. dr̃ *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non habuiſſent, nunc autem excuſationem non habent, &c.* Fuerũt .n. impediti ab acquieſcẽdo doctrinæ Chriſti per inuidiam & odium ipſius, & ſic nec habitualiter nec actualiter crediderũt ipſum eſſe Deũ. Nam per ſcripturas antiquas de deitate loquẽtes nõ omnino cõuincebant vt dictũ eſt. Nec ẽt per doctrinã Chriſti de ſe hoc teſtantis, impedientibus rancoris & odii paſſionib. Sicut .n. homo communiter natus eſt credere ſuo amico, ſic & diſcredere inimico. Ex quib. bñ attentis ſequit correlarie, ꝙ catholicus diſputans cum Hebræis vel eis prædicãdo pſuadẽs de myſteriis Chri, nõ debet conari ad probandũ deitatẽ Chri ex ſacris ſcripturis ab eis acceptis. Poſſẽt .n. hæc declinare per varias expoſitiones, vt ẽt Poſtillator dicit in hoc capitulo, ſed potius eſt procedẽdũ ad probandũ, ꝙ ipſe ſit verus Chriſtus in lege promiſſus, cui eſt audiendũ & obediendũ ex præcepto diuino. Quo oſtẽſo, deitas Chri facilius probat per doctrinã noui Teſtamẽti a Chriſto diuulgatã. Et iſte ẽt eſt proceſſus ſcientificus, quia ſecundum Philoſophum 1. phyſicorum. Connaturale eſt nobis a magis notis ad minus nota procedere.

REPLI. *In ca. 21.* Vbi Poſtil. dicit Hebræos dictos ab Heber. Burg. obiicit cuius obiectio correcta eſt Gene. 10 & 12. E

*In eo. ca.* vbi dicitur. *Lapidem quem reprobauerunt, &c.* quem paſſum exponit Poſtillator per figurã de lapide materiali in ædificio tẽpli put Scholaſtica hiſtoria narrat, ſed exponit de Chriſto tãquã figurato principaliter intento, ſed Burgen. vult narrationẽ illã eſſe fictã, & vult primã literalem expoſitionem eſſe de Chriſto. Si Bur. accipit primã, pro principaliter, hoc nõ negat Poſtillator. Sed qđ figura ſit ficta, nõ probat ſufficienter Bur. p Rabbi Abrahã qui minoris eſt auctoritatis apud ſanctã eccleſiam q̃ Scholaſtica hiſtoria, immo plus fictũ vr̃, quod ille Rabbi exponit lapidẽ de populo Iſraelitico. Aliæ ãt expoſitiones adductæ nõ ſũt literales, ſed figuratiuæ. Oportet igitur aliquã aſſignare figurã, quæ etſi ficta foret, quia tñ nihil habet abſurditatis, peccatũ nõ videtur cõmitti, quia nõ omnis fictio peccatum eſt, patet Exod. 7. in 2. correctorio.

*In eod. ca.* vbi requirit Poſtillator, an doctores & principes Iudæorũ nouerant Chriſtum in lege promiſſum, &c. Recitat etiã opiniones quorundã dicentiũ, quod nouerũt eũ eſſe verũ Meſſiã, &c. ſed non nouerunt eum eſſe Deum. Hanc tñ opinionẽ Poſtillator reprobat optimis rationib. Burg. ãt dicit ſanctũ Tho. tenere opinionẽ illam, quam reprobat Poſtillator, & iõ pro Sancto Thom. certans magnam facit commotionem, quæ ſtat in certis dictis. Primum, quia Iudęi antiqui & moderni non potuerũt, nec F
hodie poſſunt videre & intelligere modũ vnionis naturę humanę ad verbũ ſine cõpoſitione & naturarum confuſione, igitur nõ potuerũt eũ cognoſcere Deum nec eius deitatem. Secundum dictum. Sicut hęretici male exponentes ſcripturas negant Chriſti deitatẽ, ſic non eſt mirũ, quod Hebræi propter falſas expoſitiones hoc idem negant. Tertium dictum, quod myſteriũ deitatis Chriſti non poteſt intelligi ſine ſpeciali reuelatione probat hoc quia dictum fuit Petro Matthæi 16. c. *Caro & ſanguis non reuelauit tibi.* Quartum dictum, tempus aduentus Chriſti & cætera, quę in ſcriptura de Chriſto traduntur, non excedunt communẽ intelligentiæ capacitatem, ſicut eius diuinitas. Ex quibus dictis conatur Burg. cõcludere quod opinio poſtillatoris eſt irrationabilis, & obiectio eius contra oppoſitam opinionẽ inualida. Hic primo videndum eſt de irrationabilitate illorum quatuor dictorum Burg. Secundo de rationabilitate opinionis poſtillatoris. Tertio, de obiectionũ valore contra opinionem oppoſitã. Quo ad primũ articulum videtur primũ dictum Burg. valde irrationabile, quia ex eo ſequitur nullum Chriſtianum cognoſcere Chriſtum eſſe Deum. Probatur ex dicto ſup, primo, quia nullus Chriſtianus poteſt intelligere modum vnionis humanæ naturæ ad verbum, igitur ſecundum illationem Burgen. nullus Chriſtianus poteſt ſcire Chriſtum eſſe Deum. Antecedens eſt beati Leonis papæ dicentis Deum & hominem in vnam conueniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat. Excedit enim & multum ſupereminet humanæ rationis facultatem, & cætera quæ de hac ineffabili vnione ſancti doctores ſentiunt. Illatio eſt Burgen. conſequens autem falſiſſimum, quia Chriſtiani non modo Chriſtum ſciunt eſſe Deum, ſed etiam ita tenaciter huic ſententię adhęrẽt, vt ſanguinem pro ea effundere ſint parati. Stat igitur ſimul, ꝙ Iudæorum ſapientes, etſi cognoſcere non poterant Chriſti deitatem ex modo incarnationis, poterant tamen ſcire ex ſcripturæ teſtimonio, prout poſt dicet.

Nec ſecundũ dictum Burg.rõnabile eſt,nam & ſi peruerſi do-
A ctores Hebræorum male ſcripturam exponentes & hæretici, ex
prauitate voluntatis intelligere nolentes Chriſtum, dixerint non
eſſe Deum,ex hoc non ſequitur, ꝙ ex ſacra ſcriptura non poſſet
efficaciter oſtendi Chriſtum eſſe Deum. Nam peruerſa ſcripturę
expoſitio auctoritatem ſcripturæ non minuit. Sicut negato primo
principio,principium ipſum non eſt minus verum, quinimmo re-
manet neceſſariæ veritatis, ſed ſic proteruientes indigent ſenſu &
pœna 4 Metaph. Nec poſtillator vult probationem ex ſacra ſcri
ptura dicere ſic efficacẽ, vt ſufficere poſſit fideli & infideli prauæ
& corruptæ voluntati.Nã vbi voluntas erroris ſe tenet contra re-
ctam rõnem ibi pertinax pugna eſt ſecũdũ B.Hylrudium to.10.
de Trinit.cum.n.ſcripturæ Chriſti deitatẽ ſonantes per authen
ticos Hebræorũ doctores bene exponuntur, hæretici & alij cõtra
rõnem & auctoritatem eas exponentes fidẽ facere doctis & prin-
cipibus non potuerunt, niſi voluntate praua præcedente, cũ hoc
ſtat eos ex auctoritate ſciuiſſe Chriſtum eſſe Deũ, & ſi volũtas
ſic deprauata iudicium rectę rõnis abſorbuiſſet, ex hoc non fuiſ-
ſent excuſati, prout prætendit Bur.ſicut nec incontinens excuſa-
tur a peccato ſi in actu venereo ratio dicatur abſorpta.

Nec tertium dictum Burg.valet,vbi ſacra ſcriptura plane dicit
aliquid ad fidem & mores pertinens, ibi fides debet adhiberi,vt
B dicit B.Aug.11.de Trinit.ca.3. Cum igitur ſacra ſcriptura prout
auctentice a doctoribus Hebræorum exponitur,clare dicit Chri-
ſtum fore Deum,& fides eſt accommodanda. Non igitur apud
doctos & principes Iudæorum, ad id ſciẽdum neceſſaria erat ſpe-
cialis reuelatio, ſed ſufficere potuit fides acquiſita non impedita
per prauam voluntatem.

Nec Burg.probat ſuum propoſitum per ea quæ dicebãtur Pe-
tro,quia Petrus ante miſsionem ſpiritusſancti fuit idiota ignorãs
ſcripturas de deitate Chriſti loquentes, & ideo Petro fuit facta
ſpecialis reuelatio prout dicit auctoritas allegata. Secus eſt de
principibus & doctoribus Iudæorum. Ad falliſicandum etiam
hoc tertium dictum Burg. valet ſecunda quæſtio prologi docto-
ris ſubtilis.

Sed quartum dictum vr̃ contradicere ſecundo. Nam Burg.fun
dat ſecundũ dictum ſuper falſa expoſitione literæ, ſonantis dei-
tatem Chriſti, ex ea cõcludens ꝙ per ſacram ſcripturam a Iudęis
receptam non poteſt efficaciter probari Chriſtum eſſe Deum.
Nunc autem tempus ſui aduentus in ſcripturis ita fuit occultatũ
in computatione hebdomadarum a Daniele deſcriptarum, quod
non ſolum apud Hebræos, quinimò apud catholicos doctores in
C expoſitione multa eſt diuerſitas. Similiter & paſſus de Genealog.
& aliis locis ſonantes tempus aduentus Chriſti. Hebræi antiqui
& moderni exponunt corrupte:igitur non poteſt ſumi argumen-
tum efficax ex ſcriptura de Chriſti aduẽtu, ſicut nec de eius dei-
tate,quod eſt oppoſitum quarti dicti. Et fortaſſe ex ſcripturis pla
nius & efficacius argumentum põt ſumi de Chriſti deitate,quam
de

de ſui aduentu ipſe Quia aũt habemus Hebræorum expoſitores D
de primo. de ſecundo aũt non: propter igitur Burg. inepta dicta
non debuit dicere opinionem poſtillatoris irrationabilem.

Quantum ad ſecundum articulum, dico ꝙ poſitio poſtillat.eſt
multum rationabilis,quia fundatur ſuper expoſitionem lr̃ę apud
doctores Hebræorum authentica translatione Chaldaica & cæ-
teris quæ rationabiliter nullus Iudæus intelligens audet negare.
Sed ſi quis negat non facit hoc ratiocinando, ſed proteruiendo
prauitate affectionis, quod non facit probationem apud vtentes
ratione minus efficacem, prout ſupra dictum eſt in probatione
ſecundi dicti Burg.

Quo ad tertium articulum, dico quod argumenta Burg. con-
tra poſtil,non valent.

Non primum,quia falſe reportat poſtil.quaſi dixerit, quod ſo-
la auctoritas literæ ſufficiat,nam poſtil. non fundat probabilita-
tem poſitionis ſuæ ſuper nuda litera,quę, ſicut dicit Burg. varie
poteſt & corrumpi,& exponi,ſed fundat (ſicut dictum eſt) ſuper
auctoritatibus Iudæorum, quas declinare eorum docti non con-
ſueuerunt.

Secundum Burg argumentum eſt ſophiſma pertinens ad vicũ E
ſtrammum. Putat enim Bur. quod quia Chriſtus eſt ſuppoſitum
ſingulare, ꝙ Iudæi vel alii non poſſent de eo habere æſtimationẽ
in vniuerſali,quod falſum eſt,quia de vnico ſuppoſito pñt multa
vniuerſalia demonſtratiua concludi,videlicet quod Sortes eſt riſi-
bilis corporeus,ſenſibilis,&c.Non ſolum in prædicamentis qua-
litatis,ſed et̃ quantitatis Non aduertit Bur. Auicen.5.Meta.ſuæ,
qui dicit,quod omne vniuerſale reſpectu ſubiecti in quo eſt ſin-
gulare eſt, quia oẽ receptum recipitur per modum recipientis,
vniuerſale igitur comparatum ad intellectũ ſingulare eſt, & ta-
men de tali eſt ſcientia proprie dicta,quæ eſt conſideratio in vni-
uerſali, cum qua ſtat ignorantia in particulari, ſicut exemplificat
poſtil.de incontinenti.Eſt igitur exemplum illud bene ad propo
ſitum. Sic igitur docti Iudæorum habuerunt æſtimationem ve-
ram de Chriſti deitate in vniuerſali, particularis autem æſtimatio
fuit propter odium illius perſonę præpedita.

Similiter tertium argumentũ Burg. concludit ſolũ de actuali
æſtimatione in ſingulari.de qua Apoſtolus dicit.Si cognouiſſent
&c.Non aũt concludit de vniuerſali conſideratione præcedente
paſsiones excęcantes ſecundũ quam dixerunt. Hic eſt heres.Per
idem dr̃ ad oẽs auctoritates adductas pro opinione.ſ.Tho. Nam
ignorantia de qua loquit̃ beatus Petrus,ſimiliter & Paulus, intel
ligit̃ ignorantia affectata,quo ad doctos Iudæorũ, prout et Bur.
dicit in notabili, ſed ignorantia affectata nõ procedit primo ex F
rationis errore, ſed voluntatis prauitate peruertente iudiciũ ra-
tionis circa particulare,cuius vniuerſale nouerat, ꝑut vult exem
plum de incontinente, vnde patet rationes poſtillatoris pro ſua
poſitione non eſſe inualidas,ſed potius Burgen.rationes in con-
trarium minime valere.

CAP. XXII.

a Simile factum. Ite-
rum arguit per
parabolas, non tacet
quia exaſperati ſunt,
ſed peiorem iram
Dei per aliam para-
bolam dicit eis eſſe
venturam.

†Luc.14.d.

Tracta.20. in Matth.

✻ Orig.Regnum cęlorum ſimile eſt, ſecundum quidem eũ
qui regnat, homini regi, ſecundum autem eum qui contre-
gnat,filio regis,ſecũdũ ea vero quæ ſunt in regno regis, ſer-
uis

CAP. XXII.

¶obuians eorum prauæ cogitationi de morte ſua.

ET reſpõdẽs Ieſus,dixit iterũ in parabolis eis dicẽs. 1
a Hic de perſecutione apoſtolorum arguit. b ¶Congregatio iuſtorum. †
¶Præſens eccleſia ¶Deo patri. ¶Per incarnationis myſterium eccle- 2
ſiam filio copulauit. 3
a † Simile factũ eſt regnum cœlorum homini regi, b

uis & inuitatis ad nu-
ptias, inter quos eſt
exercitus regis. Addi
tũ eſt aũt homini re-
gi, vt hominib.quaſi
homo loquatur, &
diſpẽſet homines nõ
cupientes diſpẽſari a
Deo. Sed tunc ceſſa-
bit regnum cęlorũ eſſe ſimile homini, cũ ceſſante zelo &
contentione,& cęteris paſſionibus & peccatis,ceſſauerimus.
ſecũdum hominem ambulare & videbimus eum ſicuti eſt

*Nuptias*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXII.

1 ET reſpondens. *Poſtquam oſtendit Iudæos iuſte reprobatos tanquam contemptores diuinæ maieſtatis,hic conſequenter oſtẽdit eos iuſte reprobatos, tanquam contradictores diuinæ veritatis, cui contradixerunt tripliciter primo,ipſam refutando,ſecundo, ipſam impugnando,ibi.* Tunc abeuntes Phariſæi. *tertio,contrarium errorem amplexando,ibi.* Congregatis autem Phariſæis. *Primum oſtenditur per parabolam inuitatorum ad nuptias & nolentium venire, & ideo ipſis reprobatis,alij ſunt vocati,in quo deſignatur vocatio Iudæorum, ad fidem Chriſti, vt videbitur,quam repellentes, iuſte a Deo reprobati ſunt,& gẽtiles loco eorum merito ſunt vocati. Et ideo prima diuiditur in duas partes,quia primo deſcribitur Iudæorum reprobatio digna,ſecundo gentium vocatio benigna,ibi.* Tunc ait ſeruis. *Circa primum dicitur ſic.* Diuiſio.

2 Regnum cęlo.*i.ſtatus eccleſiæ.*

3 Homini regi qui fec.nup. *Nuptiæ iſtæ non poſſunt intelligi beatitudo æterna in eccleſia triũphante, quia infra dicitur,ꝙ ſerui vocauerũt ad nuptias bonos & malos,& impletę ſunt nuptię. Dicitur et conſequẽter ibidẽ,quod inuẽtus eſt ibi homo non habens veſtẽ nuptialem, & propter hoc eiectus in tenebras exteriores. Ad beatitudinẽ vero cœleſtem non admittentur boni cum malis,ſed ſolum boni, nullus etiã ibi receptus*

MORALITER.

† *Simile eſt reg.&c.* Iſtud nuptiale conuiuium eſt euchariſtię ſacramentum,ad quod Chriſtus inuitauit Iudęos Io.6.d.dicens. *Non Moyſes dedit vobis de cęlo,ſed pater meus dat vobis panẽ verũ de cęlo.* Et iſtud conuiuium in cęna domini fuit paratum, Per tauros & altilia ſignificantur ſpiritusſancti dona,quę cõferuntur in huius ſacramenti perceptione deuota.

a Ptius prophetas prænuncios incarnationis.
a qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inui- 1
a Iudæos, quibus in patriarchis hoc promiſerat. b Id eſt, credere. c Apoſtolos qui aſſerunt factam, vnde, hic dicitur: Prandium paratum eſt, id eſt, myſterium incarnationis impletum.
tatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos 2 3
a Doctrinam iuſtitiæ, & menſam ſcripturarum ex omnibus prophetis ordinaui. Introitus regni apertus in fide meæ incarnationis, qui ante fuerat clauſus. †
b dicens: Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui: tauri 4 5
a Fide cæteris concordando.
mei & altilia † occiſa ſunt, & omnia parata venite ad nuptias.
a Salutis ſuæ præconium.
c Illi autem neglexerunt, & abierunt: alius † in villam ſuam, 6 7
a Alij non ſolum contemnunt, ſed & perſequuntur.
alius vero ad negociationem ſuam. Reliqui vero tenuerunt 8
a De mortibus diſcipulorum dicit, qui ſupra in alia parabola de morte ſua dixit.
d ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex au- 9
a Vocem ſanguinis. b Tamen cum tranquillitate iudicans. c Romanis ſub Tito & Veſpaſiano.
e tem * cum audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis per- 10 11
a Iudæos interemit. b Ieruſalem.
didit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. 12
a Adhuc alios inuitat, quia ſermo Dei & ſi alicubi laborat, alibi requieſcit. 13
f Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed 14 15
a Iudæi. b Per legem & prophetas. 16
g qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exi- 17

a *Nuptias.* Nuptiarum thalamus, eſt virginis vterus. De inuitatis ad nuptias ſolus Mattheus narrat. Aliud ſimile ex parte Lucas dicit de cœna id eſt, æterno conuiuio, de quo nemo ingreſſus repellitur, ſicut de præſenti eccleſia.

b *Tauri.* Quia prius prophetæ, & poſt apoſtoli ab infidelibus paſſi ſunt, qui vobis modò ſunt in exemplum, quid ſit vobis credendum. Venite, fide, cæteris concordando. Tauri ſunt patres veteris Teſtamenti, quibus indulta eſt licentia inimicos quaſi cornu feriendi. Altilia ab alendo, id eſt pinguia interna charitate, præcones, noui Teſtamenti contemplationis penna ſuperna petentes. Occiſa, vel ab eo quod fuerant, vel per mortem carnis iam in requie poſiti.

c *Alius in villam.* In villam ire, eſt terreno labori immoderate incumbere. Negociari vero, terrenis lucris inhiare.

d *Rex autem.* Supra homo dum inuitabat & opera clementiæ agebat, nunc in vltione rex tantum.

e *Et miſſis.* Miſſis exercitibus, id eſt, angelis per quos iudicium exercebit, perſequētes perdit: & ciuitatem, id eſt, carnem in qua habitauerunt cum anima in gehenna cremabit.

f *Nuptiæ quidem para.* Omne ſacramentum incarnationis peractum eſt, natiuitas & paſsio, &c.

g *Ad exitus, &c.* Actiones, ſunt viæ; exitus, defectus actionum: quia plerumque facile conuertuntur quos in terrenis actibus proſpera nulla comitantur.

† in agrum ſuum.

* Chryſoſtomus. Vel viæ ſunt omnes profeſsiones huius mundi, vt puta philoſophiæ, militiæ, & huiuſmodi. Dicit ergo: Ite ad exitus viarum, vt cuiuſlibet conditionis homines vocent ad fidem. Adhuc, ſicut caſtitas via eſt quæ ducit ad Deum, ſic fornicatio via eſt quæ ducit ad diabolum, & ſic de alijs virtutibus & vitijs. Iubet ergo vt cuiuſcunque conuerſationis vel conditionis homines inuitent ad fidem.

Homil. 41. operis imperf.

Vt videret

## NICOLAVS DE LYRA.

receptus eijcietur, & ideo per iſtas nuptias intelligitur verbi incarnatio: tunc enim Deus pater fecit nuptias filio ſuo, quando naturam humanam copulauit naturæ diuinæ in ſuo ſuppoſito. Quæ quidem nuptiæ celebratæ ſunt in vtero virginali de quo Chriſtus. *Exijt tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.*

1 *Et miſit ſer. &c.* Iſti inuitati ſunt Iudæi quibus data eſt lex in qua facta eſt promiſſio de incarnatione Chriſti, vt patet Gen. penult. b. *Non auferetur ſceptrum de Iuda &c.* & Deut. 18. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum &c.* Serui autem qui miſſi ſunt ad vocandum inuitatos iſtos, fuerunt prophetæ qui clarius denunciauerunt ea de Chriſto quæ obſcurius erant poſita in lege, hortabantur enim populum Iudaicum expectare Chriſti aduentum, & tendere in ipſum per fidem & bona opera.

2 *Et nolebant.* Quia nolebant verbis prophetarum obedire, vt patet ex decurſu li. Reg. & Paralip.

3 *Iterum miſit alios ſeru.* Illi ſerui ſecundo miſſi fuerunt illi qui de propinquo denunciauerunt aduentum Chriſti, vt Ioannes Baptiſta & diſcipuli Chriſti miſſi ab eo in omnem ciuitatem & locum quo ipſe erat venturus, vt habetur Luc. 10.

4 *Ecce prandium meum paraui.* Videlicet ſacramenta eccleſię, & doctrinam, quibus reficitur anima, & potiſſime ſacramento euchariſtiæ, in quo datur nobis caro Chriſti in cibum, & ſanguis eius in potum.

5 *Tauri mei & al.* Tauri ſunt præcepta moralia, altilia conſilia ſuperaddita.

6 *Illi autem ne.* Quia Iudæi prædicationem Chriſti & apoſtolorum contempſerunt, quia pauci comparatiue de Iudæis crediderunt. Cauſa autem huius fuit cupiditas rerum temporalium. Propter hoc enim ſacerdotes conſpirauerunt in mortem Chriſti, ne perderent ciuitatem & templum, in quo quidem templo hauriebant pecuniam populi, vt viſum eſt capitulo præcedenti ſub obtentu cultus diuini, & hoc eſt quod ſubditur.

7 *Et abierunt, alius in vi ſuam. alius in negociationem ſuam.* Per laborem vineæ intelligitur omnis occupatio corporalis circa terrena impediens diuina. Per negociationem vero, occupatio mentalis circa talia.

8 *Reliqui vero te. ſer. eius & contu. af. occiderunt.* Quia Ioannes Baptiſta ab eis eſt incarceratus & occiſus. Similiter Iacobus frater Ioannis, & Stephanus & alij diſcipuli Chriſti, & ſimiliter prophetæ multi in teſtamento veteri.

9 *Rex autem cum au. iratus eſt.* Quia à Deo merito pro talibus ſunt puniti.

10 *Et miſſis ex. ſu.* Scilicet exercitu Romanorum ſub principibus Tito & Veſpaſiano, qui ex diuina ordinatione venerunt contra Ieruſalem 42. anno poſt Chriſti paſſionem.

11 *Perdidit ho. il.* Quia in vltionem ſanguinis Chriſti, & ſuorum diſcipulorum ab exercitu Romanorum ſunt trucidati, & captiuati de Iudæis vſque ad decies centum milia, vt dicit Ioſephus in libro de Iudaico bello.

12 *Et ciuitatem il. ſuccendit.* Quia tunc Ieruſalem ſuccenſa eſt & templum in ea.

13 *Tunc ait ſer. ſu.* Hic conſequenter deſcribitur vocatio gentium benigna, quia Iudæis repellentibus fidem Chriſti ab apoſtolis prædicatam, apoſtoli de mandato domini tranſierunt ad prædicandum gentibus per totum mundum, & ipſi deuote ſuſceperunt fidem Chriſti ad prædicationem apoſtolorum, & hoc eſt quod dicitur Act. 13. g. vbi Paulus loquens Iudæis induratis, dixit ſic. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, ſic enim præcepit nobis Deus*, & hoc eſt quod dicitur. *Tunc ait ſer.* Id eſt, apoſtolis & alijs diſcipulis per diuinam reuelationem.

14 *Nuptiæ quidem para. ſunt.* i. myſteria Chriſti impleta sunt.

15 *Sed qui inuitati erant.* Scilicet Iudæi, vt viſum eſt.

16 *Non fuerunt di.* Propter ſuam incredulitatem.

17 *Ite ergo ad exitus ui.* Id eſt, ad diſperſionem gentium.

7 Et — Et quoſcun-

## M O R A L I T E R.

1 *Et miſit ſer.* Scilicet apoſtolos alioſque diſcipulos.

† *Dicite inui.* Id eſt, Iudæis à Chriſto iam inuitatis, quorum aliqui renuerunt venire per negligentiam, & aliqui per occupationem terrenam, & aliqui per inimicitiam, quia Chriſti ſeruos occiderunt ſcilicet Stephanum, Iacobum fratrem Ioannis & Iacobum iuſtum, vt habetur in actibus apoſtolorum.

10 *Et miſſis, &c.* Id eſt, Romanis, qui dicuntur exercitus Dei, quia venerunt eius inſtinctu in vltionem mortis Chriſti.

11 *Perdidit il. ho.* Partim occidendo, partim captiuando. *Tunc ait.* Sequitur.

17 *Ite ergo,* Hoc fuit impletum Act. 13 a. cum Paulus & Barnabas conſtanter dixerunt Iudæis. *Vobis oportebat primū loqui verbu Dei, ſed qm̄ repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitę æternę, ecce*

10 Et

a *Vt videret diſcumbentes.* Id eſt, videri faciat iudicãdorum merita, & diſcernat.
b *Non veſtitum veſte nuptiali.* Confutatis autem Phariſæis ſupponit nõ omnes qui ſunt in eccleſia, eſſe dignos regno, ne torpeant ſui.
c *Amice quomodo huc intraſti non hab. veſtem nup.* Amicus, quia ad nuptias inuitatus. Quomodo, impudentiæ arguit.
d *Ligatis manibus & pedibus.* Ligantur pœna qui hic a malo noluerunt ligari, id eſt, cohiberi.
Manus quæ non extenſæ ad eleemoſynam. Pedes tardi ad bonum.
Ibi ſingula membra pœnis ſubiiciẽtur, quæ hic ſingulis vitiis ſeruierunt.
e *Exterio. &c.* Quia hic interiores habẽt tenebras cordis.
f *Multi autem ſunt vocati, pauci vero electi.* Repulſo vno, in quo oẽ corpus malorũ exprimitur, generalis ſentẽtia infertur. *Multi autem ſunt v. c.* Quaſi dicat. Et ſi de vno dixi, de multis eſt intelligendum.
g *Cum Herodianis dicen.* Tãquam ignotis, vt facilius deciperent, quia timebant turbas. Quod per ſe nõ audent, præſidis manibus

[Margin: † quotquot. — † 35. di. c. eccleſiæ. — † Sup. 10. b. Mar. 12. a. Lucæ 20. d. — Hieronym.]

(a Viæ, ſunt errores gentium. b Cuiuſcunque conditionis. Ad fidem.)
tus viarum, & † quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et 1
(a De Iudæa. b Sectas gentium. c Sicut eccleſia in ea colligit & infernum eſt indiſcrete malos & bonos colligit.)
egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inue- 2
(a Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam.)
nerunt malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ † diſcum- 3
(a Ad iudicium veniens, illuminabit conſcientias. b In fide requieſcentes.)
bentium. Intrauit autem rex, vt videret diſcumbentes, & vi- 4 5
(a Omnes qui in malo ſunt vnum. b Id eſt fidem habentem, non opera charitatis, per quam dominus ad loci nuptias ibi eccleſiæ nuptias venit.)
dit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Ami- 6
(a Impudentiæ arguit. b Per fidem, non per orationem. c Non hominis ſed veteris.)
ce quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At 7
(a Quia non locus negandi ibi eſt. b Ligantur pœna qui ligati fuerunt culpa à bonis operibus.)
ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. † Ligatis manibus & 8 9
(a Inferni quia hic inter oes habent tenebras.)
pedibus eius † mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit 10
(a Oculorum in vanis vigorum. b Qui de edacitate gauiſi ſunt. c Ad nuptias d Fide.)
fletus & ſtridor dentium. † Multi autem ſunt vocati, pauci ve- 11 12
(a Ad regnum.)
rò electi. † Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt vt † 13 14
(a Vt aliquid quaſi eo ignorante extorquerent ab eo in quo argui poſſet. b Quaſi minus notos, a quibus minus caueret, & reprehenſionibus erubeſceret.)
caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum 15 16
(a Eo tempore Herodes erat Ieroſolymis. b Quaſi laudatus myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, eoſque velit habere diſcipulos.)
Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam 17 18 19
(Non timens prælatam perſonam.)
Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim 20 21
(a Indiſcrete dicis veritatem maioribus & minoribus.)
reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi vide-

manibus attentant. Cum Herodianis. Id eſt, militibus Herodis. Sub Ceſare Auguſto quãdo deſcriptio facta eſt, Iudæa facta eſt tributaria. His tributis præpoſitus eſt Herodes Antipatris filius alienigena & proſelytus, rex Iudeis ab Auguſto cõſtitutus. Erat ergo ſeditio in populo, aliis dicentibus debere dari tributa, pro ſecuritate & quiete, cum Romani pro omnibus militent. Phariſæis contra nitentibus, non debere populum Dei qui decimas ſoluit, & cętera quæ lex dicit, humanis legib⁹ ſubiacere. Mittunt igitur Phariſæi, ſi poſſent decipere.
* Chryſoſtomus. Propter hoc autem ſuos diſcipulos & Herodis milites ſimul mittũt, vt quodcunque dixerit, reprehendatur: cupiebant enim magis aduerſus Herodianos eum aliquid dicere, quia enim eum detinere timebant propter turbas voluerunt ei periculum immittere, eo quod eſſet publicis tributis obnoxius.
h *Non eſt tibi cura, &c.* Illuc prouocãt, vt Deũ magis timeat, quam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et quoſcunque inue. vo. ad nup.* Quia nullus volens fidem catholicam recipere, repellendus eſt.
2 *Et egreſſi ſer. &c.* Quia in eccleſia militante admixti ſunt boni cum malis.
3 *Et imple. ſunt nu. di.* Quia fides catholica diffuſa eſt per orbem vniuerſum.
4 *Intra. autem rex vt vi. di.* Diſcernendo ſcilicet merita & demerita credentium. Intrat autem dupliciter, generaliter intrabit in futuro iudicio, ſpecialiter in morte cuiuſlibet hominis.
5 *Et vi. ibi ho. non ve. ve.* Iſta veſtis nuptialis, eſt charitas quę diuidit inter filios regni & perditionis, vt dicit Aug. Dicitur autem veſtis nuptialis ſecundum Gregor. quia ea indutus Chriſtus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit. Sequitur.
6 *Amice quomodo huc in.* Vocatur autem amicus peccator pp naturam, quæ ad imaginem Dei facta eſt, propter fidem informem quæ Dei donum eſt, licet non ſufficiat ad ſalutẽ.
7 *At ille ob.* Quia nullus poteſt reſpõdere Deo, ſed propria arguente conſcientia conuincitur, & mutus efficitur.
8 *Tunc dixit rex mi.* i. angelis executoribus diuinæ iuſtitiæ.
9 *Ligatis mani. & pedi.* Quia poſt mortem non poteſt peccator bonum operari, nec ad ſalutem reuerti.
10 *Mittite eum in te. ex.* Tenebræ enim interiores ſunt tenebræ mentales, quas ſolum habent modo peccatores. Tenebræ vero exteriores ſunt tenebræ corporales, quas cum prędictis habebunt poſt mortem, quando in infernum detrudentur per diuinam ſententiam.
11 *Ibi erit fle. & ſtrid. den.* Hoc ſupra expoſitum eſt cap. 13.
12 *Multi autem ſunt vo.* Scilicet ad fidem catholicam.
13 *Pauci vero electi.* Scilicet ad gloriam, quia pauci ſunt .ſ. comparatiue reſpectu illorum qui ſunt vocati ad fidem.
14 *Tunc abeun. Pha.* Hic oſtenduntur Iudęi contradictores diuinæ veritatis ipſam impugnando, & diuiditur in tres partes, quia primo impugnauerunt Chriſtum de veritate iuſtitię, ſecundo, de veritate doctrinę, ibi. *In illo die*, tertio, de veritate vitę, ibi. *Phariſæi autem au.* Prima in duas, quia primo ponitur Phariſęorũ fallax interrogatio, ſecundo, ipſius Chriſti vera reſponſio, ibi. *Cognita autem Ieſus nequitia eorum.* Circa primum aduertendum, quod Phariſęi malitioſe conſpirabant contra Chriſtum, quorum malitia primo oſtenditur, & hoc quadrupliciter. Primo in hoc quod dicitur.
15 *Conſilium inierunt.* Vt ex colloquutione cõi melius perpenderent qualiter poſſent eum decipere. Secundo cũ dr.
16 *Vt caperent eum in ſermone.* Quia non poterant eum capere in malo opere. Et quia facilius capitur homo in verbis quam in factis. Tertio, cum ſubditur.
17 *Et mittunt diſcipulos ſuos.* Id eſt, homines Chriſto incognitos ſecundum æſtimationem eorum, vt coram ipſis audacius loqueretur, & laxaret linguam ad aliquid dicẽdum, vnde poſſet capi. Quarto, cum ſubditur.
18 *Cum Herodian.* Iſti enim Herodiani erant milites Herodis, quia iſta quęſtio fuit facta Chriſto feria quarta ante paſſionem ſuam. Et de Herode legitur, quod ipſe erat in Ieruſalem cum exercitu ſuo in die paſsionis, quia venerat in Ieruſalem propter ſolemnitatem Paſchalem. Sic ergo milites Herodis miſſi ſunt cum diſcipulis Phariſęorum, vt diſcipuli poſſent eum capere in ſermone, & milites ſtatim raperẽt eum, vt punirent in corpore. Sic ergo patet, qualiter malitioſe agebant contra eum verbo, quia primo commendant eum verbis, vt facilius inducant ad dicendum aliquid contra poteſtatem Ceſaris, de quo volebant ſibi facere quęſtionem, vt videbitur. Dicunt ergo ſic.
19 *Magiſter ſcimus, quia verax es.* In vita. 20 *Et viam Dei in veritate doces.* In ſana doctrina. 21 *Et non eſt tibi cura de aliquo.* In quo apparet tua iuſtitia, & ſic eum commendant, licet fallaciter de veritate vitę, doctrinę & iuſtitię. Quaſi

## MORALITER.

conuertimur ad gentes, ſic e.n. nobis præcepit Deus. Sed qui veniunt ad conuiuiũ carentes veſte charitatis, quę eſt nuptiale veſtimentũ, mittuntur in tenebras exteriors ligatis manibus & pedibus, per quod impoſsibilis exitus deſignatur. *Tunc abeun. Pha. &c.* Sequitur.
19 *Magiſter ſci. &c.* Chryſoſtomus. Hęc eſt hypocritarum prima ſimulatio, quia laudant quos perdere volunt.

Reddite

A quam Cęſarē, & ideo non debere ſolui tributa dicat, vt Herodiani quaſi auctorem ſeditionis teneant.

a *Hypocritæ*. Quia aliud ſunt, & aliud ſimulant.

* Chryſoſt. Non ſcdm ſermones eorum pacificos blande reſpondit, ſed ſecūdum conſcientiam eorum crudelem aſpera dixit, quia Deus voluntatibus reſpondet, non verbis. Dicit ergo B eis hypocritæ, vt conſiderantes eum cordium humanorū cognitorem, quod facere cogitabant, perficere non auderent. Vide ergo quod phariſæi blandiebantur, vt perderent: ſed Ieſus eos confundebat, vt ſaluaret.

b *Reddite ergo*. Vel ſicut Cęſar exigit impreſſionem ſuæ imaginis, ſic & Deus animam lumine ſui vultus ſignatam.

c *Saducæi, &c.* Duę erant hęreſes in Iudęis. Phariſęorum, qui præferebant iuſtitiam traditionū & obſeruationū, & Saducæorum, C

tur. Licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus 1
a Doloſitate. b Non ſecundum verba eorum blande, ſed ſecundum conſcientias eorum aſpere. 2
c Quia aliud eſt in corde, & aliud ſimulant in ore.
a † nequitia eorum ait. † Quid me tentatis hypocritæ? Oſten- 3
a Denarium, qui pro cenſu ſoluitur, qui & habet imaginem Cæſaris. b Genus nummi quod pro decem nummis computabatur. 4
dite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et 5
a Satis patet, quod non de ignorantia interrogat, ſed vt ad verba eorum competenter reſpondeat.
ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt 6
a Tyberij priuigni Auguſti, ſub quo paſſus eſt dominus. ¶ Tributum pecuniam.
b ei: Cæſaris. Tunc ait illis: † Reddite ergo quæ ſunt Cęſaris 7
a Deimas, victimas. b Qui credere debuerunt mirantur, quod non habent tentandi locum.
Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Et audientes mirati ſunt, & reli- †
a Infidelitatem reportantes. b Quo Phariſæi abierunt. c Qui interpretantur iuſti.
c cto eo abierunt. † In illo die acceſſerunt ad eum Saducæi, 8
a Phariſæi credebant & animæ & corporis reſurrectionem, ſed Saducæi etiam animas interire cum corporibus.
qui dicunt non eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum
dicentes: Magiſter, Moyſes dixit, ſi quis mortuus fuerit non
habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet
ſemen fratri ſuo. † Erant autem apud nos ſeptem fratres, & †
primus vxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen re-
liquit vxorem ſuam fratri ſuo, ſimiliter ſecundus & tertius
vſque ad ſeptimum. Nouiſſime autem omnium & mu-
a Opinabantur, quod ſi reſurgerent, quod ita tunc ſicut nunc in hoc ſeculo viuerent.
lier defuncta eſt: In reſurrectione ergo cuius erit de ſe- 9
ptem vxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens 10 11

cęorum, qui & ipſi ſe iuſtos vendicabāt ſibi, quod nondum erant, id eſt, iuſti. Saducęi namque iuſti interpretantur, qui reſurrectionē corporum non credunt, & animas interire putāt cum corpore, turpitudinem fabulę fingunt, quę deliramenti eos arguat qui reſurrectionem aſſerūt. Poteſt autem fieri vt in gente eorum hoc aliquando acciderit.

* Chryſoſtomus. Quando recedebant Phariſæi, accedebant Saducęi forte tali conſilio, quia decertabāt quis eum deprehendere poſſet, vel ſi ratione eum non poſſent ſuperare, ſaltem per ipſam frequentiam ſubuerterēt ſenſum eius.

Myſtice. Hi omnes ſeptem reprobi ſunt, qui tota hac vita quæ ſeptem diebus eſt, ſteriles a bono opere ſunt, quibus miſere mortuis, ad vltimum mundana conuerſatio quæ ſine fructu eſt, tranſibit.

Erra-

## NICOLAVS DE LYRA.

*Quaſi dicat non dimittes timore cuiuſcunque hominis etiam Imperatoris dicere veritatem, & tunc proponunt, quæſtionem brigoſam apud eos dicentes.*

1 Licet cenſum dare Cæſa. an non. *Iſta quæſtio habuit ortum a tempore natiuitatis Chriſti, quia prout habetur Luc. 2. c. Cæſar Auguſtus præcepit, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Et hæc deſcriptio primo facta eſt in Iudæa quæ eſt in medio terræ habitabilis, & in iſta deſcriptione omnes ibant ad ciuitates, de quibus erant oriundi, vt profiterentur ſe redditoros tributum Cæſari. Tunc ſurrexit quidam nomine Iudas, natione Galilæus, qui dicebat hoc eſſe Iudæis illicitum, quod ſcilicet recognoſcerent aliquem dominum in terris, ſed ſolum Deum qui in cælis eſt, & multos traxit ad ſe, vt habetur Act. 5. Et Ioſephus idem refert 20. lib. antiquitatum, & extunc aliquid huic opinioni adherebant, quia iſta opinio erat pro libertate populi, & pro honore ipſius Dei videbatur, e contrario alij aſſerebant, quod erat licitum dare tributum Romanis, quia pro defenſione patriæ militabant, & ab hoſtibus & a latronibus defendebant, & pacem inter homines conſeruabant & iuſtitiam. Hanc autem quæſtionem malicioſe propoſuerunt Chriſto, vt ſi diceret non eſſe licitum, ſtatim caperetur tanquam contrarius imperatori. Si autem diceret eſſe licitum, videretur eſſe contrarius libertati populi & diuino honori, & ſic incurreret maleuolentiam populi.*

2 Cognita autem, &c. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. Primo reſpondet ad eorum intentionem.*

3 Quid me. ten. &c. *Quaſi dicat non quæritis veritatē addiſcere, ſed me in verbis capere. Et ꝓpter hoc vocat eos hypocritas, quia aliud prętendebant, & aliud intendebant. Conſequenter reſpondet ad quæſtionem.*

4 Oſtendite mihi numiſma. *Id eſt, numerum qui datur annue pro cenſu imperatori.*

5 At illi obtulerunt. *Quia numiſmus, qui dabatur pro annuo cenſu a quolibet capitaneo domus valebat decem numinos vſuales. Et ideo vocabatur denarius, & erat de argento.*

6 Cuius eſt imago, &c. *Quia imago Cæſaris erat impreſſa in illo denario, & nomen eius in circuitu.*

7 Tunc ait illis. Reddi. &c. *Quia reddere debitum omnibus eſt bonum & iuſtum, non eſt autem inconueniens, nec contradictio, quod homo ſit ſubditus homini in temporalibus, & Deo immediate in ſpiritualibus, & maxime, quia iurauerant Iudæi ſeruare fidelitatem & reddere tributum Romanis a tempore Pompei qui Iudæam fecit tributariam Romanis, & audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt ſicut cōfuſi.*

8 In illo die. *Hic conſequenter oſtenditur quomodo impugnauerunt Chriſtum Iudæi, in veritate doctrinæ, ad quam pertinet reſurrectio mortuorum, quæ eſt de articulis fidei. Et primo circa hoc ponitur Iudęorum interrogatio. Secundo Chriſti reſponſio.* Reſpondens autem Ieſus.

*Circa primum aduertendum, quod inter Iudæos quidam erant qui vocabantur Saducæi, qui recipiebant tantum quinque libros Moyſi, & dicebant animam hominis mortalem, & per conſequens negabant reſurrectionem, ſecundū quod Ioſephus refert de iſtis 20. libro antiquitatum, et magiſter in hiſtorijs, vbi plenius tangitur diuerſitas quę erit in ſectis Iudæorum, quod propter breuitatem omitto. Iſti ergo mouerunt quæſtionem, quæ videbatur eis inſolubilis, et propter hoc videbatur eis reſurrectio mortuorum impoſſibilis. Et ponitur caſus de muliere quæ deſponſata eſt ſeptem fratribus ſucceſſiue, quia quando aliquis moriebatur ſine filio, frater eius tenebatur accipere vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo, ita quod primus filius natus non aſcribebatur generanti, ſed mortuo fratri ſecundum quod ſcribitur Deut. 25. Iſta ergo mulier ſine prole ſuſcepta mortua eſt poſt omnes fratres. Et ideo proponunt quæſtionem Chriſto.*

9 In reſurre. ergo, &c. *Quaſi dicerent, impoſſibile eſt quod detur alicui eorum determinate. Cuius cauſa ſubditur.*

10 Omnes &c. *Et per conſequens eadem ratione ſi debeat aſſignari vni & alteri. Item non videtur impoſſibile, quod detur ſeptē fratribus ſimul, quia eſt contra legem Moyſi, quod duo fratres ſimul coniungantur vni mulieri matrimonialiter, & ex hoc intenuūt concludere, quod impoſſibile ſit animam immortalem eſſe & hominem reſurgere.*

11 Reſpondens autem Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. Vbi tria*

## MORALITER.

† *Reddite ergo, &c.* Orige. Mundi princeps diabolus Cæſar dici poteſt, non enim Deo reddere poſſumus quæ ſua ſunt, niſi prius principi mundi reddiderimus quæ ſunt ſua, id eſt, niſi depoſuerimus malitiam vniuerſam *In illa, &c.* Sequitur.

† *Erant apud.* Per iſtos ſeptem, qui non reliquerunt ſemen deſignatur vniuerſitas deſidentium, qui ex ſuis operibus non relinquunt aliquid memoria dignum.

*In*

A a *Erratis*. Ideo quia neſcitis ſcripturas. Vnde ſequitur, vt ne ſciant virtutem Dei.

b *In reſurrectione*. Reſurgent quidem corpora, quę poſſent nubere & nubi, quod de his dicitur, qui habēt membra genitalia, ſed alia ratione non nubent.

d *De reſurrectione, &c.* Hoc quidam de reſurrectionis cōditionibus quęſtioni propoſitæ reddidit. De iſta vero reſurrectione contra infidelitatem corū ita ait. *De reſurrectione autem mortuorum*. Ita teſtimonium ponit. Quod videretur ambiguū, vel nō ſatis ad reſurrectionis pertinet veritatem, quia illi prophetas (vbi aperta ſunt teſtimonia) non recipiunt, ſed tantū quinq; libros Moyſi. Et hic de reſurrectione, & alibi de diuinitate quædā coram contēptoribus inuenitur dominus dixiſſe; nō vt daret ſanctum canibus, & mitteret margaritas ante porcos; ſed quia inter eos qui tentabant erāt aliqui qui vtiliter audebant, quos pro aliorum immunditia negligi non oportebat. D

Traſtatu.22. in Matt. ✣ Origenes. Queritur, cum ſaluator dicat, erratis neſciētes ſcripturas, An dicat quod in quibuſdam ſcripturis poſitū eſt quod ſequitur, *In reſurrectione neque nubent, &c.* quod in veteri teſtamento non legitur ſcriptū. Nos autem dicimus quia ſcriptum eſt, non in ipſis ſermonibus maniſeſte iſta dicentibus, ſed in myſterio indicantibus, ſecundum intellectū moralem. B Sed nec inuenio ſcriptum, *erunt ſicut Angeli Dei*, niſi forte quis & hoc moraliter intelligat, ſecundum quod dicitur. Tu autem ibis ad patres tuos. Item appoſitus eſt ad populum ſuum.

† Exo.3. cap. Mar.12.c. †Mar.12.cap.

a autem Ieſus, ait illis. Erratis, neſcientes ſcripturas, neque vir- 1
b tutem Dei. In reſurrectione enim, † neque nubent, neque 2 †
c nubentur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo. De reſurrectio- 3 4
d ne autem mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt a Deo, 5 6
e f dicente vobis. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, &
Deus Iacob. Non eſt Deus * mortuorum ſed viuentium. 7
† Et audientes turbæ † mirabantur in doctrina eius. Pharisæi autem audientes, quod † ſilentium impoſuiſſet 8
g Saducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum 9
h 10

e *Non legiſtis*. In Moyſe quem recipitis, alioquin poſſet apertiora de reſurrectione teſtimonia prophetarum dare, ſed prophetas Saducęi non recipiunt.

Hom. 42. in operis imperf. c *Sed ſunt ſicut Angeli*. ✣ Chryſoſtomus. Notandum quod cum de ieiuniis & eleemoſynis, cęteriſque virtutibus ſpiritualibus locutus fuit, tanquam Angelorum ſimilitudinē introduxit, niſi cum de abſolutione a coitu loqueret. Quoniā ſicut oēs actus carnales, opera ſunt animalium, præcipue tamen actus libidinis, ſic omnes virtutes ſunt res Angelicæ præcipue tamen caſtitas, per quam vincitur natura virtutib.

* Hilarius. Eandem quam Saducęi calumniam afferre plures ſolent, in quam formam muliebris ſexus reſurgat.

Lib.22 de ciuit.ca.22. * Auguſtinus. Melius ſapiunt, qui vtrumque ſexum reſurrecturum non dubitant. Non enim libido ibi erit quæ confuſionis cauſa eſt. Nā priuſquam peccaſſent nudi erāt, natura autē ſeruabitur, quæ tunc quidem a concubitu immunis C erit. Erunt tamē membra fęminea non accomodata vſui veteri, ſed decori nouo, quo non allicitur aſpicientis concupiſcentia, quæ nulla erit.

f *Deus Abraham, &c.* Qui iam mortui erant, quādo hæc dicebat, ergo per hoc animas probat permanere poſt mortē, nō enim diceretur Deus nō exiſtentium. Et ſic introducitur & corporum reſurrectio, quę cū animabus bona vel mala geſſerūt. *Deus Abraham, & Iſaac & Iacob*. Per hoc ꝓbat ęternitatem animarū, Et ſtatim infert, *Non eſt Deus mortuorum, &c.* Vt cū probauerit animas permanere poſt mortem, conſequenter introduceretur etiam corporum reſurrectio, quæ cum animabus bona vel mala geſſerunt.

g *Silentium*. Nota venena inuidiæ ſuperari poſſe, ſed difficile conqueſcere.

h *Conuenerunt*. Vt multitudine vincerent quem non poterā ratione. In tentando cōueniunt, qui in doctrina cōtrarii ſūt. Iam confutati erant in oſtenſione denarii, iam viderāt etiam Saducęos obmuteſcere, ſed tamen maleuolentia & liuor nutrit impudentiam. E F

*De* ... *Ten-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*tria facit per ordinem, quia primo oſtendit eorum errorem, & erroris cauſam, dicens.*

1 Erratis. *In hoc ſupple, quod reſurrectionem negatis.*

2 Neſcient. ſcripturas. *Ipſi enim non recipiebant ſcripturas prophetarum in quibus fit expreſſa mentio de reſurrectione mortuorum, vt habetur Dan.* 12.*a.* Multi qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, &c. *Et Ezech.* 37.*a.* Facta eſt ſuper me manus domini, &c. *Et ex ignorantia illarum ſcripturarum procedebat error eorum. Secunda cauſa tangitur, cum ſubditur.*

3 Neque virtu. Dei. *Si enim bene conſideraſſent virtutem Dei, quæ pōt aliquid ex nihilo facere, quod ipſi habebant neceſſe cōcedere, ex quo recipiebāt libros Moyſi, vbi fit expreſſa mentio de creatione mūdi non negarent quin poſſet reſuſcitare mortuos. Secundo ſoluit argumentum eorum, dicens.*

4 In reſurrectione enim, &c. *Ideſt, viri non accipient vxores.*

5 Neque nuben. *Ideſt, mulieres, non accipientur a viris, quia homines non reſurgent ad vitam carnalem cibis & venereis vtentem.*

6 Sed ſunt ſicut Angeli Dei. *Viuentes viſione & fruitione Dei Et ſic patet eorum argumentum nihil concludere, quia illa inconuenientia ad quæ deducebant, non ſequuntur, niſi ex ſuppoſitione, quod actus carnales venereorū ſint in reſurrectione, quod patet eſſe falſum. Tertio confirmat veritatem reſurrectionis auctoritate ſcriptura dicentis Exod.3.*

7 Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. *Quando dominus protulit hæc verba, illi Patriarchæ erant mortui corporaliter, cum ergo aliquis non poſſit eſſe Deus rei non exiſtentis vel eius quod eſt nihil quod idem eſt (quia creaturæ ad Deum eſt relatio realis quæ non poteſt fundari in nihilo) oportet ergo quod iſti patriarchæ aliquo modo eſſent, & ideo cum non viuerent vita corporali, ſequitur quod anima adhuc viuebat, & per conſequens quod immortalis erat, quare non deſtruitur deſtructo corpore, & per conſequens ſequitur ꝙ reſurrectio erit, quia aīa nō pōt eſſe ꝑfecte quietata, nec beata, niſi vniatur cum corpore, ad cuius vnionem habet inclinationem naturalem. Conſiderandum tamen, quod ſaluator bene accepiſſet auctoritatem magis expreſſam de immortalitate animæ & futura reſurrectione, auctoritatem, ſcilicet prophetarum, vt viſum eſt, ſed illa non recipiebatur a Saducæis, & ideo non fuiſſet efficax contra eos.*

8 Phariſæi autem. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter impugnauerunt Chriſtum in veritate vitæ, in hoc quod propoſuerunt ſibi quæſtionem tentatiuam de primo mandato legis. Circa quod primo ponitur eorum interrogatio. Secundo ponitur Chriſti reſponſio, ibi.* Ait illi Ieſus. *Circa primum dicitur.* Phariſæi autem, &c. *Licet enim ipſi eſſent contrarii Saducæis in opinione de animæ immortalitate & de mortuorum reſurrectione, vt viſum eſt, tamen cōueniebant cum eis in Chriſti perſequutione. Et ideo audientes, quod ſilentium impoſuiſſet eis.*

9 Conuenerunt in vnum. *Ad inuadendum ipſum Chriſtum alio modo, & ad ipſum venerunt in magna multitudine ad magis terrendum.*

10 Et interrogauit eum vnus ex eis. *Vt ſi cōſenſus eſſet, ſolus videretur confunai, ſi autem vinceret, omnes viderentur per eum, viciſſe, ſecundum quod dicit Chryſoſtomus.*

Ten-

## MORALITER.

† *In reſurrectione enim, &c.* Reſurrectio ſpiritualis eſt a morte culpæ ad vitā gratiæ, quæ eſt arra gloriæ, & ideo quādo hæc reſurrectio firmata eſt per propoſitum cauendi recidiuū firmatum profeſſione religionis & etiam obſeruatū, tūc eſt ſimilitudo ad angelicā vitam, quia per caſtitatem fit conformitas angelicæ puritati. Angeli ſimiliter nihil propriū poſſident in hoc mundo, & obediunt continue ipſi Deo.

*Magi-*

A a *Tentans eum.* Marcus ait, quod ei ſapienter reſpondenti do minus dixerit. Non longe es regno Dei. Potuit enim fieri vt qui tentans venit reſponſo domini conuerſus ſit. Vel tentatio non eſt mala quaſi volentis decipere, ſed cauſa volentis amplius experiri ignotum.

a Pro omnibus legis doctor, vt ſi uincat omnes uictores habeantur, uel ſi uincitur, ſolus erubeſcat: b Non ſcire deſiderans. c Cuius non uult eſſe diſcipulus.

a vnus ex eis legiſdoctor te[b]ntans eum. Magiſte[c]r quod eſt 1 2

a Egregium. b Ideſt, diligere debes.

b mandatum ma[a]gnum in lege? Ait illi Ieſus. † Dilige[b]s domi- 3 4

a Intellectu, vt nullum in confeſſione diuinitatis relinquas errori locum. b Ideſt, uoluntate, vt nihil ei contrarium velis.

c num Deum tuum ex toto co[a]rde tuo, & in to[b]ta anima tua

a Ideſt, in memoria nil reminiſcens quo minus de eo ſentias. b Dignitate. c Ordine.

& in tota mente tua. Hoc eſt † ma[b]ximum & primum

a Et ſi in exequutione ſit primum. b Non par. Quia de dilectione.

mandatum. Secu[a]ndum autem ſimile[b] eſt huic; † Diliges pro- 5

Exo.20.a b *Diliges dominum Deum tuum.* Fictam cõſcientiam interrogãtis domĩus primo reſponſo percutit. *Deus tuus vnus eſt Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Obſerua diem ſabbati.*
B Hec tria ad dilectionem Dei pertinent: Cuius cogites vnitatem, veritatẽ, voluntatẽ. d

c *Ex toto corde.* Integritas fidei exprimitur. In tota anima, perfecta obedientia agitur. In tota mente, perſeuerantia oſtenditur

* Chryſoſtomus. Diligere Deum ex toto corde, eſt vt cor tuum non ſit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quam dei. Diligere autem Deum in toto anima, eſt certiſſimum animum habere in veritate, & firmũ eſſe in fide. Alius eſt. n. amor cordis, & alius eſt amor animæ. Amor cordis
C quodãmode carnalis eſt vt etiam carnaliter diligamus Deũ quod

D quod facere non poſſumus niſi recedamus ab amore rerum carnalium, Tota mente diligere Deum, eſt vt omnes ſenſus Deo vacent.

* Auguſtinus. Deum ex toto corde diligere præceperis, vt omnes cogitationes tuas, ex tota anima, vt omnem vitam tuã, ex tota mẽte tua, vt omnem intellectũ tuum in illum conferas, a quo habes ea, q̃ aufers. — Lib. de doctrina Chriſti, cap.22.

* Origenes. Ex toto corde ideſt ſecundum totam recordationem & operationem, & cogitationẽ, ex tota anima ideſt, vt parati ſint eam ponere pro pietate Dei. In tota mẽte, nihil aliud ſcilicet proferentes, niſi quæ Dei ſunt. — *Et dicens. Tract. 23. in Matth. — †Deut.6.a. — E — †Leu.19 d. Mat.12.c. Rom.13.c

d *Diliges proximum.* ✣ Auguſtinus. Manifeſtum eſt, omnẽ hominem proximum eſſe putandum, quia erga neminem operandum eſt malum. — Lib.1. de doctrina Chriſt cap.30.

* Chryſoſtomus. Qui autem hominem amat, ſimile eſt ſicut qui Deum amat, quia imago Dei eſt homo, in quo Deus diligitur, ſicut rex in ſua imagine honoratur. Et propter hoc dicitur hoc mandatum eſſe ſimile primo. — Hom,42. operis imperf.

F In his

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tentans eum.* Capere ſcilicet ſermone. Marcus tamen uidef contrarium dicere 12. cap. vbi dicitur ꝙ Chriſtus dixit iſti legis doctori q̃renti de primo mãdato legis. Nõ longe es a regno Dei. Dicendũ, ꝙ iſte inprincipio venit mala intentione cũ alijs, ſed poſtea audita Chri reſponſione vera, pœnituit, & Chri reſponſionẽ approbauit, dicens. *Magiſter in veritate bene dixiſti &c.* vt habetur Mar. 12. Et tunc Chriſtus videns eius pœnitentiam intulit veba præmiſſa, dicens. *Non longes es a regno Dei, &c.* Simile autem habetur Ioan. 7. vbi dicitur quod principes, & phariſæi miſerunt miniſtros, vt cõprehenderent Ieſum Illi autem audientes Chriſti prædicationem pœnituerunt, & ſic ad principes redierunt, & cũ quærerent ab eis, quare non adduxiſſent eum, Reſponderunt *Nunquam loquutus eſt ſic homo.* Conſequenter proponitur q̃ſtio.

2 *Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege?* Credebat enim, quod ſtatim reſponderet de mandato primo primæ tabulæ. *Non habebis deos alienos.* Et tunc habuiſſet argumentum contra eum de præcepto Charitatis quod eſt maius, ſicut & charitas eſt maior virtus ipſa fide.

3 *Ait illi Ieſus.* Hic ponitur Chriſti reſponſio,

4 *Diliges dominum Deum tuum, &c. Hoc eſt maximum. & primum mandatum.* Hic tria ſunt videnda de ipſo præcepto charitatis. Primum eſt qualiter ſit intelligendum. Secundum qualiter ſit primum. tertium, qualiter implendum.

Circa primũ ſciendũ, quod iſtud præceptũ in quatuor locis traditur in ſcriptura ſcilicet Deut. 6. vbi ponũtur tria. *Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* & hic Matth. 22. vbi dimittitur fortitudo, & duobus alijs additur vnum, quod Deus diligatur ex toto corde, & ex tota aĩa, & ex tota mente. Mar. autẽ 12. ponuntur iſta tria, & additur quartũ. ſ. ex tota virtute quod eſt idem cũ eo quod dicitur Deut. 6. *Et ex tota fortitudine.* Et eodẽ modo Lucę. 10. habef niſi quod dicitur ibi, ex omnibus viribus tuis, quod idẽ eſt cũ eo ꝙ dicif, ex virtute vel ex fortitudine. Et ſic patet, ꝙ quatuor iſta ſunt de ratione illius præcepti. ſ. diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota aĩa: & ex tota anima, & ex tota fortitudine Cuius rõ eſt, qa diligere eſt act⁹ volũtatis. Duplex eſt aũt actus ipſius, vnus eſt elicitus, & alter imperatus. Actus autem elicitus eſt qui immediate egreditur ab ipſa voluntate, & iſte actus tangitur cum dicitur. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde.* ideſt. ex tota voluntate, quia ſicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis, ita voluntas mouet alias potentias animæ. Actus autem imperatus voluntatis eſt actus alterius potentiæ motę ad ſuum actum ꝑ ipſam voluntatem. Per voluntatem autem informatam charitate mouetur intellectus ad aſſentiendum his, quæ ſunt fidei, & ad meditandum de Deo dilecto. Et iſte actus ſignificatur, cum ſubditur. *In tota mente.* Ibi enim accipitur mens pro ipſo intellectu, vlterius per voluntatẽ mouetur appetitus ſenſitiuus, vt conformetur ſuperiori parti, quia ſicut ſphęra ſuperior mouet inferiores ſuo motu, ita voluntas appetitum ſenſitiuum, vt habetur 2 de anima. Et iſte actus notatur, cum dicitur. *Et in tota anima.* Per animã enim hic intelligitur pars ſenſitiua ſecundũ qđ ſcribit Gen. 1. c. *Factus eſt homo in animam viuentem.* Ideſt, vitam animalem, & ſenſibilem corpori dantem, vt dicit glo. Vlterius per voluntatem mouentur potentiæ motiuę, & executiuę ad operandum ex dilectione. Et hoc notatur cum ſubditur. *Ex tota fortitudine tua, vel, ex omnibus viribus tuis.* Quoſt idem eſt, patet ergo primum. — Philoſoph.

Circa ſecundum conſiderandum, quod aliquid dicitur primũ dupliciter. Vno modo origine, & ſic illa quæ ſunt imperfectiora priora ſunt in illis, quę procedunt de potentia ad actũ, vt dicitur 9. metaphyſicæ. Alio modo dicitur aliquid primũ dignitate ſeu ꝑfectione. Hoc ergo ſecundo modo primitatis, mandatum de dilectione Dei dicitur primũ, quia origine, dilectio ꝓximi prior eſt ſecundũ quod dicit beatus Ioan. 1. canonica. ca 4. d. *Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Et ſic patet ſecundũ, Circa tertium conſideranũ, quod totum & perfectum idẽ ſunt vt habetur 3 phyſicorum, & ideo diligere Deũ ex toto corde, & ex tota aĩa, & ſic de alijs eſt diligere ex ꝑfecto corde, vel ex perfecta anima, & ſic de alijs Perfectum autẽ dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, quando nihil ſibi deeſt de perfectione ſibi poſſibili. Alio modo, quando nihil ſibi deeſt de ꝑfectione ſibi debita vel competenti, ſicut homo mediocris ſtaturæ dicitur perfectæ quantitatis, licet non habeat quantitatem gigãtis. Sic ergo accipiendo perfectum primo modo, ſic impletur præceptum dilectionis in patria, quia mens ibi fertur in Deum totaliter, & perfecte, quantum ſibi poſſibile eſt, & ſine aliqua interruptione, & ſecundum hoc dicit Aug. libro. De perfectione iuſtitiæ, quod mandatum charitatis ſolum implebitur in patria, vbi erit charitas perfecta. Si autem accipiatur perfectum ſecũdo modo, ſic impletur in via, quando nihil diligitur contra Deum. Iſta enim eſt perfectio quę debet ineſſe ex debito neceſſitatis & hoc ſufficit ad ſalutem. Diligere ergo Deum ex toto corde, hoc modo eſt ſic diligere Deum, quod nihil diligatur contra ipſũ. Seq̃.

5 *Secundũ autem ſimile, &c. Diliges, &c.* Ideſt, ad eandem beatitudinem, ad quam diligis te.

In his

## MORALITER.

2 *Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege.* Chryſoſto. De magno mandato interrogat qui minimum nõ obſeruat. Et iſti ſimiles multi ſtudentes, qui quærunt alta & ſubtilia, cũ tamen ad huc ignorent communem doctrinam & prima rudimenta, volentes volare antequam alas habeant, & ſic in vanum laborant.

In his

a In proximo, quod Dei bonitate factus eſt. b Ideſt, etiam ſubſtantiam. c Ideſt ad hæc duo referuntur totus decalogus, & monita prophetarum ibi habent finem.
a ximum tuum, ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuer- 1
a Quia illo fertur, vbi habet finem. b Qui ad tentandum venerant, occaſionem dederunt ſuæ confutationis.
ſa lex pendet & prophetæ. Congregatis autem Phariſæis, in- 2
b terrogauit eos Ieſus, dicens. quid vobis videtur de Chriſto, †
a Secundum carnem. b Non reprehenduntur, quod Dauid filium dicunt, ſed quia filium Dei eſſe non credunt. c Si purus eſſet homo.
cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo 3 4
a Non de corde ſuo, ſed in ſpirituſancto. b Qui non ante eum ſecundum vos. ¶Pater.
c Dauid in ſpiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit domi- 5 6
¶Filio, ¶Non ad horam.
d nus domino meo, ſede a dextris meis, donec ponā inimicos 7 8
¶Inobedientes. ¶Subijciam tibi volentes, vel nolentes.
e tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum 9
a Quod eſt ſecundum deitatem. b Quod eſt ſecundum carnem.
f dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei re- 10
Quia confutati ſunt verbis. ¶Sed apertè comprehenſum tradunt Romanæ poteſtati.
g ſpondere verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die
cum amplius interrogare.

a *In his duo*. Nam A ideo duæ tabulæ legis datæ ſunt in quibus erāt decem præcepta legis quæ ſunt decachordum pſalterium. Tria in vna quæ ſunt ad Deum, ſeptem in altera quæ ſunt ad proximum. In prima primū eſt. (Deut. 5. a.) *Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti*. B *Non habebis deos alienos*: quia Chriſtus cum patre & filio & ſpirituſancto vnus eſt Deus. (Exo. 20. b.) Secundum. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*. Ideſt, nomen Chriſti non debet in vanum accipi, vt putemus eum factum, per quem omnia facta ſunt. (Ibidem.) Quia vero vnus Deus eſt pater & filius & ſpirituſſanctus. In ſpirituſancto, ideſt, in dono Dei requies nobis promittitur. (Ibidem.) Vnde tertium ſequitur. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*: in eo non facies omne opus. In altera tabula. *Honora patrem & matrem*. Et: *Non occides*: *Non mœchaberis*: *Non furaberis*: C *Non falſum teſtimonium dices*: *Non concupiſces vxorem proximi tui*: *Non concupiſces rem proximi tui*.

b *De Chriſto*. Siue venit, ſiue futurum creditis, quem purum hominem aſſeritis.

* Chryſoſtomus. Diſcipulos primum interrogauit, quid alii dicerent de Chriſto, & tunc quid illi dicerent, his autem non ita profecto ſeductorem eū dixiſſent & malum, & quia malum eum exiſtimabant, & quoniā Chriſtus purus homo erat.

c *Dixit*. Iſtud dicere eſt æqualem ſibi filium generare.

d *Domino*. Non ſecundum quòd de eo natus, ſed quod de patre ſemper fuit.

e *Donec ponam*. * Chryſoſtomus. Non autem in hoc ſtat, ſed vt timeant, ſubdit. *Donec ponam, &c.* vt ſaltem ita eos inducat.

f *Quomodo*. Repugnantia ſunt hęc ſm veſtrum intellectum

g *Et nemo poterat, &c.* Nota venena inuidiæ ſuperari poſſe ſed difficile conquieſcere.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In his duob. &c. *Sicut enim in ſpeculatiuis omnes concluſiones dependent ex hoc principio: De quolibet affirmatio vel negatio. Sic in operabilibus omnia dependent ex dilectione Dei principaliter, & conſequenter ex dilectione proximi. propter hoc omnia mandata legis & monitiones non ſunt, niſi quædam explicationes iſtorum duorum mādatorum, quia omnia ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, vt patet intuenti. Et ſimiliter doctrina prophetarum ad hoc ordinatur.*

2 Congregatis aūt, &c. *Hic conſequenter oſtenditur Phariſæis eſſe contradictores diuinæ veritatis errori contrario adhærendo. Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd licet phariſæi & legiſperiti cognouerunt in principio Ieſum eſſe verum Chriſtū, & per conſequens Deum & hominem, vt ſupra dictū eſt ca. præcedenti ſuper illud* Hic eſt hæres, *quia tamen conceperunt contra eum odium & rancorem, ideo hęc vera æſtimatio corrupta eſt in eis aliquo modo, vt ſupra dictum eſt, & ideo incæperunt eum negare & perſequi tanquam blaſphemum, quia dicebat ſe eſſe filium Dei, & per conſequens incipiebant corrumpere ſcripturas & deprauare quæ loquebantur de eius diuinitate, propter quod Chriſtus fecit eis iſtam queſtionem de Chriſto.*

3 Cuius filius eſt? Dicunt ei. *Solum ſcilicet diuinitatem negando.*

4 Ait illis. *Arguendo ſcilicet in contrarium.*

5 Quomodo ergo, &c. *Ideſt, Spirituſancto inſpiratus.*

6 Vocat eum, &c. *Quod enim iſta ſcriptura intelligatur de Chriſto. Patet, quia ipſi phariſæi non negauerunt hoc imò conceſſerunt.*

7 Sede a dextris, &c. *Sedere autem a dextris vno modo accipitur pro qualitate, & ſic Chriſtus ſecundum quod Deus, ſedet ad dexteram. Alio modo eſt eſſe in potioribus bonis, & hoc modo conuenit Chriſto ſecundum humanitatem, quia vt ſic in gloria pręeſt angelis.*

8 Donec ponam ini. &c. *Iſtud complebitur in iudicio, quando omnia perfecte ſubijcientur homini Chriſto.*

9 Si ergo Dauid, &c. *Quaſi dicat cum ſecundum naturam humanam ſit filius Dauid, & per conſequens eo inferior, oportet ponere in eo aliam naturam, per quam ſit dominus eius, & eo ſuperior. Hæc autem eſt diuina, & ſic in Chriſto duę ſunt naturæ, diuina & humana.*

10 Et nemo poterat ei reſpondere. *Quia non poterant ſcripturam negare. Conſiderandum tamen, quòd Iudæi moderni diuinitatem Chriſti negantes dicunt prædictam authoritatem dictam eſſe ad literam de Abraham, & quòd Eliezer diſpenſator domus Abrahæ fecit hunc Pſalmum, agens Deo gratias de victoria quam habuit Abraham de quinque regibus, vt habetur Geneſ. 14. poſt quam victoriam apparuit dominus Abrahæ, dicens.* Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. *Dicunt ergo, quòd Eliezer loquitur ſic.* Dixit dominus *Ideſt, Deus cœli qui eſt Dominus omnium.* Domino meo, *Abraham.* Sede a dextris meis, &c. *Quia confortauit eum, vt viſum eſt promittendo ei auxilium & præmium. Sed iſta expoſitio patet falſa. Primò per titulum Pſalm. vbi ponitur Pſalmus Dauid, etiam in Hebræo, quod non ponitur in Pſalm. factis ab alijs. Item per illud quod ſubditur in Pſal. eod.* Ex vtero ante luciferum genui te. *Quod non poteſt dici de Abraham, quòd ſit genitus ex vtero Dei vel ſubſtantia, & ante luciferum, ideſt ante mundi creationem, ſed ſolum poteſt verificari de filio Dei. Et iterum in fine Pſalmi dicitur.* Tu es ſacerdos, &c. *Quod non poteſt verificari de Abraham. qui non fuit ſacerdos, & dato quod fuiſſet, tamen ſacerdotium eius non potuiſſet fuiſſe in æternum, ſed ſolum Chriſti ſacerdotium eſt æternum.*

## MORALITER.

1 *In his, &c.* Quia tota ſacra ſcriptura ad dilectionem Dei & proximi ordinatur.

† *Quid vobis videtur de Chriſto*: Chriſtus Gręce dicitur vnctus Latine, quod cōpetit epiſcopis & regibus, pp quod debent imitari Dauid tanquam boni filij in māſuetudine & iuſtitia ipſius. Dicitur. n. de ipſo 2. Reg. 23. a. *Ipſe eſt enim quaſi tenerrimus ligni vermiculus*, qui licet ſit molliſſimus, tamē perforat lignum durum. Sic reges & epiſcopi debent eſſe molles & ſuaues erga bonos, & efficaciter punire rebelles obſtinatos.

## ADDITIO.

*In eo. ca. 22. vbi dicitur in poſtilla. Quia anima non poteſt perfecte eſſe quietata.*

Perfecta hominis beatitudo (quæ in viſione diuinæ eſsētię principaliter conſiſtit in anima) non dependet a corpore, vñ ſine corpore poteſt anima eſſe beata, vt in 1. 2. q. 4 artic. 5. in cor. quæſt. licet verum eſt, ꝙ perfectius habebit animā ſuam propriam operationem in qua fęlicitas cōſiſtit, cum ſit vnita corpori glorioſo quàm ſit ſeparata, & hoc denotant verba Aug. 12. ſuper Geneſim ad literam ſi recte intelligantur. Similiter dicendū eſt, ꝙ anima ſeparata, in viſione diuinæ eſſentiæ totaliter quieſcit ex parte appetibili cum habet illud quod ſuo ſufficit appetitui, licet non totaliter quieſcit ex parte appetentis, quia illud bonum non poſſidet ſecundum omnem modum quo poſsidere vellet, vnde corpore reſumpto beatitudo non creſcit intenſiuè, ſed extenſiuè tantum, vt in quæſtione pręallegata. Non eſt neceſſarium ꝙ deductio iſta intelligatur in verbis ſaluatoris quia ad concludendum contra Saducæos ſufficit probare, quòd anima ſit immortalis. Nam ex mortalitate animæ quam ipſi credebant, procedebant ad negandum reſurrectionem.

CAP.

CAP. XXIII.

A a Tunc locutus eſt. Illis cõfutatis qui doloſi ſunt, inſtruit eos qui idonei ſunt, nihilominus hortãs eos ſubijci illis pp ſacerdotium, & nominis dignitatem, non opera, ſed doctrinam conſiderantes.

b *Super cathedram, &c.* * Auguſtinus. Cathedra tibi quid fecit eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet, vel eccleſiæ Ieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet, quibus nos in catholica vnitate cõnectimur, B & a quibus vos nefario ſcelere ſeparaſtis? Quare appellas cathedram peſtilentiæ cathedram Apoſtolicam? Si propter homines quos putas legem loqui & non facere, nũquid Chriſtus propter phariſæos, de quibus ait. *Dicunt & non faciunt,* cathedræ in qua ſedebant vllam cathedram Moyſi commendauit, & illos ſeruato cathedræ honore redarguit?

✠ Idem. Quia non habent hęretici quod in cauſa ſuę diuiſionis defendant non niſi hominũ vitia colligere affectant.

* Origenes. *Super cathedram, &c.* Iſte ſermo de me eſt, qui bona doceo & cõtraria gero, & ſum ſedens ſuper cathedrã Moyſi ſicut ſcriba & phariſęus. Pręceptum tibi eſt (ò popule) ſi non habueris accuſationem vitę peſſimę, & alienorum ab eccleſia dogmatũ, conſpexeris vero meã culpabilem vitã, vt nõ habeas iuxta docẽtis vitam, tuam inſtituere, ſed ea C facere quæ loquor. Nullum imitemur, etſi volumus imitari quemquam, propoſitus eſt nobis ad imitandum Chriſtus, deſcripti ſunt actus Apoſtolorum, & prophetarum geſta. D

c *Onera grauia.* Legis mãdata permixtis ſuis traditionibus, ſecundũ ea ſuadentes viuere, & nõ venire ad facilẽ & delectabilẽ gratiã Chriſti, vnde ſupra Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis. Sup. 11. d.

*Chryſoſt. Tales ſunt qui venientibus ad pęnitentiam graue pondus imponũt, & ſic dum pęna præſens fugitur, contemnitur pœna futura. Etſi erramus modicam pęnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem? E

Hom. 43. operis imperf.

† 19. diſt. c. ſecundum. † 1. q. 1. c. omnia & c. ſignificaſtis & c. nõ quales. 3. q. 7. §. final.

† difficilia portatu.

d *Omnia vero.* Dixit tales doctores audiẽdos eſſe, non imitandos, nunc oſtendit cauſam propter quid non poſſunt credere Chriſto, id eſt, quia omnia faciunt vt videantur ab hominibus. Non poteſt enim Chriſto cœleſtia prædicanti credere, qui gloriam terrenam cupit.

* Chryſoſt. Tolle hoc vitiũ (inanis glorię) de clero, & ſine labore omnia reſecabis, ex hoc.n. fit, vt difficile clerici peccantes pęnitentiã agant. Impoſſibile enim eſt vt credat Chriſto cęleſtia prædicanti, qui gloriã hominũ concupiſcit terrenã. Hom. 43. operis imperf.

e *Dilatant.* Non vt faciendo ſint iuſti, ſed vt dicendo appareãt iuſti. *Dilatant enim phylacteria.* Datis mãdatis per Moyſen intulit dominus: ligabis ea in manu tua, & erũt immota ante oculos tuos, i. ſint tibi in opere & meditatione. Et Phariſæi F male Hieronym.

## CAPVT XXIII.

*Vt confuſio illorum iſtis ſit diſciplina, confutatur malus vt corrigatur bonus, quidquid facit malus, propter bonos ſit.*

a TVnc locutus eſt Ieſus ad turbas & ad diſci 1
*Doctrinam, quam docuit Moyſes.*
b pulos ſuos, dicẽs: † Super cathedrã Moy 2
*a Propter cathedram, non vitam.*
ſi ſederunt Scribæ & Phariſæi † Oĩa er- 3 4
*a Ad cathedram pertinentia. In corde. In opere. Doctrinam tenete, non vitam.*
go qu'ęcunq; dixerint vobis, * ſeruate &
*Quia non concordat vita cum doctrina.*
c facite, ſcũ dũ opera vero eorũ nolite facere. Dicũt.n. & non 5
*a Vndecunque traditiones colligant, quæ conſcientiam non leuant, ſed grauant, quas ſuis viribus implere non poſſunt.*
faciũt. † Alligãt.n. onera grauia, & † importabilia, & imponũt 6
*a Quaſi ad hoc fortes ſint. b Id eſt, nec in minimis perficiunt, quæ ſine gratia implenda docere præſumunt.*
d in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. 7
*Et hoc per partes oſtendit dilatant, &c. a Eo fine, vt venentur gloriam, & ideo non poſſunt credere Chriſto cœleſtia prædicanti.*
Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab homini- 8
*a Per partes oſtendit.*
e bus. Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fim- 9

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXIII.

1 TVnc loquutus eſt Ieſus, &c. Hic oſtenditur tertio Iudæos eſſe iuſte reprobatos, quia fuerunt fictores bonitatis. Et diuiditur in duas partes, quia Saluator primo ponit huius fictionis motiuum. Secundo concludit huius motiui multiplicem effectum, ibi. *Væ autem vobis ſcribæ & phariſæi.* Prima in duas, quia primo ſaluator huiuſmodi motiuum oſtendit. Secunda, hoc motiuum a ſuis diſcipulis excludit ibi. *Vos autem.* Motiuum autem fuit ſuperbia Phariſęorum & legiſperitorum. Et hęc ſuperbia oſtenditur ex tribus. Primo ex abuſu ſuæ poteſtatis. Secundo ex ſimulatione ſanctitatis, ibi. *Omnia ergo.* Tertio ex ambitione dignitatis, ibi. *Amant autem primos recubitus in cœnis.* Circa primum cõſiderandum, quod a tempore Moyſi fuerunt conſtituti a Deo 70. ſenes ætate & ſcientia prouecti, qui cum Moyſe haberent curam populi, & dicebantur iudices ordinarij, quia ad ipſos fiebat recurſus in dubijs cauſis. Magnæ etiam cauſæ non tractabantur ſine eis, & iſtud fuit obſeruatum apud Iudæos quandiu fuerunt in poteſtate. Et hoc eſt quod dicit hic ſaluator.

2 *Super cathedram.* Id eſt, in auctoritate iudicandi populũ.

3 *Sederunt ſcribæ.* Quia illi qui videbantur in populo eſſe magis periti ad hoc eligebantur.

4 *Omnia ergo quæcunque dixe.* Quia prælatis etiam malis eſt obediendum, niſi in his quæ ſunt manifeſte contra Deum, & ſunt habendi in reuerentia, quandiu tolerantur in officio ſuo. Quod patet per exemplum Dauid qui venerabatur Saulem regẽ, licet ſciret eũ eſſe malum, & a Deo reprobatum.

5 Opera

5 *Opera vero.* Quia nõ ſunt imitandi in malis: imo tantũ in bonis. 6 *Alligant enim onera.* Quia ſupra legis præcepta cõſtituerant multa ex ſuis traditionibus, ſicut ſupra patuit ca. 15. quæ erant ſubditis grauia & importabilia.

7 *Digito autem ſuo.* i. modicũ conatũ ad agendũ talia nolunt apponere. Ex hoc patet, q̃ ille qui conſtituit legẽ aliquã, licet nõ ſit ſubditus legi, quantũ ad hoc q̃ puniatur per hominem ſi contrariũ faciat, tñ obligatus eſt ad legẽ implẽdã, & grauius punietur a Deo ſi faciat contrariũ, quia tranſgreſſio eius grauior eſt pp ſcandalũ pp quod dicit ſapiens: Patere legem quam ipſe tuleris. Et extra de conſti. ca. Cum oẽs, dr̃. Quod quiſquis iure in altero ſtatuit, ipſe eodẽ iure vti dẽt. Patet ẽt ex prædictis, q̃ illi qui ſtatum eccleſiæ in generali, ſeu aliquem ſtatũ eccleſiæ in ſpeciali onerant grauibus ſtatutis ſine magna & euidenti neceſſitate, abutuntur ſua poteſtate, ſicut faciebant Scribæ & Phariſæi. vnde dicit Aug ad inquiſitiones Ianuarij loquens de religione Chriſtiana. Ipſam religionẽ noſtrã quã dñs noſter Ieſus Chriſtus in pauciſſimis ſacramentorũ celebrationibus voluit eſſe liberam, quidam ſeruilibus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior ſit conditio Iudęorũ, qui nõ humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis. 8 *Omnia vero.* Hic oſtẽditur ſuperbia Phariſęorũ ex ſimulatione ſanctitatis, quia hoc faciebãt vt eſſent in reuerẽtia & honore in populo. Et hoc eſt quod dicit. *Omnia vero opera ſua, &c.* i. propter gloriam humanam, quia videri in bonis propter gloriam diuinam non eſt malum, ſed magis meritorium, vt ſupra dictum eſt 5. cap.

9 *Dilatant phylacteria ſua.* Phylacteria ſecundum quod dicit Hieron.

## MORALITER.

1 *Tunc loquutus.* Sequitur. 4 *Omnia ergo quæcunque dixe. vob. ſcr. & fa. ſecundum opera vero eorum nolite fa.* Hoc generaliter intelligendum eſt de omnibus bene docentibus & male viuentibus, nam eorum doctrina debet acceptari, & vita repudiari.

6 *Alligant enim &c.* Hiero. Hoc generaliter dicitur aduerſus omnes magiſtros qui grandia iubent, & minora non faciunt. Chryſoſt. Tales autẽ ſunt qui graue pondus venientibus ad pęnitentiã imponunt, & ſic dum pęnitentis pęna fugitur, contemnitur futura. Si enim faſcem ſuper humeros adoleſcentis, quem non põt portare poſueris, neceſſe habet vt aut faſcem reijciat, aut ſub pondere confringatur. Sic & homini cui graue pondus pęnitentiæ imponis, neceſſe eſt vt aut pęnitentiam reijciat, aut ſuſcipiens dum ferre non poteſt, ſcandalizatus amplius peccet. Deinde ſi erramus modicam pœnitentiam imponendo, nonne melius eſt propter miſericordiam reddere rõnem quam propter crudelitatem? Vbi paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. 8 *Omnia vero opera ſua faciunt.* Chryſoſt. In omni

omni

A male interpretãtes ſcribebant decalogũ in membranulis, & ligabant in fronte,per q; religioſi viderentur populi. Iuſſerat et Moyſes,vt in quatuor angulis palliorum facerent fimbrias,vt p hoc eſſent diſcreti iſtaelitici populi. Illi vero faciebãt grãdes fimbrias,& in eis ligabãt acutas ſpinas, vt eundo & ſedendo interdum pungerentur, quaſi ſic commoniti retraherentur ad officia Dei. Huiuſmodi faciũt hodie zelo Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, muliercula in paruis euangelijs,& ligno crucis,& in huiuſmodi rebus, quod ſuperſtitio eſt.

*veſtimen totuis ſuorum. † Ma.12.d. Luc. 11.f. & 20.g.

*rabbi

B Phylacteria hebraicum nomen eſt, & ſonat ſeruatoria,phylaxe enim ſeruare, Thorath lex interpretatur.

Phylacteria † Iac.3.a.

a *Amant*. * Chryſ. Nõ vituperat eos qui primo loco recũbũt, ſed eos qui amãt primos diſcubitus,ad voluntatem vituperationem referens,non ad factum. Sine cauſa enim loco ſe humiliat,qui corde ſe præfert.

Hom.43.operis impfecti: † Luc.14.cap. & 18.c.

C * Idem. Intende autem vbi in eis vana gloria dominabatur, in ſynagogis ſcilicet,in quas intrabant alios directuri. In cœnis hoc pati qualitercunq; tolerabile erat, quãuis doctorem in admiratione eſſe oporteat, nõ in eccleſia ſolũ ſed vbique.

Hom.73.in Matth.

D b *Vos au.* Duplici rõne ab his attendere iubet, ne eorum ſimulatione ſeducamur,vel ne æmulatione inflammemur.

c *Vnus eſt*. Qui illuminat hominem, q; non alius homo ſed tantum exercet docẽdo non intellectum præſtat.

a Q mercedem ſuæ religionis gulam ſequuntur, & in publico gloriam quærunt. b Magiſtros primos ſedere non vetat ſed eos arguit,qui hæc habita vel non habita indebite appetunt.

a brias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas 1
cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab 2
a Magiſtri. b Ideſt quod Deo debetur vobis præſumatis, nec alios rabbi vocetis,ne diuinum hominibus honorem deferatis. 3
b c hominibus,rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt 4
Ab vno iſti vnius naturæ.
enim magiſter veſter,omnes autem vos fratres eſtis. Et pa- 5
a Auctor naturæ, quia ex ipſo ſunt omnia. 6
trem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater
a Ne appetatis vocari
d veſter,qui in cœlis eſt. †Nec vocemini magiſtri, quia magi-
a Repetit propter filium per quem ſunt omnia,vel per quem reconciliati ſumus. b Cui quidquid ſcitis attribuendum eſt. c De primatu non ſit contentio inter vos. 7
e ſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum,erit mi- 8
a Licaute eleuauerit. b A domino, etſi non coram hominibus. 9
niſter veſter † qui autem ſe exaltauerit humiliabitur,& qui 10
a Te benefactis prouide. b A deo. c Qui habetis notitiam legis & prophetarum. 11
ſe humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ & 12

d *Pater ve.* Deus dicitur pater & magiſter natura, homo indulgentia. Pater, vt honori ætati deferatur, non vt autor vitæ habeatur. Magiſter, ex conſortio veri magiſtri tanquam eius nuncius, & pro reuerentia eius a quo mittitur, honoratur.

E e *Qui maior.* Certantibus de prioratu diſcipulis (vt Lucas ait) Chriſtus non eos initæ contentionis arguit, ſed formam humilitatis oſtendit. *Qui maior eſt*.i. maioris meriti, vel qui præfertur alijs, debet eos præuenire obſequendo,non ſuperbe dominando. Bene agentibus per humilitatem ſit ſocius, contrà delinquẽtes,zelo iuſtitię ſit erectus. Nonnunquam grauius delinquitur, ſi inter peruerſos plus

F æqua-

## NICOLAVS DE LYRA.

*Hiero.erãt quadam charta in quibus ſcribebatur decalogus mãdatorũ & ponebatur illa charta in capite ad modũ coronæ. Per hoc ſignificabatur, q; debebant legem in memoria habere, ſecundum quod habetur Deut. 6. Dicebantur autem phylacteria a phylaxe quod eſt ſeruare, & Thorach quod eſt lex,quia erãt quædã ſigna ſeruãdæ legis Phariſęi igitur vt viderentur præ cæteris religioſi,faciebãt ſibi phylacteria magis lata, & ſcribebant in eis decalogum de groſſiori litera, & eadẽ ratione faciebant fimbrias maiores in palliis ſuis. Quæ autem eſſent iſtæ fimbriæ,dictum eſt ſup.9.cap.ſuper illud verbum. Tetigit fimbriam veſtimenti eius.*

Diuiſio.

1 Amant autem. *Hic conſequenter oſtenditur ſuperbia eorum ex ambitione dignitatis, cum dicit.* Amant autem primos recu.in cę. *Et hoc duplici de cauſa ſcilicet ratione gulæ, quia ibi ponuntur fercula meliora, & ratione ſuperbiæ,quia eſt locus honorabilior.*

Phariſæi amant primos recubitus in cęnis duplici de cauſa.

2 Et primas cathedras in ſynagogis. *Vbi conueniebant homines ad audiendum verbum Dei.* Et ſalutationes in foro. *i.in loco patẽti.*

3 Et uocari ab hominibus rabbi. *Deſiderare enim ſcientiam & actum docendi non eſt malum,ſed meritoriũ, ſed deſiderare nomen tantum,hoc eſt malum & ſuperbiæ peccatum. Si tamen deſideretur nomen & auctoritas magiſterij ad hoc, quod ſcientia iam habita aliquis melius poſſet vti,non eſt malum,ſed eſt bonũ,quia bonus doctor debet quærere illa quæ faciunt ad efficaciam ſuæ doctrinæ. Veruntamen quia homo non eſt magiſter principalis,ſed ſolus Deus,ideo dicit.*

4 Vnus eſt enim magiſter ueſter. *Quia ſolus Deus poteſt interius docere intellectum illuminando,ſeu ſpeciem intelligibilem infundendo, homo autem docet tantum exterius aliqua proponendo, ex quibus formantur phantaſmata debita, a quibus intellectus agens facilius abſtrahit ſpeciem intelligibilem,ſicut in ſanatione hominis natura agit tantum principaliter,medicus autem aliqua adminiſtrat ex quibus natura iuuatur.*

5 Omnes autem uos fratres eſtis. *Quia filij Dei per creationem & adoptionem gratiæ.*

6 Et patrem nolite uocare. *Licet enim aliquis poſſit vocari pater in terra ratione generationis,doctrinæ,ſiue ætatis,tamen ſolus Deus eſt pater principalis,quia ab eo ſolo habemus animam intellectiuam,quæ eſt forma hominis,pater autem eſt ille qui dat formam.*

7 Nec vocemini magiſtri,&c. *Sicut iam ſupra expoſitum eſt.*

8 Qui maior eſt veſtrum. *Ideſt,vult eſſe ſecundum veritatem.*

9 Erit miniſter ve. *Ideſt,paratus ad officia humilitatis ſecundum decentiam ſui ſtatus,propter hoc papa vocat ſe ſeruum ſeruorum.*

10 Qui autem ſe exaltauerit. *In præſenti per ſuperbiam.*

11 Humilia. *in futuro per gehennæ pęnam.*

12 Et erunt peſti. *Hic ponitur quartum, ſcilicet perturbatio orbis ſeu elementorum ex quibus conſurgunt peſtilentię in aere & mari, & per conſequens ſterilitas & fames in terra. Quod autem hoc acciderit illo tempore, patet Act.11.d, vbi dicitur qd propheta Agabus prædixit famem magnam futuram, quæ facta eſt imperante Claudio propter quod fideles qui erant Antiochiæ, miſerunt auxilium de facultatibus ſuis fidelibus qui erant in Iudæa & Ieruſalem per manus Barnabæ & Sauli. Sequitur.*

Hæc

## MORALITER.

1 *Multi enim venient in nomine meo dicentes, ego ſum Chriſtus &c.* Id eſt, Multi videntur plus dicere facto, quia ſua ſtatuta diſtrictius faciunt obſeruari quam præcepta Dei.

10 *Conſurget.* Hic. Myſtice. autem videtur regnum contra regnum conſurgere, & peſtilentia eorum quorum ſermo ſerpit vt cancer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuerſę terræ in hæreticis magis intelligi, quia contra ſe inuicem dimicantes, eccleſię victoriam faciunt.

Con- Tunc.

a Futurorum. b Miniſtris. c Exercendos.
a Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos 1
b a Per apoſtolos omnium credentium perſona ſignatur. b In fine mundi ſimiles apoſtolis, tribulationibus ſunt probandi. 2 3
in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus 4
a Propter aſſertionem veritatis. b Diſcedent a fide timore vel portentis vel immanitate commentorum. 5 6
c gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabun- 7
a Gladio domini ab inuicem ſeparante eos quod in principio prædicationis factum eſt maxime tempore Antichriſti eſt futurum. b Frater infidelis fratrem fidelem.
tur multi, & inuicem tradent & odio habebunt inuicem. † 8
a Vt miraculis ſeducant. ¶ Hoc tempore iudaicæ vaſtitatis plene tempore Antichriſti.
d Et multi pſeudo prophetæ ſurgent, & ſeducent multos. † &
a Vnde Apoſtolus. Erunt homines aman.ſe. b Infidelitas. c Pro tribulatione quæ ante tribulationem videbatur calere vel calebat vt cumque in pace.
quoniam abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multo- 9
In fide & charitate. ¶ Quocumque tempore incipiat. Præſentis vitæ.
rum. † qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus 10
a Aedificatorium eccleſiæ ante finem mundi ſicut ante deſtructionem Ieruſalem per apoſtolos. 11
e erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, 12

A a *Hæc au.* Hæc autem omnia ſunt initia, non conſummatio quaſi præconia Antichriſti, vel excidij vrbis. Hęc partim ad euerſionem Iudęorum, partim ad diem iudicii pertinēt, quia ita apoſtoli interrogauerant de vtroque.

✻ Hieronymus. Quod dixit, *hęc autem initia ſunt dolorum.* melius transfertur, parturitionum: vt quaſi conceptus quidam Antichriſti non partus intelligatur.

b *Tunc tra.* Quo merito hęc Iudæis eueniant, ſubdit, q̄ poſt occiſionem Chriſti, nominis & fidei eius pręcones perſecuti ſunt.

* Chryſ. Quia diſcipuli audiētes ea quæ B de Ieroſolyma prædicebātur, ſi diſpoſiti erant, vt extra turbationē eſſent quaſi de aliena pęna audiē tes ſibi vere proſpera futura ſperabant, propter hoc eis grauia prænunciat in ſolitudinem eos ſtatuens.

c *Et tunc ſcandalizabuntur.* * Idem. Poſtquam duplex pręliū poſuit ſcilicet quod eſt a ſeductoribus & quod eſt ab inimicis conſequenter tertium prælium ponit quod eſt a falſis fratribus.

d *Et mul. pſeu.* Quidam hoc ad euerſionem Iudæorū referūt. Sed tunc inter eos, quia nullus erat fidelis, ad quem fieret exhortatio melius hoc accipitur de hæreticis, quorū primus Simon Magus fuit. Extremus maior omnibus, Antichriſtus eſt. Diligenter intuendum eſt, quod ſignorum ad excidium vrbis, quod ad diem domini referatur. Reſpondit enim dominus, quæ ex illo tempore erant ſecutura ſiue de excidio C Ieruſalem ſiue de aduentu ſuo.

Et

e *Et prædicabitur.* Quia nouerat dominus corda diſcipulorum de excidio & perditione ſuę gentis contriſtandi, hęc ſolatio releuat vt ſcirent multo plures ſocios gaudij æterni de toto orbe colligendos. D

Adhuc tenete hoc ſignum, quod non inſtet dies domini vel deſolatio Ieruſalem antequam apoſtoli toto orbe diſperſi ſunt præter duos Iacobos, qui prius in Iudæa interfecti ſunt. Diſperſi inquam, vt ſi dolerēt de perditione ſuæ gentis, ſolatium habeant plures ſocios de omni gente collectos. † 1, q. 3. c. Saluator.

* Chryſ. Quod autē ante captionē Ieroſolymę vbique prædicatū eſt euangeliū audi quod ait Paulus in omnem terram exiuit ſonus eorum Et vides eum a Ieruſalem in Hiſpaniam currentem. Si autē vnus tantam portionem accipit, excogita reliqui quanta operati ſint. Vbi ſupra. † De rebus ec. non ali. c. ſi. E

✻ Aug. Non eſt ab Apoſtolis pręd icatio iſta completa quādo adhuc ſunt gentes in quibus nōdum cępit impleri. Quod autem dixit Apoſtolus. *In omnem terram &c.* verbis quod futurum erat dixit, non quod iam factum eſt. Epiſt. 80.

✻ Orig. Cum omnis gens audierit euangelij prædicationē tunc erit ſeculi finis. Multæ autem non ſolum barbarorum, ſed etiam noſtrarum gentium nondum audierunt Chriſti verbum. Tract. 28.

✻ Hieronym. Non puto aliquam remanſiſſe gentem quę Chriſti nomen ignoret. Et quamquam non habuerit prędicatorē, tamen ex vicinis gentibus opinionem fidei non poteſt ignorare.

☞ *Abo-* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hæc autem omnia. *Ideſt, quatuor prædicta.*

2 Initia ſunt do. *Qui quidem dolores fuerunt conſummati in deſtructione ciuitatis & templi per Romanos.*

3 Tunc tr. *Hic ponit mala quæ contigerunt Chriſti diſcipulis in ſpeciali, vbi ponuntur quatuor. Primum eſt violentia afflictionis dupliciter, ſcilicet ab intra & ab extra. Illa quæ fuit ab extra, fuit a Iudæis fideles perſequentibus, de quo habetur Act. 8. a. vbi dicitur, quod poſt mortē beati Stephani facta eſt perſequutio magna in eccleſia, quæ erat Ieroſolymis & ibidem ſubditur, quod Paulus deuaſtabat eccleſiam.*

4 Et occi. vos. *Quia illo tempore occiſus eſt Stephanus a Iudæis, vt patet Act. 7. g. Iacobus filius Zebedæi. Act. 17. a. Iacobus frater domini. vt dicit Ioſephus lib. 22. antiquitatum.*

5 Et er. odio. *Ideſt, aliquibus omnium gentium.*

6 Propter no. meum. *Hoc additur ad eorum conſolationem, quia ad hoc ſequitur magnum præmium, vt habitum eſt ſup. 5. c.*

7 Et tunc ſcandalizabuntur. *Hic ponitur afflictio ab intra ſcilicet a falſis fratribus, quia multi qui receperant fidem Chriſti videntes perſequutionem oriri contra eos ſcandalizabantur, cadentes propter hoc a fide ſuſcepta, & ſic habebant odio veros diſcipulos Chriſti, quos ad mortem tradebant.*

8 Et mul. pſeu. *Hic ponitur ſecundum ſcilicet vehementia ſeductionis, quia multi prophetæ falſi denunciabant contraria prædicationi Apoſtolorum.*

9 Et quoniam abunda. ini. *Hic ponitur tertium ſcilicet abundantia iniquitatis, quæ erat in falſis Chriſtianis, & propter hoc refrigeſcebat charitas in multis alijs, licet non caderent totaliter propter quod concludit.*

10 Qui autem perſeuerauc. vſque. *In fide ſcilicet formata charitate, hic ſaluus erit.*

11 Et prædicabitur. *Hic ponitur quartum quaſi ad conſolationem prædictorum, quod eſt euidentia credulitatis, & hoc eſt quod ſubditur.* Et prædicabitur hoc euangel. *Ideſt, euangelium Chriſti quod introducit ad regnum cæleſte, quod non faciebat lex propter quod erat imperfecta reſpectu euangelij, vt ſupra dictum eſt in princi. huius libri.*

12 In vniuerſo mun. *Quod enim ante deſtructionem ciuitatis per Titum et Veſpaſianum in tribus partibus orbis ſcilicet: Aſia, Aphrica & Europa, prædicatum ſit euangelium Chriſti, patet ſic. Viuente enim Petro fides prædicata eſt in Italia, & non ſolum in Italia, ſed etiam in Gallia, quia ſāctus Sauinianus qui fuit vnus de lxx. miſſus a beato Petro in Galliam cum pluribus alijs ciuitatem Senonenſem (quæ tunc erat metropolis Gallię, & vocabatur ciuitas aurea) conuertit ad Chriſtum: & ibi tribus eccleſiis ædificatis vna ſcilicet in honore beatæ Virginis, alia in honore beati Stephani protomartyris, & alia in honore ſancti Ioannis Baptiſtæ, quartam ædificauit in honore Apoſtolorum quę quia viuēte Petro conſtructa eſt, ideo eccleſia B. Petri viui adhuc nominata eſt vſque in hodiernum diem. Ex loco autem illo ſanctus Sauinianus ſocios ſuos circa alias partes Galliæ miſit ad prædicandū. Ex quo patet, quod viuente Petro fidei prædicatio peruenit verſus mare occidentis, vbi terminatur vltimum clima noſtræ terræ habitabilis. Quod autem eſt vltra, ſecundum auctores aſtronomiæ ponitur extra climata. Ieruſalem autem de qua exierunt apoſtoli, & alii Chriſti diſcipuli*

## M O R A L I T E R.

2 *Tunc.* Quod nunc impletur myſtice, quia pauperes religioſi per homines malos, & ſpecialiter per clericos peruerſos tribulantur, & per detractiones eorum linguarum gladiis occiduntur, & plures infirmi ſcandalizantur, odientes ſtatum ſuum, & fratres ſuos nequiter accuſant ab ordine recedentes.

7 *Et multi.* Ideſt, prædicatores, quæ ſua ſunt tamen quærentes ſurgunt, & multos ſimplices ſeducunt, & ſic frigeſcente charitate abundat iniquitas.

9 *Qui au. perſe.* Scilicet in doctrina Chriſti, & a talibus verbo & facto prædicatur euangelium regni.

A a *Abominationē,&c.* Vel ſide excidio vrbis abominatio, ideſt, idolum. Pilatus enim poſuit imaginem Cęſaris in templo deſolato. Vel hoc dicitur de ſtatua Adriani equeſtri, quę in ipſo ſanctorum loco longo tempore ſtetit.

Epiſt. 80. ✱ Auguſtinus. Lucas quidem vt oſtenderet tunc factam fuiſſe abominationē deſolationis quæ a Daniele prędicta eſt, quū expugnata eſt Ieruſalem eodem loco hæc dominiverba cõmemorat. *Cum videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.* (marg.: † Dan. 9. g. Lucæ 11. d. Lucæ 21. † Mar. 13. b. Lucæ 21. d.)

✱ Hilarius. Totum iudicium aduentus futuri dominus ponit dicens, *Cum videritis, &c.* De Antichriſti enim temporibus hic locutus eſt, propheta. Abominatio ex eo dicta eſt, quod aduerſus Deum veniens honorem Dei ſibi vendicaſſet: deſolationis autem abominatio, quia bellis & cædibus terram deſolaturus ſit, atque ob id a Iudæis ſuſceptus, loco ſanctificationis inſtituitur, vt vbi ſanctorum precibus Deus inuocabatur, illic a Iudæis ſuſceptus venerabilis ſit, & quia proprius iſte Iudæorum error erit, vt qui veritatem reſpuerunt ſuſcipiant falſitatem, Iudæam deſeri monet, & tranſfugere in montes, ne admixtione plebis illius Antichriſto credituræ vis afferatur. (marg.: B; † veſtimenta ſua)

¶ Suæ damnationis. ¶ Non credentibus. a Poſt hæc omnia.
in teſtimonium omnibus gentibus, et tunc veniet † con- 1
a Non ſtatim, ſed non prius. b Hominem peccati, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus qui deſtruit, & ad ſolitudinem rediget ſuſcepturos ſe. 2
a ſummatio. † Cum ergo videritis abominationem deſolatio- 3
¶ Prædicta. a In templo Dei, vel, vbi non debet ſecundum Marcum, quod idem ſignat.
nis, quæ dicta eſt a Daniele propheta ſtantem in loco ſancto
a Illam prophetiam vel ſequentia. b In confeſſione fidei. ¶ Vel dimiſſa occidente lucra & Iudaica prauitate æternis approprient mentibus.
b qui legit intelligat. † Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad mon- 4 5
a Virtutum culmen altius aſcendant. b Qui excedit carnem animo non redeat ad aliquos actus priſtinæ conuerſationis. †
tes. Et qui in tecto, non deſcendat tollere † aliquid de domo 6
a Carne vel mundo. b Qui operatur in eccleſia. Qui exerit ciuitatem huius mundi. c Ideſt rem ſecularem qua ſe exuit, vt nudus Chriſtum ſequatur. d Væ ambitioſis parituroroum, †
c ſua, & qui in agro, non reuertatur tollere † tunicā ſuā. † Væ au- 7
a Diuitias quis adepti ſunt ſomentibus, quia ſarcina grauati fugere non poterunt. b Qui initia fidei habent & egent nutrimento magiſtrorum. c Non tunc primo incipiatis declinare a malo, cum morte præueniente iudicium Dei non poteſtis effugere.
d te prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aūt, vt 8

qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, concordat Lucas, cętera videtur aliter dicere, ita & qui in medio eius diſcedant. Sed quomodo cum prædixit euangeliſta circundari Ieruſalem ab exercitu, qui in medio ſunt, ideſt, cum ita vrgebit periculum vt euadi non poſſit, diſcedant, id eſt non capiantur deſiderio huius ſeculi in aliam vitam migrare parati? Idem quod alij dixerūt q in tecto eſt non deſcendat tollere aliquid de domo ſua hoc eſt nullo affectu inclinetur ad carnem. Et hoc quod Lucas ait, *& qui in regionibus non intrent in eam.* Ideſt, qui iam bono propoſito cordis extra illam facti ſunt non eam rurſus carnali cupiditate deſiderent. Hoc alij & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuā hoc eſt, iterū inuolui curis quibus exutus erat. Graues animæ peccatis, & quæ nutriunt Ideſt, imperitę Antichriſtū effugere non poterunt. Vel væ illis qui ſua germina non produxerunt in virum perfectum.

b *Tunc qui in.* Hæc ad literam facta ſunt cum appropinquante exterminio Iudæorum oraculo moniti omnes Chriſtiani fugerunt in regnum Agrippæ qui parebat Romanis.

Myſtice. Tunc. Id eſt cum hæreſes & flagitia regnare cœperint inter ſanctos, & pacem eorum diſtrahere, quanto plures vident ſequi praua, tanto altius virtutes petant.

C c *Væ au.* Quia ſarcina grauatę fugere non poterunt. In iſto qui

d *Orate.* Si de captiuitate, orent ne fuga eorum ſit hyeme vel ſabbato, quia in altero prohibet duritia frigorum ad ſolitudines fugere, & in deſertis latitare. In altero tranſgreſſio legis eſt ſi fugere volunt, vel mors ſi remanent. Spiritualiter autē præcipitur, nō frigeſcat fides in Deū & charitas, neq; ocioſi in opere torpeamus virtutum ſabbato. Hanc ſnīam Lucas illuſtrat. Dicit enim *Attendite vobis, ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos dies illa repentina.* Vigilate itaque omni tēpore, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt. Ad hyemē pertinēt curæ quæ triſtes ſunt, vt hyemes: crapula & ebrietas ad ſabbatū qa in eis delitiis affluere mos erat Iudęis, ignaris veri ſabbati. Et

## NICOLAVS DE LYRA.

*diſcipuli ad prædicandum, eſt in medio terræ habitabilis, quia eſt in quarto climate, vbi primo publicata eſt fides catholica, & ideo ſicut a Ieruſalem vſque ad fines terræ habitabilis ex parte Galliæ vbi prædicata eſt fides per ſanctum Sauinianum & ſocios eius: ſimiliter ex parte Hiſpaniæ, vbi Paulus prædicauit, eadem ratione probabile eſt, quod à Ieruſalem vſque ad alios terminos terræ habitabilis peruenit prædicatio fidei per alios apoſtolos & diſcipulos ad hoc miſſos, & ſic patet, qđ viuente Petro fides Chriſti prædicata eſt in vniuerſo mundo, quia cognitio fidei peruenit ad omnes partes orbis. Petrus vero martyrizatus eſt ſub Nerone: poſt imperium aūt Neronis deſtructa eſt ciuitas Ieroſolymitana ſecūdo anno imperij Veſpaſiani, vt hētur li. de Iu. bello ī fine.*

1 In teſti. *Quaſi dicat adhoc prædicanda eſt fides in vniuerſo orbe, vt teſtimonium Chriſti audiretur in omni gente, ſecundum quod dictum fuit apoſtolis Act. 1. a.* Eritis mihi teſtes in Ieruſalem & Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

2 Et tunc. *Quia poſt prædicationem euangelij prædictam facta eſt conſummatio deſtructionis ciuitatis a Chriſto prædicta. Conſiderādum autem quod alia eſt prædicatio euangelij futura in omnibus gentibus quantum ad efficaciam, ſic quod omnes gentes recipient fidem Chriſti & hoc erit in conſummatione ſeculi.*

3 Cum erg. *Hic deſcribitur excidium ciuitatis quantum ad eius terminum. Et ponuntur ibi duo. Primum eſt prophetiæ impletio quæ habetur Dan. 9. g. vbi dicitur quod deſtructa ciuitate & templo ponetur abominatio in deſolationem, id eſt, idolum (quod nomine abominationis intelligitur in vet. te.) debebat poni in templo deſolato, hoc autem impletum eſt quādo Aelius Adrianus imaginem ſuam fecit ſtatui vbi ſteterat arca teſtamenti vt ſcribitur in Scholaſtica hiſtoria, et hoc eſt quod dicit.* Cum er. &c. *Sequitur.*

4 Qui legit intel. *Q. d. qui legit prophetiam Danielis intelligat eam eſſe dictam de hoc facto. Secundum quod ibi ponitur eſt Iudæorum captiuatio & perfecta eorum diſperſio, cum dicit.*

5 Tunc qui in Iu. ſunt fu. *Q. d. extunc Iudæi non habitabunt in Iudæa plus, quia licet Aelius Adrianus Ieroſolymā reædificauerit, præcepit tamen ne aliquis Iudæus haberet licentiam intrandi illuc. Aliter autem exponitur ab aliquibus de tempore quod fuit ante deſtructionem ciuitatis immediate, quia fideles qui erant in Ieruſalem admoniti ſunt per angelum vt fugerēt in regnum Agrippæ vltra Iordanem, quia rex Agrippa erat confœderatus Romanis, & ideo ibi fideles ſaluati ſunt, vt ſcribitur in Scholaſtica hiſtoria. Sequitur.*

6 Et qui in te. *Q. d. melius eſt quod ſaluet vitam ſuam quam rem poſſeſſam.*

7 Væ autem. *Quia pręgnantes non poſſunt bene fugere aggrauatę pondere, nec etiam nutrientes propter curam circa paruulos.*

8 Orate autem. *Hic incipit ſoluere ſecundam quęſtionem de conſummatione ſeculi. Et diuiditur in tres partes, quia circa conſummationem ſeculi primo oſtendit tribulationis magnitudinem, ſecundo temporis incertitudinem, ibi.* De die autem illa & hora. *tertio excitat noſtram ſolicitudinem, ibi.* Vigilate itaque. *Prima adhuc in duas quia primo tangit tribulationem futuram tempore Antichriſti & ſecundo aduētum ipſius Chriſti ad iudicium, ibi.* Statim autē. *Prima in duas, ſed quod tribulationem futuram tempore Antichriſti deſcribitur ex duobus primū eſt violentia afflictionis: ſecundum eſt vehementia ſeductionis quod tangitur, ibi.* Tunc ſi quis vobis dixerit. *Circa primū aduer-*

## MORALITER.

3 *Cum ergo videritis abominationem deſolationis.* Abominatio ſtans in loco ſancto eſt prælatus malus in eccleſia de quo dicitur Zach. 11. d. *O paſtor & idolum derelinquens gregem.*

5 *Tunc qui in.* Ideſt confeſſione veritatis.

† *Fugiant ad montes.* Id eſt, quęrant auxilium à Deo vt prouideat de paſtore bono.

6 *Et qui in te.* Per quem ſignificatur bonus contemplatiuus.

† *Et qui in agro, &c.* bonus actiuus: quaſi dicat iſti nō dimittant occupationem ſuam bonam propter prælati malitiam.

7 *Væ autem prægnantibus & nu.* quilibet debet optare vt non impediatur fuga tanti mali eccleſiæ.

Erit

a *Et niſi.* Quæ ergo ſpes electis, niſi gratia Dei, quæ dat patientiam piis, vt citius demat potentiam impiis? Quãto enim erit hęc tribulatio grauior, tanto erit breuitate moderatior. Vel dierum nomine, ipſa mala ſignificantur.

b *Breuiati fuiſſent.* Non menſura, ſed numero, ne mora tẽporum fides concutiatur credẽtium. Erũt enim hæc mala tribus annis. Et dimidio tantum.

* CHRYSOSTOMVS. Intende autem Spiritus ſancti diſpenſationem, quoniam nihil horum ſcripſit Ioannes, vt non videretur ex ipſa eorum quæ facta ſunt hiſtoria ſcribere, etenim poſt captionem Ieruſalem vixit multo tempore Sed qui ante mortui ſunt & nihil horum viderunt, ipſi ſcribunt vt vndique fulgeat prænunciationis virtus.

* Idem. Cum compleſſet dominus ea quę de Ieroſolymis ſunt ad ſuum de cætero peruenit aduentũ, & dicit eius ſigna non illis ſolum vtilia, ſed & nobis, vnde dicit. *Tunc ſi quis vobis, &c.* Sic autem cũ ſupra dixit Euangeliſta. In diebus illis venit Ioannes baptiſta, non tẽpus quod immediate eſt cõſequens expoſuit, cum 30. anni in medio eſſent. Ita & hic cum dicit, Tunc, totũ mediũ tẽpus prætermiſit, quod futurũ erat a captione Ieroſolimę, vſq; ad initia cõſummationis mũdi.

c *Ecce hic Chriſtus.* Habet vnaquęque hęreſis, vel certas mundi partes, vnde dicitur.

*Ecce hic & ecce il.* Vel in occultis aut in obſcuris conuẽticulis curioſitatem hominum decepit, vnde dicitur. *Ecce in cubilibus, ecce in deſerto.*

Multi

a Quia hæc tempora non ſunt itineri conuenientia. b Hoc proprie temporibus Antichriſti.

nõ fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Erit enim tũc tribu 1 2

a Cuius non concutiatur fides. cum perſequutor pietatis erit operator virtutum.

a latio magna qualis nõ fuit ab initio mũdi vſque modo, ne- 3 4

b que fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua oĩs 5

a Ne deſperent. In illa preſſura.

caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi 6 7

a Veſtris imitatoribus. Apud Arrianos. Apud Donatiſtas vel huiuſcemodi.

c quis vobis dixerit. † Ecce hic Crus, aut illic, nolite crede- 8 9

a Membra eius qui ſe efferet ſuper omne quod dicitur deus aut quod colitur.

re. Surgẽt enim pſeudo Chriſti, & pſeudo prophetæ, & da 10

a Aliquid magni ſignificantia.

bunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducan- 11 12

Vt præſcii vigiletis. Quia præmoniti eſtis.

d tur ſi fieri poteſt etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo 13 14

e a Chriſtus non moratur in dogmate gentilium philoſophorum. b A fide ad doctrinam eorum.

f dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in 15 16

Multi erunt qui non credent Chriſtum eſſe communem ſalutem omnium, ſed quorundam, vnde dicitur, hic aut illic.

* Chryſoſtomus. Ecce hic. Non enim ſicut in priori aduentu in Bethleem apparuit, & in paruo angulo orbis terrarum, & nullo ſciente a principio, ita & tunc erit, ſed manifeſte veniet, ita vt non indigeat quod aliquis eius aduentum annunciet. *Vbi ſupra.*

* ORIGE. Quando heretici ſecretas & nõ vulgatas ſcripturas proferunt ad confirmationem mendacii ſui; videntur dicere. Ecce in ſolitudine verbum eſt veritatis. Quoties aũt canonicas proferunt ſcripturas, in quibus omnis Chriſtianus cõſentit, videntur dicere, ecce in domib. eſt verbum veritatis. Sed nos non debemus exire a prima eccleſiaſtica traditione. Si dixerint vobis. Ecce in ſolitudine eſt nolite exire a regula fidei. Veritas enim ſimilis eſt fulgori egredienti ab oriente & apparenti vſque ad occidentem. *Tractatu. 30. in Matth.*

d *Si fieri poſ.* Ideſt, ſi aliquo modo fieri poſſet, vt Dei præfinitio mutaretur, & ideo non de veris intelligi poteſt electis.

e *Electi.* Non quod diuina electio fruſtretur, ſed qui iudicio humano videntur electi.

* Origenes. Exaggeratorius ſermo eſt, vult enim oſtendere quoniam frequenter valde perſuaſorii ſunt ſermones hæreticorum, & commouere potentes eos qui ſapienter agunt. *Tractatu. 30. in Matth.*

f *Ecce in deſerto.* Multi etiam credunt non venire in publicũ ſed

## NICOLAVS DE LYRA.

aduertẽdum, quod quia prædixerat tribulationẽ Iudęorũ ex deſtructione ciuitatis Ieroſolymitanę, vt patet ex prędictis, & nũc prędicit tribulationẽ fideliũ futurã ſub Antichriſto maiorem, iõ cõuertit ſe ad diſcipulos ſuos, in quibus admonet fideles pro illo tempore futuros dicens. *Orate au. &c.* Ideſt, tempore incompetẽti ex aeris importunitate.

1 *Vel ſabbato.* Ideſt, tempore incompetenti ad fugã ex quacũque alia cauſa, quia tũc nõ erit ſabbatũ obſeruandũ, in quo non erat licitũ Iudæis ambulare vltra mille paſſus. Per ſabbatũ ergo intelligit tempus inconueniens ad fugam modo prædicto, & ſubiungitur ratio cum dicitur.

2 *Erit enim tunc.* Ideſt, tempore Antichriſti.

3 *Tribulatio magna, &c.* De præterito.

4 *Neque fiet* De Futuro. Ex quo patet qđ loquit̃ hic de tribulatione Antichriſti quæ ab omnibus doctoribus dicitur maxima.

5 *Et niſi bre. fu. di. il.* Nõ eſt intelligendũ quod dies ſint breuiores tẽpore Antichriſti quã ſint mõ, quia quantitas diei cauſatur ex motu ſolis qui eſt vniformis: ſed dies hic accipiũtur pro tẽpore quia tẽpus illius tribulationis erit breue, qa nõ durabit vltra tres annos cũ dimidio vt habetur Dan 12 c. vbi dicitur, quod durabit per tempus & tempora & dimidium temporis. Cauſa autem huius breuitatis ſubditur cum dicitur.

6 *Non fieret ſal. omnis caro.* Caro autem hic accipitur pro homine ſecũdũ qđ habetur Gen. 6. a. Nõ permanebit ſpiritus meus in homine in æternũ qa caro eſt. Senſus ergo eſt iſte. Oĩs caro non fieret ſalua. i. nullus homo fieret ſaluus, ſi eſſet lõgũ prędictæ tribulationis tẽpus. Negatio. n. poſtpoſita huic ſigno vniuerſali oĩs facit ipſum æquipollere ſigno vniuerſali negatiuo, quia omnis non valet nullus, propter quod ſubditur.

7 *Sed propter electos bre.* Ne ex tribulationis magnitudine cadant a veritate.

8 *Tunc.* Hic cõſequẽter oſtẽditur magnitudo tribulationis ex vehemẽtiã ſeductionis, quia multi diſcipuli Antichriſti veniẽt ad ſeducendũ populũ, dicẽdo, quod ipſe ſit vere Chriſtus in lege & in prophetis promiſſus, & ideo hoc prædicit, ne fideles tunc decipiantur, di. *Tunc.* Ideſt, tempore Antichriſti.

9 *Si quis vo. di.* Et quia non ſolum modo habebunt verba ad decipiendum, ſed etiam ſigna quod eſt dici filius ad euadendum, ideo ſubdit.

10 *Surgent enim.* Per hoc intelligit Antichriſtum & diſcipulos eius, qui ſunt membra ipſius.

11 *Et da. ſig.* quia virtute dæmonum poſſunt multa mirabilia fieri, quando permittuntur a Deo.

12 *Ita vt.* Hoc dicit quia prædeſtinatio licet ſit certa, tamen non tollit libertatem arbitrii. Iſta enim propoſitio Prædeſtinatus poteſt damnari, falſa eſt in ſenſu compoſito, tamen in ſenſu diuiſo vera eſt, ſicut diffuſius declaratur primo ſententiarum.

13 *Ecce prædixi vobis.* quaſi dicat Ad hoc iſta prædico nunc, vt caueatis pro tunc, quia minus iacula feriunt quæ præuidentur, ſecundum quod dicit beatus Grego.

14 *Si ergo di. vo. ec. in.* Chriſtus ſupple, tanquam homo religioſus in loco deſerto exiſtens.

15 *Nolite exi. ad vi.* Scilicet, eum ne ſeducamini, Et ſi dixerint.

16 *Ecce in pe.* Ideſt, in locis occultis.

Noli-

## MORALITER.

2 *Erit enim tunc tribulatio magna qualis &c.* Scilicet, figuratiue quia malus prælatus eſt Antichriſti figura, qui ſedebit in tẽplo Dei, vt dicitur 2. Theſſa. 2. b. Iõ dicitur. 1. Io. 2. c. *Iam Antichriſti multi ſunt.* Tamẽ dies talium aliquãdo breuiãtur per bonorum orationes.

9 *Tunc ſi quis.* Nunc autem fit hoc myſtice, nã adulatores multi laudant malos prælatos & principes, tanquã ſint boni Chriſtiani. Chriſtus enim Græce dicitur vnctus Latine. Epiſcopi vero & reges ſaltem aliqui ſunt vncti.

A ſed in deſerto. Multi credunt Chriſtum dediſſe ſecretiora præcepta fidei aliis,nõ omnib. vnde dicitur,in penetralibus.

Nolite credere,quod Chriſtus in deſerto vel in penetralibus,ſed quod fides eius ab oriente in occidentem in chatolicis fulget clara & manifeſta.Ne ergo credatur ſchiſmaticis, nomine Orientis & Occidentis totum orbem deſignat.

a *Sicut enim fulgur.* Pro manifeſtatione & claritate inter nubila,vel noctẽ huius ſeculi. Stultum eſt ergo eum quærere in paruo loco,vel in abſcondito, qui totius mundi lumen eſt.Et ne loci in quo B futurus eſt eſſemus ignari,ait. Vbicunque fuerit corpus id eſt in cœlum quo hinc leuauit corpus ſuſceptum. *quia rapiemur obuiam Chriſto in aera*, & ſic ſemper cum domino erimus. De naturali exemplo Chriſti aſtruit ſacramentum.Aquila & vultures dicuntur transmarina ſentire cadauera,ibique cõgregari. Nonne ergo nos rationales congregabimur ad eum qui vt fulgur erit?Vel per corpus quod ſignificantius dicitur cadauer, qđ morte cadat,paſſionem Chriſti intellige ad quam prouocamur, vt vbicumque legitur congregemur, & per illam venire poſſimus ad verbum Dei.

Vel ſancti ſunt Aquilę,qui innouantur conſumpta vetuſtate ad petram qui eſt Chriſtus.

C b *Statim autem poſt.* * Chryſoſtomus. Tribulationem dicit dierum Antichriſti & pſeudo prophetarũ. Tribulatio D enim tũc erit magna,tot exiſtentibus deceptoribus,ſed non extendetur per temporis lõgitudinem. Si enim iudaicũ bellum ꝓpter electos decurtatum eſt, multomagis propter eos hæc tribulatio abbreuiabitur,propter hoc addit *ſtatim*.

[Margin: † apparet · † Lu.17.g.14 q.1.c. quoniã vetus · *Enim Ioel 2.g. mar,14 c. · † apparebit 1. Thc.4.d. · Hom 77. in Matth.]

Hæreticorum,qui ſe iactant arcana dei noſſe. Contra hoc quod dixit.Ecce in penetralibus.

a Cunctis Videntibus,non in ſecreto.

a penetralibus, nolite credere. † Sicut fulgur exit ab oriente,

a Contra quod dixit.Ecce hic,ecce illic, b Nec vno loco, nec occultus erit aduentus Chriſti ſed in toto orbe manifeſtabitur.

& † paret vſque in occidentem, ita erit aduentus filii hominis.

a Verus Chriſtus non eſt fictitius. b Eo feſtinat intentio ſanctorum, qui in veri ſplendore ſolis ſuos poſſunt figere intuitus.

† Vbicumque * fuerit † corpus, illic congregabuntur &

a Non quod tota tranſacta,ſed quia præcedet tribulatio vt ſequatur quorundam defectio.

b aquilæ. † Statim autem poſt tribulationem dierum illo-

c rum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtel-

a Ideſt lumine carebunt. b Timebunt Angeli,quanto magis homines.

læ cadent de cœlo & virtutes cœlorũ cõmouebuntur. Et tunc

Et venient ad vos. a Thau, impreſſum frontibus fidelium in quem transfixerunt,uel uexillum ſignum victoriæ triumphantis. Vel ſignum crucis,vt videant Sero accuſante conſcientia.

† parebit ſignum filii hominis in cælo,& tũc plangent omnes

Ad iudicandum.

d tribus terræ, & videbunt filiũ hominis venientem in nubibus

c *Sol obſcu.&c.* Myſtice. Eccleſia ſpecioſa vt luna, electa vt ſol, & quæ noctẽ illuminat vt ſtellæ, tunc non apparebit impiis vltra modũ ſæuientibus. Et cadent multi qui fulgere videbantur, & fir- miſſimi turbabũtur.

Vel ſol & luna & ſtellę ad tempus ſuo lumine priuabũtur, vt vicinũ indicẽt aduentum domini. Sed peracto die iudicii E mũdo innouato maius lumen recipiẽt. Vel ſupueniẽte claritate veri luminis,videbuntur obſcurari & nullius eſſe luminis,& angeli in tenebras reputabuntur.

Iob dixit. *Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent aduentum eius*.

* Origenes.Sicut autem in diſpenſatione crucis ſole deficiente tenebræ factæ ſunt ſuper terram,ſic & ſigno filii hominis in cęlo apparente deficient lumina ſolis, lunæ & ſtellarũ.

d *In nubibus.* * AVGVSTINVS. Ipſum aduentum accipe, quando venturus eſt ad viuos & mortuos iudicandos in corpore ſuo in quo ſedet ad dexteram patris, in quo etiam mortuus eſt, & reſurrexit & aſcendit in cœlum, & ſicut in actibus legitur, *Nubes ſuſcepit eum*, &c. F

& quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nolite cre. *Ratio autem ſubditur.*

2 Sicut enim ful. *Quia licet aduentus Chriſti in carne fuerit occultus, tamen aduentus eius ad iudicium erit ita manifeſtus, quod non poterit aliquem latere propter quod ſubditur.*

[Margin: Diuiſio.]

3 Vbicumque fue. *Ideſt Chriſtus in humanitate, quia ſicut ſupra frequenter dictum eſt,iudicabit in forma humana,glorioſa tamen.*

4 Illic congrega. *Ideſt ſancti occurrentes obuiam Chriſto uenienti ad iudicium,ſecundum quod dicitur infra 1.ad Theſſal.4.*

5 Statim autem. *Deſcripta tribulatione,quæ futura eſt per Antichriſtum, deſcribit aduentum Chriſti ad iudicium. Et diuiditur in duas partes,quia primo deſcribit quædam ſigna præcedẽtia iudicium. Secundo deſcribit iudicis aduentum, ibi.* Et tunc apparebit. *Circa primum aduertendum quod prout dicunt doctores & ſancti, poſt tribulationem Antichriſti,antequam appareant manifeſta ſigna iudicij, erit tempus breue in quo poterunt illi qui fuerunt decepti per Antichriſtum pœnitere,& hoc ſignatur Apoc.8.a.* Factum eſt ſilentium in cęlo quaſi media hora. *Iſtud.n.tẽpus non durabit vt dicunt niſi per.40.dies vel circiter & hoc eſt quod dicitur hic.* Statim autẽ,&c. *Ideſt,paruo tempore elapſo poſt tribulationem Antichriſti apparebunt ſigna manifeſta,propinqui iudicij,& hoc eſt quod ſubdit.*

6 Sol obſcura. *Non per priuationem ſui luminis cum ſit ei naturale, Corpora autem cœleſtia tunc manebunt in ſua natura integra,ſed iſta obſcuritas erit reſpectu noſtri per interpoſitionem alicuius corporis opaci,quemadmodum fit in eclipſi.*

[Margin: Quomodo intelligitur qđ luna nõ dabit lumen,]

7 Et luna. *Quod poteſt dupliciter intelligi vno modo,quia erit interpoſita inter terram & ſolem, & ſic pars lunæ quæ eſt verſus terram obſcurabitur,cum non habeat lumen niſi a ſole.Alio modo per interpoſitionem nubium obſcuratum.*

8 Et ſtellæ cadent de cęl. *Non quantum ad earum ſubſtantiam cum ſint incorruptibiles, ſed ſecundum apparentiam, quia vere ſtellæ abſcondentur per nubium denſitatem,& de nubibus verſus terram deſcendent exhalationes ignitæ,quæ dicuntur ſtellæ cadentes.*

9 Et virtutes cęlorum com.&c. *Virtutes hic accipiũtur angeli, qui ſunt de medio ordine ſecundæ hierarchiæ, ad quorum officium ſpectat cooperari aliquo modo ad miracula, ſecundum quod dicit Beatus Dionyſius.Et ipſi tunc frequentius ſolito mouebuntur ex diuina voluntate ad faciendum miraculoſas tranſmutationes in elementis,ad incutiendum hominibus terrorem iudicis venientis.*

10 Et tunc. *Hic deſcribit iudicis aduentum,& circa hoc duo facit quia primo facit quod dictum eſt.Secundo inducit exemplum ab arbore fici.Dicit ergo.*Tunc. *Ideſt immediate poſt ſigna prædicta.*

11 Parebit ſignũ filii homi. *Ideſt crux,claui,& lancea, quæ ſunt paſſionis Chriſti inſtrumenta.*

*Vel aliter.*Signum, *ideſt cicatrices,quæ apparebunt in Chriſti corpore.Iſta autem apparebunt in cælo ideſt in aere,qui aliquando vocatur cælum in ſcriptura.*

12 Et tunc plan.&c. *Ideſt aliqui de omnibus tribubus & nationibus in quibus ſunt aliqui mali,quibus aduetus iudicii erit triſtabilis.*

13 Et videbunt filii hominis. *Quia ſicut dictum eſt in forma hominis iudicabit.*

14 Venientem in nu.cęli. *Sicut in nube aſcendit in cælum ab apoſtolis propter quod dicitur Act.1.b.Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis ſic veniet.*

Cum

## MORALITER.

1 *Nolite credere.* Scilicet talibus adulatoribus,quia prophetæ ſunt Antichriſti.

3 *Vbicunque fuerit,corpus illic congregabuntur &c.* Ideſt vbi eſt bonus pręlatus,ibi congregantur bonæ perſonæ.

5 *Statim autem poſt tri.* Scilicet electionis vel prouiſionis peruerſæ,nam talis prouiſio eſt eccleſię magna tribulatio.

6 *Sol obſcurabitur &c.* Quod fit moraliter quando malus pręficitur.

Et

7 *Et luna non dabit lumen ſuum.* Ideſt,eccleſia quæ lumen habet a bono paſtore ſicut luna a ſole,propter quod ipſo ſubtracto deficit lumen eccleſiæ.

8 *Et ſtellæ cadent de cælo.* Ideſt religioſi de contemplationis excelſo.

9 *Et virtutes cælorum mo.* Nam perfecti de Dei patientia in permiſſione mali prælati mirantur.

14 *Et videbunt &c.* Ideſt, Chriſtum qui in tali tribulatione venit aliquando pro conſolatione bonorum, deiiciens malum prælatum,& ſubſtituens bonum,

Et

& quia illic dictum eſt ab Angelis, hic veniet quomodo vidiſtis eum euntem in cęlum, merito credendus eſt nō ſolum in eodem corpore ſed & in nube venturus.

Vel in nubibus.i.in ſanctis, ſicut quotidie facit dum prædicatores & angelos mittit.

c *Ab arbo.* Myſtice. A populo Iſrael, in quo cæcitas ex parte contigit, & fuit ficus damnata. Sed cum de arido ligno ramus fidei & charitatis in eo viruerit, & folia, ideſt, verba prędicationis exorta fuerint, prope eſt æſtas, quæ expectatur.i. æterna ſerenitas, & renaſcētium deſiderata nouitas. Cum.n. tandem ablata perfidia Iſrael omnis ſalus fiet, prope eſſe diem iudicij non dubitandum eſt.

a *Cum vir.* Secundus aduentus non in humilitate vt prior, ſed in gloria demōſtrabitur.

b *Cum tuba, &c.* ✲ Chryſ. Sonus tubę pertinet ad reſurrectionē ad gaudiū ad repreſentandum ſtuporem, qui tunc erit, ad dolorem illorum qui relinquentur, & in nubibus nō rapientur.

c *Et congregabunt.* ✲ Orig. Scriptum eſt autem in numeris, quod ex quatuor ventis congregabāt ſacerdotes tubicinātes eos qui ſunt ex caſtris Iſrael, ſecundum quorum comparationē de Angelis Chriſti conſequēter dicitur, *& congregabunt.*

a Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cęlum.
Qui quaſi humilis & infirmus iudicatus eſt.
a coeli cum † virtute multa & maieſtate. † Et mittet angelos 1 2
a De qua apoſtolus loquitur. b Tam aperta & tam intenſa voce quæ vbique a mortuis audiatur. c Ad iudicium
b ſuos cum † tuba & voce magna, & congregabunt electos 3 4
a Idest, mundi climatibus Oriente, Occidente, Aquilone, Auſtro.
c d eius a quatuor ventis, a ſummis cœlorum vſque ad terminos 5 6
a Sub exemplo arboris docet de aduentu conſummationis.
eorum. † Ab arbore autem fici diſcite † parabolam, cum iam 7 8
Intelligitis æſtatis aduentum.
e ramus eius tener fuerit & folia nata, ſcitis quia prope eſt æ- 9
a Quæ ſcripta ſunt, quæ dixi ſupra. b Ne putetis iam eſſe conſummationem mundi, ſed præcurſiones quaſdam quæ oſtendunt quod prope ſit in ianuis.
ſtas. Ita & vos cum videritis hęc omnia, ſcitote quia prope
a Credite quæ dixi. b De morte ad immortalitatem, donec veniat dies domini.
eſt in ianuis. † Amen dico vobis, quia non præteribit hæc 10
a Vel omne genus hominum, Vel, gens Iudeorum, quæ non deficiet donec veniat dies domini. b Aereum non æthereum. c Innouabuntur.
f generatio, donec omnia fiant. † Cœlum & terra tranſibunt, 11 12
a Sed ſicut dicuntur, ſine vlla imminutione implebuntur.
Ne Apoſtoli quærerent certam horam aduentus Chriſti, qui intelligitur etiam in morte vniuſcuiuſque.
verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & 13
a In quo filius & Spiritusſanctus intelligitur.
g h hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi pater ſolus 14 15 16

† Mar.13.c.
† Extrema
† Similitudinē Eccl.1.a.
† 35.q.10.c. fraternitatis
*Mens.

f *Cęlū & terra.* Innouabuntur, depoſita priori forma, permanente autē ſubſtantia, vnde dicitur. Terra in æternū ſtabit.

g *De die.* Nę forte auditis ſignis, quærerent etiam illius dieī certum terminum, ait. De die nouiſſima, poſt quot annos vel dies ventura ſit, nolite eſſe ſolliciti. Nulli diffinitum eſt, quo vel in die vel in nocte iudicium futurum ſit. Sed pro manifeſtatione dicitur dies, vel pro occultatione nox.

d *A ſummis cę.* Ne quis putaret a quatuor plagis terrę, & non a cunctis finibus eius, ſimul & mediterraneis regionibus electos eſſe congregādos, ſubditur. *A ſummo terræ vſq; ad ſummū cęli.* i. ab extremis terrę finibus per directum vſque ad vltimos terminos eius, vbi longe aſpicientibus circulus cœli, terrę videtur inſidere.

*Ab*

h *Nemo ſcit, &c.* In quibuſdam codicibus additur, neq; filius. Qui quidem omnia ſcit cū patre, ſed non facit homines ſcire, ſicut Apoſtolus ait. *in eo eſſe abſconditos theſauros ſapientiæ & ſcientiæ.* Nō facit ſcire, quia inutiliter ſciretur. Sed ſemper ſimus incerti de aduētu iudicis, vt ſic quotidie viuamus quaſi in alia die iudicandi ſimus. Neque electi angeli quemquam ſcire fecerunt. Vel nulli ſanctorū angelorum cōceſſit Deus noti-

Col.2.a.
Luc.21.f.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum virtute mul. *Quia primus eius aduentus fuit in infirmitate, ſecundus erit in virtute.*

2 Et maie. *Quia veniet vt dominus, qui primo venit, vt ſeruus.*

3 Et mit. angel. ſu. *Quia miniſterio angelorum colligentur cineres mortuorum.*

4 Cum tu. *Sicut enim in datione legis auditus eſt ſonitus terribilis vt habetur Exod. 19.c. ita audietur tunc ſonitus conſimilis, virtute angelorum factus in elementis.*

5 Et vo. ma. *Illa vox erit vox Chriſti vocantis mortuos ad iudicium ex cuius virtute ſuſcitabuntur.*

6 Et con. ele. *Licet enim omnes adducantur ad iudicium, tamē electi ſpecialiter adducentur miniſterio ſanctorum angelorum, quia erunt conciues eorum.*

7 A quatuor ven. *i. a quatuor partibus mundi, vnde oriuntur principales venti, & per hoc intelliguntur aliæ partes orbis minus principales.*

8 A ſummis cęlorum, &c. *Iſte modus loquendi eſt ſecundum apparentiam, quia ſummum cęli videtur eſſe ſuper zenith capitis noſtri. Terminus autem cęli videtur vbi terminatur aſpectus noſter, quia ibi videtur cęlum coniungi terra, licet ſecundum veritateem æqualiter diſtet a terra vndique. Eſt ergo ſenſus.* A ſummis cęlorum, &c. *ideſt, ab omni loco qui ſub cælo eſt, adducentur electi ad locum iudicij.*

9 Ab arbore autem fici diſcite parabolam. *Hic ad declarationem prædictorum adducit exemplum, quia ſicut viriditas arboris incipiens eſt ſignum æſtatis propinquæ, ita ſigna prædicta erūt ſigna ipſius iudicis immediate venientis, & hoc eſt quod dicit.* Ab arb. fici. *Ideſt, ſimilitudinem ad propoſitum congruam, & patet litera. Sequitur.*

Amen

10 Amen dico vob. &c. ge. hæc. *i. congregatio fidelium.*

11 Donec omnia fi. *Quia quantumcunque fideles opprimantur tempore Antichriſti, tamen aliqui permanebunt in fide ſtabiles vſque ad finem mundi.*

12 Cęlum & ter. &c. *Non quia corrumpantur ſecūdum ſuam ſubſtantiam, ſed quia ceſſabit motus cœli, & transmutatio in elementis. Iſta enim ordinata ſunt ad complendum numerum electorum, & ideo ipſo completo in iudicio ceſſabunt, ſicut ea quæ ſunt ad finem habito fine.*

13 Verba autem mea non. *Per verbū enim Chriſti factus eſt mundus, & ideo verbum eius eſt ipſo mundo ſtabilius.*

14 De die autem. *Hic circa iudicium oſtendit temporis incertitudinem. Poſſet enim aliquis credere, quod ex ſignis prædictis poſſet aliquis tempus iudicij determinatum certitudinaliter cognoſcere, ideo hoc excludit dicens,* De die autem illa. *Quia per rationem naturalem homo non poteſt tempus illud certitudinaliter cognoſcere, quia dependet ex ſimplici voluntate Dei. Similiter nec per reuelationem cognoſcit, quia ſi hoc reuelaſſet aliquibus, hoc fuiſſet factum apoſtolis qui fuerunt maxime illuminati, & tamen ipſis de hoc quærentibus, Act. 1. a. reſpondit.* Nō eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in poteſtate ſua. *Quod exponens Aug. 18. de ciuitate Dei, dicit. Omnium calculantium digitos reſoluit ille qui hoc dixit, per digitos, potentiam numerandi intelligit.*

15 Neque angeli cęlorum. *Sicut enim principium mundi a ſolo Deo fuit præcognitum, quia mundus immediate eſt ab ipſo factus, ita & finis mundi ſoli Deo eſt cognitus, & homini Chriſto reuelatus ad quem pertinet iudicare de omnibus.*

16 Niſi pater ſolus. *Per hoc nō excluditur filius vel ſpiritusſanctus,*

*ſed*

## MORALITER.

3 *Et mittet ange. ſuos, &c.* Tunc enim mittuntur angelici viri cum tuba prædicationis ad congregandum electos hinc & inde in vnitate charitatis.

8 *A ſummis cęlorum.* i. a maioribus vſque ad minores, quia prędicatio debet eſſe communis.

9 *Ab arbore fici diſcite, &c.* Per ficum cuius dulcis eſt fructus, ſignificatur bonus prælatus, qui in inſtitutione ſua incipit vireſcere per opera bona, & hoc eſt ſignum fructificationis bonæ in ſe, & in alijs de proximo futuræ.

14 *De die autem illa & hora nemo, &c.* Iſtud ad literam exponitur de die iudicij generaliter. Moraliter autem poteſt exponi de die iudicij particularis, qui eſt dies mortis cuiuslibet hominis. Diem autem mortis ſuæ nullus ſcit niſi Deus ſibi

† reue-

notitiam diei huius, neque filio adoptiuo.i. neque vlli ſan-
A ctorum hominum.
a *Sicut autem.* Subitum aduentus ſui diem plurimis affirmat
Luc.17.f. exẽplis, Nam & fulguri cito oĩa tranſuolanti comparauit &
Gen.6.c. diebus Noe, vel Loth ſecundum alium euangeliſtam æqui-
parat.

e *Duæ mol.* Duę differentiæ ſequentium orbem rerum mobi
lium, qui feminino genere deſignantur, quia maiori conſi-
lio reguntur feminæ a viris.
f *Duo in lecto.* Qui ociũ eligunt, & quietẽ, quæ ſignificantur
nomine lecti, nec ſecularibus nec eccleſiaſticis negocijs
occupati.

a Sic repentinus interitus incredulis ſuperueniet cum dixerint pax. &c.
a † Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij homi- 1 2
¶ Gulæ dediti.
b nis ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & 3
Ebrietati dediti. Et his toti dediti & iudicij diem contemnentes perſtiterunt uſque in eum diem.
bibentes, † nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem
a Cognoſcere noluerunt quamuis Noe prædicante.
quo intrauit in arcam Noe, & non cognouerunt, donec ve-
a Tanquam fur comprehendit filios noctis.
nit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filij homi- 4
a In illa conſummatione. b Prædicatores. c ¶ Inuenientur in ſemente pares, ſed non æque metentes fructus.
nis. Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur & † vnus relin- 5
c Occupati ſecularibus. Qui habuerunt tanquam non habentes.
d a Qui in incerto diuitiarum ſperauerunt.
quetur. Duæ molentes in † mola, vna aſſumetur, & † alte- 6
e a Continentes, non occupati eccleſiaſticis uel ſecularibus.
ra relinquetur. Duo in lecto, vnus aſſumetur, & † alter relin-
f a Ecce quo tendant quæ dixit. Solliciti eſtote. Hæc enim eſt cauſa, cur neſcire vult nos diem aduentus ſui.
g h quetur. † Vigilate ergo, quia neſcitis qua † hora dominus
i Probat quod debent vigilare & ſobrij eſſe.
K veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pa- 7
Spiritus. a Deus in morte. b In illa hora quæ ſibi eſſet ſuſpecta.
terfamilias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, &
Ideſt corpus. Sine macula & ruga.
non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos eſtote parati;

Hom.78. in Matth. * Chryſ. Vt autem
† Ge 6. & 7. addiſcas quod non
Luc.17.f. ignorantiæ fuit eſt
quod de die & hora
iudicij tacet, aliud
ſignum inducit de
† ducẽtes vxores. diebus Noe, oſten-
dens quod repente
venit & inopinate
& multis laſciuien-
tibus. Hoc enim &
Paulus dicit, *cum di-
xerint pax et ſecuritas,
tunc repentinus eis ſu-
perueniet interitus.*
† piſtrino. Myſtice. Noe ar-
cam ædificauit, cum
dominus eccleſiam
B conſtruit quam con
ſummatam ingredi-
tur cum eam in die
iudicij præſentia vi-
† Mar.13.d. ſionis ſuæ æternus
habitator illuſtrat.
Sed cum ædificatur
arca, iniqui luxurian
tur. Cum intratur in
tereunt, qui qui hic
ſanctis errantib. in-
ſultant, illis coronatis punientur.
b *Comedentes & bibentes nuben. &c.* Nõ alimenta & nuptię ſed
immoderatus licitorum vſus arguitur. Poſt bella fames ter-
ręmotus, & c. tunc breuis ſequetur pax, vt fidelis probetur
an tranſactis malis ſperet iudicẽ venturum, vñ dicitur. *Cum
enim dixerint pax & ſecuritas tunc repente interitus ſuperueniet.*
1.Theſ.5.a. c *Tunc.* Lucas in illa nocte.i. in illa tribulatione qua proban-
Luc.17.c. tur, in qua alij permanent, alij cadunt.
d *Duo erunt.* Duæ differentiæ prædictorum ſunt in eccleſia
quaſi in agro laborantium, eorum qui ſincere Chriſtum an-
nunciant, & eorum qui uerbum Dei adulterant.
Hom.78. in Matth. ✠ Chryſoſtom. Aliud ſignum ponit per quod oſtendit &
quod inopinabiliter dies ille veniet & quod diẽ illum igno-
rat dicens, *Tunc duo, &c.* Ex quibus verbis oſtenditur quod
aſſumẽtur & relinquentur & ſerui & domini, & qui in otio
C & labore.
Duæ

g *Vnus aſſu.* Qui
propter Deum con-
tinere ſtudet, vt ſine
ſollicitudine viuens
cogitet quæ Dei
ſunt. Qui autem hu-
mana laude, vel ali-
qua vitiorum corru-
ptione monaſticam
vitam elegerit, relin
quetur a Deo. Non
ſunt alia genera ho-
minum, quam hæc
tria in eccleſia. Vn-
de Ezechiel tres vi-
ros liberatos, vidit
Noe, Daniel, & Iob
id eſt, rectores vt
Noe, continentes vt
Daniel, coniugatos
vt Iob. Et ſecundum
hæc tria genera ho-
minum, tres ſuppo-
nit parabolas. In pri-
ma agit de laboran-
tibus in agro, quod
eſt vbi dicit. *Vigilate
ergo.* In ſecunda agit
de exiſtentibus in le
cto, qđ eſt vbi dicit. *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus.*
In terra agit de molentibus in mola quod eſt ubi dicit. Sicut
enim homo peregre profici. &c.
h *Vigilate ergo.* * Hier. Non dixit quia neſcimus ſed quia ne
ſcitis, ut oſtendat ſe diem iudicij non ignorare.
* Greg. Vigilat, qui ad aſpectum ueri luminis oculos aper-
tos tenet. Vigilat, qui ſeruat operando quod credit. Vigilat,
qui a ſe corporis & negligentiæ tenebras repellit.
i *Quia neſcitis.* * Auguſt. Imparatum enim inuenit ille dies,
quem imparatum inuenerit ſuæ vitæ ultima dies.
✠ Idem. Vani ſunt omnes ſiue qui conſummationem mun
di ſcire ſe profitentur quando erit, ſiue quæ uitæ proprię fi-
nem ſcire ſe gloriantur, quem nemo ſcire poteſt, niſi ſpiri-
tu ſancto illuminatus.
k *Si ſciret, &c.* Neſciẽte patre familias fur domum perfodit,
qa dũ a ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis
habi-

## NICOLAVS DE LYRA.

*ſed magis includuntur, quia vna eſt notitia trium perſonarum. Dictio enim excluſiua addita vni perſonæ in diuinis reſpectu termini eſſenetialis non excludit aliam, vt diffuſius tractatur primo ſententiarum ſic autem eſt in propoſito, quia illa quæ important reſpectum ad creaturam ſunt communia tribus: Huiuſmodi autem eſt notitia diei iudicii. Confirmat autem prædicta per exemplum veteris teſtamenti, dicens,*

1 Sicut autem fuit in die. Noe. *Quando diluuium erat occultum,*
2 Ita erit aduentus fi.ho. *i. Chriſti venientis ad iudicium,*
3 Sicut enim erant in diebus ante diluuium. *i. in magna ſecuritate exiſtens.*
4 Donec uenit dilu. & tulit. *i. perdidit excepto Noe, & his qui cum eo erant in arca.*
5 Ita erit aduentus filij hominis. *Quia hominibus in ſecuritate exiſtentibus, & de nullo timentib. ſubito veniet tribulatio Antichriſti Vel ſecundum alios iſtud refertur ad tempus poſt mortem Antichriſti ipſo mortuo, & per conſequens hominibus in ſecuritate exiſtentibus* In-

*ſubito apparebunt ſigna iudicij & iudicis aduenientis.*
6 Tunc. *Per exiſtentes in agro intelliguntur prælati, quorum officium eſt laborare in agro militãtis eccleſiæ. Per molentes in mola, vbi eſt magnus labor corporalis, intelliguntur actiui. Per exiſtentes in lecto intelliguntur contemplatiui, qui ſunt in requie cõtemplationis. De iſtis tribus dicitur.* Vnus aſſumetur, *quia iſtorum trium ſtatuũ aliqui ſtabunt in fide in perſecutione Antichriſti, & aliqui cadent. Et ſimiliter adueniente iudicio aliqui aſſumentur ad gloriam, aliqui relinquentur ad pęnam,*
7 Vigilate. *Hic ex prædictis excitat noſtram ſollicitudinem. Quia.n. tempus iudicij eſt incertum, ideo ſemper debemus eſſe parati ad ipſum expectandum, quia in tali ſtatu, in quo aliquis capietur in morte, quæ etiam nobis incerta eſt, ita etiam in tali ſtatu præſentabitur in iudicio. Ad hoc etiã adducit duplex exemplum. Primum eſt de patrefamilias qui ſollicitus eſt de cuſtodia domus, & multo fortius nos debemus eſſe ſolliciti ne perdamus vitam æternam. Quod erit ſi inueniamur imparati per carentiam gratiæ in morte, & hoc eſt quod dicit.* illud autem. *& patet litera. Secundum exemplum ponit ibi.*
Quiſpu-

## MORALITER.

† reuelauerit, ideo ſubditur.
1 *Sicut autem fuit in diebus Noe, &c.* Erãt enim tunc comedentes & bibentes in ſecuritate, diluuium non timentes. Sic etiam multi de morte ſua non cogitant, quamuis certitudinaliter ſint morituri, ideo ſubditur.
Ita

2 *Ita erit & aduentus filij hominis.* Ad particulare iudicium venientis. Nam aliqui moriuntur repente in prandiis & feſtiuitatibus magnis, & de operantibus in agro vnus aliquando fulguratur, & alii relinquuntur, & ſic eſt in aliis ſequentibus exemplis, & ideo concluditur.
7 *Vigilate ergo.* Vos ad mortem ſollicite preparando.
Quiſpu-

habitaculum irrumpit,& ad ſupplicium trahit Furi autẽ reſiſteret ſi vigilaret,quia aduentum iudicis occulte veniẽtem præcauens occurreret pœnitendo.

a *Quis putas eſt fidelis ſeruus*. Tribus ſimilitudinibus fulguris furis, & ſubmerſionis Pẽtapolis terrorem iudicij introduxit communiter ad omnes, vt vigilarent & parati eſſent. Nunc ſpecialiter ad prælatos loquitur qui humiles, prudentes nõ appetentes bonum propter lucrum temporale, ſed verbo & exemplo, & opere debent paſcere oues. *Quis putas*. quaſi dicat. Admonendi eſtis:namquam rarus eſt domino propter dominũ ſeruiens oues Chriſti non ad lucrũ,ſed amore Chriſti paſcens.

1 *Domine quando te vidi, &c.* Non eſt quęſtio procedens ex ignorantia, quia iuſti certitudinaliter cognoſcent, q̄ opera miſericordiæ facta mēbris Chriſti Chriſtus ſibi reputat fieri, & pro talibus certitudinaliter ſe ſaluari. Et ſimiliter mali ſcient ſe dānari pro contrario. Sed eſt quæſtio admirationis pro magnitudine gratiæ, quæ fiet electis, & magnitudine miſeriæ quæ infligetur reprobis. Conſiderandū etiā, quod hic non fit mentio de operibus miſericordiæ ex parte aīæ, quia illi pertinent pro maiori parte ad prælatos, ad quos pertinet alios inſtruere, & dirigere in ſalutem, hic autem agitur de iudicio circa ſtatum actiuorum, vt viſum eſt. Cętera patent ex dictis. — Miſericordiæ opera ſpiritualia in iudicio ſubticentur & quare.

MORALITER.

*Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, &c.* Expoſitio patet ex dictis per negationē collationis dictorum beneficiorum: ficiorum, & ſicut conferentes digni ſunt pręmiatione, ita denegantes & dare potentes punitione. Ideo concluditur in fine. *Et ibunt hi in ſupplicium æternum. Iuſti autem, &c.*

CAP. XXVI.

a *Et fa. eſt, cum con.* De conſummatione ſæculi, & diſcretione iudicij, vel ab initio euangelij vſque ad paſsionem omnia faciendo & prædicando compleuerat.

## CAPVT XXVI.

a ET factum eſt, cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos 1

Poſt ſermonem quo ſe venturum in claritate prædixit, paſſurum ſe oſtendit, vt ſacramentum crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis admoneat.

❧ Scitis

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVI.

1 ET fa. Poſtquam Matthęus euangeliſta in principio ſui euangelij declarauit perſonam mediatoris, & vlterius legem euangelicam a Deo datam ad inſtructionem hominis tranſgreſſoris, hic conſequenter deſcribit ipſius mediatoris paſsionem, per quam ſolutum eſt precium noſtrę redemptionis. Et diuiditur in duas, quia primo oſtenditur maligna Chriſti comprehenſio per explorationem Iudęorum, ſecundo ſecundo eius iniuſta condemnatio per executionem gentilium capitulo ſequenti. Prima diuiditur in quatuor partes, quia primo deſcribitur Chriſti vēditio facta nō ex eius ignorantia, ſed magis ex pręſcientia & voluntate. Secundo ipſius venditi traditio, non ex diſplicentia, ſed ex charitate ibi. *Prima autem die azymorum.* Tertio ipſius traditi comprehenſio non ex ipſius impotentia, ſed ex ſua mititate, ibi: *Adhuc eo loquente.* quarto, comprehenſi illuſio. non ex eius iniuſtitia, ſed ex eius humilitate ibi: *Princeps autem ſacerdotum.*

Circa primū quatuor per ordinē ponunt̃. Primū eſt ipſius venditionis

MORALITER.

1 *Et fa.* 1 *Et fa.* Sequitur.

a *Scitis quia*. Sicut ex Ioānis narratione colligitur ante ſex
A dies paſchæ venit Ieſus Bethaniā, ibiq; factum eſt illud conuiuium, in quo de vnguēto precioſo fit cōmemoratio. Inde venit Ieruſalē ſedens ſuper aſellum; poſtea geruntur ea quę narrantur, poſt hunc aduentū Ieroſolymis acta vel geſta. Ex illo ergo die, quo venit Ieſus Bethaniam vſque ad diem, quo omnia iſta geſta & dicta ſunt, intelligimus eſſe conſummatum quatriduum, vt occurreret dies quē ante biduum paſchę Matthæus & Marcus diffinierunt.

† Mar. 14. a. Luc. 22. a.

Myſtice. Poſt duos dies clari luminis vete. & no. te. verum
B paſcha per mūdum celebratur. Paſcha quod Hebraice dicitur phaſe, non a paſſione ſed a tranſitu nominatur, quia exterminator viſo ſanguine in foribus Iſrael tranſiuit eos, & Deus auxilium præbens eis deſuper ambulauit.

† Mar. 14. a. Exod. 12. d.

Myſtice. Quia in ea feſtiuitate agnus Dei de hoc mundo erat tranſiturus, vel nos ſalubri tranſitu quaſi de Aegypto huius mundi educturus. Paſcha proprie ſolus dies dicit, quo agnus ad veſperam occidebatur, id eſt, 14. luna primi mēſis. Decimaquinta luna qua egreſſi ſunt de Aegypto erant azyma ſeptem diebus. Sed indifferenter & paſcha pro diebus azymorum, & dies azymorum pro paſcha ait Marcus: *Erat paſcha & azyma poſt biduum.* Lucas: *dies feſtus azymorum dicitur paſcha.*

Mar. 14. a. Luc. 22. b.

Myſtice. Vno die agno immolato ſeptem dies azymorū ſequuntur: quia Chriſto ſemel paſſo, per totum tempus ſe-
C culi viuendum eſt in azymis ſinceritatis & veritatis.

D ⁖ Leo Papa. Prouidentibus ergo principibus ne in ſancto die tumultus oriretur, non feſtiuitati, ſed facinori ſtudebant. Seditiones enim fieri in præcipua ſolennitate metuebant, nō vt populus non peccaret, ſed ne Chriſtus euaderet.

Ser. paſſ.

a omnes, dixit diſcipulis ſuis. † Scitis, quia poſt biduum paſcha 1
a Prænouit, & non declinauit, ſed etiam cæteris ire nolentibus, pergit intrepidus. 2
b Qui debuerant ſe parare ad paſcha contra verum agnum ſe armant.
fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tu^b^nc congrega- 3 4
ti ſunt principes ſacerdotum * & ſeniores populi in atriū prin- 5 6
cipis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fece- 7 8
a Nam ſi palam timebant ne eis tolleretur.
runt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem. 9 10
a Non timentes ſeditionem, ſed ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur. 11
b Nō in die feſto. † Ne forte^a^ tumultus fieret in populo. Cū autem 12 13
a Mundum redempturus moratur, in domo obedientiæ.
b Olim, ſed poſtea à Chriſto mundati. 14
c d eſſet Ieſus in Be^a^thania, in domo Simonis Leproſi^b^, acceſſit ad 15 16
a Genus marmoris in quo bene ſeruantur vnguenta ſine detrimento. 17
e f cū mulier habens alaba^a^ſtrū vnguenti precioſi, & effudit ſuper 18

b *Cum au.* Habito conſilio ordo narrationis illuc trāſit, tūc abiit vnus ex duodecim, vt factum Iudę coniungatur ad conſilium ſacerdotum. Redit autem ad eū diem, qui erat ante ſex dies paſchæ dicens: *Cum autem, &c.*

c *Simonis.* Permanet priſtinum nomen vt virtus curan-
E tis appareat. Per eā domum accipe illā partem populi quæ credidit domino & curata eſt. Simon, id eſt, obediens.

d *Acceſſit.* Hieronymus. Diligenter obſerua, quæ de duabus ſuper caput. Siquidem peccatrix ſuper pedes, & ea quæ dicitur non fuiſſe peccatrix, ſuper caput.

e *Mulier ha.* Maria Magdalena ſoror Lazari modo iuſta & familiaris, quæ quondam peccatrix venit, & pedes lachrymis lauit, nunc caput & pedes vnxit, pedes nunc, vt Ioannes dicit.

Io.

f *Vnguenti precioſi.* Marcus: nardiſpicati, id eſt, de ſpicis & folijs confecti, quod precioſius eſt. Ioannes nardi piſtici, id eſt, fidelis non adulterati aliis herbis: piſtis, Græce, fides Latine.

Myſtice. Hæc deuotio Mariæ, fidem ſignificat eccleſiæ, quæ dum deitatem Chriſti prædicat caput vngit; dum huma-
F

NICOLAVS DE LYRA.

venditionis prænunciatio. ſecundum venditionis conſultatio, ibi: *Tunc congregati ſunt.* tertium venditionis occaſio, ibi. *Cum autem eſſet Ieſus*, quartum venditionis modus & ordo, ibi: *Tunc abiit vnus ex duodecim*. Circa primum conſiderandum, quod ea quæ prædicta ſunt capitulo præcedenti, prædicauit Chriſtus feria tertia ante paſſionem ſuam, & eadem die prędixit diſcipulis ſuis paſſionem ſuam futurā poſt duos dies, ſicut poſtea fuit completum. Ex quo patet quod non fuit ex ignorantia traditus, ſed ex ſua præſcientia & voluntate, vt dictum eſt, hoc eſt ergo quod dicitur hic. *Et factum eſt.* quia continetur cap. præcedenti.

1 *Dixit.* Eadem die ſcilicet.

2 *Diſcipulis.* In ſecreto, & non coram turbis.

3 *Scitis quia.* Id eſt, immolabitur agnus paſchalis, qui debebat immolari veſpere feriæ quintæ a quo incipiebat ſolennitas ſequentis diei.

4 *Et filius.* Quia eadem nocte traditus eſt a Iuda Iudæis.

5 *Vt crucifi.* Quia vlterius Iudæi tradiderunt ipſum Pilato ad crucifigendum.

6 *Tunc con. ſunt.* Hic ponitur ipſius venditionis conſultatio, quæ facta eſt feria quarta ante paſsionem, & tunc Ieſus non venit in Ieruſalem, ſicut fecerat alijs tribus diebus præcedentibus, ſed manſit in Bethania, vt daret Iudæis locum tractandi liberius de morte ſua, & hoc eſt quod dicitur hic. *Tunc*, id eſt, ſequenti die poſtquam dixit Ieſus apoſtolis verba præmiſſa.

7 *Congregati ſunt.* Qui conceperant erga Chriſtum rancorem & odium, vt patet ex præmiſsis.

8 *Et ſe.* Iſti erant iudices ordinatij, de quibus ſupra dictum eſt 15. cap. in prin.

9 *In at. pri.* Id eſt, qui primus dederat Iudæis conſilium de morte Chriſti, vt habetur Ioan. 11,

10 *Et conſilium.* Prius enim determinauerant ipſum interficere, ſed conſilium quærebant de modo faciendi qualiter poſſent facere occulte, & ſine populi ſeditione, & hoc eſt quod ſubditur.

11 *Dicebant autem.* Id eſt, in ſolennitate paſchali imminente de proximo, vt viſum eſt.

12 *Ne for.* Multi enim propter ſolennitatem paſchæ venerant in Ieruſalem. Et quia aliqui reputabant Ieſum eſſe verū Chriſtum, alij autem ſeducti a ſacerdotibus reputabant eū Magum, & ideo ſi occideretur durante ſolennitate paſchali timebant periculoſam ſeditionem populi, propter quod conſulebant mortem eius vſque poſt feſtum differri, tamen iſtud conſilium poſtea mutauerunt, quia inuenerunt opportunitatem eum capiendi per Iudam, vt dicetur infra.

13 *Cum autem.* Hic ponitur venditionis Chriſti occaſio. Iudas enim cupidus, motus fuit ad Chriſti venditionem, vt poſſet recuperare per hoc valorem vnguenti ſuper caput eius effuſi, & hoc eſt quod dicitur: *Cum autem*. Illud fuit factum ſexto die ante paſsionem Chriſti, vt habetur Ioan. 12. ſed hic recolitur a Matthæo, quia fuit occaſio venditionis Chriſti, vt dictum eſt iam.

14 *In domo.* Iſte enim tunc non erat leproſus, quia iam fuerat curatus a Chriſto, retinuerat tamen nomen leproſi, ſicut Matthæus poſt vocationem ad ſtatum apoſtolicum adhuc vocabatur Publicanus, vt dictum eſt ſupra 10. cap.

15 *Acceſſit ad eum mulier.* Iſta fuit Maria ſoror Lazari, vt dicitur Ioan. 12.

16 *Habens ala.* Id eſt, vaſculum factum de alabaſtro, quod eſt genus marmoris candidi, quia tale vaſculum optime cōſeruat vnguenta in terra illa, & hoc eſt quod dicitur.

17 *Vnguenti pre.* i. contentiui vnguenti. Aduertendū tū, q vnguentū hic vocatur lachryma fluēs de arboribus quę eſt multū precioſa in terra illa, quia valet ad multa medicinalia.

18 *Et effu.* Sicut effunditur aqua roſacea propter refrigerium & odorem.

Recum-

MORALITER.

3 *Scitis quia poſt bi.* Moraliter exponendo Chriſtus poſt biduum mortis ſuæ die tertia tranſijt ad gloriam corporis, & nos eius membra poſt biduum confeſsionis & ſatisfactionis tranſibimus ad gloriam patris. *Tunc congr. &c.* Sequitur.

11 *Dicebant autem, &c.* Sic hæretici de proditione verbi Dei tractant in occultis, timentes contra ſe fieri tumultum a Chriſtianis.

15 *Acceſſit ad eum mu.* 1. Corin. 11. a. dicitur caput Chriſti Deus, itaque Chriſti caput vngit qui ad honorem Dei omnia opera ſua facit, ſecundum illud 1. Cor, 10. g. Omnia in gloriam Dei facite.

11 Dicebant

Videntes

humanitatem, pedes. De hoc vnguento in domo Simonis leproſi in Bethania dicunt, & Matth. & Marcus, & Ioannes. Lucas vero aliud dicit ſimile huic factum ante in domo alterius Simonis Phariſæi non leproſi, neque in Bethania, ſed de eadem muliere quæ tunc acceſſit peccatrix.

ctum fuerit, ſuſcipere, fouere & augere, & non ex principio omnem diligentiam expetere. Quiſquis enim interrogaſſet antequam feciſſet hoc mulier, non mandaſſet hoc fieri, ſed poſt effuſum vnguentum, non habebat locum diſcipulorũ increpatio &, ideo hęc dixit in conſolationem mulieris. D

Synecdocha.
a caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli indignati 1
ſunt, dicentes, † Vt quid perditio hæc? Potuit enim * iſtud ve- 2 3
nundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Ieſus, ait- 4 5
Deuotionis, & pietatis.
b illis. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum o- 6 7
perata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum: 8 9
me autem non ſemper habebitis. Mittens enim hæc vnguen 10
c d tum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Amen
e Ideſt. quocunque ſe dilatauerit eccleſia. b Nota notitiam futurarum in Chriſto.
dico vobis, vbi cunque prædicatum fuerit hoc euangelium in- 11 12
a Ideſt, eccleſia. b Id eſt, obſequium quod mihi præ exhibuit. c Mariæ.
toto mundo, dicetur, quod hæc fecit in memoriam eius. † Tũc 13 14
f a Damnum de effuſione vnguenti vult magiſtr precio comprenſare. Memoria mortis.
abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad 15 16
principes ſacerdotum, & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego 17 18
a Idem precium quo Ioſeph venditus eſt a fratribus.
g vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos 19

A ✠ AVGVSTIN. Non ſunt ita Domini pedes Mariæ, vnguento perfuſi, vt luxurioſorum, & nequam hominum ſolent. In omnibus enim talibus non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt. Quiſquis enim rebus ſic vtitur, vt metas conſuetudinis bonorũ inter quos verſatur excedat, aut aliquid ſignat, aut flagitioſus eſt. Itaq; quod in aliis plerunque perſonis flagitium eſt, in diuina vel prophetica perſona, magnũ cuiuſdam rei ſignum eſt. Odor enim bonus fama bona eſt, quam quiſquis bonæ vitæ operibus habuerit, vt dũ viſtigia Chriſti ſequitur, quaſi pedes eius pretiſiſſimo odore perfundit. B

c *Me au.* Corporali præſentia, alioquin dicit alibi, omnibus diebus, vitæ vobiſcũ ſum vſque ad conſummatiõem ſeculi. * vnguentum
d *Mittens enim.* Officium eſt ſepulturæ quod vos perditionem eſſe putatis. Nec mirum, ſi mihi dat fidei odorem, pro qua mox fuſurus ſum ſanguinem. Infra. 28. d. E
e *Amen dico vobis.* Hom. 18. Matth.
✠ Chryſoſtomus. Ecce, quod dixit, factum eſt. Vbicunque enim terrarum abieris, videbis hanc mulierem famoſam. Et regum quidem multorum victoriæ ſilentur: mulier autẽ hæc oleum effudit in domo leproſi cuiuſdam duodecim viris præſentbus, & hoc omnes cruciunt. † Mar. 14. a. Luc. 22. a. 11. q 3. c. abiit Iudas

a *Diſcipuli indignati.* Ioan. dicit hęc Iudam locutum, & hoc gratia cupiditatis, alij potuerunt verbis eius conſentire, vel etiam idem dicere, ſed propter curam pauperum.

* Chryſoſtomus. Qui diſcipuli audierunt Chriſtum dicentem, Miſericordiam volo, & non ſacrificium, apud ſe cogitabant, ſi holocauſta non acceptat, multo minus olei vſũ.

b *Opus enim bo.* Sicut Maria pię deuotionis adepta eſt gloriam, ita e contra Iudas contradicens perfidiæ infamiam, ſed dominus qui bona laudat, tacendo hæc præterijt.

* Chryſoſtomus. Non ſimpliciter dixit, *bonum opus*, &c. ſed prius poſuit. *Quid moleſti eſtis*, &c. erudiens nos quodcunque geritur bonũ a quocunq; etſi non valde diligenter factum C

f *Tunc abiit.* Præmiſſa eſt cauſa, quæ cõpulit Iudã ad vẽdendũ dominum. Cum enim fur eſſet, & loculos haberet, & vidiſſet vnguentũ ſuper caput & pedes domini effuſum, quod putauerat eſſe vendendum, & precium ſibi eſſe tradendum vt aliquid inde furaretur, quod perdiderat in effuſione vnguenti voluit recompenſare in venditione magiſtri.

Quando congregati ſunt principes. Vbi patet quod non inuitus neque coactus, ſed ſponte iniit conſilium ſceleratorũ. Quarta feria congregati ſunt principes ſacerdotum, &c. Iudas acceſſit, vt venderet magiſtrum. Et hoc oſtendit prophetia Iſa. q̃ legit quarta feria vbi dicit, *Ecce merces eius cũ eo.*

g *Quid vultis.* Quaſi vile mancipium tradens, ponit in poteſtate ementium quantum velint dare. Iſa. 30. c. F

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Recumbentis.* Ideſt, reſidentis in menſa, q̃a faciebant magnũ feſtum Chriſto & diſcipulis eius, & Lazarus qui fuerat reſuſcitatus ab eo erat vnus de recumbentibus, ſicut habetur Io. 12. a.

2 *Videntes autem.* Hic ponitur plurale pro ſingulari ſecundum communem modum loquendi, quia quod vnus de aliqua ſocietate facit, tota ſocietas dicitur facere. Solus enim Iudas murmurauit, vt habetur, expreſſius Ioan. 12. Vel ſi forte aliqui cum eo murmurauerunt, fuerunt ab eo incitati.

3 *Dicentes vt quid perdi.* Putabat enim Iudas vnguentum perditum propter hoc, quod non habebat apud ſe precium.

4 *Potuit enim.* Iſtud expreſſius ponitur Ioan. 12. a vbi dicitur, quod poterat vendi pro trecentis denariis.

5 *Et dari pau.* Non dicebat hoc Iudas compatiens pauperibus, ut habetur Io. 12. ſed quia dolebat quod vnguentũ non fuerat ſibi traditum, vt eius precium ſibi retineret, & furaretur.

6 *Sciens au.* Scilicet, malignitatem Iudæ.

7 *Ait illis, quid moleſti eſtis.* Quaſi dicat, ſine cauſa. Cuius ratio ſubditur.

8 *Opus enim bonum operata in.* Quaſi dicat, ſemper poteſtis recuperare ad faciendum illis eleemoſynam.

9 *Me autem non*, &c. Sed contrarium videtur Mat. vlt. d. vbi dicit diſcipulis ſuis *Ecce ego vobiſcum ſum vſque conſumma. ſeculi.* ſed hic intelligitur de eſſe cum hominibus per gratiam, & etiam ſacramentaliter in ſacramẽto altaris, ſed iſtis modis nõ poſſunt ſibi corporalia obſequia exhiberi, Sequitur.

10 *Mittens enim.* Quaſi dicat, in hoc facto prefigurauit ſepulturam meam futuram de propinquo, vnde Ioan. 12. dicitur, quod præcepit partem vnguenti ad ſepulturam ſuam reſeruari vnde credendum eſt, quod hæc mulier hoc fecit edocta a ſpiritu ſancto Sequitur. 11 *Amen dico vobis.* Hoc eſt, factum huius mulieris pertinens ad euangelium Chriſti.

12 *Dicetur, & quod hæ.* Id eſt, ad laudem eius recitabitur tanquam factum virtuoſum, & hoc patet adimpletum. Diuiſio.

13 *Tunc abiit.* Hic conſequenter deſcribitur venditionis Chriſti modus & ordo. Et primo quantum ad tempus, cum dicitur: Tũc. Ideſt feria quarta quando principes ſacerdotum fuerunt congregati ad tractandum de morte Chriſti vt dictum eſt.

14 *Abiit vnus.* Ideſt ex principalibus Chriſti diſcipulis.

15 *Qui di.* Hoc dicitur ad differentiam alterius Iudę qui fuit frater Iacobi minoris. Et notandum quod Scarioth eſt nomen villę de qua erat oriundus Iudas proditor, propter quod inde cognominatur. Scarioth 16 *Ad prin.* Quos audierat eſſe congregatos ad tractãdum de morte Chriſti.

17 *Quid vultis.* Occulte ſcilicet, & ſine ſtrepitu, propter quod mutauerunt conſilium prędictum.

18 *At illi.* Ideſt, ex pacto firmiter promiſerunt.

19 *Triginta argen.* Argenteus nummus valebat decem nummos vſuales, & per cõſequens triginta argentei valebant trecẽtos de nũmis vſualibus, vt patet manifeſte ſi multiplicẽt triginta pro decẽ, & ſic in vẽditione Chri recuperauit valorẽ pdicti vnguẽti.

Et

M O R A L I T E R.

2 *Videntes autem.* Per hoc deſignantur detractores bonorum opera denigrantes.

13 *Tunc abiit vnus de duode.* &c. Per iſtum ſignificatur hæreſiarcha, qui verbum Dei promittit tradere in conclaui.

A a *Et exinde.* Multi hodie ſunt, qui factum Iudæ execrant, & idē faciunt. Nā cum pro munere falſum teſtimoniū dicunt, quia veritatē negant, Deū qui veritas eſt vendunt, deū charitatem violant, Deū qui charitas eſt produnt, præſertim cū nō ignorantia, ſed opportūitate faciendi quęſita hoc faciūt.

b *Prima autem die, &c.* Id eſt, quartadecima die primi menſis, quando abiecto fermento agnum immolant ad veſperam quod exponit. Apoſtolus. *Et enim paſcha no.im.eſt. &c.* Qui licet die ſequenti, id eſt, 15. luna ſit crucifixus tamen ea nocte paſſionis ſuæ tentus a Iudæis celebrauit exordium.

1.Cor.5.b.

B

†Mat.14.b. Luc.22.c. Ioan.13.c.

c *Vbi vis, &c.* Non erat eis certa domus: In quo improbatur ædificatio ſuperfluorum.

d *Ad quem.* Eundem ſignificat, quem Marcus, & Lucas dicūt patrem familias. Qui ergo ait ad quendam, tanquam ex perſona ſua (& non domini) ſtudio breuitatis illum compendio inſinuauit. *Ad quem.* Non ad quemlibet, ſed ad aliquem certum, quem ex perſona ſua loquens recte poſuiſſet. Modo autem cum verba domini poſuit, Ite in ciuitatem, interponit ipſe, ad quendam, non quia dominus hoc dixerit, ſed vt ipſe nobis inſinuaret tacito nomine proprio fuiſſe ibi quendam ad quem mittebantur.

Mar.14.b. Luc.22.a.

C

a Quod ſine turbis eum tradere poſſet, quod Lucas aperte ait.

a Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Pri- 1
b a Ecce opportunitas. b Paſchæ. 2
ma autem die azymorum acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum di- 3
c centes. Vbi vis paremus tibi cōedere paſcha? At Ieſus dixit: 4
d Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magiſter dicit, tē- 5
pus meū prope eſt, apud te facio paſcha cū diſcipulis meis. 6
e Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt 7
a Quando verus ſol ad occaſum properabat. b Quia eis æternam requiem præparabat, & Per eos alios. 8
paſcha. † Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim 9 10
f diſcipulis ſuis. Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis, qua 11

* Chryſoſtomus. Ex hoc manifeſtum eſt quoniam non erat ei domus neque tugurium. Ego autem æſtimo neque diſcipulos habuiſſe. Profecto enim eum rogaſſent illuc venire.

✲ Hilarius. Ideo hominem cum quo paſcha celebraturus eſſet, non nominat, non enim Chriſtani nominis honor credentibus erat præſtitus.

e *Et fece.di.ſi.* In alio Euangelio ſcribitur. Inuenerunt cœnaculum gran.ſtra. Cœnaculum, lex ſpiritualis eſt, quæ de anguſtiis literæ egrediens in ſublimi loco recipit Saluatorem. Nam qui literam ſequitur in imo paſcha facit. Sed qui aquæ baiulum, id eſt, præconem gratiæ in domum eccleſiæ ſequitur hic per ſpiritum literam tranſcendens in alto mentis Chriſto refectionem parat.

f *Quia vnus.* Qui prædixit de paſione, prędicit de proditore vt videns ſe non latere pęniteret facti.

* Mittit crimen in numero, vt agat conſcius pęnitentiam, non tamen deſignat ſpecialiter, ne impudentior fieret.

✲ Chryſoſtomus. Edentibus illis diſputat de traditione Iudæ, vt, & a tempore, & menſa oſtendat malitiam proditoris.

* Chry- ... Cœpe-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et exinde.* Scilicet, temporis, & loci.
2 *Vt eum.* Scilicet, occulte, quod adimpleuit in nocte diei ſequētis, vt infra patebit.
3 *Prima autem.* Hic diſcribit ipſius Chri venditi traditio vbi quatuor tangunt, quia primo præmittitur paſchale conuiuiū ad proditoris reuocationē, ſecundo, inſtituit euchariſtiæ ſacramētū ad fideliū refectionem, ibi, *Cœnantibus autem.* tertio prædicitur diſcipulorū ſcandalum ad ipſorum pręmunitionē, ibi. *Tunc dixit illis.* quarto ſubiungitur Chriſti deſideriū ad noſtrā redemptionē ibi. *Tūc venit Ieſus.* Dicit ergo ſic, *Prima autem,* Iſta dies fuit feria quinta, q̄ erat vigilia paſchę in q̄ immolabaf agnus paſchalis ad veſperā illius diei, q̄ erat dies quartadecima primi menſis, & tunc tenebant veſci panibus azymis vſq; ad veſperā vigeſimę primę diei eiuſdē menſis, vt habef Exod. 12. Aduertendū tamen eſt, q̄ Gręci dicūt Chriſtū cęnaſſe cū diſcipulis ſuis ante paſſionem ſuē tertiadecima dei primi menſis, ita qđ anticipauit immolationē agni paſchalis per vnā diē, quia præuidebat ſe paſſurū in craſtinū quando debebat agnus immolari ſecundū legē, hoc autē probāt ex euangelio. Ioan. 18 vbi dicitur. q. Iudęi ducentes Chrm ad Pilatū, non intrauerunt in prętoriū, vt non contaminarenf, ſed, vt manducarēt paſcha, ex quo concludunt qđ eadē die paſſus eſt in qua immolabant agnū paſchalē. ſ. quartadedima die menſis primi, & p conſequēs die tertiadecima cęnauit cū apoſtolis. Ex quo vlterius concludunt, qđ Chriſtus confecit corpus ſuū in pane fermentato qa Iudęi non veſcebantus azymis ante veſperā quartedecimę diei. Ex quo vlterius in tantā inſaniā prorumpunt, qđ dicūt Matth. Marcum, & Lucā falſum ſcripſiſſe, quia deſcribūt Chriſtū cęnaſſe cū apoſtolis prima die azymorū, in qua agnus paſchalis immolabaf. propter qđ dicūt vlterius, quod Ioan. qui ſcripſit poſterior in hoc correxit eos 22. cap. dicēs. Ante diē feſtū paſche, &c. vbi conſequenter agitur, qūo lauit pedes diſcipulorū ſuorū & eadē nocte traditus eſt. Sed iſta ſunt falſa, & erronea: Dicere. n qđ in ſcriptura canonica ſit aliquid falsū eſt erroneū, cū ſit tradita a ſpiritu ſancto, & iterū ſi cōcedant eſſe falſa in aliquo loco p conſequens non poteſt habere aliqd firmitatis in aliis locis, vt arguit Aug. in epiſto. ad Hieronymū. Itē quod dicūt Chrm cōfeciſſe in fermentato, hoc eſt ꝯ Chryſo, qui fuit doctor Grecus q di cit ſuper Mar. Apertiſſime Dominus demonſtrauit, q a principio circunciſionis ſuæ vſq; ad diē paſchę extremū nō erat contrarius diuinarū legū. In lege autē pręcipiebaf, qđ carnes agni paſchalis comederenr cū panibus azymis, ergo in illa cęna vltima in qua cōfecit corpus ſuū, erant panes azymi, & propter hoc bene ſcribit Mat. qui ſcribit. *Prima dies azymorum. &c.* Quod autem arguunt de Ioan. qui dicit qđ Iudæi non introierant pretoriū ne impedirentur a manducatione paſchę. Dicendū quod paſcha accipitur non pro agno paſchali qui fuerat immolatus nocte pcedenti, ſed pro azymis panibus quibus vtebantur ſeptem diebus ad quorum comeſtionē requirebatur quod hō eſſet mundus. Ad ſecundum quod arguunt de. euangelio Io. 13. a. *Ante diem feſtum, &c.* dicēdū qđ quintadecima dies menſis primi, illa erat dies feſtiuitatis paſchalis, quę tamen feſtiuitas incipiebat a veſpere diei pręcedentis, & propter hoc illa eadem die incipiebant comedere azymos panes in veſpere, vt patet ex prædictis. Ex quo patet, quod Ioan. non contradicit aliis, ſed magis conuenit cum eo. ſequitur.
4 *Vbi vis pare. tibi. co. pa.* Ideſt, agnum paſchalem?
5 *At Ieſus di. in ciui. ad quen.* Mat. hic loquitur generaliter. quia Chriſtus non expreſſit illius nomen ad quem debebāt ire, tamen dedit eis ſignum. per quod poterant determinate cognoſcere, ſecundū quod habetur Mar. 14. b. vbi dicitur ſic. *Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus, &c.*
6 *Tempus me.* Scilicet, patiendi.
7 *Prope eſt apud te. fa. pa, cum diſ. me.* Quaſi dicat, prouide mihi de loco & cibo, vnde creditur quod ille erat diſcipulus Chriſti occultus tamen. Patet etiam quod Chriſtus ita pauper erat, quod nec domicilum habebat, nec vnde poſſet cibum paſchalem emere, ſequit 8 *Veſpere au fa.* Quia illa erat hora comedendi agnū paſchalem. 9 *Diſcumbebat. cum duo. di. ſu.* Ex quo patet, quod quantū erat in ſe reuocabat proditorem amore primo, cum eſſet vnus đ duodecim, & tamē illum non repulit a conuiuio agni paſchalis, licet eius proditio non lateret eum.
10 *Et edentibus illis.* Hic ſecundo reuocat proditorem dolore, prædicendo coram eo paſſionem ſuam, quæ debebat eſſe diſcipulis ſuis materia doloris, & hoc eſt quod dicitur.
11 *Amen dico vo. quia vnus veſtrum.* Id eſt. 12. diſcipulorum principalium.

Me

MORALITER.

3 *Prima autem die azymo, &c.* Sequitur.
6 *Tempus me. pro. eſt. apud te ſa. pa.* Per hoc autem, quod Chriſtus morti propinquus non ſolum agnum typicum, ſed etiam corpus ſuum verum ſacramentaliter cū apoſtolis ſuis manducauit, oſtenditur quod quilibet Chriſtianus periculo mortis imminente, debet ſi poteſt, ſacramentaliter communicare, Sed ſi non poteſt, communicet ſaltem fide ſecundum verbum Aug. Crede & manducaſti. *Veſpere autem fa.* Sequitur.
10 *Et eden. illis dixit, amen dico vo. quia vnus veſtrū me tra, eſt.* Per hoc

a *cæperunt ſing.* Quia plus credunt magiſtro quam ſibi, & timentes etiam fragilitatem ſuam, quærunt de peccato cuius non habent conſcientiam.

✲ Origenes. Vnuſquiſque enim diſcipulorum ſciebat ex his, quæ docuerat Ieſus, quoniã ad malum vertibilis eſt humana natura, & in colluctatione aduerſus rectores huius mundi tenebrarum, ideo vnuſquiſque eorum timens interrogauit.

b *Qui intingit.* Aliis contriſtatis, & a cibo manum retrahentibus, ea impudentia qua tradidit manum cũ magiſtro mittit, vt audacia bonã conſcientiam mentiretur. Ecce humilitas & patientia, qua proditorem ad menſam admittit.

✲ ORIGENES. Hæc eſt autem conſuetudo malorum, vt poſt ſalem, & panem inſidientur hominibus, maxime nihil inimicitiæ ab illis habentibus.

c *In pa.o.* Mar. in catino, Paropſis eſt vas eſcarum quadrangulum a paribus abſidibus, ideſt, ab æquis lateribus dictum: Catinum vas fictile aptum ad amittendum liquorem, & potuit fieri vt menſa fictile vas, quadrangulum contineret.

Pęna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia.

d *Bonum e.ei.* Multo melius eſſet omnino non eſſe, quam male eſſe, vſitate, & ſimpliciter hoc dicit. Non poteſt. n. ei bene eſſe qui non eſt. An diabolo dicit non naſci ad peccatum: an etiam bonum illi erat vt Chriſto naſceretur per vocationem, vt non eſſet apoſtata per proditionem Vel ſolemus dicere ſimpliciter, melius eſſet non eſſe, quam male eſſe.

* Chryſoſt.

✲ Chryſoſtomus. Quamuis ſcriptum fuerit paſſurum eſſe Chriſtum nihilominus tamen incuſatur Iudas. Non enim traditio Iudæ ſalutẽ noſtram operata eſt, ſed ſapientia Chriſti qui aliorũ nequitiis ad id quod nobis expediebat, vtebaẽ. D Hom. 82. in Matth.

e *Rabbi.* Alii dicũt, domine. iſte rabbi. Quaſi minus peccatũ habens prodere magiſtrum quam dominum vel blandiendo.

f *Nunquid ego ſum.*

✲ ORIGENES. Iudas poſt omnium Apoſtolorum interrogationes, & poſt Chriſti narrationem de ipſo, vix aliquando ipſe interrogauit verſuto coſilio, vt ſimilia cæteris interrogãdo, celaret proditionis conſilium. Nam vera triſtitia non ſuſtinet moram. Tractat. 35. in Matt. † catino E

g *Tu dixi.* Nec hic aperte dicitur, an ipſe eſſet. Poteſt enim intelligi, quaſi dicat non ego dixi. † gratias egit

h *Cęnantibus autem, &c.* Finitis ſolennibus gaudiis veteris paſchę q̃ in memoriã liberationis populi Dei de Aegypto agebantur, tranſit ad nouum quod in ſui memoriam, eccleſiam frequentare volebat, Vt videlicet pro carne agni ac ſanguine, ſui corporis ac ſanguinis ſacramentum ſubſtitueret. Ipſũque eſſe monſtraret, cui iurauit dominus, & non pęnitebit eum, tu es ſacerdos, &c. Pſal. 109. 2.

i *Accepit.* Hieronymus. Poſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum apoſtolis comederat, aſſumit panem.

K *Et bene. ac. f.* Qui hominem aſſumptum ita morti ſubdidit vt ei immortalitatis potẽtiã ineſſe, & ideo cito reſurrectuũ ☞ eſſe F

a Quia non erant ſibi huius reatus conſcii.

a vnus veſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati valde cœpe- 1
runt ſinguli dicere. Nunqu id ergo ſum domine? At ipſe re- 2 3

a Qui latenter notatus non reſipiſcit, manifeſtius arguitur, non tamen ex nomine.

b ſpondens, ait. Qui intingit mecum manum in paropſice, hic

a Homo pacis meæ, qui edebat panes meos mag. ſ. in. ſu.

c me tradet. Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de 4
illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. 5 6

a Ne tacendo vinceretur ſe prodere, aliis interrogantibus.

d Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens au 7 8
e f tem Iudas qui † tradidit eum, dixit, Nunquid ego ſum rabbi? 9 10

a Tu prodidiſti non ego. b Finito veteri paſcha tranſit ad nouum.

g h Ait illi. Tu dixiſti. † Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus pa- 11 12
i nem, & † benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait. 13 14

a Q. Intelligite. b Quod ſub ſpecie panis videtur.

k † Accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meum. Et accipiens 15

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Me tradi. & contri. val.* Non ſolum propter mortem magiſtri futuram contriſtati ſunt, ſed quia quilibet timebat de ſe ne eſſet ille qui debebat eum tradere, propter quod.

2 *Cæpe. ſin. di. nunquid ego ſum do.* Quia quilibet debet ſibi timere de peccato futuro quantumcunque ſit ſanctus.

3 *At ipſe reſp. ait: Qui intin. me. m. in pa. hic me tra.* Per hoc non poterant perpendere quis eſſet determinate, quia omnes comedebant in eodem vaſe, in quo erant carnes agni paſchalis poſitę,

4 *Filius qui ho. va.* Ad paſſionem ſcilicet,

5 *Sicut ſcri. eſt de il.* Iſa. 53 c. vbi dicitur ſic tanquam ouis ad occiſionem ducetur, &c. & Dan. 9. Poſt hebdomadas 72. occidetur Chriſtus, & in pluribus aliis locis ſimile habetur.

6 *Væ au.* Hic tertio reuocat proditorẽ timore, prędicendo ei pęnam damnationis ſuæ di. *Vę autem hom. il. per quem fi. ho. tra.*

7 *Bonum erat ei ſi na. non fuiſ. homo ille.* Minus enim malum, accipit hic pro bono. Minus autem malum eſt nõ eſſe ſimpliciter, q̃ eſſe damnatũ, quia etſi nõ ſit minus malũ ratione pęnæ adiũctæ, quę non priuat totum eſſe creatũ, minus tamen malũ eſt ratione culpę mortalis, quę ſeparabiliter adhęret damnatis, & ipſa non ſolũ priuat quoddã eſſe creatũ ſicut pœna, ſed ẽt priuat bonũ infinitum. ſ. diuinũ, propter quod eſſet miſſerum miſeria culpæ mortalis æternaliter, hoc eſt peius quam ſi non eſſet ſimpliciter.

8 *Reſpondens au. Iu.* Hic quarto reuocat proditorẽ pudore, quiã illi oſtendit ſe ſuam proditionem cognoſcere, hoc eſt quod diciẽ. *Reſpon. au. Iu. qui t. eum di. Nunquid ego ſum rab.* Si enim Iudas aliis de hoc quærentibus tacuiſſet, reddidiſſet ſe eis ſuſpectum.

9 *Ait il. tu. d.* Et in hoc delictum ſuũ aliis non publicauit, ſed conſciẽtię Iudę ſignificauit ſe eius delictum ſcire. Poterat enim per hoc uerbum mentem Iudę ſic mouere, quod alios latebat.

10 *Cęnantibus au.* Hic inſtruitur euchariſtię, ſacramentum ad dominicę paſſionis recordationẽ. Et diuidiẽ in tres partes q̃a primo deſcribiẽ huius ſacramẽti inſtitutio. ſecundo, prędicaẽ immortalis vitę inchoatio ibi. *Dico autem vobis.* tertio, p̃ vtroque redditur gratiarũ actio, ibi *Et hymno dicto,* Circa primũ aduertendum, quod iſtud ſacramentũ duplici ſub ſpecie inſtitutum, eſt. ſ. panis & vini, quia panis conuertitur in corpus Chriſti, & vinũ in ſanguinẽ, & iſtę conuerſiones fiunt ſeparatim, quia Chriſti ſanguis fuit ſeparatus a corpore vel a carne in paſſione. Hoc autẽ ſacramẽtũ, vt dictum eſt, inſtitutũ eſt quaſi quoddã memoriale illius paſſionis, & iõ conſecratio carnis & ſanguinis fit ſub ſpeciebus diſtinctis. Conſiderandũ ẽt, quod ſub vtraq; ſpecie eſt totus Chr̃s, quia ſub ſpecie panis eſt totũ corpus ex vi conuerſionis vel ſacramenti, ſanguis autẽ & aĩa & diuinitas ſunt ibi ex concomitantia naturali & inſeparabili. Similiter ſub ſpecie vini ſanguis tantum eſt, ibi ex vi ſacramenti, cętera autẽ ex concomitantia, vt diffuſi⁹ tractatur. 4. ſententiarum. Dicit ergo *Cœnant au. il.* Ideſt, poſtquã comederant carnes agni paſchalis, antequam ſurgerent de cęna

11 *Acce. Ie.* Quia vbi terminatur figura, ibi debet incipere veritas, agnus autem paſchalis erat figura huius ſacramenti, & ideo inſtitutum eſt poſt comeſtionem agni.

12 *Et bene.* In hoc dedit nobis exemplum, quod ante ſumptionẽ huius ſacramenti debet mens eleuari in Deum.

13 *Deditq;* Inter quos erat Iudas, vt dicunt ſancti communiter, licet Hilarius dicat contrarium. Ratio autem quare Chr̃s dedit ei corpus ſuum, fuit, quia peccatum eius erat diſcipulis aliis occultum, & propter hoc in eccleſiea obſeruatur, quod peccatori euchariſtia non negatur. 14 *Et ait. Ac. co. h. eſt. cor m.* Si enim verbum Chriſti tantę eſt virtutis, quod fecit de nihilo omnem creaturam, non eſt mirum, ſi vnam creaturam conuertit in aliam.

15 *Et ac. ca.* Separatim cõſecrabat ſanguinem a corpore ratione prędicta.

Gratias

MORALITER.

hoc, quod in cœna pœnitentiam proditoris denunciauit, ſignificauit, quod proditiones innocentium, frequenter fiunt in conuiuiis, ſcilicet, per venenum. *Cœnantibus autem il. acc. Ieſus panem* Auguſtinus. De vno pane Petrus accepit & Iudas, ſed Petrus ad vitam, Iudas ad mortem.

15 *Et acci.* Ad ſignificandum perfectam animę refectionem

A eſſe monſtraret. *Fregit.* vt oſtendat corporis ſui fractionē nō ſine ſua ſponte fore. Benedixit prius, quia naturam q̃ aſſumpſit cū patre & ſpiritu ſancto, gratia diuinę virtutis impleuit. Ideo poſt cęnam corpus ſuum dedit, quia neceſſe erat Paſcha typicū prius conſummari, & ſic veteri Paſchę ſacramēta poſt ſubſtitui. Nos vero pro reuerentia tanti ſacramēti prius reficimur dominicæ paſſionis ſacramentis, quam corporalibus eſcis.

Inter aduerſa. b Ipſe æqualis Deo patri, quid ergo ſubditus faciet

a calicem gra^a^tias egit, & ^b^dedit illis dicens. Bibite ex hoc om- 1

a Dedicator. b Non veteris, quod ſanguine hircorum dedicatum eſt. c Quia impoſſibile eſt ſanguine hircorum peccata auferri.

b nes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui ꝓ mul- 2

tis effundetur in remiſſionem peccatorum. †Dico autem vo- 3 4

a Mortalitatem bibit Chriſtus, & legis uetuſtatem, dum ei placuit. b Quod eſt mortalitas, & paſſibilitas. c Et humanitatis.

c d bis, non bibam amodo de hoc genimine uitis, vſque in diē 5 6

a *Gratias egit.* Oſtendit quod quiſque facere debet in flagello culpæ propriæ, cum ipſe æquanimiter tulit alienæ, quia panis corpus confirmat, vinum ſanguinem operatur.

Myſtice. Hoc ad corpus, illud ad ſanguinem Chriſti refertur. Verum nec panis ſine aqua conficitur, nec vinum ſine aqua offertur, per aquā populus ſignatur, qui nec ſine Chriſti paſſione ſaluatur, nec ſine eius amore Chriſtus paſſus eſt. Oportet ergo vt nos ei vniamur, vt ipſe in nobis maneat, & nos in ipſo.

Cateche b *Hic eſt enim ſanguis.* ✠ Cyrillus. Ieroſolymit. Cum Chriſtus ita aſſeueranter dixerit, hic eſt ſanguis meus. quis vnquam dubitauerit, vt dicat non eſſe eius ſanguinem? Aquam olim in vinum conuertit in Cana Galileæ, quod cum quādam habeat cum ſanguine propinquitatem, facile in illum tranſmutat. Etenim parū dignū exiſtimabimus, cui credamus q̄ vinū in ſanguinē trāſmutet? Nā in ſpecie panis, dat nobis corpus & in ſpecie vini dat nobis ſanguinē, vt cū ſūpſeris, guſtes corpus & ſanguinē Chr̄i factus eiuſdē corporis & ſanguinis particeps. Sic.n. efficimur Chr̄ophori, hoc eſt, Chr̄m in corporibus noſtris ferētes, cum corporis eius & ſanguinē in membra noſtra recipimus. Quamobrē non ſic attendas velim tanq̄ ſit nudus, & ſimplex panis, nūdū, & ſimplex vinū, corpus.n. ſunt & ſanguis Chriſti. Nā etſi ſenſus aliud tibi renunciat, fides tamen te confirmet ne iudices rem ex guſtu.

B

In ancoratu. ✠ Epyphanius. videmus quod accepit Saluator in manus ſuas, veluti euangelium habet, quod ſurrexit in cœna & accepit hæc, & vbi gratias egiſſet, dixit, hoc meū eſt, hoc, & hoc. Et videmus qđ nō æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne, non inuiſibili deitati, non lineamētis membrorū. hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile, quantum ad potētiā Et voluit per gratiam dicere, hoc meū eſt, hoc, & hoc, & nemo non fidem habet ſermoni. Qui enim non credit eſſe ipſum verum, ſicut dixit, is excidit a gratia & ſalute.

Lib.4. de ſacramentis cap.5. ✠ Ambroſius. Ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis quod corpus ſuum accipiamus & ſanguinem, nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare?

* Chryſoſtomus. Quoniam ille dixit. *Hoc eſt corpus meum,* nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus intueamur. Veſtimenta eius deſideras videre, ipſe vero ſeipſum tibi tradidit, non vt videas ſolum, verumetiam, vt tangas & in te habeas?

Lib.3. de ſacerdotio. ✠ Idem, O miraculum, o Dei benignitatem: qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere ac complecti.

In epiſt. ad Caloſyrium * Cyrillus Alexand. Ne dubites an hoc verſum ſit, eo maniſeſte dicente, *hoc eſt corpus meum.* ſed ſuſcipe potius verba

C Saluatoris in fide, nec dubites.

✠ Euthymius. Non dixit Chriſtus hæc ſunt ſigna corpus meum, & ſanguis meus. Oportet ergo non ad naturā eorum, quæ proponuntur aſpicere, ſed ad virtutē eorū. Quemadmodū enim ſupernaturaliter aſſumptam carnē deificauit (ſi ita loqui liceat) ita, hæc ineffabiliter tranſmutat, in ipſum viuificū corpus ſuum, & in ipſum pretioſum ſanguinem, & in gratiam ipſorū.

✠ Theodoretus. Erauiſtes, Quid æſtimas donum altaris quod per ſacerdotis inuocationem offertur? *Orthodoxus.* Ego cibum & potum vt ex ſui natura eſt indico. Erauiſtes Sed quid facta ſanctificatione reputas? *Orthodoxus,* Corpus & ſanguinem Chriſti.

✠ Theophylactus Cum benedixiſſet, hoc eſt, gratias egiſſet, fregit panem, id quod nos etiam facimus, preces adiungendo. *Hoc eſt corpus meum.* hoc, inquam, quod ſumis. Non.n. figura tantum & exemplar corporis Domini, panis eſt, ſed in illud ipſum conuertitur corpus Chriſti.

* Damaſcenus. Si volens ipſe Deus verbum factus eſt homo, & ex ſanctæ virginis puriſſimis & illibatiſſimis ſanguinibus in ſeipſo ſine ſemine carnem ſuſtentauit, nō poteſt panem ſui ipſius corpus facere, & vinū & aquam & ſanguinē? Dixit in principio, producat terra herbam virentem, & vſq; nūc pluuia facta ꝓducit germinā, diuino coadiuta præcepto dixit Deus. *Hoc eſt corpus meū, & hic eſt ſanguis meus, & hoc facite in meā commemorationem,* & omnipotenti eius præcepto donec ueniat efficitur Sic panis & vinū & aqua per inuocationem & aduentū Spiritus ſancti, ſupernaturaliter tranſmutatur in corpus & ſanguinem Chriſti, & non ſunt duo, ſed vnū & idem. Non eſt figura panis, & vinum corporis & ſanguinis Chriſti, abſit enim hoc, ſed eſt ipſū corpus Domini deificatum, ipſo Domino dicente, Hoc eſt meum corpus non figura corporis ſed corpus, & non figura ſanguinis ſed ſanguis.

* Paſchaſius. Audiant qui volunt extenuare hoc verbum *corpus,* q̄ non ſit de vera carne Chriſti, quæ nunc in ſacramēto celebratur. Neſcio quid volentes fugere, quaſi quędā virtus ſit carnis, cum ipſa veritas dicat, *hoc eſt corpus meum.*

e *Non bibam.* Non delectabor ceremoniis huius populi, in quibus ſacra paſchalis agni pręcipua ſunt.

Poſt paſſionem non aſſumam carnem, donec aſſumam eam nouam, quę modo mortalis eſt.

d *De hoc gen. vi.* Vitis eſt humana natura. genimina eius mortalitas, & legis vetuſtas. Mortalitatē bibit Chriſtus, & legis vetuſtatem, dum ipſi placuit, & ipſe obſeruando impleuit. De genimine vitis eiuſdem bibit in reſurrectione factus immortalis quia immortalitas eſt genimen illius vitis, quam in reſurrectione bibent ſui. Ideo dixit vobiſcum. Immortalitate enim reſurrectionis eadem remanebit ſubſtantia, & ſi qualitas ſit mutata. Si autem vitem de cuius vetuſtate non paſſionis calicem bibit, Iudęos accipis, ſignat etiam gentem ad corpus Chriſti per nouitatem vitæ acceſſuram, cum poſt gētes ingreſſus omnis Iſrael ſaluus fiet.

*Vinea domini Sabaot domus Iſrael eſt,* de qua ſemper bibit, q̄a non defuerunt aliqui quorum pietate delectaretur, ſed paſſo domino tempus erat, vt illa legalis obſeruantia ceſſaret, & in ſpiritum tranſiret.

Nouum

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Gratias egit.* Eadem ratione, ſicut in conſecratione corporis eſt: ſequitur.
2 *Hic eſt e.i.* ad confirmationē no. Te. quia ſicut vet. Te. cōfirmatū eſt in ſanguine animalium immolatorum, vt habetur Exod. 24. ita nouum te. ſanguine Chr̄i cōfirmatū eſt. In quo apparet excellentia no. Te. reſpectu veteris, vt arguit Apoſt. ad He. 9. 3 *Qu. pro mu. f.* Dicit autē pro multis, quia ſanguis Chr̄i pro omnibus effuſus fuit quātū ad ſufficientiā, quantū autem ad efficaciam, non fuit effuſus pro omnibus.
4 *Dico au.* Hic conſequenter ꝑdicit ęternę vitę inchoatio, q̄a perceptio huius ſacramenti dat uitā ęternā, ſm̄ quod dicit Saluator Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam ęternā. Dicit ergo. *Dico au. vo.* hoc eſt ab hora qua inſtituit hoc ſacramentum. 5 *De hoc gen.* hoc eſt de uino quod generat in uitæ. 6 *Vſque in.* Ideſt, in nouo modo, hoc fuit impletum, quando poſt reſurrectiōem ſuam comedit & bibit cū apoſtolis ſuis ad declarationem ſuæ reſurrectionis, ut habetur Luc. ulti. Et tunc bibit nouo modo quia corpus ſuum non erat tunc paſſibile et mortale, ſed glorioſum, non indigens cibo uel potu, ſed ſolum comedit ad declarandum ueritatem ſuæ reſurrectionis, ut dictū eſt.

In

MORALITER.

ſicut ex cibo, et potu ut perfecta corporis refectio, ſeparatā tamen fecit corporis, et ſanguinis conſecrationem, quia

ſanguis

a *Nouum in re.pa.* Dicens illud *nouum*, hoc vetus, oñdit corpus, ſ. de veteri Adam quod immortalitate immutabitur. *Vobiſcum*: per hoc & ſuis immortalitas promittitur, & ſi non eodem tempore, *De hoc genimine*, quia eadẽ corpora reſurreƈtura. Erit aũt dies meæ reſurreƈtionis, cum in regno Dei, id eſt, immortalitatis gloria ſublimatus, de ſalute eiuſdem populi ſpirituali gratia regenerati, nouo vobiſcum gaudio perfundar.

e *Poſtquam.* Sicut prædixit locum paſſionis, ſic prædicit locum reſurreƈtionis, vt ſicut ſunt triſtes ex paſſione, ſic lętentur glorificati reſurreƈtione vel viſione.

f *Præcedam vos, &c.* Vt infirmitatem eorum, ſponſione reditus ſui conſolaretur.

Genimen. — a Immortalis & impaſſibilis.

a illum, cum illud bibam vobiſcum nouũm in regno patris mei. 1

a Spirituali cibo paſtus debet conſcendere ad montem, virtutum quibus vngatur vel reficiatur.

b c † Et hymno diƈto exierunt in montem † Oliueti. Tunc dicit 2

d illis Ieſus: † Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta no- 3 4

a Id eſt, in iſta tribulatione. — Noƈti congruit ſcandalum.

b In Zacharia: Percute paſtorem, ex perſona prophetæ. — c Ab vnitate fidei ſoluentur.

ƈte. Scriptum eſt enim. † Percutiam paſtorem, & diſpergen- 5 6

e tur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos 7 8

f in Galilæam. † Reſpondens autem Petrus, ait illi. Et ſi omnes 9 10

g ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, Ait illi 11

Petrus ex ardore promittit, Chriſtus vt Deus ventura prædicit.

a Marcus dicit; Antequam gallus bis vocem dederit: cæteri. Antequam gallus cantet. 12

h Ieſus, Amen dico tibi: quia in hac noƈte antequã gallus cantet, 13 14

a Timor erit cauſa ter me negandi. — b Intellexit enim quod timore mortis prædiceret eum negaturum. 15

tẽr me negabis. † Ait illi Petrus: Etiamſi oportuerit me mori 16

† Oliuarum. — † Mar. 14. c — † Zach. 13. c — Mar. 14. d — Ibidem E — Luc. 22. d — Ioan. 18. a

b *Et hym.* Hoc eſt quod Pſalmus dicit: *Edent pauperes & ſaturabuntur, &c.* Vel hymnum ſecundum Ioann. patri gratias agens cantabat in quo pro ſe & diſcipulis & crediturls precabatur.

✠ Chryſoſtomus. Audiant qui velut porci ſimpliciter mãducantes cum ebrietate ſurgunt, cum deceret gratias agere, & in hymnum menſam definere. Audiant quicunque vltimam orationem in ſacris myſterijs non expeƈtant.

c *Exierunt in mon.* Vt per ſacramentorum perceptionem & ſuam interceſſionem ad altiora chariſmata quibus corde perungamur nos conſcendere doceat, vbi laboris refeƈtio, doloris ſolatium.

d *Omnes vos ſcandalum pati.* Prædicit illis quid paſſuri ſunt, vt poſt eum tunc non deſperent, ſed pœnitentia liberentur.

✠ Chryſoſtomus Docet nos quales ante crucem fuerunt diſcipuli, & quales poſt crucem. Etenim qui neque cum Chriſto dum crucifigebatur, ſtare poterant, poſt mortem Chriſti adamante fuerunt fortiores.

c *Poſtquam.*

g *Et ſi omnes.* Non eſt mendacium nec temeritas, ſed fides & ardens dileƈtio, in tantum vt imbecillitatem ſuam & fidem verborum Dei, non contueretur.

h *Antequam gallus.* Tres ita ſimpliciter, ſolus Marcus antequam gallus bis vocem dederit. Tertia negatio Petri, ſi tota poſt primum galli cantũ inciperet, mẽtiri viderentur tres qui dicũt. *Antequam gal. cantum.* Item ſi tota ante, ſuperflue diceret Marcus, anteq̃ bis cantet. Sed quia ante primũ cępta, attenderunt illi tres, non quando completurus eſſet eam, ſed quanta futura eſſet quandocumque incœpta, vel tota in animo timentis Petri peraƈta eſt ante primum cantum, quãuis verbis ante primũ cœpta, ante ſecundum peraƈta ſit. Tantus enim timor mentem eius inuaſerat, qui ter negare faceret. Matthęus & Marcus negationem Petri ſubneƈtunt, poſtquam Ieſus egreſſus eſt de domo, vbi manducauit paſcha. Lucas & Ioãnes, antequã inde egreſſus eſſet Ieſus, Sed facile intelligimus illos recapitulaſſe, vel iſtos pręoccupaſſe, niſi magis moueret, q̃ tã diuerſa non modo verba, ſed etiã ſententias dñi præmittũt: quibus permotus Petrus illã pręſumptionẽ præferret morẽdi, vt magis cogant intelligi ter illũ expreſſiſſe præſumptionem ſuã diuerſis locis ad ſermones Chriſti, & ter illa a dño reſponſum,

# NICOLAVS DE LYRA.

1 *In re.pa.* Id eſt, ego tunc exiſtens in regno patris mei bibam tunc vobiſcum modo prædiƈto, licet enim Chriſtus fuerit beatus ex parte animæ ab inſtanti conceptionis, ex parte tamen corporis erat viator & paſſibilis ante reſurreƈtionem ſuam, ſed completa reſurreƈtione fuit beatus in anima & in corpore.

2 *Et hymno.* Hic conſequenter ponitur pro prædiƈtis gratiarum aƈtio. Dicit ergo. *Et hymno.* Id eſt, cantico diuinæ laudis. *Diƈto* pro ſacramenti inſtitutione & nouæ vitæ denunciatione, ſcilicet, in loco, vbi iſta erant faƈta.

3 *Exierunt in mon.* Hoc eſt verſus montem Oliueti, quia locus ad quem Chriſtus exijt, & in quo fuit captus, erat ſitus in pede montis Oliueti, vt diƈtum eſt.

4 *Tunc di.il.* Hic prædicitur diſcipulorum ſcandalum ad eorum præmunitionem, & primo prædicitur in generali reſpeƈtu omnium, ſecundo, in ſpeciali reſpeƈtu Petri, ibi. Reſpondens autem. Dicit igitur.

5 *Omnes vos ſcan.* Id eſt, ruinam in peccatum.

6 *In me.* Id eſt, recedentes à me propter timorem humanum.

7 *In iſta noƈte.* Futura enim contingentia prædicit eis certitudinaliter, & determinato tempore, vt cognoſcant ipſum eſſe Deum, qui poteſt talia cognoſcere propria virtute.

8 *Sciptum eſt.* Zach. 13.

9 *Percu.pa.* Id eſt, Chriſtum.

10 *Et diſpergentur oues.* Id eſt, diſcipuli ex timore fugientes. Aduertendum tamen, quod Zach. 13 mutantur verba, licet ſit eadem ſententia, quia ibi ponitur propheta ac ſi propheta loquatur ad dominum di. Percute paſtorem, &c. hic autem ponitur, ac ſi dominus loquatur di. *Percutiam pa.* quia idem eſt verbum domini & prophetæ licet diuerſimode, quia ipſius domini principaliter & ipſius prophetæ inſtrumentaliter.

11 *Poſtquam*

11 *Poſtquam autem re.* Hoc addit, ad conſolationem eorum vt qui audita eius morte erant deſolati audita eius futura reſurreƈtione eſſent aliqualiter conſolati.

12 *Præced m vos in Gal.* Non ſolum promittit eis viſionem ſuam in beatitudine & in loco multum diſtanti, ſed in propinqua regione, ſcilicet, in Galilæa.

13 *Reſpondens autem.* Hic ſpecialiter prædicit ſcandalum Petri. *Reſpondens autem Pe.* quia erat cæteris feruentior.

14 *Ait illi, & ſi omnes* In hoc non mentiebatur, quia ſic habebat, in mente, ſed præſumptuoſe loquebatur non conſiderans debilitatem fragilitatis ſuæ, propter quod grauius cæteris permiſſus eſt cadere, & iterum, quia futurus erat paſtor eccleſię, vt ex ſuo caſu ſciret alijs condeſcendere.

15 *Ait il. Ie. Amen di.ti. quia in hac.* Mar. 14. ca. dicitur expreſſius. Antequam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. Auguſtinus: in lib. de concordia euangeliſtarum dicit quod tertia negatio Petri fuit inchoata etiam ante primum cantum galli, antequam tamen eſſet conſummata gallus cantauit, quia negatio ſecundum totalitatem ſuam accepta habet aliquem taƈtũ tẽporis, in hoc enim includitur verbum illorum qui dicebãt Petro. Tu es ex illis, & argumentum quod adducebãt ex loquela eius, & negatio Petri ſequens, & ſic patet quod bene potuit inchoari illa negatio antequam gallus primo cantaret & poſt terminari. Matthæus ergo Lucas & Ioannes qui dicũt Petrum ter negaſſe Chriſtum, ante primum gallicantum, loquuntur habendo reſpeƈtum ad negationis inchoationem. Marcus autem qui dicit tertiam negationem Petri eſſe poſt primum gallicantum, & ante ſecundũ, loquitur habẽdo reſpeƈtũ ad negationis cõſummationẽ.

16 *Ait il. Pet etiam ſi opor.* Petrus & alij diſcipuli hoc dicendo non dixerunt mendacium, quia ſic cogitabant fore dixerunt tamen falſum quia contrarium accidit.

*Tunc*

# M O R A L I T E R.

ſanguis eius erat in cruce a corpore ſeparandus.

2 *Et hym.* Merito de tãto cõuiuio gratię reddẽdę erãt Deo.

4 *Tunc di.il. & c. Reſ. au.p.* Remigius. Quod ille prædixit prę uidendo, ipſe denegat amando. Vbi moraliter inſtruimur, vt quantũ confidimus de fidei feruore, tantũ timeamus de humana

humana fragilitate, videtur tamen Petrus accuſabilis, quia contradixit. & quoniam alijs ſe præpoſuit di.

14 *Et ſi.o.ſcan.* Et tertio quoniã totum ſibi attribuit, ſ. quod eſſet fortiter perſeueraturus, vt hoc igitur in eo ſanaret, permiſit fieri caſum eius, non impellens ad negãdum, ſed eum ſibi deſerens, & humanam naturã de fragilitate cõuincens.

A reſponſum, quod eum ante galli cantum eſſe negaturus ſicut poſt reſurrectionem an ſe amaret ter interrogauit & ter de paſcendis ouibus præcepit.

Ante gallicantum idest, creſcentibus tenebris negat, poſt gallicinium, id eſt, luce vicina culpam lachrymis lauat.

Luc. 22. d. Ioan. 18. a.

† prędium.

a *In vil. quæ dicitur Gethſe.* Lucas, in mõtem Oliuarum Ioannes, trans torrentem Cedron, quod idem eſt, quia Gethſemani locus in quo orauit eſt ad radicem montis Oliueti vbi eſt hort⁹. Gethſemani interpretatur vallis pinguium: & loca & tẽpora plena ſunt figuris. Cum in monte orat, ſurſum nos habere cor in oratione docet. Cum in valle, & hoc in valle pinguium, docet in oratione humilitatem, & internæ pinguedinem dilectionis eſſe ſeruandam.

† Manete.

B Orantium diſpoſitio.

b *Et orem.* Proxima morte apte orat in valle pinguedinis, quia per humilitatem & charitatis pinguedinem pro nobis ſubijt mortem.

Tract. 35. in Matth.

⁂ Origenes. Non conueniebat vt ibi caperentur, vbi cum diſcipulis manducauerat paſcha; conueniebat autem prius quam proderetur, orare, & eligere locum mundum aptumque ad orationem.

Lib. 3. de fide cap. 24.

⁂ Damaſcenus. Cũ oratio ſit aſcenſus intellectus in Deũ, vel petitio decentium a Deo, qualiter Chriſtus orabat? Neque enim aſcenſione intellectus ad Deum indigebat. Sed formans in ſeipſo quod noſtrũ eſt, docuit nos a patre petere & ad ipſum extendi. Sicut enim paſsionẽ ſuſtinuit, vt triumphum nobis aduerſus eas victoriam tribueret, ita erat nobis viam faciens ad ipſam quæ ad Deum eſt, aſcenſionem.

C c *Cœpit contriſtari.* Non timore paſsionis, qui ad hoc venerat, ſed pro ſcandalo apoſtolorum & perditione impiorũ.

Hieronymus. Cœpit contriſtari, vt veritatẽ aſſumpti hominis probaret. Vere cõtriſtatus eſt, ſed nõ paſsio eius animo dominatur, verũ propaſsio eſt, vnde ait: cœpit cõtriſtari. D Contriſtatur autem non timore patiendi, qui ad hoc venerat, ſed propter infœlicem Iudam & ſcandalum apoſtolorum & eiectionem Iudæorum & euerſionem Ieruſalem.

d *Triſtis.* Anima eſt quæ timet, & triſtatur. Petrus inferior non timet dicens, animam meam ponam pro te: quia vt homo vim mortis ignorat. Chriſtus timet quia vt Deus in corpore conſtitutus fragilitatem carnis exponit, qui corpus ſuſcepit omnia debuit ſubire quæ corporis ſunt.

e *Vſque ad mortem.* Hilarius. Non propter mortem, ſed donec apoſtolos ſua liberet paſsione. Non mors ſed tẽpus mortis in metu eſt, quia E poſt virtutem reſurrectionis, fides eſt firmanda credentiũ.

* Damaſcenus. Naturales noſtræ paſſiones ſecundũ naturam & ſupra naturam fuerunt in Chriſto. Secundũ naturam enim, quia permittebat carni pati quæ propria, ſupra naturã autem, quia non præcedebant in eo voluntatem naturalis, nihil enim coactum in Chriſto conſideratur, ſed omnia voluntaria, volens enim eſuriuit, timuit, & contriſtatus eſt.

* Origenes. Triſtis eſt, &c. Q. d. Triſtitia cœpta eſt in me, non ſemper, ſed vſque ad mortem. i. tempus mortis, vt cum mortuus fuero peccato, moriar vniuerſæ triſtitiæ, cuius principium tantum fuit in me.

f *Et progreſſus puſillum, &c.* * Origenes. Petrum magis de ſe confidentem, & alios adduxit, vt videant cadẽtẽ in faciem, & orantem, & diſcant non magna, ſed humilia de ſe ſapere, nec veloces eſſe ad promittendum, ſed ſoliciti ad orãdum.

g *Si poſſibile eſt.* Hoc nõ pro timore, ſed ꝓ miſericordia, ne Iudęi qui excuſationẽ ignorãtiæ nõ habent, me occidãt, vñ ait iſte .i. populi Iudęorũ, nõ ſimplr calix: *Si poſ. eſt.* vt ſine interitu Iudęorũ credant Gẽtiles, paſſionẽ recuſo. Sin autẽ illi F excæcandi ſunt, vt gẽtes intrẽt, fiat. nõ mea, ſed tua volũtas.

*Non*

---

a Ex amore & ardore eodem.

tecum non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

a Non moueamini ſicut nec loco, ita nec mente.

a Tunc venit Ieſus cum illis in † villam quæ dicitur † Gethſe- 1 2

a Cuius oratio omnium redemptio. b Progreſſus parum. c Quibus ſecretiora manifeſtarat.

b mani. Et dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec vadam illuc 3 4

Ne putetur irrationalis anima Chriſti. Animalia mœrent ſed non norunt cur & quouſque triſtentur.

c & orem. Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi cœpit 5

a Pondus tribulationis. b A ſomno infidelitatis & torpore mentis, ne ingrauante diabolus obrepat.

d contriſtari & mœſtus eſſe. Tunc ait illis: † Triſtis eſt anima 6

a Vt humilitatem mentis habitu corporis oſtendat.

e mea vſque ad mortem. † Suſtinete hic, & vigilate mecum. 7

a Scilicet, vt me non moriente mors moriatur.

f Et progreſſus puſillum † procidit in faciem ſuam orans, 8

g & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me 9 †

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tunc ve. Ie.* Hic conſequenter oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem. Quod oſtendit tripliciter Chriſtus. Primo anxiando, ſecundo orando, ibi. *Et progreſſus puſillum.* tertio proditori occurrendo, ibi. *Ecce appropinquabit.* Circa primũ aduertendum, quod anxietas animi eſt paſſio cauſata ex apprehenſione magni mali de proximo imminẽtis impoſſibilis ad euadendum. Chriſtus autem videbat mortem acerbiſſimam ſibi de proximo imminentem & non euaſibilem, quia ſciebat hoc eſſe determinatum à Deo patre à cuius determinatione non poterat declinare cum non poſſet peccare. Iſta tamen neceſſitas libertatẽ arbitrij non tollebat. Igitur ex tali morte ſic imminente Chriſtus habebat materiam maximæ anxietatis. Item pars ſenſitiua non alleuiabatur à tali anxietate ex contemplatione diuinæ eſſentiæ ſeu promptitudine voluntatis, quæ erat in ſuperiori parte animæ, quia diuina virtute fiebat, vt ex ſuperiori parte animæ non fieret influentia in inferiorem, vt ſic eſſet ibi dolor partis ſenſitiuæ maximus ad noſtram redemptionem. Ex quo ergo ex tali anxietate Chriſtus non fugiebat ſed magis venit ad locum, vbi proditorem venturum ſciebat, oſtendit deſiderium ad noſtram redemptionem, & hoc eſt quod dicitur hic. *Tunc ve. Ie. cum il.* id eſt, diſcipulis ſuis.

2 *In vil.* Illa enim villa erat ſita in pede montis Oliueti & propter hoc dicitur Luc. 22. quod venit in montem Oliuarum. In fine etiam illius villę erat quidam hortus contemplationi aptus, & illuc intrauit Ieſus, vt dicitur Ioan. 18. & eſt vltra torrentem Cedron, vt dicitur ibidẽ, quia vallis Ioſaphat eſt inter media inter montem Oliueti & ciuitatem Ieruſalem, torrens autem Cedron currit per medium illius vallis, & ſic patet quod euangeliſtæ concordant de loco, licet ipſum diuerſimode nominent.

3 *Et dixit diſci. ſu. ſe. hic.* Hoc dixit octo apoſtolis, quia Iudas non erat ibi, & tres ſecum duxit, vnde ſequitur.

4 *Et aſſumpto Petro & duo. filij. Ze.* Iſti enim tres erant magis familiares ipſi Chriſto, & ad eius ſecreta magis admittebantur quam alij. Ratio autem tacta eſt ſupra 17.

5 *Cœpit contri. & mœ. eſſe.* Hoc fuit ad oſtendendum veritatem humanæ naturę. Et quod iſta triſtitia fuerit maxima, ſubditur.

6 *Triſtis eſt anima mea vſque ad mor.* Et poteſt li vſque accipi dupliciter. Vno modo intenſiue, quia tantum intenſa erat quantum poterat eſſe vt viſum eſt. Alio modo extenſiue, quia durauit vſque ad horam mortis.

7 *Suſtinete hic & vigilate me.* Tanquam amici ſpeciales qui debent in anguſtijs amicis aſſiſtere.

8 *Et progreſſus.* Hic oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem. quia per orationem offerebat ſpiritum Deo patri pro nobis. Quæ quidem oratio oſtenditur perfecta quia ſolitaria, cum dicitur. *Et progreſſus pu.* recedens aliquantulum à prædictis tribus apoſtolis: quia oratio eſt eleuatio mentis in Deum, quod melius fit quando homo eſt ſequeſtratus ab alijs. Secundo, quia humilis, quod notatur cum dicitur. *Procidit in faci. ſuam.* Tertio, quia deuota, cum dicit. *Pater mi.* Quarto, quia recta, quia noluit contraire prædeſtinationi diuinæ quod notatur cum dicitur.

9 *Si poſſi. eſt.* Sed voluntatem ſuã ſupponit voluntati diuinę di.

*Verum-*

---

## MORALITER.

1 *Tunc ve. Ie. cum il. in vil. quæ di. Gethſe.* Quæ interpretatur vallis pinguedinis. Remigius. Pulchre appropinquans paſſioni in valle pinguedinis oraſſe dicitur, vt demonſtraret quod per vallem humilitatis & per pinguedinem charitatis mortem pro nobis ſuſcepit. Moraliter etiam nos inſtruxit, vt non geſtemus cor aridum à pinguedine charitatis.

4 *Sedete hic dum vadam illuc & orem.* Chryſoſtomus. Conſuetudo illi erat ſine diſcipulis orare, hoc aut faciebat erudiens nos in orationibus quietem conſtituere, & ſolitudinem quærere.

† *Tranſeat à me calix iſte.* Hilarius. Pro his orat, qui poſt ſe paſſuri erant, di. *Tranſeat à me ca.* Id eſt, quomodo à me bibitur, ita ab eis bibatur, ſine differentia ſpei, metuque mortis.

*Sedete* *Verum-*

A a *Non ſicut ego volo.* Auguſt. Transfigurat in ſe ſuos, qui nihil aliud vult quam pater, vt ibi. *Eſuriui, & de.mi.man. Et quid me perſequeris?* Docet autem eos priuatam voluntatem corrigere & dirigere iuxta diuinam.

Ambroſius. Hominem quem veritate corporis demonſtrabat, æquabat affectu, vt diceret, Sed non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Suſcepit voluntatem meam, ſuſcepit triſtitiam meam. Confidenter triſtitiã nomino qui crucem prædico.

⁜ LEO PAPA. Diſcant hanc vocẽ omnes eccleſiæ filij vt cum aduerſitas alicuius tẽtationis violenter incumbit, ſeparato timore formidinis, accipiant tolerantiam paſſionis.

b *Vigilate.* * Origenes. Vigilat, qui facit opera bona, & qui ſolicite agit ne in aliquod tenebroſum dogma incurrat ſic enim vigilantis exauditur oratio.

c *Caro autem.* Non de ſe vtique hoc dicit, ſed de his qui dixerunt ſe nunquam negaturos.

d *Iterum ſecundo.* Secundo orat, id eſt, ſi non poteſt Niniue ſaluari aliter, niſi aruerit cucurbita id eſt, populus Iudæorum, qui prius fuit eius tabernaculum, vt me occidat.

e *Orauit ter.* Tribus vicibus orauit, vt & nos a præteritis peccatis veniam, & pœnitentibus malis tutelam, & futuris periculis cautelã oremus, & vt omnem orationem ad patrẽ, & filium & ſpiritum ſanctum dirigamus. Itẽ ſicut eſt trina tentatio cupiditatis, ita & timoris. Eſt.n. concupiſcentia carnis

C concupiſcentia oculorũ, & ambitio ſeculi. Eſt & timor mortis, & timor vilitatis, & timor doloris, contra quæ omnia docet nos debere muniri oratione. Vnde, & propter trinam tẽtationem paſſionis, poteſt intelligi dominus ter oraſſe. D

⁜ Chryſoſtomus. Quod ſecundo vel tertio orat, ex affectu, ſcilicet, humanæ infirmitatis, quo mortem timebat, certificat, quod vere factus eſt homo. Secundo enim vel tertio aliquid fieri, veritatis eſt maxime demonſtratio in ſcripturis. Vnde Ioſeph dixit Pharaon. *Quod vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinere, ſomnij firmitatis indicium eſt.* Hom. 38. in Matth.

f *Dormite.* Primo reuertens obiurgat, ſecundo ſilet, & tertio quieſcere iubet. Quia primo poſt reſurrectionem diffidentes reprehendit. Secundo, miſſo ſpiritu grauatos ad contuendam euangelij libertatem oculos viſitauit. Tertio, claritatis ſuæ reditu ſecuræ quieti eos reſtituit. *Dormite iã, & requi.* Hinc videtur repugnare quod connectit. *Ecce appropin.* Sed ſciendum poſt illa verba ſiluiſſe dominum, vt fieret quod promiſerat, et poſt ſecundũ Marcum intulit. Sufficit, quod iã requieuiſtis. Addidit que: *Ecce ap. Surgite eamus.* Vltro nos offeramus, non timentes inueniant, vt confidentiã & gaudiũ paſſuri videãt. E Mar. 14. e.

Poſtquam in hortum dominum cum diſcipulis ingreſſũ dixit Ioannes, non commemorat quid illic egerit donec traditor venit. Io. 18. e.

g *Cum gla. & fu.* Factum congruit mutatæ menti. Iã enim venit cum fuſtib. qui quãdiu cum pace fuit tranquillius ſe egit. De- F

a Quaſi in ſe reuerſus hoc dicit. b Humano affectu. c Docet humanæ voluntati voluntatem Dei præponi.

a calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. 1

a Præ triſtitia ſomnum vincere non poſſunt.

† Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & 2

a Quia præcæteris erat gloriatus, præ cæteris erat incrependus.

b dicit Petro: Sic, non potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigi

a Non, ne tentemini, ſed ne tentatione ſuperemini. Ideo orandum.

late, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidẽ 3

a Ad confitendum b Ad tolerandum. Quia nondum induci uirtute ex alto.

c promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundo abiit, & 4

Similiter.

d orauit dicens. Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, * niſi 5 6 ° tuae.

Vicina iam negatione.

e bibam illum, fiat voluntas tua. Et uenit iterum, & inuenit

a Languiſcebant enim eorum oculi vicina negatione.

eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis 7

illis, iterum abiit, & orauit tertio eundem ſermonem dicens. 8

Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis, Dormite † iam, & 9 † de cætero

Interpoſito aliquo ſilentio ait.

f requieſcite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tra- 10 11

detur in manus peccatorum Surgite eamus. Ecce appro- 12

pinquabit qui me tradet. † Adhuc eo loquente, ecce Iudas 13 † Mar. 14. e. Luc. 22. e.

vnus de duodecim venit. & cum eo turba multa cum 14

g gladiis, & fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotum & 15

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Verumtamen non ſicut eg.* Quinto, charitatiua, quia in agonia mortis poſitus dulciter ſuos diſcipulos viſitabat, vnde, ſequitur. *Et ve. ad di. ſu.*

2 *Et dicit Pe. Sic. &c.* Quaſi dicat, non oſtendis tantum feruorem facto, quantum verbo, Sequitur.

3 *Vigilate & ora.* Id eſt, vt non ſuperemini tentatione de proximo imminente, ſicut fuerunt poſtea ſuperati.

4 *Spiritus quidem.* Ad dicendum, ſcilicet, quod eſtis parati pro me mori, vt patet ex præcedentibus.

5 *Caro autem infir.* Ad ſuſtinendum imminentem tentationem Hoc autem dixit Chriſtus, quia apoſtoli dixerant ex magno ſpiritu potius mortem ſubire quam ipſum negare, cuius tamen contrarium fecerunt impulſu carnali.

6 *Iterum ſe. abiit.* Vbi iterat orationem, oſtendens quod oratio debet eſſe continua. Similiter iterat viſitationem diſcipulorum ſuorum, quia opera charitatis debent eſſe coniuncta orationi.

7 *Et relictis il.* Ter orationem replicat, ſicut ter fuerat tentatus, vt ſupra patuit. 4. ca, vt liberet nos primo a malis præteritis per veniam, ſecundo, a præſentibus per tutelam, tertio a futuris per cautelam. 8 *Tunc venit ad diſcipulos ſuos.* Ter diſcipulos viſitat, ſicut ter orat ratione prædicta. Et

9 *Et dicit illis.* Quaſi compationes eis propter tentationem de proximo eis imminentem.

10 *Dormite iam, & requieſcite.* Quaſi dicat parum poteritis hoc facere.

11 *Ecce ap.* Hic tertio oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem, quia non ſolum proditorem cum turba venientem expectauit, ſed etiam occurrit eis, vt habetur Io. 18. & hoc eſt quod dicitur hic. *Ecce apprepin. ho.* Poſtquam enim dixerat diſcipulis ſuis. *Dormite iam & re.* Vt dictum eſt, dimiſit eos aliquantulum quieſcere, poſtea cum ſciebat Iudam appropinquarem dixit eis Sufficit, ut habetur Mar. 14. e. & tunc euigilauit eos dicens. *Ecce appropinquabit hora.*

12 *Surgite eamus.* Obuiam, ſcilict, Iudæ proditori.

13 *Adhuc eo loquen.* Hęc eſt tertia pars principalis huius ca. vbi deſcribitur ipſius Chriſti traditi comprehenſio vbi tria deſcribuntur per ordinem. Primum, eſt ipſius Iudæ fraudulentia, ſecundum, eſt Chriſti patientia, ibi. Et ecce vnus, tertium, diſcipulorũ ignauia, ibi. Tunc diſcipuli. Circa primum dicitur ſic. *Adhuc eo loquen.* Scilicet, Chriſto cum diſcipulis ſuis.

14 *Ecce Iudas vnus.* Id eſt, principalibus Chriſti diſcipulis.

15 *Venit, & cum eo tur. mul.* Talem autem turbam adduxit ne forte alij credentes in Chriſtum ipſum vellent eripere. Sequitur. Qui

## MORALITER.

1 *Veruntamen non ſicut ego vo.* Leo papa, Hæc vox omnes fideles inſtruxit, omnes confeſſores accendit, omnes martyres coronauit. Nam mundi odia, tentationum turbines, perſecutores, & errores quis poſſet ſuperare, niſi Chriſtus in omnibus, & pro omnibus patri diceret. Fiat uoluntas tua?

4 *Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma. Iterum ſecundo abiit & orauit dicens.* Hilarius. Itaque quantum de ardore fidei confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus.

11 *Ecce apporpinquabit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet.* ORIGEN. Sed & nunc in manus peccatorũ Ieſus traditur, quando hi qui videntur in Chriſtum credere, habent eum in manibus ſuis cum ſint peccatores, ſed & quotieſcunque iuſtus habens in ſe Ieſum, in poteſtate traditur peccatorum.

a ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit eis ſignum, 1
b dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. †
a Impudens confidentia magiſtrum vocare, & oſculum iungere ei quem tradidit.
c Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue rabbi: Et oſcu- 2
Ironice. Vt ſupra. Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem.
latus eſt eum. Dixitque illi Ieſus: Amice: ad quid venisti? 3 4
Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenue- 5
Petrus eodem ardore mentis quo cætera, zelatus ſicut Phinees. 6
runt eum. † Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, exten- 7
d dens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum 8 9
principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait 10 †
Ceſſet vindicta, exhibeatur patientia, vt patientiam noſtros doceamus non vindictam.
illi Ieſus. † Conuerte gladium tuum in locum ſuum. † Om- 11
a Nam è contrario, Si omnes, tunc & Iudæi. b Exercuerint vindictam, ipſa vindicta erit eis cauſa perditionis.
e nes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An pu- 12
f tas, quia non poſſum rogare * patrem meum, & exhibebit mi- 13
hi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quo- 14
a Quibus eſt. Tanquam ouis ad oci. du. eſt, &c.
g modo ergo implebuntur ſcripturæ? Quia ſic oportet fieri. 15

A a *Dedit eis ſignum*. Putabat ſigna quæ viderat non diuinitus ſed magice facta, & quem in monte transformatum audierat, timebat ne tali modo nunc de manibus eorum liberetur, & ideo dabat ſignum.

b *Quemcumque oſcu.* Habebat adhuc aliquid de verecundia diſcipuli, cum nō eū palam traderet perſecutioribus, ſed per ſignum oſculi.

c *Et oſcu. eſt.* Suſcepit dominus oſculū, non quod ſimulare nos doceat, ſed ne proditionem fugere videatur, vnde: *Cum his qui oderunt pacem eram pa.*

Tract.35. in Matth. † Mar.14.e. Lucæ 22.e. Ioan.18.b.23. q.3. cap. pro membris & q. finali. & c. ſecundo & 24. q.1.c, ſi Petr. modo.

* Origenes. Ego puto quod omnes proditores veritatis, amare veritatem ſingentes, oſculo vtuntur. Omnes etiam hæretici ſicut Iudas, Ieſu dicunt, Rabbi. B Ieſus autem placabilia reſpondet, amice ad quid veniſti? Dicit enim amice, improperans ſimulationem. Hoc enim nomine neminem bonorum in ſcripturis cognoſcimus appellatum. Ad malum enim dicitur. *Amice, quomodo huc intraſti? Amice, non facio tibi iniuriam.*

* Raba. Exulta Chriſtiane, in cōmercio inimicorū tuorū viciſti, quod Iudas vendidit, & Iudæus emit, tu acquiſiuiſti.

Pſal. 119.2.

d *Seruum prin. ſa.* Myſtice. Seruus, eſt apoſtolus Iudeorum principibus ſacerdotum indebite mācipatus, qui in dn̄i paſſione dexteram autem, id eſt, ſpiritualem intelligentiā perdidit, ſiniſtra, ideſt, vilitate literæ cōtentus, non Petro tollēte, ſed diuino iudicio ablatam pandente, qua auris in his qui credere, maluerūt pietate Dei reſtituit. Vel auris amputata & ſanata ſignificat auditum ablata vetuſtate innouatū vt ſit in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literę, qđ cui datur a Chriſto, datur & regnare cū eo. Vnde bene Malchus dicit quod

C

quod eſt rex vel regnaturus. Quod ſeruus inuentus eſt pertinet ad vetuſtatem quę in ſeruitutē generat, ſed cum acceſſit ſanitas, figurata eſt libertas. Lucas addit, quod dominus tangens autem ſanauit, qui nec hoſtium pietatis obliuiſcitur.

e *Gladio per.* Gladio illo quo igneus vertit ante paradiſum, id eſt, diuinæ vindictæ, & gladio ſpiritus, id eſt, verbi Dei.

* Auguſtinus. Id eſt, omnis qui vſus fuerit gladio. Ille autem vtitur gladio qui nulla ſuperioritate, aut legitima poteſtate vel iubente vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur. Nam Dominus iuſſerat, vt diſcipuli eius ferrum ferrent, ſed non vt ferirent. Quid ergo indignum, ſi Petrus poſt hoc peccatum factus eſt paſtor eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Aegyptium factus rector & princeps ſynagogæ: Vterque enim non deteſtabili immanitate ſed emendabili animoſitate regulam exceſſit.

f *An putas quia, &c.* Quaſi dicat, non indigeo auxilio apoſtolorum duodecim qui poſſum habere duodecim legiones angelorum, in quibus ſunt. 72. milia quibus omnium gentiū lingua exprimitur. Innuit autem non eſſe verendum, ſi contra Ieſum omnes nationes inſurgant, cum multo fortiores ipſe habeat exercitus angelorum. Aliter. Hic numerus ſignificat omne genus hominum cum Romano imperio contra Iudæos certaturum. Hi ſunt angeli Dei, qui poſt reſurrectionem anno quadrageſimo ſecundo, cum Tito & Veſpaſiano perdiderunt homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccenderunt.

g *Sic oportet fieri.* * Chryſoſtomus. Non ſolum autem per hoc

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Qui autem tradidit eum, dedit eis ſignum dicens.* Hoc autem fecit ne loco Chriſti caperent Iacobum minorem qui erat ſimilis Chriſto in facie, propter quod dicebatur ſpecialiter frater domini. Sequitur.

2 *Et oſculatus eſt eum.* In quo apparet maxima Chriſti manſuetudo, qui non negauit oſculum proditori ſuo.

3 *Dixitque il. Ie. Amice.* Quaſi dicat, tu oſtendis amicitiam ſigno & agis proditionem de facto, quod patet ex hoc quod ſequitur.

4 *Tunc acceſſerunt.* Scilicet qui erant in comitiua Iudæ.

5 *Et manus iniecerunt in Ieſum.* Violentas quantum erat ex parte ipſorum.

6 *Et tenuerunt eum, &c.* Quando enim voluit tentus eſt, & non ante.

Chriſti patientia.

7 *Et ecce vnus.* Hic deſcribitur ipſius Chriſti patientia, & hoc pliciter, primo, facto ſecundo, verbo, ibi In illa hora. Patientia autem Chriſti facto oſtenditur in hoc quod diſcipulos ſuos prohibuit à defenſione eius, & hoc eſt quod dicitur. *Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu.* Iſte fuit Petrus, vt habetur Ioan. 18.

8 *Extendens manum, ex. gla. ſu.* Habebat enim duos gladios, vt habetur Luc. 22. d quos credo fuiſſe duos cultellos magnos quibus vſi fuerant in deciſione agni paſchalis.

9 *Et percutiens ſeruum princip.* Quem tamen ſanauit Chriſtus tactu ſuo, vt habetur Luc. 22. & in hoc adimpleuit quod prædixerat Mat. 5. g. *Benefacite his qui oderunt vos.*

10 *Tunc ait.* Prohibendo defenſionem armorum: Et ad hoc inducit multiplicem rationem. Prima ratio tangitur ibi.

11 *Omnes enim qui acce. gla.* Gladium enim accepit qui eo vtitur ad vindictam propria authoritate, & hoc eſt illicitum, gladio autem vtitur ſibi tradito qui eo vtitur ad punitionem malorum zelo iuſtitię ſicut principes qui auctoritatem habent à Deo quia in hoc princeps miniſter Dei eſt, vt dicit Paulus apoſtolus, & ſimiliter miniſtri ad hoc à principibus conſtituti. Secundam rationem alligat cum dicit.

12 *An putas.* Quaſi dicat, per aliā viā poſſem euadere, ſi vellē.

13 *Et exhib. &c. le. an.* Legio autem continet ſex milia ſexcentos ſexaginta ſex. Aduertendum tamen quod Chriſtus non dicit hoc propter hoc quod indigeret auxilio angelorum, ſed magis è conuerſo ipſi indigent ſuo auxilio, ſed vt oſtendat quod pluribus modis poterat euadere. Tertiam rationem aſſignat cum dicit.

14 *Quomodo ergo implebun. ſcri.* Scripturæ enim diuinitus reuelatæ loquuntur expreſſe de paſſione Chriſti, vt patet Iſa. 53. & Dan. 9 & in pluribus alijs locis quæ non implerentur niſi Chriſtus pateretur, quod eſt inconueniens, cum ſint deriuatæ à prima veritate, propter quod ſubditur.

15 *Quia ſic oportet fieri.* Quia ex quo aliquid eſt ſecūdū prædeſtinationē à Deo p̄dictū oportet illud impleri. Ibi eſt neceſſitas conſequentiæ

## MORALITER.

Sacerdotio libidini ſe abutentes inculpantur.

† *Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim, ac.* Hieronymus. Dic ſacerdos dic clerice quomodo eiſdem labijs deoſcularis filium virginis, quibus deoſculatus es filiam meretricis. O Iuda, oſculo filium hominis tradis. *Et ecce vnus.* Sequitur.

9 *Et percutiens ſer. prin. ſa.* Hieron. Populus Iudęorum ſeruus factus eſt impietatis & deuotionis ſacerdotum, dexteramque perdidit auriculam, vt literæ veritatem audiat in ſiniſtram.

† *Conuerte gla. tu. in lo. ſuo.* Rabanus. Oportuit vt auctor gratiæ fideles patientiam, ſuo doceret exemplo, & potius id ſuſtinendum aduerſa fortiter inſtrueret, quam ad vindicandum prouocaret.

a In illa hora dixit Ieſus turbis: † Tanquam ad latronem exi- 1
ſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere me: quotidie a- 2 3
pud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis. 4 5
a Promptum animum oſtendit ad patiendum, vt ſua paſſione afferat prophetarum dicta. b Tanquam ouis ad oc. ductus eſt.
Hoc autem tãtum factum eſt, vt adimpleretũr ſcripturæ pro- 6
Timorem mortis oſtendentes.
b phetarum. † Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. † At 7 8
Qui pontificatum illius anni precio ſibi acquiſierat ab Herode Romanorum principe, prius tamen ad Annam, vt Ioannes ait.
c illi tenentes Ieſum duxerunt ad Caipham principem ſacer- 9
a In hoc diuerſus à cæteris.
dotum, vbi ſcribæ & ſeniores conuenerant. † Petrus au- 10 11
a Hoc eſt deuotionis. b Hoc timoris naturæ eſt. quod negat, obreptionis eſt, quod pœnitet fidei eſt.
d tem ſequebatur eum à longe vſque ad atrium principis ſa- 12 13
a Per diſcipulum notum pontifici. b Expectans, vel amore diſcipuli, vel humana curioſitate.
cerdotum. Et ingreſſus intrò ſedebat cum miniſtris, vt vi- 14 15
a Quid iudicaret pontifex de Ieſu.
deret finem. † Principes autem ſacerdotum & omne conſi- 16
lium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eũ morti 17 18
a Quia non erant vt Marcus ait conuenientia teſtimonia.
traderent. Et non inuenerũt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. 19 20
e Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes & dixerunt: Hic 21 †

hoc timorem diſcipulorum euacuat, ſed etiã per hoc quod ſcripturas in medium introducit.

a *Exiſtis cum gla.* Stultum eſt cũ gladijs & fuſtibus quærere eũ qui vltro ſe tradit, & in nocte per proditorem inueſtigare quaſi latitantẽ, qui quotidie in templo docebat. Sed in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra in tenebris.

* Remigius. Ac ſi diceret. Latronis officium eſt nocere, & latitare: ego vero nemini nocui ſed plures ſanaui, & in ſynagogis ſemper docui.

b *Tunc di. om. re.* Sicut Petrus qui negationẽ lachrimis abluit, & confeſſione Dei funditus extirpauit, recuperationẽ eorum ſignificat qui in martyrio labũtur. Ita cæteri qui fugerunt, cautelam fugiendi docẽt eos qui minus idonei ſunt ferendis aduerſis; quibus tutius eſt latere, quam ſe diſcrimini committere. Ita etiã adoleſcens, qui ſecũdum Marcum relicta ſyndone nudus profugit, illorum opus & animum deſignat, qui vt ſecuriores ſint, oĩa quæ in mũdo habent abijciunt, & Deo potius famulari nudi quam hærendo mundi rebus, materiã tentandi & a Deo reuocandi dare didicerũt. Iuxta exemplum Ioſeph, qui relicto adulteræ pallio, maluit nudus Deo quam indutus meretricis cupiditatibus ſeruire. D

c *Ad Cai.* Conuenit nomen actioni. Caiphas, id eſt, inueſtigator vel ſagax ad implendam, ſcilicet doli ſui nequitiam. Vel vomens ore, quia impudens ad proferendũ mendaciũ, & ad petendum homicidium.

† Mar. 14. f. e. Luc. 22.

d *A lon.* Merito a lõge, qui in proximo fuerat negaturus, ſignificat eccleſiã imitaturam paſſionem Chriſti longe differenter, quia eccleſia patitur ꝓ ſe ſed Chriſtus pro eccleſia.

† Mar. 14. f. Luc. 22. f. Ioan. 18. c. Gen. 39. c.

e *Duo falſi teſtes, &c.* Quia non eo ſenſu quo dominus, qui dixit de templo corporis ſui: ſed in verbis quibuſdã additis vel mutatis quaſi iniuſtã calumniam faciunt. Dominus dixerat. *Soluite templũ hoc* Cõmutant. Ego diſſoluam templum hoc manufactum. Vos inquit, ſoluite non ego: quia non eſt licitum vt nobis mortem inferamus. Item dominus dixerat. Et ego ſuſcitabo, qđ de animali templo dicitur. Illi inuertunt. Aliud manufactũ ædificabo, vt proprie de templo Iudaico dictum videatur.

† Mar. 14. f. Luc. 22. f. Ioan. 18. c. E

Ioan. 2. d.

⁂ Chryſoſt. Non adduxerunt in mediũ accuſationẽ de ſolutione ſabbati, quia multoties eos ſuper hoc confutauerat. Hom. 38. F

☞ *Tu dixiſti.*

## NICOLAVS DE LYRA.

conſequentiæ non tamen conſequentis: quia diuina præordinatio non tollit contingentiam a rebus.

1 *In illa ho.* Hic oſtenditur Chriſti patientia verbo, quia nõ impatienter, ſed rationabiliter alloquutus eſt turbam ipſum comprehendentem.

2 *Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere me.* Quaſi dicat, ſine cauſa feciſtis hoc, cuius rationem aſſignat di.

3 *Quotidie.* Id eſt, frequenter.

4 *Apud vos.* Id eſt, in loco in quo habetis poteſtatem.

5 *Sedebam.* Pacifice & ſine armis, quaſi dicat, tunc potuiſtis me comprehendere. Sequitur.

6 *Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum.* Quia ſcriptũ erat de eo, quod tractaretur ſicut malefactor & latro, Iſa. 53. d. Cum ſceleratis reputatus eſt.

7 *Tunc diſci.* Hic deſcribitur diſcipulorum Chriſti ignauia. Primo omnium in generali, cum dicitur. *Tunc diſci. om. reli. eo.* Id eſt, Chriſto magiſtro ſuo.

8 *Fuerunt.* Timore perterriti, & dimiſerunt magiſtrũ ſuum ſicut latronem deduci, propter quod ſequitur.

9 *At illi te. Ie. du. eum ad Cai.* Licet enim primo fuerit ductus ad Annam, vt dicitur, Ioan. 18. tamen Matthæus de hoc nõ facit mentionem, quia non fuit ibi ductus niſi ꝑ quandam reuerentiam, quia erat ſocer Caiphæ, vt ibidem dicitur.

10 *Vbi ſcribæ.* Id eſt, legiſperiti.

11 *Et ſeniores.* i. iudices ordinarij, vt viſum eſt ſupra. ca. 15.

12 *Conuenerant.* Ad examinandum & iudicandũ Chriſtũ.

13 *Petrus autem.* Hic ponitur ignauia Petri in ſpeciali, cum dicitur quod.

14 *Sequebatur eum a lon.* Quia timebat ne perciperetur eius eſſe diſcipulus. Sequitur.

15 *Et ingreſ. in.* Qualiter aũt ingreſſus fuerit dr̃ Io. 18. f. per impetrationem alterius diſcipuli, qui erat notus pontifici.

16 *Vt videret finem.* Licet aũt non auderet Chriſtũ confiteri ſeu defendere, tñ volebat videre, quid finaliter fieret de eo.

17 *Principes.* Hæc eſt quarta pars principalis huius cap. in qua deſcribitur ipſius Chriſti apprehẽſi illuſio, vbi quatuor tangũtur per ordinem. Primum eſt eius accuſatio maligna per falſos teſtes, ſecundum, accuſati iniuſta cõdemnatio per malos iudices, ibi. Et ſurgens, tertiũ cõdemnati vituperatio per malignos apparitores, ibi. Tunc expuerunt, quartũ Petri negatio per tres vices, ibi: Petrus aũt ſedebat. Circa primũ dr̃ ſic. *Principes au. ſa.* Quia verum non poterant inuenire.

18 *Vt eum mor.* Per Pilatum præſidem, quia ipſi non habebant altam iuſtitiam.

19 *Et non inue.* Vnde poſſent eum accuſare tanquam dignum morte coram Pilato.

20 *Cum multi fal.* Ad id quod dictum eſt procurandum.

21 *Nouiſſime au. ve.* Sed quæritur quõ iſti dicuntur falſi teſtes, quia Ioan. 2. d. ſcribit quod Chriſtus dixit Iudæis. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quod vr̃ idem eſſe cum eo quod hic dicitur. Dicendum, quod illa verba quæ dixit Chriſtus Ioan. 2. intelliguntur de templo corporis ſui, vt ibidem dicitur, & hoc ſonant verba ibidem poſita, quia dixit ibi. Soluite templum hoc, non præcipiendo eis, ſed prædicendo eis, quid eſſent facturi diſſoluẽdo corpus eius: quod erat templum ſpirituale Dei, vnde ſenſus eſt. Soluite id eſt, ſoluetis corpus meum per mortem quã mihi inferetis, vnde ſequitur ibidem. Et in tribus diebus excitabo illud. Excitare. n. eſt a ſomno mortis reuocare quod non cõpetit tẽplo materiali ſed tẽplo ſpirituali. ſ. ſuo corpori. Iſti aũt teſtes loquebantur ac ſi de tẽplo materiali Chriſtus intellexiſſet, cũ dicebat, in tribus diebus reædificabo illud, quia reædificare proprie reſpicit tẽplũ materiale. Itẽ, Non dixit deſtruã, vel poſſum deſtruere, vt ipſi imponunt, ſed dixit. *Soluite.* Id eſt, ſoluetis mihi mortẽ inferendo: prædicens mortem ſuã & reſurrectionem, vt patet ex prædictis. Et ſic patet, ꝙ iſti teſtes mutauerunt verba eius & ſententiã, in quo apparet falſitas eorũ. Dato etiam, ꝙ bene repetiſſent verba eius & ſententiam, tñ poſſunt dici falſi teſtes alia ratione. ſ. ex falſa intentione, quia intendebant procurare mortem innocentis.

*Et ſurgens*

## MORALITER.

7 *Tunc diſci. omnes relicto eo fugerunt.* Sicut prædixerat eos ſcandalum paſſuros.

† *Hic dixit, poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.* Hieronymus. Falſus teſtis eſt qui non eodem ſenſu dicta proponit Saluator dixerat: *Soluite templum hoc.* Iſti cõmutant & aiunt: *Poſſum deſtruere templum Dei.* Item dixerat: & excitabo illud, quo eſt viuentis corporis, & non lapidei.

*Ieſus*

A a *Tu dixiſti.* Marcus: Ego ſum, quod idem eſt: Et eſt ſimilis contra Pilatum & Capham reſponſio, vt a propria ſententia condemnentur.

Mar. 14. f
Phil. 2. c

b *Filium hominis.* Me in forma quam iudicatis exaltatum, & habentem nomen quod eſt ſuper omne nomen.

D Velauerunt enim faciem eius ſecundum Marcum, non vt eorum ſcelera non videat, ſed vt a ſeipſis gratiam cognitionis eius abſcondant. Sicut velum fuit ſuper faciem Moyſi, quod vſque hodie manet.

f *Pe. vero.* * Hieronymus. Foris ſedebat, vt videret exitum rei, & non appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpicio naſceretur.

* Chryſoſtomus. Qui quando magiſtrum captum vidit, ita efferbuit vt gladium euaginauerit, & auriculam abſciderit, quando contumelias Chriſti audiuit, negator efficitur & vilis puellæ minas non ſuſtinet.

E g *Vna ancilla.* Cur prima ancilla prodit cum viri magis poterant cognoſcere niſi vt iſte ſexus oſtẽdatur in necem domini peccaſſe, & per paſſionem redẽptus. Et ideo, mulier prima reſurrectionis myſteriũ accepit, & mandata cuſtodiuit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem. Sicut per fœminam hoſtis antiquus primum parentem ſeduxit, ita per mulierem ad magiſtrum negandum quem Chriſtum filiũ Dei confeſſus fuerat, principem eccleſiæ compellit. F

dixit: † Poſſum deſtruere templum Dei, & † poſt triduum 1
a Motu corporis indicat inſaniam mentis. b Iratus quia non inueniebat calumniæ locum.
reædificare illud. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: 2
Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur?
a Sciens vt Deus, quidquid reſpondiſſet torquendum in calumniam.
Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: Ad- 3
iuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius
a Didiciſti in lege. b Quamuis vt hominem condemnatus tamen dico.
Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. † Veruntamen dico vobis a- 4
a b modo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis 5
a Ad iudicium in nube vel mirabiliter operantem in ſanctis.
Dei, & venientem in nubibus cœli. † Tunc princeps ſacer- 6
c dotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. Quid ad- 7
huc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam. * Quid
a Quia cum blaſphemum putauerunt, ideo morti addixerunt.
vobis videtur? At illi reſpondentes, dixerunt: Reus eſt mor-
a Significat eos qui gratiæ eius præſentiam reſpuunt. b Colaphis cædunt, qui honores ſuos præferunt.
d tis. † Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæcide- 8
a Significat eos qui eum veniſſe negant tanquam præſentiam eius à ſe repellentes. Alias alapas. 9
runt. Alii autem palmas in faciem eius dederunt: dicentes
e Prophetiza nobis Chriſte. Quis eſt qui te percuſſit? Pe- 10
f a Non appropinquabat Ieſu ne miniſtris aliqua ſuſpicio orietur. 11
g trus vero ſedebat foris in atrio. Et acceſſit ad eum vna an- 12

c *Scidit ve.* Furor, qui fecit de ſolio ſurgere, facit & veſtem ſcindere. Magno myſterio, cum veſtis domini nec a militibus ſcindi potuit. Significat enim ſacerdotum eorũ pro ſceleribus pontificatum eſſe penitus ſoluendum: Sed ſoliditas eccleſiæ (quæ veſtis Dei dicitur) vſq; in finem ſeculi indirupta manebit. B

† Mar. 14. f
Ioan. 2. d
Ioan 19. d

Mos eſt Iudæorũ cum aliquid blaſphemiæ audiunt, ſcindunt veſtimenta. Quod Paulus & Barnabas fecerũt in Lycaonia, cum dicti ſunt Iupiter & Apollo.

Act. 14. b
† Mar. 14. c
Luc. 22. g

d *Tunc expue.* Sicut tunc conſputus eſt ſaliuis infidelium, ita nunc opprobrijs exhonoratur falſorum fidelium, & colaphis id eſt blaſphemijs eorundem cæditur.

e *Prophetiza.* Dicunt contumeliam ei, qui ſe prophetam haberi voluit à populis.

C Velauerunt Exeunte

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſurgens princeps ſacer.* Hic conſequenter oſtenditur qualiter Chriſtus condemnatus eſt per malos iudices. Dicit ergo ſic. *Et ſurgens princeps ſacer.* Ex impatientia ſurrexit de tribunali, quia non inueniebat vnde poſſet iuſte Chriſtus condemnari.

2 *Ait illi. Nihil reſpondens ad ea quæ iſti aduerſum te.* Quia ea quæ contra Chriſtum dicebantur, erant falſa, & reſponſione indigna, ideo nolebat reſpondere. Item, quia volebat adimplere illud quod de ipſo ſcriptum erat Iſa. 53. c. *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperuit os ſuum.* Sequitur.

3 *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu.* Ad hoc autem reſpondet Chriſtus propter reuerentiam diuini nominis inuocati dicens.

4 *Tu dixiſti.* Supple veritatem, quod patet ex ſequentibus.

5 *Veruntamen dico vobis, amodo videbitis.* Quia in iudicio extremo ſic videbitur ab illis qui eum iniuſte condemnauerunt. Dicit igitur amodo, quia à tempore ſuæ paſſionis eum vlterius non viderunt.

6 *Tunc princeps.* Iſte erat mos Iudæorum, ſcindere veſtimenta in ſignum doloris quando audiebant blaſphemiam diuini nominis. Hoc autem imponebat princeps ſacerdotum Chriſto, propter quod ſubditur.

7 *Blaſphemauit.* Propter quod ipſe & alij aſſiſtentes iudicauerunt eum dignum morte, cum tamen diceret veritatem, vt patet multipliciter ex prædictis in hoc euangelio.

8 *Tunc expuerunt in fa.* Hic conſequenter oſtenditur qualiter Chriſtus fuit turpiter vituperatus per malignos apparitores, & hoc dupliciter, primo facto, cum dicit. *Expuerunt in faciem eius.* Tanquam in hominem peſtiferum & dignum morte. Mos enim erat Iudæorum ſuper tales ſpuere in contemptum.

9 *Et colaphis eum ceciderunt.* Sine cauſa percutiendo, & vituperando eum. Secundo, verbo dicentes.

10 *Prophetiza.* Quaſi dicat, tu es falſus propheta.

11 *Petrus vero ſedebat foris in atrio.* Hic oſtenditur qualiter Chriſtus fuit negatus a ſuo diſcipulo per tres vices. Primo ſimplici verbo, ſecundo cũ iuramento, tertio, per deteſtationem cum iuramento. Id eſt, per execrationem quod eſt qñ aliquis non ſolum iurat per Deum ſed etiam imprecatur ſibimet aliquod malum, niſi id quod dicit ſit verum. Dicit igitur: *Petrus vero ſedebat foris in atrio.* Non enim Petrus erat ſimpliciter extra domum, ſed erat extra locũ, vbi Chriſtus illudebatur in quodam atrio in quo erat ignis accenſus in medio, ſecundum quod dicitur Lucæ 22.

12 *Et acceſſit ad eum vna ancilla.* De iſtis negationibus Petri videntur euangeliſtæ diuerſimode ſcribere maxime de ſecunda & tertia, quia de ſecunda dicitur hic, quod fuit ad vocem ancillæ. Lucas autem dicit quod fuit ad vocem hominis. Ioannes autem dicit quod fuit ad vocem plurium. Similiter de tertia dicit Ioannes, quod fuit ad vocem vnius qui erat cognatus illius cuius Petrus abſcidit auriculam. Matthæus autem hic dicit, quod fuit ad vocem illorum qui ſtabant. Dicendum igitur quod principalis intentio euangeliſtarum erat negationem trinam Petri exprimere, & in hoc conueniunt omnes euangeliſtæ. Exprimere aũt perſonas accuſantes Petrum, non erat principalis intentio eorum, ſed tantum ex accidenti. Tñ non contrariantur in hoc quia veriſimile, quod multi ad illa verba concurrebant circa Petrum, & conſimilia verba proferebant ipſum accuſando, & ſic unus euangeliſta unam perſonam nominat, alius aliam, unam uel plures, nec eſt ibi falſitas, ratione dicta. Videtur autem ſecundum ueritatem hiſtoriæ, quod prima negatio ſit facta ad uocẽ hoſtiariæ principaliter. Secunda ad uocem illorũ qui ſtabant ad ignem, fuerunt tamen excitati ab alia ancilla, propter quod Matthæus illam exprimit hic & de alijs tacet. Quod autem hic dicitur quod facta eſt Petro exeunte ianuam intelligendũ eſt ſe diſponente ad exitum, quia adhuc erat prope ignem ut dicit Ioãnes ſed timens ne perciperetur exire. Tertia autem negatio facta eſt multis eum accuſantibus, inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus abſcidit auriculam, propter quod exprimit illum Ioannes de alijs tacendo. His dictis litera patet uſque ad illum locum.

Nam

## MORALITER.

† *Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi.* Auguſtinus. Ex hoc autem loco diſcimus calumniantium & falſorum teſtium voces, vt nec reſponſione dignas habeamus, maxime vbi maius eſt libere fortiterque ſuſtinere, quam defendere ſine ullo profectu.

7 *Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eum.* Auguſtinus. Per hoc ſignificauit eos qui præſentiam gratiæ eius reſpuunt.

Et tanquam

a *Exeunte au.* Hic Marcus adimplet quod iſte breuitatis cau ſa omiſit. *Exijt inquit foras ante atrium & gallus cantauit.* Quo re uerſo, in atrio fit negatio. *Exeunte autem.* In hac ſecūda negatione a duobus cōpellit'. Ab ancilla, vt ait Matthæus & Marcus & ab alio vt ait Lucas dicēs. Et poſt puſillū ait alius. Et tu de illis es. In hoc puſillo exijt, & reuerſus ſtans ad focū, vt Ioānes ait: Iterū negat. *Exeunte autem illo.* Id eſt cum exiret, hoc eſt, cū exurgeret vt exiret, animaduertit eum ancilla, & dixit his qui circa ignem erant. Quibus rediēs iurat Petrus. *Non noui hominem.* Id eſt, nō ſum eius diſcipulus, in quo & ipſe Chriſtum negauit. Nota primum ait. Neſcio quid dicis. Secundo, cum iuramento negauit. Tertio cępit deteſtari & iurare, quia nō nouiſſet hominem, quia perſeuerare in peccato dat incrementum, & qui minima ſpernit, cadit in maiora.

b *Non noui ho.* Quod noxia prauorum colloquia, quæ cogunt Petrum negare Chriſtum, uel hominem ſe noſſe, quē confeſſus eſt inter diſcipulos Dei filium?

c *Qui ſtabant.* Ioannes & Lucas unum dicunt cognatum Malchi. Sed uel eſt plurale pro ſingulari. Vel unus erat qui eum uiderat, & præcipue dicebat, quem ſecuti cæteri ſimiliter arguebant.

d *Et continuo gal. can.* Poſt tertiā negationem ſequitur gallicantus. Sacramenta rerū, per ſtatū temporum deſignantur. Media nocte negat in gallicantu pœnitet, poſt reſurrectionem ſub luce quem ter negauerat ter ſe amare profeſſus eſt. Quia quod in tenebris obliuionis errauit, ſperatæ iam lucis rememoratione correxit: & eiuſdem veræ lucis pœnitentia plene quidquid nutauerat erexit.

a Quia manifeſtare ſe expauit qui adhuc nolebat mori.

cilla, dicens: † Et tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit co- †
a ram omnibus; dicens: Neſcio quid dicis. Exeunte autem il-

Cum quibus calefaciebat ſe Petrus.

lo † ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi. Et

a Ab illis inquiſitus quibus ancilla propalauerat.

hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iura-

a Lucas ait quaſi facto interuallo vnius horæ.

b mento, quia non noui hominem. Et poſt puſillum acceſſe-
c runt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es:

Ieroſolimitæ & Galilæi æque ſunt Hebræi vnius linguæ, ſed quæque prouincia habet ſuum ſonum.

† Nam & loquela tua manifeſtum te facit. Tunc cœpit dete- 1
d ſtari & † iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuo gal- 2

a Reſpiciente ſe domino.

e lus cantauit: † Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod di- 3 4

a Vt haberet liberum locum flendi.

f xerat: priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare.

Myſtice. Gallus aliquis doctor eſt, qui ſomnolentos increpans, ait. Euigilate iuſti & nolite peccare. Quod Petrus ante primum gallicantum negat, eos ſignificat qui Chriſtum ante reſurrectionem Deum non putauerunt eſſe morte, eius turbati. Quod bis ante ſecundum gallicantum negat, illos ſignificat, qui nunc in illo ſecundum hominem vel ſecundū Deum in vtraq; ſubſtantia errāt, & ideo veritatem negāt. Primus gallicantus, eſt domini reſurrectio in ſeipſo. Secundus, eſt eiuſdem in corpore eccleſiæ.

e *Recordatus eſt.* In alio Euangelio dicitur: *Reſpexit dominus Petrum, & intuitu prouocauit ad lachrymas.* Quaſi in mentem ei reducens quoties negauerat, & quod ei prædixerat, nec potuit in tenebris permanere, quem lux mundi reſpexit. Luc. 22. g.

f *Et egreſſus.* Ab impiorū cōſilio ſeclusus culpā lauat, q. nō intus. Ob hoc hęſitare permiſſus eſt, vt i eccl'ę principe remediū pęnitētię cōderet, & nemo auderet de ſua uirtute cōfidere.

Leo Papa. Fęlices ô Apoſtole, lachrymę tuę, quę ad diluēdā culpā negationis uirtutem habuere ſacri baptiſmatis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Nam & loquela, &c.* Licet enim lingua Hebræa ſit vna, tamen aliquo modo variabatur ſecundum diuerſitatem prouinciarum, & ideo illi de Galilæa aliter loquebantur aliquo modo quam illi qui erant de Ieruſalem ſicut lingua gallica eſt vna & tamen aliter loquuntur illi qui ſunt de Picardia quam illi qui habitant Pariſius, & per talem varietatem poteſt percipi, vnde aliquis ſit oriundus. Sequitur.

2 *Tunc cœpit de. &c.* In hoc ſignificatur iuramentum per execrationem.

3 *Et re. eſt Pe.* Dominus enim reſpexit Petrū, vt dicitur Luc. 22. g. Et ex hoc Petrus recordatus eſt de verbo Chriſti, quod dixerat eum negaturū & ad pęnitētiam reductus eſt, vnde ſequit'.

4 *Et egreſ. foras, &c.* Et ex tunc Petrus traxit in conſuetudinē, vt à primo gallorum cantu vſque ad horam matutinam ſtaret in oratione flens pro iſta negatione, vt habetur in Itinerario Clementis.

MORALITER.

Et tanquam colaphis eum cædunt qui ei ſuos honores præferunt. Et palmas in faciem eius dant, qui ſuperbia cæcati eum non veniſſe affirmant.

† *At ille ne. &c.* Rab. In hac autem negatione Petri diſcimus non ſolum negare Chriſtum, qui dicit eum Chriſtum non eſſe, ſed qui cum ſit, ſe negat eſſe Chriſtianum.

ADDITIO.

*In cap. 26.* Vbi dicitur in poſtil. *Prima autem die azymorum, &c.* Iſta dies fuit feria quinta.

Ad declarationem temporis cęnæ domini circa quod non ſolum inter græcos & latinos, ſed etiam inter ſanctos doctores diuerſitas non modica inuenitur, olim quandam formaui quæſtionem, quam in hoc loco ſuper addere decreui, cuius tenor talis eſt. Vtrum quinta feria in qua Chriſtus cum diſcipulis, paſcha manducauit fuit. 14. luna primi menſis, in qua agnus paſchalis ſecūdum legem immolari debuit. Et videtur primo quod ſic. Mat. 26 b. legitur quod prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. *Vbi vis pa. tibi paſ. &c.* Sed prima dies azymorum. Vel eſt. 14. luna in cuius ſecūdis veſperis immolatur agnus qui cum azymis comedebatur. Vel. 15. luna quæ erat prima dies ſolemnitatis azymorum. Sed in propoſito non eſt 15. luna. Nam ſi ſic, nec Chriſtus paſcha comediſſet in tempore debito, nec in tempore à lege præfigurato fuiſſet paſſus, quorum vtrumque eſt valde inconueniens in propoſito, patet conſequentia, quia ſic comediſſet paſcha in 15. & fuiſſet paſſus in 16. ergo prima die azymorum prædicta eſt 14. luna. Præterea Mar. 14. *Prima die azymorum quando paſcha immolatur, dicūt ei diſ. &c.* Vbi expreſſe habetur, quod in † propria die immolationis agni Chriſtus paſcha comedit, quod eſt propoſitum, nam illa ſolum eſt, 14.

Præterea Luc. 22. a. *Venit ante dies azym.* In qua neceſſe erat occidi paſcha & miſit Petrum & Ioannem, &c. ſed nulla dies eſt in qua neceſſe ſit occidi paſcha, niſi. 14. luna, vt patet Exod. 12. & Num. 9. & in alijs quam plurimis locis, ergo propoſitum.

Idem patet per Chry. ſuper Mat. dicentem quod vſque ad vltimum diem non fuit Chriſtus contrarius legi. Quod fuiſſet ſi paſcha comediſſet non tempore debito ſecundum legem.

Idem patet per Hieron. dicentem expreſſe, quod Chriſtus cęnam fecit. 14 Sed ad oppoſitum arguit ſic: Sexta fe. in qua Chriſtus fuit paſſus erat luna. 18. ergo fe. quinta immediate præcedens erat luna. 13. Conſequentia patet de ſe, & antecedens habetur Ioan. 18. e. vbi dicitur quod Iudæi non introierunt prætorium pilati, vt non contaminarentur, ſed manducarent paſcha. Sed cum paſcha manducari non poſſit legitime, niſi. 14. luna, ſcilicet, ſecundis veſperis, vt Exo. 12. ergo dies paſſionis Chriſti fuit 14. luna quod fuit aſſumptum. Nec conſonum videtur quod manducare paſcha in loco euangelij allegato intelligatur de cibis paſchalibus, ſcilicet de azymis, prout videtur ſentire Chryſoſt. quē ſequi. S. Tho. & etiam aliqui moderni gloſſatores. Tum quia licet paſcha cum azymis debeat comedi, nuſquam tamen legitur quod azyma nec agreſtia dicantur paſcha nec è contra. Tum quia azyma poterant comedi etiam ab immundis, cuius contrarium non legitur in aliquo loco vbi agatur de hac materia in ſacra ſcriptura. Quod etiam conſuetudo Hebræorum hodierna teſtatur, quia licet profitentur ſe eſſe immundos & contaminatos iſto tempore (cum careat legitima aſperſione cineris vitulæ rufæ de qua Num 19. comedūt tamen hodie azyma & agreſtia in paſcatis tempore, non curantes de contaminatione.

Item Ioan. 19. expreſſe dicit. *Erat autem para. paſchæ, &c.* Cum enim paraſceue alicuius feſti idē eſt quod pparatio ad illā diē & nō dicit paraſceue ſabbati, ſed paſchæ, manifeſte oſtendit, qd' in illa

illa die paſcha ſperabatur quod propoſitum.
A Item ſi ſexta fer. in qua eſt Chriſtus paſſus fuiſſet. 15. ſequeretur
ꝙ res non correſponderent propriæ figuræ, ꝙ eſt valde inconue
niens in hac materia. Nā cū agnus Paſchalis nihil aliud figura-
bat niſi paſſionē Chriſti, ad cuius agni immolationē ſola. 14. luna
erat tempus determinatū, intantū quod impediti a comeſtione
agni pp euentum contaminationis, non poterāt defectū ſupple-
re in 15. ſequenti, nec in alia quacunque, ſed in 14. luna menſis
ſecundi, vt hr̄ Num. 9. ergo nullo mō dicendū vr̄, ꝙ e principa-
liter figurata eſſet in 15. luna, vnde & idē Chryſoſt. expreſſe di-
cit, Chriſtū reſeruaſſe ſuā occiſionē ſextæ feriæ, qn̄ verus paſcha
fiebat. Nec vr̄ rōni conſonū quod Remigius & alij doctores di-
cunt, ſ. quod Chriſtus fuit ligatus & tentus in 14. in veſperis, &
quod tunc inceperunt paſſionis exordia. Nā immolatio Chriſti
propria nō fuit niſi in ara crucis, vt cōis doctrina eccleſiæ teſtat̄.
Itē feria ſexta in qua Chriſtus fuit paſſus, non fuit celebris nec
ſolēnis in obſeruantia Hebræorū, ergo non fuit 15. luna menſis
primi, conſequentia patet, nā Exod. 12. de eadē die, ſ. 15. legitur.
*Dies prima erit ſancta ac ſolēnis nihil operis facietis in ea, exceptis his
quæ ad veſcendum pertinent.* Ex quibus verbis manifeſte elicitur ꝙ
quicquid operis prohibetur in ſabbato, eſt prohibitū in 15. luna
primi menſis, exceptis his quæ ad veſcendū pertinent. Sed aſſum
ptū probatur, nā multa fecerunt Hebræi in eadē ſexta feria, quæ
nullo modo licebant fieri in ſabbato, nec in tali ſolēnitate, vide-
licet accuſare, flagellare, teſtes prçſentare, examinare & ſenten-
B tiam diffinitiuā ferre, quæ oīa exercuerunt circa perſonā Chriſti,
vt euangeliſtæ teſtant̄. Quæ quidē iudicialia ēt apud nos in ſolē-
nibus diebus feſtiuis ſunt illicita, multo magis apud eos qui ni-
mis literalizant. Itē angariauerunt patrē Alexādri & Rufi. Mar.
15. quod eſt manifeſte, prohibitum in diebus feſtiuis præſertim
extra ciuitatem, Iere. 17. quod licet de ſabbato dicat, idē tn̄ eſt de
prima die ſolēnitatis paſchalis, vt dictū eſt. Nec eſt dicēdū ꝙ hoc
cōmiſiſſent ex odio Chriſti, nam ipſi tenebantur iuſtificare facta
ſua, & per legē moſaicā ea reuelare, dicentes. *Nos legē habe. &c.*
Præterea veritas aſſumpti patet expreſſe in ſepultura Chriſti,
Fuit. n. ſepultus per Ioſeph ab Arimathia & Nicodemū qui iuſti
erant, & nullo modo quod non liceret in tpe ſolemni feciſſent,
vnde ſuper illud Io. 19. ibi. *Propter paraſceue Iudæorū, quia iuxta
erat monumentū, &c.* Aug. Acceleratam vult intelligi ſepultura
ne aduesperaret, qn̄ iam facere aliquid non liceret, Sed conſtat
quod ſi feria ſexta fuiſſet 15. luna, ſic erat illicitum in eadē ſepe-
lire ſicut erat in ſabbato, hoc idē patet Luc. 23. quia dies erat pa-
raſceue, & ſabbatū illuceſcebat. Ex quo vr̄, ꝙ ſepultura illa licita
erat in ſexta feria, nō tn̄ in die ſabbati. Ex quo patet ꝙ feria ſex-
ta illa non erat prima die ſolennitatis paſchalis apud Hebræos,
ꝙ fuit aſſumptū, &c. Nec valet dicere, ꝙ Ioſeph ab Arimathia
ex deuotione Chriſti feſtū violaſſet pro eius ſepultura. Nam de
Magdalena quæ Chriſtū feruentius diligebat, & de cæteris mu
lieribus ipſum ſequentibus legitur Mar. 16. *Et cū tranſiſſet ſab-
batū emerunt aromata.* Vbi manifeſte apparet, quod ab emptione
aromatū pro ſepultura dñi pertinentium, (quod eſt valde leuius
opus quā ſepultura) mulieres deuotæ pp obſeruantiam ſabbati
abſtinuerunt. Idē Hiero. ſuper illud Mat. 28. a. *Venit maria Mag-
dalena, &c.* Sepulto nāque feria ſexta dño mulieres præparaue-
runt aromata & vnguenta, quamdiu licuit operari, ſ. vſque ad ſo-
lis occaſum. Sabbato ſiluerunt, i. quieuerunt ab operando ſm
C legis mandatū, vt Lucas ait. Hęc Hieron. Ex quo ſequitur quod
feria ſexta illa non erat celebris ſolemnitas azymorū. Nam ſi ſic
oīa prędicta fuiſſent illicita, ſicut in ſabbato, vt dictū eſt. Præte-
rea Io. 19. f. *Erat dies illa magna dies ſabbati.* Ergo in illa die ſabba
ti concurrebant duæ feſtiuitates, ſ. ſabbatina & paſchalis, & per
conſequens dies ſabbati erat 15. luna apud eos, conſequentia pa
tet, quia tota celebritas hebdomadæ azymorū erat ſolum in pri-
ma die & 7. vt patet Leuit. 23. Concordat Beda dicens. Erat ma-
gna dies illa ſabbati, i. pp ſolemnitatem paſchalē. Ad cuius dif-
ficultatis declarationem aliqua ſunt circa feſtiuitates legis anti-
quæ præſupponenda, quorum quædam ſumuntur ex ſacra ſcri-
ptura vel in ea habent aliquod fundamentum, quædam ex regu
lis Calendarij hebræorum apud eos diuulgatis, & vſque in ho-
diernum diem infallibiliter obſeruatis.

Primū præſupponendū eſt, ꝙ dies naturalis apud hebręos in-
cipit ab occaſu ſolis diei ſabbati, & terminatur in occaſum ſolis
diei dñicæ, & ſic de alijs. Et ſic intelligit̄ illud. *A veſpere vſque ad
veſperā celebrabitis Sabbata veſtra.* Leuit. 23. Secūdū eſt, ꝙ menſis
apud eos eſt lunaris & perficitur ex † 30. diebus & 10. horis natu
ralibus & duabus tertijs vnius horæ cū † tribus minutis, quę qui
dē cōputatio cōcordat cū Ptolemæo & alijs aſtronomis ſecundū
curſum mediū lunæ qui eſt inuariabilis. Tertiū eſt quod annus
hebraicus incipit a Calēdis ſeu nouilunio, ꝙ eſt prope æquino-
ctiū vernale. Vnde Exod. 12. a. *Menſis iſte vobis principiū menſiū
primus erit in mēſibus anni.* Et inf. Exo. 13. a. *Hodie ingredimini in
menſe nouarū frugū.* Quartū, quod omnia feſta Hebræorum præ-
ter

† 29.
† certis.

ter ſabbatum exordium computationis, & per conſequens mobi
litatem per diuerſas ferias hebdomadæ ſumunt a neomenia pri-
mi mēſis prædicti. Verbi gratia. Si prędicta neomenia in quinta
feria, tunc dies ſolennitatis azymorū erit ſimiliter quinta feria,
quia in 15. luna eſt dies immolationis agni ſolemnitatis paſchalis
iuxta illud Num. 28. d. *Numerabitis ergo ab altero die ſabbati, &c.*
Septem hebdomadas plenas, & feſtum tubarum erit in die ſab-
bati. Nā ſex menſes lunares qui cōputabantur à neomenia pri-
mi menſis vſque ad neomeniam ſeptimi ſunt centū 70. & ſeptē
dies integri, qui reuoluti per hebdomadas in ſexta feria finiūtur,
& ſic neomenia menſis ſeptimi ſequentis erit in ſabbato. Conſe
quenter feſtum expiationis erit feria ſecunda, nā eſt in decima
die a feſto tubarū. Conſequenter feſtum ſcenophegiæ ſeu taber
naculorū erit in ſabbato, quia in 15. feſto tubarū & ſic de ſimili-
bus, quæ oīa Leuit. 23. & in alijs locis habentur. Quintū eſt, quod
in quacūque die coniunctio luminariū ſecundū mediū curſum
ſupradictum prope æquinoctium vernale occurrerit, in eadē die
eſt Calendæ ſeu neomenia menſis primi pdicta niſi in certis ca-
ſibus in quibus repellanda eſt ſeu transferenda ad ſequentē diē,
& qn̄que ad ſubſequentē. Qui quidē caſus duo ſunt. Primus: qn̄
talis coniunctio tranſcendit. 18. horā eiuſdem diei in qua eſt. Cu
ius repulſionis ratio eſt, quia tunc magis declinat talis cōiunctio
ad diem ſequentē quā ad illam in qua eſt, cum iam tranſit tres
quartas partes illius diei, & attingit quartā vltimam, & talis con
iunctio vocatur apud eos nouiluniū vetus ſeu antiquum. Verbi
gratia. Si nouilunium æquinoctij vernalis eſſet in 18. hora ſab-
bati vel infra, tunc Calenda ſeu neomenia eſſet fienda in eadem
die ſabbati, & per conſequens principiū cōputationis feſtiuitatū
totius anni eſſet ab eadem die ſabbati. Si aūt coniunctio eſſet vl-
tra 18. horam, tunc talis neomenia eſſet transferenda ſeu repel-
lenda ad diem dñicam immediate ſequentem, & per conſequēs
paſchalia feſta & aliæ feſtiuitates illius anni transferrentur ad fe
rias correſpondentes diei dñicę & non ſabbati, vt patet ex dictis.
Secundus caſus eſt qn̄ nouilunium vernale occurrit in ſecūda fe-
ria quarta vel ſexta. In his. n. tribus ferijs non pn̄t figi Calendæ
ſeu neomenia ęquinoctij vernalis. Cuius ratio patebit infra. Sex
to pręſupponendū eſt, quod qn̄que oportet quod fiant duę re-
pulſæ de eadem neomenia. Hoc patet ex duobus caſibus ſupradi-
ctis, nā ſi nouiluniū vernale occurrat in die dñica vltra 18. horā,
tunc in eadē die non eſt neomenia figenda pp antiquitatem ſeu
vetuſtatem nouilunij ſecundū primū caſum. Nec in ſecunda feria
ſequenti pp hoc quod eſt vna de tribus ferijs interdictis, iuxta ſe
cundū caſum, & ſic oportet qđ transferatur ad tertiā feriā, & hoc
contingit apud eos ſatis frequenter. Nec ſentiendū eſt erroneū
ſeu contra mentē legis loquētis ſimpliciter de prima die menſis,
nā cōputatio menſiū quantū ſpectat ad cultū feſtiuitatū ſufficit,
quod ſit vniformiter regulata & apud oēs cōiter ſuſcepta, & ali-
qualiter veritati propinqua, prout gratioſius & remotius contin-
git in cōputo noſtro circa feſtiuitatem paſchalē & alia feſta mo-
bilia ipſam ſequentia Ratio aūt quare prædictę tres ferię. ſ. ſecū
da, quarta & ſexta repelluntur, ne in aliqua earū neomenia pri-
mi menſis figatur, quātū ad ſecundā & quartā feriā vna eſt & eſt
talis. Nā cū feſtū expiationis ſit celeberrimū ſicut dies ſabbati,
intantū quod cibaria non permittūtur in eadem die parari ſicut,
nec in ſabbato, vt ex ſacra litera pōt haberi, inde eſt quod ex ea-
rū traditione antiqua ſeu conſuetudine immutabili, quæ vſque
hodie durat, habetur quod dies expiationis nunquā concurreret
in die veneris nec in die dñica. Nā ſi dies ſabbati à parte ante vel
a parte poſt cōtinuaretur cū feſto expiationis, tūc eſſent duo dies
naturales continui celeberrimi, in quibus nullo modo liceret pa-
rare cibaria, ꝙ eſſet graue & valde onerosū toti populo. Ex quo
ſequitur, quod neomenia prædicta primi menſis non pōt eſſe in
ſecunda feria, nam ſic feſtum expiationis occurreret in ſexta fe-
ria. & continuaretur cum die ſabbati à parte ante, quod eſt cōtra
pdicta. Similiter nec neomenia primi menſis haber eſſe in quar-
ta feria, nā ſic feſtū expiationis eſſet in dñica, & per conſequens
continuaretur cū ſabbato à parte poſt, quod eſt cōtra pdicta, vn-
de patet ratio repulſæ ſecundæ feriæ & quartæ. Sed ratio quare
feria ſexta excluditur ad hoc, vt in eadē neomenia primi menſis
non figurat̄ apud eos talis eſt. Nā in feſto tabernaculorū ſeu ſce-
nophegiæ, quod feſtū ſecūdū eos & ēt ſecūdū doctores noſtros
pceptū fuit ad cōmemorandū beneficiū diuinę protectionis, &
eductionis qđ habuerunt per deſertū, vbi in tabernaculis habita
uerunt, in quo habebāt lętari per ſeptē dies corā dño ſumentes
fructū arboris pulcherrimæ ſpatulaſque palmarū, & cę. prout le-
gitur Leuit. 23. ad ſignificandū, qđ per aridā terrā deſerti dedu-
xit eos Deus ad terrā delitioſam, prout ſanctus Tho. prima ſecū-
dę. q. 102. art. 4. in rñſione ad 10. ar. ponit, in qua lęticia put tra-
dit in eorū codicibus apud eos autēticis, circumibāt altare ſolē-
niter cū huiōi ſpatulis & ramis ſemel in prima die & in alijs die
bus vſq; ad ſextam incluſiue. In ſeptima aūt circumibant ſepties
in memoriā captionis Iericho q̄ fuit prima ciuitas terrę pmiſſio-
nis

n ab eis capta per huiuſmodi circuitiones ſeptenarias,vt habeť
ſue ſexto. Vnde,& in illa ſeptima die pcedebant in huiuſmodi
itla intantũ,quod quędã ibi facta non licebat fieri in die ſab-
ti,Cuius circũitionis memoria hodie ſit inter eos in gyro rotu
egis,cũ altare non habeant.Sed ſi neomenia primi menſis fuiſ
in ſexta feria , ſequeretur quod feſtũ tabernaculorũ concur
ret in die dominica,vt patet computanti,& ſic ſeptima dies ta-
rnaculorũ eſſet in die ſabbati.vnde ceſſarent illa q̃ dicta ſunt.
x quibus omnibus elicitur quędã regula in Calendariis eorũ
ique & apud oẽs diuulgata, & vſque in hodiernũ diẽ infallibi
er obſeruata.Quia prima dies ſolemnitatis paſchalis nunq̃ eſt
ia ſecũda,quarta,nec ſexta.Septimũ eſt,quod anno quo Chr̃s
ſſus fuit,concurrit cõiunctio luminariũ prope ęquinoctiũ ver
le iuxta verã computationẽ Hebræorũ quæ eſt ſecũdũ mediũ
rſum ſolis & lunę,vt dictũ eſt in feria quinta poſt 19. horã cum
tis minutis,hoc eſt certiſſie calculatũ per me,& cũ peritis He-
ęorũ diligentiſſime repertũ & concordatũ.Quibus pręſuppoſi
patet ſolutio dubii prędicti.Nã in anno paſſionis Chriſti licet
iunctio luminariũ,vt dictũ eſt,fuit feria quinta,nõ potuit in ea
omenia figi pp ipſius vetuſtatẽ,quia fuit vltra.18. horã,vt pa-
in ſeptimo præſuppoſito, & per conſequens occurrit primus
ſus repellendi ſupradictus,habuit ergo transferri ad ſequentẽ
em,ſed quia ſequẽs erat ſexta feria,nec in ea poterat neomeni
ignari,vt dictum eſt , nam eſt ſecundus caſus repulſionis iam
ctus,habuit ergo repelli ſeu transferri neomenia ad diem ſab-
ti,& per conſequens.15 luna fuit eodem anno ſecundum he-
aicam computationem legitimam, & aſſuetam in die ſabbati,
qua concurrunt duæ feſtiuitates ſolemnes apud eos,ſabbatina
ilicet,& paſchalis,quæ eſt prima dies ſolemnitatis azymorum,
ſic erat magna dies illa ſabbati ſecundum Io & in feria ſexta
amediate præcedenti fuit ſecundum eos.14.luna in qua legi-
me erat paſcha immolandum. Vnde in eadem ſexta feria fuit
nmolatus verus agnus paſchalis ab eis,ſimiliter,& typicus,pro
ius typici manducatione,vt non contaminarentur nõ intraue-
nt prætoriũ ſecundum Io.Chriſtus autẽ in huiuſmodi neome-
a primã repulſam tantũ tenuit,& non ſecundã.Prima.n eſt ra-
nabilis in ſe,& ſine reſpectu ad ſeſta futura , ſed ſolũ propter
tuſtatem coniunctionis vnde neomenia illius anni apud ipſum
it tranſlata ad ſextam feriã:ſed de ſexta ad ſeptimã nullatenus
buit transferri apud eum,nam ratio illius repulſæ ex feſtis fu-
ris in menſe ſeptimo depẽdebat,vt patet ex iã dictis,quæ feſta.
utura cũ Chriſtus ſciuiſſet per paſſionẽ ſuam de propinquo im
nentẽ caſſari,ſicut,& cætera legis cerimonialia,nullã vim ha-
bant transferendi ſeu repellendi præſentẽ neomeniã,vt patet
tuenti. Nã ceſſante cauſa p̄ſertim finali ceſſare habet effectus.
uit ergo iuxta veriſſimam & infallibilem notitiã Chriſti neome
a tempore ſuę paſſionis in ſexta feria.Similiter, & prima dies
aſchalis ſolemnitatis,hoc eſt. 15. luna apud eũ,vnde & in feria
uinta præcedenti fuit vera.14 luna in qua paſcha cũ diſcipulis
mpore determinato ſecundũ legis veritatẽ manducauit.In hoc
videtur cõcordare magiſter hiſtoriarum,dicens.Quod ſi tabu
computi diligenter retro percurramus,inueniemus qđ tempo
paſſionis Chriſti feria ſexta fuit.15. luna.Et hoc eſt verum,li-
et tabula noſtri computi ſit groſſior q̃ hebraica in hac materia.
Ex quibus habeť,qđ tempore paſſionis Chriſti duplex fuit.14.
una ſicut & neomenia primi menſis,Vna.ſ.vera ſimul,& legiti-
na ſecundum veram computationem Chriſti,cuncta legis miſte-
ia tã pręſentia quã futura ſcientis . Alia vero legitima tantum
ſecundum communẽ & aſſuetam computationem aliorũ omniũ
pręter Chriſtũ,& in vtraque.14,vterque agnus fuit immolatus ve
rus & Typicus.In 14.enim vera & legitima quę fuit feria quĩta
Chriſtus manducauit agnũ typicũ & cõſequenter verũ agnũ ſub
ſacramẽto diſcipulis tradidit. In.14. vero legitima tantũ q̃ fuit
ſexta feria,agnus verus fuit immolatus,cõſequẽter autẽ Typicus
& ſic reddendo ſingula ſingulis , oĩa veraciter concordanť. Nam
Mat. Marcus & Lucas qui de cęna domini notabilẽ mentionẽ fe
cerunt exprimendo,in illa agnũ Paſchalẽ ſolemniter Chriſtũ cũ
diſcipulis manducaſſe,& in eadẽ ſacramẽtũ eucharistię inſtituiſ-
ſe vt patet ex eorũ dictis,qlibet eorũ ipſam feriam quintã notat, D
tanquã propriam ad immolationẽ agni,& per conſequens.14.lu
nã ſecundum verã computationem Chriſti prędictam ſecundum
quam autoritates Chryſ. & Hie.ad partẽ affirmatiuã ſupra indu
ctę & ſimiles obtinent veritatẽ. Sed Ioannes qui de cęna domini
breuiſſime ſe expediuit ſolum,dicens. Cęna facta &c.Ioan.13.ni
hil exprimens de agni manducatione, nec de ſacramenti inſtitu-
tione,cũ iã de hoc ſacramento plus cęteris tradiderat,fecit potius
mentionẽ de ſecunda 14.ſ.legitima tantum, quæ fuit ſexta feria,
vt dictum eſt Ad excludendum errorẽ qui inſurgere poſſet ex hoc
quod principale figuratũ non correſponderet figurę in tempore
tã diſtricte per legẽ determinato , vnde & vocat eum paraſceue
Paſchæ .i. vigilia . Et dicit quod Hebræi nondũ mãducauerant
paſcha tẽpore paſſionis Chr̃i,quod habet veritatẽ ſecundũ legi-
timam computationẽ hebræorũ & ceterorum myſteria paſſionis
pro tunc ignorantiũ.Et ideo in illa ſexta feria licuit eis iudicialia
exercere,ſepelire,angariare,& huiuſmodi. Et ſanctis mulieribus
in eadẽ ſexta feria aromata præparare tanquã in die nonfeſtiuo.

Ex quo clarius patet error Gręcorum dicẽtium,quod Ioan.cor-
rexit alios euangeliſtas aſſerentes quintã feriã protunc. † 13.lu † 14.
Nam vt ex iã dictis patet Ioan. non correxit alios , ſicut nec ipſi
falſum aliquod aſſeruerunt, ſed potius vt de more euãgeliſtarum E
eſt,illud quod alii prætermiſerunt ipſe declarauit .ſ.† 13. lunam † 14.
protunc ẽt fuiſſe feria ſexta ſecundum aliã computationem legi
timam cui concordant hiſtoriæ Hebræorũ dicentium manifeſte,
quod in vigilia paſchę Chriſtus fuit patibulo ſuſpenſus,& quod
a ſæculis nunquam fuit inter eos prima dies paſchalis feria ſexta.

Et attendendum,quod ex verbis euangelii prædicta differentia
duplicis neomeniæ ſeu.14. lunæ aliqualiter poſſet notari. Nam
Matth.26.legitur.Magiſter dicit.*Tempus meum prope eſt apud te fa
cio paſcha cum diſcipulis.*Vnde ſi li tempus meum prope eſt,diligẽ
ter intelligatur. Nam licet ſit verum quod tempus paſſionis erat
prope,non tamen conſonat cum litera ſequenti. Dato.n.quod
tempus paſſionis eſſet protunc remotius,adhuc Chriſtus habebat
paſcha manducare cũ diſcipulis ſuis,vt legem adimpleret.Sed ve-
rus intellectus iuxta prædicta videtur talis.Magiſter dicit. *Tem-
pus meum*.i. tempus manducandi Paſcha ſecundũ veram meam
computationem prope eſt,ideſt,hodie feria quinta,licet aliquo-
rum tempus iuxta ipſorum aſſuetam computationem fuiſſet re
motius,ſcilicet,in feria ſexta.Et ideo ſequitur.*Apud te facio &c.*

Et notandũ etiam uidetur,quod in manducationd paſchæ cum
non ſit mentio de aliis diſcũbentibus , uel conueſcẽtibus niſi de
duodecim diſcipulis tantum,ſicut & illis tantum ſecrete paſſionẽ
futuram denunciauit Mat.20.c.concordat prædictis.Nam ex paſ
ſione futura , quam ſolis Apoſtolis ſecreto expreſſe prænoſtica-
uit, diuerſitas huius paſchalis temporis dependebat vt dictum
eſt.Et ideo nimirum ſi ſanctæ mulieres,& Ioſeph ab Arimathia,
& huiuſmodi , potius ſequerentur hebraicam computationem
communẽ, quam Chriſti veram computationẽ. Nam myſteria
paſſionis,& præcipue legalium euacuatio abſcondita fuit etiam
apoſtolis poſt reſurrectionem uſque ad tempus.Et ſic iuxta ſen-
tentiam phi.i.Ethi. omnia uera conſonant uero . Diuina igitur
prouidentia circa hæc deuote attendenda eſt quæ paſchalia feſta
ſic in antiqs præordinauit , ut tempore paſſionis Chriſti duplex,
14.luna occurreret ad agni immolationẽ p̄ſignata , ut in prima
Chriſtus ſacrificiũ adimpleret legale , & nouũ inſtituerat, et in
ſecũda ſe. Deo in ſacrificiũ offerret ueſpertinũ,ut utrumq; tẽpo
rę præſignato pro humana ſalute pficeret,q̃ nobis concedat,&c.

Repli. *In ca.26.* Cum poſtillator ſoluiſſet omnes difficultates
circa cœnã domini & eſum agni paſcalis moueri conſuetas pręs-
ſertim a Græcis,Burg.facit unam longam ſingularem computa-
tionem in qua multa ponit multis dubia cui placet uideat.Et fi-
naliter in eodem capitulo dicit quis fuerit ille hymnus de quo
dicitur. *Et hymno dicto, &c.* Et dicit,quod fuit magnũ alleluia
quod incipit a Pſalmo, Laudate pueri, uſque ad Beati immacu-
lati,excluſiue.Idem dicit circa Pſalmum.*Laudate pueri.*Si uerum
eſt placet.Autoritatem autem ad id ſacri canonis non habemus.

CAP.

CAP. XXVII.

A a Mar.14.f. MAne autem. Matthæus, & Marcus contexerunt narrationem de his quæ cum domino acta ſunt vſque ad mane, ſed poſtea redeunt, vſque ad negationem Petri narrandam, qua terminata redeunt iterum ad mane, vt inde cætera contexerent.

Penitentia Iudæ infructuoſa.

b *Peccaui tradens &c.* Quam impoteſtate ſua eſſet mutare perfectum ſententiam, licet autem mutauerit voluntatem, tamen primę voluntatis exitum non mutauit.

† Mar.15.a. Luc.23.a. Ioan.18.c. † conſilium

* Chriſoſtomus. Vide quoniam pænitentiam agit, quando cōpletum eſt, & finem accepit peccatum. Nō enim permittit diabolus eos qui non vigilant, videre malum

Hom.86.in Matth.

B antequam perficiant.

† inocentem. † videbis.

c *Quid ad.* Quid ad nos pertinent de hoc tu videris. tu ſcias q̄d feciſti. Vel quid videris pertinere ad nos. Quid ad nos pertinet precium acceptum: tu iſtud probaueras, tu inde fac quod vis.

CAP. XXVII.

Vide quam ſolliciti in malo tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.

a MAne autē facto † conſilium inierunt om 1
nes principes, ſacerdotū & ſeniores popu 2
li aduerſus Ieſum, vt eū morti traderent.

a Quem vinxerant in horto, vt Ioannes ait. b Mos erat, quem morti adiudicaſſet, ligatum iudici traderent.

Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato 3 4

a Magnitudinem auaritiæ impietatis pondus excludit.

præſidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damna- 5
b tus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos prin- 6 7

a Quanto magis qui emerunt.

cipibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: † Peccaui, tradens

Emuliſſe audiant, & tamen extra reatum ſe credunt, & in vendente ſcelus conſtituunt.

c ſanguinem † iuſtum. At illi dixerunt Quid ad nos? Tu † vi- 8 9

a Vt oſtenderet ſe peroſum cœli, & terræ.

d e deris: Et proiectis argenteis in templo receſſit, & abiens la- 10
queo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis ar-

a Oblatio impiorum abominabilis eſt domino quæ offertur ex ſcelere. a Corbonan interpretatur oblatio. Gazophilatium.

f g genteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam quia 11 12
precium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito, emerunt ex illis †

Qui ad mortem peccant, tantam habent ignorantiam, & cæcitatem, vt nec turbentur in ſceleribus ſuis, nec pęnitentiæ dolore crucientur.

d *Et proiectis.* Sicut pęnitentia eius fuit infructuoſa, ſic & hęc oblatio in templo eſt execrabilis.

C e *Et abiens.* Hieronymus. Nihil profuit Iudę egiſſe pęnitentiam, per quam ſcelus corrigere non potuit. Sed quando fr[illegible]ter ſic peccat in fratrem, vt emendare valeat quod peccauit, poteſt ei dimitti. Sin autem permanent opera, fruſtra veluti aſſumitur pęnitentia. Hoc eſt quod de eo dicitur Et oratio eius fiat in peccatum, vt non ſolum emendare nequiuerit proditionis nefas, ſed prij homicidii ſcel[illegible] addiderit.

Leo Papa. Sceler[illegible] or omnibus o iuda infelicior extitiſt[illegible] quē non penitent[illegible] reuocauit ad domi[illegible] ſed deſperatio tra[illegible] ad laqueum. Exp[illegible]ctaſſes conſolatio[illegible] criminis tui, & d[illegible] nec ſanguis Chriſti omnibus effunder[illegible]tur, informis læti ſ[illegible]ſpendium diſtuliſſ[illegible]

f *Non licet eos.* Ve[illegible] colantes culicem, camelum glutien[illegible] ſi enim ideo non [illegible]tunt pecuniā in c[illegible]banā, id eſt, in gaz[illegible]phylacium, id eſt, [illegible]ter dona Dei, qu[illegible] preciū ſanguinis [illegible] cur ergo ipſe ſangu[illegible] effunditur? Et qu[illegible] prēmii eis, ſi inde ager emitur in ſepulturam pauperum.

g *Emerunt, &c.* Allegor. Magnum myſterium eſt in f[illegible] acta iniquitatis. Figulus eſt Deus in cuius manu ex eodem lut[illegible] facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Ag[illegible] eius ſeculū quod vniuerſum precio eius emitur, vt ei con[illegible] mortui ſepeliant peregrini. Non vtiq; Iſrael, ſed alieni, qu[illegible] in precio ſanguinis Chriſti ſepulti æternā requiē ſortientu[illegible]

Illi

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXVII.

Diuiſio

MAnc autem. *Oſtenſo qualiter paſſio Chriſti fuit per Iudæos inchoata, hic oſtenditur qualiter fuit per gentiles conſumata. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur ipſius Chriſti crudelis occiſio. Secundo, eius fidelis, & deuota tumulatio, ibi.* Cum ſer factum eſſet. *Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur ipſius Chriſti iniqua condemnatio. Secundo, ipſius ſententiæ iniquæ executio, ibi.* Et poſtquam illuſerunt ei. *Prima in quatuor, qa primo deſcribitur ipſius Chriſti coram præſide præſentatio. Secundo ipſius præſentati diligens interrogatio, ibi.* Ieſus autem ſtetit. *Tertio, innocētiæ eius declaratio, ibi.* Per diem autem ſolemnem. *Quarto, inocentis cōdemnatio, ibi,* Videns autem Pilatus. *Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur ipſius Chriſti præſentatio, vt dictum eſt Secundo, incidentaliter ſubditur Iudæ deſperatio, ibi.* Tunc uidens. *Circa primum dicitur ſic.*

1 Mane autem facto. *Quia a media nocte vſque ad illam horam illuſerunt eum conſpuendo, & palmis cædendo, vt viſum eſt.*

2 Conſilium inierunt, &c. *Non enim ex teſtimoniis præhabitis habebant aliquid, vnde poſſet accuſari coram Pilato, ſicut reus mortis & ideo vlterius, conſulebant qualiter eum ſicut dignum morte accuſarent, vt patebit infra. Sequitur.*

3 Et uinctum adduxe. *Illi enim qui reputabantur digni morte, ducebantur coram iudice ligati.*

Pontius nomen propriū, & Pilatus cognomē q̄ Lugdunenſis erat

4 Et tradiderunt Pontio. *Aliqui dicūt quod Pilatus erat propriū nomen eius, compoſitū ex nomine matris quæ dicebatur Pila, & patris qui dicebatur Atus. Pontius autem cognomen eius, quia fuerat iudex miſſus a Romanis ad inſulam pontianam, hoc autem diffuse habetur in quadā legenda quæ vocatur aurea. Sed quia ibi multa dicuntur de hoc quæ videntur prima facie falſa, quæ propter prolixitatem omitto. Ideo aliter dicendum, quod Pontius erat proprium nomen eius, quod patet ex duobus. Primo, quia poſt ponitur cognomen, & non præponitur proprio nomini ſaltem de curſu communi. Secundo quia hoc nomen commune eſt in Burgundia, vnde Pilatus erat oriundus. Erat enim natione Lugdunenſis, vt dicit magiſter in hiſtoriis. Et idem dicit Ioſephus libro antiquitatum. Philatus autem erat eius cognomen. Præſes autem erat nomen officii ſui. Et dicitur a præſidendo, quia præſidebat Iudææ ibidem miſſus a Romanis.*

5 Tunc ui. *Hic incidētaliter ſubditur Iudæ deſperatio, cum dicitur* Tūc ui. Iudas qui eum tra. quod da. eſ. *Hæc autem deſperatio proceſſit ex duobus. Primo ex magnitudine ſceleris, tradendo ad mortem illum cuius tantam ſanctitatem expertus fuerat. Secundo quia damnationem ſuam audierat a Chriſto, vt dictum eſt capitulo præce. quem ſciebat prophetam veriſſimum.*

6 Pęnitentia du. *Infructuoſa tamen, quia erat ſine ſpe veniæ, ſicut de his qui ſunt in inferno dicitur. Sap. 5. a. Dicentes intra ſe pęnitentiam agentes.* 7 Retulit tri. argen. prin. ſa. *Ex quo patet, quod cupiditas ſua nihil valuit ſibi, Sequitur.*

8 At il. di. Quid ad nos? *Quaſi dicat, nō curamus, ſi peccaſti vel nō.*

9 Tu uide. *Ideſt, ad te pertinet videre factum tuum.*

10 Et abi. la. ſe ſu. *Ex deſperatione. Et in hoc plus peccauit quam in tradendo Chriſtum, vt dicit Hiero. Cuius ratio eſt quia in traditione Chriſti peccauit contra eius humanitatem directe, ſed in deſperatione illa peccauit directe cōtra eius diuinitatem, quia contra infinitatem diuinæ miſericordiæ. Sequitur.* 11 Non licet eos, &c. Corbām hebraice, *idem eſt quod oblatio. Corbonam autem erat, locus ad ponendū oblationes factas in templo pro reparatione templi, & aliis neceſſariis. Magna igitur apparet ſacerdotum excæcatio, qui occiſionem Chriſti reputabant ſibi licitam, imo tanquam ſacrificium Deo facerent, & tamen precium venditionis eius reputabant nefarium, & indignum applicari ad vſus templi.* 12 Conſilio autem inito, &c. *Quia ille cuius ille ager erat figulus fuit, ideo ſic vocabatur, Vel forte, quia ibi erat terra apta ad faciendum vaſa fictilia.*

In

## MORALITER.

5 *Tunc videns Iudas qui eum tradidit quod damnatus eſſet peniten tia.* Orige. Si autem locum pœnitentiæ, requiſiſſet, & tempus pęnitentię obſeruauiſſet, fortitam inueniſſet eum qui dicit. Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertat, & viuat.

12 *Emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum, &c.* AVGVST. Peregrinis inquam qui ſine domo, patria & toto orbe

¶Huius ſeculi.
agrum figuli in ſepulturam peregrinorum: propter hoc vo- 1
catus eſt ager ille Acheldemach, † hoc eſt ager ſangui- 2
nis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt quod 3
a dictum eſt per Ieremiam Prophetam, dicentem. † Et ac- 4
¶Quod in Zacharia, appenderunt, id eſt, alij rei comparauerunt.
a ¶Hoc.ſ. b ¶Illius Chriſti. c ¶Scilicet me.
ceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quem ap- 5
a ¶Id eſt, non pluris precij me facientes, quam vile mancipium.
b preciauerunt a filiis Iſrael, & dederunt eos in agrum figu- 6
¶Conſtitutum mihi reuelauit.
li, ſicut conſtituit mihi Dominus. † Ieſus autem ſtetit an- 7
c te præſidem, & interrogauit eum præſes, dicens: Tu es Rex 8
¶Sic temperat, vt ſermo eius calumniæ non pateat, & tamen verum dicat.
d Iudæorum? Dixit illis Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſaretur 9
¶Vt verum patientiæ det exemplum, ſicut flagellatus ante, ita modo ſilet accuſatus. 10
e a principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit. 11

A Illi quidem fecerunt alia voluntate, vt ęternũ relinquerẽt ſuæ nequitiæ monimentum. Sed nos qui peregrini eramus a lege, & ꝓphetis, praua eorum ſtudia ſuſcepimus in ſalutem, & in precio ſanguinis Chriſti requieſcimus.

a *Per Ieremiam.* Hieron. Hoc non in Ieremia, ſed in Zacharia legitur: tamen alijs verbis. Legi nuper Ieremiæ apocryphũ, in quo hæc verba ſcripta reperi. Sed tamen magis mihi videtur hoc ſumptũ de Zacharia more apoſtolorum, qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de veteri Teſtamento proferunt.

✲ Idem. Abſit ergo de pediſſequo Chriſti, quòd poſſit argui de falſo, cui cu- B ra fuit non verba, & ſyllabas aucupari, ſed ſententias dogmatum ponere.

*Per Ieremiam prophetam.* Sed hoc in Ieremia nõ inuenitur: ſed in Zacharia fere ſecundũ ſenſum, non ſecundũ verba. Vnde quidã codices non habent, per Ieremiam, ſed tantũ, per prophetam. Tamẽ ſecreto Dei conſilio factum eſt, vt animo Matthæi ꝓ Zacharia occurreret Ieremias: q̃a omnes prophetę vno ſpiritu ſunt loquuti, ita vt ſingula ſint oĩum, & oĩa ſingulorũ. Quare ergo Matthæus hoc emendaret, quod ſpiritu regente fecerat: vt per hoc admoneremur tantã inter prophetas eſſe concordiã, vt vni deputetur congrue quod ab alio dr̃. Vel apud Ieremiam inuenitur de empto agro, ſed non ſub hoc nomine precij. Apud Zachariam de triginta argenteis: & nihil de emptione agri. Vtrumque ergo interpretatur Euãgeliſta ad hoc quod de Domino completum eſt, & confert in vnũ triginta argenteos quod eſt in Zacharia, & agrum emptũ quod eſt in Ieremia. Quod ſubdit. *Quem appreciauerunt.* Apud neutrũ inuenitur, ſed ex perſona Euangeliſtę accipiendũ eſt, quia hoc C ex reuelatione Domini cognouit ad hãc rem, quę de precio Chriſti facta eſt huiuſmodi pertinere ꝓphetiã. Liber quippe empti agri apud Ieremiam iubeť mitti in vas fictile. Et hic emitur ager figuli de precio domini in ſepulturã peregrinorum, id eſt, ad permanſionẽ quietis eorum qui peregrinãtur cum domino & conſepeliuntur ei per baptiſmum, nã & illã emptionẽ agri hoc ſignificare Ieremiæ dñs dicit, quia erit permanˆ

permantio de captiuitate liberatorum in illa terra. D

b *A filijs Iſrael, &c.* A quibus minus oportuerat, qui magnificare debuerant.

c *Tu es Rex Iudæorum.* Secundum Lucam duo obiecerant, ſ. quòd prohibebat dari cenſum Cæſari, & quòd diceret ſe regem. De regno ergo Pilatus, quia neſcit interrogat. De tributis: quia audierat eũ reſpondiſſe: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari;* quaſi aptum mendacium inuidorum negligit. Vnde Marcus. *Et non erant conuenientia teſtimonia eorum.* In hoc quòd Pilatus nihil aliud criminis interrogat, niſi an ſit Rex Iudæorum: arguuntur impietatis Iudæi, qui nec falſo inuenire potuerunt quod obijcerent Saluatori. E

Luc.23.a
Luc.20.d
Hacel dema. hoc eſt.
†Zac.11.c
Mar.24.f
†Mar.15.a
Luc.23.a
Ioan.18.f

✲ Origenes. Iudex totius creaturæ conſtitutus a patre, vide quantum ſe humiliauit, vt acquieſceret ſtare ante iudicem tunc terræ Iudææ, & interrogatus eſt interrogationem, quam forſitan Pilatus deridens, aut dubitans interrogat. *Tracta.35. in Matth.*

Chryſoſtomus. Quia ſciebat Pilatum nullam curam facientem legalium, ad publicas accuſationes rem ducunt. *Homil.87. in Matt.*

d *Tu dicis.* Sacerdoti, quaſi de præteritis reſpondit: quia lex omnis venturum Chriſtum prædicauerat. Tu dixiſti: quaſi venturum Chriſtum ex lege ipſe dixiſſet. Huic legis ignaro dicitur. *Tu dicis;* quia per fidem præſentis confeſſionis ſalus gentium eſt. Nota quòd Pilato aliqua ex parte reſpondet qui inuitus ferebat ſententiam. Phariſæos vero indignos ſuo ſermone iudicauit.

Chryſoſtomus. Confeſſus eſt ſe eſſe regem, ſed cęleſtem, vt in alio Euangelio manifeſtius legitur, *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Vt neque Iudæi, neque Pilatus excuſationem habeant, huic accuſationi inſiſtentes. *Homil. 87. in Matth.*

e *Nihil reſpondit.* ✲ Origenes. Accuſatus Ieſus ſicut tunc nihil reſpondit, ſic nec & modo: non enim ſit eis verbum Dei, ſicut aliquando fuerat ad prophetas: ſed neque dignum erat vt Pilato interroganti reſponderet, qui non habebat permanens & firmum de Chriſto iudicium, ſed ad contraria trahebatur. *Tracta.35. in Matth.* F

☞ *Corſue-*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *In ſepulturam peregrinorum.* Quia non habebant proprium ſepulchrum.

2 *Propter hoc vocatus eſt ager ille Acheldemach.* Hoc ex Dei ordinatione factum eſt ad memoriam proditionis Iudę, & paſſionis Chriſti.

3 *Tunc impletum eſt quod di. eſt per Ier.* Quia ſecundum quòd dicit Hiero. licet autoritas ſequens non ſit in libro Ieremiæ quem habemus: tamen Hiero. vidit autoritatem iſtam de verbo ad verbum in quodam libello Hebraico qui dicebať eſſe Ieremiæ prophetæ. Multi.n libri prophetarum non habentur. Vel aliter ly Ieremiã nõ eſt de textu, vt dicit Hiero. nec etiam in antiquis libris eſt & tũc qđ dr̃ per prophetam intelligere debemus Zachariam: quia Zachariæ vndecimo habetur iſta ſententia, licet verba aliquantulũ ſint mutata.

4 *Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati.* Id eſt ipſius Chriſti.

5 *Quem appre. fi. Iſ.* Quia iſtud precium fuit conſtitutum inter Iudam, & ſacerdotes qui erant de filijs Iſrael.

6 *Et de. eos in ag. fi.* Hoc eſt pro agro figuli.

7 *Sicut conſtituit mi. dominus.* Hoc eſt additum ab euangeliſta, quia iſta prædicta erant a Deo præordinata.

8 *Ieſus autem ſtetit.* Hic ponitur ipſius præſentati interrogatio. Ad cuius euidentiã conſiderandũ, ꝙ Iudæi accuſauerunt Chri-

Chriſtũ coram Pilato de tribus, vt habetur Luc 23.a. Primũ fuit, ꝙ ſubuertebat gentem Iudæorũ a cultu legis. Secũdum, ꝙ auertebat populũ a redditione tributi Imperatori Romano. Tertiũ, ꝙ dicebat ſe eſſe regẽ, & ſic volebat ſibi vſurpare regnũ. De primo non curauit Pilatus, quia erat homo gentilis, & ideo nõ curabat de obſeruatione, ſeu violatione Iudaicæ legis. Secundũ ſciebat eſſe falſum, quia audiuerat a Chriſto reſponſum fuiſſe Iudæis. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c.* vt ſupra, habitũ eſt 22. De tertio autem interrogauit ipſum Chriſtum: quia contra Imperatorem videbatur eſſe directe, ꝙ aliquis diceret ſe eſſe regem Iudæorum qui ſeruiebãt Imperatori Romano ſub tributo, propter quod Romani abſtulerant a Iudæis nomen regiũ a tempore Pompeij, & hoc eſt quod dicitur hic. *Et interrogauit eum Præſes dic. Tu es rex.*

*Iudæi accuſauerũt Chriſtũ coram Pilato de tribus.*

9 *Dixit illi Ieſus. Tu. di.* ſ. veritatẽ: q̃a nõ negauit ſe eſſe regẽ, ſed magis cõſenſit, veruntamen expoſuit dictum ſuũ, dicẽs. Regnũ meũ nõ ẽ de hoc mũdo; vt habeť Ioã.18.g. Et in hoc ſatisfecit Pilato: q̃a regnũ imperatoris nõ põt eſſe niſi ĩ hoc mundo, & ſic regnum Chriſti non erat ꝯtrium imperatori.

10 *Et cum accuſaretur &c.* Quæ hic dicta ſunt, expreſſius tanguntur Luc.23.

11 *Nihil reſpondit.* Tũ q̃a manifeſte falſa erãt, & rñſione indigna. Tũ q̃a volebat ĩplere illud ꝙ erat ſcriptũ de eo. Iſa.53.c Sicut agnus corã tõdẽte ſe obmuteſcet, & nõ aperiet os ſuũ.

*Tunc*

## MORALITER.

orbe exules iactantur, requies Chriſti ſanguine prouidetur. Iſtos aũt peregrinos dicimus eſſe deuotiſſimos Chriſtianos, qui

qui renunciantes ſæculo & nihil poſſidentes in mundo, in Chriſti ſanguine requieſcunt.

8 *Ieſus autem ſtetit, &c.* Sequitur.

a *Conſueuerat præſes.* ✲ Origenes. Sic enim quaſdam gratias præſtant gentes his quos ſubijciunt ſibi, donec cōfirmentur ſuper eos iugum ſuorum. Tamen conſuetudo hæc fuit aliquando apud Iudæos. Saul enim non interfecit Ionathan, omni populo eum petente ad vitam. *Vbi ſupra.* A

b *Qui di. Bar.* Barrabas in Euangelio, ſecundum Hebræos filius patris, vel magiſter eorum interpretatur. Ipſe eſt Antichriſtus, quem illi Chriſto præferunt, quibus dicitur. *Vos ex patre diabolo eſtis*, Pilatus qui os malleatoris interpretatur, diabolum ſignificat, qui eſt malleus vniuerſæ terræ, per quem dominus vaſa ſua permittit probari:& ad vltimum cōteret, quando in extrema damnatione confringet. Ioan.8.f B

c *Quem vultis.* Populo volens ſatisfacere dat optionem, quamuis non dubitet Chriſtum eligendum ſciens per inuidiam traditum.

✲ Chryſoſtomus. Quaſi dicat. Si non vultis, ſicut innocentem dimittere; ſaltē ſicut condemnatum feſtiuitati dimittatis. Si enim oportebat in peccatis manifeſtis exiſtētem dimittere, multo magis in dubijs. Vide autem ordinem conuerſum. Petitio pro condemnatis ſolet eſſe plebis, conceſſio autem principis, nunc autem princeps petit a plebe,& plebs ferocior redditur. C

† ne quid rei ſit tibi cum iuſto illo. † in ſomnis

†Mar.15.b Luc.23.c Homil.87.in Matt.

a ¶Ethnicus eſt qui condemnat Ieſum, ſed cauſam refert in populum Iudæorum.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis † quanta aduerſum te di- 1

a ¶Ne crimen diluens dimitteretur a præſide,& crucis vtilitas differretur.

cunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt †

mirarctur præſes vehementer. † Per diem autem ſolennem 2 3

a ¶Non imperiali ſanctione, ſed ductus populi conſuetudine, cui placere uolebat.

a conſueuerat præſes dimittere populo vnum vinctum, 4

a ¶Propter ſeditionem,& homicidium.

quem voluiſſent. Habebat autem tunc vnum vinctum 5

a ¶Vulgatum in malitia. b ¶Barrabas filius magiſtri, vel Barrabas filius patris, quod rectius.

b inſignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo il-

c lis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, 6

d an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim, quòd per in- 7

a ¶Timentes, ne omnes crederent in eum. b ¶In Pilato,& uxore eius, Chriſtum iuſtum confitentibus, gentilis populi teſtimonium eſt.

e uidiam tradidiſſent eum. Sedente autem illo † pro tribunali, 8

f miſit ad eum vxor eius dicens. † Nihil tibi,& iuſto illi. Multa 9

g enim paſſa ſum hodie † per viſum propter eum † Principes au- 10 11

a ¶Egreſſa eſt iniquitas a ſenibus,& iudicibus.

tem ſacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populis, vt pete- 12

h rent Barrabam: Ieſum vero perderent. Reſpondens autem præſes, ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? At

i illi dixerunt, Barrabam. † Dixit illis Pilatus. Quid igi-

¶Qui Rex ueſter eſt.

tur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes:

d *Qui dicitur Chriſtus.* Idem quod Marcus ait: regem Iudæorum, quorum rex Chriſtus vocabatur. D

e *Pro tribunali.* Tribunal ſedes iudicum, vt ſolium regum, cathedra Doctorum.

f *Vxor eius.* Vxor viri gentilis hoc in viſione intelligit, quod Iudæi vigilantes intelligere noluerunt.

g *Nihil tibi.* Nunc demum diabolus intelligens per Chriſtū ſe ſpolia amiſſurum, ſicut primum per mulierem mortem intulit, ita modo per mulierem vult Chriſtum de manibus Iudæorum liberare, ne per mortem eius mortis amittat imperium. E

h *Barrabam, & cæt.* Filium diaboli elegerunt pro filio Dei, vt Saluatorem cum ſua ſalute perderent, & proditorem liberarent, quæ ſua petitio hodie etiam hæret eis, amiſſa gente,& loco,& libertate: quia datorem libertatis perdere voluerunt.

i *Quid igitur faciam de Ieſu.* Multas quærebat occaſiones, vt eum cum beneuolentia populi liberaret. Primo, latronem iuſto conferens: Deinde. *Quid ergo faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?* Et cum dicerent, crucifigatur, non ſtatim acquieuit, ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris ait: Quid enim mali fecit? Quo dicto Pilatus abſoluit Chriſtum. F

d Qui ... Lauit

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Tunc dicit illi, &c.* Eadem ratione non reſpondit ei:& iterum quia nolebat impedire paſſionem ſuam Sequitur.

2 *Ita vt miraretur.* De Chriſti patientia ſic tacendo: cum oīa quæ contra eum dicebantur, poſſet excuſare vno verbo.

3 *Per diem.* Hic conſequenter ponitur innocentiæ Chriſti declaratio. Et primo oſtenditur eius innocentia. Secundò Iudæorum reſiſtentia, ibi. *Principes autem.* Prima in duas: quia innocentia Chriſti primò declaratur de verbo iudicis. Secundò: ex teſtimonio ſuæ vxoris, ibi. *Sedente autem.* Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quòd in fauorem Iudæorum conceſſum erat a Romanis, vt in ſolemnitate Paſchali dimitteretur vnus incarceratus ſecundum voluntatē eorum in memoriam liberationis eorū de Aegypto: quia in ſolemnitate Paſchali fiebat memoria illius beneficij. Pilatus aūt ſciebat eos cupidos, de obſeruāda illa cōſuetudine. Ex altera parte volebat Chriſtū liberare: iō propoſuit eis optionē dicens, q̧ liberaret eis Ieſum vel Barrabam,& nullum aliū, per hoc ſubtiliter credens liberare Chriſtum de conſenſu eorum: quia non credebat aliquo modo quòd peterent liberationem Barrabæ, quia erat homicida & ſeditioſus & peſſimus, vt habetur Luc. 23.& ideo credebat, quòd præeligerent liberationem Ieſu. Et hoc eſt quod dicitur. *Per diem au. ſo.* Non quācunque, ſed in ſolēnitate paſchali, vt dictum eſt.

4 *Conſueuerat.* Ratio dicta eſt.

5 *Habebat au.* Dicitur autem hic inſignis non nobilitate generis, ſed ex famoſitate ſui criminis: quia etiam bonum ad mala transferimus vt dicitur 5. Meta. ſicut aliquis dicitur bonus latro, ita poteſt dici inſignis. Sequitur.

6 *Quem vultis.* Quaſi dicat nullum alium habebitis & p̄ hoc credebat liberare Ieſum, vt dictum eſt. Cuius ratio ſubditur.

7 *Sciebat enim.* Quia publice arguebat vitia ſacerdotum & Phariſæorum.

8 *Sedente.* Hic declaratur innocentia Chriſti per teſtimonium vxoris Pilati. Ad cuius euidentiam ſciendum, q̧ diabolus qui captionem Chriſti procurauerat per Iudæos, per aliqua ſigna perpendit q̧ ipſe eſſet vere Chriſtus, & per conſequens, q̧ per eius mortem ſpoliaretur infernus: hoc autem perpendit per eius patiētiā,& per ſcripturarum impletionē, & forte per ſanctorum patrum in lymbo exiſtentiū exultationē:& iō mortē Chriſti impedire volebat per vxorē Pilati: cuius preces efficaces credebat in ꝓſpectu viri ſui. Et hoc eſt quod dr̄ hic. *Sedente autem eo.* iudicando ſcilicet Chriſtum.

9 *Miſit ad eum vxo.* Quaſi dicat nullo modo condemnes eum, ſed magis eum dimitte.

10 *Multa enim paſſa.* Quia diabolus apparuerat ei, mouens eam terroribus ad liberationem Chriſti. Vtrum autem talis apparitio fuerit ei facta in ſomno vel vigilia expreſſe non habetur hic: videtur tamen quòd fuerit in ſomno, per hoc quòd hic dicitur per viſum: Chriſtus enim fuit præſentatus Pilato valde mane, vt dictum eſt in principio huius capituli. Et ideo probabile eſt, quòd vxor eius iacebat adhuc in lecto, quia dominæ non ſolent ita mane ſurgere, ſicut viri ſui.

11 *Principes.* Deſcripta Chriſti innocentia, hic ſubiungitur Iudæorum reſiſtentia: intantum enim, odiebant eum, quòd prælegerunt liberare hominem peſtiferum, ne Chriſtus liberaretur. Et hoc eſt quod ſubditur hic. *Princ. aut. ſacer. & ſe.* Falſas rationes inducendo.

12 *Vt peterent.* Et patet vſque ibi.

6 Quem ... Quid

MORALITER.

† *Et non reſpondit ei, &c.* Ratio dicta eſt c. præced. ſecundum Auguſt. Hic. Vel ideo nihil reſpondit ne crimen diluens dimitteretur a præſide,& crucis vtilitas differretur.

11 *Principes.* Origenes. Eſt & nunc videre, quomodo populus Iudæorum a ſenioribus ſuis, & Iudaicæ Doctoribus ſuadetur,& excitatur aduerſus Ieſum, vt perdant eum:& hodie in locis pluribus fit idem aduerſus membra eius.

Principes. ... Innocens

a *Lauit manus.* Gentilem populum ab impietate Iudęorum alienum deſignans, qui clamauerũt. Crucifige, crucifige eũ.
b *Sanguis eius.* Perſeuerat vſque hodie imprecatio, & ſanguis Chriſti non aufertur ab eis.

Chryſoſtomus. Intuere Iudęorum inſaniam qui ſibi maledicunt, ſed tamen miſericors Deus eorum ſententiam non firmauit, ſed ex eis, & eorum filijs ſuſcepit, qui pœnitentiam egerunt. Etenim, & Paulus ex ipſis fuit, & multa milia eorũ qui Hieroſolymis crediderunt.

c *Tunc dim. il. Barra.* Barrabas latro ſeditioſus, & homicidiorum auctor, dimiſſus eſt populo Iudæorum.

Iſidorus. Diabolus qui iam olim ob ſuperbiam a patria lucis expulſus, & in tenebrarũ carcere fuerat miſſus. Et ideo Iudæi pacem habere non poſſunt, quia ſeditionũ principẽ eligere maluerunt. Vel Barrabas typum gerebat Antichriſti.

a ¶Vt vxor mandauerat, nihil tibi & iuſto illi.
Crucifigatur. Ait illis præſes. Quid enim mali fecit? At illi 1
a ¶Quanto plus audiebant, quod Pilatus uellet eum liberare. 2
magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pi- 3
a ¶Id eſt, rebellionis crimen ei contra Cæſarem impingeretur. 4
latus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, ac- 5
a ¶Quodammodo conteſtans, ego innocentem uolui liberare. b ¶Non in hoc Deum fallit, particeps eſt, ſed innocentior illis qui dicunt, Crucifige, crucifige. 6
a cepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens †
a ¶Ego miniſter ſum legum, noſtra uox ſanguinem fundit,
ego ſum a ſanguine huius iuſti, vos † videritis. Et reſpondens
¶Culpa, & pœna. ¶Vnde per Iſaiam: Si leuaueritis manus ad me, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.
b vniuerſus populus, dixit. † Sanguis eius ſuper nos, & ſuper
c
d filios noſtros. † Tunc dimiſit illis Barrabam: Ieſum vero 7 8
a ¶A Pilato, ut Ioannes ait ¶Ideo flagellatum, ut nos a flagellis liberemur.
flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites 9
a ¶Quia obijciebatur ei quod ului pateet imperium in populo Iudæorum, illuſionibus hoc oſtendunt.
præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad 10
a ¶Proprijs veſtimentis. b ¶Pro purpura qua reges utebantur.
e eum, vniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem 11
a ¶Pro diademate. 12
coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de 13
¶Pro ſceptro. 14
ſpinis poſuerũt ſuper caput eius, & arundinem in dextera e- 15
16

e *Chlamydem coc.* Quęcunq; fecerunt, licet alia mente, tamẽ nobis ſacramẽta dederũt. Chlamydẽ idem quod Marcus dicit purpuram, in qua Chriſti caro paſſionibus obiecta inſinuatur; vnde ꝓpheta. *Quare ergo rubrum eſt indu. tuum.* In ſpinea corona, noſtrorũ ſuſceptio peccatorum, quæ per ſpinas notantur. In calamo: venenata occidit animalia. Iuxta Lucã apud Herodem alba veſte induit, in quo innocentia, & caſtitas aſſumptæ humanitatis exprimitur, & gloria regni immortalis, quam per paſſionem accepit. Vel induitur purpura, ideſt ſanctis Martyribus, alba veſte, alijs ſanctis: quia vero ſolet calamo ſcriptura fieri, caput Chriſti percutiũt calamo, qui diuinitati illius contradicentes, errorem ſuũ auctoritate ſcripturæ ſãctæ cõfirmare conantur. In faciem ſpuunt qui Ieſum in carnem veniſſe denegãt. Vt illi falſo adorabant, ita hodie qui credũt, ſed peruerſis actibus verba eius, & promiſſa regni deſpiciunt quaſi fabuloſa.

Mar. 15. b
Iſai. 63. a
1. q. 4. ca. Eccleſia.
Luc. 23. b
† videbitis

*Ieſum vero fla.* Ideo credendus eſt Pilatus Ieſum flagellaſſe & militibus ad illudendum dediſſe, vt ſatiati pœnis eius, & opprobrijs, Iudæi eius mortem vltra non ſitirent. *Ieſum verò.* Sequens Romanis legibus, quæ crucifigendos prius iubent flagellari.

※ AVGVSTINVS. Proh dolor, iacet extenſus ante hominem Deus, & ſupplicium patitur rei, in quo nullum peccati veſtigium potuit inueniri.

Hiero. In chlamyde coccinea opera gẽtium cruenta ſuſtentat. In corona ſpinea, maledictũ ſoluit antiquum. In calamo, venenata occidit animalia. Vel calamum tenet in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudęorum. In ſuis veſtibus non illuditur, ſed in his quę propter peccata noſtra portauit. Cum crucifigeretur, ſuum recepit ornamentum ſtatim: quia elementa turbantur, & creatori teſtimonium dat creatura.

e *Chlamydem* ☞ *Exeuntes*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quid enim mali fecit.* Quaſi dicat non allegatis cauſam ſufficientem ſuæ mortis.
2 *Et illi magis.* Per clamorẽ aũt, & tumultũ populi voluerũt obtinere quod non poterãt per rationem habere, dicentes.
3 *Crucifigatur.* i. morte turpiſſima, & acerbiſſima moriatur.
4 *Videns au.* Declarata Chriſti innocentia, vt viſum eſt, hic ponitur ipſius innocentis iniuſta condemnatio, quę proceſſit ex parte iudicis ex timore, ne ſi dimitteret eum contra clamorem populi, accuſaretur poſtea ad Cæſarem, & hoc eſt quod dicitur hic. *Videns au. Pi.* Oſtendendo Chriſti innocentiam ad eius liberationem.
5 *Sed magis tu.* Scilicet clamantis ad contrarium per ſeductionem ſacerdotum, vt viſum eſt.
6 *Accepta aqua la.* Ad hoc vt Iudæi totum peccatum ſuper ſe acciperent, & ipſe immunis eſſet a peccato. Sed hoc non ſufficit ad omnimodam eius excuſationem, quia cum eſſet iudex tenebatur ex officio ſeruare iuſtitiam: & ideo grauiter peccauit faciendo contra eam, ad habendum populi fauorem: minus tamen peccauit quàm Iudæi: quia eius motiuum fuit minus malum: Iudæi enim ad occidendum Chriſtum moti ſunt per rancorem, & odium. Pilatus autem propter timorem Cæſaris, & fauorem Iudæorum habendum.
7 *Tunc di. il. Bar.* Facta reſponſione a Iudæis, quòd totum peccatum reciperent ſuper ſe, & filios ſuos.
8 *Ieſum au.* Licet iſta flagellatio Chriſti ponatur hic poſt ſententiam iudicis, tamen fuit ante facta, vt habetur Ioan. 19. quia ad hanc intentionem eum præcepit Pilatus flagellari, & illudi, vt Iudæi eſſent ſatiati ſanguine eius, videntes eum ſic punitum etiam vltra cõdignum, & ideo ponitur hic quaſi per recapitulationem.
9 *Tunc mi.* i. poſt flagellationẽ immediate, & ante ſentẽtiã.
10 *Suſci. Ie. in præ.* Vt magis illi illuderent in loco patenti, & coram multitudine.
11 *Et exu.* Scilicet veſtimentis ſuis.
12 *Chlamy. coc.* id eſt, rubeam in ſimilitudinem purpurę qua vtuntur reges.
13 *Circund. ei.* ipſum veſtiendo.
14 *Et plecten. co. de ſpi.* i. de iuncis marinis ad modũ ſpinarum acutis. Et ego qui hæc ſcripſi, audiui a quodam qui fuerat vltra mare cum Sancto Ludouico Rege Frãcię, quòd in littore maris ſenſerat puncturas iuncorũ per ſotulares intermedios.
15 *Poſuerunt ſu. ca. eius.* Pro ſimilitudine coronę regiæ.
16 *Et arund. in de. eius.* Pro ſceptro regio.

*Et genu.*

MORALITER.

† *Inno.* Leo Papa. Exceſſit ergo Pilati culpam facinus Iudæorum, ſed nec ipſe euaſit reatum, qui reliquit proprium iudicium & in crimen tranſiit alienum.
7 *Tunc d.* HILARIVS. In quo arcanum infidelitatis futuræ oſtenditur, ſcilicet Antichriſtum Chriſto præferendum.
9 *Tunc mili.* Chryſoſt. Quæ igitur erit nobis cura de cætero, ſi contumelias ab aliquo patiamur, poſtquam Chriſtus hæc paſſus eſt: Etenim quod fiebat in Chriſto, vltimus contumeliæ terminus erat: nec vna particula tantum, ſed vniuerſum corpus patiebatur iniurias, caput per coronam & arũdinem & colaphos. Facies: quia conſpuebantur genæ & alapis cædebantur corpus totum per flagella denudatur, & circundationem Chlamydis ad fictam adorationem: manus per arundinem quam dederunt ei pro ſceptro: ac ſi timerent ne prætermitterent aliquid grauiſſimæ præſumptionis.

MORALITER. Rab. Caput Chriſti Deus, igitur calamo Chriſti caput percutiunt qui diuinitati eius contradicentes errorem ſuum auctoritate ſacræ ſcripturæ quæ calamo ſcribitur firmare conantur. Spuunt in faciem eius, qui præſentiam gratiæ ſuę verbis execrandis reſpuũt, & Deũ in carne veniſſe denegant. Falſo autem illum adorant qui cum credunt, ſed peruerſis actibus deſpiciunt.

a *Exeuntes autem.* Primo dominus crucẽ ſuã portauit: quod Ioannes refert antequã iſte veniret obuius: cui impoſita eſt. Et hoc congruo ordine myſterij, q̃ a Chriſtus *paſſus eſt pro nobis, no. re. exen. vt ſe. ve. eius.* Et quia Simon de Cyreneis eſt, quæ eſt in lybia. per eum gentes ſignantur, qui primò peregrini a teſtamento Dei, nunc obediendo ciues ſunt, & domeſtici Dei, & hęredes. Simon enim obediens Cyrene hæres interpretatur. Qui bene de villa venit, id eſt, de gentilitate. Villa Græce pagus, vnde pagani, qui a ciuitate Dei ſunt alieni: qui relictis paganis ritibus paſſionis veſtigia imitantur. Vel in domino figurantur: qui ſponte portant Crucem Domini, in Simone qui inuiti.

Ioan. 19. c
1. Pet. 1. d
† Mar. 15. b Lucæ 23. d
Matth. 15. b Luc. 23. c Ioan. 19. d Golgotha * interpretatũ
† Pſal. 21. d

b *Cyreneum.* Ecce non Hebræus, ſed alienigena opprobrio Chriſti ſubditur, vt plenitudo ſacramentorum tranſire a circunciſione ad præputium oſtendatur.

c *Golgotha.* Syrũ eſt, & interpretatur Caluaria non ob caluitium Adæ quem mentiũtur ibi ſepultum, ſed ob decollationem damnatorum. Adam iuxta Hebron in libro Ieſu legitur ſepultus. Loca ſunt foris portam in quibus capita truncabantur damnatorum. Et Caluariæ; hoc eſt decollatorum ſumpſere nomen. Quaſi diceat ergo noxius inter noxios.

d *Cum felle mixtum.* Alius Euangeliſta dicit Myrrhatum, id eſt, amariſſimum. Et potuit vtraque eſſe commixtio fellis, & myrrhæ.

e *Et cum guſtaſſet noluit.* Hoc Marcus tacet noluit bibere. Hoc eſt quod Marcus ait: non accepit ſcilicet vt biberet.

f *Diuiſerunt.* Hoc Ioannes diſtinctius veſtimenta in quatuor partes, vt Eccleſia in quatuor partibus mundi ſignetur. Tunica ſortita, ſignificat omnium partium vnitatẽ vinculo charitatis, quæ ſorte, id eſt, gratia Dei prouenit, non humano arbitrio.

a ¶Adorant vt regem:

ius: & genuflexo ante eum illudebant ei, dicentes: † Aue rex 1
Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & 2 3
percutiebant caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt 4
eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis eius, & du- 5 6
a xerunt eum, vt crucifigerent. † Exeuntes autem inuenerunt †
b hominem Cyreneum nomine Simonẽ: hũc † angariauerunt 7
vt tolleret Crucem eius. † Et venerunt in locum qui dicitur 8 9

a ¶Vt vbi erat area damnatorum, ibi ſint vexilla martyrum. b ¶Decollatorum. c ¶Qui omnes conuerſi ſunt ei in amaritudinem vitis alienæ.

c Golgotha, quod eſt * Caluariæ locus. Et dederunt ei † vinum 10

¶Vel pro amaritudine. a ¶Guſtauit quidem mortem ad horam, ſed tertia die reſurrexit

d bibere cum felle mixtum. Et cũm guſtaſſet, noluit bibere. 11
e Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta 12 13
eius ſortem mittentes, vt impleretur quod dictum eſt per 14
f Prophetam dicentem. † Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & 15

⁂ Chryſoſt. Nõ parua hęc abiectio Chriſti erat. Quaſi enim circa dehonoratũ, & oĩum viliſſimũ in Chriſto hoc agebãt in latronib. aũt nihil tale operati ſunt. Diuidere. n. veſtimẽta in valde vilib. ɔdẽnatis, & abiectis fit, & nihil aliud habẽtib' Carſam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et genufle. an. eum. il. ei.* Facto ſimiliter & verbo: vnde ſeqt̃.
2 *Dicen. Aue rex Iu.* Quaſi dicat voluiſti regnare, & non potuiſti, & ſic eorum illuſio accuſationi Iudęorũ correſpondebat.
3 *Et expue. in eum,* Tanquam in perſonam contemptibilem & vilem.
4 *Acceper. arun.* De manu eius.
5 *Et percu. caput eius.* Et ratione cõtẽptus & ratione doloris infligendi: quia ex tali perſecutione aculei coronæ intrabãt caput eius.
6 *Et poſtquam.* Poſtq̃ deſcripta eſt ipſius Chriſti condẽnatio iniuſta, hic ponit̃ iniquæ ſnię executio. Et primò ponit̃ ipſi' Chriſti iudicati crucifixio. Secundò, crucifixi illuſio, ibi. *Prætereuntes.* Tertiò, illius expiratio, ibi. *A ſexta autem hora.* Circa Chriſti crucifixionẽ quatuor tanguntur, loci vilitas: Iudęorũ crudelitas, ibi. Et dederũt. Militum cupiditas, ibi. *Poſtquã aũt.* Latronum ſocietas, ibi. *Tũc crucifixi ſunt.* Circa primũ dicit ſic. *Et poſtquã il.* Quia chlamydẽ illam coccineã impoſuerunt ſibi ſolũ ad deridendũ eũ ſicut regẽ falſũ. 7 *Et indu. eum ve. e.* Quibus ſpoliauerunt eum, vt prædictum eſt: & hoc fecerunt, vt ductus ad mortem magis cognoſceretur in propria veſte quam in aliena. 8 *Exeun.* Hoc non eſt contra id quod dicitur Ioan. 19. c. Et baiulans ſibi crucem, &c. Ipſe enim primò portauit crucem ſuam, quando exiuit de domo Pilati, vt dicit Ioannes, ſed quia erat fatigatus ex præcedenti labore ieiunijs & vigilijs: ideo milites coegerunt Simonem ad portãdum eius crucem, vt citius poſſent peruenire ad locum crucifixionis, vt dicitur hic.

Circa Chriſti paſſionẽ quatuor tãguntur

9 *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha: quod eſt Cal. lo.* Ille locus non eſt ſic nominatus a Caluaria Adę ibi ſepulti, vt dicunt aliqui; quia Adam fuit ſepultus in Hebron vt habetur Ioſue 14. propter quod Hebron dicebatur antiquitus Cariatharbe, id eſt, ciuitas quatuor; quia quatuor magni patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum vxoribus ſuis ſcilicet Adam & Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia. Dicitur ergo Caluariæ locus, quia locus ille erat plenus capitibus mortuorum, qui ibi decollabantur; quia ibi malefactores puniebãtur: & ſic, patet loci vilitas, in quo Chriſtus crucifixus eſt.
10 *Et dederunt.* Hic cõſequenter ponit̃ Iudæorũ crudelitas, cum dicitur. *Et dede. ei vi. cum fel. mix.* Ioannes autem dicit, q dederunt ei acetum. Ad euidentiã aũt huius conſiderãdum q aliqui dicũt hoc eſſe factũ, vt citius moreretur: & ſic milites de eius cuſtodia citius expedirentur, quia debebant eum cuſtodire, quouſq; expiraſſet. Dicũt enim, q exeuntes in tormento ſi potentur aceto citius moriuntur. Sed hoc non videtur multũ probabile: quia acetũ eſt frigidũ, & per cõſequens vitam magis mortẽ taliũ differre: propter quod aliter dicendũ eſt. Scribitur enim in quodam libro Hebraico qui apud eos intitulatur liber Iudicũ ordinariorum: q quia Salomon dixerat: Prouer. 31. a. *Date ſiceram,* id eſt, potũ inebriatiuũ *mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo, vt bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.* Ideo ex occaſione huius verbi ſeniores Iudęorum ſtatuerant, vt condemnatis ad mortem daretur vinũ aromaticũ ad bibẽdũ, vt facilius tolerarent paſſionẽ. In Ieruſalem aũt erant matronæ deuotæ, & compaſſiuæ, quæ hoc vinum dabant ex deuotione. Iudæi ergo ex nimia crudelitate moti tale vinũ datũ pro Chriſto, & alijs duobus cum eo crucifixis acceperunt ſibi, ſecundum q dictum erat Amos 2. c. *Vinum damnatorum bibebant, & loco eius poſuerunt acetum cum felle mixtum.*
11 *Et cum gu. no. bi.* Marcus dicit. Et non accepit: quia non accepit ad bibendum, ſed ſolum ad guſtãdum modicum, vt ſic impleretur in eo quod ſcriptum eſt in Pſal. 68. e Dederũt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.
12 *Poſtquam cruci. eum.* Hic ponitur militum crucifigẽtium cupiditas in hoc quòd abſtulerunt ſibi veſtimẽta ſua omnia: cum tamen damnatis ad mortem dimittatur aliquod veſtimentum ad carnis ſuæ operimentum: & hoc eſt q dicitur.
13 *Diuiſerunt ve. e.* In quatuor partes, ſecundum quod dicitur Ioan. 19. quia quatuor erant milites ipſum crucifigentes.
14 *Sortem mitten.* Iſta ſors fuit miſſa ſuper tunicam Domini inconſutilem, quæ erat facta quaſi reticulato opere: & ideo non poterat bene diuidi cum nõ haberet aliquam ſuturam, & ideo miſerunt ſortes, vt quis haberet eam integram.
15 *Vt adimpl. quod dictum eſt per prophe. d. Diui. ſi.* Secundum Hieron. iſtud non eſt de textu Matthæi, nec eſt in antiquis libris, ſed tantum in Euangelio Ioan. Expoſitio tamen huius auctoritatis patet ex dictis.

Et

## MORALITER.

† *Et du.* Extra ciuitatem, vt per hoc oſtenderetur, quod pro totius mundi ſalute patiebatur Heb. 13. b. *Ieſus vt ſanctificaret populum ſuum extra portam paſſus eſt.*
8 *Exeuntes autem inue. ho. cy.* Hierony. Myſtice crucem ſuſcipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris.
10 *Et dederunt vin bi. cum felle mixtum.* Hoc moraliter faciunt qui membra eius amaritudinibus affligunt.
13 *Diuiſerunt.* Hoc nequiter attentant, q eccleſias ſpoliant.

Tunc

a *Cauſam*. Pro qua eum Iudęi Pilato tradiderunt. Rex p cru cē nō perdidit, ſed cōfirmauit imperiū, velint nolint Iudæi.
b *Vnus a dex*. Vnus a dextris per quem mortificatio ſignificatur carnis pro cœleſti gloria, vnus a ſiniſtris, per quem iterum ſignificatur mortificatio carnis pro aliqua mūdi cauſa.

ita & hic. Lucas enim ait vnum fideliter dixiſſe. Memento mei Domine dum, &c. D Luc.23.f

Moralem ſanctæ crucis figuram deſcribit Paulus, vbi ait. *In charitate radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Cognoſcere etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*. Ephe.3.d

a Tunicam inconſutilem. b Diligentia hæc nobis profecit, vt apertior virtus reſurrectionis appareat.

ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes ſeruabant 1
a Pilatus, & miniſtri.
a eum. † Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptā. 2
Hic Ieſus † eſt rex Iudæorum. Tūc crucifixi ſunt cum eo duo 3
a Non in via veritatis pedem ponentes.
b latrones, vnus a dextris, & vnus a ſiniſtris. † Prætereuntes au 4
a Sicut mobiles geſſu corporum, ita & mente, ita ſermone.
tem blaſphemabant eum mouentes capita, & dicentes.
c a Fatuus populus concordat voci falſorum teſtium.
† Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædifi- 5
cas. Salua teipſum. Si filius Dei es, deſcende de cruce Simili- 6
d ter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis, & ſenio 7 8
Nolentes verum dicunt, & qui hoc potuit, poſſet vtique, ſed minus volebat, vt faceret maius.
ribus, dicebant. † Alios ſaluos fecit, ſeipſum non pōt ſaluum 9 10
facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nūc de cruce, & credemus 11
e f ei. Confidit in † Deum, liberet eum nūc ſi vult. * Dixit.n quia 12
Plurale pro ſingulari.
g filius Dei ſum. Idipſum autem, & latrones, qui crucifixi erāt 13 14
Compariuntur elementa conditori ſuo. a Ne ſol pendentem dominum videret, vel ne impij ſua fruerentur luce.
h cum eo improperabant ei. A ſexta autē hora tenebræ factæ 15

c *Blaſphemabant*. Prædictum erat in libro ſapientiæ. *Morte turpiſſima condemnemus eum. Erit enim reſpectus in ſermonibus illius. Si enim vere filius Dei eſt ſuſcipiet illum, de manu contrariorum ſuorum liberabit illum*. Quia ergo crucifigebatur, & non liberabatur, credebant illum non eſſe Dei filium, propterea pendenti in ligno inſultant, & caput agitāt.
d *Si filius Dei es*. Si inſultātibus cedens deſcenderet de cruce, virtutem patientiæ non demonſtraret.
e *Et credemus ei*. Fraudulenta promiſſio, maius facit ſurgens de ſepulchro, & non creditis, ſi ergo de cruce deſcenderet, non crederetis. Sed hoc dæmones immiſerunt, ſtatim enim ſenſerunt virtutem crucis, & ſuas vires fractas, & hoc agunt, vt de cruce deſcendat. Sed ſciens hoc dominus, permanet, vt diabolum deſtruat.
f *Confidit in Deum, liberet, &c.* ✻ Chryſoſtomus. O inquinati valde? Nunquid prophetę, & iuſti non erant, quia eos non eripuit a periculis Deus? Si autem illorum gloriæ non obfuit, quod eis pericula induxiſtis, multo magis in ipſo non oportebat vos ſcandalizari per ea quæ patitur, quia ſemper per ea quæ dixit hanc veſtram remouit ſuſpitionem.
g *Idipſum autem & latro*. Prius vterque blaſphemauit, deinde viſis ſignis vnus credidit. Ita vterque populus Deū prius blaſphemauit, ſed alter ſignis territus pœnituit, & nunc Iudæos arguit.
Vſitate dicitur. Et ruſtici inſultant mihi, ſi vnus hoc facit. Ita

In latitudine quippe opera charitatis ſignificat. In longitudine perſeuerantiam conuerſationis ſanctę vſque in finem. In altitudine, ſpem cœleſtium præmiorum. In profundo, inſcrutabilia iudicia Dei. Quando iſta gratia inter homines venit & hæc coaptantur ſacramento crucis, vt in latitudine accipiatur tranſuerſum lignum quo extendūtur manus propter operum ſignificationem. In lōgitudine, ab ipſo vſque in terram, vbi totum corpus erat ſignificatur perſiſtere.i.longanimiter permanere. In altitudine ab ipſo tranſuerſo ligno ſurſum verſus vbi caput erat, propter ſpectationem ſupernorū ne illa bona opera, & in eis perſeuerentia. propter beneficia Dei terrena ad temporalia facienda credatur, ſed propter illud ſempiternum quod deſuper ſperat fides quæ per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa quæ in terra abdita defoſſa latet, ſed inde cōſurgit omne illud quod eminet. Sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ alius ſic, alius autem ſic. Supereminentem vero ſcientiæ charitatem Chriſti, eam profecto vbi pax illa eſt, quæ præcellit omnem intellectum.
h *A ſexta au. ho.* Nota ſole a centro mundi receſſuro crucifigitur dñs, quia pp peccata moritur, & Adam poſt meridiē cum peccaſſet vocē dñi audiuit. Et ordo eſt rationis, vt quo tempore præuaricanti Adæ clauſit, eo tempore pœnitenti latroni ianuam reſeret paradiſi. Quod Marcus ait hora tertia ☞ crucifi-

†Mar.15.c *Eum F †Mar.15.c Luc.13.f Gal.5.a F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſeden. ſer. eum*. Ne aliquis raperet eum de cruce antequam eſſet mortuus.
2 *Et impoſue. ſu. ca*. Iſte erat modus Iudæorum, quod ſuper capita crucifixorum ponebatur cauſa condemnationis ipſorum. ipſe autem accuſatus fuerat, quod ſibi volebat vſurpare regnum Iudæorum, vt viſum eſt.
3 *Tunc cruci. cum eo*. Hic deſcribit latronum ſocietas, ad hoc enim crucifixi ſunt cum Chriſto ex intentione Iudæorum, vt Chriſtus videretur particeps, & magiſter in malefactis eorum. Sed ex intentione Dei hoc permittentis factum eſt, vt impleretur quod de Chriſto ſcriptum erat, Iſa. 53.d. Et cum ſceleratis reputatus eſt.
4 *Prætereuntes au*. Hic deſcribitur ipſius Chriſti crucifixi deriſio, quia primo fuit deriſus a prætereuntibus, hoc eſt a vulgarib. hominibus circa locum crucis concurrentib. dicētib.
5 *Vah*. Interiectio eſt inſultantis, ſeu deridentis. *Qui deſtruis tem. Dei*. Imponebāt.n. ſibi, quod hoc dixerat. Sed hoc falſum erat, vt viſum eſt cap. præc.
6 *Salua te ipſum*. Q.d. non potes, ex quo patet falſitas tua. Secundo fuit deriſus a ſacerdotibus, & hoc eſt quod dicitur. Similiter
7 *Similiter & prin. ſa. illu. cum ſcribi*. id eſt, legiſperitis.
8 *Et ſeniori*. id eſt, iudicibus ordinarijs.
9 *Dicebant, alios ſal. ſe*. Q.d. non eſt verum, quia ſi poſſet facere talia ſaluaret ſemetipſum.
10 *Si rex Iſrael eſt*. Non quicunque, ſed Meſſias promiſſus in lege.
11 *Deſcen. nunc de cru*. Quia alij reges nō poſſent talia facere.
12 *Et crede. ei*. Falſum dixerunt, quia maiora fecit, quando Lazarum ſuſcitauit, & quando poſt mortem de ſepulchro ſurrexit, & tamen non crediderunt ei. Tertio fuit deriſus a latronibus, & hoc eſt quod dicitur.
13 *Idipſum*. i. verba præmiſſa.
14 *Et latro. impro. ei*. Contrarium videtur Lucæ 23.f. vbi dicitur, quod vnus increpabat eum, alter autem rogabat eum, dicens. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuū. Dicendum quod Matthæus loquitur ſecundum illum modum loquendi, quo ſocietas dicitur aliquid facere quando vnus de ſocietate hoc facit. Vel aliter dicendum, quod vterque improperauit primo Chriſto, ſed alter videns poſtea patientiā Chriſti pęnituit, & miſericordiā petijt, & ſic inuenit.
15 *A ſexta autem hora*. Hic cōſequēter deſcribit ipſius Chriſti crucifixi

## MORALITER.

3 *Tunc crucifixi ſunt cum eo duo*. Per iſtos duos latrones deſignantur oēs qui arctioris vitæ continentiam apprehendūt. Quicunque enim intentione placendi Deo hoc faciunt, deſignantur per illum qui a dextris Chriſti crucifixus. Qui vero pro appetitu laudis humanæ, vel aliqua minus digna intētione, per illum qui a ſiniſtris. Præ-
4 *Prætereuntes autem blaſphemabant*. Sic & modo qui viam prætergrediuntur iuſtitiæ, non ceſſant ipſum blaſphemare.
† *Si filius Dei es*. Rabanus. Si autem tunc de cruce deſcenderet, virtutem patientiæ non demonſtraret, ſed expectauit paululum, irriſionem ſuſtinuit, & qui de cruce deſcendere noluit, de ſepulchro reſurrexit.
16 *A ſexta*. Origenes. Sicut Moyſe extēdēte manus in cęlū factæ

A crucifixiſſe dominum, ideo eſt, vt Iudæos qui ſe excuſant, magis crucifixiſſe oſtendat linguis, quam milites quorū manib. factum eſt, qui hora tertia, vt crucifigeretur inclinauerunt. Quando enim crucifixus eſt, hora erat quaſi ſexta, id eſt non adhuc plene ſexta.

recipiat quæ in me auſus eſt, vt priuetur a lumine tuæ proſpectionis, ſed & pro ſalute gentium dereliquiſti me, forſitā autem, & videns peccata hominum pro quibus patiebatur, dixit, quare me dereliquiſti, vt fierem quaſi qui colligit ſtipulam in meſſe, & racemos in vindemia. Non autem æſtimes humano more Saluatorem iſta dixiſſe ꝓpter calamitatē, quæ comprehenderat eū in carne. D

Tractat. 35. in Matth. ✻ Origenes. Dicunt fi[lii] huius ſeculi, quomodo hoc factum, tam mirabile nemo græcorū ſcripſit? Phlegon quidē in chronicis ſcripſit in principatu Tyberij factum, ſed non ſignauit in luna plena: arbitror ego, ſicut cętera ſigna quę facta ſunt in paſſione, ita hoc in Ieruſalem tantum factum. B

† Mat. 15.c. Io. 19.f

† Mat. 15.e

a Ne putetur conſueta eclipſis per tres horas tenebræ factæ ſunt.

a ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. † Et 1

b circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna dicens. † Eli 2

a Suſceptæ naturæ in primis parentibus corruptæ deplorat miſeriam. 3

eli lamma azabtani: hoc eſt: Deus meus, Deus meus: vt quid †

a Humana natura erat derelicta, ſed non Dei filius.

c dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes, & audientes di- 4

Ex eo quod dixit Eli.

d cebant. Eliam vocat iſte. † Et continuo currens vnus ex eis 5

acceptam ſpongiā impleuit aceto, & impoſuit arundini, &

e dabat ei bibere. † Cæteri vero dicebant. Sine videamus, an

a Quid dixerit. Lucas aperit. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

veniat Elias liberans eum. Ieſus autem iterum clamans 6

✻ Damaſcenus. Etſi mortuus eſt, vt homo, & ſancta eius anima ab incontaminato diuiſa eſt corpore, ſed tamen deitas inſeparabilis ab vtriſque permāſit, ab anima dico, & corpore. Et neque vna ita hypoſtaſis in duas diuiſa eſt. Corpus.n.& anima ſicut a principio in verbi hypoſtaſi habuerūt exiſtentiam etiam in morte, neque.n.anima, neque corpus propriam habuerunt hypoſtaſim, pręter hypoſtaſim verbi.

Hom. 89. in Matth. ✻ Chryſoſtomus. Hoc admirandū erat quod in omnem terram tenebræ ſunt factę, quod nunquam prius contigerat. In Aegypto n. ſolum tenebræ factæ ſunt, quando paſcha perficiendum erat.

a *Et circa horam no.* Cum inclinata eſt dies ad veſperam, & tepefactus eſt ſol a feruore, paſſionem conſumat, oſtendens ſe mori propter peccata noſtra quibus a diuina luce, & dilectione in hanc noctem cecidimus. Mane ſurrexit dominus, docens reſuſcitatos in anima ſe eſſe producturum in lucem æternæ fœlicitatis.

b *Eli Eli lamma.* Quorum ſuſcipit naturam eorundem plorat miſeriam. In quo oſtendit quantum ipſi flere debent, qui peccāt. Ne mireris verborum humilitatem, & querimonias derelicti, cum formam ſerui ſciens ſcādalum crucis videas.

Hom. 89. in matth. * CHRYSOSTOMVS. Quidam quia non poſſunt exponere, derelinqui Chriſtum a Deo, dicunt quod per humilitatem dictum eſt. C Sed manifeſte intelligere poteris, quid ſit quod dicit, faciens comparationem glorię illius, quam habuit apud patrem, ad confuſionem, quam contemnens ſuſtinuit crucem.

Tracta. 35 * Origenes. *Dereliquiſti me*, i. talibus exinanitum calamitatibus tradidiſti, vt populus qui apud te fuerat honoratus, recipiat

c *Quidam autem.* Non omnes, forſitan Romani, Hebręi ſermonis ignorantes proprietatem. Vel aliqui Iudæi Chriſtum minorem Elia reputantes, vt eius auxilium deprecetur.

d *Et continuo cur.* Quare acetum ſit ei datum Ioannes oſtendit dicens. *Sciens Ieſus quod omnia alia conſummata ſunt, vt & hoc impleretur. Et in ſiti mea potauerunt me aceto, dicit. Sitio.* Iudæi erant acetum degenerantes a vino patriarcharum de pleno vaſe, de iniquitate huius ſeculi impleti, cor habentes, vt ſpongiam cauernoſis, & tortuoſis latibulis fraudulentum, vt ſpongiā. Spongia herba eſt vacua, & cauernoſa. Hiſopus humilis herba, & purgans pectus, humilitatem Chriſti ſignificat. Spongia ergo hiſopo circumponunt, quia humilitatem Chriſti circundederunt, & ſe circumueniſſe putauerunt. Arundo ſignificat ſcripturam, quæ hoc facto implebatur. Imponunt ergo ſpongiam arundini, id eſt, euentum rei præmiſſę prophetiæ adiungunt.

e *Sine, videa.* Quia vocem domini male intelligebant, fruſtra Eliæ expectabant aduentum.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

crucifixi, & deriſi expiratio, vbi primo notatur perturbatio elementorum quaſi Chriſto morienti compatientium. Secūdo cōfeſſio aſſiſtētiū ibi. *Centurio autē.* Prima in duas, qa primo deſcribit ꝑturbatio corporū ſuperiorū. Scđo inferiorū, ibi *Et ecce velum.* Circa primū dicit ſic. *A ſexta hora tenebræ factæ ſunt.* Hieronymus dicit ſuper iſtum locum, quod iſtæ tenebræ fuerunt factæ per retractionem radiorum ſolis diuina virtute. Origenes autem dicit, quod hoc factum eſt per interpoſitionem nubium denſarum. Sed in hoc magis credēdum eſt Dionyſio, qui dicit in epiſtola ad Policarpum, hoc fuiſſe per interpoſitionem lunæ inter terram, & ſolem, ſicut fit in eclipſi ſolis. Et ibidem dicit, quod ipſe hoc vidit, tunc exiſtens in Aegypto, vbi eſt aeris puritas, quia rariſſimæ fiunt ibi nubes, & pluuiæ, propter quod talia potuit tunc magis perpendere. Vidit ergo vt dicit lunam ab oriente aſcendentem verſus meridiem, & ſupponentem ſe ſoli. Hieronymus autem & Origenes non loquuntur de illa eclipſi aſſerendo, quod ſic fuerit, vt dicunt, ſed quod potuit ſic fieri. Ex dictis patet, quod illa eclipſis non potuit naturalis eſſe, ſed miraculoſa. Et hoc multipliciter. Primo quia luna erat quintadecima, vt patuit ca. præcedenti, & tunc luna diſtat a ſole per diametrum cœli. Eclipſis autem ſolis non poteſt fieri naturaliter, niſi tempore coniunctionis ſolis, & lunæ, propter quod dicit Dionyſius, quod mirabatur, quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionem. Secundum miraculum fuit ibi, quia tranſacta eclipſi, luna rediſt ad oriētem, ita quod in veſpere fuit in oriente ſole exiſtente in occidentes, & ſic orbes eorum ſunt ad priſtinum ſtatum reſtituti.

Eclipſis tempore paſſionis Chriſti fuit miraculoſa.

Tertium miraculum fuit ibi, quia pars orientalis ſolis prima fuit obſcurata, & iterum vltimo illuminata. Cōtrario autem modo fit eclipſi naturali.

1 *Super vniuerſam terram.* Hic accipitur pars pro toto, Eclipſis enim ſolis non poteſt eſſe vniuerſalis, & propter hoc quando dicitur ſuper vniuerſam terram, intelligendum eſt de terra Iudææ.

2 *Vſque ad horam nonam.* ex quo patet, quod luna fuit immobilis ſub ſole per tres horas. Et in hoc fuit quartum miraculum illius eclipſis, qa in naturali eclipſi luna continue mouetur ſub ſole.

3 *Eli Eli lamma azabatani.* Et in Hebræo idem eſt qđ Deus, iota litera Hebraica adiuncta facit ſignare cum hoc meus, & ideo Eli idem eſt quod Deus meus, lamma vna eſt dictio per ſe, & idem valet quod quare in Latino azabtani non eſt vera litera, quia nō deſignat idem quod dereliquiſti me. ſed debet præponi ibi quædam litera quæ vocatur Ain, & ſonat ſicut.a. formatum in gutture, vnde debet ſic ſcribi azabtani, & tunc ſignificat idem quod dereliquiſti me, ſed per ignorātiam ſcriptorum corrupta eſt litera in latinis libris. dicit autē Chriſtus ſe derelictum a Deo patre, quia dimittebat eum in manibus occidentium. 4 *Quidam autem illic ſtantes.* Scilicet milites ipſum cuſtodientes, qui erant gentiles propter quod linguam Hebraicam ignorabant, dicebant.

5 *Heliam vocat iſte.* Cætera patent vſque ibi.

6 *Ieſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpir.* Ex quo patet quod illa vox non fuit naturalis, ſed miraculoſa, quia homo magno cruciatu, & longo afflictus, & ex tali afflictione morti ſic proximus non poſſet ſic clamare virtute naturæ.

Et

## MORALITER.

factæ ſunt tenebræ ſuper Aegyptios, ſic & Chriſto hora ſexta manus extendente in cruce ad cęlum ſuper populum qui clamauerat, Crucifige eum, factæ ſunt tenebræ, & omni lumine priuati ſunt in ſignum futurarum tenebrarum, quæ apprehenſuræ erant Iudaicam gentem.

Deus

† *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.* Gloſſa. Subtraxit protectionem, ſed non ſoluit vnionem. Sic martyres in manibus carnificum dereliquit, quos tamen charitate firmiſſima ſibi iunxit.

6 *Ieſus autem iterum clamans vo. ma. emi. ſpi.* Oſtendens ex clamore ſupernaturali, quod ex maxima charitate tradidit noſtræ ſaluti pretium.

Et

a *Et ecce velum templi.* Vt arca teſtamenti,& omnia ſacramẽta legis quæ tegebantur appareant,& ad gentes tranſeant Ioſephus ait virtutes angelicas præſides quondam templi tunc pariter conclamaſſe. Tranſeamus de his ſedibus.

mutantur. Petræ ſciſſæ ſunt,quia duritia Iudaica erat ex parte emollienda.

d *Et monumen.* Et tamen cum monumenta aperta ſunt,nõ ante ſurrexerunt,quam dominus reſurgeret,vt eſſet primogenitus ex multis fratribus.

⁂ Origenes. Duo autem fuiſſe vela intelliguntur, unum quod velat ſancta ſanctorum,aliud exterius,ſiue tabernaculi,ſiue templi. In paſſione ergo Domini, velum quod erat a foris conſciſſum eſt, a ſurſum vſque deorſum,vt ab initio mũdi, vſque ad finem conſciſſo velamine myſteria publicent, quæ vſque ad aduentum Domini rationabiliter fuerant occultata. Cum autem venerit quod perfectum eſt,tunc auferetur etiam ſecundum velum, vt videamus etiam quæ interius ſunt occultata, ſcilicet veram arcam teſtamenti.

⁂ Tertullianus. Spiritum cum verbo ſponte dimiſit,præuento carnificis officio. Eodem momento dies medium orbem ſignante ſole,ſubducta eſt.deliquiũ vtique putauerunt,qui id quoque ſuper Chriſto prędicatum non ſcirent.et tamen eum mundi caſum relatum in archiuis veſtris habetis.

Non alius extorſit.
a voce magna, emiſit ſpiritum. † Et ecce velum templi ſciſſum 1
a In nouum,& vetus teſtamentum. b Ab initio mundi quando homo conditus eſt,vſque ad conſummationem ſeculi.
b eſt in duas partes, a ſummo vſque deorſum. Et terra mota 2
a In typum futuræ reſurrectionis.
c eſt,& petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta aperta ſunt, & mul- 3
d ta corpora ſanctorum, qui dormierant ſurrexerunt. Et 4
e a Quo ordine hoc,& quando,conſiderandum eſt. b Ad teſtimonium dominicæ reſurrectionis. 5
exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius vene- 6
a Pro antiquo nomine,vt Matthæus publicanus. Ideſt,idoneis. Non omnibus,quia non 7
genera his reſurrectio. 8
f runt in ſanctam ciuitatem,& apparuerunt multis. † Centu- 9
Milites.
g rio autem: & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terręmotu,& his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes. Vere filius Dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres mul-
h 
i tæ a longe* quæ ſequutæ erant Ieſum a Galilæa miniſtran- 10 11
a De qua dominus eiecerat ſeptem dæmonia. b Soror matris domini. c Minoris. 12
k tes ei. Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, 13
Quæ regnum ſuis poſtulauerat filijs. 14
& Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi. † Cum 15 16

e *Corpora ſan.* hi credendi ſunt cum domino aſcendere ſimiliter aſcendiſſe cum corpore. Rom.8.f

f *In ſanctam ciui.* Ieruſalem, quæ ſancta dicitur propter templum, & ſancta ſanctorum quod nulla alia.

g *Centurio autem.* Hi in ſcandalo crucis cõfitentur Deum. Arrius in ecclęſia prædicat creaturam,quem cæci Iudæi, nec tot miraculis credunt.

In cẽturione fides eccleſiæ deſignatur, quæ velo cœleſtium myſteriorũ per mortem domini reſerato Ieſum filium Dei tacente ſynagoga confirmat. †Mar.15.d Luc.23.g Io.19.f Luc.23.g

b *Terra mo.eſt.* Omnia elementa ſuum dominum crucifixũ demonſtrant. Terra mouetur, dominum ſuum pendentem ferre non ſuſtinens.

c *Petræ.* i.corda gentilium,vel vaticinia prophetarum,q petræ dicuntur a petra Chriſto,vt quidquid in eis duro legis velamine clauſum erat,ſciſſum pateret gentibus.

Myſtice. Corda terrenorum per paſſionem Chriſti commutantur.

h *Mulieres mult.* Matthæus,& Lucas dicunt Mariam Magdalenã a longe ſtetiſſe. Ioannes vero iuxta crucem,q a tanto interuallo aberat,vt iuxta diceretur,quia præſto erat in conſpectu eius,& lõge comparatione turbę propioris Poſſumus ẽt dicere q, illæ quæ erant cum matre dñi poſtquam eam cõmendauit diſcipulo, abire cœperint iam, vt a denſitate turbæ eruerent ſe,& cætera quę facta ſunt longius intuerentur. Io.19.f

i *Miniſtrantes ei.* Conſuetudinis Hebraicæ erat,vt mulieres de ſubſtantia ſua præceptoribus ſuis miniſtrarent, quod dominus accepit,vt exemplum daret apoſtolis.

k *Iaco.* Iacobus Alphæi minor dicitur ad differentiam Iacobi,q inter primos apoſtolos vocatus eſt,& electus a domino.

Homo

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ecce velum templi.* Hic ſecundo declaratur perturbatio elementorum inferiorum,quia ad motum terrę,& aeris velum templi ſciſſum eſt. Illud autem velum erat ſecũdum aliquos in introitu templi,prohibens aſpectum eorum quæ erant intra templum,& ideo per talem ſciſſionem declarata eſt impletio veritatis in morte Chriſti,quæ latebat in figuris veteris Teſtamenti. Secundum alios vero,non fuit velum quod erat in introitu templi,ſed velum quod erat intra templum inter ſanctum,& ſanctum ſanctorum, & ſciſſio eius idem ſignificat quod prius dictum eſt,& hoc dicunt communius doctores. De vtroque vero velo dictum fuit plenius. Exo.26.

2 *Et terra mo.eſt.* Quaſi non potens ſuſtinere mortem Chr̃i.

3 *Et petræ ſciſſæ ſunt.* In ſignum huius,quod corda quantumcunque dura deberent Chriſto morienti compati.

4 *Et monumenta aperta ſunt.* Ex terræmotu ad denotandum, quod reſurrectio Chriſti propinqua erat,& aliorum cum ipſo reſurgentium.

5 *Et multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt.* Non tunc quando monumẽta aperta ſunt.ſ.hora mortis Chriſti, ſed poſtea quando reſurrexit, quia cum eo ſurrexerunt tanquam teſtes ſuæ reſurrectionis,& hoc eſt quod ſubditur.

6 *Et exeunt.de monum.poſt reſurr.eius.* i.Chriſti.

7 *Venerunt in ſanct.ciu.* i.Ieruſalem. Quæ dicebatur ſancta, propter templum diuino cultui deputatum,quod erat ibi.

8 *Et apparuerunt multis.* Ad declarationem dñicę reſurrectionis. 9 *Centurio aũt.* Hic ponitur aſſiſtentium confeſſio,& primo centurionis,& ſuæ ſocietatis, qui uidentes ſigna p̃dicta in morte Chr̃i, cõfeſſi ſũt veritatẽ ſuę diuinitatis dicẽtes.

10 *Vere filius Dei erat iſte.* Et per conſequens eiuſdem naturę cum eo. Secundo ponitur confeſſio mulierum deuotarum,q confitebantur cum facto,inquantum aſſiſtebant ipſi morienti,quod non audebant facere apoſtoli,quia ſolus Ioannes legitur ibi ſtetiſſe,& hoc eſt quod dr̃. 11 *Erant autem mulie. multæ a longe.* Contrarium vr̃ Io.19 vbi dr̃,quod ſtabant iuxta crucem. Dicendum,quod erant longe reſpectu militũ Chriſtum crucifigentium,& cuſtodientiũ, ſed prope erant reſpectu aliorum aſtantium. Non erant.n.ita longe, quin poſſent eũ loquẽtẽ audire,qñ dixit matri ſuę. *Mulier ecce filius tuus,&c.* 12 *Quæ ſecu.erant.* Ex deuotione quam habebant ad audiendum verbum eius. 13 *Miniſtrantes ei.* Neceſſaria vitæ ſuæ de facultatib.ſuis, iſte.n.erat mos Iudeorum, quod neceſſaria vitæ adminiſtrabãt doctorib. 14 *Inter q.erat Maria Magdalenæ.* Sic nominata a Magdalo caſtello. 15 *Et Maria Iac. & Ioſeph ma.* Iſta erat ſoror Mariæ matris Chriſti. Et mater filiorũ Zebedæi.ſ.Iacobi,& Ioãnis. 16 *Cum ſero au.fact.eſſet.* Hic deſcribit ipſius Chr̃i mortui deuota tumulatio, vbi duo ponuntur,primum eſt ſepelientium deuotiõ,ſm Iudæorum malignantium machinatio,ibi. *Altera au.die.* Circa primũ aduertendum,quod licet mors Chr̃i fuerit ignominioſa,vt patet ex p̃dictis,ſepultura tñ eius fuit nobilis,& ſumptuoſa. Cuius rõ eſt,quia paſſibilitatẽ,& humanitatẽ aſſumpſit Chr̃s pp nr̃am redemptionem,& iõ ipſa cõpleta in ſua morte, p̃dicta debuerũt ceſſare, & ea q̃ ſequebant quodãmõ ad gloriã ſuæ reſurrectionis ptinere. Vtrũq; aũt fuerat p̃dictũ p Iſa. pphetã de turpitudine mortis eius,Iſa 53.c. *Tanquam ouis ad occiſionem ducetur.* Et ſeq̃t ibidẽ. *Cum ſceleratis reputatus eſt.* De nobilitate ſepulturæ eius dr̃ Iſa.11.c. *Radix Ieſſe,q ſtat in ſignũ populorũ ipſum gẽtes deprecabunt,& erit ſepulchrũ eius glorioſũ.* hoc eſt ergo qđ dr̃ hic. *Cũ ſero aũt factũ eſſet.* Quia circa veſperã feriæ ſextæ depoſitus Diuiſio

## MORALITER.

1 *Ecce velum tem.ſciſ* Dei templum eſt fidelis aĩa 1.Cor.3.d. Templum Dei ſanctum eſt,qđ eſtis vos. Cuius velũ ſcindit, qñ velamen hypocriſis diſſipatur,terra mouetur, qñ terrenũ deſiderũ in amorẽ cęleſtiũ commutatur,& petræ ſcindunt, qñ duritia cordis per pietatẽ emollitur,& mortui reſurgunt, quando ſomnus pigritiæ ad boni operis exercitiũ excitatur.

16 *Cum ſero autem factum eſſet.* Sequit. *Et petijt corpus Ieſu.* Ille corpus Ieſu poſtular,qui pro digna receptione euchariſtiæ, Deum ſuppliciter exorat, & inuoluit ſyndone mũda, quãdo recepit mẽte pura,& ponit in monumento nouo.i.in corde per gr̃am renouato. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium, quando

A a *Homo diues.* Quia ad præſidem niſi diues accedere non poterat, non quod diuitias commendet euangeliſta. Dictus eſt & Decurio, quia fuit de ordine curiæ, & officium curiæ miniſtrabat: per hoc potuit habere facultatem, per hoc quod diſcipulus, hoc miniſterio dignus fuit,

tur ſexta ſabbati, id eſt, in qua præparabant neceſſaria ſabbato, vt de manna dictum eſt: ſexta die colligetis duplū, qa ſexta die homo factus eſt & in ſeptima requieuit dominus. Ideo ſexta die Ieſus pro homine moritur: vnde & dixit. *Conſummatum eſt*, id eſt, ſexta die pro redemptione mundi opus explétum eſt: & in ſab-

Hom.89 in matth.
†ſerum fieret

†De conſecr. diſt.1.ca. conſulto.

❧ Chryſoſtom. In ſpice huius viri fortitudinem, In mortis enim periculum ſe tradidit, inimicitias ad omnes aſſumens propter beneuolentiam Chriſti. Et non ſolum audet corpus petere, ſed & ſepelire.

b *Diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatum.* Etſi occultus, vitans prius inimicitias Iudæorum, in hoc extremo officio nihil curat de illis.

B c *In ſyndone munda:* Myſtice, Syndone munda Ieſū inuoluit, qui pura mente eum ſuſcipit. Hinc etiam mos eccleſiæ habet, vt ſacrificium altaris non ſerico, non panno tincto, ſed puro lineo celebretur.

a †ſero autem factum eſſet, venit quidam homo diues ab A-
a Ipſa eſt Ramatha, Helchiæ, & Samuelis ciuitas.
b rimathia nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu Hic
Ecce Ioſeph dignus apud ſeculum.
acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu, Tunc Pilatus iuſſit
Maioris meriti apud Deum.
reddi corpus. † Et accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in
a In ſimplici ſepultura domini condemnatur ambitio diuitum, qui nec mortui diuitijs carent.
c d †ſyndone munda, & poſuit illud in monumento ſuo nouo
a Vt non poſſet aperiri ſepulchrum ſine auxilio multorum.
quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad
e oſtium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria
Magdalenæ, & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum,
Præparationem Paſchæ.
f Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt
principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum dicentes.
a Non ſufficit ſcelus mortis niſi poſt mortem famam eius lacerent. Quod erant, domino imponunt.
g Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit ad-
h huc viuens; poſt tres dies reſurgam. Iube ergo † cuſtodi-
ri ſepulchrum vſque in diem tertium, ne forte veniant diſci-
puli eius, & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit a mortuis,
a Ignoranter verum dicunt, quia peior eſt contemptus pœnitentiæ, quam error ignorantiæ.
& erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus,

1 bato quieuit in ſepul
2 chro. Ita & nos ī hac
3 ſexta ætate pro dño
4 pati debemus, & in
5 ſeptima (quæ eſt mor
6 tuorū) in ſecreta pa-
7 ce quieſcere, donec
8 octaua reſurrectionis
9 veniat. In Geneſi ſe-
10 primus dies veſperā
11 habere non legitur
12 quia in illo ſeculo re-
13 quies animarum nul
14 lo mœrore conſumi-
tur, ſed gaudio futu-
15 ræ reſurrectionis au
16 getur. Noſtrum pa
ſcha eſt immolatio
Chriſti.i.paraſceue.i.
prçparatio eius ab hi
ra captionis.
g *Quia ſeductor ille*
† ✻ Hierony. Prin
cipes Sacerdotum, li
† cet immenſum faci
17 nus in nece Domini
perpetrauerint, ta
men non ſufficit eis

d *In monumento ſuo nouo.* Quia ſi in monumento, vbi alius poſitus eſſet, poneretur, alius fortaſſe reſurrexiſſe fingeretur. In petra, ne ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur.

C e *Erant autem ibi.* Alijs notis Ieſu ad ſua redeuntibus, ſolæ mulieres, quæ arctius amabant, obſequium funeris inſpiciebant, expectantes quod promiſerat Ieſus, & ideo primæ reſurrectionem vident.

f *Poſt paraſceu.* Paraſceue, ideſt præparatio, hoc nomine dicitur

niſi etiam poſt mortem eius conceptæ nequitiæ virus exerceant, quem innocentem ſciebant, ſeductorem vocāt. Sicut autem Cayphas ignorans ante prophetauerat, dicens, *expedit, &c.* ſic & modo. Seductor.n.erat Chriſtus, non a veritate in errorem mittens, ſed a falſitate in veritatem, a vitiis ad virtutes, a morte ad vitam ducens.

h *Poſt tres.* A parte totum, pars ſexti diei quo crucifixus eſt cum ſua nocte pro vno die. Sabbatum integre. Tertius dies parte prima.i.nocte totius cum ſuo diurno, & ſic eſt triduū

☞ *Munierunt*

## NICOLAVS DE LYRA.

depoſitus eſt de cruce.

1 *Venit quidam homo diues.* Et propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatum, & quia erat nobilis, & vnus de curia, vt habetur Luc.23.

2 *Ab Arimathia.* Iſta eſt ciuitas quæ 1.Reg.dicitur Ramatha. De qua fuit oriundus Samuel.

3 *Nomine Ioſeph.* Nomen autem eius exprimitur, quia erat homo famoſus,

4 *Qui & ipſe diſci.erat Ieſu.* Occulte tamen ne expelleretur de ſynagoga, quia ſecundum quod dicitur Io.12.f. Ex principib. multi crediderunt in Ieſum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ne de ſynagoga eijcerentur.

5 *Hic acceſſit ad Pi.* Depoſito.n.timore, confidenter.

6 *Petijt corpus Ie.* ad ſepeliendum honorifice.

7 *Tunc Pilatus iuſ.reddi.c.* Tunc quia Ioſeph erat homo valens, & nobilis, propter quod Pilatus petitioni eius voluit acquieſcere. Tum quia ſciebat Chriſtum crucifixum iniuſte.

8 *Et accepto cor. Io.inuol.* Hoc eſt in panno lineo mundo. Propter quod corpus Chriſti non conſecratur in altari ſuper pānum ſericum, ſed lineum, quia corpus Chriſti in ſepulchro tali panno fuerat inuolutum.

9 *Et poſuit illud in monumento ſuo.* Quod erat ſumptuoſe factum.

10 *Nouo.* Quia ſi aliquis fuiſſet ibi ante ſepultus, calumniari poſſet

poſſet a Iudæis, quod ille ſurrexiſſet, & non Chriſtus.

11 *Quod excide.in pe.* Eadē ratione factum eſt hoc, ne ſi Chriſtus fuiſſet ſepultus in terra, diceret a Iudæis quod diſcipuli rapuiſſent corpus eius fodientes in terra deſubtus per viam ſubterraneam.

12 *Et aduoluit ſa.ma.* Quod non poſſet de facili amoueri ne aliquis veniens poſſet rapere corpus Chriſti.

13 *Ad oſtium mo.* Monumentum illud factum erat ad modū cuiuſdam domūculæ in cuius medio erat ſepulchrū, & in domuncula erat quoddam oſtium ad habēdum illuc ingreſſum. 14 *Erant au.ibi Ma.Mag.* Aſſiſtentes ſepelientib. Chriſtum ex deuotione, ad videndum qualiter poſſent reuerti ad ipſum inungendum. 15 *Altera die.* Hic ponitur Iudæorum machinatio, quia impetrauerant cuſtodiri ſepulchrum, ne diſcipuli Chriſti raperent corpus eius, & diuulgarent eum reſurrexiſſe. Sed quia non eſt conſilium contra dominum, ut dicitur Prou 21.d. ideo factum Iudæorum magis fecit ad oppoſitum.ſ.ad certitudinem dominicç reſurrectionis, quia ab ipſis cuſtodibus teſtificata eſt, vt habetur ſequenti ca. & hoc eſt magnum.ſ.habere teſtimonium ab aduerſarijs. Dicit ergo *Altera die quæ eſt poſt pa.* i. ſabbato, qa feria ſexta in qua paſſus eſt Chriſtus, dicta eſt paraſceues.i.prçparatio, quia illa die præparabantur cibaria pro ſequenti die. In craſtino igitur dominicæ paſſionis. 16 *Conuenerunt prin.ſacer.* Patet vſq, ibi 17 *Ait illis Pi.* i. concedo, quod accipiatis milites ad cuſtodiendum eum pro voluntate veſtra.

*Illi*

## MORALITER.

quando ponit diligens obſtaculum contra peccati recidiuū, & mulieres ſedent contra ſepulchrum, cum animæ deuotæ conſiderant paſſionis Chriſti myſterium.

15 *Altera au.die.* Sequitur.

† *Iube ergo cuſtodiri ſe.* Notandum, quod volentes impedire diuinam prouidentiam, contra ſuam intentionem promouent illam, ſicut fratres Ioſeph vendiderunt ipſum, ne adorarent eum, & per hoc compulſi ſunt eum adorare ſecundum

dum ordinem prouidentiæ diuinæ, ſic principes Iudæorum volēres impedire celebritatem nominis Chriſti, fuerunt valde diligentes de cuſtodia ſepulchri, & per hoc celebrata eſt fama de veritate ſuæ reſurrectionis, & per conſequens ſui nominis.

† *Et erit no.er.* Veritatem ignoranter dixerunt, ſicut & Caiphas, nam error eorum quo milites pecunia corruperunt, vt furatum corpus Chriſti mentirentur, peior fuit errore, quo petiuerunt cuſtodiam ſepulchri, ne diſcipuli corpus Chriſti furarentur.

a ¶Q. diceret. Sufficit vobis quòd in nece conſenſi innocentis, vobiſcum permaneat etrot.

† Habetis cuſtodiam: † Ite cuſtodite, ſicut ſcitis. Illi autem 1

a ¶Quanto diligentius ſeruatur, tanto magis virtus reſurrectionis oſtenditur.

a abeuntes munierunt ſepulchrum † ſignantes lapidem cum 2

b cuſtodibus.

a *Munierunt ſe.* Diligentia eorum noſtræ profuit fidei. Nam quãto amplius ſeruabatur, tanto magis virtus reſurrectionis oſtenditur.

b *Signantes lapidem cum cuſtodibus,* ✠ Chryſoſtomus. Non autem permittit Pilatus ſolos milites ſigillare: Si enim ſoli milites ſigillaſſent, poſſent dicere, quoniã milites permiſerunt, quod diſcipuli corpus Domini furarentur, & ita reſurrectionis infringere fidem: nunc hoc dicere non poſſunt, cum ipſimet ſepulchrum ſigillaſſent.

D † Mar. 16. e † ſigillantes

NICOLAVS DE LYRA.

1 Illi autem abeuntes, *Militibus armatis.*

2 Signantes lapidem cum cuſt. *Sigillo ſuo, ne aliquis poſſet ingredi ſine ſcitu eorum.*

CAP. XXVIII.

a V*Eſpere autem ſab. &c.* Marcus ait: Valde mane in quo diſcordat a Luc. & Ioãne, Mattheus a prima parte noctis, id eſt, a veſpera noctẽ ſignificat: cuius fine venerunt ad monumentum. Ideo autem ſit nominat, quia ab eo tempore licebat facere quòd vellent tranſacto ſabbato. Veſpere autem ſabbati, id eſt, nocte diei ſabbati. Veſpere quidẽ cœperunt venire, id eſt, aromata præparare: ſed luceſcente mane peruenerunt: Quod Matthæus cauſa breuitatis ponit obſcurius alij apertius. Veſpere ſolet tenebreſcere: ſed Myſtice dicit luceſcere, pro gloria reſurrectionis. Hucuſque diem nox præcedere dicebatur: nunc ordo mutat, & nox qua reſurrexit, diei quo ſe oſtendit adiuncta eſt. Congrue prius diem nox ſequebatur, quia homo a luce in tenebras ceciderat. Nunc dies ſequitur noctem: quia poſt reſurrectionem a peccatis ad vitam reducimur. *Veſpere,* id eſt, nocte quæ luceſcit, id eſt, quæ terminatur luce, quod non prima pars noctis eſt, ſed extrema pars noctis eſt diluculum quo venerunt.

Hieronymus. Quòd diuerſa tempora iſtarum mulierum in Euangelijs deſcribũtur, non mendacij ſignũ eſt, ſed ſedulę viſitationis officium, dum crebro abeunt, & recurrunt, & nõ patiũtur a ſepulchro Domini diu abeſſe, vel lõgius. Sepulto Domino quandiu licuit eis operari, i. vſque ad occaſum Solis vnguenta parabãt: & quia præ anguſtia tẽporis opus explere non potuerũt, tranſacto ſabbato, id eſt, occidente Sole vbi licentia operandi redijt, emerũt aromata. Et quia nocte præoccupante ſepulchrũ adire non potuerunt, mane adeſſe.

✠ Beda. Ab exordio mundanæ creationis vſque huc, ita temporum curſus diſtinguebatur, vt dies noctem præcederet, quia homo a luce paradiſi peccando lapſus, in huius ſeculi tenebras ærumnaſque decidit. Aptiſſime autem nunc dies ſequitur noctem, quando per fidem reſurrectionis a peccati tenebris, & vmbra mortis ad lucẽ vitæ Chriſto largiente reducimur.

Hom. 1. inter æſtiuales de tempore.

E

CAPVT XXVIII.

a V† Eſpere autem † ſabbathi, quæ luceſcit in 1

¶Quando primum licuit operari.

b prima ſabbathi, venit Maria Magdalenę, 2 3

& altera Maria, videre ſepulchrũ. Et ecce 4

¶Præbens obſequium domino ſuo.

c terrȩmotus factus eſt magnus, Angelus. n. 5

a ¶Non vt egreſſuro ianuas aperiat, ſed vt egreſſum eius pandat, iam factum.

d Domini deſcendit de cœlo, & accedẽs reuoluit lapidem, * & 6 †

† ſabbatorum qui

* Ab oſtio

b *Maria Magdalenæ, & altera Maria.* Duæ vnius nominis, & deuotionis mulieres, duas ſignificant plebes pari deuotione Chriſti paſſionem, & reſurrectionem amplectentes.

c *Terræmotus.* Sicut in paſſione, & in reſurrectione fit motus terræ: ſignificat autem corda terrenorum per fidem paſſionis, & reſurrectionis ad pœnitentiam mouenda.

d *Reuoluit la.* Clauſo potuit exire ſepulchro, qui clauſo natus eſt virginis vtero. Reuolutio lapidis ſignificat reſerationem ſacramentorum Chriſti, quæ velo literæ tegebantur: quo ablato reſurrectio, mortis abolitio, vita æterna cœpit toto orbe prædicari.

F

✠ Hieronymus. Angelum non putemus idcirco veniſſe, vt aperiret ſepulchrũ Domino reſurgẽti, & reuolueret lapidẽ, ſed

quæſt. 6. ad Hedibiam.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVIII.

V*Eſpere autem ſabb.* Poſtquàm Euangeliſta deſcripſit Chriſti paſſionem, & ſepulturam, hic conſequenter deſcribit ipſius reſurrectionem, & primo deſcribitur Dominicæ reſurrectionis manifeſtatio. Secundo, ipſius manifeſta diuulgatio ibi: *Vndecim autem.* Prima in tres, quia primo, manifeſta eſt reſurrectio per deſcendentem Angelum, ſecundo, per apparentem Dominum, ibi: *Et exierunt,* tertio teſtimonium militum cuſtodientium, ibi: *Quæ cum abiſſent.* Circa primum tria notantur. Mulierum deuotio, Angeli apparitio, ibi: *Et ecce terræmotus.* Et Reſurrectionis manifeſtatio, ibi: Scio enim. Ad euidentiam primi conſiderandum, quod denominatio fit a nobiliori, ideo apud Iudæos omnes dies hebdomadæ denominabantur a ſabbato: ita quòd dies immediate ſequẽs ſabbatum, dicebatur prima ſabbati, id eſt, prima a ſabbato, alia ſecunda ſabbati, & ſic conſequenter. Ab illa autem hora qua Chriſtus fuerat ſepultus, non poterant mulieres emere aromata ad inungendum Chriſtum vſque ad veſperam diei ſequentis, quia ſolemnitas ſabbati incœpta erat ab hora ſepulturæ, in qua non licebat aliquid emere vſque ad veſperam ſequentis diei, ſcilicet ſabbati, & tunc ſcilicet veſpere ſabbati emerunt aromata, & præparauerunt ſe ad veniendum: non tamen venerunt propter noctem de proximo imminentem, ſed in mane ſequenti venerunt in prima hora diei ſequentis, quæ dicebatur prima ſabbati. Sic ergo conſtruenda eſt litera.

1 *Veſpere autem ſab. quæ.* Scilicet veſpera.

2 *Luceſcit in prima ſab.* Id eſt, incipit illuceſcere in principio diei ſequentis.

3 *Venit Maria.* Præmittitur autem ibi: *Veſpere autem ſabbati:* non quia illa hora venerunt ad monumẽtum, vt dictum eſt: ſed quia tunc ſe præparauerunt ad veniendum videre ſepulchrum, i. qualiter poſſent ingredi ad vngendum Chriſtum.

4 *Ecce terræm.* Hic deſcribitur angelica apparitio, nõ ad hoc ꝙ angelus præpararet exitũ de ſepulchro domino reſurgenti: quia Chriſtus exijt clauſo ſepulchro, ſicut intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, ſed vt oſtenderet ſepulchrum vacuum, & reſurrexiſſe dominum, hoc eſt ergo quod dicitur: *Et ecce terræmotus factus eſt magnus.* Cuius cauſa ſubditur.

5 *Angelus enim Domini deſcendit de cœlo.* Id eſt, virtute eius factus eſt ille terræmotus, quia corporalia obediunt angelis ad nutum, quantum ad motum localem.

6 *Et accedens re. la.* Vt oſtenderet Chriſti reſurrectionem completam.

Erat

MORALITER.

4 *Et ecce terr.* Bed. Quod terræmotus reſurgẽte domino, ſicut & ipſo moriente in Cruce factus eſt magnus, ſignificat terrena prius corda, per fidẽ paſſionis, ac reſurrectionis eius ad pœnitentiam concutiendo ſalubri pauore commota.

5 *Angelus enim do. deſcen. de cœ.* Angelus iſte ſignificat bonum prælatum, de quo dicitur: Malach. 2. b. *Angelus Domini exercituum eſt, qui deſcendit de altitudine contemplationis diuinæ, propter reuelationem neceſſitatis fraternæ.*

† *Reuoluit la.* Impedimentum tollens accedendi ad Chriſti monumentum, quia mouet mentes ſubditorum ad conſiderationem mortis Chriſti per compaſſionem, & reſurrectionis eius per cœleſtium amorem.

*Aſpectus*

ſed poſtquàm Dominus reſurrexit, hora qua ipſe voluit, & q̃ nulli mortalium cognita eſt, indicaſſe quod factũ eſt: Et ſepulchrũ vacuũ reuolutione lapidis, & ſui oſtendiſſe p̄ſentiã.

A

vbi ſupra. Beda. Angelus reuoluit lapidem, non vt egreſſuro Dño ianuã pãdat, ſed vt egreſſus eius iam facti, hominibus preſtet indicium. Qui enim mortalis clauſo virginis vtero potuit naſcendo ingredi mũdum, ipſe factus immortalis clauſo ſepulchro potuit reſurgẽdo exire de mundo.

† ſpecies forma

* Album

a *Sedebat.* Regnantem iudicans, qui in natiuitate ſtãdo, bel laturum ſignificauerat. Super lapidem, quo monumentum claudebatur, vt clauſtro infernorum ſuperato doceret. Marcus dicit. *Introeuntes mulieres in monumentum, iuuenem vidiſſe in dextris coopertum ſtola candida.* Quod poteſt mouere, niſi intelligamus, vel Matthæum tacuiſſe de illo Angelo, quem intrantes viderant: vel Marcum de illo quem foris ſuper lapidem viderunt, vt duos viderint, & vt a duobus ſingulatim eadem audierint. Aut certe intrantes in monumentum, hoc in aliqua ſepta maceriæ debemus accipere (quia locum tunc fuiſſe munitum credibile eſt) ſcilicet in aliquo ſpatio ante petram: qua exciſa locus factus eſt ſepulturæ, vt ipſum viderint in eodem ſpatio ſedentem a dextris, quem dicit Matthæus ſedentem ſuper lapidem.

*Vobis

B

*a mortuis

Mar.16. a

*dum ibant vt renunciarent diſcipulis ſuis

b *Sicut ful.* In candore veſtis ſignificabat blandum iuſtis, in terrore fulguris, ſignificat terribilem futurum reprobis.

c *Nolite ti.* Quæ veſtros conciues videtis. Illi timeant qui ad eorum ſocietatem non pertinent.

C

d *Et cito eunt.* Nec conceſſum eſt nobis hoc gaudium occulto cordis tenere, ſed ſimiliter amantibus pandere.

e *Et ecce præce.* Quia iam a morte ad vitam trãſmigrauerat, cuius reſurrectionis gloriã poſt læti videbimus: ſi modo a vitijs ad virtutes tranſmigramus.

Exierunt cito currentes nunciare. Lucas idẽ dicit, *Regreſſæ nunciauerunt omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.* Sed Marcus ait: *fugerunt exeuntes. Inuaſerat enim eos timor, & nemini quidquam dixerunt.* Nemini ſcilicet non Apoſtolorum, ſed Angelorum, quibus non fuerunt auſæ aliquid reſpondere. Vel certe ipſis cuſtodibus quos iacentes viderunt.

f *Cum timo. & gau.* Duplex eſt affectus in eis, timoris, & gaudij. Alter de magnitudine miraculi, alter ex deſiderio reſurgẽtis, & vterque gradum fœmineum concitabat.

g *Et ecce Ieſus, &c.* Sic omnibus iter virtutum inchoantibus adiuuando occurrit Chriſtus.

h *Et tenuerunt.* Superius dictũ eſt clauſo exiſſe monumento, vt immortale corpus intelligeres: Hic tenẽtur pedes, vt veram carnẽ comprobes. Et quia tantã viſionẽ tremebant, primum pellitur timor: Nolite timere: vt mente placida poſſint audire quæ dicuntur. Iſtæ tenent pedes quæ adorant reſuſcitatum: ſed illa quæ neſciebat adhuc reſurrexiſſe filium Dei audit merito: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum.*

i *Nunciate.* Vt mulier mortifera ſerpẽtis verba narrauit ita modo verba viuificatoris, vt a qua tunc mors, mõ ab ea vita.

K *Fratribus meis.* Ante etiam ſeruos vocauit, modo fratres, vt poſt reſurrectionem eandem humanitatem reſumpſiſſe, & illos idem ſperare doceat.

l *Vt eant in Gali.* Non tamen ibi ſolum, neque ibi primum viſus eſt a diſcipulis, Lucas enim, & Ioãnes ſatis aperte dicũt, ipſo die reſurrectionis Dominũ viſum eſſe in Ieruſalem: Primo Mariæ Magdalenæ, qñ dictum eſt ei: *Noli me tangere.* Deinde eidẽ, & alij Mariæ currentibus nũciare Apoſtolis, qñ & pedes eius tenuerunt: viſus eſt etiã ipſo die duobus diſcipulis in

¶Ipſo habitu terribilem futurum reprobis, & blandum ſignificat iuſtis.
a ſedebat ſuper eum: † Erat autem aſpectus eius, ſicut ful- 1
¶Quia terribilis impijs.
b gur, & veſtimentum eius, * ſicut nix. Præ timore autem eius 2
a ¶Quia vitam viuere ſperabant. ¶Quia blandus iuſtis. 3
exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Reſpondens
c autem Angelus dixit mulieribus: † Nolite timere vos. Scio 4
a ¶Quia multi hoc nomine dicebantur, determinat qui cruci eſt.
b ¶Per præſentiam carnis.
enim, quòd Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis, non eſt hic: 5
a ¶Impoſſibile eſt non fieri quæ dixit. 6
b ¶Et ſi verbis non creditis.
Surrexit enim, ſicut dixit, * Venite, & videte locum, vbi poſi- 7 8
d tus erat Dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius, quia †
e ſurrexit, * & ecce præcedet vos in Galilæam: Ibi eum vi- 9
debitis: ecce prædixi vobis. † Et exierunt cito de monu- † 10
f mento cum timore, & gaudio magno currentes nuncia- 11
¶Quia ſic intente. a ¶Vt maledictum Euæ in mulieribus ſolueretur. 12
g re diſcipulis eius. Et * ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Aue- 13
h te. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & a- 14 15
i dorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere. Ite, 16
¶Non in Iudæa, ſed in Gentibus. 17
K l nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me vi- 18 19

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Erat au. aſpe. eius ſicut ful.* Ad incutiendũ terrorẽ cuſtodib.

2 *Veſti. eius ſicut nix.* Ad dandum cõſolationem mulieribus, propter quod ſubditur.

3 *Præ timore autem eius exterri. ſunt cu.* Et illud quod ſequitur. *Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus, nolite timere.*

4 *Scio enim.* Hic ponitur dominicę reſurrectionis manifeſtatio: quæ quidem reſurrectio primo manifeſtatur mulieribus ipſum deuote quærentibus. Et hoc eſt q̧ dr̃: *Scio enim, q̧ Ieſum qui crucifixus eſt.* Hoc additur ad differentiam aliorum: quia multi erant qui vocabantur, nomine Ieſu.

5 *Quæritis.* In ſepulchro ſicut mortuum.

6 *Non eſt hic ſurre. enim ſicut di.* Hoc autem addidit Angelus, vt reduceret ad memoriam verba Chriſti dicta ante paſſionem ſuam, vt ſic magis crederẽt reſurrectionem eius factã.

7 *Venite, & vi. lo.* Vacuum ſcilicet.

8 *Vbi poſitus erat.* Et patet litera. Sequitur.

9 *Præcedet in Gal. ibi eum vi.* Non ſolum in beatitudine, ſed in propinquo tempore, & propinqua regione, antequàm aſcendat in cœlum.

10 *Et exierunt.* Hic ponitur manifeſtatio dominicæ reſurrectionis per ipſum Dominum apparentem mulieribus de ſepulchro reuertentibus: & hoc eſt q̧ dicitur: *Exierunt cito:* ad denunciandum bonos rumores Chriſti diſcipulis.

11 *Cum timore.* Ex inſolita Angeli viſione.

12 *Et gaudio magno.* Ex Chriſti reſurrectione.

13 *Currentes nunci.* Diſcipulis: Mar.16. dicitur quòd fugerunt de monumento, timentes, & nemini quidquam dixerunt. Dicendum, quòd verbum Marci intelligendum eſt de militibus, qui iacebant præ timore, ſicut mortui: & nemini illorum mulieres aliquid dixerunt, ſed verba Angeli cum eis loquentis Apoſtolis dixerunt.

14 *Et ecce Ie. oc. il.* Reuertentibus ſcilicet de monumento: antequam venirent ad Apoſtolos.

15 *Dicens: Auete.* Verbum eſt conſolatorium.

16 *Illæ autem acceſ. & tenue. pedes e.* Ex deuotione.

17 *Et adorauerunt eum.* Adoratione latriæ.

18 *Tunc ait illis nolite timere.* Hoc dicit ad earum perfectam conſolationem, quia timor qui inuaſerat eas ex aſpectu Angeli, adhuc non totaliter receſſerat ab eis.

19 *Ite & nuncia.* Diſcipulos ſuos vocat fratres, eos amicabilius nominãs ſolito, vt ſecurius accedãt ad eum, & nõ timeãt accedere, propter hoc q̧ reliquerant eum in ſua captione.

Quæ

## MORALITER.

1 *Aſpectus eius ſicut ful.* Nam obſtinatos terret.

2 *Et ve. eius ſicut nix.* Quia pœnitentes demulcet: in ſignum huius ſubditur.

3 *Præ ti. au. e. ex. ſ. cu. & mu. di. No. ti. vos. Veni. & vi. lo.* Per diligentem meditationem prædictorum.

† *Et cito eun.* Id eſt, alios inducentes ad ſimile bonum.

9 *Præcedet vos in Gal.* Quę tranſmigratio interpretatur, quia Chriſtus tranſmigrans ad cœleſtia pręceſſit ad præparãdum electis ſuis loca.

† *Ibi eum vi.* Facie ad faciem in gloria.

14 *Et ecce Ie. occur. il.* Rabanus. Per hoc oſtendit omnibus iter virtutum inchoantibus, vt ad ſalutem perpetuam peruenire queant, adiuuando ſe occurrere.

Pecuniam

in via. Viſus eſt etiã & Petro. Quod quomodo factũ ſit Euangeliſta nõ declarat. Viſus eſt etiam, & diſcipulis ſimul, cũ loquerẽtur reuerſis illis qui cognouerunt eum in fractione panis, quando ſtans in medio eorum dixit: *Pax vobis*: Tñ ſpecialiter Matthæus, & Marcus ſcribũt dixiſſe Angelũ, vel ipſum dominum q, in Galilęa videndus eſſet.

Myſtice quidem, quia Galilæa dicitur tranſmigratio. Præcedet ergo vos in Galilæam, id eſt, gratia Dei tranſmigratura a Iudæis ad gẽtes præcedet vos viam in cordibus eorum præparando: & ibi videbitis eum, id eſt, membra eius, & viuum corpus eius ibi inuenietis. Vel Galilæa dicitur reuelatio, non in forma ſerui, ſed in ea in qua patris eſt æqualis. Illic nos præceſſit, cum ſimiles ei erimus, ibi *videbimus eum ſicuti eſt.* Et hæc eſt beata reuelatio, vel tranſmigratio de iſto ſeculo ad æternitatem.

a debunt. Quæ cum abijſſent, ecce quidam de cuſtodibus ve- 1
¶Indocta ſimplicitas fatetur veritatem. 2
nerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus ſacerdo- 3
¶Miracula quæ viderant. ¶Aſtuta duplicitas modum quærit, quomodo aſtruat falſitatem.
tum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus 4
¶De templo acceptam, ſicut prius 30. argenteos. 5
b conſilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus di- †
c centes: Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati
¶Furtim eum ſublatum.
ſunt eum nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit † a
¶Ne quidquam a vobis exigat. ¶Abſque periculo.
præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi
¶Error empti mendacij perſeuerat ne in Chriſtum credant.
accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum 6
eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem. 7 8
d Vndecim autẽ diſcipuli abierunt in Galilæam in montem vbi 9
¶Credentes, ſe ante eum humiliauerunt. 10
e conſtituerat illis Ieſus. Et videntes eũ adorauerunt, quidam au- 11

a *Quæ cum abijſſent.* ✲ Chryſoſtomus. Signorum quæ circa Chriſtum apparuerunt, quædam fuerũt orbi terrarum communia, puta tenebræ, quædam propria militibus cuſtodientibus, ſicut mira Angeli apparitio, & terræmotus, quæ propter milites facta ſunt, vt ſtupefierent, vt ab ipſis fiat teſtimonium veritatis. Veritas enim a contrarijs diuulgata, magis refulget, quod & contigit.

b *Pecuniam co.* Hieronymus. Qui rebus Eccleſiæ abutuntur in alijs rebus, quibus ſuam expleant volũtatem, ſimiles ſunt Scribarum, & Phariſæorum, & ſacerdotum redimentium mendacium, & ſanguinem Saluatoris.

c *Furati ſunt eum nobis dor.* Auguſtinus. Si dormierunt, quomodo viderunt? Si non viderunt, quomodo teſtes eſſe potuerunt? D

Auaritia quæ captiuauit diſcipulum comitem Dñi, decepit, & milites cuſtodes ſepulchri: & ſic Iudæos ſeduxit, vnde ſubdit: *Et diuulga. eſt.*

✲ Seuerian. Plane amiſerunt milites, perdiderunt Iudęi, ſed diſcipuli magiſtrum ſuum non furto, ſed fide, virtute, non fraude, ſanctitate, non crimine, viuum non mortuum ſuſtulerunt. E

*In cathena D. Thomæ in Matth.*

✲ Chryſoſtomus. Qualiter furati ſunt diſcipuli homines pauperes, & idiotæ, & neque apparere audentes? Nunquid oſtiũ ſepulchri poterãt euertere? Nũquid non erat ſigillum ſuperpoſitum? Propter quid nõ furati ſunt prima nocte, quando nullus ſepulchro affuit? Sabbato enim petierũt a Pilato cuſtodiam. Quid autem ſibi volũt hæc ſudaria, quæ Petrus vidit iacẽtia? Si enim vellent furari, non poſſent nudum corpus furari, nõ ſolum ne iniuriarentur, ſed ne etiam in exuendo tardarent, & tribuerent militibus ſe detinendi facultatem.

*Homil. 91. in Matth.*
*Sub præſide, id eſt, ſi res apud illum iudicem agatur.*

d *Abierunt.* A Ieruſalem in Gal. In montem: quia corpus de communi terra ſuſceptum ſuper omnia terrena erat eleuatum. Et monet nos, vt ſi eum videre volumus, ad ſuperna de infimis eleuemur. Præceſſit Chriſtus primitiæ dormiẽtium, ſequuntur alij in ſuo ordine, & videntes eum adorant, id eſt, ſine fine laudant. F

e *Quidam au.* Dubitauerunt vt Lucas ait: exiſtimantes ſe ſpiritum videre, quem moriendo tradidit.

*Lucæ 24. f*

c *Furati* ... Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quæ cum abijſſent.* Hic declaratur reſurrectio Chriſti per teſtimonium cuſtodum, qui vt dicitur hic.

2 *Venerunt in ciuita.* De ſepulchro Chriſti, quod erat aliquantulum extra Ieruſalem, vt dicitur Ioan. 19.

3 *Et nunci. prin. ſa.* A quibus erant poſiti ad cuſtodiendum ſepulchrum Chriſti.

4 *Omnia quæ fac. fue.* Scilicet Chriſti reſurrectionem, & Angeli terribilem apparitionem.

5 *Et congrega. cum ſenioribus.* Iſtud mẽdacium militum emerunt care, quod adhuc tenet Iudæos in errore, vnde ſequitur poſtea.

6 *Et diuulgatum.* Tanquam verum quod tamen erat falſum apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

7 *Vndecim aut. diſ.* Hic ponitur reſurrectionis manifeſtatæ diuulgatio, & primo quãtum ad Chriſti diſcipulos, ſecundo, quantum ad omnes populos, ibi: *Euntes ergo.* In prima ergo parte dicit; *Vndecim autem diſcipul.* Quia Iudas erat mortuus, vt viſum eſt cap. præced.

8 *Abierunt in Galilæam.* Secundum mandatum Chriſti, & Angeli.

9 *In montem.* Scilicet Thabor, in quo transfiguratus fuit coram Iacobo, Petro, & Ioanne, vt habitum eſt ſup. cap. 17. Ibi enim paucis oſtẽderat gloriam ſuę reſurrectionis, vt ibidem dictum eſt: & ideo ibi reſurrectionem completam manifeſtauit omnibus diſcipulis ſuis. Vnde probabiliter creditur, q, illa ſit manifeſtatio, de qua ſcribit Apoſtolus 1. Corint. 15. a. *Deinde viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul*, hic tamen nõ exprimuntur, niſi vndecim Apoſtoli, qui erant principales Chriſti diſcipuli. Prius tamen viſus eſt ſepties perſonis, ſpecialibus. Primo, Mariæ Magdalenę manenti iuxta ſepulchrũ alijs recedentibus, vt dicitur Ioan. 20. & Marci 16. Secundo, ipſi Marię Magdalenę cum alijs mulieribus a ſepulchro reuertentibus: quia poſtquam viderat Chriſtum, ſequuta eſt alias, & inuenit eas in itinere, & tunc apparuit eis Chriſtus. Tertio, Petro, ſecundum quod habetur Lucę vlti. licet non habeatur expreſſe ex Euangelio, quando facta eſt ei iſta apparitio. Probabile tamen eſt, q, hoc fuit quando ipſe, & Ioannes cucurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore Chriſti abijt Petrus mirans ſecum quod factum erat, vt dicitur Lucę vlt. & ideo dum eſſet in tali admiratione ſolitarijs, creditur Chriſtus ſibi apparuiſſe. Quarto, apparuit duobus diſcipulis euntibus in Emaus vt habetur Luc. vlti. Quinto, apparuit decem Apoſtolis abſente Thoma, vt habetur Ioã. 20. Et iſtę quinq; apparitiones factę ſunt ipſa die reſurrectionis, vt patet Euangelia intuenti. Sexto, apparuit vndecim Apoſtolis, exiſtẽte ibi Thoma, vt habetur Ioan. 20. & fuit octaua die poſt reſurrectionẽ, vt habetur ibidem. Septimo, apparuit Petro, & focijs ſuis ad mare Tyberiadis, vt habetur Ioã. vlti. Et octauo, in monte Thabor, vt hic dr̃ apparuit Apoſtolis, & multis alijs. Et iterũ bis apparuit diſcipulis in die Aſcẽſionis: ſemel in Ieruſalẽ ipſis cõueſcẽtib., & ſemel in mõte Oliueti hora ſuę aſcẽſionis, vt hr̃ Mar. vlt. & Luc. vlt. & Act. 1. Sequit̃.

10 *Et videntes eum adorauerunt.* Adoratione latrię.

11 *Quidam autem, &c.* Ex quo patet, q, ibi erant alij quàm Apoſtoli, qui iam erant certificati de eius reſurrectione, etiã Thomas qui inter alios fuit magis incredulus, & hęc patent ex pręcedentibus.

Et

## MORALITER.

† *Pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes dicite.* Hilarius. Emitur ergo reſurrectionis ſilentium, & furti mendacium argento: quia honore ſeculi qui in pecunia eſt, & cupiditate Chriſti gloria denegatur. Item iſtis Iudęis ſimiles ſunt qui cũ magnis ſumptibus, & laboribus conantur ad ſubuerſionem veritatis in ſpeculabilibus, vel agibilib., cuiuſmodi ſũt aduocati doloſi & doctores glorioſi. Et illi q, eos ad hoc inducũt.

7 *Vndecim aut. diſc. abier. in Galil. in mon. vbi conſt. il. Ieſus.* Rabanus. In monte quidem apparuit eis dñs, vt ſignificaret q, corpus quod de communi generis humani terra naſcẽdo ſuſceperat, iã ſup oĩa terrena ſubleuabat. Et vt admoneret fideles ſi illic celſitudinẽ reſurrectionis eius cupiunt uidere, hic ab infimis voluptatibus ſtudeant ad ſuperna deſideria tranſire.

Euntes

a *Et acce.* Et ideo pius magiſter & illos ad fidē confortat, &
A dubios ad fidē vocat intimās ad quantam peruenerit gloriā.
b *Data eſt.* Hoc non de coæterna patris diuinitate, ſed de aſ-
Hebr.2.b ſumpta dicit humanitate, in qua minor angelis, in qua etiam gloria & honore coronatus eſt & omnibus ſuperpoſitus.

c *Euntes.* Quia iam in lucem venit, quod hactenus quibuſdam de cauſis dubium hominibus fuerat.

d *Docete.* Cōgruus ordo. Primo enim docendus eſt auditor. Deinde fidei ſacramentis imbuendus, tunc ad ſeruanda mandata inſtruendus. Quia niſi prius anima fidem recipiat, non eſt dandus baptiſmus, nec valet inundari, ſi poſt non inſiſtat bonis operibus.

a ¶Dubitatio eorum noſtram auget fidem.
a tem dubitauerunt. Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, di- 1
a ¶Vt qui ante regnabat in cœlo, per fidem regnet in terris.
b cens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. †Eun 2
c a ¶Id eſt, primum catechiſate, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. 3
b ¶Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt intrare in regnum cœlorum.
d tēs ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine 4
e ¶In inuocatione nominis. ¶In proceſſione Trinitatis. 5
a ¶Quia fides ſine operibus mortua eſt. 6
¶Quæ quidem non ſunt pauca, vel leuia.
Patris, & Filij, & Spirituſſancti: docentes eos ſeruare omnia 7 8
¶Diuinitatis.
f quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum om- 9
¶Cum finitis laboribus mecum regnabitis.
nibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. 10

✠ Beda. Qui ante paſſionem ſuam dixerat, *in viam gentium ne abieritis*, ſurge a mortuis dicit, *Ite, docete omnes gentes.*
B
Lib.3.de Spiritusan. e *In nomine patris, &c.* ✠ Didymus. Licet autem quis poſſet exiſtere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat, videlicet contrarius Chriſto legiſlatori: tamē ſine perfectione baptizabit, immo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a ſe exiſtimauerit baptizatos.

f *Et ecce ego vobiſcum ſum.* Quæ autem merces piæ conuerſationis, quodve pignus futuræ beatitudinis etiam in præſenti ſit fidelibus, ſubdit: *Ecce ego vobiſcum ſum, &c.*

Quod Apoſtolis, per ſucceſſiones vniuerſali Eccleſię promittit. Nota quod vſque in finem ſeculi non ſunt defuturi qui diuina manſione ſunt digni.

Homil. 91. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Quia magna eis iniunxerat, erigens eorum ſenſus dicit, *Ecce ego, &c.* quaſi dicat, ne dicatur difficile eſſe iniunctum negocium, ego ſum vobiſcum, qui omnia facio leuia. Non autem cum illis ſolum dixit ſe futurum eſſe, ſed & cum omnibus illis qui poſt illos credunt, non enim vſque ad conſummationem ſeculi Apoſtoli manſuri erant, ſed ſicuti vni corpori fidelibus loquitur.

✠ Rabanus. Ex hoc autem intelligitur, quod vſque ad finem ſeculi non ſunt defuturi in mundo, qui diuina manſione, & inhabitatione ſunt digni.

✠ Hieronymus. Oſtendit ſe a credentibus nunquam receſſurum.

Homil. 91. in Matth. ✠ Chryſoſtomus. Rememorat autem eis, & conſummationem, ſed vt eos magis attrahat, & ne præſentia ſolum inſpiciant, ſed & futura bona, & ſine fine manentia.
C
Lib.3. de conſenſu Euangeliſtarū, c. xlii. Auguſtinus. Prima ſabbati diluculo (ſicut omnes Euangeliſtæ conſentiunt) vētum eſt ad monumentum. Iam factum erat, qđ ſolus Matthæus ait, de terræmotu, & reuoluto lapide, de, & territis cuſtodibus Venit autē Maria Magdalena cæteris feruētior. Vnde Ioannes de ea commemorat tacitis alijs, quæ cum ea fuerant: videnſque lapidem ſublatum, antequā diligentius inſpiceret, credēs ſublatum corpus, cucurrit nūcians Petro, & Ioanni, qui etiam concurrerunt ad monumētum: & non inuento corpore crediderūt, quod Maria dixerat ablatum, abieruntq;. Maria autem ſtetit foras plorans, in horto, ſcilicet vbi ingreſſæ fuerant. Tunc viderant Angelum ſedentem ſuper lapidem reuolutum, de quo Matthæus, & Marcus dicunt. Qui dicit illis: *Nolite timere: ſcio enim quòd Ieſum qui crucifixus eſt quæritis.* Quibus ſimilia Marcus non tacuit. Ad hæc verba Maria dum fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumento, & vidit duos Angelos vnum ad caput, & vnū ad pedes ſedentes in albis. Dicunt illi: *Mulier quid ploras? Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum.* Hic intelligendum eſt Angelos ſurrexiſſe, vt & ſtantes viderentur, ſicut Lucas ait: qui & eos dixiſſe refert: *Quid quæritis viuentem cum mortuis, &c.* Poſt hæc conuerſa eſt Maria retro: & vidit Ieſum ſtantem (vt Ioānes ait) & neſciebat quia Ieſus eſſet, putans hortulanū: vbi & nominata agnouit eum cui & dictum eſt. *Noli me tangere. Tunc egreſſa eſt de monumento*, id eſt, de loco ante lapidem effoſſum: *& cum ea aliæ quas* (vt Marcus ait) *timor inuaſerat, & nemini quidquam dicebant.* Tunc iam ſecundum Matthæum: Ecce Ie. oc. e di. Auete. Illæ autem ac. & te. pe. e. Sic colligimus, & Angelorum allocutionem bis eas habuiſſe venietes ad monumentum, & ipſius Domini ſemel, quando Maria hortulanum putauit: & nunc cum eis iterum occurrit, vt eas ipſa repetitio firmaret. Venit ergo Maria Magdalenæ nuncians diſcipulis, & aliæ quę cum ea erant, quas Lucas commemorat. Plures quidem fuerunt apparitiones quod innuit Paulus dicens: *Viſus eſt Iacobo, viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul.* ſed decem legimus in Euangelijs. Quinquies in ipſo reſurrectionis die. Primo apparuit Mariæ Magdalenæ flenti ad monumentum. Poſtea eidem, & alij Mariæ egredientibus nunciare Apoſtolis. Tertio, Simoni. Quarto, Cleophæ, & ſocio eius. Quinto reuerſis illis, & narrantibus quomodo cognouerunt eum in fractione panis, apparuit ianuis clauſis vbi Thomas abierat. Sexto poſt dies octo, quando cum eis erat Thomas. Septimo, piſcantibus ad mare Tyberiadis. Octauo, in monte Galilææ qui non longe erat ab Ieruſalem. Nono, recumbentibus illis vndecim, die quo aſcendit. Decimo, viderunt eum iam non in terra poſitum, ſed eleuatum in aera, cœlos petentem, dicente eis Angelo: *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et accedens Ieſus loq. eſt ei di.* Ad certificandum eos qui dubitabant de ſua reſurrectione, dicens.

2 *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Quia licet Chriſtus quantum ad diuinitatem ab æterno haberet hanc poteſtatem, & inquantum homo ab inſtanti conceptionis haberet poteſtatem in cœlo & in terra auctoritatiue, tamen executiue nō habuit ante reſurrectionem ſuā: ſed voluit eſſe poſſibilitati ſubiectus propter noſtram redemptionem.

3 *Euntes ergo.* Hic ponitur diuulgatio dominicę reſurrectionis quantum ad omnes populos, quæ facta eſt per prædicationem apoſtolorū per vniuerſum orbem. Et hoc eſt qđ dr̄.

4 *Docete om. gen.* Prius enim dixerat eis, quòd ſolum Prædicarent Iudæis vt ſupra dr̄ 10.c. quia ante Chriſti reſurrectionem fides Chriſti non erat diuulganda per vniuerſum orbem, vt ibidem dictum eſt.

5 *Baptizantes eos.* Præpoſuit, docete, quia cathechiſmus debet præcedere baptiſmum, vnde adulti prius debent inſtrui de his quæ pertinent ad fidem quam baptizentur.

6 *In no.* Propter vnitatem ſubſtantiæ.

7 *Pat. & fil.* Propter diſtinctionē perſonarū. Iſta eſt forma bapiſmi inſtituta a Chriſto, ſed familiari conſilio ſpirituſſancti quodammodo mutata eſt in primitiua eccleſia, quando apoſtoli baptizabāt in nomine Chriſti, vt habetur Act. 10. & 19. vt nomen Chriſti quod tunc erat odioſum magnificaretur: & hoc diffuſius tractatur in quarto ſententiarum.

8 *Docentes eos ſeruare omnia.* Videlicet ſacramenta a Chriſto inſtituta & alia ad fidem Catholicam pertinentia.

9 *Ecce ego vobiſcum ſum om. die.* Et hoc dupliciter. Vno modo aſſiſtendo eis in operibus miraculoſis ad confirmationem doctrinæ. Alio modo exiſtendo in ſacramento Euchariſtiæ, vbi eſt totus Chriſtus, vt patet ex prædictis cap. 26.

10 *Vſque ad conſummationem ſeculi.* Ex quo patet q; fides Catholica nō deficiet vſque ad finē mundi, quantūcunq; tribulationibus

MORALITER.

3 *Eūtes ergo docete omnes, &c.* Ex hoc patet, quòd predicatores euangelij debent oībus magnis & paruis ſine acceptione prædicare & miniſtrare ſacramentum ſecūdum gratiam & poteſtatem immediate à domino vel per miniſtros ſuos ſibi datam,

A NICOLAVS DE LYRA.

lationibus agitetur. Aduertendum etiam, quod licet Deus non aſſiſtat continue doctoribus eccleſiæ per operationem miraculorum, quia non eſt neceſſe cum fides Catholica ſit ſufficienter confirmata per miracula facta in primitiua eccleſia, tamen aliquando hoc modo aſſiſtit Eccleſiæ faciendo miracula aliqua ad conſolationem fidelium. Aſſiſtit etiam Eccleſiæ ſemper ipſam dirigēdo p occultos inſtinctus ſpiritusſancti, vt ſic non deficiat fides Petri. Ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. D

MORALITER.

datam. Quibus promittitur aſſiſtentia domini, cum dicitur. *Et ecce vobiſcum ſum, &c.* Scilicet dirigendo ſermonem ad ſalutem audientium, & meritum veſtrum.

B *Proœmium Venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra in Euangelium Marci.*

FAcies leonis a dextris ipſorū quatuor, Ezech. 1. cap. Secundum quod dictum fuit in principio Euangelij ſecundum Matthæum per quatuor facies quas vidit Ezechiel propheta in animali vno, deſignantur quatuor euāgeliſtæ, ſeu quatuor euangelia ab eis ſcripta de Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ſicut in facie hominis deſignatur Euangelium Matthæi, ſic in facie leonis deſignatur Euangelium Marci, de quo dicitur verbū propoſitum. Facies leonis, &c. In quo quidem verbo circa Marci Euangelium poſſumus quatuor notare, videlicet. Procedendi modum, cum dicitur. *Facies.* Speciale ſubiectum, cum dicitur, leonis. Ordinem, vel ſitum, cum dicitur a dextris. Ipſius cum alijs certum numerum, cum dicitur, ipſorum quatuor.

C Circa primum conſiderandum, quod licet facies ſit breuis pars corporis, tamen in ea continentur omnes ſenſus, videlicet viſus, auditus, &c. ſic in euangelio Marci, licet ſit breue reſpectu aliorum, tamen in eo breuiter continentur ſententiæ aliorum trium euangeliorum, ſecundum quod dicit Greg. ſuper Ezech. Si quæras quid Marcus de incarnatione domini ſenſerit, hoc nimirum quod Matthæus Lucas, & Ioannes, & ideo talis modus procedēdi in quo ſub quodam compendio, continentur aliorum ſententiæ competenter p faciem deſignatur, de quo pōt accipi illud quod dr Eſther 15.d. *Facies tua plena gratiarum.* quia modus procedendi ipſius ſancti Marci Euangeliſtæ, licet ſit breuis, vt dictum eſt, tamen plenus eſt ſententiarum gratioſarū, & ſic patet primū.

Circa ſecundum conſiderandum, quod licet Marcus de omnibus Chriſti factis ſcribat, ſicut & alij, tamen ſpecialiter verſatur, & immoratur circa reſurrectionem, & regnū Chriſti quod aſſecutus eſt Chriſtus in ſua benedicta reſurrectione, ſecundum quod dixit apoſtolis immediate poſt reſurrectionem ſuam. Matth vlt.d *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Quod quidem regnum per leonem conuenienter deſignatur, qui eſt rex animalium, vt dicit Iſidorus libro Etymol. 13.

Et iō ſpeciale ſubiectum circa quod ſpecialiter immoratur Marci Euangelium deſignatur in nomine leonis, & hoc propter tria quæ in reſurrectione Chriſti reperiuntur, & ꝓprietatibus leonis aſſimilantur. Primum eſt, reſurrectionis efficiens principium, quod in alijs hominibus eſt extrinſecum, ſed in Chriſto fuit intrinſecum, ſecundum quod ipſe dicit Io. 10. d. Poteſtatem habeo ponendi animam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, quia propria virtute reſurrexit. & ſimile huius in proprietate leonis reperitur. Dormit n. oculis apertis, ſecundum quod dicit Iſido. vbi ſup. Licet autem caro Chriſti in ſepulchro dormierit per veram mortem, & animæ ſeparationem, tamen diuinitas vtroque coniuncta vigilabat ſecūdum quod dicitur Can. 5. a. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* & virtute huius deitatis ſic vigilantis ſurrexit a ſomno mortis, vnde poteſt exponi de eo quod dicitur Ierem. 4. b. *Aſcendit leo de cubili ſuo*, quia Chriſtus qui eſt leo de tribu Iuda de ſepulchro aſcendit virtute propria. Secundo aſſimilatur leoni propter tempus, & modum, quia reſurrectio Chriſti facta eſt poſt triduum, quod tamen accipitur per ſynecdochen, ita ſimiliter leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire ſecundum Iſidorum vbi ſupra, & poſtea fremitu, & rugitu patris excitatur, ſic Chriſtus poſt triduum dormitionis in ſepulchro virtute Dei patris fuit excitatur a mortis ſomno, ſecundum quod dicitur Act. 3. c. *Hunc Deus ſuſcitauit a mortuis, & cætera.* & ideo de hoc poteſt exponi illud Geneſ. 49. b. *Catulus leonis Iuda*, & ſubditur, *Requieſcens accubuiſti, vt leo*, ſcilicet in ſepulchro, & ſubditur. *Quis ſuſcitabit eum.* ſcilicet de ſomno mortis poſt triduum? Ad quod poteſt reſponderi, Deus pater, vt patet ex prædictis. nec iſtud dictum contrariatur ei quod præmiſſum eſt, ſcilicet quod Chriſtus reſurrexit virtute propria, quia vna, & eadem ſimpliciter eſt poteſtas patris, & filij. Tertio aſſimilatur reſurrectio leoni propter aſſequutum imperium, quia licet Chriſtus ante reſurrectionem ſuam humilis, & abiectus apparuerit, tamen in reſurrectione dominium obtinuit, ſecundum quod dicit Apoſtolus ad Philippen. 2. a. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & cætera.* Et in leone inuenitur huiuſmodi ſimilitudo, inquantum eſt rex animalium, vt prædictum eſt, & ideo nomen leonis dicitur a leon Græce quod ſignificat regem Latine, & de hoc dicitur Apoc. 5. b. *Ecce vicit leo de tribu Iuda.* quia per ſuam benedictam paſſionem, & reſurrectionem ſubiecit ſibi omnem creaturam, & ſic patet ſecundum. E

Tertio in verbo præaſſumpto notatur huius euangelij ſitus, vel ordo, cū dicitur. *A dextris.* In illa enim viſione imaginaria Ezechieli prophetæ oſtenſa ſic apparebat animal habens quatuor facies quod facies hominis erat in directo aſpectu prophetæ, facies autem leonis in dextera parte, & bouis in ſiniſtra, & ideo ſicut euangelium Matthæi, quod deſignatur per faciem hominis ponitur primum, ita euangelium Marci rationabiliter ponitur ſecundum, quia dextera pars prior eſt ſiniſtra, & de hoc poteſt exponi quod dicitur Deuteronom. 33. d. *In dextera eius ignea lex*, ideſt, lex euangelica a Marco deſcripta, quæ dicitur ignea, quia accendit animos fidelium ad amorem cœleſtium inquantum deſcribit reſurrectionem Chriſti, per quam introducimur ad cœleſtia, quia tunc Saluator noſter deuicta morte æternitatis nobis aditum reſerauit, ſicut dicitur in Collecta Paſchæ, & in ſignum huius Angelus reſurrectionis Chriſti nuncius, qui perennem vitam eius nunciare venerat, recte in dextera ſedebat ſecundum quod dicit Beatus Gregorius Homil. 12. Et ſic patet tertium. F

Quarto in verbo præaſſumpto deſcribitur numerus determinatus euangeliorum, cum dicitur. Ipſorum quatuor. Circa quod conſiderandum, quod licet plura euāgelia, & a pluribus fuerint ſcripta, quatuor tamen tantum ſunt approbata, ſecundum quod dicitur in prologo ſuper Matthæum, & hoc propter figuram ſacramenti, quia iſte quaternarius numerus multipliciter fuit in lege figuratus. Primo in quatuor fluminibus de paradiſo exeuntibus, Geneſ. 2. Item in quatuor patriarchis princip bus a quibus denominata eſt Cariatharbe, ideſt, ciuitas, quatuor Gen. 23. quia quatuor principales patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum ſuis vxoribus. Tertio in quatuor circulis arcæ Teſtamenti. Exod 25. Quarto in quatuor pedibus menſæ propoſitionis, ibidem. Quinto in quatuor cornibus altaris holocauſtorum, Exod. 27 Sexto in quatuor ordinibus lapidum rationalis, Exod. 28. Septimo in quatuor deambulatorijs domus Salomonis, tertio Regum ſeptimo. Octauo in quatuor ventis mortuos viuificantibus, Ezech. 37. Nono in quatuor minimis terræ, præ cæteris tamen ſapientibus. Prouerbiorum 30. Decimo in quatuor viris in fornace Deum laudantibus, Daniel. 3. Vndecimo in quatuor fabris cornua hæreſum deijcientibus, Zach. 1. Duodecimo in quatuor quadrigis per orbem diſcurrentibus, Zach. 6. Tertiodecimo in quatuor animalibus occulatis ante & retro, Apoca. 4. de quibus ibidem ſubditur, quod requiem non habent die, ac nocte dicentia *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. Cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.*

*Incipit quędam introductio in hunc prologũ.*

A

Quatuor euangeliis.

HIeronymus. Quatuor ſunt qualitates de quib. ſancta euangelia contexuntur. Præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. In præceptis, iuſtitia: in mandatis charitas: in teſtimonijs, fides: in exẽplis, perfectio. Præcepta huiuſmodi. *In viam gentium ne abieritis:* hoc eſt, diuertere a malo: Mandata vt hoc: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem:* hoc eſt facere bonũ, & charitatem implere.

Matth.10.a Pſal.33.e Ioan.13.d

B

Teſtimonia quæ in ore duorum, vel trium teſtium, vt hoc: *Ioãnes teſtimonium perhibet de me, ſed habeo teſtimoniũ maius Ioanne. Eſt enim pater qui teſtimonium perhibet de me.* Exempla vt hoc: *Diſcite a me, qui a mitis ſum, & humilis corde.* Et: *eſtote perfecti, ſicut et pater veſter,* & alibi. *Exemplum .n. dedi vobis, vt & vos ita faciatis.* De his.n. Dauid. *Præceptum domini lucidum illum.* Hiſtoriam maxime præcepta continent, Et alibi. *Latum mandatum tuum nimis,* quia qui diligit proximum, totam legem impleuit. Itẽ. *Teſtimonia tua intellexi.* Et alibi. *Teſtimonium Domini fidele,*

Ioan.8.c. Ioan.1.b

Matth.11.d Ibidem 5.g Ioan.13.b Pſal.18.c

Pſal.18.m Ibidem Pſal.18.d

C

quia plus fide animi, quam oculis carnis teſtimonium indiget. Quarto. *Iudicia domini ve.iu.in ſe.* Vt ſic ſcilicet ſint iudiciorum noſtrorum exempla iuſtificata, ſicut in iudicijs Dei comparata habemus. Vnde idem alibi. *A iudicij.n.tuis timui.* In quo.n.iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus ſunt timor, fides, ſpes, charitas. Timore namque incipimus, fide ſeruamus quæ incipimus ſpe erigimur, charitate conſummamur. *Finis.n. præcepti eſt charitas.* Hi ſunt quatuor mẽſes, quos Chriſtus ante meſſem prædixit dicens. Nonne quatuor menſes ſunt vſque ad meſſem. Vt & nos per præcepta domini, atque mandata, ac teſtimonia, & exempla maturos poſt iudicium metamus fructus cum gaudio, qui in lachrymis timoris ſemina pœnitentiæ iactauimus in terra noſtros portantes charitatis manipulos cum gaudio metamus in cœlo.

Ibidem c.

HIERONYMVS. Marcus Euangeliſta Dei, Petri diſcipulus, Leuiticus genere, & ſacerdos, in Italia hoc ſcripſit euangelium primus Alexandriæ Epiſcopus cuius per ſingula opus euangelij dicta ſcire, & in ſe diſponere, & diſciplinam in ſe legis agnoſcere, & diuinam domini in carne intelligere naturam. Qui ſeminat poſt Matthæũ, q. fremit, vt leo, qui volat vt aquila, qui diſcit, vt homo, qui immolat, vt ſacerdos, qui irrigat, vt flumẽ, qui floreſcit, vt ager qui

## *Incipit Prologus beati Hieronymi in Euangelium ſecundum Marcum.*

MArcus euangeliſta Dei electus, & Petri in ba 1
ptiſmate filius atque in diuino ſermone di 2
ſcipulus, ſacerdotium in Iſrael agens, ſe- 3
cundum carnalem Leuita, conuerſus ad fi-
dem Chriſti euangelium in Italia ſcripſit: 4
oſtendens in eo quid & generi ſuo deberet, & Chriſto. Nam 5
Confirmationem. a Quæ eſt de Ioanne Baptiſta, qui eſt de genere Marci, quia 6
de tribu Leuitica, & ita oſtendit Marcus quid debeat generi ſuo. 7
initium principii in voce propheticæ exclamationis inſti- 8
Ideſt, dignitatis.
tuens, ordinem Leuitæ electionis oſtendit, vt prædicans præ- 9
a Ideſt, ſola gratia Dei creatum. 10
deſtinatum Ioannem filium Zacharię in voce angeli annũ 11
Ideſt, ad hoc emiſſum, vt eſſet vox, & angelus annuncians, quæ notantur in illis duabus autoritatibus. 12
Vox clamantis. Et, Ecce ego mittam.
ciantis emiſſum. Non ſolum verbum carnem factum, ſed & 13
Eccleſiam. a Ideſt, prædicationem filij Dei. Quod oſtendit ibi ante faciem
tuam, & ante te, ſcilicet hominem, & hoc eſt quod Chriſto debet. b Ioannis. 14
corpus domini in omnia per verbum diuinæ vocis anima-
a Ideſt, chariſmatum impletum donis. b Hoc ibi, Qui præparabit viam tuam. Et ibi, 15
Parate viam domini, rectas facite ſemitas. Et hoc item debet Chriſto.
tum in initio euãgelicę prædicationis oſtenderet: vt qui hęc 16

### Sequitur Poſtil. Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lyra in prologum Euangelii Beati Marci.

MArcus Euangeliſta. Euãgelio Marci beatus Hieronymus præmittit prologum iſtum. Qui diuiditur in tres partes, quia primo Hieronymus oſtẽdit ſcriptoris autoritatem, ſecundo ſcribẽdi modum, & ordinem, ibi: *Nam in initium principij.* tertio, ordinis rationem, ibi. *Denique.* Circa primum oſtenditur autoritas beati Marci ſcriptoris huius euangelij. primo, quantum ad officium poſt eius conuerſionem ad fidem Catholicam, cum dicitur.

1 *Marcus Euangeliſta Dei electus.* Ad officium enim ſcribendi euangelium fuit a Deo electus, & aſſumptus, ſecundo, quantum ad eruditionem in fide Catholica pleniorem, cum dr̃.

2 *Et Petri in baptiſmate filius, atque in diuino ſermone diſcipulus.* Ex hoc enim, qđ fuit filius ſpiritualis beati Petri fuit ei magis familiaris, & per cõſequens ſpecialius ab eo eruditus de factis, & doctrina Chriſti, ſecundum quod Petrus viderat in Chriſto, & audierat ab ipſo, propter quod certius poterat ſcribere euangelium a Petro auditum, quam cæteri diſcipuli eius, tertio oſtenditur eius autoritas ex ſtatu quem habuit ante conuerſionem, cum ſubditur.

3 *Sacerdotium in Iſrael agens.* Quia ad Sacerdotes, & Leuitas pertinebat ſcire præ cæteris ſcripturas veteris Teſtamenti, quæ de Chriſto teſtimonium perhibent.

4 *In Italia ſcripſit.* Vbi tunc vigebat ſtudium quod a Gręcia fuerat Romam tranſlatum, & in eadem ciuitate Marcus rogatus a fratribus ſcripſit illud euangelium, vt dicit Hier. in libro illuſtrium virorum, & ex ſolennitate loci ſcriptoris oſtẽditur autoritas, quia in talibus locis non ſolent ſcribere, niſi homines autentici. 5 *Oſtendens in eo.* Sacerdotes.n. Leuitici, qui debent intelligere ſcripturas prophetarum teſtimonium de Chriſto perhibentium ex hoc redditur magis idonei ad ſcribendum euangelium. 6 *Et Chriſto.* Quia licet breuiter ſcripſerit euangelium, tamen ſufficienter Chriſto reddidit debitum eius euangelium complete ſcribendo.

7 *Nam initium.* Hic conſequenter oſtendit Hieronymus ſcripturæ ipſius Marci ordinem. Circa quod ſciẽdum, quod Marcus in principio ſui euangelij ponit quandam præfationem vſque ad illum locum. Fuit in deſerto Ioannes, vbi prę miſſa præfatione incepit narrationem. Primo ergo oſtendit Hieronymus ordinem ſcripturæ Marci quantum ad præfationem, ſeu prologum. Secundo, quantum ad narrationem, ſeu tractatum, ibi. Denique cum perfecti. Circa primũ ſciendum, quod Marcus in præfatione ſui euangelij ponit duas prophetias. Prima habetur Malach 3.a. Ecce ego mitto angelum meum, & loquitur de aduentu Chriſti in mundo, ad quem denunciandum præmiſſus eſt Ioãnes Baptiſta in hac prophetia deſignatus per angelum. Angelus.n. interpretatur nuncius. Secunda habetur Iſa.40. *Vox clamantis in deſerto, parate viam domini.* Et loquitur de aduentu Chriſti in corde humano per fidem, & deuotionem, & de iſtis duob. oſtẽdit hic Hieronymus, licet obſcure quod contineantur in præfatione ipſius Marci euãgeliſtæ, cum dicitur. *Nam initium prin.* i. initiale principium, ſeu prologum a quo incipit ſuum euãgelium. 8 *In voce propheticæ exclamationis inſtituens.* Quia prologum ſuum inchoat a prophetijs, vt dictum eſt. 9 *Ordinem Leuiticæ electionis oſtendit.* i. ſuę electionis ad ſcribendum euangelium oſtendit ordinem per hoc quod a principio ſui operis allegat prophetias, quarum intellectum ſacerdotes Leuitici generis, de quibus fuerant, debebant habere.

10 *Vt prædicans Ioannem prædeſtinatum.* i. a Deo præordinatũ.

11 *Emiſſum in voce angeli.* i. ſignificatum nomine angeli, vt dictum eſt. 12 *Annunciantis.* Scilicet Ioannis.

13 *Non ſolum verbum carnem factum.* Ideſt, aduentum Chriſti carnem, per quam in mundo viſibilis apparuit.

14 *Sed & corpus do.* Ideſt, eccleſiam, ſeu congregationem fidelium, quæ eſt corpus Chriſti myſticum.

15 *In omnia per verbum diuinæ anim.* i. viuificatum: quia ſicut anima viuificat corpus vita naturæ, ita verbum diuinum qđ eſt Dei filius veniens in mentibus hominum, viuificat eos vita gratiæ, & vtrunque aduentum Chriſti, ſcilicet in carnem, & in mentem denunciauit Ioannes Baptiſta per ſuam prędicationem. Et quia iſta prędicatio Ioannis fuit ordinata ad eruditionem fidelium, ideo ſubditur.

16 *Vt qui hæc le.* Id eſt, animaduerteret.

*Cui*

a Ioanni, b Principium carnis. c In virtute Domini,& operatione.
†legens ſciret cui initiũ carnis in domino,& Ieſu aduenien
a Se eſſe habi. b Vt in ſe inueniret illa caro. c Filium Dei.
tis habitaculum caro deberet agnoſcere,atque in ſe verbum
Ioannis. Ideſt,Adam,& Eua,& diabolo. a Illa caro. b Ideſt recuperet in Chriſto.
vocis quod in cõſonantibus perdiderat inueniret. Denique cum perfecti euangelii opus intraſſet, a baptiſmo Domini prædicare Deum inchoans, non laborauit natiuitatem car-
a Ideſt,Matthæo,pluralis pro ſingulari,vel quia plures ante eum ſcripſerũt.
nis,quam in prioribus viderat dicere, ſed totius exprimens
a Non numerum ieiunij,ſed ieiunij num tum,quod quaſi ſubeſt numero pro myſterio numeri.
expoſitionem deſerti, ieiunium numeri, tentationem diaboli,congregationem beſtiarum,& myſterium protulit angelorum, vt inſtituens nos ad intelligendum ſingula in breui
a Ideſt,Matthæi dicta deſtrueret.
cõpingens, ne authoritatem factæ rei demeret,& perficiẽdi
a Ideſt,prætermiſſum ab eo ſuppleret.
operis plenitudinẽ non negaret. Deniq. amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dr̃, vt ſacerdotio reprobus haberetur, ſed tm̃
Fidelibus volentibus ipſum paſtorem.
conſentiens fidei prædeſtinata potuit electio, vt nec ſic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam A-

Qui feruet,vt vinum. Chriſtus.n.de quo loquitur, vt homo naſcendo, vitulus moriendo, leo reſurgendo, aquila aſcendendo.

Hieronym. Marcum pene intactum, maiores noſtri prætereunt, quia pene eadẽ quæ Matthæus narrat, licet quibuſdam diſtinctis teſtimonijs, vt alterius ala alam alterius tangat animalis, & rota rotam eadem via ſequatur, & verſis adinuicem vultibus ſeſe animalia contueantur. In primo canone Marcus cũ Matthæo Lucaque comitatur, & Ioanne. In ſecundo cum Matthęo,& Luca. In quarto cum Matthęo,& Ioanne. In ſexto canone comitatur ſemper cum Matthæo, vt duo annuli in vno vecte, id eſt, in quadraginta nouem capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur in tredecim capitulis. In proprijs vero quę maxime vtcunque explanare diſpono, decem & octo incedit ſpaciatim capitulis, quæ ſimul omnia ducenta triginta tria ſunt capitula. Marcus, excelſus mandato. Lucas, iſte conſurgens, vel ipſe eleuans.

Beda. Marcus Petri diſcipulus rogatu Roma-

Marcus quare euãgelium ſcripſerit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cui initium carnis in Deo.* i.in Chriſtum,cuius caro non habuit principium ex viro,quia non de ſemine virili natus eſt, ſed virtute ſpiritusſancti illa caro ſanctiſſima fuit formata.

2 *Et Ieſu aduenien.ha.* i.mentem humanam, quæ eſt habitaculum ipſius Ieſu venientis in mentem, vt dictum eſt.

3 *Caro debe.agno.* i.homo,qui in ſacra ſcriptura vocatur caro,Iſa.40.b. Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos agri,quia per prologum Marci euangeliſtæ homo legẽs debet cognoſcere vtrumque aduentum Chriſti, ſcilicet in carnem,& in mentem.

4 *Atque in ſe verbum vo.* i. Dei filium per Ioannem, qui vocatur vox verbi, ſecũdum quod habetur Io.1.c. Ego vox clamantis in deſerto,annunciatum.

5 *Quod in conſo.perdi.* i.in primis parentibus ſuaſioni ſerpentis conſentientibus in quibus genus humanum perdidit verbum Dei mentes viuificans vita gratiæ.

6 *Inueni.* Per fidem verbi incarnati,quam prædicauit Ioannes,prout traditur in euangelio Marci. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco. *Caro deberet agnoſcere.* i.pater carnalis Ioannis Baptiſtæ.ſ.Zacharias deberet agnoſcere,quod angelus ei apparens verum ſibi annunciauerat, quia propter dubium verbi eius factus eſt mutus.

*Atque in ſe v.vo.* i.loquelam articulatam. *Quod in conſo.per.* Quia licet multi poſſint ſonare vocales ſaltem aliquas non tamen cum eis poſſunt ſonare conſonãtes. *Inueniret.* quia Zacharias in natiuitate filij firmiter credendo recuperauit loquelam,quam perdiderat verbis angeli diſcredendo.

7 *Denique cum perfecti euangelij,&c.* Hic conſequenter oſtenditur ordinem ſcripturæ Marci quantum ad narrationẽ ſeu tractatum ſui euangelij, oſtendens eum ordinate ſcripſiſſe per hoc quod aliqua omiſit:eo quod ſufficiẽter erant a Matthæo expreſſa aliqua etiam ab eodem Matthæo dicta breuiter tetigit,vt vitaret prolixitatem & verborum Matthęi oſtẽderet firmitatem; quia in ore duorum vel triũ teſtium ſtat omne verbum. Et in hoc etiã, q aliqua adducit Matthęi dicta ad perfectam euangelij deſcriptionem, & hoc eſt quod dicitur: *Denique cum perfecti,&c.* Id eſt,narrationem euangelij;incipiens,& dicit perfecti euangelij,quia lex Moſaica licet eſſet bona,tñ fuit imperfecta, quia populo rudi & imperfecto fuit data,ideo dicitur Heb.7.c Nihil ad perfectum adduxit lex, ſed euãgelium imperfectionẽ legis ſuppleuit,vel aliter dr̃. *Perfe.euan.* vt cõtinuetur litera cum hoc qđ ſequit̃.

8 *A baptiſmo inchoans* Quia Chriſtus tempore prædicationis ſuę incœperat 30. ſuę ætatis annum, vt habetur Luc.3.qđ eſt tempus ętatis perfectę,& ſecundum hoc poteſt dici. *Per. Euangelij opus in. &c.* Eo quod incipit narrationem euangelij ſui a baptiſmo Chriſti, quo tẽpore in ætate fuit pfecta.

9 *Non laborauit natiuitatem carnis.* Scilicet Chriſti.

10 *Quam in prio. vi.* Scilicet dictis, Matthæi ad vitandum ſuperfluitatem.

11 *Sed to.ex.* Ideſt, quomodo poſt baptiſmum immediate intrauit deſertum ibi habitudo.

[1]2 *Ieiuniũ nu.* Scilicet 40.dierũ,q numerus eſt myſticus, eo quod conſurgit ex denario,per quaternarium ducto, in quo ſignificatur, quod impletio decalogi in fide verbi incarnati in quaternario euangeliorum deſcripti ducit ad vitam beatam, ſecundum quod dicit Saluator Matt.19.c. Si vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.

13 *Tentationem diaboli.* Quæ plenius deſcribitur Mat.4.

14 *Congregationem beſtiarum, & myſterium protulit ang.* Vt oſtenderet,quod animalia irrationabilia,& creaturæ intellectuales cœleſtes obediant ei.

15 *Vt inſtit.nos,&c.* Ad hoc prædicta breuiter tetigit,vt inſtrueret nos.

16 *Ad intelligen.* Quod eadem latius dicta a Matthæo vera eſſent,ideo ſubditur.

17 *Ne autoritatem factæ rei.* Ideſt,euangelij deſcripti a Matthæo.

18 *Demeret.* Sed magis adderet,& confirmaret.

19 *Et perficiendi operis.* Addendo aliqua his quæ a Matthæo fuerant prædicta.

Diuiſio.

20 *Denique amputaſſe.* Hic conſequenter oſtenditur prædicti ordinis rationem,licet n.ſpiritusſanctus principaliter cauſa fuerit huius ordinatæ deſcriptionis. Marcus tamen fuit cauſa inſtrumentalis,& ex parte eius hic aſſignatur dicti ordinis cauſa. Et primo ex eius humilitate,ſecundo ex ſtudioſitate,ibi. *Cuius per ſingula.* Circa primum ſciendum,quod ſapiẽtis eſt ordinare ſe,& ordinate ſcribere. Humilitas autem maxime diſponit ad ſapientiam diuinam, ſecundum quod dicitur Prou.11. *Vbi humilitas,ibi ſapientia.* & ideo oſtenditur Marci humilitas,cum dicitur *Denique amputaſſe ſibi poſt fidem pol.dicitur,vt ſa.repro,habe.* Ex humilitate.n.reputabat ſeſe indignum,& ideo reformidabat aſcendere tantum gradum.

21 *Sed tantum conſentiens fidei prædeſtinata po.* i.diuina ordinatio,quæ ita potens eſt quod ei nullus poteſt reſiſtere.

22 *Conſentiens fidei.* i.condeſcendens deuotioni fideliũ,qui deſiderabant eum habere epiſcopum,fecit aliter ipſum promouendo,licet ex humilitate reſurgeret,ideo ſubditur.

23 *Vt nec ſic in opere ver.perderet.* i.in prædicatione,quod eſt opus epiſcopi,vnde Act.7. *Apoſtoli quorum ſucceſſores ſunt epiſcopi.* vt habetur in decretis diſt.21.c.in nouo Teſtamento,ad miniſtrationem temporalium ſeptem diaconibus commiſerunt,vt operis prædicationis liberius vacarent.

24 *Quod prius meruerat in genere.* Fuit enim de tribu Leui,ad quam ſpectabat ſacerdotium.

25 *Nam Alexandriæ epiſcopus fuit.* Non obſtante, quod amputaſſet ſibi pollicem. Non enim dicitur quod amputauerit ſibi totum pollicem,ſed forte aliquam partem per quam non impediebatur a congregando. Et ſimiliter legitur factũ in libro qui dicitur Paradiſus de Antonio Anachorita,quem cum quidam ciues vellent rapere,& conſtituere ſibi epiſcopum,ferro ſecuit ſibi aurem ſiniſtram,dicens. Lex diuina iubet nullum aure præciſa optari in epiſcopum,quod cũ Theophilo epiſcopo hoc dictum fuiſſet,reſpondit a Iudęis lex iſta ſeruatur: Ego autem ſi dederitis mihi aliquem auribus truncatum,ſed moribus probum non dubito eum Epiſcopum facere:hoc tamen modò non obſeruatur.

Mutilati an & quando ad ordines promouendi ſint.

Cuius

lexandriæ epiſcopus fuit. Cuius per ſingula opus fuit ſcire 1
euangelij in ſe dicta diſponere, & diſciplinam in ſe legis a- 2 3
gnoſcere, & diuinam in carne domini intelligere naturam. 4
a Vt prius faciamus opera bona, poſt doceamur.
Quæ in nos primum oportet requiri, dehinc inquiſita volu- 5
a Bonę exhortationis. 6
mus agnoſci, habentes mercedem exhortationis, quoniam 7
Tantum.
qui plantat, & qui rigat vnum ſunt, qui autem incrementum 8
præſtat, Deus eſt. 9

Romanorum euangelium ſcripſit, vt A quod Petrus verbo prædicauerat, conſeruaretur in perpetuum literarum memoria. Primo, expulB ſio dæmonis in ſynagoga ab homine. Secundo, liberatio ſocrus Simonis a febre. Tertio, leproſum mūdauit. Quarto, paralyticum curauit. Quinto, in ſynagoga manum aridā curauit. Sexto, dæmoniacum a legione poſſeſſum, liberauit. Septimo, fluxū ſanguinis tactus a muliere reſtrinxit. Octauo filiam Iairi in domo ſuſcitauit. Nono, quinque panib. quinque millia hominum ſaturauit. Decimo, a filia Syropheniſſæ dæmonium expulit. Vndecimo, ſurdi, & muti hominis aures, & linguā aperuit. Duodecimo, cæcum extra vicum Bethſaidę illuminauit. Tertiodecimo, quatuor millia ſeptem panib. ſaturauit. Quattodecimo hominem a ſurdo, & muto ſpiritu (quod diſcipuli nequibant) liberauit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Cuius per ſingula opus.* Hic conſequenter redditur ratio ex ſtudioſitate. Homines.n. ſtudioſi magis poſſunt cogitata ordinare, & ordinatius ſcribere. Marcus autem fuit valde ſtudioſus, ſecundum quod dicitur hic. *Cuius per ſingula opus ſci.* ſ. prophetias de Chriſto prænunciatas.

2 *Euangelij in ſe dicta diſponere.* Non ſolum intelligendo, ſed C etiam operando.

3 *Et diſciplinam in ſe leg. agno.* Non ſolum literaliter intelligendo, ſed etiam ſpiritualiter.

4 *Et diuinam incar. domini intellig. natur.* Quantum ad diſtinctionem naturarum, vt ſuppoſiti vnitatem. Et quoniam vitam, & doctrinam beati Marci debemus imitari, ideo concludit Hieronym.

5 *Quæ in nos pri. opor. requi.* Doctrinam beati Marci imitando. 6 *Dehinc inquiſita volumus agnoſci.* Supple ab alijs, quia perfectionem quam aliquis habet, debet alijs tradere, ſecundum illud. 1. Petri 3. b. *Vnuſquiſque prout accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, quia hoc cedit ad magnum meritum,* vnde ſubditur.

7 *Habentes mercedem, &c.* Sed quia iſte labor ſine Dei adiutorio non proficit, ideo ſubditur.

8 *Qui plantat.* Primo erudiendo.

9 *Et qui rigat, &c.* illam eruditionem fouendo, & nutriendo, vnde dicit Apoſtolus 1. Cor. 3 b. *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Quæſtio an liceat mutilare ſeipſum.

Occaſione cuiuſdam dicti in hoc prologo poteſt quæri, vtrum licitum ſit alicui ſeipſum mutilare. Et arguitur quod ſic, quia beatus Marcus amputauit ſibi pollicem (vt dictum eſt) nec tamē ex hoc reprobatur. Item occidere ſeipſum peius eſt, quam mutilare. Samſon autem ſeipſum interfecit, vt habetur Iudi. 11. g. Et tamen numeratur inter ſanctos, vt habetur Heb. 11. f. Item Razias ſeipſum interfecit, vt habetur 2. Machab. 14. g. Et tamen ſcriptura videtur ex hoc ipſum cōmendare, quia ibidem dicitur eligens nobiliter potius mori, quam ſubditus fieri peccatorib. Item minus bonum eſt cōtemnendum propter conſeruationem maioris boni, ſicut ad conſeruationem vitæ aliquis proijcit merces in mari, ſed virtus caſtitatis eſt maius bonum, quam membrum corporale, ergo licite poteſt ſibi quis abſcindere virilia pp conſeruationem caſtitatis. Cōtrarium arguitur per illud quod habet in Decretis diſ. 55. cap. Si quis amputauit ſibi virilia, clericus non fiat, quia homicida ſui eſt. Rñſio, quælibet pars corporis ordinatur ad totum, & iō de ipſo ordinandum eſt, prout reſpicit bonum totius corporis, & vlterius prout reſpicit bonū hominis, & cōitatis, quia ſicut pars corporis ordinatur ad totum corpus, ſic corpus ad hominem, cuius eſt pars, & vnus homo ad totam cōitatem. Ergo ſi membrum aliquod ſit noxium corpori, vtpote, quia propter aliquam ægritudinē aliorū membrorū corruptiuum, licite pōt abſcindi, ne vitiet alia mēbra, & hoc ab eo cuius eſt ſi habeat artē medicādi, vel ab alio de voluntate eius, quia cuilibet eſt commiſſa cura ſalutis ſui corporis, ſicut ēt homicida, vel raptor per iudicem licite occiditur, & a cōitate hominum abſcinditur, inquātum eius vita eſſet in nocumentum cōitatis, quia iudicib. cōmittitur cura ſalutis cōitatis. Si autem membrum ſit ſanū, tunc rñr non eſt licitum alicui ſeipſum mutilare. Primo quia homo naturaliter amat ſeipſum, & per conſequens omnia quę ſunt de integritate ipſius. Et ideo mutilare ſeipſum eſt agere contra charitatem, q̄ quilibet tenetur habere ad ſeipſū. Itē homo ſingularis eſt pars cōitatis, & ideo inferre ſibi nocumentum per mutilationem, eſt agere contra cōe bonum. Item Deus eſt inſtitutor naturæ, inſtituendo mēbra in corpore, & ideo mutilans ſeipſum agit contra Deum, in caſu tñ licitum eſt, vtȝ ex pręcepto Dei occulto, q̄ alio modo vocatur inſtinctus ſpiritusſancti, quia Deus eſt author naturæ, & dñs vitæ, & mortis humanæ, & per conſequens omniū mēbrorum. & iō ſi præcipiat homini auferri ſibi vitam vel mēbrum aliquod, non ſolum licitum, ſed ēt debitum eſt hoc fieri, & hoc modo dicit Aug. 1. de ciui. Dei, q̄ Samſon interfecit ſeipſum cū Philiſtæis. Quod probat ex hoc q̄ dñs ad hoc agendum reſtituit ſibi miraculoſe priſtinam fortitudinē, vnde dicit ibidem Aug. q̄ ille hoc latenter iuſſerat fieri, qui per ipſum miracula faciebat. Et hoc ēt modo dicit Aug. de quibuſdam ſanctis mulierib. q̄ tpe perſecutionis ſeipſas occiderunt, de quib. eccleſia memoriam facit. Iudæi vero & aliqui Chriſtiani in hoc ipſos ſequētes dicunt, q̄ ēt ſine tali pcepto diuino, vel inſtinctu licitum eſt alicui ſe occidere, vel mutilare in caſu. ſ. qñ videt rōe ſuæ vitæ, vel alicuius mēbri imminere ſibi ludibriū in contēptū Dei, quia debet negligere vitā propriā, multo fortius aliquā partē ſui corporis, ſed ad præcauendū contemptū honoris diuini, & hoc modo dicunt q̄ Samſon interfecit ſeipſum, conſiderans q̄ Philiſtæi exercebant in eo ludibriū ad laudē idolorū ſuorū, & in diuinū cōtemptū, & Razias, vt hr̄ 2. Machab. Et eodē mō quædā mulieres ſanctę legunt̃ ſibi nares amputaſſe ne ab infidelib. exercetetur luxuria in corporib. earū in contemptū diuinū: Sed iſtud dictū vr̄ eſſe expreſſe ꝯ dictū Saluatoris Ioan. vlt. f. dicentis Petro. Cū eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum aūt ſenueris extēdēs manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Et ſubdit̃. Hoc aūt dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deū. Super quē locū dicit Aug. q̄ hic ſatis expreſſit non a ſeipſo, ſed ab alio debere occidi qui veſtigia ſequitur Chriſti. Et eodē modo dicendū de mutilatione. Rō ēt q̄ inducit̃ pro oppoſito non valet, quia licet intentio infideliū ſit exercere ludibriū in ſanctis ad Dei contemptū, tñ ex diuina ordinatione q̄ ex malis elicit bona, ordinatur ad Dei gloriā, & meritū electorū. Quod patet in martyribus qui quanto maiora ludibria, & magis exquiſita tormēta ſuſtinuerunt, tanto glorioſius de tyrannis triūphauerunt ad tyrannorū confuſionē, & propriū meritū, & Dei gloriā, qui in martyrib. triumphabat. Ex dictis patet ad primum argm̄, q̄ Marcus creditur ſibi amputaſſe pollicem inſtinctu ſpūſſancti. Et eodem modo dicendum ad ſcḋm, & tertiū. Ad quartum dicendum, q̄ non eſt licitum ſibi amputare virilia pp obſeruantiā caſtitatis. Tū quia hoc nō eſt efficax remediū. Tū quia p hoc non abſcindunt̃ cōcupiſcentiæ interiores. Tū quia aliā viā habetur melius remedium, vtȝ per conatum liberi arbitrij reſiſtendo tentationib. cū adiutorio Dei, ſcḋm illud 1. Cor. 10. c. Fidelis Deus eſt q nō patiet̃ vos tētari ſup illud quod poteſtis, ſed faciet cū tētatione ꝓuētū, vt poſſitis ſuſtinere.

ADDITIO.

*Marci in prologo ſecundo,* vbi dicitur in poſtilla: *Ratio etiam quæ inducitur pro oppoſito.*

Hæc rō eſt valida, & conſona autoritatibus ſāctorū in poſtilla allegatis: licet poſtillator eā reijcere vr̄. 1. Reg. 31. vbi vr̄ tenere cū Hebræis & alijs minus bene ſentientibus, qui aſſeruerunt q̄ Saul poſſet excuſari ab occiſione ſui, eo q̄d timebat ne in ipſum, qui erat principalis in populo, fierent ludibria in contemptum Dei, quam aſſertionem, ſeu opinionē ibidē recitat tanquā verā, vel ſaltē tolerabilē, q̄ manifeſte contrariat̃ his q̄ in hoc loco tenet, quæ manifeſte ſunt vera ꝓut patet legēti ea q̄ hic, & alibi a poſtillatore ponunt̃, &c.

*REPLIC.* In prologo circa euāgeliū ſancti Marci poſtillator mouet q̄ōnē. An ſit licitū quēquā ſeipſū mutilare. Et rñdet q̄ non, niſi interueniat inſtinctus diuinus. Et addit q̄ Iudæi & q̄dā Chriſtiani in hoc eos ſequentes dicūt q̄ licitū ſit

non

non ſolum ſe mutilare, verumetiã occidere ſine tali inſtinctu, ad præcauendum ludibrium & contemptum honoris diuini, ſed illum modum dicendi reprobat poſtillator, & excludit rationem eius, quia ludibria & tales contemptus Deus ſcit conuertere in bonum patientis, &c. Hic putat Burgē Poſtil. velle inuoluere in contradictorijs commendans illum modum dicendi hic. Sed dicit eum ſentire oppoſitum illius 1. Regũ vlt. Sed diligenter perlegenti

D legenti quod poſtillat. ſentit de Saul & alijs ſe interficientibus. patet quòd Burgen. ei falſum imponit. Poſtill. enim opinionem Hebræorum & aliquorum Latinorum ibi recitat, ſed finaliter in hoc reſidet quod beatus Auguſt. 1. de ciuit. nullam perſonam excuſat ſeſe occidentem, niſi interuenerit diuinus inſtinctus. Ita de Saul dici poteſt, ſi viæ aliæ non ſufficiunt, vnde patet Burgen. fruſtra Poſtillatorem notaſſe.

CAP. I.

a INitium Euangelij. Iſidorus. Euangelium bona annunciatio, quod proprie ad regnum Dei & remiſſionem peccatorum pertinet, vnde: *Pœnitemini & credite euangelio, & appropinquabit regnum cœlorum.*

Hieronymus. Quatuor Euãgelia vnum ſunt, & vnũ quatuor. Itaque & Marci liber dicitur euangelium, & ſimiliter aliorum,
B quia vnum omnia, & omnia vnum.

b *Ieſu Chriſti* Hieronymus Ieſus Hebraicè, Sother Græcè, Saluator Latinè. Chriſtus, Græcè, Meſſias Hebraicè, vnctus Latinè, id eſt, rex ſacerdos: dicitur de genere Dauid regis, & Leuitico.

c *Filij Dei.* Beda. Matthæ. dicit, filij Dauid, filij Abraham. Marcus dicit, filij Dei, vt paulatim a minoribus ad maiora ſurgamus. Et Matthæus qui humanam generationem ſcribit, conuenienter eum filium hominis dixit. Marcus autem qui ſuum librum ab initio euangelicæ prædicationis inchoat, conuenienter eum filium Dei appellat. Euangelium enim ſolius Dei eſt. Vbi notandum, quod euangeliſtæ vno ſpiritu ſcripſerunt, ſed diuerſum ſibi ſcribendi & initium & finem ſtatuerunt. Matthæus, a natiuitate incipit, in re-
C ſurrectione finit. Marcus ab initio prædicationis Chriſti vſque ad aſcenſionem & diſcipulorum prædicationem peruenit. Lucas, a natiuitate Ioannis vſq; ad aſcenſionem domini, cum diſcipuli in Ieruſalem expectant aduentum ſpiritusſancti: Ioannes ab æternitate verbi Dei inchoat, in reſurrectione domini conſummat.

d *Sicut ſcript.* Marcus prophetarum teſtimonia præmittit quibus hæc vetera & non noua, ſed a prophetis præſcita & prædicta aſſerit, in quo & Iudæos, qui legem & prophetas ſuſceperant ad euangelium inuitat, & Gentiles qui euangelium tenebant ad venerationem legis & prophetarum prouocat,
F ne quis iuxta hæreticos alterum ſine altero ſuſcipiat:

e *Ecce mitto.* Beda. Angelus dicitur Ioannes non ſocietate naturæ, vt mentitur Origenes, ſed officij dignitate: Sicut & ſacerdotes, de quibus dicitur: *Labia ſace. cu. ſci. & legem exquirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt.*

B. da. Nota quod hoc teſtimonium. *Ecce e. mit. an. &c.* Malachiæ eſt, vtrumque tñ dicit Iſaiæ eſſe quia etſi non verba, ſenſus tamen inuenitur in Iſaia, & manifeſtius in hoc verſu. Vox cla. in deſ. Angelus enim qui mittitur ante fa. d. eſt vox clamantis in deſerto: præparat autem viam dicens. *Parate viam dom. &c.* Potuit autem pro Malachia Iſaiæ nomen diuinitus occurrere, nec voluit Marcus emendare, quia omnes prophetæ vno ſpiritu loquuti ſunt quaſi vno ore. F

Cla-

# INCIPIT EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

## CAPVT I.

a b c d INITIVM Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia pro- 1 2 3 4 5

e pheta. † Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viã

¶Saluatoris. ¶Vncti. a ¶Spiritus ad patrem de filio per Malachiam, vel vox patris ad filium de Ioanne. b Ioannem. ¶Angelus nuncius, qui nunciat de Chriſto. Poſt me venit qui ante me factus eſt.

† in prophetis

† Mal. 3. a. Matth. 11. b. Luc. 7. d.

Malac. 2. b.

Malach. 3. a.

Incipit Poſtilla Venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra in Euangelium Marci.

CAP. I.

Diuiſo. INitium Euangelij Ieſu Chriſti. *Euangelium ſecundum Marcum in duas partes diuiditur, ſcilicet in prologum & tractatum, ſecunda ibi.* Fuit in deſerto Ioannes. *Sicut patet ex prædictis Marcus breuitati ſtuduit in ſcribendo, & ego ſimiliter intendo breuitati ſtudere ipſum exponendo, ea quæ repetit dicta in Matthæo omittendo, & ad expoſitionem ibi poſitam remittendo, maxime vbi eſſet immorandum. Dicit ergo.*

1 Initium euangelij *Euangelium idem eſt quod bona annunciatio, quia ibi annunciatur inenarrabile bonum, quod ab antiquis patribus fuit ſumme deſideratum, ſecundum quod dicit Saluator Luc. 10 d.* Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt, & audire quæ vos auditis, & non audierunt.

Ieſu.

2 Ieſu. *Id eſt, Saluatoris.*

3 Chriſti. *i. vncti, quia eſt rex & ſacerdos, quibus in lege debebatur vnctio.*

4 Filij Dei. *Matthæus autem in principio ſui euangelij dicit. Filij Dauid filij Abraham, quia eius genealogiam ſecundum humanã naturã enarrare volebat, vt patet in principio euangelij ſui. Marcus vero illam tanquam ſufficienter enarratam dimittens, vocat eum filium Dei .ſ. naturalem, non adoptiuum, diuinam naturam (in qua eſt idem patri) oſtendens. Sciendum etiam, quod Marcus ante conuerſionem ad fidem, erat inſtructus in lege & prophetis de Chriſto teſtimonium perhibentibus, & ideo a prophetijs de Chriſto incepit ſuum euangeliũ, ſub vno contextu duas prophetias coniungens. Quarum prima ſcribitur Malach. 3. Secunda Eſa. 40. quarum intellectus patet ex prædictis in prologo, verumtamen Marcus hic ſolum exprimit Iſaiam prophetam dicens.*

5 Sicut ſcri. *Quia licet ambo prophetæ vno ſpiritu prophetauerint, Iſaias tamen principalior eſt altero, ideo ſolus nominatur. Et quia auctoritas vltima eſt ipſius Iſaiæ, res autem denominatur a fine. Item quia Marcus breuitati ſtudebat, vt dictum eſt in prologo.*

Fuit

MORALITER.

1 *Initium euangelij Ieſu Chriſti filii Dei ſicut ſcriptũ eſt in Iſa. &c.* Per hoc quod Marcus Euangelium a verbis propheticis inchoauit, prædicatorē Euangelij ſermonem incipire a ſacra ſcriptura debere non a Poeticicis verbis aut Philoſophis demonſtrabit.



Fuit

a *Clamantis*. Iſido. Ad Iudæos ſurdos propter peccata longe poſitos indignationis clamore dignos.
b *In deſ.* In deſerto fit vox & clamor, quia deſerta domus Iudæa vacās ſcopata ſine ſpiritu Dei, propheta, rege ſacerdote. Vnde Ieſus & Ioannes quærunt quod in deſerto amiſſum eſt. Vbi vicit diabolus, ibi vincitur, vbi cecidit homo, ibi reſurgit.
c *Parate.* Iſid. Pęnitētiā agite & prædicate. Vnde Paraſceue aū ſabbatum dicitur, id eſt pęnitentia ante requiem. Hic & initium prædicationis Ioannis & Chriſti. *Pęnitentiam agite, &c.* qui in die ſeptima requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis. Neceſſe enim nobis ſeptem vitia tanquam ſeptem gentes delere per pęnitentiam, vt poſſideamus quieti terram deſiderabilem.

† Iſa. 40. a Matt. 3. b Luc. 3. c

* omnes Matth. Gen. 2. a

a Penitentiam. b Filium, vel ante præſentiam aut incarnationem. c Ioannes de quo clamat dominus ad Iudæos, Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, &c. d Auditores obturantes aures voci ¶ Chriſti. e De Iudæa.

a tuam ante te. Vox clamantis in deſerto. Parate viam domini
b
a Quas incurnaſtis declinando ad dexteram vel ad ſiniſtram.
c rectas facite ſemitas eius. Fuit Ioānes in deſerto baptizās, & 1
d
a Re ſa Vera baptiſmum pęnitentiæ quo peccata ſoluuntur, ſuo baptiſmate quo peccata ſolui non poſſent præcurreret. ¶ Ideo.
e
f prædicans baptiſmū pęnitentiæ in remiſſionē peccatorū. † Et 2
g egrediebatur ad illum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ 3
Vel is.
h vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordane flumine confi- 4

d *Viam domini.* Hieronymus. Via domini qua ad homines ingreditur pœnitentia eſt, per quam ad nos Deus deſcendit, & nos ad illum aſcendimus. Vnde angeli aſcēdentes deſcendenteſque memorantur ſuper filium hominis.

B

e *Rectas fa. ſe. n.* Iſidorus. Præcipit, vt regia via euntes, proximos diligamus, vt nos, & nos vt proximos. Qui ſe diligit & non proximum, ad dexteram declinat. Qui proximum non ſe, ad ſiniſtram. Multi bene agunt, & non corrigunt, vt Eli. Alij corrigunt ſed non bene agunt, vt Scribę & Phariſei, qui ſedebant ſuper cathedram Moyſi. Hinc os turturis ad aſcellas in lege retorqueri iubetur, vt non ſeparetur os ab opere, nec opus ab ore.

Semitæ poſt viam, quia mandata moralia poſt pœnitentiam ſecundum Marcum vel Matthæum explanantur. Paratur via per fidem & baptiſmum, & pœnitentiam.

Rectæ ſemitæ per auſtera indicia veſtis, zonæ, cibi, potus, vocis humillimæ. Vnde:

f *Fuit Ioan.* Iſidorus. Ioannes, Gratia Dei. A gratia Dei, incipit, vnde ſequitur.

g *Baptiz. &c.* Per baptiſmum peccata dimittuntur: vnde: Quod gratis accepiſtis, gratis date. Et Apoſtolus: *Gratia ſaluati eſtis.*

*Baptizans, &c.* Hieronymus. Baptiſmum pœnitentiæ dedit, baptiſmum in remiſsionem peccatorum prædicauit, tamen non dedit. Sicut prædicatione ſua Chriſti prædicationem præcurrit, ſic baptiſmo pœnitentiæ baptiſmum remiſſionis. Quod conſummatur per ſponſum, initiatur per paranymphum. Vnde cathecumeni, id eſt, inſtructi incipiunt per ſacerdotem, chriſmātur per epiſcopum. Nunc per amicum ſponſi inducitur ſponſa, vt Rebecca Iſaac, per puerum pallio albo velata.

C

* Idem. Vt enim ante præcurſor domini, ſic & baptiſma eius præuium Chriſti baptiſmatis fuit. Qui de terra eſt, aiebat, terrena loquitur. At qui de ſupernis venit, ſuper oēs eſt.

* Auguſt. Baptizatos a Paulo eos qui iam baptiſmo Ioannis baptizati fuiſſent, legimus in actibus Apoſtolorum, non ob aliud, niſi quia Ioānis baptiſmus nō fuerat baptiſmus Chriſti.

* Idem. Non renaſcebantur qui baptiſmate Ioannis baptizabātur a quo & Chriſtus baptizatus eſt, ſed quędam pręcurſorio illius miniſterio, qui dicebat parate viam domino.

* Idē. Ita credo baptizaſſe Ioannem in aqua pęnitentiæ, in remiſſionem peccatorum, vt ab eo baptizatis in ſpe remitterentur peccata, reipſa vero in domini baptiſmo id fieret, ſicut reſurrectio quæ expectatur in finē, ſpe in nobis facta eſt, ſicut dicit Apoſtolus.

⁂ Damaſcen. Hoc Ioannis baptiſma elementarium erat & rudimentarium, eoſq; qui baptizabantur ad pęnitentiam ducens, vt Chriſti fidem poſtea amplecterentur.

⁂ Victor Antiochenus. Diſcis hinc Ioannem præcurſoris tantum perſonam ſuſtinuiſſe, hoc eſt, viam ad cœleſte illud donum, quod eſt peccatorum remiſsio, docendo & prædicando ita nominaſſe, vt tamen illud nō impartiret. Nec mirum. Siquidem manus illius non erat expiare aut ſanctificare, ſed eorum animas qui vniuerſorum Deum ſuſcepturi erant ad eiuſmodi munditiem diſponere & præparare. Pœnitentiæ itaque baptiſma quod prædicabat Ioannes, ad ſanctitatem internamque animi munditiem diſponebat, at perfectam vero ſanitatem, vt baptiſma Chriſti nequaquam pręſtabat. Hæc enim ſanitas contingit per gratiam, qua Ioannis Baptiſma deſtituebatur.

E

* Beda. Baptiſmus Ioannis in remiſsionem peccatorum dari non potuit. Remiſsio enim peccatorum in ſolo baptiſmate Chriſti tribuitur.

*In Iorda.* Hieronymus. Iordanis aliena deſcēſio, vbi peccata abſoluuntur. Arca enim per eum in terram alienam tranſiuit, & media parte in mare fluente, altera ad montis formam erigitur. Sic nos olim alienati a Deo per baptiſmum humiliati erigimur ad alta, Quia qui ſe humiliat, exal. Pars quæ fluit in mare amaricatur, quia arca Dei, id eſt, corpus Chriſti, non mundatis non proficit, ſed in deterius mutat.

h *Confiten. &c.* Scilicet Hieronymus. *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius*, id eſt, ſponſi. Vnde deſilit ſponſa de camelo, cum ſe humiliat eccleſia Chriſto, qui figuratur per Iſaac, in cuius natiuitate riſum fecit Deus Saræ. Sicut ad Mariam dicitur, quæ eſt princeps cum Deo: *Benedicta tu in mulieribus*.

F

Beda.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fuit Ioan. in. *Hic ponitur tractatus ſiue narratio. Circa quod conſiderandum, quod intentio euangeliſtæ eſt oſtendere reductionem peccatoris in Deū per opus mediatoris, & ideo primo oſtendit perſonā mediatoris, ſecūdo, reductionem peccatoris, ibi. Et ſtatim ſpiritus expulit.*

*Circa primū mediator oſtenditur dupliciter. Primo verbo præcurſoris, ſecundo, facto et verbo Dei patris, ibi. Et factum eſt in diebus. Circa primum deſcribitur locus vbi Ioannes prædicabat, cum dicitur.* Fuit Ioan. in d. *Quia prædicabat pęnitentiam agēdam. Vt homines eſſent diſpoſiti ad Chriſti de proximo venturi receptionem: Et ſic loci cōditio congruebat ſuæ prædicationi. Aſperitas enim deſerti, auſteritatem pęnitentiæ deſignat.*

2 Et præ. ba. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de Baptiſmo Chriſti, virtute cuius dimittuntur peccata. Et quia tale baptiſmum Ioannes dare non poterat, ideo ipſum prædicabat dandum per Chriſtum in proximo venturum, et ſecundum hoc ly baptizans, refertur ad baptiſmum Ioannis. Et quod ſequit.* Prædicans baptiſmum. *ad baptiſmū Chriſti futurum. Alio modo exponitur de baptiſmo Ioannis, et ſic baptizās & prædicans referuntur ad prædicationē Ioannis & baptiſmum eius, quia licet baptiſmo Ioannis non dimitterētur peccata, tamē ſuſceptio illius baptiſmi erat quędam proteſtatio agendi veram pęnitentiam de peccato, per quam dimittuntur peccata.*

3 Egrediebā. ad illum omnis Iudæa, &c. *i. multi de illa regione & de Ieroſolymis. Et eſt hyperbolica loquutio, ſicut in communi modo loquendi dicitur de aliquo ſpectaculo. Tota ciuitas uadit ad tale ſpectaculum, licet aliquando maior pars populi non uadat.*

4 Et baptiz. ab illo in Iorda. flu. *Per illud enim flumen filii Iſrael tranſierunt ad terram promiſſionis, & ideo baptiſmus Ioannis conuenienter factus eſt in Iordani flumine, quia erat quædam proteſtatio pęnitentiæ agendæ, per quam eſt tranſitus ad terram uiuentium, ſecūdū quod dicitur Matt. 3. a.* Pęnitētiam agite, appropinquabit enim regnum celorū. *Et quia pędicatorem decet auſteritas vitæ ſecūdum quod dicit Paulus apoſtolus 1. Cor. 9. d.* Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs pędicauerim, ipſe reprobus efficiar, *& ideo ſubditur.*

Et

MORALITER.

1 *Fuit Ioannes in deſerto baptiz. & prædic. &c.* Hieronymus. Veſtis autem Ioannis, cibus & potus auſteram uitam pędicantium deſignat.

Ve-

Bed. Confitentes peccata ſua baptizantur. Debent.n. melioris vitę nouitatem promittere, qui baptiſmũ deſiderãt accipere. Vnde prędicante Paulo dicitur. *Multi veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.* Et Petro dicit. *Macta & manduca.* Q. d. Occide mala q̃ in eis erãt, & ſic mũdatos Chriſtianã

a Aliter non valet baptiſmus. b Merito egrediebantur, & baptizabantur a Ioanne quia Ioannes erat veſtitus, &c. b Conueniens veſtis prædicatori. d Diuites gentium.
a tentes peccata ſua. † Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & 1
a Pauperes. b Sapientes. c Fideles
Habitatores ſolitudinis non decet ciborum delitias quærere, ſed tantum neceſſitatem ſupplere.
zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas & mel ſilueſtre
a Miſericordia. Gratia. b Per gratiam remiſsionis. 2
edebat, & prædicabat dicens. † Venit fortior me poſt me, cu-
b a Explicare. b Quam fecit ſibi de noſtra mortalitate. Ideſt, myſterium incarnationis Dei. 3
ius non ſum dignus procumbens ſoluere, corrigiam calcia- †
c a Quia. Homo purus. b Non ſpiritu. c Deus. d Beda. Non ſolum in die baptiſmi, ſed quotidie, cum per gratiam ſpiritus proficimus. 4
mentorum eius. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptiza- 5
d a Qui ſuper aquas. b Cum Ioannes baptizaret. 6
bit vos ſpirituſancto. Et factum eſt in diebus illis, venit Ieſus 7
8
9

religionem promittentes in eccleſiæ membra commuta.

a *Et erat Ioann. &c.* Hiero. Veſtis prophetæ & cib. & pot⁹, totã auſteram vitam prędicantiũ ſignificãt, & gentes ad gratiam Dei q̃ eſt Ioannes int⁹ & foris eſſe iũgendas, pili cameli, diuites gentiũ, zona pellicea, pauperes mũdo mortui, locuſtæ, ſapiẽtes huius mundi, qui ſtipulas aridas relinquentes Iudæis frumenta myſtica trahunt, & in calore fidei ſaltus inhabitant. Melli ſilueſtri fideles de inculta ſilua præparati comparantur, quia omnia a gratia euangelij, in qua non eſt diſtinctio Iudæi & Greci.

Beda. Veſtitus pi. came. quia peccata non fouit, ſed aſpere increpauit, dicẽs: *Genimina viperarum, &c.* Zona pellicea circa lumbos, quia carnem ſuã crucifixerunt cum vitiis, &c. Locuſtas & mel ſilue. e. quia prædicatio eius adeo dulcis fuit, vt ẽt Chriſtus putaretur. Sed cito hæc opinio decidit, quia eũ non Chriſtum ſed Chriſti præcurſorem eſſe innotuit. In melle enim dulcedo, in locuſta alacer volatus, ſed cito deciduus.

* Theophylactus. Veſtis de pilis camelorum, doloris, erat oſtenſiuum. Dolorem.n. ſaccus ſignificat. Zona vero pellicea mortificationem Iudaici populi. Eſca ẽt Ioannis non ſolum abſtinentiam notat, ſed ẽt eſt indicatiuum intelligibilis eſcę, qua tũc populus veſcebatur, nõ quid altum intelligẽs, ſed tamen in alta ſaliens, iterumque ſe deprimẽs. Talis enim eſt locuſta in altum ſaliens, & iterum cadens.

b *For. me.* Hier. Quis fortior eſt gratia qua abluuntur peccata? Ille qui ſepties & uſque ſeptuagies ſepties peccata dimittit Gratia quidem prior eſt, ſed ſemel remittit, peccata per baptiſmum. Miſericordia vero in miſeros ab Adam vſque ad Chriſtum, per ſeptuaginta ſeptem generationes, & vſque ad centumquadragintaquatuor millia peruenit.

c *Soluere corrigiam calciamentorum eius.* Bed. Modus fuit apud veteres, vt ſi quis eam quæ ſibi competeret accipere vxorẽ nollet, ille ei calciamenta ſolueret, qui ad hanc ſponſus iure propinquitatis veniret. Chrũs aũt ſpõſus eſt eccleſię, de quo dicit idẽ Ioannes. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt.* Quia ergo homines Ioannẽ Chriſtum eſſe putabant, recte ſe indignũ ſoluere corrigiã dicit. Q. d. Ego redemptoris veſtigia nudare
C non valeo, quia ſponſi nomen mihi non vſurpo.

Hier.

Hier. Corrigia calciamentorum, myſterium.ſ. incarnatio- D
nis, quomodo verbũ caro factum eſt, vnde caro Chriſti, vnde anima, vnde ſpiritus ſumit exordium, vt verus homo fiat per omnia abſque peccato, vt verus Deus in Deo vero ſine (Ioan. 1. a) principio, id eſt, filius hominis qui eſt in cœlo, & quomodo tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. i. de virginali vtero clauſũ relinquens. (Pſal. 10. b.) Vnde adueniente vero ſponſo, domus Ioannis domus diſcalciati dicitur. Vnde in ſpecie columbę ſpirituſſanctus deſcendit. De (Can. 2. d.) ſponſa dicitur: *Spõſa mea amica mea, proxima mea, dilecta mea, columba mea,* Sponſa in patriarchis, amica in prophetia, proxima in Maria & Ioſeph, dilecta in Ioanne Baptiſta, colũba in Chriſto & apoſtolis, quib. dicitur. *Eſtote prudẽtes ſicut ſerpentes, &c.* (Matth. 10. b) Calx extrema pars corporis. In fine.n. ad iuſtitiam eſt Saluator incarnatus, vnde. In Idumęam extendam calceamẽtum meum, (E) (Pſal. 59. b) quia niſi iungatur ſcientia ſpiritus nemo per gratiam remiſſionis inueſtigat incarnationis myſterium.

* Victor Antioch. Aliud eſt calceamenta portare, quod dicit Matthæus, aliud procumbere & calceamentorum corrigiam ſoluere, quod habet Marcus. At neuter interim euangeliſta aut a veritatis ſcopo aberrat, aut cũ altero pugnat. Veriſimile fit.n. Baptiſtam diuerſis temporib. vtrumque dixiſſe, quin eãdem quoque rem diuerſis ſæpe verbis diuerſoque modo commemorant, quippe qui maiorem rerum quã verborum curam habere ſoleant.

d *Ego ba. vos aqua.* Beda. Nondum Ioannes dicit Deum aut Dei filiũ eſſe aperte, quia rudes erãt auditores, ſed paulatim per humanitatem glorificatam ad fidem diuinitatis ducit, dicens. Ille vero baptizabit ſpirituſancto. Sed poſtea uero cum capaciores iam uideret, Dei filium iam aperte prędicat dicens. Teſtimonium perhibuit, quia hic eſt Dei filius. (Ioan. 1. c.)

Iſidor. Ego baptizo vos aqua ille, &c. Dei fluuius ſemper plenus, ſemper æqualis, de quo. *Fluminis impetus lætificat ciuit. Dei.* (Pſal. 45. a) Multum diſtat inter ſpiritum qui fertur ſuper aquas nõ ſubter, & aquam, quantum inter animã quæ regit, & corpus quod regit. Sed manſit ſuper eum ſpiritus. Hæc eſt vnctio Chriſti ſecundũ carnem, de qua. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* (Pſal. 44. b) Oleũ nõ poteſt eſſe ſub aqua, nec creator ſub creatura. Oleũ de amaritudine radicis ſurgit in pabulũ luminis, medicinam vulneris, refectionẽ eſurientis. Vnde fit q; vnctio Chriſti de amaritudine paſsionis puenit ad gloriã reſurrectionis, vnde apoſtolus. *Hoc ſentite in vobis, quod et in Chriſto Ieſu, &c.* (Phil. 2. a) vſque. *Propter quod & Deus illum exaltauit.* F

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et erat Ioannes veſtitus pilis camelorum. *In quo oſtenditur auſteritas veſtitus. Et etiam quia Ioannes veniebat in ſpiritu & virtute Eliæ, vt habetur Lucæ 1. ideo deſcribitur in conſimili habitu, prout habetur 4 Reg. 1.*

2 Et locuſtas & mel ſilueſtre edebat. *In quo oſtenditur auſteritas victus. Iſte eſt enim cibus pauperum in terra illa.*

3 Et prædicabat dicens, veniet fortior me. *Hoc autem dicebat Ioannes ad remouendam falſam opinionem populi, quia credebant ipſum eſſe Chriſtum.*

4 Cuius non ſum dignus procumbens ſolue. corrigiam calceamentorum eius. *Matt. 3. c. dicitur: Cuius non ſum dignus portare calceamenta, potuit enim Ioannes vtrumq; dicere. Matthæus tamẽ expreſſit deportationem, Marcus autem ſolutionem, tamen per vtrumque idẽ intelligitur. Q. d. Ioannes: Tantæ excellentiæ eſt Chriſtus reſpectu mei, quod non ſum dignus ei exhibere etiam minimum obſequium non enim Chriſtus habebat calceamenta portanda vel ſoluenda, quia ſcribitur Act. 1. a.* Cœpit Ieſus facere & docere. *Ipſe aũt diſcipulis ad prædicandum miſſis impoſuit ſine calceamentis incedere, vt habetur Lucæ 10. & ideo non eſt credibile, quod calceamentis vteretur.*

5 Ego baptizo vos aqua. *Quia baptiſmus Ioannis lauabat tantum corpora.*

6 Ille vero baptizabit vos ſpirituſancto. *Quia in baptiſmo Chriſti confertur gratia ſpirituſſancti.*

7 Et factum eſt. *Hic conſequenter oſtenditur mediatoris perſonæ teſtimonio Dei patris, cum baptizaretur a Ioanne, & hoc eſt quod dicitur.*

8 In diebus illis. *Scilicet in quibus Ioannes baptizabat & prædicabat, antequam in carcere clauderetur.*

9 Venit Ieſus a Nazareth Galilææ. *In illa ciuitate fuit nutritus, vt habetur Lucæ 2.*

Et ba-

## MORALITER.

† *Venit fortior me, &c.* Per hoc autem oſtendit Ioãnes, quod prędicator veritatis ſe iactare non debet, ſed magis alios (veraciter tamen) commendare.

9 *Venit Ieſus a Nazareth Galil.* Scilicet vt baptiſmum Ioannis, & eius doctrinam approbaret. In hoc dans exemplum maioribus, vt approbent bona opera ſubditorum.

A a *Et baptizatus eſt in Iordan.* Tribus cauſis. Vt iuſtitiam & humilitatem impleret. Vt baptiſmum Ioannis cõprobaret. Vt Iordanis aquas ſanctificans per deſcenſionem columbæ ſpiritumſanctum in baptiſmo adeſſe monſtraret.

Pſal. 41.a Hier. Marcus. Sicut ceruus deſiderans ad fontes aquarum ſaltus dat, culmina pratorum carpit, palmas i vertice portat, velut apis mellifiua flores agri (cui odor veri Iſaac ſimulatur) ſummatim guſtat. Vnde a Nazareth Galilææ venientem Ieſum ad baptiſmũ in Iordane acceptũ a Ioanne enarrat, & ſtatim de aqua aſcendiſſe, apertos cęlos vidiſſe, ſpiritũ vt colũbam deſcendiſſe, in ipſo manſiſſe, voce de cęlis facta patri in dilecto filio cõplacuiſſe, & ſpiritum cũ in deſertũ expuliſſe, tentatũ a Sathana, 40. diebus & 40. noctibus cum beſtijs angelis miniſtrantib. commoratum. Quę ordinẽ nobis ſequendũ ad conſortia angelica feſtinantibus

Gen. 27.d

Flos. Rota. Gratia.

a a Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt in Iordane a Ioanne & 1

a Poſt baptiſmum. b Qui aperiuntur baptizatis, clauſi Adæ interpoſito Cherubim & flammeo gladio qui extinguitur in aqua baptiſmi. 2

b ſtatim aſcendens de aqua, vidit † apertos cęlos, & ſpiritum

c tanquam colũbã † deſcendentem & manentẽ in ipſo † Et vox

† deſcendentẽ in ipſum.

a Non Ioannes.

d facta eſt de cœlis. Tu es filius meus dilectus † in te complacui. 3

4

B prius opere quã voce oſtendit Chriſtus. Debemus enim de volubilitate mũdi penduli, voluptatis odore, floris mũditia tracti cum adoleſcentibus poſt ſponſum currere, & ſic per baptiſmi ſacramenta de duobus fontibus dilectionis Dei & proximi gratia remiſſionis abſoluimur, & aſcẽdentes, ſpe cęleſtia ſecreta mũdis cordis oculis intuemur. Deinde ſpiritũ ſanctũ ſpiritu contrito & humiliato, cũ ſimplici corde deſcẽdentẽ ad manſuetos, & cũ charitate nunquã cadente manẽtem ſuſcipimus & vox a Deo ad nos dilectos dirigitur. *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur.* Et tũc in nobis complacet patri cũ filio & ſpirituſancto, quãdo efficiemur vnus ſpiritus cũ Deo. Vñ. *Vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus.* Tunc ſpiritus nos expellit in deſertum 40. dierum numero tẽtandos a Sathana, vt patiẽtia probationem, probatio ſpem, ſpes aũt charitatem generet, cum nobis non ſit colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed ad. prin. re. te. Et tunc beſtiæ erunt pacatę nobis, cum in arca aĩæ noſtræ munda cum immundis manſue facimus, & cum leonib. ſicut Daniel cubamus, cum ſpiritus nõ ſit aduerſus carnẽ, nec caro aduerſus ſpiritum. Poſt hęc angeli miniſtri, qui vidẽt ſemper faciem patris in cęlis, mittuntur in ſolatium dicẽtes. Exaudita eſt oratio

C tua, Et. *Nolite timere, Ieſum quærentes Nazarenum.* Et. *Ego quos amo arguo. &c.* Et, *Vincenti dabo edere de lig. vitæ, quod eſt in p. d. m. Vi-*

Matth. 5.a
Ioan. 17.b
Rom 5.a
Ephel. 6.b
Luc. 1.a
Marc. 16.a
Apoc. 1.d.
Ibidem 2.b.

b *Vidit aper. cœ. &c.* Bed. Myſteriũ trinitatis in baptiſmo demonſtrat, filius baptizatur, ſpiritus eſt in colũba, pater in voce ſonat. Aperiũtur cęli non reſeratione elemẽtorũ, ſed ſpiritualib. oculis. Sedit colũba ſuper Ieſum, ne putaretur vox ad Ioannẽ facta, non ad eum. Pulchre autem addidit, & manentẽ in ipſo, hoc. n. proprium eſt Chriſto, vt ſemel eum implens ſpiritus, ſemper in illo maneat. Fidelibus vero aliquando confertur ad miracula facienda, aliquando tollitur. Quibus tamẽ ad operationem iuſtitiæ ad amorẽ Dei & proximi conſeruandũ nunquam abeſt. Vnde apud nos manebit, & in nobis erit iuxta menſurã fidei ſpiritus. De Chriſto autem dicitur. *Plenum gratiæ & veritatis.*

* Victor Antiochenus. Cęli σχίζονται diffunduntur, vt habet Marcus. Vt autem Matthęus legit ἀνοίγονται aperiũtur, denotat hoc, autem ſanctimoniam e cęlo hominibus obuenire, cęleſtiaque rebus terrenis ſe conſociare.

* Idem. Spirituſſanctus in ſpecie columbæ deſcẽdit. Nã vbi reconciliatio cum Deo intercedit, ibi columba preſto eſſe conſueuit. Quare vt in arca Noe columba nõ defuit, ita nunc quoq; ſpirituſſanctus in columbę ſpecie, nõ aſſumpto corpore, aduenit, ſuoque aduentu Dei miam orbi annunciauit.

c *Manentem in ip.* Manet in eo ſpiritus, nõ ex quo baptizatus ſed ex quo conceptus. Quod autem in baptiſmo deſcendit, ſignificat nobis gratiam ſpiritualem in baptiſmo dari quib. in remiſſionem peccatorum ex aqua & ſpiritu regeneratis ſolet amplior ſpiritus gratia per impoſitionẽ manus epiſcopi cęlitus dari.

d *Tu es fi. me. di.* Bed. Non quod neſciebat docetur, ſed nobis q. credere debeamus oñditur, ipſum. ſ. qui quaſi hõ cum alijs ad baptizandum venit, verum eſſe Dei filium, & iõ in ſpiritu baptizari poſſe, nos quoq; per aquam abſolutionis & ſpiritũ ſanctificationis Dei filios effici. Quotquot. n. receperunt eum dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Bñ autẽ in ſpecie columbæ deſcẽdit ſpiritus, quæ ſimplex animal & ſine felle, quia ſimplices quærit, nec habitat in mentibus impuris.

* Victor Antiochenus. Vox hæc cœlitus delata, non patris propria extitit, ſed in patris perſona angelorum miniſterio deformata fuit.

*Spi-*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et baptizatus eſt a Ioanne in Iordane. *Quamuis enim non indigeret aliquo baptiſmate, venit tamen ad baptiſmum Ioannis. Primo ut illum approbaret, & ipſum a Deo ordinatum oſtenderet contra malitiam aliquorum Iudæorum, qui dicebant ipſum humana fictione adinuentum. Secundo vt Ioannes ipſum eſſe Chriſtum in lege & prophetis promiſſum populis denunciaret, ſecundum quod dicitur Ioan. 1.c.* Sed ut manifeſtetur in Iſrael. *propterea* veni ego in aqua baptizans. *& ideo dixit de eo.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

2 Et ſtatim aſcẽ. de aqua, vidit apertos cęlos. *In baptiſmo enim Chriſti apparuit tota trinitas, pater in voce, ſpirituſſanctus in columbæ ſpecie, & filius in carne, verumtamen caro vnita erat filio in vnitate ſuppoſiti, vox autem & columba non habebant vnitatem ſuppoſiti cum patre & ſpirituſancto, ſed tantum in repreſentationi ſigni & cum per talem apparitionem trinitatis baptizato Chriſto ſignificatum fuit, quod baptiſmus Chriſti deberet conferri in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, tamen in primitiua eccleſia ad tempus collatus fuit in nomine Chriſti, vt habetur Act. 2. & 10. vt nomẽ Chriſti in maiori reuerentia haberetur.* Et *ad excludendum errorẽ illorum, qui virtutem baptiſmi attribuebant miniſtris, ſecundum quod habetur 2. Cor. 1.b. dicentes* Ego ſum Pauli, ego aũt Apollo, ego vero Cephæ, &c. *ſed ceſſantibus illis cauſis redijt eccleſia ad formam prædictam.*

3 Tu es fil. meus, &c. *Præ cæteris, quia filius es naturalis, alij autem adoptiui.*

4 In te complacui. *Ad perficiendum in te opus redemptionis humanæ. Ad maiorem intellectum dictorum poteſt quæri hic vtrum conueniens fuit cęlum aperiri Chriſto baptizato, & vocẽ patris audiri. Arguitur quod non, quia talis apertio non fuit ſecundum veritatem, cũ corpora cœleſtia ſint incorruptibilia. Nec ſecundum apparentiam, tantum, quia falſitas fuiſſet in operibus diuinis, quod non conuenit. Item, Chriſto baptizato non fuit aperta ianua cęleſtis, ſed in paſſione, cum ergo talis apertio cœli ſignificaret apertionem beatitudinis, videtur q̃ nõ debuit fieri Chriſto baptizato, ſed ipſo paſſo. Item, vox patris ſuper Chriſtum erat quædã approbatio ſuæ prædicationis, vnde Matt. 17.a. vbi ſimilis vox facta eſt ſuper ipſum in trãsfiguratione, additur ipſum audite, ſed non prædicauit immediate poſt baptiſmum, ſed poſt incarcerationem Ioannis, vt dicitur inf. eo. ca. ergo &c. Reſponſio, dicẽdum, q̃ Chriſtus baptizatus fuit a Ioãne, non vt baptiſmo indigeret, ſed vt virtutẽ regenerandi aquis conferret, & vt teſtimonio Ioannis manifeſtaretur, vt dictum eſt. Et propter vtrumq; conueniens fuit cœlum aperiri, vocem patris audiri, quia cum teſtimonio Ioannis quod erat humanũ fuit teſtimonium Dei patris & ſpirituſſancti apparentium in voce & columba, & ſimiliter creaturæ irrationabilis et inſenſibilis teſtimonium per illam apertionem cœleſtẽ. Item, conueniens fuit ad ſignificandum virtutem baptiſmi dandi per Chriſtum, per quem eſt introitus in regnũ Dei, ſecundum quod dicitur Ioan. 3.a.* Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

*Ad primum dicendum, quod illa apertio non fuit in corpore cœleſti ſed in aere, ſicut ſolet fieri in coruſcatione in qua videtur cœlum aperiri, & ſic dicunt homines vulgares: Cœlũ aperitur in coruſcatione, ſcriptura autẽ ſacra communiter tenet modum loquendi vulgarem. Nec fuit ibi falſitas aliqua, quia ſufficiẽs erat ad ſignificandum apertionẽ ianuæ per baptiſmum, ſicut ſecundum aliquos Doctores columba illa non fuit vera columba, & tamen non fuit ibi falſitas aliqua ratione dicta quia ſufficiebat ad repreſentandum, vel ſignificandum ſpiritumſanctũ Ad*

## MORALITER.

2 *Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cœlos, &c.* Per hoc deſignatum fuit, quod baptizatus baptiſmo Chriſti recipit ſpiritum ſanctum, & efficitur Dei filius adoptiuus.

*Et*

a *Spiri.* Beda. Ne dubium quis ſpiritus, Lucas conſulte præmittit. Ieſus plenus ſpirituſancto regreſſus eſt a Iordane, deinde intulit, & agebatur a ſpiritu in deſertum, ne putetur immundus ſpiritus quicquam contra eum potuiſſe.

* Victor Antiochenus. Quandoquidem quæcunque dominus faciebat aut tolerabat, ad noſtram doctrinam & inſtructionem faciebat & tolerabat, propterea, ſeſe in deſertū abduci, diabolique tentamentis exponi patitur, ne videlicet baptiſmo expiati, animo ſtatim concidant, ſi poſt ſuſceptum ſacramētum, graui nonnunquam inexpectataque tentatione pulſari ſe ſētiant, verum infracto ſemper imperterritoq; animo cōſiſtāt, cunctaq; quæcunque tandem euenerint viriliter perferant.

⁂ Idem. Filium Dei non ſimpliciter in deſertum profectū, ſed per ſpiritum abductum dicit, per hoc inſinuans, neminē vltro eis tentationibus ſe obiectare, verum ſi quo caſu in illas inciderit, animoſe eiſdem reſiſtere debere.

b *Quadraginta dieb.* Beda. Totum tēpus ſignificat, quo mēbra eius diabolus tentat. Quadripartitus.n. mundus per obſeruantiam decē præceptorū contra diabolum certando dn̄o famulatur. Quater vero decē quadraginta faciunt. Vbiq; & ſemper adeſt aduerſarius, qui iter noſtrum impedire non ceſſet.

⁂ Victor Antiochenus. Deus baptiſmi ſacramento initiatos a diaboli vexationibus & tentamentis non abſoluit. Vt hinc diſcas multo te nunc maiore robore pollere, quam dudū ante. Deinde quo carnis & dæmonis tentationibus obnoxium te intelligens intra mediocritatis limites te contineas, neq; propter donorū magnitudinē te extollas. Hinc vt malignus ſpiritus per tentationū experimenta edoctus, perfecte te illum deſeruiſſe cognoſcat. Mox vt hac conflictatione, veluti ferrum induratus fortior ſubinde euadas. Poſtremo vt quāti theſauri opes tibi concreditæ ſint, ex hac re perſpicias. Neque enim diabolus adeo infeſtus eſſet, niſi in maiori honore & loco te nunc quam antea conſtitutum animaduerteret. D

c *Eratq; cum beſtiis.* Nos quoque ſi in eremo ſanctæ conuerſationis beſtiales hominum mores impolluta mente toleremus, miniſteriū angelorum meremur, a quibus corpore abſoluti in cœlū transferamur.

¶Poſt baptiſmum. Sanctus. a Vt nos & mundi illecebras fugiamur.
a Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum. † Et erat in de- 1
¶In proſperis. In aduerſis.
b ſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tenta- 2 3
Vt nos poſt baptiſmum non ſolum ad bona agenda, ſed etiam ad mala toleranda accingamur. Vt homo.
c batur a Sathana. Eratque cum beſtiis, & angeli miniſtrabant 4
Vt Deo. Lex. Euangelium.
d illi. Poſtquam autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Ga- 5 6
a Hoc. b Bedā, de qua. Vbi venit plenitudo temporis, in quo miſit Deus filium ſuum in ter. &c. Gentes. Quod ducit ad regnum.
lilæam prædicans euangelium regni Dei, & dicens[a]. Quo[b]niā 7 8
e impletum eſt tempus, & appropinquabit regnum Dei. 9

† Matt. 4. a. Lucæ. 4. a.

d *Poſtquam autem.* Iſidor⁹. Accepimus gratiam pro gratia, carnalia decollant, ſpiritualia viuificantur. Ceſſante vmbra adeſt veritas. Ioannes in carcere, lex in Iudæa, Ieſus in Galilęa, ſalus in gentibus.

⁂ Beda. Nemo putet traditum Ioannē ſtatim poſt tentationem 40. dierum & ieiuniū domini. Inuenitur enim in euangelio Ioannis, dominum ante multa docuiſſe & miracula feciſſe, & hoc fecit initiū ſignorum Ie. in Chana Galilææ. Et iterum. *Necdum erat miſſus in carcerem Ioannes.* Fertur autem, quia cum aliorum legiſſet Ioannes euangelia, & probaſſet eos vere hiſtoriam texuiſſe, ſed vnius anni tantum in quo & paſſus eſt poſt carcerem Ioannis, prætermiſſo anno cuius acta a tribus expoſita fuerant, ſuperioris temporis antequam traderetur Ioannes, geſta narrauit. Ioan. 2. b. E Ioan. 3. 1.

*Poſtquam autem.* ⁂ Victor Antiochenus. Hæc Euangeliſta Marcus ſatis conſentanee ad ea quæ exponit Matthęus. Ille enim poſteaquam dixerat: *Ecce angeli acceſſerunt, &c.* ſtatim ſubiungit: *Cūm autem audiſſet Ieſus quod Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam*, & paucis interiectis: *exinde cœpit Ieſus prædicare & dicere, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.* Matth. 4.

e *Prædicans euangelium regni Dei, &c.* Hieronymus. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſi poſſidebunt, &c.* Regno terreno ſuccedit paupertas, paupertati Chriſtianorum regnum ſempiternum, vnde: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: omnis enim honor terrenus, ſpuma, fumus, ſomnus. Matth. 5. a. F

*Pœni-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*Ad ſecundum dicendum, quòd licet per Chriſti paſſionem ianua cęli ſit aperta quantū ad remotionē impedimēti generalis, quod erat ex peccato Adæ, tn̄ applicatur virtus paſſionis quantum ad ſingulares perſonas beatitudinem intrantes per baptiſmum: per quem incorporantur Chriſto & efficiuntur participes redemptionis factæ per paſſionem; & ideo conuenientius fuit cælum aperiri in baptiſmo, quā in paſſione, quia per baptiſmum eſt immediate ingreſſus ad beatitudinem, vt viſum eſt.*

*Ad tertium dicendum, quod licet Chriſtus incæperit prædicare publice & communiter poſt incarcerationem Ioānis, vt dicitur inf. eo. ca. tamen ante incarcerationem dictam docuit, & miracula aliqua fecit & diſcipulos habuit, vt habetur Ioan. 2. & 3. licet non ita publice prædicauerit ſicut poſt.*

1 Et ſtatim ſpiritus. *Hic conſequenter deſcribitur reductio peccatoris in Deum per opus mediatoris: Et primo per ipſius prædicationē, ſecundo, per paſſionis redemptionē, ca. 14. tertio, per reſurrectionis glorificationem, cap. 16. Circa primum ponitur prædicatio Chriſti per viā amoris, ſcilicet cum prædicatione curando, & miracula faciendo, ſecundo per viam timoris terrorem futuri iudicij incutiendo, cap. 13. Adhuc circa primum præmittitur Chriſti prædicatio per ſeipſum tantum. Secundo, cum hoc per diſcipulos, ſecunda pars incipit circa mediū 3. ca. ibi:* Et aſcendens in montem. *Adhuc circa primum præmittitur Chriſti prædicatio, ſecundo, ex hoc ponitur Iudæorum æmulatio. ſeq. ca. Adhuc circa primum præmittitur prædicatoris debita diſpoſitio, ſecundo prædicationis executio, ibi:* Poſtquam aūt traditus eſt Ioānes, *tertio ſequens aliquorum conuerſio, ibi:* Et pręteriēs ſecus mare. *quarto conuerſorum confirmatio, ibi:* Et ingrediuntur Capharnaū.

*Circa primum ſciendū, quod debita diſpoſitio prædicatoris eſt mortificatio carnis, vt ſit ſubdita ſpiritui, ſecundū quod dicit Paulus* 1. *Corin. 9. d.* Caſtigo corpus meum & in ſeruitutē redigo, ne forte cū alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. *Et ſolitudo contēplationis, vt ibi hauriatur quod poſtea populo per doctrinā effundatur. Et licet Chriſtus talib. non indigeret, cum in carne eius nulla fuerit rebellio, & ab inſtanti ſuæ conceptionis fuerit repletus gratia, virtutib. & ſcientiis: veruntamen egit talia præbens aliis formā & exemplum, & ideo primo præmittitur ſolitudo deſerti, cum dicitur:* Et ſtat. *qui eſt locus aptus cōtēplationi propter ſegregationem a tumultu ſecularium ſpiritus autē iſte a quo dicitur expulſus in deſertum, intelligitur ſpiritus diuinus & etiam humanus, quia Chriſti voluntas erat omnino conformis voluntati diuinæ, & ſequitur maceratio carnis, cum dicitur.*

2 Et erat in deſer. *In qūibus ieiunauit, vt Matth. 4.*

3 Et tentab. a Sa. *Modus autem & ordo huius tentationis hic tacetur, ſed exprimitur Matth. 4.*

4 Eratque, &c. *Non tamen nocebat ei, ſed magis applaudebant.*

5 Et an. mi. il. *Per hoc oſtendebatur dn̄s terreſtrium & cęleſtium.*

6 Poſtquā autem tra. eſt. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti prędicatio. Et primo quantum ad tempus, cum dicitur:* Poſtquam tra. eſt Ioan. *Sicut enim Ioannes erat Chriſti præcurſor, ita prædicatio ipſius erat præuia prædicationi Chriſti, & ideo Chriſtus non prædicauit communiter & publice antequam incarceraretur Ioannes finita eius prædicatione, ſecundo quantum ad locum, cum ſubditur.* Diuiſio.

7 Venit Ie. in Gal. *Quare autem ibi primo prædicauerit loquendo de publica & communi prædicatione, Matthæus expreſſit 4. cap. circa medium, & ibi eſt expoſitum.*

8 Imp. eſt tē. *Scilicet redēptionis humanæ per prophetas prædicta.*

9 Et appropin. re. Dei. *Quia per Chriſtum aperta eſt ianua cæli.*

Pęni-

## MORALITER.

1 *Et ſtatim ſpir. eum in deſ. &c.* Per hoc inſinuatur, quod illi qui ſunt Dei filij adoptiui, ſequuntur inſtinctum ſpiritusſancti, Roman. 8. c. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt.

4 *Eratq; cum be.* Scilicet pacifice.

5 *Et angeli, &c.* Per hoc Moraliter inſinuatur, ꝙ illi quorū ſenſualitas ſub ratione pacifice tenetur, per angelorum miniſterium ad cœleſtia transferentur.

7 *Venit Ieſus in Gal. &c.* Per hoc inſinuans ꝙ prædicator Euangelij prius debet transmigrare de carnalibus ad ſpiritualia, & de terrenis ad meditandum cœleſtia, quia Galilæa transmigratio interpretatur.

A a *Pœnitemini.* Hieronymus. Amaritudinem radicis, dulcedo pomi compenſat, pericula maris ſpes portus delectat, dolorem medicinæ ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleū, nucem frangat, pœnitentiam agat, qui vult æterno adhærere bono. Præconia Chriſti narrare pōt, qui ad palmā indulgentiæ peruenire meruerunt: Vnde poſt pœnitentiam prædicatores eliguntur.

Peniteat vos [et] reſipiſcite.

* Victor Antiochenus. Obſeruandum, Ioannem dum prædicandi initium facit, cœleſti regno pœnitentiam præmittere: Chriſtum vero, non quidam ſtatim, *Pœnitentiam agite*, prædicare cœpiſſe, verum impletum eſt tēpus, appropinquauit regnum Dei. Nam cū Ioannes ad hoc miſſus eſſet, vt viam domini præpararet, par erat vt pœnitentiam ante celeſte regnum prædicaret. Porro pœnitentia quam prædicabat Ioannes non erat eiuſdem rationis cum ea quam exigebat Chriſtus. Ioannes enim pœnitentiam prædicando, ad vitæ emendationem, hoc eſt, ad peccatorum, quæ in vita deſignarant deteſtationē, ſceleruműq; patratorum expiationē auditores pūocabat. Chriſtus aūt per verba illa, pœnitentiam agite, Iudæos a legali litera, ad legalem ſpūm qui in euangelijs reuelatur, transferre ſatagebat.

† Mat.4.d. Luc.5.b.

† ſtatim.

† reſi[dentes]. [ia]centes.

B

† Luc.4.c.

a Beda Renunciate operibus mortuis. ¶ Ergo. Aliter non intelligetis.
¶ Non nunc opera vt in fides, ſed fides vt ſequantur opera. Mundum volubilem.

a † Pœnitemini, & credite euangelio. Et præteriens ſecus ma- 1

Ieſus mittit piſcatores ad prædicandum, vt fides credentium in virtute Dei putetur eſſe, non in eloquentia vel doctrina hominum. Obediens. Virilis. 2

b re Galilææ vidit Simonem & Andream fratrem † eius, mit-

a Mandans internos luctus.

tentes retia in mare. Erant enim piſcatores. Et dixit eis Ieſus

a Cum retibus euangelij.

† Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.

Omnino. Poſt vocationem horum.

Et † protinus relictis retibus ſequuti ſunt eum. Et progreſ-

Supplantatorem. Fugitiui. Gratiam.

ſus inde puſillum, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipſos componentes retia in naui, & ſtatim vo-

a Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.

cauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedæo in naui cum merce- 3

Villam conſolationis. 4

c d narijs ſequuti ſunt eū. † Et ingrediuntur Capharnaū, & ſtatim 5

b *Vidit Simonem.* Hieron. Simon obediens, Andreas virilis, Iacobus ſupplantator, Ioannes gratia. His nominibus in imaginē Dei cōuertimur: Obediētia, vt obediamus, virilitate vt pugnemus, ſupplātatione vt perſeueremus, gratia vt conſeruemur. *Niſi enim dominus ædif. do. in va. la. qui. &c.* Hæ quatuor virtutes cardinales dicuntur. Per prudentiam obedimus, per iuſtitiam viriliter agimus, per temperantiam ſerpentes calcamus per fortitudinem Dei gratiam meremur.

Pſal.126.a.

Hieron. Quem non inebriat eloquentia ſæcularis? Difficile homines potentes, & nobiles, & diuites, & multo his difficilius eloquentes credunt Deo. Obcæcatur mens eorum diuitijs & opibus atque luxuria, & circundati vitijs non poſſunt videre virtutes, ſimplicitatemque ſcripturæ ſanctæ, nō ex maieſtate ſenſuum, ſed ex verborum iudicant vilitate.

4. Reg. 2.b

C Hieronymus. Vocantur quatuor piſcatores, Simon, Andreas, Iacobus, & Ioannes: Relictis omnibus ſequuntur. Hac quadriga vehimur ad æthera, vt Elias, his quatuor angulis cōſtituitur prima eccleſia, his quatuor litteris Hebraicis Tetragrāmaton nomen Dei cognoſcitur a nobis. Quibus etiā ſimiliter præcipitur, vt audiamus dūm vocantem, & obliuiſcamur populum vitiorum, & domum paternæ traditionis, quæ eſt ſtultitia Deo, & rete aranearum quo nos pene lapſos velut culices tenebat aer inanis. Nauē priſtinæ conuerſationis fugiamus. Pellibus enī mortuis tegitur Adā pater noſter ſecundū carnem, quo depoſito cum actibus ſuis nouū ſequentes, pellibus Salomonis tegimur, quibus ſponſa ſe gloriatur formoſam.

Beda. Quæritur quomodo primū Petrum & Andream & poſt puſillum Iacobum & Ioannem vocauerit, ſicut narrat Mattheus & Marc⁹, cum dicat Lucas in magna captura piſciū ſocios Petri fuiſſe Iacobum & Ioannem, & Ieſum dixiſſe Petro: Ex hoc iam eris homines capiens, & ſimiliter eum ſecutos fuiſſe, ſubductis ad terrā nauibus. Sed qđ dicit Lucas, primo factū eſt, & Petro prædictum eſt q̄ homines eſſet capturus, nō q̄ extūc non eſſet piſcaturus. Ad capturam enim piſcium redierūt, & poſtea ſicut Matthæus & Marcus narrant, bini vocati ſunt. Primo Petrus & Andreas, deinde & alij. Tunc enim nō ſubductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi, ſed tanquam vocantem & iubentem ſequuti ſunt.

c *Et ingrediuntur.* Hieron. Marcus dicta euangelij in ſemetipſo diſponens, ordinem hiſtoriæ non ſequutus, myſteriorum ordinem ſeruat, vnde in ſabbatis primā virtutem narrat dicens, *Et ingre. &c.*

d *Capharnaum.* Hieronymus. Capharnaum villa cōſolationis, ſabbatum requies, Homo in ſpiritu immundo, genus humanū, in quo immunditia regnauit ab Adā vſq; ad Moyſen. Nā q̄ ſine lege peccauerunt, ſine lege peribūt. Qui ſciēs ſanctum Dei obmuteſcere iubetur: Dum ſcientes quidē Deū, *non ſicut Deū glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.* Spūs diſcerpens hoīem exiit ab eo, quia appropinquāte ſalute, appropinquat tētatio. Pharao dimiſſus ab Iſrael, pſequitur eū, diabolus contemptus ſurgit in ſcandala.

Beda. q̄ ſabbato maxime curat & docet, oſtendit ſe non ſub lege eſſe, ſed ſupra, & docet nos verum ſabbatum, vt ſaluti ſcilicet animarū ſtudentes, ab omni opere ſeruili, id eſt, ab omnibus illicitis abſtineamus.

Victor

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Pœnitemini & cre. euan. *Quia ſine pœnitentia præteriti delicti & fide Chriſti non habetur vita beata.*

2 Et præteri. *Hic conſequenter deſcribitur prædicationis Chriſti fructus, ſcilicet aliquorum conuerſio ad ipſum, videlicet Petri, Andreæ, & Iacobi, & Ioannis, patet litera vſque ibi.*

3 Et reli. pa. ſuo. *Dicuntur autem hic mercenarij aliqui homines, qui in piſcatione iuuabant Zebedæum pro mercede. Sciendum autem, quod iſta vocatio de qua loquitur hic Marcus, fuit illa qua vocati ſunt prædicti ad diſcipulatum Chriſti vlterius ad propria negotia non reuerſuri. Prius enim vocati fuerant ſaltem tres illorum ad quandam Chriſti familiaritatem, poſtea tamen reuerſi ſunt ad propria negotia, de qua loquitur Ioannes, primo dicens quod duo diſcipuli Ioannis Baptiſtæ audientes eum dicentem de Chriſto, Ecce agnus Dei, ſequuti ſunt eum. Et inferius ſubditur, q̄ Andreas erat vnus ex illis duobus, & de altero dicunt Doctores quod fuit Ioānes euangeliſta. Et de vocatione Petri ſubditur ibidē. Iſta tamen vocatio Ioannis & Andreæ fuit inſtrumentaliter verbo Ioannis Baptiſtæ, principaliter autem Chriſti inſpiratione. Si autem quæratur, quomodo homines ſecularibus implicati ad ſolum Chriſti verbum, relictis omnibus ſequebantur eum. Dicendū, quod humanitas Chriſti inſtrumentum erat diuinitatis coniunctum, ſicut manus eſt inſtrumentum artificis, et ideo ſicut verbum Chriſti inquantum vox mouebat aurem, ita inquantum inſtrumentum diuinitatis mouebat mentem.*

4 Et ingrediuntur Caphar. *Hic conſequenter ponitur conuerſorū confirmatio per opera miraculoſa. Et deſcribuntur hic tria miracula. Primum eſt de dæmoniaco curato. Secundum eſt de ſocru Petri ſanata ibi:* Et protinus egredientes. *Tertium autem de leproſo mundato, ibi:* Et venit ad eum. *Circa primū dicitur:* Et ingrediuntur Cap. *In illa enim ciuitate in principio ſuæ prædicationis pluries Chriſtus prædicauit, & multa miracula fecit, propter quod Luc. 10. c. Exprobrabat illi ciuitati, quia per hoc non fuerunt ad Deum vere conuerſi.*

5 Et ſtatim &c. *Synagoga enim eſt locus vbi conueniebant legiſperiti, & communis populus ad audiendum doctrinā legis, maxime diebus ſabbatorum, in quibus diuinis erat vacandum, & ideo tali loco & tempore docebat Chriſtus, quia erant conuenientia doctrinæ eius.*

Et ſtupebant

## MORALITER.

1 *Et præteriens ſecus mare Galilææ.* Per hoc autem quod Petrus & Andreas relictis retibus, & Iacobus, & Ioannes relicto patre vocantem dominū ſtatim ſunt ſequuti, nobis oſtenditur quod non cupiditas temporalis, nec affectio carnalis retrahere nos debent a ſequela Chriſti.

Et

❧ Victor Antiochenus. Sabbatis vel ſolum vel potiſſimum inter ſe coibant Iudæi, idque non tam virtutis hoc eſt ſanctimoniæ & obedientiæ amore, quam legalis pœnæ formidine.

a *Erat enim.* Beda. Scribæ dicebant quæ ſcripta erãt in Moyſe & prophetis. Ieſus vt Deus & dñs, ipſius Moyſi libere quæ deerãt legi addebat vel commutabat, vñ in Matthæo. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, &c. Ego autem dico vobis.

* Victor Antioche. Stupebant ſuper doctrina eius, quia non loquebatur ad gratiam, neque vlli prorſus adulabatur, nec auditorum laudes captabat, ſed erat ſermo eius in poteſtate. Hortabatur enim non ad quæuis promiſcue, ſed ad cœleſtia & animæ ſalutaria, perfidiſq; & obſtinatis peccatoribus imperterrite ſupplicia comminabatur.

❧ Theophylactus. Docebat etiam in poteſtate, tranſmutans homines ad bonum, & pœnam non credentibus minabatur.

b *Quid nobis, &c.* Beda. Non eſt hic voluntatis confeſſio, ſed neceſſitatis extorſio, ſicut ſeruus fugitiuus viſum dominũ timet, & de verberibus deprecatur. Dæmones enim in terris dominum cernentes ſe continuo iudicandos credebãt eſſe.

* Victor Antiochenus. Te tandem (clamat nequam ſpiritus) præſentem conijcio, te tandem adueniſſe ſuſpicor. Nam etſi hoc abſolute ſe ſcire ſimulet, perindeq; ac ſi certo ſciat, verba fundat, attamẽ necdum certam & firmã ſatis de illius præſentia notitiã hauſerat. *Veniſti ante tẽpus perdere nos.* Quorſum hæc pertinent? Huc vtique. Nullum nobis amplius locũ reliquum facis. Nam & impietatem e medio tollis & errorẽ proſcribis, & Dei notitiam mortalium pectoribus inſeris. D

c *Obmuteſ.* Beda. Cõgruo ordine lingua ſerpẽtina quæ prima virus ſparſit, ne vltra ſpargat primo obcluditᵣ, deinde fœmina quæ prima ſeducta eſt a carnali concupiſcẽtiæ febre curatur. Tertio vir qui male cõiugi obediuit, ab erroris lepra mũdatur, vt ſit idẽ ordo reſtaurationis in dño qui perditionis in protoplaſto. Gen.3.a.

* Victor Antiochenus. Salutare documentũ p hoc nobis tradidit, ne videlicet vllã vnquã dæmonibus fidem habeamus, etiã ſi vera ſe dicturos profiteantur. E

Requies.
ſabbatis ingreſsus in ſynagogam docebat eos . † Et ſtupe- 1
Ideo. Subſtantialem & propriam.
a bant ſuper doctrinam eius. Erat enim docens eos † quaſi po- 2
Cum doceret.
teſtatẽ habens, & non ſicut ſcribæ. Et erat in ſynagoga eorum †
Commune. 3
b homo in ſpiritu immundo, & exclamauit dicens. * quid no- 4
a Præſentia Ieſu, tormenta ſunt dæmonum.
bis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti† perdere nos ? Scio quia ſis 5
c ſanctus Dei . Et comminatus eſt ei Ieſu dicens . Obmuteſce, 6
d & exi de † homine Et† diſcerpens eum ſpiritus immundus , & 7 8
a Quod exiens ei non plus nocuiſſet.
exclamans voce magna exiit ab eo . Et mirati ſunt omnes, ita
e vt coinquirerent inter ſe , dicentes . Quidnam eſt hoc?
Propria alii in accepta. Etiam.
Quænam doctrina hæc noua ? Quia in poteſtate * ſpiri- 9
Vt Deo. Quia tanta faciebat. 10
tibus immundis imperat , & obediunt ei . Et proceſſit ru-
mor eius ſtatim in † omnem regionem Galileæ . † Et 11

†Matt.7.b. †tanquam †Ah. Matth.1.cap. †ante tẽpus †conuexans †etiam †Mat.8.b. Luc.4.f.

d *Diſ.* Beda. Vel cõuexans, ſicut quidã codices habent Lucas autem dicit q̃a nihil ei nocuit. Sed quod Marcus ait, diſcerpens, idẽ eſt qđ Lucas, cũ proieciſſet eũ in mediũ. Quod vero addidit, nihilq; nocuit, intelligendum eſt, quia illa iactatio non eum debilitauit, ſicut exeunt dæmones amputatis vel auulſis aliquibus membris.

Beda. Virum a dæmonio liberatum, animum ab immũda cogitatione purgatum intelligimus. Fœminã vero a febribus conſequenter curatam, carnem a concupiſcentiæ feruore per continentiæ præcepta frænatam.

e *Quid nã eſt?* Per ea quæ videt ad inquiſitionẽ eorũ quæ audierãt excitãtur. Ad hoc. n. & ipſe dñs ſigna facit, & diſcipulis facere dedit, vt p hoc euãgelio certius credatᵣ, dũ q. cæleſtia promittũt terrenis, cæleſtia & diuina opera operentᵣ in terris. F

### NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſtu. ſuper do. eius. *Ideſt, admirabantur. Tum quia legem & prophetas non didicerat, & tamen clariſſime docebat. Tum quia doctrinam ſuam diuinis operibus confirmabat, vnde ſubditur.*

2 Erat enim doctrina eius q. ha. *Scilicet faciendi miracula. Quod ſtatim oſtenditur per factum cum ſubditur.*

3 Et erat, &c. *Ideſt, obſeſſus a dæmone.*

4 Et ex. *Dolens de Chriſti doctrina, quæ erat animarũ ſalus & medicina. Et quia de ſalute hominum torquetur diabolus inuidia motus, ideo ſubditur.*

5 Veniſti perde. &c. Ideſt, *diminuere & auferre poteſtatem, noſtram nocendi hominibus.*

6 Scio, quia ſis ſan. *Ideſt, Chriſtus ad ſalutem hominum miſſus. Per prophetias enim de Chriſto dictas quæ determinauerant tempus, locum & modum veniendi ipſius Chriſti, ſecundum quod plenius declaraui in quadam quæſtione de aduentu Meſſiæ completas in eo, & per alias circunſtantias ſciebant ipſum eſſe Chriſtum in lege promiſſum. vnde infra eo. cap. dicitur, quod non ſinebat eos loqui, quoniam ſciebant eũ, ſcilicet eſſe Chriſtum, ſecundũ quod expreſſe dicitur Luc. 4. verũtamen neſciebant ipſum eſſe Deũ. Nec per tentationem Chriſti in deſerto, diabolus potuit ſcire de Chriſto vtrum eſſet Dei filius per naturam habens eandem naturã numero cum patre, licet ad hunc finem tripliciter eum tentauerat, vt dictum fuit plenius Matt. 4. Si enim cognouiſſent dæmones ipſum eſſe Deum, nunquam induxiſſent Iudæos ad ipſum crucifigendũ ſecundum quod dicitur 1. ad Cor. 2. b.* Si cognouiſſent, nunquã dominum gloriæ crucifixiſſent. *Aliqui autem doctores dicũt, quod non ſolum non cognouerunt dæmones ipſum eſſe Deum (vt dictum eſt) ſed nec etiã cognouerũt certitudinaliter ipſum eſſe Chriſtũ in lege promiſſum, ſed tantũ hoc cognouerunt quadam coniectura probabili multũ, quæ in hoc loco & alijs locis euangelij pluribus nomine ſcientiæ exprimitur. Sed primum dictum magis videtur conſonum textui, & dictis ſanctorum.*

7 Obmu. *Compellat enim Chriſtus dæmones ad tacendũ de ipſo, ne veris falſa miſcerẽt, & ne videretur quærere teſtimoniũ ab ipſis. Maxime quia Phariſæi dicebant ipſum in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia, vt habetur Matt. 12. vbi dictum Phariſæorũ plenius excluditur, ſicut ibidem expoſui.* 8 Et diſcer. *Contrariũ videtur Luc. 4. vbi dicitur de iſto dæmone, quod exiuit ab illo & nihil ei nocuit. Dicendum, quod dæmones ab obſeſſis corporibus ſolent exire, non ſolũ cum afflictione corporis, ſed etiã cũ mutilatione alicuius mẽbri. Per hoc ergo quod Lucas dicit, quod nihil ei nocuit, intelligendum eſt quantum ad mutilationem, quia exiuit abſque mutilatione membri. Quod autem dicit Marcus diſcerpens eũ, intelligendum eſt quantũ ad afflictionem, quia licet in exitu non mutilauerit eũ, tamen multum afflixit, & hoc idem habetur Luc. 4. f. vbi dicitur.* Et cũ proieciſſet illud dæmonium in medium. *per quod intelligitur obſeſſi afflictio, ibidem ſubditur.* Exiuit ab eo, nihilque ei nocuit. *per qđ excluditur mutilatio.*

9 Quænam do. *Quia præceptis veteris legis addebat nouitatẽ cõſiliorum, & etiam quia nouo modo confirmabat doctrinam ſuam, ſcilicet per operationem miraculorum, & ideo ſubditur.*

10 Quia in poteſtate, &c. *Sequitur.*

11 Et protinus egredientes. *Hic ponitur ſecundum miraculum Et diuiditur in duas partes, in principalem & incidentalem, ſecundum ibi. Veſpere autem facto. Circa primum dicitur.* Et protinus egrediẽtes de ſy. *ſcilicet, poſt Chriſti prædicationem & eius confirmationem per expulſionem dæmonum.*

Vene-

### MORALITER.

1 *Et ſtupebant ſuper doctrina eius. Erat enim docens quaſi poteſtatem habens.* Ideſt, ſuam doctrinam confirmans operibus miraculorum.

† *Et non ſci. ſcri.* Qui ſuam doctrinam aſſirmabant inſtantia verborum, Per hoc oſtẽditur, quod prædicator euangelii non debet doctrinam ſuam oſtentare uerborum affluentia, ſed eam firmare per opera ſancta.

3 *Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo.* Per quem ſignificatur homo pollutus carnis uitio, de quo dicitur.

8 *Et diſcer. eum.* Quia vitium carnale non curatur, niſi carnis afflictione, vt per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur.

a *Et ſtatim dicunt ei, &c.* Lucas dicit quia rogauerũt pro illa. Modo enim Saluator rogatus, modo vltro curat, ut cõtra uitiorũ quęque paſſiones, & ſe precibus fidelũ ſemper adeſſe, & quę nõ intelliguntur, vel intelligẽda dare, uel nõ intellecta, dimittere pie petẽtibus oſtẽdat, vnde. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.*

Luc. 4. f. Pſal. 18. d.

Chriſti corpus ſanitatis inſtrumẽtum.

b *Et accedens.* ⁎ Victor Antiochenus. Acceſſit ad illum verbum, corporeaque manu extenſa, febricitantem erexit. Nam indiuulſam ſe cũ carne ſua ſocietatem habere, perſuaſum volens, pleraque miracula per corporis miniſterium edebat.

Matth. 8. b. B

c *Apprehenſa.* Socrus Petri febricitans apprehenſa manu leuatur. Febris, intemperãtia eſt, de qua nos filii ſynagogæ per manum diſciplinæ, & leuationem deſiderii ſanamur, & huius qui ſanat nos ad veſperam declinationis a nobis miniſtratur voluntati.

*Chriſtũ eſſe.

Rom. 6. d.

d *Miniſtrabat eis.* Beda. Tropo. ideſt, membra quæ ſeruierant immunditiæ ſeruiant iuſtitiæ.

Ieſus & diſcipuli. — a Circumciſionem Petro commiſſam.

protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Si- 1
monis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat au- 2

a Alle. Synagoga quodammodo mater eccleſiæ commiſſæ Petro. b Inuidiæ æſtibus laborans, & eccleſiam perſequens.

a tem ſocrus Simonis febricitans, & ſtatim dicunt ei de illa. Et
b

a In ſpiritualem vſum erexit carnalia eius opera. b Non remanente moleſtia ægritudinis, vt ſolet ſanitas quæ datur imperio domini, tota ſimul redit.

c accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius, & continuo
d dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. † Veſpere autem facto 3
e

Beda. Morte. b Beda. Chriſtus qui dicit, quandiu in mundo ſum, lux ſum mundi.

cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes male habẽtes

Pœnitentiam.

& dęmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ia- 4
f

Vitiis.

g nuam: Et curauit multos qui vexabantur uariis languori- 5

a Beda. Peccatori dixit, quare tu enarras iuſtitias meas, &c. Ne quis dum audit prædicantem, ſequatur errantem & falſa veris miſcentem.

bus. Et dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea loqui, 6

a A morte.

quoniam ſciebant eum*. Et diluculo valde ſurgens, e- 7 8
h
i

a Gentes. — Beda. in ſuis. 9

greſſus abiit in deſertum locum, ibique orabat. Et proſe-

Obediens.

quutus eſt eum Simon, & qui cum eo erant. Et cum
inueniſſent eum, dixerunt ei, quia omnes quærunt te.

⁎ Victor Antiochenus. Socrus Petri a febribus liberata, ſuum viciſſim miniſterium exhibet, nos per hoc erudiens, ne ſanitatis beneficium fruſtra aut præpoſtere a Deo experamus, verum eo præcipue animo, vt ſanitatem iam adepti, preceptis illius accuratius parere, ſanctiſque eiuſdem neceſſaria vitæ præſidia ſubminiſtrare valeamus.

Quo animo ſanitas expetenda.

e *Veſpere autem.* Beda. Occaſus ſolis mors Chriſti. Afferebant ad eum omnes male habentes. Plures enim per apoſtolos poſt mortem ſuam ſanauit, quam cum in carne viuẽs Iudęis prædicauit.

Luc. 4.

Luc. 4. g. Moraliter. C

f *Ad ianuam.* Hieronymus. Ianua regni, moraliter pęnitentia eſt cum fide, quæ operatur ſalutem variis languoribus. Varia enim ſunt vitia, quibus langueſcit ciuitas mundi. D

g *Et curauit multos.* ⁎ Victor Antiochen. Euangeliſta Marcus Chriſtum multos male habentes curaſſe aſſerit. Verũ is ſcripturarum more multitudinis nomẽ generatim pro omnibus accipit (ſcripturæ namque dictionem hanc frequenter in eo ſenſu vſurpant, aut certe per τὸ multos, eos omnes & ſolos denotat, qui in illum credebant. Fides namq; ad præſtandum ſanitatis beneficium alliciebat. Verum Lucę contextus cum priori expoſitione magis facit, ait enim, *at ille ſingulis manus imponens curabat eos.*)

h *Quoniam ſciebant eum.* Beda. Lucas dicit apertius. *exibant dæmonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant eũ eſſe Chriſtum.* Dæmonia ergo Chriſtum eſſe ſciunt & filium Dei eſſe confitentur. In ieiunio enim fatigatum hominẽ diabolus putauit, nec tentando potuit eum experiri, an eſſet filius Dei. Sed poſtea per ſignorũ potentiã, vel potius ſuſpicatus eſt, vel intellexit. Non igitur eum quia ignoraret crucifigi perſuaſit, ſed quia morte illius damnandum ſe eſſe nõ prævidit, vnde Paulus. *Nemo principũ huius ſæculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.* E

1. Cor. 2.

⁎ Auguſtinus. Sciebant Chriſtum eſſe qui per legem fuerat promiſſus. Omnia enim ſigna, videbant in eo quæ dixerant prophetæ. Myſterium autem diuinitatis eius ignorabant ſicut principes eorum.

i *Et dilu.* Beda. Sicut per occaſum ſolis mors, ſic per diluculũ reſurrectio Chri, cuius manifeſta luce abiit in deſertũ gẽtiũ & in fidelibus orabat, quia eorũ corda ad orationẽ excitabat.

*Ad*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Venerunt in do. *Vt ibi acciperent refectionem poſt laborem.*

2 Recumbebat autem ſocrus Simo. &c. *Licet. n. virtute naturæ febris poſſit curari, non tamen in inſtanti. Chriſtus autem ſanauit eam hic ſubito, & ita perfecte quod illa mulier miniſtrabat eis. Ex quo oſtenditur illa curatio miraculoſa ad diſcipulorum confirmationem.*

3 Veſpere autem facto. *Hic ponitur pars incidentalis, occaſione enim huius ſanationis illi qui habebant infirmos in illa villa adduxerunt eos ad Chriſtum quærentes remedium, & hoc eſt quod dicitur,* Veſpere autem facto. *Dicit autem Theophilus expoſitor, quod ita tarde adduxerunt eos ad Chriſtum, quia illa dies erat dies ſabbati, & credebant curationes non eſſe licitas durante die ſabbati, quæ finiebatur in veſpere illius diei.*

Et

4 Et erat omnis ciuitas. *Ideſt, multi de ciuitate. Et eſt modus loquendi hyperbolicus, ſicut ſupra dictum eſt.*

5 Et cura. mul. *Ideſt, omnes qui fuerunt ibi adducti, qui erant multi. Aliter exponitur.* Multos. *ideſt, plures de adductis, quorum fides & deuotio curationem merebatur.*

6 Et dæmonia multa eiiciebat. *Eodem modo dupliciter exponitur ideſt, omnia vel plura.*

7 Et non ſinebat ea lo. *Ex cauſis prædictis.*

8 Quoniam ſcie. eum. *Iam dictum eſt, qualiter hoc ſit intelligendum.*

9 Et di. val. ſur. *In hoc dominus exemplũ dat, vt prædicator & mirabilium diuinorum operator debeat fugere populi applauſum, verumtamen quia non debet omittere ſalutem animarum, ideo ſubditur.*

Eamus

## M O R A L I T E R.

2 *Recumbebat autem ſocrus Simonis febricitans.* Per quam ſignificatur mulier calore luxuriæ laborans, quæ manu eius apprehenſa ſanatur, quia talis mulier eius repreſſa libertate curatur. Eccl. 26. b. In filia non auertente ſe firma cuſtodiam.

3 *Veſpere autem facto.* Beda. Myſtice ſolis occubitus paſsionem, mortemque ſignificat illius qui dicit. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. & ſole occidente plures quam ante dæmoniaci & ægroti ſanantur, quia qui temporaliter in carne viuens paucos Iudæorum docuit, omnibus per orbem gentibus fidei ſalutiſque dona tranſmittit.

7 *Et non ſinebat ea loqui.* Theophilus. In hoc docens nos non credere dæmonibus, etiam ſi vera dicant, quia ſi aliquos credentes ſibi inuenerint, veritatibus mendacia miſcent. Vnde in collatione Moyſi abbatis dicitur, quod quidam anachorita deceptus fuit a dæmone in angelũ lucis ſe träsformante, quia poſt plura vera quæ ſibi dixerat, proiecit ſeipſum in puteum ad eius verbum. Nam ei dixit quod tanti meriti erat apud Deum, quod ex hoc nullum pateretur malum, quod fuit falſum, nam ex hoc lætaliter fuit vulneratus, & cito poſt mortuus.

9 *Et diluculo val. ſurgens egreſſus abiit in deſertum locum.* Per hoc oſtendens, quod prædicator euangelii redire debet ad orationis ſecretum, vt ibi hauriat quod poſtea populis effundat, ideo ſequitur.

Et

a *Adhoc enim veni.* Victor Antiochenus. Commode hoc ſubdit euangeliſta. Neque enim ſolũ illius diuinitatis auctoritas, per hoc adumbratur, verum etiam ſpontaneæ euacuationis humilitas. Lucas autẽ, quo verbi œconomiam exprimat. *Ad hoc enim miſſus ſum,* ſcribit. Quare is patris de verbi incarnatione beneplacitum, Apoſtolatus nomine deſignat.

b *Et erat prædicans in ſynago.* Beda. In hac ꝑdicatione intelligitur etiam ſermo ille habitus in monte quem refert Mattheus: nã Marcus adiungit: Et venit ad eũ le. de quo talia dicit. Quibus intelligitur ille eſſe quẽ Matthæus dicit ſanatum, poſtquam dominus deſcendit de monte. Sic enim Matthæus ait: Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte, ſe. ſunt eum tur. m. & ecce leproſus veniẽs adorabat eum, dicens, Dñe ſi vis potes me mundare.

c *Et genu.* Beda. Humilis, pudibundus. Debet. n. quiſq; de maculis vitæ ſuæ erubeſcere, ſed cõfeſſionẽ verecundia nõ reprimat, oſtẽdat vulnus, remediũ poſcat.

¶ Iam facto ſermone. a Non decet ocioſum eſſe prædicatorem.

Et ait illis: Eamus in † proximos vicos & ciuitates, vt ibi præ- 1
a b dicem: Ad hoc enim veni: Et erat prędicans in ſynagogis eo- 1
rum, & in omni Galilæa, & dæmonia eijciens. † Et venit ad † 2
¶ Oſtendit vulnus, remedium poſtulat.
c eum leproſus deprecans eum, & genuflexo dixit: Si vis potes 3
a Miſericordiæ affectum.
d me mundare. Ieſus autem miſertus eius, extendit manum 4
¶ In hoc humilitas. a Gratia ſuperat legem non timet contaminari qui alios liberat.
e ¶ Nullum ſpernamus, & ſi maculoſum videamus. b In hoc pietas. c In hoc poteſtas.
d Be. Nihil medium inter præceptum & opus. e Illud. Volo mundare.
ſuam, & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare. Et cum dixiſſet 5
f ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt. Et comminatus 6
eſt ei, ſtatimque eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini * dixe- 7
g h ris, ſed vade oſtende te † principi ſacerdotum, & offer pro e-
a Secundum legem offerri; b Si Deo credat, ſi impietatis lepra diſcedat. ¶ Salutis.
mundatione tua, quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis.
¶ Prohibitus eſt dicere, At ille egreſ. a Sed nec ad horam potuit abſcondi.
i At ille egreſſus cæpit prædicare, & † diffamare ſermonem, ita 8
K ¶ Tumultuoſas carnalium mentes fugit, ſecretos a mundanis curis viſitat.
vt iam non poſſet manifeſte in ciuitatem introire, ſed foris 9
¶ Allego H. ſunt quos nihil poteſt ſeparare a charitate Chriſti.
in deſertis locis eſſe, & conueniebant ad eum vndique.

Hiero. Leproſus genuflexo domini voluntatem deprecãs mundatur, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Lepra noſtra peccatum primi parentis, quæ a capite incępit, quando regna mundi deſiderauit radix omniũ malorum cupiditas, vnde Giezi auaritiã ſecutus, lepra ſuffunditur. Hæc vero ſacerdoti ſecundum ordinem Melchiſedech oſtenſa, oblatione mundatur, dicenti: *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt.*

Beda. Leproſus genus humanum ſignificat, qui ſecundũ Lucam, lepra plenus fuiſſe perhibetur: *Omnes enim peccauerunt & egent illa gloria Dei.* Scilicet, vt extenta manu Saluatoris, id eſt incarnato verbo, humanamq; contingente naturam a varietate priſci erroris mundentur, & qui diu a populo Dei ſecreti erant, templo Dei reddantur, & vero ſacerdoti offerre (qui eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech) corpora ſua hoſtiam viuentem. ſ. d. p.

d *Si vis potes.* Beda. In voluntate tribuit poteſtatem, nec dubitat vt incredulus de voluntate domini, ſed colluuionis ſuę conſcius non præſumit.

C Beda. Qui excluſus a lege domini ſe poteſtati curari poſtulat, ſupra legem indicat gratiam eſſe. Vt enim in domino poteſtatis auctoritas, ſic in illo fidei conſtantia.

✲ Theophylactus. Non dixit ſi Deum deprecatus fueris, ſed ſi vis, quaſi ipſum credens Deum.

e *Extendit manum.* Beda. Leproſum tangi lex prohibet, ſed quia dominus legis eſt, non obſequitur legi, ſed legem facit. D Non ideo tangit, quia ſine tactu curare non poterat, ſed ſic probat, quia legi ſubiectus non erat.

f *Volo, mun.* Beda. Illud mirabile, quo rogatˀ eo ſanat genere, *Volo, mundare, & cũ dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra.* Beda. Nihil medium inter opus & preceptum. Dixit & facta ſunt. Vides quia voluntas poteſtas eſt. Itaque tanquã poteſtatem habens ſanandi, & auctoritatem iubendi, non refugit teſtimonium operandi. Volo enim dicit ꝓpter Fotinum, imperat propter Ariũ, tangit propter Manicheũ.

Pſal. 32. b

† Mar 8. a Luc. 5. c

Pſal 113. b

g *Vide nemi.* Beda. Non quia voluit qđ non potuit, quia omnia quæcunq; voluit fecit. Sed docet noſtra beneficia reprimi, non tantũ a mercede pecuniæ, ſed etiam gratiæ.

* quidquid E

† diuulgare

h *Oſten.* Beda. Vt intelligat non legis ordine, ſed gratia quæ ſuper legem eſt eſſe curatum. Offerre iubet, vt oſtendat quia non legem ſoluit, ſed implet, dum ſecũdum legem gradiens ſupra legem ſanat, quos remedia legis non ſanabant. Nec ſacrificium, ſignificant ceſſare debebat, cum nondum ſignificatum confirmatum erat conſtitutione apoſtolorum & fide credentium.

✲ Victor Antiochenus. Quo impudentem Iudæorum linguam obſtruat, ſecundum legis decretum ad ſacerdotum principem mundatum amandat, uade, inquit, oſtende te ſacerdotum principi, vt cum paulo poſt veluti erronem & impoſtorem me perſequentur, tute mihi teſtimonium perhibeas, & quod a me ſanatus fueris, & quod iuxta legis pręſcriptum ſacerdotis iudicio te ſiſtere iuſſus. Oſtende te nihilo ſecius, ne extra hominum conſortium eijciare.

i *At il. egreſ.* Beda. Vnius ſaluatio multos ad dominum cogit. Non poteſt tacere beneficium, etiã iuſſus ab eo qui dedit. Præcepit dominus abſcondi. Vult enim, vt in bonis quæ agimus latere velimus, quod eſt humilitatis, & inuiti prodamur vt alijs proſimus, quod magnæ eſt ſublimitatis, cum etiam ſi ipſi velimus, opera non poſſunt taceri.

K *Ita vt iam.* Hiero. Nõ omnibus manifeſtatus eſt Ieſus, qui latis atque plateaneis ſeruiunt laudibus, & proprijs voluptatibus, ſed his qui foris cum Petro exeunt, & in deſertis locis ſunt, quæ elegit dominus ad orandum & reficiendum populum, qui deſerunt delectationes mundi, & omnia quæ poſſident, vt dicant: *Portio mea dominus.* Gloria vero domini manifeſtatur his qui cõueniunt vndiquę, id eſt, per plana & ardua, quos nihil poteſt ſeparare a charitate Dei. F

Pſal. 118.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Eamus in proximos vicos & ciuitates, &c. *Cætera patent.*
2 Et venit ad eum, &c. *Hic ponitur tertium miraculum de leproſo mundato, cuius fides exprimitur cum dicitur.*
3 Si vis potes me. *Confitendo enim in Chriſto diuinam potentiã, meruit curationem, ideo ſubditur.*
4 Ieſus autem mi. *Licet enim ſecundum determinationem legis ex tactu leproſi contraheretur immunditia, tamen hoc in Chriſto locum non habuit, quia ex tactu lepram curauit.*
5 Ait illi, volo. *Hic eſt punctus, & quod ſubditur.*
6 Mundare. *Imperatiuum eſt, vt oſtendat ſe per modum imperij lepram curare, tanquam dominus creaturæ.*
7 Et comminatus eſt ei. *Prohibendo ne hanc curationem diuulgaret, donec oſtendiſſet ſe ſacerdotibus, & ſacrificium in lege præceptum pro ſua emendatione obtuliſſet. Legalia enim habuerunt curſum ſuum, & obligationem vſque ad Chriſti paſſionem, in quo oblatum eſt vnum perfectum ſacrificium euacuatiuum legalium, & ideo vſq; tunc Chriſtus legalia ſeruauit, ſicut declaratum fuit Mat. 5. ſuper illud verbum:* Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. *Et ſimiliter alijs ſeruanda mandauit, vt hic patet.*
8 At ille. *ſcilicet poſt factam oblationem prædictam.*
9 Vt iam non poſ. *Propter preſſuram hominum ſibi occurrentium ad quærendum ſanitates, & videndum miracula.*

Et

## MORALITER.

† *Et prædicans in ſyna. &c.* *Et venit ad eum leproſus.* Per lepram quæ morbus eſt contagioſus, originalis culpa ſignificatur, quæ per carnalem generationem ad poſteros deriuatur, qui manu Chriſti tactus ſanatur, quia virtute eius per baptiſmum emendatur. per oblationem autem muneris, & diuulgationem operis ſignificatur quod baptizatus tenetur Deo fideliter ſeruire, & eum iugiter collaudare.

AD.

ADDITIO I.

A *In capit. 5. Vbi dicitur. In poſtil. Ideo non eſt credibile, quod calceamenti vteretur.*

Vti calceamentis manifeſtum eſt eſſe de communi hominum conſuetudine, non ſolum rudium ſeu imperfectorum, ſed etiam ſanctorum vt patet de Moyſe Exo.3.b. cui in reuerentiam terræ ſanctæ dicitur per angelum. *Solue calceamenta de pedibus tuis.* Similiter de Ioſue legitur Ioſ.5 d. Vnde non eſt incredibile, quod Chriſtus qui non ſolitariam duxit vitam, ſed cũ hominibus conuerſatus eſt, vt Baruch.4.d. calceamentis vteretur. Conuenientiſſimum enim erat, vt quibus cum eis quibus conuerſatur, ſaltem in licitis & honeſtis conformetur, vnde 1.Cor.9.d. *Omnibus omnia factus ſum.* Nec obſtat illud quod Poſti. allegat, quod Chriſtus impoſuit diſcipulis ad prædicandũ miſſus ſine calceamentis incedere.

Primo, quia non omnia quæ ipſis diſcipulis ad prædicandum miſſis impoſuit Chriſtus, ipſe ſeruauit. Præceperat enim eis. *In ciuitate Samaritanorum non intraueritis.* Matth.10.a. quod tamẽ ipſe Chriſtus non ſeruauit, vt habetur Ioan.4. Similiter Matth.10.a. *In viam gentium ne abiſe.* Chriſtus autem abijt in viam gentium, vt patet Mat.15.b. vbi legitur. *Seceſſit in partes Tyri & Sydonis.* Vnde illud quod legitur Actu 1.a. *Cœpit Ieſus facere & docere.* Intelligitur de his quæ ſimpliciter ſunt bona ſecundum legem naturalem vel diuinam, ſeu de his quæ pertinent ad perfectionem vitæ. Vſus autem calceamentorum de ſe nec eſt bonus nec malus ſecundum vtramque legem prædictam: vnde ſecundum Aug. de doc. Chriſtiana. In omnibus non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt.

B Secundo, quia illud quod dicitur Luc.10.a. *Nolite portare peram nec calceamenta*, a doctorib⁹. Intelligitur, non vt litera ſonat, ſed figuratiue, vnde in glo. ibidem vtrumque de mortui animalis corio fit, vnde nihil mortale vult eſſe in illis quos ad prædicandum mittit, hæc in glo. Quæ quidem glo. non myſtica tantũ cenſenda eſt, ſed potius literalis. Nam cętera quæ Chriſtus prohibuit diſcipulis ad prædicationem miſſis, ad literam intellecta ſunt impeditiua officij prædicationis, inquantũ aliquam ſolicitudinem ſuperfluam ſecum trahunt, ſicut eſt poſſidere aurum & argentum, vel portare ſacculum vel peram & huiuſmodi. Sed calceamenta manifeſtum eſt, quod non impediunt ad itinerandum, ſed potius expediunt, vnde dominus qui Iſraeliticis exeuntibus de Aegypto, ad feſtinationem exeundi & ambulandi hortabatur in eſu agni paſchalis, præcipiebat eos habere calceamenta in pedibus, vt patet Exod.12.b. Cuius ratio eſt, ne nudis pedibus ambulando per offenſionem lapidum vel huiuſmodi, impedirentur ab itinere. Ex quibus videtur ſequi quod Chriſtus nõ prohibuit prædicatoribus materialiter calceamenta, ſed intelligendum eſt prout in gl. allegata. Hoc enim patet. inf.6.c. manifeſte, vbi Chriſtus diſcipulis ad prædicãdum miſſis iubet calceari ſandalis, vbi Auguſ. de conſenſu euangeliſtarum dicit, quod Marcus dicendo calceari ſandalis, aliquid hoc calceamentum myſticę ſignificationis admonet, & ideo nullam contradictionem includit, ſi vno loco calceamenta diſcipulis prohibeantur, & in alio eiſdem præcipiantur, cum ſecundum myſticam expoſitionem vtrumque ſit verum.

C Si quis autem intantum voluerit proteruire, ꝙ nullo modo calceamenta intelligantur niſi materialiter, tunc ex dictis apoſtoli habebit concedere, quod prædicatores euangelij debent habere calceamenta. Dicit enim Eph.5.c. *State ergo ſuc.&c.* Et ſequitur. *Et calceate pedes in præparatione euangelij pacis.* Oportet ergo dicere, quod tã in dictis Chriſti prohibentis calceamenta diſcipulis, quam in dictis Apoſtoli præcipientis prædicatoribus calceari, vtrobique intelligantur calceamenta non materialiter. ſed ſpiritualiter. Tertio, nã conſuetudo eccleſiæ vniuerſalis maximã habet auctoritatem. Ipſa enim doctrina catholicorũ doctorũ ab eccleſiæ auctoritatem habet. Dicit enim Aug. in lib. de vtilitate credendi. Non crederem euangelio, niſi eccleſia illud mihi traderet. Conſtat aũt, quod ex conſuetudine eccleſiæ vniuerſalis prædicatores diuini verbi materialibus vtuntur calceamentis, nec ex hoc reprehenduntur, niſi forte illi qui ex regula vel conſtitutione ad hoc reſtringuntur. Cæteri autem nullo modo tam generaliter & irreprehenſibiliter hoc feciſſent ſi ex p̄cepto Chriſti hoc fuiſſet interdictũ p̄dicatoribus, vt poſti. vr ſentire. Quarto qa ex his verbis Ioannis Baptiſtæ Aug. intellexit ad literã, ꝙ Chriſtus calceamẽta materialiter portabat, vnde dicit in li. de verbis dñi. De his calceamentis quibus calceati ſumus confortat me dñs Ieſus, quia niſi calceatus fuiſſet, de eo Ioãnes nõ dixiſſet, cuius nõ ſum dignus corrigiã calceamẽti ſoluere. Surrepat ergo humana p̄ſumptio di. Ego euangeliũ ſerno, quia nudo pede ambulo. Hæc ille. Eſt ẽt alia rõ ad ppoſitũ, vide. infr. c.6 in additione ſecunda.

ADDITIO II.

*In eo. c.* Vbi dr̃ in poſtil. *Dicendum quod illa apertio non fuit in corpore cœleſti ſed in aere.* Melius dicendum eſt ſecundum Hiero. ſuper Mat. dicentẽ, quod nõ reſeratione elemẽtorũ, ſed ſpiritualibus oculis cęli aperti ſunt, ſicut Ezechiel in primo ſui voluminis apertos eſſe cõmemorat, ſecũdũ quã ſententiã nec in corpore cęleſti,

D cęleſti, nec in aere apertio illa fuit facta, ſed tantũ reſpectu ipſius Chriſti hanc apertionẽ ſpiritualiter cõſideratis. Quod ẽt ipſe modus loquẽdi euãgeliſtarũ teſtat. Dr̃.n. Mat.3.d. *Et ecce aperti ſunt cœli.* Vbi Chryſ. Quod corporaliter aperitur, oĩbus apertũ eſt. Similiter & Marcus dicit de Chriſto tñ. *Vidit cœlos apertos.* Quaſi ipſa apertio cœlorũ ad viſionẽ Chriſti referatur, ſ. intellectualẽ, prout Chriſtus baptiſmo iã ſanctificato vidit apertũ eſſe cęlũ hominibus, quod tñ antea viderat fiendũ, vnde in hac apertione ſecundũ Tho. in 3. par. q.39. ar 5. in cor. qõnis. Tria ſunt conſiderãda quæ pertinent ad efficaciam noſtri baptiſmi. Primo quidem principalis virtus ex qua baptiſmus efficaciã habet. Quę quidẽ eſt virtus cęleſtis ſ. diuina, quod recte ſignificatur per apertionẽ cœlorũ. Secundo, ad efficaciã baptiſmi operatur fides eccleſiæ & eius qui baptizatur. Baptiſmus.n. eſt fidei ſacramentũ, per fidẽ aũt cognoſcimus cęleſtia, quæ ſenſum & humanã rationẽ excedunt, ad quod ſignificandũ aperti ſunt cęli. Tertio, quia per baptiſmũ aperitur nobis introitus regni cęleſtis, prout in poſtilla.

ADDITIO III.

*In eod. cap.* Vbi dicitur in poſtil. *Si enim cognouiſſent dæmones ipſum eſſe Deum, nunquam induxiſſent.*

Non videtur ratio quare dæmones non induxiſſent Iudæos ad crucifigendum Chriſtum, etiam ſi cognouiſſent ipſum eſſe Deum. Dæmones.n. cum ſint in termino damnationis, quanto ad maiora peccata homines trahere poſſunt, tantum ad illud magis conantur, & ideo Beda in hoc loco loquens de diabolo ſic dicit. Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere perſuaſit, quia Dei filiũ non eſſe putauit. Ex quo patet, quod ẽt ſi filium Dei ipſum eſſe putaſſet, adhuc perſuaſiſſet vt crucifigeretur. Dictũ autem Apoſtoli. 1.Cor.2.b. dicentis. *Si.n. cognouiſſent, nunquã dominũ gloriæ crucifixiſſent, &c.* Non facit ad propoſitum. Loquitur enim de hominibus qui tanquã viatores quantuncumque viles ſint, nondum tamen communiter attingunt ad terminum damnationis.

REPLI. *In primo cap.* Vbi dicitur. *Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti, &c.* Poſtil. hoc exponens dicit, per hoc ſignificari vile obſequium quaſi dicat, non ſum dignus ei in minimo obſequium præſtare. Non enim ad literam Chriſtus calceamenta ſoluenda habuit qui apoſtolis ne portarent interdixit, quia cœpit Ieſus facere & docere, &c. Burg. hoc dictum ægre ferens fortaſſe propter poſtil. nudi pedem calceamẽtorum vſum paruipendit, non attendens quod ſanctus Dioniſius cap 15. angelicæ hierar. ſingulari miſterio deſcribit angelos diſcalceatos, vt oſtenderet ad diuinas illuminationes ſuſcipiendas & communicandas nudi pedes eſſe aptiores. Attendat Bur. primum eccleſię electũ & deputatũ rectorẽ Moyſen, non niſi nudipedẽ ad diuina contemplanda accedere potuiſſe. Exod.3.a. Et prophetarũ diſertiſſimũ Iſaiã ad Dei pręceptũ nudipedẽ inceſſiſſe, Iſa.20.b. Et magiſtrũ vnũ nudi pedem ſediſſe, vt patet ex Mariæ pœnitentia, quæ pedes eius lauit, Luc.7.g. Apoſtoloſque calceatos nõ fuiſſe. Et quamuis oĩum illarũ rerũ ſint rõnes myſtice per doctores & gloſſam aſſignatæ, verũ eſt tñ ad literam illã contigiſſe, & Moyſi & Iſaiæ & apoſtolis præcepta fuiſſe: Eccleſiæ catholicæ vſus eſt in picturis & imaginibus aliquorũ ſanctorũ depictis cũ calceis, imagines tñ apoſtolorũ & Chriſti nudi pedes apparent, quæ picturæ libri laicorũ dicuntur, & rerũ geſtarũ rememoratiuæ, Vnde Burg. ſe inaniter fatigat, in cõmendatione calceamentorũ in ſuggeſtationem poſtil. quaſi dixerit vel ſenſerit euangelicos prædicatores ſub præcepto Chriſti aſtrictos ad abiectionem calceorum, quod tñ non intendit, ſed dicit apoſtolos prohibitos. Conſtat aũt prædicatores verbi Dei multa licenter facere, quæ facere apoſtolis non licebat. Conſtat.n. apoſtolos reliquiſſe oĩa ꝙ eorũ ſucceſſores non relinquunt, ſed quidẽ theſaurizant. Cõſtat etiã apoſtolos vota emiſiſſe, quæ ſucceſſores eorum non emiſerunt. Conſtat apoſtolos in illatis cõtumelijs fuiſſe gaudentes, ſucceſſores eorũ iniurias acriter vindicãtes, & ſic de multis alijs. Fruſtra ẽt Burg. ſe fatigat ad perſuadendũ Chriſtũ inceſſiſſe calceatũ, quia vt dicit conuenientiſſimũ fuit ſe conformare cũ his cum quibus conuerſabatur in licitis & honeſtis. Allegat ad hoc apoſtolũ. 1.Cor.9.d. *Omnibus omnia factus ſum.* Et ſicut Burg. ſubſumit de calceamẽtis, ita & ego ſubſumo de diuitijs & poſſeſſionibus, ꝙ ſunt honeſtæ & licitæ, igit cõueniebat Chriſtũ fuiſſe diuitẽ & proprietariũ, ſicut Burg. arguit eũ calceatũ, ſed conſequens eſt cõtra Chriſti profeſſionẽ. Dixit enim. *Vulpes foueas habent, &c. filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Ita ſubſumi poteſt de nuptijs & multis alijs licitis & honeſtis, patet igit principiũ Bur. modicũ veritatis habere. Item ſi propter conuerſari cũ hoibus, prout allegat Burg. Baruch.3. Chriſtus debuit eſſe calceatus igitur fuit calceatus antequã incarnatus. Tenet cõſequentia, quia illa conuerſatio cũ hominibus, allegata, exponitur ad literam de conuerſatione cum Iudæis in deſerto. Apoſtolus etiã per Burgen. allegatus, per totum capitulum probat oppoſitũ intentionis ſuæ, quia probat ibi auctoritatibus & rationibus à licitis abſtinendũ veris prędicatoribus, ſicut accipere ſumptus neceſſarios ab his quibus prædicant. Vide Bon. in apologia. Nec valet

reſpōſum Burg.ad argumentū Poſtillatoris, quia facit gloſſam nouā illius dicti. *Cœpit Ieſus facere & docere.* Et puto ſuā gloſſam fore errori propinquā, illud.ſ.dictum intelligendum eſſe ſolum de his quæ ſimpliciter ſūt bona ſecūdū legē naturalem & diuinā, quia ſecūdū illam gloſſam Chriſtus non feciſſet nec docuiſſet opera ſupererogationis neq; cōdeſcenſionis, neq; conſilia, quę nō ſunt ſimiliter bona ad legē naturalē & diuinā pertinentia, alias .n. nō poſſent omitti ſine peccato, qđ falſum eſt, vt patet Mat.19. Melius ante gloſſat illud dictū, q̄ cœpit Ieſus facere & docere.i. quidquid ad virtutē & auſteritatē vitæ, pertinet, qđ Chriſtus docuit, ipſe primo fecit. Et quia nudipeditio auſteritatis eſt, & apoſtolis præcepit, ideo fecit, quod eſt argumentum poſti.

Sed huic rationi Burg.dat inſtantiā dicēs. Chriſtus præcepit apoſtolis. *In viam gentium ne abieritis.* Mat.10.a. & tamē ipſe tranſiit per mediā Samariā, &c. Hic dico, q̄ inſtantia nō valet, quia nō dicitur Act.1. qđ Chriſtus docuit quidquid fecit, ſed dicit, quidquid docuit, hoc primū fecit, & fecit quę nō docuit faciēda, prout Aug.dicit. Nō .n. Chriſtus dixit. Diſcite a me mortuos ſuſcitare, ſup aquas ſiccis pedib.ambulare. Nō hoc dixit, ſed qđ ait? Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis. Poteſt ēt dici, quod cum Chriſtus tranſiret per medīā Samariā, ibāt etiam cum eo apoſtoli, qui per eū prohibiti erāt ad prædicandū gentibus propter cauſas aſſignatas in glo. auctoritatis allegatę & ſic Chriſtus ēt ſeruauit, q̄a occaſionalis fuit eius tranſitus per Samatiam, non principaliter intentus ad ibi prædicandum. ideo Matthæi quintodecimo.c. dixit mulieri. *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.* Et ſequitur. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum & dare canibus.*

*In eod.cap.* Vbi dicitur. *Cœli aperti ſunt.poſtil.* exponit de ſigno viſibili ſenſibili, vel imaginaria viſione conſiderato. Burgen.autem non vult aliquod fuiſſe reale ſignum in aere, ſed ſolius Chriſti ſpecialem intuitum ſignificare cœlum apertum. Sed doctores per eum allegati non loquuntur cum præciſione, reſtringentes ſe ad ſolam ſpiritualem viſionem Chriſti, cuius ſignum repreſentatiuum in aere apparuit etiam Ioanni Baptiſtæ, propter id quod dicitur Ioan.1. Ipſe baptizans accepiſſe a Deo ſignum agnoſcendi baptizatum. Nam ſi præciſe de Chriſto intelligeretur viſio ſpiritualis illius apertionis celi, mirum videtur ad quem finem, cū anima Chriſti viderit omnia in verbo quę verbū. Sicut igit̄ nō oportuit dici aperiri celū, vt celū videat, quia perfectior eſt viſio omnium in verbo quā in ſpecie propria. Intelligibilius igitur vr̄ dici, q̄ Ioānes viderit imaginaria vel ſenſuali viſione (ſicut Ezechiel) ſup Chriſtū celū aperiri, ſicut vidit ſpiritū deſcendere ad perhibendū teſtimoniū de efficacia baptiſmi Chriſti, per qđ aperitur ianua celi. Vidit inquam in hoc, ſicut in ſigno repreſentātē. D

*In eod.cap.* poſtil. preponderat opinionē dicentiū dæmones nō ſciuiſſe Chriſtū eſſe Deū, propter hoc qđ dicit̄ prima.Co.2.b. *Si enim cognouiſſent, nunquam dominum glorię crucifixiſſent*, ideſt, induxiſſent Iudæos ad crucifigendum. Burg. autē abiicit rationē dicens, q̄ nō videtur ratio etiā ſi nouiſſent eū eſſe Deum, quare nō induxiſſent, quia conātur homines trahere ad peccata maiora libentius. Sed Burg. potuit bene videre rationē multiplicē, cur ad crucifigendū nō induxiſſent. Nā diabolus ſciuit p̄ mortē Chriſti ſuū perire imperiū, & hominē ſaluari, & regnū Chriſti exaltari, &c. quæ quia diabolo præiudicāt, ſciēter ad ſui præiudiciū nō conatur, vñ & ſi trahit libēter homines ad uitia, non tamē in ſuæ poteſtatis deſtructionem, & ſic allegatū de Apoſtolo eſt magis ad propoſitum quam de hominibus malis, de quibus Burg. exponit quia nemo utens ratione ſibiipſi nocere cupit. E

## CAP. II.



a Beda. Poſt deſertum. Sed quia nec carnales deſerit, iterum intrauit in Caphar. Be. ciuitatem.

1 E T iterū intrauit Capharnaum poſt dies

a Be. in Iudæa.

octo, & auditū eſt, q̄ ī domo eſſet, & cō

Ideo.

uenerūt multi, ita vt nō * † caperērt neq;

Scilicet, domus. a Bede. Tamen. b Be. Per apoſtolos. Doctores.

ad ianuā, et loquebatur eis verbum. †

a Be. Alle. Animam molicie carnis torpentem. b Quia quatuor libris Euangelii omnis doctrina firmatur.

b Et venerunt ferentes ad eum paralyticum, qui a quatuor portabatur. † 2 Et cum non poſſent offerre eum illi præ-

* amplius
† caperentur
† Matt.9 a. Luc.5.d.

a ITa vt non. Beda. Prædicante domino, in domo non capiuntur, neque ad ianuam, quia prædicante in Iudæa Chriſto gentiles ad audiendum nondum intrare voluerunt, ad quos tamen (etſi foris poſitos) doctrinæ ſuæ verba direxit per prædicatores ſuos.

b *Paralyticum.* Hieronymus. Paralyſis Typus eſt corporis; quo piger iacet in mollicie carnis, habens deſiderium ſalutis, ſed turbis ignauis & duplis cogitationibus, ac ſi eneruatis membris offenditur. Quē portant quatuor quas ſupradiximus virtutes ad regulas diuinitatis & ſapientiæ in domo carnis Chriſti patefactas. Cui vice muneris dicit̄ portare carnem quæ ſe portabat, vt per aliam viam cum magis in ſuam regionem redeat.

✻ Victor Antiochenus. His non abſimilia exponit Lucas quoque, vno illo duntaxat excepto, quod ciuitatis in qua miraculū editū fuerat, nomē nō exprimat. Matthęus vero, quod de tecto reuulſo narrat, ſuppreſſo, eadē fere verborū ſerie, ſignū in ſua ciuitate factū ſcribit. At ciuitas illius nō Capharnaū, ſed Nazareth hēbatur, niſi quis Capharnaū ob id forſan ciuitatē illius appellatam dicat, quod frequenter admodū in illa degeret multaq; ſubinde miracula in ea patraret. Sūt qui putent (quod loca illa paruo interuallo a ſe inuicem diſtarent) euangeliſtas non tam curaſſe, vt locum præciſe indicarent, quam vt miraculum ipſum exponerent, de hoc autem omnium ſententias inter ſe conſpirare, etiamſi alii alio modo hiſtoriam texant. C

b *A quatuor portabat.* Beda. Quia quatuor virtutibus ad dominum fiducia mentis erigitur. De quibus dicitur in libro Sapientiæ. Sobrietatem & ſapientiam docet, & ſcientiam & virtutem, quas alii prudētiam, fortitudinem, temperantiam & iuſtitiam nuncupant. Sap.8.b.

☞ Nuda- F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. II.

1 E*T iterum intra.in Ca.poſt di.octo.* Poſtquā deſcripta eſt Chriſti prædicatio, hic conſequenter deſcribitur inſurgens ex ea Iudæorum æmulatio, & hoc in quatuor caſibus ſcilicet in paralytici curatione, in Matthæi vocatione, in diſcipulorū Chr̄i argutione, & in manus aridę ſanatione, ſecūda pars incipit ibi. *Et cum præteriret.* vidit Leui. tertia ibi. *Et erant diſcipuli Ioannis.* quarta in principio ſe.c. Circa primū p̄mittit̄ æmulationis occaſio, ſecundo, ęmulorum p̄uerſa cogitatio, ibi. Erāt āt illic quidā de ſcribis; tertio ipſorū cōfutatio, ibi. *Quo ſtatim cognito Ieſus.* Iſtæ tres particulę expoſitę ſūt Mat.9. in principio capituli, hoc excepto q̄ ibi tacetur modus offerēdi paralyticū ipſi Chr̄o, q̄ hic exprimitur cū d̄r.

2 *Et cum non poſ.of.eum, & c.nu.tec.* Scilicet domus in qua erat Chriſtus. Ad cuius intellectū ſciendū q̄ domus in terra illa habēt plana tecta & ibi aſcendūt homines cauſa recreationis ad habēdū aerē & confabulandū ad inuicē, quia de tecto vnius domus poteſt de facili trāſiri ad tectū alterius domus, & propter qđ dicit Saluator Mat.19.c. *Quod in aure auditis.* i. in ſecreto *prædicate ſuper tecta.* ideſt, in publico vbi conueniūt homines. Et in quolibet tecto eſt vna clauſura quæ aperitur, qñ homines de domo aſcēdunt ſuper tectum

## MORALITER.

1 *Et iterum intr.in Ca.* Sequitur.

† *Et vene.fe.& c.* Per quem ſignificatur turpi marcens ocio, Lectus in quo iacet eſt praua conſuetudo, portatores eius ut ſanentur a Chriſto ſunt quatuor ſuę ſalutis procuratores, ſcilicet monens ſecrete, prædicans publice, orans pro eo, & mutans exemplo, & ſic ante Deum locatur, & dictorum meritis, ſi tamen obicem non ponat, ſed magis conſenſum, ſanatur & tollit lectū malæ conſuetudinis per exercitium boni operis, & ſic procedens de virtute in uirtutem, uadit ad domum ſuam cœleſtem illi uero qui inde murmurant ſignificant dæmones qui inde ualde dolent

Et

a *Nudauerunt tectum vbi erat.* Tectum domus in qua Chriſtus A docet, ſublimitas eſt ſcripturæ, in qua corrigit adoleſcentior viam ſuam, in cuſtodiendo ſermones tuos.

Pſal. 118. b. Luc. 5. c.

Beda. Domus Ieſu ſecundum alium euãgeliſtam tegulis tecta dicitur, quia vtilitate literæ ſenſus ſpiritualis tegitur. Cũ grabato an̄ Ieſum deponitur, quia cognoſcere Ieſum dẽt ẽt in carne hac cõſtitutus.

b *Cum an. vi. di.* Bed. Multum valet apud Deum fides propria, vbi tantũ valuit aliena, vt homo interius & exterius ſanatus repẽte exurgeret aliorũ que meritis, ſua ei relaxarentur errata.

Luc. 5. d.

c *Fili.* Mira humilitas, deſpectum ab omnibus, diſſolutum totis artubus, filium vocat. Aut certe ideo, quia dimittuntur ei peccata.

* Victor Antiochen. Quod paralyticũ hũc filium vocat, illud, aut B propter fidem quam de ipſo conceperat, facit, aut certe ad creationis cauſam reſpicit. At quid hoc eſt, inquit intra ſe ille, quod de peccatis audio? Aliud expecto, & aliud largieris. Detulerunt me huc illi, vt recuperata ſanitate ambulẽ, tu vero aliud pro alio ſanas. Certus haud dubie quæ non illi cernunt. Cognoſcis .n. quæ ſecreto admiſi, quę illi non cognoſcunt. Anima prę corpore laborat, morbi itaque cauſam e medio ſubmouens, ipſe etiam morbus vna ſubmouebitur.

Matt. 9. a. Luc. 5. c. Ioan. 5. b. ſtupe:eat

d *Dimittun. ti. pec.* Oſtendit pp peccata fuiſſe morbo percuſſum, & ideo non poſſe ſanari niſi prius his dimiſſis. Sicut paralytico ad piſcinã. *Ecce ſanus factus es, iam noli pec. ne deterius tibi con.* Bed. Quinque de cauſis afficiũtur homines moleſtijs carnis. Aut propter merita augẽda, vt Iob & martyres. Aut propter humilitatem conſeruandam vt Paulus ab angelo Sathanæ. Aut ob peccata intelligenda & corrigenda, vt Maria ſoror Moyſi. Et hic paralyticus qui non niſi dimiſſis peccatis potuit curari, aut ad gloriam Dei, ſicut cæcus, de quo. Neque hic peccauit, neque paren. eius, &c. & Lazarus, cuius infirmitas non fuit ad mortem, ſed pro gloria Dei, aut ad initiũ æternæ damnationis, vt Herodes.

Ioan. 5. c. Quibus de cauſis afficiantur moleſtijs carnis. 2. Cor. 12. b Nu. 12. c.

e *Quis poteſt di.* Bed. Verũ dicunt. Solus Deus hoc poteſt: ſolus ẽt per eos dimittit quibus poteſtatem dimittendi peccata tribuit, iõ vere Deus. Verum teſtãtur, ſed perſonã Chriſti negãdo falluntur. Errãt igitur, quia ut Deum eſſe, & peccata dimittere credũt, Chriſtũ tamen eſſe eum nõ credunt. Sed dementius Arriani, qui & Chriſtum eſſe & peccata dimittere negare non audent. Deum eſſe, negare non timent.

Ioan. 9. a Luc. 11. b C

*Quid*

---

a Cogitationum. Domus: b Scipturatum myſteria.

a turba, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes ſub- 1

Carnem. Torpens.

b miſerũt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum autem

c vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait paralytico: Fili dimittuntur

d a In incredulitate non ſurgentes ad fidem.

tibi peccata. Erãt autem illic quidam de ſcribis ſedentes &

a Ideo inuident, quia dixit. Dimittuntur tibi peccata. Non Dei. Deſpectiue. Tam alte. Enim.

cogitantes in cordibus ſuis. Quid hic ſic † loquitur? Blaſphe

a Quia perfidos ſaluare deſiderat occultorum cognitione, & operum virtute ſe Deum eſſe manifeſtat.

e mat. † Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarẽt intra ſe,

a Hoc. ſ. cognito. b Mihi.

f dixit illis. Quid iſta cogitatis in cordib. veſtris? † Quid eſt fa

a Dixit & facta ſunt. Hiero. Q Euſdem ſententiæ eſt animam ſanare & corpus. b Quod ſpirituale, quod ſolus Deus nouit qui facit.

cilius dicere paralytico, dimittũt tibi peccata, an dicere:

a Quod corporeis oculis videri poteſt. b Vt viſibile miraculum probet inuiſibile.

ſurge tolle grabatũ tuum & ambula? Vt autem ſciatis, quia

g poteſtatem habet filius hominis in terra dimittẽdi peccata

a Beda. A carnalibus deſiderijs. Beda. Carnem per continentiam ſpe cęleſtium a terrenis ſegrega.

h ait paralytico. † Tibi dico, ſurge, tolle grabatũ tuũ, & vade

a Paradiſum quæ prima domus hominis fuit. b Mira domini virtus, ſine mora ſalus in iuſſu eſt.

ĩ domũ tuã. Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato abijt

a Damnata blaſphemia ad laudem vertuntur.

corã oĩbus, ita vt † mirarentur omnes, & † glorificarent Deũ,

Poſt curatum paralyticum. a Capharnaum. b Vt maritimos colligat.

i dicẽtes, quia nũquã ſic vidimus. † Et egreſſus eſt rurſus ad mare, omniſq; turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum 2

---

f *Quid eſt.* Beda. Q. d. Qui potentia cordis occulta intueor, D eadem peccata dimitto. Quaſi dicat. Ex vobis intelligite quid conſequatur paralyticus.

* Victor Antiochenus. Vtique peccata reipſa dimittere difficilius eſt, quam dicere, dimittuntur tibi peccata. Neque .n. is facile falſitatis redargui põt, qui dicit, dimittuntur tibi peccata tua, quippe cũ hic effectus ſub ſẽſum nõ veniat. Si quidem vuln⁹ nõ patet, vt medici virtus diiudicare poſſit. Quia ergo verbo fidem non hẽtis ẽt opus adiicio, quo illud ſtatuatur q, ſub aſpectũ non cadit. Etenim ſi Dominus primum exterius paralyticum ſanaſſet, atq; deinde illi peccata cõdonaſſet, rati fuiſſent primum quidem præſtitum, ſecundum vero manere incertum. Quia ergo primũ erat ambiguũ, vulgoque parum creditum, adiectum eſt ſecundum.

g *Filius hominis.* Bed. Solus Deus dimittit peccata, & filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, ergo idem Deus & filius hominis eſt. Ita homo Chriſtus per diuinitatem dimittit peccata, per humanitatem pro peccatoribus poteſt mori.

* Victor Antioch. Filius hominis ſignum patraturus hæc uerba præmittit. *Vt autem ſciatis, &c.* Vt planũ fiat diuinitatis uim, propter indiuulſam utriuſque unionem, in humanã quoque naturam ſeſe diffundere, quaſi diceret. Quamuis homo iam factus, cum Deus alioqui eſſem, propter carnis œconomiã in terris degam, nihilominus ut Deus ſigna edo, peccatiſq; obſtrictis vincula relaxo.

h *Vade in do. tuam.* Bed. Qui languerat, grabatum domum reportat, cum aĩa peccatorum remiſſione curata, ſe ad diuturnam ſui cuſtodiam cum ipſo corpore refert, ne quid iterum vnde feriatur admittat.

* Victor Antiochen. Mirantur omnes id quod in omnium oculos incurrebat, & quod maioris momenti erat, puta peccatorum remiſſionem miſsum faciunt.

i *Et egreſſus, &c.* Bed. Poſt curationẽ paralytici in Capharnaũ ad mare egreditur, quia non ſolum ciues, ſed & maris habitatores inſtruit, & fluctiuagos mundi motus fidei firmitate contẽnere docet. Ibi turbã multã erudit, ibi Publicanũ apoſtolum facit, ibi peccatores per pœnitẽtiã correctos, ſuo dignos reddit conuiuio, & auditu ſuorũ arcanorũ, & ab vndis cupiditatũ ſeparatos ad ſolitudinem quietæ conuerſationis quæ eſt in ſpe cęleſtium ptrahit. Nam ſequitur. Et cum prę-
teriret,

---

## NICOLAVS DE LYRA.

*tectum, & clauditur, quando deſcendunt. Illi igitur qui putabãt iſtum paralyticum, non potẽtes ingredi domum, in qua Chriſtus erat propter turbã, quæ non ſolum erat intra domum, ſed etiam ad oſtium, per aliã domum contiguam portauerunt illum paralyticum ſuper tectum domus in qua erat Chriſtus, & aperientes clauſuram tecti prædictam.*

1 Submiſerunt. *Paralyticum in lecto ante Chriſtum. Cætera exponuntur, ſicut expoſita ſunt Matthæi nono.*

2 Et cum præteriret vidit Leui. *Hic deſcribitur æmulatio Iudęorũ contra Chriſtum in Matthæi vocatione. Et primo ponitur æmulo ſum*

---

## M O R A L I T E R.

2 *Et cum præteriret vidit Leu.* Ibi ſedent aliqui cupiditate lucri per artem campſoriam, & aliqui per artem deceptoriam in ludo taxillorum. Et aliquando tales vocantur a domino, non ſolum ad pœnitentiam agendam, ſed etiam ad prædicandum, ſicut hic vocauit Matthæum, & cum talibus voluit diſcumbere oſtendens

a Oculis miſericordiæ. b Additus. c Ad curam vectigalium, telos enim Græce Latine vectigal.
a præteriret uidit Leui Alphei ſedentem ad telonæum, & ait 1
a Imitare. Propter pauperem Beda. Et fecit conuiuium quod Lucas dicit.
b illi. Sequere me. Et ſurgens ſequutus eſt eum. † Et factum eſt
c cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccato
d res ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius: Erāt e-
Penitentes.
nim multi † qui ſequebantur eum. Et ſcribæ & phariſæi vi-
dentes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus di
e cebant diſcipulis eius. † Quare cum publicanis & peccatori-
Cum peccatoribus iuſtus.
bus mādueat & bibit magiſter veſter? Hoc audito Ieſus, ait
Magiſter pro diſcipulis reſpondit. Superbi. Humiles.
f illis, Non † neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habēt.
a Ideo uos declino. b Vos qui tanquam iuſti fugitis peccatores, qui v ſtram iuſtitiam ſtatuentes, iuſtitiæ Dei non eſtis ſubiecti. c Qui ſe peccatores agnoſcunt. Non per legem iuſtificari ſe uidentes, Chriſti gratiæ colla ſubmittunt, ideo ad peccatores declino.
g Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. *Et erant diſci 2
a Cauſam ſequentis quæſtionis præmittit.
puli Ioannis & Phariſæi ieiunantes, & veniunt, & dicūt illi.
† Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant, tui au-
Ideo. Id ṙt, debent.
h tem diſcipuli nō ieiunant? Et ait illis Ieſus Nunquid poſſunt
Apoſtoli. a Chriſti & eccleſiæ. b Chriſt. c Corporis præſentia. Non. d Quia.
filii nuptiarū, † quā diu ſponſus eſt cūm illis, ieiunare Quan-
a Cuius plus proficit præſentia, quam corporalis abſtinentia.
to tēpore habēt ſponſum ſecū nō poſſunt ieiunare. Venient
a Aſcenſionis. Paſſionis. b Corporaliter. c Bed. Tam a cibis quam a mundi amore.
autē dies cum † auferetur ab eis ſponſus, & tūc ieiunabunt in

teriret, vidit Leui, &c.
a *Leui.* Hieron. Leui additus, quia teloneo negociorum ſæcularium ſequitur ſolum verbum quod dicit, quia qui nō renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſci.
Beda. Marcus & Lucas verecundiæ cauſa & honore euangeliſtæ nomē vulgatum non ponunt. Ipſe (ſecundum hoc quod ſcriptū eſt. *Iuſtus in primis accuſator eſt ſui*) Matthęum ſe & publicanum nominat, vt oſtēdat nullū conuerſum debere de ſalute diffidere cum apoſtolus & euangeliſta de publicano ſit factus repēte.
b *Sequutus eſt eum.* BEDA. Lucas plenius. *Et relictis omnibus ſequutus eſt eum.* Sequitur. Qui vt pauperem Chriſtum nō tam corporis greſſu quam mentis affectu poſsit ſequi, omnia relinquit, ſicut Matthæus qui non ſolum lucra vectigaliū, ſed etiam periculū quod propter imperfectas rationes accidere poterat a principibus ſeculi contemnit, cupidus ſequendi. Qui enim exterius vocauit, vt mox ſequeretur, intus accendit, & modum docuit. Merito ergo qui obediendo humana contēpſit negotia, diuinorum diſpenſator factus eſt talentorum.
c *Et factum eſt dum.* Beda. Lucas. *Fecit eis conuiuium magnum Leui in domo ſua.* Qui enim Chriſtū intus recipit, voluptate delectatur vbertate, & dominus libēter ingreditur, & in eius recumbit affectu. Hoc eſt ſpirituale conuiuium bonorum pauperum, quo diues eget, pauper epulatur.
d *Publicam.* Qui publica vectigalia exigūt, vel ſeculi lucra ſectantes, qui exemplo publicani conuerſi iam de ſalute præſumunt, nec vt Phariſæi calumniantur in vitiis permanentes, ſed pęnitentes. Vnde enim, &c.
Beda. Ad conuiuium peccatorum vadit, vt docendi occaſionem habeat, & ſpirituales cibos impertiat. Eundo ad peccatores, domini humilitas oſtenditur, in conuerſione pęnitētium patet doctrinę eius potentia.
Beda. Per vocationem Matthæi fides gentium, quæ relictis lucris ſeculi, epulis charitatis & operum bonorum cū domino conuiuantur. Per phariſæorum ſupercilium, de ſalute gentium Iudęorum inuidia deſignatur, quibus dicitur. Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.
C c *Quare cum publicanis.* ✠ Victor Antiochenus. Lex polluta omnia

omnia reiiciebat, Chriſti autem gratia malum in bonum cōuertebat. Neq; enim Chriſtus venerat vt iudex, ſed vt medicus. Quare quod medicorum ars & profeſſio depoſcit, familiariter cum his agebat, qui ſanationis egentes erant. D
f *Non neceſſe.* Beda. Si medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & liuore eius ſanati ſumus. Iſa.53.a.
g *Et erant diſ.* Beda. Alii euāgeliſtæ dicūt phariſæos & diſcipulos Ioannis hoc quæſiuiſſe. Hic vr̄ dicere, q̄ alii quæſierūt quos eiuſdem rei cura monuiſſet. Vnde colligit̄ hoc a pluribus fuiſſe obiectū, a Phariſæis, a diſcipulis Ioannis, a conuiuis, vel quibuslibet aliis. † Mat.9.b. Luc.5.f. E
Beda. Diſcipuli Ioannis & phariſæorum ieiunāt, quia qui operibus legis gloriantur, vel (quod peius eſt) traditiones ſequuntur hominum, vel etiam Chriſti præconium tantum aure, non cordis amore percipiunt, & ſpiritualibus bonis ieiuni corde tabeſcunt. Diſcipuli Chriſti nō ieiunant, quia qui fideliter membrum Chriſti eſt, corpore ipſius epulatur & ſanguine alitur. Dominus cū peccatoribus manducat & bibit, ſed ideo, quia illi abſtinentia meritū auget, cui nulla potētia naturæ eſt. Dominus autē qui delicta naturaliter delere poteſt, manducantes ieiunantibus pōt facere puriores. Ieiunauit tamē Chriſtus vt ieiunares, māducauit cū peccatoribus, vt gratiam cernēs poteſtatē agnoſceres. Myſtice. *ad pęnitētiā
h *Nunquid poſſ.* Matthæus ita *Nunquid poſſunt filii ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus, &c.* Spōſus Chriſtus, ſpōſa eccleſia, de quo ſpirituali cōnubio apoſtoli creati ſunt, qui lugere & ieiunare non poſſunt, quādiu ſponſum cum ſponſa vidēt. Quādo tranſierint nuptiæ, ac paſsionis & reſurrectionis tempus aduenerit, tunc ieiunabunt.
✠ Victor Antioch. Nunc nuptiarū, nunc vocationis, nunc doctrinæ tēpus eſt, nunc pueri educant̄ nunc uocati lacte paſcuntur, nullus nunc ieiunationi locus eſt. Dominus autē tempus quo in carne cum diſcipulis familiariter verſabatur, nuptias vocat, quia omnem ægritudinem & moleſtiā ſecludere natū erat. Is enim iuſtam lugendi cauſam habet, qui bonum quod deſiderat, nō obtinet, ſiquidē optati boni abſentia, ſua natura affligere ſolet, experitur nāque eius fruitio. At vero q̄ præſenti bono iā potitur, is ab omni cura mœroreq; ſolutus F Mat.9.d.
☞ iure

NICOLAVS DE LYRA.

*rum murmuratio, ſecundo, eorum confutatio, ibi.* Hoc audito Ieſus. *Circa primum dicitur.*
1 Vidit Leui Alphei ſedentem ad telonæum. *Matthæus enim ante vocationem Leui vocabatur, & erat Alphei. Cætera exponantur ſicut ſupra expoſita ſunt Matt.9.*
2 Et erant diſcipuli Ioannis. *Hic deſcribitur æmulatio Iudęorum contra Chriſtum in diſcipulorum Chriſti argutione, volentium retorquere apparentem defectum (licet non exiſtentem) diſcipulorum Chriſti in magiſtrum. Et ponitur duplex caſus. Secundus ponitur ibi.* Et factum eſt iterum. *Primus caſus eſt de hoc, quod arguebant diſcipulos Chriſti, eo quod non ieiunabant ſicut diſcipuli Ioannis & Phariſæi, ſed Chriſtus eos confutat, diſcipulos ſuos rationabiliter excuſando, & expoſitio literæ patet ex his quæ dicta ſunt Matth.9. parum ante medium capituli.*
Et

MORALITER.

oſtendens quod nullus debet eos deſpicere, ignorans quid Deus de ipſis diſpoſuit ordinatu.
2 *Et erant diſcipuli Ioannis* Per iſtos autem qui propter ſuum ieiunium ſe diſcipulis Chriſti præferebant, ſignificātur hypocritæ, præ apparentia ſuæ religioſitatis alios contemnentes, di. illud Luc.18.b. Non ſum ſicut cęteri hominum, rap. adul. &c. Sequitur ibidem. Ieiuno bis in ſabbato, &c.
*Et*

a Ideo non ieiunant, quia. b Seueriora præcepta nouæ vitæ. c Apoſtolis veteri conſuetudini deditis.

a illis diebus. Nemo † aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimen-

a Si aſſuit. b Repugnat noua vita veteri.

to veteri, alioquin, aufert ſupplementum * nouum a veteri,

a Quia ſi quid boni inerat, nimio quaſi pondere preſſum perit. b Spiritualia præcepta.

& † maior ſciſſura fit. Et nemo mittit vinum † nouum in v-

a Apoſtolos. Non poſſunt pati, quia carnales adhuc. b Doctrina ſpiritualis memoriæ non commendatur.

tres veteres, alioquin dirumpet vinum * vtres, & vinum ef-

Qui habent perdunt. Spiritualis doctrina. Spirituales.

b fundetur, & vtres peribũt. Sed vinum nouum in vtres nouos

c mitti debet. † Et factum eſt iterum cum ſabbatis ambularet, 1

d per ſata, & diſcipuli eius cœperunt prægredi, & vellere

ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei: Ecce quod faciunt

a Veterem hiſtoriam obiicit.

e diſcipuli tui ſabbatis quod non licet. Et ait illis: † Nun-

a In Nobe. b Fugiens Saulem.

quam legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſita-

tem habuit, & eſurijt ipſe, & qui cum eo erant, quomodo

f introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdo- 2

A iure meritoq; lętatur. *Cum auferetur ab eis ſponſus.* Hoc eſt, quã do is ad cęlos aſſumetur, qui eccleſiã ſibi deſponſaturus eſt. Si quidẽ priori nupta, hoc eſt, ſynagoga eiecta, facta eſt noua quędã deſponſatio. Deſponſatio autem nihil aliud eſt, quam arrabonis datio. Arrabo autẽ q hic interceſſit, eſt ſpiritusſancti gratia, per hanc enim & mundus credit, & piſcatorũ cœtus terrarum orbem flexit, & in aliud vitę genus trãsformauit.

† immiſſuram panni nõdum a fullone curati.

Moraliter: † deterior

BEDA. Quandiu ſponſus nobiſcũ eſt, in lætitia ſumus, nec ieiunare poſſumus, nec lugere, cum vero pro peccato recedit & auolat, tunc ieiunium indicẽdum, tunc luctus multiplicandus.

Matt. 12. a. Luc. 6. a.

a *Nemo aſſument.* BEDA. Diſcipulos, veſtimẽta vetera dicit, ideſt, adhuc carnales, necdum innouatos fidei firmitate, quibus ſi nouus pannus, ideſt, pars doctrinæ quę ad nouã vitam pertinet aſſuatur, & ipſa quodãmodo ſcinditur, cuius pars importune tra-

B ditur, quæ ad ieiunium valet ciborum, cum illa doceat ieiunare, non a cibis tantum, ſed ab omni voluptate carnis.

Cauendum eſt doctori, ne animæ nondum innouatę, ſed in malitiæ vetuſtate perduranti, nouorum myſteriorum ſecreta committat.

* Victor Antiochenus. Vos itaque qui priſcis illis ritibus & conſuetudinibus etiam non addicti obſtrictique hæreſis, Moſaica ieiunia merito obſeruatis. Iſti vero qui vt noua antequam inaudita præcepta & leges hominibus tradunt, deſignati ſunt, ad veſtras ieiunationes hoc tempore cõpelli nõ debẽt. At ſuis nihilominus locis, vna cum cęteris virtutib. ieiunii quoque obſeruantiã & religionem oſtenſuri ſunt. Non quod aliqua legis neceſsitate ad hoc adigantur, aut qđ veſtro more aut ſenſu veteribus ritibus adhuc reſiſtendũ arbitrabũtur, ſed qđ hoc mediũ veluti ſalutare & opportunũ, ad virtutis perfectioniſq; ſtudiũ ſuo poſtea tempore adhibituri ſũt. Enimuero inter eos qui in Moyſi, & eos q in lege gratię ieiuniis dant operam, hoc præter cætera intereſt, quod illi quidẽ ieiunia pręfinita habebant, quæ explere obligabantur, etiãſi alias noluiſſent, hi vero virtutis amore liberaq; volũtatis electione ieiunant, verius quã vlla legis coactione. Quod ſi vero quadrageſimale vel aliud quodcũque ieiuniũ definitũ habemus, propter ignauos & negligentes, quo nimirum ij quoq; officium faciunt, definitum habemus. Studioſi nãque pietatiq; dediti, certo animi conſilio, propenſaq; voluntate ieiunium illud perſoluunt magis, quam vlla omnino legis aut præcepti vi impulſi.

Allegorice Beda. Veſte foris tegimur vino intus reficimur. Veſtis bona opera quibus hominibus foris lucemus. Vinum, feruor fidei ſpei & charitatis, quo in conſpectu Dei intus ſenſus no-

C uitate reformamur.

b *Sed vinum no.* Erant autem noui, cum poſt aſcenſionẽ deſiderio conſolationis eius ſperando & orãdo innouabãtur, tunc ſpiritũſanctum acceperunt, quo quaſi nouo muſto noui vtres repleti ſunt.

c *Cum ſab.* Beda. Nota primo apoſtolos literam ſabbati deſtruere contra Hebionitas, qui cum alios diſcipulos recipiãt, Paulum quaſi tranſgreſſorem legis repudiant.

d *Et vel. ſpi.* Eſuriũt vt homines, præ turba manducandi ſpacium non habentes. Sed exemplum auſterioris vitæ præbent, non præparatas epulas, ſed ſimplices quęrunt.

BEDA. Diſcipuli per ſata trãſeunt, cũ prælati ſubditos pia ſollicitudine circunſpiciunt, & qualiter quemque ad fidem trahãt, ſedule perpẽdunt, quorum ſalutẽ eſuriũt. Vnde Petro interpretes eſurienti oblatis quas eſuriebat dapibus dictum eſt, *Surge Petre, occide & manduca.* Et iura ſacramenti concordia, ibi mactari & manducari iubentur animalia, hic ſpicas conuellunt diſcipuli, & ſm alios euãgeliſtas manibus confricantes manducant, vnde. *Mortificate mẽbra veſtra, & exuite veterem hominem.* Aliter enim nõ tranſeunt in corpus Chriſti. Aliter doctorẽ ſui profectus fructus nõ paſcunt. Vellere itaq; ſpicas, eſt ab oĩ intentione terrena radicẽ mẽtis eruere. Fricare manib. exemplis virtutũ a cõcupiſcentia carnis quaſi ariſtarũ folliculis mentẽ exuere. Grana manducare, eſt purgatũ quẽq; p prędicatorum ora eccleſię incorporare. Hoc diſcipuli ãn dñm faciunt, qa pręcedit ſermo doctoris, ſubſequit̃ gratia ſupernę viſitationis. Et bñ ſabbatis, qa prædicatores pro ſpe quietis laborant, & auditores admonent, vt a curis ſeculi feriantes, pro æterna requie laborent.

Bed. Per ſata cum domino ambulant, q eloquia ſacra domino obtemperantes meditant̃. In ſatis eſuriunt, cũ in eis illa inuenire deſiderãt, quib. amplius accenſi, amore dei quaſi pane paſcantur, & hoc ſabbatis, vnde Guſtate & videte, qm̃ ſuauis eſt dñs. Vellunt ſpicas & conterunt, quia teſtimonia ſcripturarum aſſumunt & perſcrutãtur, donec medullã dilectionis extrahãt quę ſub vilitate literę quaſi ſub ariſtarũ horrore velatur. Hoc dñs ſabbati probat, ſtulti defenſores ſabbati improbant, qui ſolam literæ ſuperficiem diligunt, mentis refectionem neſciunt, requiem animarum non norunt, vnde & ait illis. *Nunquam legiſtis quid &c.*

✲ Victor Antioche. *Ecce diſcipuli, &c.* Obiiciunt hæc illi q non expendunt legiſlatorem ſua lege non teneri. Neque. n. quicquam eſt omnino, quod regi in ſuis legibus non liceat.

e *Nunquam leg.* Pręcęteris in mediũ adfert Dauidẽ, q legis ſãctimonię aduerſatus videri potuit. Facit ãt hoc eo cõſilio quo p honorẽ & reuerẽtiã quã Dauid deferebant, cõpeſcat impudẽtẽ ſycophantiã, quã Apoſtolis maligne intentarunt. Quaſi diceret, an nõ Dauidẽ legis ſeruitute obſtrictũ meminiſtis? Ego autem etſi filius hominis dicar, ſabbati dñs ſum.

f *Sub Abiathar principe ſacerdot.* Non te turbet quod alii dicũt Achimelech, ambo enim tũc illic aderant, Achimelech pater,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fac. eſt ite. *Hic ponitur ſecundus caſus, quia arguebãt Chriſti diſcipulos, eo quod euellebant ſpicas, & comedebant die ſabbati, ſed Chriſtus confutat eos excuſando per ſcripturas vete. Te. Et patet expoſitio huius literæ ex dictis Matth. 12. in principio, hoc excepto quod hic additur.* 2 Sub Abia. *Et videtur hoc falſum, quia princeps ſacerdotũ tunc erat Achimelech vt habetur. 1. Reg. 22. Dicẽdũ, qđ Abiathar erat filius Achimelech, & tũc agebat ſacerdotiũ ſub patre, verũtamẽ magis hic exprimitur Abiathar quã pater eius Achimelech, quia interfecto Achimelech a Saule Abiathar filius eius fugit ad Dauid vt ibidẽ dicitur & fuit ſocius itineris & laboris ipſius, & p cõſeqn̄ẽs maioris nominis & auctoritatis fuerat quã pater eius pp qđ hic exprimit̃ tacito patre.*

MORALITER.

1 *Et fac. eſt ite. cũ do.* Per ſata ſignificantur ſacri libri, in quib. ſunt ſemina verbi Dei, Luc. 8. b. *Semen eſt verbum Dei.* Igit̃ per ſata diſcipuli cũ Chriſto ambulãt, cum ſacras ſcripturas deuote ſtudent & hoc fit ſabbatis, quia ſtudium hoc quietẽ exigit mentis. Spicas autẽ vellũt, cum ibidem vitæ panem inueniunt, ſed tunc manducant, cum ſibi per impletionẽ operis incorporant, & hęc refectio a malignantibus reprobatur, ſed a Chriſto veraciter approbatur.

ater,& Abiathar filius,qui occiſo patre a Saule,comes exilij Dauid factus eſt,& eo regnãte ſummus pontifex maioris no minis quàm pater,& ideo dignus cuius dominus mentionẽ faceret,quaſi ſummi ſacerdotis,etiam patre viuente.

* Victor Antiochenus. Sunt qui Achimelechum binominem extitiſſe existiment,adeoq; hunc eundem eſſe cum illo,alii Regũ libros Achimelichi tanquã implicis ſacerdotis meminiſſe reſpondent,Abiatharem autem per idem tẽpus pontificem, hoc eſt, ſummum ſacerdotẽ fuiſſe.Et huic ſententiæ fauet ſcripturæ contextus. Neque enim Achimelichum pontificem, ſed ſacerdotem pluresque alios ſacerdotes,Saulis iuſſu trucidatos aſſerit.

*Panes propo.* Beda. Quaſi dicat. Si Dauid & Achimelech a vobis non reprehendũtur,ſed pro fame excuſant,cur in his cauſam improbatis quam in cæteris probatis? quãuis ſit magna diſtantia:hi ſpicas confricant,illi panes Leuiticos comedũt,& accedebat ſabbato neomeniarum dies quando in conuiuio requiſitus fugit ex aula regis.

Beda.Figurate,quod Dauid & pueri eius panes ſanctificatos comedunt ſignificat ſacerdotalem cibum in vſum trãſitu rum populorũ,quia omnes ſacerdotum vitam debemus imitari,& omnes filii eccleſiæ ſacerdotes ſunt, inuncti in ſacerdotium ſanctum,offerentes ſeipſos ſpirituales hoſtias Deo. D

b *Et dedit eis.*Hoc ſequutus.*Miſericordiam volo,& non ſacrificiũ.* melius iudicauit a famis periculo homines liberare,quam ſacrificium offerre.Hoſtia Deo placabilis, hominum ſalus. Hoſeæ.6.q.

a tum , & panes propoſitionis manducauit quos non licebat
b manducare niſi ſacerdotibus & dedit † eis qui cum eo erant?

Et leuiticis. Achimelech † etiam iis

a Aliter probat idem. b Beda,ideo ſolius hominis prima cuſtodia ſabbati,prout hominis vtilitas exigit.

Et dicebat eis, Sabbatum propter hominem factum eſt , &
c non homo propter ſabbatum . Itaque dominus eſt filius ho-
d minis etiam ſabbati.

c *Homo pro.ſa.* Beda. Ita ſabbatum cuſtodiri præceptũ eſt, vt ſi neceſſitas fuerit, non ſit reus qui violauerit.Sabbato circuncidi nõ eſt prohibitũ, quia neceſſarium. Ioſue muros Iericho ſeptẽ diebus circumit.Machabæi in ſabbato pugnant.Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas licitũ facit.Sic & hodie in ieiuniis, ſi quis ieiunium fregerit ægrotus,reus non tenetur. Ioſue.6.e. Mat.2.c.

d *Itaque dom.* Quaſi dicat . Si Dauid rex & ſacerdotes ( ſm alium euãgeliſtam)propter templi miniſterium ſabbatũ violantes,crimine carent?quãto magis filius hominis verus rex & ſacerdos,& ideo dominus ſabbati in ſabbato vulſarum ſpicarum crimine non tenetur reus? Mat.12.a.

CAP. III.

E*T introiuit,&c.* * Victor Antiochenus. Lucas cæteris adiungit docendi gratia in ſynagogam veniſſe, cum ſanitate potitum dextram manum aridam habuiſſe. Matthæus autem de miraculo hoc ita ſcribit . *Quis erit ex vobis homo , qui habet ouem vnam , ſi ceciderit hæc in ſabbatis in foueam nonne tenebit & leuabit eam ?* Omnia hæc ſummo conſenſu probant ,humanæ ſalutis cauſa,corporale ſabbatum ſoluere nefas non eſſe. Neque enim ex diuinis tantum ſcripturis Dominus id euincit ſed oppoſitũ ſtatuẽtes,euidentibus planeque inuictis rationibus refellit , adeoque miraculum ab omni prorſus crimine , ſiniſtraque ſuſpitione alienum eſſe oſtendit.

b *Manum ari.* Beda. Quæ ad fructum vetitum extenſa eſt, a bono opere aruit,per manus Chriſti in cruce extenſas,bonorum operum ſuccis reſtituta.

Hiero.Homo iſte ſignificat auaros,qui nolentes dare,volunt accipere,prædari & non largiri, quibus dicitur vt extendant manus ſuas,ideſt,qui furabatur iam non furetur magis autem laboret operans manibus ſuis quod bonum eſt,vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

c *Et obſeruabant.*Beda.Quia diſcipulos probabiliter excuſauerat,ipſum obſeruant,vt ſi in ſabbato curet,tranſgreſſionis, ſi non curet,crudelitatis aut imbecillitatis arguant.

d *Licet ſabbatis be.*Beda. Arguit,q, legis præcepta praua interpretatione violant, æſtimantes in ſabbato a bono feriandũ, cum lex dicat .*Omne opus ſeruile non fa.in eo.i.*peccatum. Hoc præcepto figurat̃,quia qui per ſex ſeculi etates bona fecerint in ſeptima a malis tantum feriabunt. Non enim erit ocioſus boni operis fructus , in laude Dei quieſcere. Leui.23.a. E

CAP. III.

a Vbi maius donum ſcientiæ ibi maius periculum culpæ.

a ET introiuit iterum in ſynagogam , & erat ibi ho- 1
b mo habens manum aridam , & obſeruabant eum
c ſi ſabbatis curaret * vt accuſarent illum . Et ait
homini habenti manum aridã. Surge in medium. Et dicit eis.
d † Licet ſabbati benefacere , an male , animam ſaluam 2
e 3

Genus humanum. Calumniam præuenit. Vt ab omnibus videatur. Hominem curare an non.

Matthæus dicit illos interrogaſſe. Marcus & Lucas, interrogatos fuiſſe. Sed illi prius interrogauerunt,& Ieſus cognita nequitia eorũ,ſtatuit in medio eorũ ſanandum, & interrogauit quod Marcus & Lucas dicunt . Et tunc illis tacentibus, ſimilitudinem propoſuit de oue, & concluſit quod licet ſabbato benefacere.Et ſic circunſpiciens. Matt.12.e. *cum

* Pet.Chryſol.Ad infamiã iudicis & nequitiã cognitionis, queritur de cura crimẽ,de pietate accuſatio,reatus de virtute,de ſalute ſuppliciũ.Sed mirũ nõ eſt,ſemper offendũt bona malos,pia impios,ſancta profanos obſeruabant ſolliciti ſacerdotes ſabbatis,nõ ſi peccaret,ſed ſi curaret, vt accuſarẽt eũ. Amatores criminum inuigilãt,inſidiãtur in accuſatione virtutũ,quaſi cõtra ſalutem nõ pro ſalute ſabbatũ ſit prouiſum. Sermon.32.

* Victor Antioche. Marcus & Lucas Dominũ ex Phariſæis id ſciſcitatũ ſcribunt.*Licet ne ſabbati,&c.* Matthæus autẽ Phariſæos,liceret ne ſabbatis curare ex illo interrogaſſe narrat.

e *Ani.* Be.Hominẽ totũ ꝑ partẽ ſignificat.Vel q̃a ꝑp animã hoc faciebat,vel q, hæc manus ſanatio , aĩæ ſalutẽ ſignificat.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

1 ET introiuit iterum.*Hic ponitur quartus caſus de ſanatione habẽtis manũ aridã. Vbi primo ponitur Iudæorum inſidiatio, ſecundo,eorum cõfutatio,ibi.*Et ait homini,*tertio,eorum obſtinatio, ibi,*Excũtes autem. *Expoſitio primarum duarum partium patet ex dictis Mat.12.vbi caſus iſte plenius ponitur,hoc excepto,qd ſubdit hic.*

2 Licet ſab.benefa. *Circa quod ſciẽdum,quod aliqui ſunt actus bo ni in genere entis,qui tamen ex ſe non habent bonitatem in genere moris,ſicut ædificare domum vel huiuſmodi,& talia non erãt licita in die ſabbati.Alii autẽ ſunt actus boni in genere moris ſecundum ſe , ſicut ſunt opera virtutum,& talia licita ſunt in die ſabbatis,de quib.erat ſanatio manus aridæ,quia erat opus pietatis,& cum hoc erat ad gloriam Dei manifeſtandam inquantum fiebat miraculoſe , & iõ de talib.nulli debet eſſe dubium, quin poſſint fieri in die ſabbati,non ſolum licite, ſed etiam laudabiliter,& hoc eſt quod dicitur.*Licet ſab.benef. *Quaſi dicat certum eſt omnibus quod ſic.* F

3 Animam ſaluam face. *Ideſt,hominem curare.Et accipitur hic anima pro ipſo homine,quia eſt principalior pars hominis . Et per talem modum loquendi dicitur Exo.1.a. Omnes animæ quæ egreſſæ ſunt de femore Iacob,&c.*

MORALITER.

1 *Et intr.iterum ha.man.ari.* Per manum quæ eſt organũ organorũ,vt dicitur 3.de anima,cõuenienter intelligitur opus meritorium,& iõ manus eſt arida,quæ eſt ad hoc opus inualida,ſed cum ad verbum Chriſti ſurgit per gratiam,tunc manum extendit ad ſanctam operationem.

A a *Perdere.* Beda, Non quod ſumme pius quemquam poſſit perdere, ſed eius non ſaluare eſt perdere. Sicut dicitur induraſſe cor Pharaonis, non quod obdurauit, ſed obduratum nō emolliuit.

Vbi ſupra. b *Et circumſpiciens.* * Petrus Chryſologus. Circumſpiciens dixit, non conſpiciens, id eſt, non tantum faciē vt homo intuens, ſed vt Deus corpora, corda, mentes, ſenſus, præterita, pręſentia contemplatus. Circumſpiciens eos cum ira contriſtatus. Iraſcitur vt Dominus, cōtriſtatur vt parens, dolet vt homo intuetur vt Deus. *Extēde manum tuā.* Agnouit pœna iudicem, opus Deum, indulgentia prodidit conditorem.

B c *Extende manum.* BEDA. MORALITER. Infructuoſa debilitas animę, non melius curatur quā eleemoſynę largitione, vñ. *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti, & qui habes eſcas, ſimiliter faciat.* Et in eccleſiaſtico. *Fili, non ſit manus tua porrecta ad capiendum & ad dandum collecta.* Fruſtra.n. in oratione manus ad dominum expandit, qui eas ad rogantem viduam non extendit.

Eccle.4.d. d *Et reſti. eſt ma. illi.* Magnum ſtudium nequitię in crimē reputant, quod ad verbum illius ſanata eſt manus. Neque & ſabbato poteſt cōuinci laboraſſe, qui dixit & facta ſunt, cum ipſi in ſabbatis cibos portent, calices porrigant, & cętera victui neceſſaria.

C

e *Exeuntes autem.* Qui per ſe non poſſunt ſocios iniquitatis quærunt.

f *Cum Hero.* Miniſtri Herodis propter inimicitias quas ipſe aduerſus hominem exercebat, Ieſum inſidiis & odiis perſequebantur, quem Ioannes prædicabat.

† occidere.

† illius ſana vt altera.

† Mat.12.b. Ioan.10.g.

† Mar.4.d. Luc.4.g.

Luc.3.b.

a Non audentes reſpondere. Quaſi incredulitati illorum iraſcens.
a facere, an † perdere? At illi tacebant. Et circumſpiciens eos 1
b cum ira contriſtatus ſuper cæcitam cordis eorum, dicit ho- 2
Ilico.
c mini. Extende manum tuam. Et extendit & reſtituta eſt ma
a Hiero. Similis ſimilem quærit. b Quia ſoli non poſſunt.
d nus, illi. † Exeuntes autem ſtatim phariſæi, cum Hero- 3
a Cens ſine conſilio. Magna inſania, qui ſalute indigent, de nece Saluatores conſilantur.
b Quia ratione vincuntur mortem machinantur.
e f dianis conſilium faciebant aduerſus eum † quomodo eum 4
Ideo. a Medicus cedit inſano populo. b Odientibus cedit, amantibus accedit.
g perderent. Et Ieſus cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare, 5
Rota. Confeſsio.
h † & multa turba a Galilæa & Iudæa ſequuta eſt eum
Viſio pacis. Sanguinea. Aliena deſcenſio.
ab Ieroſolymis, & ab Idumæa & trans Iordanem,
Anguſtia. Venatio piſcis.
i qui circa Tyrum & Sydonem, multitudo magna, audientes
Beda. Opinione virtutum. Ideo.
quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit diſcipulis ſuis, vt in 6

* Theo. Herodiani dicūtur milites Herodis. Hęreſis namque noua ſurrexerat, quæ Herodē Chriſtū eſſe dicebat. Prophetia enim Iacob innuebat, quod quādo deficeret principes de Iuda, tunc Chriſtus veniret. Et quia Herodis tēpore nullus ſupererat Iudaicorū principū, ſed ipſe ſolus regnabat, quidam putauerūt ipſum eſſe Chriſtum & hæreſim conſtituerunt.

g *Sec.* Fugit vt homo, quia nōdū venerat hora eius, & paſſionis eius extra Ieruſalē non erat locus.

Bed. De ſynagoga ſeccedit ad mare &c. Iudęam relinquit ad gentes, venit cū diſcipulis. ſ. prædicantibus apoſtolis corda gentium adiit, & ſic multos ad ſe venientes ſuſcepit, & deſideratam ſalutē dedit, vnde apte ſubditur. *Et dixi diſ. ſuis.*

h *Et mul. tur.* Beda. Magiſtri plebis & miniſtri regis odio perſequuntur, vulgus indoctum dilectione ſequitur, & plurimi ſanari merentur.

i *Qui circa Tyrum, &c.* * Theophylactus. Tyriis & Sydoniis tametſi eſſent allophyli proderat Cognati autem eius cū perſequebātur, adeo nulla a genere prouenit vtilitas, niſi ſimul

Exeun.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 At illi ta. *Non potentes contradicere verbis eius, nec tamen volentes confiteri veritatem.*

2 Et cir. eos. *Propter eorum cæcitatem & malitiam. Ad maiorem intellectum huius dicti quæritur, vtrum ira fuerit in Chriſto. Arguitur primo quod non, quia non eſt niſi duplex ira ſecundum doctores catholicos ſcilicet ira per vitium, & ira per zelū, ſed neutra, fuit in Chriſto ergo &c. Probatio minoris, quia Greg. dicit. ſ. mora, quod ira per vitiū excæcat oculum mentis, ira per zelum ipſum turbat, ſed oculus mentis in Chriſto nō fuit excæcatus nec turbatus, ergo, &c. Item ira opponitur manſuetudini, vt habetur 4. Ethic. ſed Chriſtus fuit maxime māſuetus ergo ira in ipſo non habuit locum. Contrarium dicitur in litera,* Et circunſpiciens eos. *Dicēdum quod ira eſt appetitus vindictæ propter illatā iniuriam ſibi vel alteri, vt habetur 2. Rhetoricæ. Talis autē vindicta poteſt appeti præter ordinem rationis, & ſic eſt vitioſa, & vocatur ira per vitium, de qua dicitur Iacob.1.c.* Ira viri iuſtitiam Dei non operatur. *Alio modo poteſt appeti ſecundū ordinem rectę rationis, & hoc eſt laudabile, ſecundum quod dicit Pſal.57.b.* Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, &c. *Ideſt. laudabiliter appetitur de quo quis iuſte lætatur & talis ira eſt per zelum, ſecundum quod dicit Aug. ſuper Ioan 2. Zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruerſa quæ videt emendare cupit, & ſi emendare nō poteſt, tolerat & gemit, & talis ira fuit in Chriſto, vnde Ioan. 2. illud Pſal.68.b.* Zelus domus tuę comedit me *introducitur tāquā dictū de Chriſto. Ad primū dicendū, qđ ira per zelum in nobis aliqualiter bene turbat oculum mentis, quia potentiæ animæ ſic ſe habēt, quod vna intenſa in actu ſuo alia remittitur. Et iō motus iræ qui eſt in iraſcibili parte quamuis ſit moderatus ratione, impedit intellectum a contemplatione ueritatis, & ſic dicitur turbare oculum mentis. Talis tamē turbatio non eſt peccatum, ueruntamē in Chriſto nō habuit locum, quia uirtute diuina quælibet potētia permittebatur agere illud quod erat ſibi proprium, ita quod vna nō impediebat aliam in actu ſuo. Et ideo ſicut gaudium fruitionis in anima Chriſti non impediebat dolorem paſſionis in parte inferiori, ſic e conuerſo motus iræ in parte inferiori in nullo impediebat actum mentis ſiue rationis. Ad ſecundum dicendum, quod ira quæ eſt præter rationem opponitur manſuetudini, non autem illa quæ eſt moderata ratione, quia de ratione manſuetudinis eſt, quod faciat talem moderationem.*

Philoſoph.

3 Exeun. au. *Hic deſcribitur Iudæorum obſtinatio, quia nec verbis Chriſti nec factis reſilierunt a malo ſuo, ſed magis obſtinati ſunt incipientes machinari in mortem Chriſti.*

4 Cum Herodian. *Hoc exponitur dupliciter, quia dicunt alii, qđ iſti Herodiani fuerunt quidā Iudæi, fingentes quandam ſectam nouā, dicentes de Herode Aſcalonita, quod erat Meſſias, moti ex falſo intellectu illius quod dicitur Gene.49 b.* Nō auferetur ſce. de Iuda. *vbi dicit. quod ablatio regni a tribu Iuda erat ſignū aduentus Meſſiæ. Iſte autem Herodes obtinuit regnū illud, cum tamē eſſet alienigena, qa pater eius fuit Idumæus, ſecundum qđ dicit Ioſephus & alii hiſtoriographi. Et quia Meſſiā promiſſum illi intelligebant regnare temporaliter, nec videbant alium regnare tunc in Iudæa, niſi Herodem, iō dixerunt eum eſſe Meſſiā, cum tamen prophetia Iacob prædicta eſſet ſecundum veritatem intelligenda de Chriſto, qui natus fuit tempore dicti Herodis, vt habetur Matth.2.a. Iſti igitur habebant occaſionem perſequēdi Chriſtū, eo quod ipſū eſſe Chriſtum ſicut erat ſecundum veritatē, erat contrarium ſectæ ſuæ. Alii āt dicunt, qđ iſti Herodiani erāt milites Herodis Antipæ, qui fuit filius prædicti Herodis & dominabatur in Galilæa, non ſicut rex ſed vt Tetrarcha, vt habetur Luc.3. Et iſte incarcerauit Ioannem, ex quo habebat aliquam occaſionem perſequendi Chriſtum quem prædicauerat Ioannes. Et ex his patet malitia phariſæorum qui cum peruerſis hominibus tractabant conſilium ad perdendum Chriſtum.*

5 Et Ieſus. *Hoc expoſitum eſt Mat.12.*

6 Et dixit Ieſus diſcipuils ſuis, &c. ſibi deſer. *Infirmitatē oſtendens in ſe carnis.*

Quot

## M O R A L I T E R.

3 *Exeū. autem.* Per phariſæos qui diuiſi interpretantur, diſcholi qui diſſenſiones faciunt, ſignificantur. Per Herodianos aūt ſuperbi, quia glorioſi in pellib. interpretantur: Iſti vero conſiliū faciunt contra Ieſum, qui cum humilibus & charitatem habentib. commoratur, & ideo recedit ab eis ſe elongando & humiles eum ſequuntur, & a Deo ſalutem conſequūtur

Et

ſimul & boni mores adſint. Et alienigenæ q̄dē a remotis locis ad eū veniūt. Iudęi autē cū ad ipſum veniſſent, inſectant.
a *Nauicula*. Eccleſia de gentib. cōgregata fluctus ſeculi mēte tranſgreſſa, quæ quanto ſinum cordis gratię recipiendę dilatat, tanto fluctus ſeculi ſecurius calcat.

f *Vt eſſe duode*. Speciē Iacob dilexit Deus cum videret excelſus gētes, & ſepararet filios Adam. Statuit terminos populorum iuxta numerū filiorū Iſrael, vt ſint ſuper thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Quibus data eſt poteſtas, quam filius accepit a patre ſecundum carnē, vt opera quæ ipſe fecit & ipſi faciant, & maiora horum facient. Ioan. 14. b. D

b *Neque compri*. Comprimunt, qui eccleſiæ pacem turbant. Tangunt, qui fidem vero corde & dilectione ſuſcipiunt, qui tetigere ſanati eſſe perhibentur, fugiens comprimētes nauiculam aſcendit.
c *Et ſpir. im. &c. di*. BEDA. Vterque & plagas habentes, & immūdi ſpiritus. Sed infirmi pia intentione ſalutis, dæmoniaci, vel potius in eis dęmones, non ſolum timore coacti ad procidendum, verumetiam ad confitendū maieſtatem eius. Pręſentia enim eius perterriti, quem filium Dei eſſe iamiāque nouerant, celare non poterant. Saniores Arrianis, qui etiam hodie negant filium Dei eſſe.

a Eccleſia de Gentibus congregata. b Diſcordes.
a nauicula ſibi deſeruirent propter turbam, ne comprimerent
b a Ideo confluebant.
eum. Multos enim ſanabat, ita ve irruerent in eum, vt illum
Fideles.
c tangerent quotquot habebant plagas. Et ſpiritus immundi
Dæmones.
cum illum videbant procidebant ei, † & clamabant dicen-
a Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iuſtitias meas, &c. b Dæmonibus & curatis.
d tes. Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne
a Deum eſſe ne differretur paſſio. b Gratia. Non meriti, ſed diuinæ gratiæ eſt.
e manifeſtarent illū. Et aſcendens in montē vocauit ad ſe quos
a Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Libero arbitrio. b Vt ter quaterni fidem charitatis per quatuor partes orbis prædicarent, vnde ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab auſtro portæ tres, ab occaſu portæ tres.
f voluit ipſe, & venerūt ad eū. Et fecit, vt eſſent duodecim † cū
illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit eis poteſtatem cu-
g randi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. † Et impoſuit Si-

BEDA. Dedit etiam poteſtatē mortuos ſuſcitandi, ſicut Matthæus dicit, vt Mat. 10. a.
1 virtus oſtenſa fidem
2 verbo daret, & noua facerent qui noua Luc. 4. g.
prædicabant, nunc
3 autē quia numerus
4 fidelium creuit, mul
5 ti vitam virtutum tenent, & ſigna virtutum non habēt, quia fruſtra foras miraculū oſtēditur, ſi deeſt qui intus operetur, quia linguæ in ſignū ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.

† ſecum.
† Mat. 10. a Luc. 6. a

d *Ne manifeſtarent*. Beda. Non ſolum dæmones, qui inuiti, vel ab eo ſanati, qui ſpōte confitētur, ſed & apoſtoli toto orbe poſt paſſionē prædicaturi, ante paſſionem tacere iubētur, ne diuina maieſtate prædicata paſſio differretur, & ſic ſalus mundi.
e *Et aſc*. Beda. Poſtquam immundos ſpiritus ſe prædicare prohibuit, ſanctos elegit, qui eum prædicarent, & nefandos ſpiritus eiicerent.
Mons iſte ſignificat altitudinem iuſtitiæ, qua inſtruendi, & quam prædicaturi erant, per locum admonet ad cœleſtia erigi, ſic & legem in monte dedit.
✱ Victor Antiochenus. Eccleſiæ duces & paſtores admonere per hoc voluit, vti prius in oratione pernoctent, quam illis manus imponant, quos ad ſacrorum miniſterium conſecrare deliberatum habent, ne forte eiuſmodi promotio fruſtra cadat. Ille enim qui omniū corda vt Deus, explorata habebat, non abſque iudicio Apoſtolorum delectum habuit. Et ſi interim quo palam fieret, nō ipſam hominū naturā, in cauſa eſſe vt alii ſaluentur, alii peccant, ſed liberā vniuſcuiuſque voluntatē, Iudam Iſcariotam, ſciens volenſque in Apoſtolū aſciuerit. Vnuſquiſque enim ſeipſum vita vel interitu dignum declarat.
Hiero. Conſuetudo diuinę ſcripturę eſt allegorice loqui, ſed nos ſic excelſa ſenſibus noſtris applicemus, vt hiſtorię veritatē cernamus. Chriſtus enim ſolus ſpiritualiter mōs eſt, cęleſtium rerum qualitate copioſus, ex quo fluunt aque viuę, & quidquid ſumme bonū creditur, in hoc fundatur qui eſt mōs omnium montium, & ſanctuſſanctorū, quos quotidie ad ſe inuitat. In montem vocantur excelſi & merito & verbo, vt
C locus congruat meritis altis.

Vt

g *Et impoſuit*. Beda. Non modo primum, ſed cum adducto ab Andrea dixit. *Tu vocaberis cephas, quod interpretatur Petrus*. Ioan. 1. f
Sed hic euāgeliſta te attentū reddit dicens, quod cum dominus ſic cognominauerit. Alter. n. putares ſic vocari caſu, nō prouidentia Dei. Voluit autem eum Deus prius alio nomine vocari, vt ex mutatione nominis viuacitas ſacramēti notaretur Græce vel Latine Petrus, qđ Syriace cephas, & in vtraque lingua a petra dictū, de qua; Petra aūt erat Chrs. Sicut. n. a Chriſto luce lux mundi vocātur apoſtoli, ſic a petra Petrus. E 1. Cor. 10. b.
Simon ponēs mœrorē negationis ſcilicet viuo domino poſt reſurrectionem. Vel audiens triſtitiam mortis ſcilicet cum ei dicitur. *Alius te cinget & ducet quo tu non vis*. Ioan. 21. f.
Hiero. *Et impo. Simoni nomen Petrus*. De obedientis aſcendit ad agnitionem. Qui enim habet dabitur ei, & abun. Inf. 4. e.
* Victor Antiochenus. Ne quis caſu aut temere Apoſtolos electos putet. Euangeliſta ſingulorum nomina ordine recenſet, dicit autem Simoni impoſuiſſe nomē Petri, quo nimirū nomine rēipſam anticipet. Quia enim Dominus ſupra petram, hoc eſt, ſupra infractam ſanamque Petri doctrinā, incōcuſſamque eius fidē, eccleſiam ſuam ædificaturus erat, ob id prophetico ſpiritu Petrum illum appellat. filios autem Zebedæi Iacobum minorem & Ioānem, Boanerges, hoc eſt, filios tonitrui vocat, ſiquidē diuina illorū prædicatio magnū quendam & illuſtrem ſonitum, per terratum orbem datura erat.
*Et Iacobum*. Qui ſupplātata habet deſideria carnis. Et Ioannem, qui gratia accepit quod alii per laborem. *Et impo. eis no. Boaner. quod eſt filij toni*. Quorū ſublime meritum in mōte meretur audire tonitruū patris per nubē de filio tonantis. *Hic eſt filius meus dilectus*, vt per nubē carnis & ipſi Chriſti ignem ac fulgura in pluuiam ſpargerent in terris, quoniam dominus in pluuiam fulgura fecit, vt extinguat miſericordia quod iudicium exurit. vnde. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domino*. Matt. 17. a Pſal. 134. b Pſal. 100. F

Iacob

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quotquot hab. pla. *i. infirmitates varias*.
2 Et ſpiritus immundi. *In hoc oſtendebat virtutem ſuæ deitatis, vtrūque enim neceſſe eſt confiteri fuiſſe in Chriſto, ſcilicet infirmitatem carnis, & potētiam deitatis, & ideo vtrumque manifeſtabat Chriſtus in operibus ſuis*.
3 Tu es filius Dei. *Coniecturaliter loquebantur*.
4 Et vehementer comminabatur eis. *Cuius cauſa aſſignata eſt ſupra in primo capite*.
5 Et aſcendentes in mōtem vocauit ad ſe. *Poſtquam deſcripta eſt Chriſti prædicatio per ſeipſum tantum, hic conſequenter deſcribitur eius prædicatio etiam per apoſtolos, & primo deſcribitur poteſtatis collatio, ſecūdo, dictæ collationis exequutio 6. c. ibi*. Et vocauit. 12. *Circa primū primo poteſtas confertur, ſecundo, dubium remouetur, ibi*. Et veniunt ad domum. *Circa primum deſcribitur electio apoſtolorum, & numerus, & nomina eorum, & poteſtas eis collata, & patet ſententia ex his quæ dicta ſunt Matt. 10. hoc excepto*.

Boaner-

## MORALITER.

5 *Et aſcendens in montem*. Per hoc autem quod apoſtolos inſtituit in monte, ſignificauit quod epiſcopi qui ſunt apoſtolorum ſucceſſores, in ſuperiori gradu ſunt eccleſiæ, vnde dicuntur ab Epi quod eſt ſupra, & Scopos intentio, quia ſupra gregem dominicum debent intendere, vt eum dirigere valeant ad ſuperna.

Et

† *Et fecit vt eſſent duod*. Ad ſignificandum, quod quilibet eorum, per quatuor partes ſuæ diœceſis fidem trinitatis debēt prędicare, duodecim. n. conſurgunt ex ductu quaternarij per ternarium.
† *Et dedit eis po*. Curandi infirmitates peccatorum.
† *Et eiiciendi dæmonia*. i. excommunicandi ſuperbos & rebelles de eccleſia.

A a *Iacobum*. Qui curam carnis domino vocante ſupplantauit, ipſam carnem Herode trucidante contempſit.
b *Ioannem*. Beda. In quo eſt gratia, vel domini gratia, qui ob amoris præcipui gratiam quam virginali gloria promeruit, ſupra redemptoris ſui pectus in cœna recubuit.
c *Filij*. BEDA Quorum vnus intonans, vocem theologã (quã nemo prius edere nouerat) emiſit *In principio erat verbum, &c.* Quam tanto pondere grauidam reliquit vt ſi aliquanto plus intonare voluiſſet, nec ipſe mundus capere potuiſſet.
d *Et Andream*. Hieronymus. Qui viriliter vim facit perditionis ſuæ vt reſponſũ mortis ſemp in ſe habeat & animam ſemper in manibus ſuis.
e *Et Philip.* Hieron.

a Vocauit ad ſe. b Supplantatorem. Fugitiui.
a moni nomen Petrus, et Iacobum Zebedæi & Ioannem fra
b trem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt 1
a Beda. virilis, a Græco aner, quod eſt vir, quia viriliter domino adhæſit. b Os lampadis vel lampadatum. c Filius ſuſpendentis aquas prædicatores ad cœleſtia, vnde vberius inebrient corda terrenorum. Syrum eſt.
c filii tonitrui. Et Andream & Philippũ, & Bartholomæũ,
d a Donatus. b Abyſſus vel geminus, Græce dydimus. c Ad differentiam Iacobi Zebedæi. d Corculus, id eſt, cordis cuſtos. Docti vel milleſimi.
e f & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thadeũ
g a Ponens triſtitiam. b Ad differentiam Simonis Petri. c Huius caſus confirmat alios in humilitate. d Memoria mortis.
h i & Simonẽ Chananæum, & Iudam Scarioth, qui & tradidit
k a Felix occupatio ſaluatoris, fœlix ſtudium turbæ confluentis. b Idiotæ minus eruditi.
l illum. Et veniunt ad domum, & conuenit iterũ turba, ita vt 2
m Etiam. 3
n non poſſent neque panem manducare. Et cum audiſſent 4
o

Qui os lampadis eſt, qui illuminat ore quod accepit: cui datũ eſt opus oris illuminati. Hoc loquutionis genus ſæpe ſcriptura commemorat, quando nomina propter myſteria ſunt po-
B ſita, quod nunc euangeliſta, ex Dei perſona vehementer affectans interſerit.
e *Et Bartho.* Hieron. Qui eſt filius ſuſpendentis aquas illius
Eſa. 5. b. ſcilicet qui dicit. *Mandabo nubibus meis ne pluant.* Nomen vero filii Dei per pacẽ & dilectionem acquiritur. Beati enim paci-
Matth. 5. a. Luc. 6. d fi. quoniã fi. d. v. Et diligite inimicos veſtros vt ſitis filii Dei.
f *Et Matthæum*. Qui eſt donatus, cui non ſolũ remiſſio peccatorum, ſed etiam in apoſtolorũ numero eſſe datur, vt leo &
Eſa. 11. b. & 65. d. bos ſimul comedant, & lupus cum agno.
Nota, quod alii euangeliſtæ Matthæum præponunt, & publicanum non dicunt. Ipſe poſt Thomam ſe ponit, & publicanum, ſe dicit.
g *Et Thomam*. Hiero. Qui eſt abyſſus. Multi enim profunda
2. Cor. 12. a. ſciunt, ſed non proferunt. *Vnde ſcio hominem in Chriſto, &c.* vſque, quæ non licet homini loqui.
Beda. Thomas abyſſus, quia altitudinem virtutis in reſurrectione penetrauit. Vel geminus Græce, quod dicitur dydimus, id eſt, dubius propter dubium cor, quia reſurrectionem vix credidit.
Pſal. 90. b. h *Et Ia. Al.* i. docti vel milleſimi cuius a latere cadent mille, & decem millia a dextris tuis. Hieron. Iacobum Alphæi,
Eph. 6. b. cui non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & po. te. &c.
Beda. Iacobum Alphæi, qui & frater domini dicitur, quia.
Ioan. 19. c. Maria Alphæi fuit Soror matris domini quã Ioannes Mariã Cleophæ dicit fortaſſe, quia idem Alphæus & Cleophas. Vel defuncto Alphæo poſt natum Iacobum Cleophæ nupſit. Qui merito filius Alphæi, id eſt, doctũ inde enim poſt reſurrectionem, ſtatim Ieroſolymorum ordinatur epiſcopus, tanquam doctus vel docti filius.
Luc. 6. c. Act. 1. b. i *Thadæum*. Cuſtos cordis. Hũc Lucas in euãgelio, & in actibus apoſtolorum Iudam Iacobi nominat, quia frater Iacobi
C fratris domini. Vnde dicitur filius Mariæ matris Iacobi & Ioſeph & Iudæ & Simonis.
Hiero. Et Thadæum qui eſt corculus, id eſt, Cordis cultor qui ſeruat cor ſuum omni cuſtodia. Munditia namque cordis videtur Deus, vt per vitrum mundum.
K *Et Simonem*. BEDA. Simon Chananæus a chana vico Galilææ, qui & Simon zelotes, id eſt, æmulator. Chana zelus, chananæus Zelotes.
l *Et Simon Chananæum*. Qui & Zelotes Simon ponens vel habens triſtitiam. Beati namque qui lugẽt, quoniam ipſi con. Trinum luctum implet qui conſolationem quærit futuram. Deflet propria peccata cum Dauid & Maria. Cum Paulo flet cum flentib. Et flet multum cũ Ioanne qui dicebat. Et ego flebam multum, quia nemo dignus inuẽtus eſt qui ape. li. & ſol. ſig. eius. Zelotes autem dicitur quem comedit Zelus domus Dei, vt Phinees: & ceſſauit quaſſatio.
m *Et Iudam Sca.* Qui non delet peccatum ſuum per pœnitentiam, nec illud deletur per memoriam. Vnde *& peccatum matris eius non deleatur. Fiat contra do. ſper.*
Iudas confitens vel glorioſus, Scarioth memoria mortis. Confeſſores multi ſunt in eccleſia ſuperbi & glorioſi, quorũ primus Simõ magus, & alii hæretici, quorum memoria mortalis in eccleſia celebratur, vt deleatur.
Hieron. Iudas Scarioth a vico in quo ortus, aut a tribu Iſachar. Iſachar merces, precium. ſ. perditionis. Scarioth memoria mortis, quia non repente, ſed præmeditatus Deum tradidit. Hic prouide inter apoſtolos eligitur, quia magna vis veritatis quã nec aduerſarius miniſter infirmat. Voluit dominus prodi a diſcipulo, vt tu a ſocio proditus modeſte feras, tuũ erraſſe iudicium, tuum periſſe beneficium.
Hiero. Hi enim apoſtoli circa tabernaculum domini per quadrum terni excubãt, & ſancta domini verba propriis operum humeris portant, vt tabernaculũ vnum manſionib. multis ad terrã promiſſionis portẽt, quos vnius exemplum ad timorem humiliat, vt angelos luciferi caſus, vt nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua, ſed qui gloriatur in domino glorietur.
n *Et veniunt, &c.* Beda. Qui aliorum curam ſuſceperũt, ſollicite cuſtodire debent conſcientiæ domum, vt ſe prius, inde alios regant.
Hiero. Domus in qua cõueniet, primitiua eccleſia eſt. Turbæ quæ impediunt panem manducare, peccata & vitia ſunt quia *qui manducauit corpus domini indignus iudicium ſibi manducat & bi. non di. c. d.* Vnde dominus in furorem vertitur cum dicit. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & bi. e. ſ. n. h. v.*
o *Et cum audiſ. &c.* Turba frequentat eũ, ſui tãquã furioſum deſpiciunt, in quo ſalus gẽtiũ notatur, & inuidia Iudæorum reprobatur de quibus, *In propria venit & ſui eum nõ receperunt.*
Victor

NICOLAVS DE LYRA.

1 Boanerges &c. fil. tonit. *Sic enim vocati ſunt a Chriſto, quia in transfiguratione Chriſti audierunt verbum Dei patris dicentis de Chriſto.* Hic eſt filius meus dil. &c. *Quod quidem verbum vocatur tonitruum ſecundum illum modum loquendi Iob. 26. d. Cum vix paruã ſtillam ſermonis eius audierimus, tonitruum magnitudinis illius quis poterit intueri?*
2 Et ve. *Hic conſequenter remouetur dubium. Ex hoc enim, qđ contulerat poteſtatem prædicandi apoſtolis, poſſet aliquis credere, quod in perſona propria vellet a prædicatione ceſſare, quod remouetur per hoc quod feruentius prædicauit quam prius. Et iſte feruor primo oſtenditur in generali, ſecundo in ſpeciali ſ. ca. Adhuc circa primũ dictus feruor primo oſtenditur, ſecundo, irrationabilis loquutio ex hoc inſurgens expellitur, ibi.* Et cum audiſſent ſui. *Circa primum dicitur.*
3 Et conue. ite. tur. *Ad audiendum verbum Dei ab ipſo, & ipſe ita ferventer intendebat prædicationi, quod ipſe & diſcipuli eius non habebant tempus manducandi.*
4 Et cum audiſ. *Hic irrationabilis loquutio inſurgẽs ex prædicto feruore repellitur, & hoc in tribus caſibus. Secundus ponitur, ibi.* Et ſcribę. *Tertius ibi.* Et veniunt mater eius. *Circa primum ſciendũ quod illi qui erant de cognatione ſua ex parte matris videntes inſolitũ feruorem in eo, quia ſicut dictum eſt, propter feruorem prædicandi omittebat horam comedendi. Videbant etiam in vultu eius inſolitam claritatem ex virtute diuinitatis procedentem. Item audiebant eum*

MORALITER.

v *Et conuenit ite. tur. &c.* Hoc eſt contra illos, qui dimittunt opus prædicationis propter ſaturitatem comeſſionis.
4 *Et cum au. &c. exi. te. eum.* Similiter illi qui ſunt feruidi ad ſequendum Chriſtum a mundanis hominibus inſani reputantur, & ab eis quantum poſſunt teneantur.

Et … Quo-

a Diſcipuli. b Quem faciunt alij magnum, ſui deſpiciunt, quia non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua. c Tanquam furioſus. d Quia ſapientiæ eius altitudinem capere non poterant, alieno ſenſu loquutum putabant. e Ex hoc errabant diſcipuli.

ſui exierunt tenere eum: dicebant enim quoniam in furorem

a Sapientes.

a verſus eſt. † Et ſcribæ qui ab Ieroſolymis deſcenderant, di- 1

b a Hoc. b Hic patitur ipſe quod nos pati docuit dicens: Beati eritis cum maledixerint vobis ho. c Vir muſcarum.

c cebant, quoniã Beelzebub habet, & quia in principe dæmo-

a Vt probet ratione, quia neque mentecaptus eſt, neque in beelzebub eijcit dæmones. b Vt non intelligant donec capiantur.

niorum eijcit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dice- 2

Hoc. ¶Sicut dicitis me in Beelzebub eijcere dæmonia. ¶Nullo modo quis.

d bat illis: Quomodo poteſt Sathanas Sathanam eiicere? Et ſi † †

Cauſa præmiſſa. a Dæmones pugnent contra ſe. b Diſcordia maximæ res dilabuntur.

regnum in ſe diuidatur, non poteſt ſtare regnum illud. Et ſi †

Aliter probat idem. a Contra. Pugnando.

domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa

Ergo. De cuius regno eſtis. Contra.

ſtare. Et ſi Sathanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus

a Vos dicitis, quia in Beelzebub eijcio dæmonia, ſed. Nemo po. &c. b Homines a diabolo deceptos. c Diaboli.

e eſt, & nõ poterit ſtare, ſed finẽ hẽt. Nemo poteſt vaſa fortis †

a Be. Mundum in maligno poſitum, in quo vſque ad aduentum Saluatoris quaſi in pacato imperio ſine contradictione quieſcebat. b Diabolum. c A ſeductione compeſcit.

f ingreſſus in domũ diripere, niſi prius fortẽ alliget, & tũc do

a Ereptos a diabolo eccleſiæ adunauit, & per diſtinctas graduum dignitates ordinauit. Dicitis me immundum ſpiritum habere, ſed. Hæc contra Nouatianum qui in martyrio lapſis veniam negat.

mum eius diripiet. † Amẽ dico vobis, quoniam oĩa dimitten-

Digne pœnitentibus. a In quoslibet. b In Deum.

tur filiis hoĩum peccata & blaſphemiæ, quib. blaſphemaue-

A ✲ Victor Antiochenus. Vnde iſti venerint, vel vnde Chriſtum furere audiuerint, diſerte non exponitur. Probabile fit autem malum hoc a Scribis & Phariſæis, qui a Ieroſolymis venierant, ortũ fuiſſe. Illi n. cum admirabilia eius facta audiuiſſent, turbaſque ingentes circumfuſas vidiſſent, inuidia ſimul & ira perciti, & quaſi in veſaniã acti illũ furere dixerunt, atque ita vt eum tenerent, irruerunt, alijſque vt idem facerent, authores fuere. Arbitrabantur enim & illum pati, quod ipſi re vera patiebantur, furia enim aperta, & pudenda mentis veſania erat, tantarum rerum opificem, tantumque animarum curatorẽ, cœleſtiſq; doctrinę magiſtrum, in furorem verſum exiſtimare. Quamobrem turbæ multo in Chriſtum æquiores erãt quam Iudæorum proceres. Horum enim mentis iudiciũ impediebat ambitio, vanæq; gloriæ cupido, illorum vero quædam animi hebetudo mentiſque caligo.

✲ Theophylactus. *In furorem verſus eſt*, ideſt, dęmonium habet & furit, & ideo eum tenere volebãt, vt incarcerarent tanquam dæmoniacum. Et quidam ſui hoc volebant, id eſt, propinqui forte compatriotæ eius, vel fratres eius. Stulta autem fuit inſania, quod tantorum miraculorum factorem, in furiam verſum concipiunt.

a *Et ſcribæ.* Beda. Si qui tarditate mentis nõ intelligunt verbum Dei, remanet tamen ſpes ſalutis, ſi forte intelligãt. Qui autem intelligere nolunt & inuertunt quod intelligunt, nulla ſpes eſt. Vnde, ſcribę, ideſt, ſapientes, &c.

b *Ab Ieroſolymis.* Quod ſignificat eum a ciuibus ſuis eſſe perſequendum vſq; ad mortem. Legimus ſupra quia ſequuta eſt eum turba a Galilæa & Iudęa & Ieroſolymis, & trãs Iordanem & circa Tyrum & Sidonẽ, quæ ſunt ciuitates gẽtilium, & Scribę ab Ieroſolymis blaſphemabãt, quia turba populi Iudęorum illum cum palmis & laudibus perduxit, gentiles deſiderabant, ſcribę & ſeniores populi de nece eius tractabant.

c *Beelzebub habet.* Vir muſcarum ſiue habẽs muſcas, quo nomine principem dæmoniorum cognominabant propter ſordes immolatitij cruoris.

C d *Quomodo poteſt Sathanas, &c.* Beda. Eligant quod volunt. Si Sathanas Sathanam non poteſt eijcere, nihil cõtra dominum dicunt. Si autem poteſt, recedant a regno eius, quod diuiſum ſtare non poteſt. D

* Victor Antiochenus. Dominus ab ipſa rerum natura, quod illi dicebant fieri non poſſe validiſſime probat. Siquidem omne omnino regnum inteſtinis tumultibus & ſeditionibus inter ſe diſſectum, non poteſt paulatim non infirmari, penituſque tandem dilabi. Hoc ipſum etiã in familijs, & ciuitatibus, & quibuſcunque alijs communitatibus contingere videmus. Ea ppter ſi Sathanæ regnũ inter ſe diuiſum eſt, vt re vera diuiſũ eſt, interitui vicinum ſit neceſſũ eſt. Quandoquidẽ imperium quod dæmones obtinent, in homines potiſsimum obtinẽt. Si hoc autem ſibi mutuo adimunt, nihil aliud dici poteſt, quã regnum illorum diſſolutum iam eſſe. Quod ſi vero diaboli regnũ adhuc ſubſiſtit, iſque rerum humanarum etiamnũ potitur, manifeſtum fit, regnum illius necdum de medio ſublatum eſſe, atque ideo Sathanam diabolum non expellere. E

e *Nemo poteſt.* * Idem. Quandoquidem homines propter peccata dæmonum vaſa euaſerant, inque poteſtatem illorum deuenerant, fieri non potuit, vt dæmones ſuo illo peculio prius arcerentur, quam bello fuſi, in vincula paterentur, ne amplius videlicet ſeſe erigere, nouaque in poſterum bella, de adempta ſibi poſſeſsione ciere poſſent. Hæc autem dæmonum fuſio, & in vincula petitio, a dæmonibus nunquam eſt facta, ſed neque fieri quoque potuit, vt ipſi ea poteſtate, quam in homines exercebant, ſe mutuo quoque ſpoliarent.

✲ Theophylactus. Exemplum tale eſt. Fortis eſt dęmon, vaſa eius ſunt homines in quibus recipitur. Niſi ergo quis prius vincat dæmonem & alliget, quomodo vaſa eius, id eſt, dæmoniacos ab eo diripiet? Sic & ego qui diripio vaſa eius, id eſt, libero homines a dæmoniaca paſſione, prius alligo dæmones & ſupero illos, & inimicus eorum ſum.

f *Et tunc domum eius diripiet.* Beda domum diripuit, quia omnes mũdi partes a diabolo poſſeſſas, apoſtolis & eorum ſucceſſoribus quaſi diuiſas prouincias, vt populos ad fidem conuerterent diſtribuit. F

*Qui*

## NICOLAVS DE LYRA.

*eum loquentem de diuinis ardua, & inſolita, & per conſequens eis non intelligibilia, ideo credebãt eum loqui ſicut arreptitium vel furioſum: ideo voluerunt eum tenere & ligare, ne ſibi vel aliis poſſet nocere, & iſti mouebantur pietate. Circa caſum ſecundum qui ponitur, cum dicitur.*

1 Et ſcribæ. *Conſiderandum, quòd iſti moti contra Chriſtum inuidia & malignitate dicebant ipſum Chriſtum habere quendam dæmonẽ priuatum, aliis dæmonibus ſuperiorem, per cuius virtutem expellebat dæmones inferiores a corporibus obſeſſis ab eis, et ideo Chriſtus illorum & iſtorum irrationabilia verba repellit cum dicitur.*

2 Et conuocatis eis. *Quia rationabiliter loquendo, oſtendit ſe non eſſe furioſum. Et vera & ſancta docendo, oſtendit ſe non habere dæmonem priuatum, cum ſit pater mendacii, vt habetur Ioan. 8. Cætera patent ex his quæ dicta ſunt Matth. 12.*

Et ve-

## MORALITER.

† *Quomodo poteſt Sathanas Sathanam eijcere.* Hoc autem moraliter fit quando vitium vnum aliud expellit, vt prodigalitas auaritiam, vel econuerſo.

* *Et ſi re. in ſe diuida.* Regnum animæ diuiditur, quando ſenſualitas rationi contrariatur.

† *Et ſi domus ſuper ſe.* Hoc contingit, quando in eodem homine habitus malus ad aliquid declinat, cui conſcientia recalcitrat.

† *Nemo poteſt vaſa fortis.* Iſte fortis eſt fomes, qui fortiter incli-

A a *Qui autem blaſphe.* Hier. Quia non meretur pœnitentiā agere vt accipiatur, qui Chriſtū intelligens, principē dæmoniorum eſſe dicebat, quia nunquā ſoluitur a carcere qui quadrātem verbi nouiſſimum non ſoluerit ante finē vitę. Quatuor namque partibus ſundatur denarius ęternę vitæ, vt quod corde credis, ore cōfitearis, & quod cōfiteris, opere cōpleas, & quod compleueris, docere non ceſſaueris. Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

Denarius qua tuor partib.

Matth. 5. cap. 14. diſt. cap. qualis

Ibidem 11. c.

Beda. Matthæus dicit. *qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum vel verbum dixerit contra ſpiritum ſanctum, non habebit remiſſionem neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Vbi oſtendit quædam reuelari in futuro. Quod de minimis intelligēdum eſt, vt

B de ſermone ocioſo, de riſu nimio, quorū etiam hæc vita veniam promeruit.

a Ideſt. Qui intelligens opera Dei, cum negare non poſſit ex inuidia contra dicit. & opera ſpirituſſancti dicit eſſe Beelzebub. b Quia pœnitere digne non poteſt

a runt. † qui autem blaſphemauerit in ſpiritumſanctum, non

a Quia ſimilis diabolo, contra conſcientiam ſuam maieſtatem Dei oppugnat. b Quia ipſe delinquit qui nunquam pœnitet.

b habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æternis † delictis

c quoniam dicebant, ſpiritum immundum habes. | Et veniunt 1

Eo prædicante. Populus Iudæorum. a In litera. b Foras.

mater eius & fratres foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes

a Be. In ſpirituali intelligentia quieſcebat. Gentilium.

d eum. Et ſedebāt circa eum turba, & dicūt ei. Ecce mater tua

a Nos quoque ſi foris ſtemus, non cognoſcemus.

& fratres tui foris quęrunt te. Et reſpondens eis ait. Quæ eſt

Vt attentos faciat.

e mater mea, & fratres mei? Et circumſpiciens eos qui in circumitu eius ſedebant, ait. Ecce mater mea, & fratres mei.

a Propter vtrumque ſexum fidelium.

f qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

noſter dixerit, neq; cōuitium in filium abſolute remiſſibile, neq; blaſphemiā rurſus in Spiritumſanctum ſimpliciter irremiſſibilē definire vult. Quaſi nullus prorſus eiuſmodi blaſphemis pœnitētiæ locus ſit relictus, verum cōparatione quadam inter hanc & illam contumeliā facta, indicat eam quę cadit in filium, tanquam quæ in hominem proxime ferri videatur, multo minorē cenſeri illa, quę fit in Spiritumſanctum.

c *Reus erit æter. de.* Bed. Nō quia ſpiritum non eſſe, vel quia eſſe, ſed nō Deū eſſe, vel Deum eſſe, ſed minorē patre & filio, quia hoc nō inuidia diabolica, ſed humana ignorantia, ſed, *quoniam dice. &c.*

d *Fratres.* Hiero. Nō filij Mariæ ſemper virginis vt mentitur Heluidius, vel Ioſeph ex alia vxore, ſicut alij garriūt, ſed cognati.

✠ Victor Antiochenus. Blaſphemiā in Deum (quem Spirituſſancti nomine deſignat, ſiquidem vt ſpirituſſancti virtus eſt regnum Dei, ita conuitium in ſpiritumſanctū, eſt blaſphemia in Deum) venia indignum pronunciat. Dicitur autē peccatum venia indignū, quia ex ſe veniæ cauſam non adfert. At vero blaſphemiam in filiū cum altera illa collatam venia dignā affirmat. Nam etſi hic reipſa Deus eſſet, vulgo tamē tenuis ſortis, obſcurique generis homo habebatur. At grauius cenſetur peccatum in Deum quam in hominem.

b *In æter.* Hoc contra Origenem, qui omnibus peccatoribus veniam promittit poſt iudicium trāſactis innumeris ſeculis.

✠ Victor Antiochen. Apud Matthæum legitur. *Qui dixerit verbum in ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* hoc eſt, neque ſupplicium in hoc ſeculo in blaſphemos conſtitutum euadet, neque illud etiam quod in futuro. Quandoquidem lex morte illū multari iubebat, qui in Deū blaſphemus extiterat. Cui legis decreto Dominus ſeſe confirmans, eiuſmodi peccatum neutrobique remiſſum iri comminatur. Hęc aūt cum de blaſphemię peccato Seruator no-

Bed. Mater & fratres, populus Iudęorum ex quibus Chriſtus ſecūdum carnē, foris ſtant in literali ſenſu. Turba in domo, gentes in ſpirituali myſterio. Foris volunt Iudęi videre Chriſtū, quia ſpiritualem intelligentiam non quęrentes, potius ad carnalia docenda eum exire cogunt vel quærunt.

e *Quæ eſt mater.* Beda. Non refutat obſequi matri qui dicit *Honora patrē & matrē*. ſed oſtēdit ſe plus debere paternis miniſterijs, quā maternis affectibus, idē exēplo monſtrauit, quod verbo ait. *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus.* Nec fratres iniurioſe cōtēnit, ſed opus ſpirituale præfecit cognationi, docēs meliorē eſſe copulā cordiū quā corporū.

f *Ecce mater mea &c.* Hier. Vt ſciamus nos eſſe & fratres eius & matrem ſi voluntatē patris eius fecerimus, vt cohęredes ſimus quia nō in ſexib. ſed in factis diſcernit. Soror & frater credendo, mater prędicando dum per prędicationem amor Chriſti quaſi ipſe Chriſtus in corde auditoris generatur.

✠ Theop. Non negans matrem hoc dixit, ſed oſtendens quod nō ſolum eſt digna honore propter hoc quod genuit Chriſtum, ſed propter omnem aliam uirtutem.

---

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Et veniunt mater eius & fratres. *Hic cōſequenter ponitur tertius caſus. Ipſo enim prædicante nūciatum fuit ſibi inſidioſe, quod mater eius & fratres ſtabāt foris ad tentandum, ſi ex affectu carnali ad matrem dimitteret vel interrumperet prædicationem, & ipſe hoc verbū malignū repulit rationabiliter vt patet ex his quæ dicta sūt. Matt. 12.*

---

MORALITER.

inclinat ad malum, ſed per rationem fortiter alligatur, quando virtutis habitus in iraſcibili & concupiſcibili per bonum exercitium confirmatur, & tunc eius vaſa, ideſt opera diſſipantur.

1 *Et veniunt mater eius & fraters foris ſtantes.* Chriſti mater, & eius fratres poſſunt dici ſynagoga & Iudæi, qui foris ſtare dicūtur Chriſto prædicante, quia gentibus Chriſto credentibus ſynagoga cum Iudæis extra fidem manſit pro maiori parte.

---

CAP. IIII.

a ET *iterum cœpit docere.* Beda. Exiens de domo vbi dæmonium habere dicitur, docet ad mare, vt oſtenderet ſe ob perfidiæ culpam Iudęam relicturum & ad gentes tranſiturum. Vnde apte præmittitur, quia prædicāte eo in domo, mater & fratres foris ſteterunt.

Luc. 8. a

Hieronymus. Cœpit docere ad mare, vt locus indicet auditores amaros & inſtabiles. Et ideo in parabolis loquitur vt qui non intelligerent, ab apoſtolis quos contemnebant inquirentes diſcerent myſterium regni quo carebāt. Mare mūdus eſt, qui gratus amarus eſt, & vitiorum fluctib. inquietus, ſed ab ipſo domino eripiuntur prædeſtinati, qui amara dulcificat, triſtia conuertit in gaudium, ægritudinem in ſalutem.

CAP. IIII.

Eodem die, vnde Matthæus poſt ſuperiorem ſermonem, continuo ſubiunxit. In illa die exiens, &c.

a ET † iterum cœpit docere † ad mare, & congregata eſt 1

*Nauim*

---

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

1 ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata eſt, &c. *Hic conſequenter oſtenditur feruor prædicandi in ſpirituali. Et primo deſcribitur feruor prædicationis, ſecundo, ex hoc inſurgens liuor æmulationis, in principio 6. cap. Circa primum euangeliſta primo deſcribit prædicationis typum, ſecundo, prædicationis fructum, ibi* Et dice. Sic eſt regnum Dei. *Tertio, confirmans miraculum, ibi* Et

---

MORALITER.

1 *Et iterum cœpit, docere ad mare, & cong.* Sequitur.

*Et*

a *Nauim aſcendens ſe.in ma.* Beda. Eccleſiam, quę eſt in mari inter infideles, quam Deus gratia ſuę viſitationis illuſtrat, & dilectam ſibi manſionem conſecrat.
b *Et omnis turba circa mare.* Hiero. Hi ſunt qui nuper ad audiendũ verbum venerunt, inde pietate animi, ab amaritudine reptoborum tanquam a mari ſequuti ſunt, ſed nondum cum domino in naui ſunt, quia nõdum cœleſtibus myſteriis vel ſacramentis quæ deſiderant imbuti ſunt.
c *In parabolis multa.* Parabola eſt rerũ natura diſcrepãtium ſibi ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio. More ſuæ prudentiæ loquitur, vt qui cœleſtia capere non poterant, per ſimilitudinem terrenam audita percipere potuiſſent. Grece, ſimilitudo dicitur quando quod intelligi volumus, per aliquas cõparationes indicamus, vt ferro, aliquem durũ, velocem, ventis comparamus & auibus. Idẽ fit in triceſimo ſexageſimo & cẽteſimo fructu, id eſt, lege prophetia, & euangelio, q̃ in ore triũ teſtium myſterium regni in monte oſtenſum, id eſt, Moyſi, Elię & Ieſu conſiſtit.
✻ Victor Antiochenus. Indicat euangeliſta appoſite accurateque theatrum inſtituiſſe, vt nulli omnino dorſum obuerteret, verum omnes ex aduerſo poſitos haberet. Cęterum parabolę quas ordine hic iam ſubiungit, aliud ferme nihil eſſe videntur, quam quędã earum rerum adumbrationes, & quaſi delineationes, quas circa verbi miniſteriũ euenturas, iã tum pręuidebat. Orditur autem a prędicationis fructu & incremento, illorumq; qui fide deſtituti, aliorum more, aures cęleſti doctrinę non accommodant, peruerſitate.
d *Aliud cecidit ſecus viam, & venerunt volucres, &c.* Lucas. *Et cõculcatum eſt, & volucres cœli comederunt.* Via mẽs, metu carnaliũ cogitationum trita, vñ ſemẽ perit nec fructum affert, & a volucribus rapitur, id eſt, a dæmonibus. Qui volucres cœli dicuntur, ſiue quia cęleſtis & ſpiritualis naturæ, uel, quia in acre habitant.

a Be. Frequentia populorum ad fidem confluentium.
a ad eũ turba multa, ita vt in nauim aſcendens ſederet in mari
Infidelium.
b omnis turba circa mare ſuper terram erat, & docebat illos
c in parabolis multa, & docebat illos in doctrina ſua. Audite.
a Chriſtus. De ſinu patris in mundum, vel de Iudæa ad Gentes, vnde Habacuc. Egreſſus es in ſalutem populi tui. b Verbum per ſe vel per ſuos.
† Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum. Et † dum ſeminat, a- † facta eſt dũ ſeminaret. D
a Circa.
d liud cecidit ſecus viam, & venerunt volucres, & comederunt
a Be. Duritiam proteruæ mentis. b Be. Leuitatem animi obedientis.
illud. Aliud vero cecidit ſuper petroſa, vbi nõ habuit terram
a Be. Quia audito verbo ad horam delectantur.
multã & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat alti-
a Probitatem animi cęleſti diſciplina exercitati, & ad obediendum regulariter inſtituti. b Feruor perſequutionis.
tudinem terræ, & quando exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eo
a Firmi deſiderii. b Quia huiuſmodi ad horam audito ſermone delectantur. c Corda diuitiarum cura ſollicitata.
quod nõ habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas,
a Multiplicatæ ſunt diuitiæ. b Nec poteſt fructificare verbum: Ideo.
& aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum
Fidelem mentem.
non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentem, & afferebat vnum trigin-
a Fidem ſanctæ trinitatis. In coniugatis, quod ſignificat index & pollex, ad ſignificandum tricenarium quaſi blando oſculo iuncti. b In viduis. c In virginibus. d Significat ſe alta dixiſſe.
ta, & vnum ſexaginta, & vnum centum. Et dicebat. Qui ha-
a Cordis b intelligat. c Secretus a turba.
bet aures audiendi audiat. Et cum eſſet † ſingularis, interro- † ſolitarius
a Diſcipuli.
1 gauerunt eum hi † qui cum eo erant duodecim parabo-
a Qui mecum non his qui foris ſunt. b Secreta ſcripturarum.
lam. † Et dicebat eis. Vobis datum eſt † noſſe myſterium † ſcire
a Nolunt accedere. b Non in naui mecum. c Non modo verba, ſed & facta, quia non poterant capere ſpiritualia, quæ in eis tegebantur.
regni Dei, Illis autem qui † foris ſunt, omnia in parabolis

✻ Victor Antiochenus. Quo auditorem attentiorem reddat, præſentem parabolam inſtar prœmii in acie collocat. Docet autem per ęnigmata & parabolas, primo quidem propter ſcribas & phariſęos, qui multitudini admixti erant. Mox vero quo ſermonẽ illuſtriorem apertioremq; reddat. Poſtremo quo res per parabolas ſenſibus quodammodo ſubiicens, cognitu obſeruatuq; neceſſaria, auditorũ memoriæ altius imprimat. Porro non dicit, qui ſementem faciebat, ſemen iuxta viã ſparſiſſe, ſed ſemẽ iuxta viã cecidiſſe. Aliud vero cecidit ſuper petroſã, aliud inter ſpinas, aliud in terram bonam. Atque ita ex toto ſemine, quarta dũtaxat pars ſeruatur. Sed neque hoc quoque fructũ ex æquo fundit, ſed magno cum diſcrimine. Hæc autem ea de cauſa proponitur, vt hinc intelligamus, Chriſtum dominum copioſe & candide citra vllam perſonarum acceptionem, diuinum illud verbi ſemen ſpargere, omnibuſque proponere, vt enim illi qui agrum ſeminant, inter hanc & illam agri partem non ſecernunt, ſed ſimpliciter & indiſcriminatim ſemen deiiciunt, ita Seruator noſter, quod ſuarũ erat partium, omnibus p̃miſcue diuini verbi pabulum offerebat, eſto, quid de multis futurũ erat, nõ ignoraret. Cęterũ prophetæ de Iudaici populi cętu, perinde quondã verba faciebant, atq; de quadã vinea. Chriſtus vero eccleſiæ corpus ſementi cõparat. Cum autẽ audis, exiit q̃ ſeminat ad ſeminandum, ne ταυτολογίαν ineptãq; repetitionẽ cõmitti exiſtimes. Si quidẽ ſator non ſemper ad ſeminandũ egreditur, ſed interdũ quoque p̃p alia quædam negotia, puta vt herbas noxias extirpet, &c. Hoc autẽ loco ſeminator ad ſerendũ egreſſus dicitur. At vñ prouenit, inquis, vt maior ſeminis pars interierit? Interitus cauſa non extitit penes ſeminantem, ſed penes terram, quę ſemẽ exceperat, hoc eſt, circa auditorum animas, tametſi Dominus, ne auditores vehemẽtius perſtringat, aut ne quem forſan in deſperationem coniiciat, diſerte id non aſſerat. Per hanc parabolam diſcipulos inſtruit, E F

Victor

NICOLAVS DE LYRA.

Et ait in illa die. *Circa primũ primo deſcribitur prædicationis Chriſti tempus & modus. Secundo prædicationis parabola ſiue typus, ibi.* Ecce exiit ſeminans. *Tertio huius parabolæ aperitur intellectus, ibi.* Et cum eſſet ſingularis. *Et iſta pars diuiditur in duas, quia primo aperitur intellectus parabolæ apoſtolis ſpecialiter, ſecundo prædicitur aperiendus per apoſtolos omnibus generaliter, ibi.* Nunquid venit lucerna. *Tres primæ partes expoſitæ ſunt Matth. 13. paucis exceptis.*
1 Et cum eſſe ſingularis. *Id eſt, extra preſſuram turbarum, tunc expoſuit parabolam apoſtolis.*

Nun-

MORALITER.

† *Ecce exiit ſeminans.* Sicut docet quis verbo, ſic etiam exemplo. Matthęi 13. parabolam iſtam expoſui de verbo doctrinę hic autem exponi poteſt de exemplo vitę, quod ſemen dici poteſt. Videntes autem exemplum hoc ſemen recipiũt, ſed diuerſimode. Nam aliqui ſunt dęmonum ſuggeſtionib. perſuaſi qui rapiunt ſemen illud, ſignificati per volucres, p̃ ſuperbiam alta petentes. Aliqui vero ſunt, in malitia indurati ſicut petra propter quod ſemen in eis non facit fructum. Aliqui vero ſunt ſicut ſpinæ pungitiui & maledici, propter quod ex bono exemplo non proficiunt ſed magis deficiunt attribuentes illud hypocriſi. Aliqui vero ſunt bonæ voluntatis & deuotionis, & iſti proficiunt inde diuerſis tamen gradibus ſecundum gratiam a domino ſibi datam.

instruit, ne animo
A conſternantur, ſi plures interdum, ex his qui euangelij doctrinam exceperant, perire, quam ad ſalutis portum appellere intelligant. Et quidem agricola iure incuſaretur, ſi temere vbiuis ſemen diſpergeret. At doctor ſi hoc fecerit, laudē promeretur. Agricola, inquam, non iniuria reprehenderetur ſi citra vllum ſoli delectum, ſemen deijceret, quia is petroſam, vt neque protritam, neque ſpinoſam in pinguem & vberem mutare valet. Verum in ſpiritali ſemente, poteſt tellus ſaxea in pinguē glebā tranſmutari. Sic rurſum anima quæ ante inſtar viæ publicæ ab omnis generis vitijs calcabatur, ab ea con-
B culcatione liberari poteſt, & in fructuoſum ſolum verti.

† temporarij

† curæ
* huius

a *Vt videntes non videant*. ✲ Idem. Videndi facultas aderat illis ex illius, & per illi⁹ gratiam quē coram cernebant. Quod autem nihil videbant, hoc inde oriebatur, quod oculos ſuos ad obiectam lucem ſtudioſe clauſerant, ſeſeque nihil videre maligne confingerent. Sic quoque quod non audirent, ex eo prouenie-bat, quod illa quæ dicebantur, intelligere non vellent, ſed publice contemptui ducerent.

† Matt. 5. b Luc. 8 c. & 21. c

† in propatulum

† Matt. 7. a Luc. 6. f.

*qui auditis
† Luc. 8 c
Marc. 13. b

a Exterius. b Exteriora. c Corde. d Exterius.
a fiunt, vt videntes videant, & nō videant, & audientes audiāt,
¶Corde. a Ideſt, vt non. b Q. Ideo non conuertuntur, nec remittuntur eis peccata.
& non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur
a Excitat attentionem.
eis peccata. Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Qui ſeminat verbum
¶In quibus.
b ſeminat. Hi autem ſunt qui circa viam vbi ſeminatur ver-
a Quia nulla fide, nullo intellectu, vel tentandæ vtilitatis occaſione percipiunt.
bum, & cum audierint, & cōfeſtim venit Sathanas & aufert verbum quod ſeminatum eſt in † cordibus eorum. Et hi ſunt
¶Be. Hi vtilitatem probant deſiderium geſtant, ſed aduerſa impediunt quæ formidant.
ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur, qui cū audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud, & non habent ra-
¶Fidem firmam. a ¶Ad tempus credunt. ¶Ergo. b Interiori.
dicem in ſe, ſed † temporales ſunt, deinde orta tribulatione
a De loco ad locum.
& perſequutione propter verbum, confeſtim ſcandalizan-
¶Diuitijs, qui diuerſis curis pungunt, qui permultis indigent, qui permulta poſſident.
tur. Et alii ſunt qui in ſpinis ſeminantur, hi ſunt qui verbum
a Curarum. b Appetitus deficiens.
audiunt, & † ærumnæ ſeculi, * & deceptio diuitiarū, & circa
a Acquirendi. b Ideſt, ſtrangulant guttur mentis, nec bonum deſiderium ad cor tranſire ſinunt.
c reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſi-
¶Fidelem conſcientiam.
ne fructu efficitur. Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſemi-
a Beda. Hi excipiunt, conſeruant, & fructificant.
nati ſunt, qui audiunt verbum, & ſuſcipiunt, & fructificant,
a Fidem trinitatis in electorum cordibus. b Perfectionem bonæ operationis, quia ſex diebus ornatus mundi expletus eſt. c Be. Perpetuam beatitudinem, quia centenarius a læua transfertur in dexteram digitali computatione.
vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum. Et dice-
a Q. Vobis datum eſt a. m. r. ſed cæteris per vos idem myſterium reuelandum, & ideo carnali timore non abſcondatis. ¶Verbi Dei. b Vita veſtra.
d bat illis: † Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut 1
a Carne. b Corpus. ¶Vt dominetur. 2
e ſub lecto? Nonne vt ſuper candelabrum ponatur? † Non eſt 3
f Alias reueletur. 4
enim aliquid abſconditum, quod non manifeſtetur, nec factum eſt occultum, ſed vt † in palam veniat. Si quis habet 5
a Intelligendi verbum Dei. b Memoriæ mandet. Non te ſubtrahat, non auditum ad fabulas conuertat. c Q. Omnia quæ poteſtis ſolerter facite, quia in qua menſura men. fue. reme. vo.
aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid au-
a In præſenti, ſenſus intelligendi, & effectus operādi, & in futuro dona æternæ retributionis adijcientur.
g diatis. † In qua menſura menſi fueritis, † remetietur vo- 6
a Q. Verbo quod auditis operam date. Qui enim habet, &c. b Amorem verbi. c Senſus intelligendi quod amat.
h bis, & adijcietur vobis. * † Qui enim habet dabitur illi, & 7
¶Amorem. a Naturali ingenio, vel literarum exercitio. 8
b Beda. Ideſt, nulla veræ ſapientiæ dulcedine gaudebit. 9
qui nō habet, etiā quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. 10

d *Lucerna, &c.* Hiero. Lucerna: verbū Dei. Modius aut lectus auditus inobedientium. Candelabrū, apoſtoli: quos illuminauit verbum Dei. Abſconditum & occultum, quod palam fit cum a Domino tractatur.

Beda. Modius, vita noſtra diuina præſcientia menſurata. Lectus cato., in qua quieſcit anima. Lucerna verbum quod illuminat. Qui ergo amore præſentis vitæ, & carnalis illecebræ occultat verbum Dei, quaſi ſub modio vel lecto lucernā operit, quia ei carnis concupiſcentias præponit.

e *Nonne vt ſuper candelabrum ponatur?* Beda. Vt dominetur prædicatio veritatis, ſubſit ſeruitus corporis, per quam tamen excelſior appareat doctrina tanquā per candelabrum lucerna.

f *Non eſt enim aliquid &c.* Quaſi dicat. Nolite erubeſcere euangelium, quia nihil occultū modo, quod non fiat palam in iudicio, *quando illuminabit Deus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* vbi vobis a Deo laus illis autem pœna æterna.

g *In qua menſ. mē. &c.* Hieronym⁹. Etenim ſecundum mēſuram fidei vnicuique diuiditur intelligētia myſteriorum, & adijcietur nobis donū ſcientiæ, etiam adijcientur virtutes.

b *Hi autem.* Differentias ponit eorum qui audiunt verbum. Sunt autem quidam, vt gentiles, qui nec audiunt.

Prouer. 7. a c *Reliqua concu. & c. ſuf. ver.* Quod præceptum eſt, præcipitur enim. *Concupiſcens ſapientiam ſerua mandata, &c.* Et alibi. *Beatus*
Pſal. 111. a *vir qui timet dominum in mandatis eius volet nimis.* Hæc concupi-
C ſcentiæ bonæ, qui reliqua concupiſcit, & aberrat.

h *Qui enim, &c.* Scilicet qui fidem habet, habebit virtutem & qui habet opus verbi, habebit intelligentiam myſterij. Et econtra, qui non habet fidem, deficit virtute, & qui non habet opus verbi eius intelligentia caret, & qui non intelligit iam auditum perdit, ac ſi non audiſſet.

*Lucerna,*

*Sic eſt*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid venit lucerna. *Hic oſtenditur doctrina euāgelica per apoſtolos publicanda. Quod factum eſt poſt aſcenſionem Chriſti ad cælos, tunc enim diſperſi ſunt per orbem vt in omnem terram exiret ſonus prædicationis eorum, & etiam ante paſſionem Chriſti miſſi ſunt ad prędicandum, non tamen ita diffuſe, & hoc eſt quod dicitur.*

Nunquid venit lucerna. *Ideſt, doctrina euangelica ſecundum illud Pſal.* Lucerna pedibus meis verbum tuum.

Pſal. 118.

2 Vt ſub modio ponatur, &c. *Ideſt, occulte in latebris doceatur, ſicut doctrinę ſuſpectæ hæreticorū & hominū malorū, quaſi dicat.* Nō.

3 Nonne vt ſuper candelabrum ponatur. *Hoc eſt in palam, & publice doceatur, quaſi dicat. Sic.*

4 Non eſt enim aliquid abſconditum. *Quia illa quæ Chriſtus docuit apoſtolos ſecrete, voluit per apoſtolos prædicari publice & manifeſte ſecundum quod dicitur eis Matt. 10. e.* Quod in aure auditis prædicate ſuper tecta.

5 Si quis habet aures audiendi. *Ideſt, deſiderium intelligendi doctrinam Chriſti, quaſi dicat talis poteſt proficere non ſolum ſibi intelligendo, ſed etiam alijs ipſos docendo, ideo ſubditur.*

6 In qua men. menſi: fu. *Quod exponit ſic Be. Si ſolerter omnia quæ valetis bona facere ac proximo intimare ſtudetis, aderit diuina pietas quæ vobis in præſenti ſenſum altiora capiendi conferet, & in futuro retributionem æternam adiiciet, & ideo ſubditur.* Et adiicietur vobis.

7 Qui enim ha. da. ille, &c. *Quia habens fidem & gratiā ex vſu talis gratiæ meretur, q iterū ſibi detur gratia ad augmētū præcedentis.*

8 Et qui non habet. *Scilicet fidem & gratiam quales erāt Scribæ & Phariſæi,* 9 Etiam quod hab. au. ab eo. *Quia notitia legis quam habebāt ablata fuit ab eis in quātū non valuit eis ad ſalutē, ſed magis fuit eis in augmētū ſuæ damnationis, ſecūdū dictū Saluatoris Luc. 12.* Seruus q ſciuit volūtatē dñi ſui, & nō facit, vapulabit multis.

10 Et dice. *Hic conſequēter deſcribitur Chriſti prædicationis fructus primo in vno homine, ſecundo, in cōmunitate eccleſiæ, ibi.* Et dicebat. *Circa primum ſciendum, quod ſemē intelligitur prædicatio, ſicut patet in parabola præcedenti. Ex ſemine autem iſto recepto in aliquo*

*homine*

Eccleſia. Filius hominis. Verbum.
a †Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſemē †
Corda. Moriatur. Aduerſis. Proſperis.
tem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen
a In opere. b Neſcire facit. ¶ Quia in arbitrio hominis eſt.
b germinat & †increſcat dum neſcit ille. Vltro.n.terra fructi
a Timorem. b Pœnitentiam lachrymoſam. Charitatem.
ficat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum fru 1
c mentũ in ſpica. Et cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mit
Mortem vel iudicium. Finis ſeculi.
tit falcem, quoniam adeſt meſſis. Et dicebat. Cui aſſimilabi 2
a Beda. Prædicatio euangelij, quæ ducit ad regnum Dei, de qua dicitur. Auferetur a vobis regnum, &c. 3
mus regnum Dei, aut † cui parabolæ comparabimus illud? †
a Bed. In corde credentis, vel in mundo.
d †Sicut granum ſinapis, quod cũ ſeminatum fuerit in terra, †
e a In timore.
f minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra, & cum na
a Primo paruũ. b Charitate.
g tum fuerit, aſcēdit in arborem, et fit maius omnibus oleri-
h a Omnis caro fœnum. b Prædicatores ex ipſa prædicatione naſcentes. Ramos misericordiæ & compaſsionis. c Protectione Dei, de qua ſub vmbra illius quam deſiderabam, ſedi, &c.
bus, & facit magnos ramos, ita vt poſſint ſub vmbrā eius
a Sancti.
aues cęli † habitare. Et talib. multis parabolis loquebat̄ eis 4

a *Sic eſt regnum.* Hier. Scriptura diuina per terrenas ſimilitudines monſtrat cęleſtia ſacramenta, ſicut per totũ euāgeliorũ corpus cōſtat. *Regnum Dei*, eſt eccleſia quę regitur a Deo, & ipſa regit homines, & uitia calcat, vt Centurio hēns ſub ſe milites. Hō iaciens ſemen filius hominis eſt. Semen, eſt uerbum. Terra, corda humana. Dormitio hominis, mors eſt ſaluatoris. Exurget ſemen nocte, & die, poſt ſomnum Chriſti, numerus credētium per proſpera, & aduerſa magis, magiſque germinauit in fide, & creuit in opere, *dum neſ. il.* Tropica eſt iſta loquutio, & in diuinis creberrima, neſcit, id eſt, neſcire nos facit, quis fructũ in fine afferat, dũ dicit. *Qui perſeuerauerit in fine, hic ſaluus erit. Vltro enim terra fructifi.* dum volũtatem noſtram Deus expectat dicens. *Si vis peruenire ad vitam ſerua mandata. Primum herbam.* Ideſt, timorem. Initium ſapientiæ timor domini. *Deinde ſpi.* Ideſt, pęnitētiā lachrymoſam. *Deinde ple. fr. in ſpi.* Ideſt charitatem. Plenitudo enim legis eſt charitas. *Et cum ex ſe pro.* Falx, eſt mors, vel iudicium qđ ſecat omnia. *Quo. adeſt meſ.* i. conſummatio ſæculi, in qua iuſti gaudebunt, qui in lachrymis ſeminauerunt.

✻ Victor Antioch. Per regnum Dei fides in Chriſtum, verbique aduentus in carnem ſignificatur. Hoc igitur regnum aſſimilatum eſt homini ſemen in terram ſpargenti, homo enim eſt, & quis cognoſcet eum? Etenim Dei filius citra vllam ſui mutationem noſtri cā homo factus, terram conſeuit, mundumque vniuerſum diuinę cognitionis luce illuſtrauit poſtea vero acſi dormitum aliquo cōceſſiſſet, ad cęlos abijt, animo interim benigno & patienti, vt illi qui ſemen illud cęleſte ſalutaremque doctrinam exceperant, fructum opportunum ferrent, expectans.

b *Dum neſcit ille.* ✻ Idem. Quorſum hæc? Liberę doctrinæ ſemen ſuſcipientium voluntati, vt velint, operētur, permittit. Ipſe namq; nō omnia per ſe efficit, ne bonũ nobis quaſi inuitis obueniat, ſed noſtram quoq; ſynergiam efflagitat. Quare ſtatim quoq; ſubdit, vltro enim terra fructificat. Neq; enim C liberũ hominis arbitriũ neceſsitate aut vi, aut aſtrorum circunuectione, aut fortuna, aut fato cogitur, vt ſtolide quidam nugantur, ſed libere ad hoc vel illud fertur.

Mit-

c *Mittit falcem.* Meſſis quidē tempus conſummationis, falx D Dei verbum oī gladio ancipiti penetrabilius. Cęterum falx hoc loco non denotat ſuppliciũ aut maledictionē vt alicubi apud prophetas. Neq; enim ea de cauſa falx hic in meſſoris manu ponit̄, quo perdat, verum ne quid de frumēto pereat. Hæc præſens igitur parabola de ſolis iuſtis agit. Prima autē quatuor ordines hominum ponit e quibus tres diuerſo modo noxa conſtricti pereunt, vnus ſeruatur, quamuis hoc ipſum quoque pro fidei & operũ diuerſitate varie. Aſſignatur enim iſthic triplex iuſtorum hominum diſcrimen. Hic autē triplex illa differētia in vnam claſſem redigitur. Omnes enim ferunt frumētum, etſi non æque multũ omnes. E

d *Sicut granũ.* Hier. Hoc ſemen iterum comparat grano ſinapis, quod minimũ in timore eſt, magnum in charitate, quę maior eſt omnibus oleribus quia Deus charitas eſt, & omnis caro fęnum & qui infirmus eſt, olera mā ducet. Et facit ramos miſericordię, & cōpaſsionis. Cuius ſub vmbra pauperes Chriſti, qui ſunt cęli animalia, delectantur habitare.
1.Ioan.4.c.
Eſa.40.b
Ro.14.a
Matt.13.e.

✻ Theop. Paruiſsimum quidem eſt fidei verbum. Crede in Deũ, & ſaluus eris. Sed ſparſim ſuper terrā p̄dicatio dilatata eſt & augmentata, ita vt cęli volatilia. i. contemplatiui homines & alti intellectu & cognitione, ſub eo habitēt Quanti enim ſapientes gentilium relinquentes ſapientiam ſub prædicatione euangelij requieuerunt?

e *Seminatum fue.* A Chriſto ſiue ab homine in terra, vel in agro. i. in corde ſuo. Hic homo eſt ſenſus noſter & animus, qui fouens granum prædicationis humore fidei facit pullulare in agro pectoris ſui.

f *Minus eſt, &c.* Quaſi cōtēptibilia prędicās, & primo nō creditur, qa p̄dicat Deũ hoīem mortuũ crucifixũ. hoc eloquentiæ & ſapientiæ Philoſophorum cōparatũ minus inuenitur.

g *Aſcendit, &c.* Quę altitudine, amplitudine, annoſitate trāſcēdit herbarũ natura. Alta eſt, qa ad cęleſtia ſuſtollit. Ampla qa totũ mũdũ occupauit. Annoſa, quia nō poterit finiri. F

h *Olerib.* Bed. Philoſophicis diſciplinis, quę quanto apertius excreſcũt, viliores fiunt, qa ſicut olera herbarũ cito decidēt.

Sine

## NICOLAVS DE LYRA.

*homine fit talis proceſſus, quia primo concipitur timor diuinorũ iudiciorum, et ſignificatur per herbam, quæ eſt quid imperfectum, cũ dicit.* Fructifi. pri. h. *Et quia ex timore ceſſat homo a malis, & incipit ſe exercere in bonis, ideo ſecundo concipitur ſpes diuinorũ beneficiorum quæ ſignatur per ſpicam, in qua iam eſt ſpes grani futuri, cum dicitur.* Deinde ſpi. *Tertio, ex hoc datur charitatiuus amor, qui habet opus perfectum, & ideo ſignificatur per plenum frumentum, cum dicitur.*

1 Deinde plenum fru. *Quia vt dicitur ad Ro.13.c. Plenitudo legis eſt dilectio, & tunc eſt homo diſpoſitus, vt de ſtatu gratiæ tranſeat ad gloriam, ideo ſubditur.*

2 Quoniam adeſt meſ. i. *collectio iuſtorum in patria.*

3 Et dice. *Hic conſequenter deſcribitur fructus prædicationis Chriſti quantum ad communitatem eccleſiæ, quæ de paruo ſtatu creuit ad magnum ſicut ſinapis granum, & patet ſententia ex dictis. Matt.13. excepto, quod hic ſubditur.*

4 Et tali. mul. *Quod exponit Theophilus dicens. Quoniā turbæ erāt indoctæ a conſuetis nominibus inſtruit eas per ſimilitudinem rerũ ſenſibilium, quæ erant eis cognitæ. Sed hoc videtur cōtradicere ei quod ſupra dixit Chriſtus apoſtolis eodem capitulo, vobis datũ eſt noſſe myſterium regni Dei. Illis autē qui foris ſunt in parabolis, vt vidētes videāt & non*

Parabolice quare dominus populis prædicauit.

## MORALITER.

† *Sic eſt re.* Beda. Cum deſideria bona concipimus, ſemē in terra iactamus, cũ operari recta incipimus, herba ſumus, cũ ad profectum boni creſcimus, ad ſpicam peruenimus, cũ in eiſdē operationis perfectione ſolidamur, iā plenũ frumētũ in ſpica proferimus. Miſsio vero falcis tēpus eſt bonę mortis.

Cui

† *Cui aſſimilabimus re. Dei.* Sequitur.

† *Sicut gra. ſi.* Seminatio, eſt boni propoſiti cōceptio, profectus ſeminis incipit a timore qui principium eſt ſapiētiæ, & eſt minimum inter ſeptē ſpirituſſancti dona, ſed fit magnũ introducta charitate quę maior eſt omnib virtutibus. 1. Cor. 13 Et facit ramos per actus charitatis diſtinctos, in quibus aues cœli, ideſt, contemplatiui requieſcunt.

a *Sine parabola.* Beda. Non quod nullum ſermonem turbis apertū faceret, ſed quia nullus ſermo eius inuenitur in quo aliquid parabolæ non inueniatur.
b *Seorſum autem diſcipulis.* Hiero. Illi enim digni erant audire myſteria in intima penetrali ſapiētiæ, qui remotis cogitationū tumultibus in ſolitudine virtutū permanebāt. Sapientia enim eſt in tempore ocij diſcenda.

sive theorica poſt actiuam vitam.
e *Dormiens.* Beda. Diſcipulis nauigantibus Chriſtus obdormit, quia fidelibus regni futuri quietē meditantibus & ſpiritusſancti ſecūdo flatu vel remigio proprij conatus mūdi fluctus poſt terga iactantibus ſubito Chri paſſio aduenit, quo aſcendēte puppim crucis, vt ſomnum mortis caperet; fluctus blaſphemantium dęmoniacis excitati procellis aſſurgunt, quibus tamen non turbatur eius patientia ſed diſcipuli turbantur, trepidant, periclitantur.

Moraliter. Cum ſigno crucis imbuti, mundum relinquere diſponimus nauem cum Ieſu conſcendimus, mare trāſire conamur. Sæpe qui non dormitabit neque dormiet cuſtodiens Ieruſalem nobis nauigantibus dormit, quia inter medios virtutum niſus, vel dæmonum vel hominum prauorum, vel noſtrarum cogitationū impetu fidei ſplēdor obteneбreſcit, ſpei celſitudo tabeſcit, amoris

† Mat.3.c

c *In naui.* Bed. Allegoricé. Mare ſęculi æſt⁹. Nauicula crux, qua mundi fluctus aſcēdim⁹, & ad littus patriæ cœleſtis peruenimus.

Allegoricé.

† In vlteriorē ripam

† Mat. 8.d
† Irruebant

Aliæ naues quæ cum domino fuiſſe, nec in altum ductæ, nec tempeſtatem pertuliſſe dicuntur, eos ſignificant, qui ita fide dominicæ crucis imbuuntur, vt tanquam rudes nondum tribulatione pulſati ſuſcepta fidei myſteria in pace conſeruent. Vel eos qui poſt tribulationum crebras procellas ad tempus pacis ſerenitate vtuntur. Erant enim forſitan illæ naues nuper factæ, & in portum tantum deductę, vel poſt maris pericula ad portum reductæ.

B

† Mat.8.c

† Quiſnam
† Luc.8.d

a Lac potum dedi vobis, non eſcam.
a verbum prout poterant audire. † Sine parabola autem non
¶A turba. ¶Spiritualibus ſpiritualia digni intelligere. ¶Aperte.
b loquebatur eis. Seorſum autem diſcipulis ſuis † diſſerebat. 1
a Appropinquante occaſu veri ſolis.
omnia. Et ait illis in die illa cum ſero eſſet factū. Trāſeamus
†contra. † Et dimittentes turbam aſſumunt eum, ita vt erat
¶Vel cum eo. a Perſequutorum vel dæmoniorum.
in naui & aliæ † naues erant cum illo. Et facta eſt procella †
¶ Eccleſiam.
c magna, venti & fluctus† mittebat in nauim, ita vt implere-
a Alias naui. b Corpus cui diuinitas, ſicut caput inclinata recumbit. c Corporaliter vt homo.
d tur nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens. Et
e a Be. Ne diutius reſurrectionē dilata perirent omnino. b Diſcipuli turbati precantes reſurrectionem. ¶Q Non eſt tibi curæ.
excitant eum, & dicunt illi. Magiſter, nō ad te pertinet quia
a A morte per mortem deſtruxit eum qui habebat mortis imperium. b Diabolo.
perimus? Et exurgens comminatus eſt vento, & dixit
a Perſequutoribus. b Be. Iudæorum rabiem per reſurrectionem repreſſit quæ caput quatiens clamauit. Si filius Dei eſt deſcendat nunc de cruce. ¶Imperat vt Deus.
f mari. Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus, & facta eſt tran-
a Pax in eccleſia poſt preſſuras vel theorica poſt actiuam. ¶Ideo timidi quia nec &c.
g quillitas magna. Et ait illis: † Quid timidi eſtis? † Necdum
h habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad 2
¶Verè mirabilis.
alterutrum: † Quiſputas eſt iſte, quia & ventus & mare obediunt ei?

* Victor Antioch. Ne autem diſcipuli ob id ſe efferant quod cæteris miſſis ſoli ipſi aſſumpti fuerunt, dominus graui tempeſtate illos iactari ſinit. Quamuis per hoc quoque illorum conſtantiam explorare voluerit. Non ſinit autem illos iactari præſentibus alijs, ne infirma illorum fides cæteris pateſieret ipſeque ſeorſum illos commodius inſtruere & corrigere poſſet. Neque enim ipſi quoque conuenientem ſatis de illo opinionem habebant. Nam etſi ſcirent & crederent a ſomno excitatum maris æſtum compeſcere poſſe, dormientem tamen id poſſe nunquam credebant.
d *In puppi.* Hier. Puppis mortuis pellibus viuos continet & fluctus arcet, & ligno ſolidatur, idest cruce & morte domini ſaluatur eccleſia.
Pſal 120.a
Pſalm. 88.b
Hier. Puppis initium eſt ſanctæ eccleſiæ in qua dominus dormit morte corporali, quia nunquam dormiet, qui cuſtodit Ieruſalem. Cominatur vento & mari, de quo dicitur. *Tu dominaris poteſtati maris.* Ventus & mare, dæmones & perſequutores ſunt, quibus dicit tace quando compeſcit edicta iniquorum regum vt voluerit quia non eſt hominis, vt dirigat greſſus ſuos. Tranquillitas mag. pax eccleſiæ poſt preſſuras ſiue

C

flamma refrigeſcit Sed ad gubernatorem recurramus, illum ſedulo excitemus, qui non ſeruit, ſed imperat ventis, qui omnia ſedulo ſedabit, qui portum ſalutis indulgebit.
f *Tace ob.* Nota quod omnis creatura ſentit imperiū creatoris? Non quod omnia animata, vt mentiuntur hętetici, ſed maieſtate conditoris quę nobis inſenſibilia, illi ſūt ſenſibilia.
g *Quid timi. eſtis.* Beda. Quaſi dicat Quid me præſente timetis? Cui ſimile eſt, quod poſt reſurrectionem exprobrauit incredulitatem illorum, & duriciā cordis, quia his qui viderunt eum reſurgere, non crediderūt. Et item. *O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti ſunt prophetæ. Nonne oportuit ſic pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam?*
h *Et timue.* Matthæus. Porro homines mirati ſunt dicentes Qualis eſt &c. Non ergo diſcipuli, ſed alii qui in naui erant mirabant, de eo dubitantes, cui mare & vētus obediret. Vel etiam ipſi diſcipuli recte homines dicti, quia necdum nouerant potentiam Saluatoris.
* Theophylactus. Dubie ſe habebant erga eum. In quantum.n. iuſſu mare placauit, non baculo vt moyſes, non precibus, vt Eliſæus Iordanē, neque arca vt Ieſus Naue, ſecūdū hoc vere deus eis videbat, ſecūdū vero q dormiebat homo.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

*& non videant & Matth.13.d.* In parabolis loquor eis, quia vidētes non vident, &c. *Dicendum quod ſacra ſcriptura hoc habet proprium quod ſub vna litera habeat plures ſenſus, quorum aliqui ſunt potentiores & alii magis latentes, & ideo in parabolis Chriſti turbæ capiebant ſenſum magis patentem non autem latentem, ſed de tali intellectu docebat Chriſtus apoſtolos ad partem, ideo ſubditur.*

Scor-

1 Seorſum autem diſcipulis &c. *De turbis autem prædictum eſt vt videntes videant, & non videant. i. capiant ſenſum magis patētem, non autem latentem.*
2 Et ait illis in illa die. *Hic conſequenter deſcribuntur miracula doctrinæ Chriſti confirmatiua, Et primo deſcribitur miraculum factum in mari, ſecundo, in terra in principio ſequentis capituli. Sententia primę partis patet ex his quæ dicta ſunt, Matth.8.*

MORALITER.

† *Et facta eſt procella ma. &c.* Nauis quam Chriſtus ingreditur eſt anima iuſti quæ ab eo per gratiam inhabitatur, Procella vero ſurgēs eſt tribulatio, quæ frequenter inſurgit pie viuentib. in Chriſto. Sed Chriſtus dormit cum talia permittit ſecundum vulgare dictum, ſed excitatur cū oratio patientis exauditur. Et fit tranquillitas exterius cum perſequutio ceſſat, vel interius quando Deus ſuſtinenti patientiā bonam prę́ſtat, Et hęc tranquillitas melior eſt quam prima ſicut dictum fuit Paulo. 2. Cor.12.c. *Sufficit tibi gratia mea.* Propter quod ſubiunxit. *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.*

CAP. V.

A ET *venerunt &c. Geraſeorum* BEDA. Geraſa vrbs inſignis Arabiæ trans Iordanem iuncta monti Galaad in tribu Manaſſe, non longe a ſtagno Tyberiadis in quo porci præcipitati ſunt ſignificat gentes quas poſt reſurrectionem ſuã dominus miſſis prędicatoribus viſitare dignatus eſt. Vnde bene Geraſa ſiue Gergeſi colonũ eiiciens, ſiue aduena appropinquans, interpretatur, quia gẽtium populus colonum ſcilicet diabolum à quo diu incolebatur expulit, & qui erat lõge, factus eſt prope in ſanguine Chriſti.

✱ Victor Antiochenus. Emendatiora exemplaria neq; Gadarenorum neque Geraſenorum legũt ſed Gergeſenorum Eſt autem Gadara ciuitas Iudææ, propter ſalubres vicinaſq; thermas haud ignobilis. Huius promontorio adiacet lacus quem incolæ mare appellant. Geraſa eſt oppidum Arabię nullum neque mare neque lacum vicinum habenis. Gergeſa eſt locus a quo Gergeſenorum ciuitas denominatur vetus quidẽ illa, non procul ab ea ſita quæ nunc Tyberias appellatur. Circa quam extat rupes præcelſa, & lata ex qua porci dæmonibus acti, in mare ſe precipites dediſſe feruntur. Interpretatur autem Gergeſa, eiectorum vicina ab euẽtu fortaſsis hoc nomẽ ſortita, quod loci illius homines Chriſtum ſi non vi certe precatio inde expulerint, ſiquidem rogabant illum, vt a finibus eorum diſcederet. Vel certe quod mali dæmones porcos inde in mare deturbarint.

a *Homo in ſpiritu*. Iſidorus. Homo iſte deſperatiſsimus eſt populus gentium quem enumerat apoſtolus. Elatus ſuperb. immundus, ſanguinarius, idololatra, ignominioſus, nec lege naturę, nec Dei, nec humano timore ligatus, cui legio nomẽ eſt idest, decem milia quæ cadunt a dextera patris quæ eſt Chriſtus. Huic grex porcorum creditur: hi ſine reſpectu miſericordiæ ſimul in inferno per imperium immaturę mortis ſuffocantur. Ab his multi fugiunt, q paſcebant eos. *Flagellato enim ſtulto ſapiens ſapientior fit vel prudentior.*

* Victor Antiochenus. Marcus & Lucas vnius tantum qui a dæmone vexabatur mentionem faciunt. Matthęus autẽ
C duorum: at hęc non pugnant, pugnarent tamen ſi Marcus & Lucas vnum duntaxat extitiſſe ſcriberent. Matthęus autem duos. Veriſimile fit Marcum & Lucam ſæuiorem de d[illegible] ob. D elegiſſe. Quare etiam calamitatem illius accuratius exponũt quã Matthęus. Scribũt namque vinculis catenisq; diſruptis per loca deſerta diuagari conſueuiſſe. Marcus addit lapidibus ſeipſum concidiſſe.

CAP. V.

a ET venerũt † trãs fretum maris in regionẽ †
† Geraſenorum. Et [1] exeũti ei de naui ſta
a Beda gentes quæ dæmoniacis illuſæ doctrinis idola colunt.
tim occurrit de monumẽtis homo in ſpi 1
a Quia gentes mortuis operibus, id eſt, peccatis delectantur.
ritu immũdo, qui domicilium hẽbat in
a Beda. Perfidorum corpora animę peccatis mortuæ ſunt ſepulchra.
b Legibus diuinis quia non erat dignus. ¶ Vel Deus, vel homo.
b monumẽtis. Et neque catenis iam quiſquam poterat eum
ligare, quoniam ſæpe compedibus & catenis vinctus dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet & nemo pote-
¶ Aduerſis. ¶ Proſperis. ¶ In fęditate operum.
c rat eum domare. Et ſemper nocte ac die in monumentis 2
In faſtibus ſuperbiæ. a Be. Per verba duriſsimæ infidelitatis. b Beda. Idolis.
¶ Quoniam arreptis cautibus ſeipſos furibundi concidebant.
& in montibus erat clamans & concidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum a longe cucurrit, & adorauit eum, & cla-
a Be. Q. nihil commune nobis. Hoc contra Iudæos dicunt. In beelzebub eiicit dæmo.
mans voce magna, dixit. Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei
a Hoc contrà Arrium qui negat filium Dei. Credunt & contremiſcunt filium Dei. Alias ſummi.
altiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Exi ſpiritus immunde ab homine illo. Et inter 3

b *Et neque catenis &c.* Beda. Catenis & cõpedibus graues, & durę leges gentium ſignãtur, quib. peccata in re eorũ publica cohibebãtur. Ruptis catenis (vt Lucas ſcribit) ſubito agebatur a domino in deſerto quia etiam tranſgreſſis illis legibus ad ea ſcelera cupiditate raptabantur, quæ iam vulgarem excederent cõſuetudinem. E

†Mat.6.d. Luc.8.d. †exeunte

Lucæ.8,e.

c *In monumentis*. Victor Antiochen⁹. Dęmones in ſepulchris verſantur, quo rudi plebi execrandum dogma perſuadeant, nẽpe demortuorũ animas in dæmones trãsformari.

d *Quid mihi & tibi.* ✱ Victor Antiochenus. Quandoquidem Apoſtoli in naui Chriſtum hominem eſſe confeſsi fuerant, prodeunt nunc in medium dæmones qui illius diuinitatem aperte promulgent. Ea propter qui mare fluctuans rurſumque conquieſcens non audierant, illi iam dæmones magna id voce clamantes audiunt, quod mare per ſubitam tranquillitatem iam ante clamaret.

e *Torqueas*. Beda. Magnum tormentum erat a læſione hominis ceſſare, & tanto dimittit grauius, quanto poſsidet diutius.

* Victor Antiochenus. Ne adulandi ſtudio *Ieſu fili Dei &c.* clamitare videantur, rerum experientia, hoc eſt pęnarũ ſenſu compulſi veniſti huc ante tempus torquere nos vociferantur. Nam ne illorum ſupplicatio de fraude ſuſpecta haberi queat, verbis modo allegatis inimicitiam inter ſe intercedere manifeſte teſtantur. Neque enim igni qui ſub ſenſum non cadebat Chriſtique præſentia dire tantum incendebantur & torquebantur, verum etiam impendentium malorum metu. Arbitrabãtur enim vltimum ſupplicium iam tum adeſſe adeoque ad inferorum cruciatus veſtigio ſeſe abreptum iri. Metu itaque cõſternati, rogant, perque omnia ſacra obteſtantur, ne ante tempus ad pœnarum locum amandẽtur. Vt ii ergo qui tẽpus adhuc reliquum habeant intra quod ea quę libet circa homines exerceant, non ſine contentione cum domino expoſtulant, tãquam qui ante legitimum tempus vim ipſis adferat, pęnamque citra iuſtam cauſam inferat. F

Quod

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

ET venerunt trans fretum. *Hic conſequenter deſcribuntur Chriſti miracula facta in terra ad doctrinæ ſuæ confirmationem. Et primum deſcribitur dæmoniaci curatio, ſecundo filiæ Archiſynagogi reſuſcitatio ibi.* Et cum aſcendiſſet Ieſus in naui. *Prima in duas quia primo deſcribitur curatio dæmoniaci, ſecundo deuotio ipſius curati, ibi.* Cumque aſcenderet. *Expoſitio primæ partis patet ex dictis Matt. 8. paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

1 Occurit ei de monu. homo in ſpi. immundo. *Ideſt obſeſſus a dęmone Mat. 8. b. dicitur quod erant duo, Ad quod dicendũ quod ſecundũ veritatẽ duo erant dæmoniaci, vt dicit Matthæus, ſed vnus erat ſæuior altero in quo erat legio dæmonũ, vt dicitur infra & iſte ſolus nominatur hic à Marco, & alius tacetur, quia non erat ita famoſus in malo.*

2 Et ſemper &c. in m. *Scilicet gentilium damnatorum ſuper quorum animas dæmones iam habebant poteſtatem, & ideo habitabãt vbi corpora eorum erant ſepulta, tanquam habituri poteſtatem ſuper ea poſt finale iudicium.*

3 Et interrogabat eum quod ti. no. eſt. *Interrogauit autem Chriſtus, non quia ignoraret, ſed vt multitudo dæmonum in illo homine habitantium ex confeſſione eorum appareret vnde ſubditur.*

Legio

MORALITER.

† *Et venerunt transfretum.* Sequitur.

1 *Statim oc. &c.* Per iſtum dæmoniacũm diabolus ſignificatur, qui in monumẽtis & in montibus, ideſt, in fœdis & in ſuperbis hominibus habitat & concidit ſe lapidibus, ideſt, hominibus in fide ſtabilibus quos acriter tentat. Sed cõciditur nam ab eis deuincitur. Nomen eius legio, quia multis in malum ſociatur. Eius autem eiectio per Chriſtum, ſignificat dæmonum multitudinem deijciendam per ipſum. Quod autem dęmones eiecti porcos intrauerunt, ſignificat, quod intrant ducentes vitam porcinam, & eos præcipitant in gehennam.

a rogabat eum. Quod tibi nomen eſt?[a] Et dicit ei · Legio mihi 1
b nomen eſt, quia multi ſumus . Et deprecabatur eum multum 2
a Sed mitteret in , e gem porcorum, & hoc eſt, Erat enim, &c
ne ſe expelleret extra regionem.[a] Erat autem ibi † circa mon- 3
c tem grex porcorum magnus paſcens in agris. Et deprecaban-
d tur eum † ſpiritus, dicentes. † Mitte nos in porcos , vt in eos
a Vt porcorum perditio, omnibus eſſet ſalutis occaſio, paſtores enim videntes ſtatim nunciauerunt ciuitati. b Beda. Accepta poteſtate a Deo, aliter enim nec pecoribus nocerent.
introeamus . Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus
e immundi introierunt in porcos , & magno impetu grex præ-
f cipitatus eſt in mare ad duo millia , & ſuffocati ſunt in mari.
g Qui autem paſcebant eos , fugerunt , & nunciauerunt in ci-
uitatem & in agros . Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti , &
h veniunt ad Ieſum , & vident illum, qui a dæmonio vexabatur
i ſedentem veſtitum, & ſanæ mentis, * & timuerunt Et narra-
k uerunt illis qui viderant , qualiter factum eſset ei qui dæmo-
a Conſcii fragilitatis ſuæ adhuc infirmi pondus ſapientiæ eius ſuſtinere non poterant.
l nium habuerat , & de porcis. Et rogare cœperunt eum vt di-
ſcederet de finibus eorum. † Cumque aſcenderet nauim, cœpit
a Diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo melius eſt.
illum deprecari qui à dęmonio vexatus fuerat, vt eſset cum il- 4
a Quia manere in carne propter alios neceſſarium eſt.
m lo, & non admiſit eum , ſed ait illi. Vade in domum tuam ad
tuos , & annuncia illis , quanta tibi fecerit dominus, & miſer- 5
tus ſit tui . Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quanta 6

A a *Quod tibi nomen eſt?* Beda. Non quaſi neſcius interrogat, ſed vt cōfeſſa publica peſte quam tolerauerat, virtus curātis gratior appareat. Sed etiam ſacerdotes noſtri temporis qui per exorciſmum dęmones eiiciunt ſolent dicere, non aliter patiētes poſſe curari, niſi quantum ſapere poſſunt omne qđ a dęmonibus viſu, auditu, vel quolibet ſenſu corporis aut animi vigilantes dormientes ſve pertulerunt, patenter confiteantur.

Omnes dęmones. b *Legio mihi nomen eſt, &c.* BEDA Significat populum gētilem innumeris idololatriæ cultibus mancipatū, cui contra eſt. *Multitudinis cre. e. cor vnum & anima vna.* Vnde bene in Babylonis cōſtructione linguarū vnitas per ſpiritum ſuperbiæ ſciſsa, ī Ieruſalem per gratiā ſpiritusſancti linguarū B varietas eſt adunata & illa confuſio & hæc pacis viſio dicitur, quia electos in pluribus linguis & gentibus, vna fides & pietas toto orbe pacificando confirmat, reprobos aūt plures ſectæ quam linguæ diſsociando confundunt. Luc. 8. f.

* Victor Antiochenus. Non dicit numerum pręciſe ſed ſimplici voce magnam adeſſe multitudinem indicat. Siquidem exacta numeri diſcuſsio, nihil ad rē quæ quærebatur faciebat. *Et deprecabantur eum ſpiritus, &c.* Ne ſcilicet extra prouinciam ipſos deiiciat, aut ne in Abyſsum ab. re iubeat, vt habet Lucas (Abyſsus enim ſeceſsio eſt ex hoc ſæculo.) Ex eo autem quod dęmones, ne extra prouinciā, aut extra hominū conſortiū, in tenebras exteriores quæ paratæ ſunt diabolo & angelis eius, expellātur, tantopere rogant, planum fit, dūm alio illos amandare potuiſſe ſi voluiſſet, permiſit autē eos in terra illa hęrere, quemadmodū diabolum quoque in mundo hoc circumagere ſinit, non qđ nobis male velit, ſed ne per aduerſarii abſentiā, humana natura corona, hoc eſt, obtentæ victoriæ præmio ſpolietur. Tot autē porcos perire paſſus eſt, vt palā faciat, quanta ira & indignatione dęmones in homines ardeāt. Voluit etiam oſtēdere multo minora damna inferre hominibus, quam inferrent, niſi Dei virtus prohiberet.

Luc. 8. c. c *Mitte nos.* Beda. Lucas. Et rogabant eum ne imperaret illis, vt in Abyſsum irent. Sciebant ergo aliquādo futurum vt per aduentum eius mitterentur in Abyſsum, nō futura prædiuinantes, ſed prophetarum in ſe dicta recolentes, ideoque gloriam Chriſti quam mirabantur, ad ſuam tendere timebant damnationem.

d *In porcos.* Beda. Porci ſignificant homines immundos, q C vocis & rationis expertes in mōte ſuperbiæ paſcuntur, & lutulētis actibus oblectantur, quib. per cultum idolorum poſſunt dæmones dominari. Nā niſi quis porci more vixerit, in eum diabolus poteſtatem non accipit, niſi forte ad probandum, non autem ad perdendum.

e *Grex præci. eſt.* Beda. Quia iam clarificata eccleſia, & liberato populo gentium a dęmonum dominatione in abditis agūt ſacrilegos ritus qui Chriſto credere noluerunt cęca & profunda curioſitate ſubmerſi.

f *Ad duo millia, &c.* BEDA. Erubeſcat Manichæus ſi de eadem ſubſtātia, & ex eodē auctore hominum beſtiarumque ſunt animæ, quoniā ob vnius hoīs ſalutem duo mill. porcorum ſuffocantur.

g *Qui autem.* Quia quidā primates impiorū quāuis Chriſtianam legem fugiant, potentiam tamen eius ſtupendo & mirando per gentes prædicant.

h *Et vident illum.* Beda. Lucas ſedentem ad pedes eius, quod ſignat eos qui a peccatis correcti ſunt fixa mentis intētione veſtigia Saluatoris quæ ſequantur, intueri.

i . *Veſtitum.* Virtutū ſtudio, quod veſana mēte pdiderat. Vnde filius pdigus ad patrem rediēs, mox ſtola prima cum annulo induit, qa quiſquis corde pęnituerit poteſt donante Chriſti gratia priſtina iuſtitiæ opera de quibus ceciderat, cum annulo inuiolatæ fidei recuperare.

k *Et timuerunt.* Multi enim antiqua ſuauitate delectati honorare ſe, ſed pati nolle Chriſtianā legē dicunt, quia eā implere non poſſunt, admirantes tamen fidelem populum a priſtina conuerſatione ſanatum.

l *Et rogare cœperunt eum.* Rabanus. Vt Petrus. *Exi a me domine, quia homo peccator ſum, &c.* Ne tangant arcam Dei, vt Oza.

* Victor Antiochenus. Agnoſcunt enim ſe indignos, qui tantum bonum in ſua regione habeant, ſimulque ne ob præſentis virtutem, grauius quiddā propter admiſſa peccata patiantur, plurimum formidant.

m *Vade in domū tuam.* Beda. Sic quiſque poſt reſurrectionē peccatorū in conſcientiam bonā redeat & propter aliorum ſalutē euangelio ſeruiat, vt poſt cum Chriſto quieſcat, nedū prępropere vult iam eſſe cū Chriſto, negligat prædicationis myſterium fraternę redemptioni accommodatum.

Hieronymus. Homo ſanatus mittitur in domum ſuam id eſt, in ſpiritualem legis obſeruantiā, & pręedicat in Decapoli, ideſt, obſeruat decalogum, dum a Romano nunc regno cōuertuntur Iudæi. i. ſunt de eccleſia, qui etiam in litera tantum pendent decalogi, quia moralia ad literam obſeruanda ſunt. Beda Matthæus duos. Marcus & Lucas vnum a dęmone curatum dicūt quia vnus eorum clarioris eſt nominis, & famoſioris, & ideo curatio eius eſt famoſior.

Allegorice. Duo, gentes ſignificant de duobus filiis Noe.

## NICOLAVS DE LYRA.

Legio quid eſt. 1 Legio mi. nomen eſt. *Legio autem proprie dicitur numerus determinatus armatorum in exercitu. Et continet ſex millia ſextentos ſexaginta ſex, & inde dicitur legio in dæmonibus qui militant contra nos.*

2 Et deprecabatur. *Scilicet legio dæmonum.*

3 Ne ſe ex. &c. *Ideſt, extra hominum habitationem, vnde & Lucæ 8. c. dicitur in Abyſsum, locus enim inferni debetur dæmonibus, permittuntur tamen inter homines habitare vſque ad iudicium vt glorioſior ſit electorum victoria in dæmonum tentantium ſuperatione.*

4 Cumque aſcende. *Hic deſcribitur curati deuotio, quia gratus de beneficio ſibi collato, voluit ſequi Chriſtum. Ieſus autem.*

5 Non admiſit eum. *Ideſt, non recepit eum ad apoſtolatū vel diſcipulatum propter horrorem præcedentis paſſionis. Item ne aſcriberetur dæmoni, quod iſta faceret ſi eſſet diſcipulus Chriſti. Ex hoc loco accipitur, quod dæmoniaci & furioſi poſt curationem non promouentur in eccleſia Dei.*

6 Et abiit & cępit pręedicare in Decapoli quam, &c. *Nomen eſt regionis, & dicitur a deca quod eſt decem, & polis quod eſt ciuitas.*

Cum- Et

ſibi feciſſet Ieſus , & omnes mirabantur . Et cum † tranſcen- 1
diſſet Ieſus in naui rurſus transfretum , conuenit turba mul-
Moyſes legislator.
a ta † ad eum, & erat circa mare . Et venit quidam de archiſy- †
a Beda.Humiliat ſe. b Caput Chriſti Deus.pedes,incarnatio eſt.
Incarnationem.
nagogis nomine iairus ; & videns eum procidit ad pedes eius,
Plebs Iudaica.
b & deprecabatur eum multum dicens . Quoniam filia mea in 2
In deſperatione, a In carnem. b Miſericordiæ. A vitiis.
extremis eſt, veni impone manum tuam ſuper eam , vt ſalua †
In virtutibus.
ſit & viuat . Et abiit cum illo , & ſequebatur eum turba multa,
Hæmorroiſſa.
c & comprimebant eum . † Et mulier quæ erat in profluuio ſan- †
d guinis annis duodecim , & fuerat multa perpeſſa a compluri- 3
e Naturalem Induſtriam.
bus medicis, & † erogauerat omnia ſua , nec quidquam † pro-
f fecerat, ſed magis deterius habebat , cum audiſſet de Ieſu, ve-
Per fidem.
nit in turba retro , & tetigit veſtimentum eius . Dicebat enim
quia ſi vel veſtimentum eius tetigero , ſalua ero . Et confeſtim
Radix immundæ cogitationis.
ſiccatus eſt fons ſanguinis eius , & † ſenſit corpore, quod

Noe.Cum enim Noe tres filios genuerit,vnus aſſumptus eſt in poſſeſsionem Dei,duo idolis dediti.

a *Et venit quidam de ar.&c.* Hieronymus.Poſt hæc Iairus archiſynagogus venit,quia cum intrauerit plenitudo gentium tũc omnis Iſrael ſaluus fiet.Iairus illuminans vel illuminatus ideſt,Iudaicus populus vmbra literæ depoſita ſpiritu illuſtratus & illuminatus, procidens ad pedes, ideſt,ad incarnationem Ieſu ſe humilians, rogat pro filia qui ſibi viuit alios viuere facit . Abrahã & Moyſes & Samuel rogant pro plebe mortua,& ſequitˀ Ieſus preces eorum.

Beda. Iairus illuminans vel illuminatus,quia uerbis uitæ populum illuminauit,& vt hoc poſſet a ſpiritu ſancto illuminatus eſt.

* VICTOR. ANTIOCHENVS. Miraculum miraculo ſuccedit . Etenim princeps Synagogæ non tam de fide ad promerẽdum Chriſti gratiã,inſtructus, quam lethali filiæ morbo impulſus , præſidii cauſa ad Ieſum venit.

b *Quoniam filia mea.* Beda.Lucas,quia filia vnica erat illi fere annorũ 12.& hæc moriebatur.Filia Archiſynagogi,eſt ſynagoga ſola legali inſtitutione compoſita,quaſi vnica Moyſi nata.Hęc 22.anno,ideſt , tempore pubertatis appropinquãte moriebatur,quia nobiliter a prophetis educata,poſtquam ad intelligibiles annos peruenit, & ſpiritualem Deo ſobolem generare debuit,ſubito errorum languore conſternata, ſpirituales vias deſperabiliter omiſit.

✲ Victor Antiochenus.Hanc Matthæus mortuã,Marcus grauiter ægrotantẽ, & tantum non animam agentem affecit. Quare paulo poſt de Archiſynagogi familia venere , qui domino adhuc iter carpente,puellam vita functam denũciarunt.Ideoque magiſtrũ eius rei gratia amplius vexare,ſuperuacaneum videri.Verum nulla eſt repugnantia.Siquidẽ Matthęus miraculum hoc exponẽs,vnum breuiter per alterũ deſignat.Ex hoc enim quod dominus mortuam exuſcitauit,vtrumque inferre licuit,nempe & mortem obiiſſe,& in extremis laboraſſe adoleſcentulã. Matthæus ergo exacta illa narratione miſſa,dominum operam ſuam pollicitum,vna cum diſcipulis exuſcitatum abiiſſe ſcribit.

C c *Et comprimebant.* Dum ad puellã ſanandam vadit, a turba comprimitur,quia Iudæis ſalutis monita præbens,quib.ęgrã eorum conſcientiam erigeret,noxia carnalium populorum conſuetudine grauatus eſt. D

d *Et mulier quæ,&c.* Pergente domino ad filiam Archiſynagogi , morboſa mulier annis 12.prærripit ſanitatem , & poſt filia ſanata eſt,& ſuſcitata eſt,q̃a ſic diſpenſata eſt ſalus humani generis,vt primo aliqua ex Iſrael, deinde plenitudo gentium & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet. Rom.11.c.

Beda.Notandum quod puella duodenis & mulierem 12. annis ſanguine fluxit,ideſt, quãdo hęc nata fuit illa infirmari cœpit . Vna enim pene eademque ſæculi ætate ſynagoga in patriarchis naſci & gentes cœperunt idololatria fędari. E

Beda. Mulier ſanguinaria a domino curata eſt , eccleſia eſt de Gentibus ingenti carnalium delectationũ fluctu polluta , & iam a cœtu fidelium ſegregata. Hæc dum Chriſtus Iudæam ſanare diſcerneret, iam paratã aliiſque promiſſam ſalutem ſpe certa præuenit.

✲ Theophylactus.Per Hæmorroiſſam intellige humanam naturam.Profluebat enim perfectum , quod animam occidens,quaſi ſanguinem fudit animarum noſtrarum.Hęc a pluribus medicorum,ſapientium dico huius mundi , & legis & prophetarum curari non valuit,mox vt fimbriã Chriſti tetigit,ideſt, carnem eius ſanata eſt . Qui enim credit filium Dei incarnatum, hic eſt qui veſtimentorum fimbriam tangit.

e *Multa perpeſſa a complurib.medicis,&c.* Beda.Falſis Theologis Philoſophis,legum ſecularium doctoribus,qui ſe vtilia viuendi pręcepta dare promittebant.Dęmones,quoq; quaſi hominibus conſulendo ſe pro Deo colendos ingerebãt, quibus audiendis, quanto magis naturalis induſtrię vires expendebãt, tanto minus ſanari poterant.Sed cum audiſſent populum Iudęorum ęgrotaſſe & verum medicum de cęlo veniſſe,cœperunt languoris ſui & ſperare & inquirere remedium.

f *Venit in tur.re.* Beda.*Si quis mihi miniſtrat me ſequatur.* Et alibi.*Poſt dominum Deum ambulabis.* Vel quia Deum præſentem in carne nõ videt,ſed poſt ad fidei agnitionis gratiam peruenit,& tactu,ideſt participatione ſacramentorum eius meruit ſanari a peccatis.Fons q̃ppe,ſanguinis,origo peccati,primordium immundę cogitationis,ex quo omne peccatum oritur, Sed dominus nõ ſolum opera, ſed verba mala & cogitationum radicem ſacramentis euangelicis quaſi ſuis veſtimẽtis, fontes.

†traieciſſet
Nota
†Mat.8.c. Lucæ.8.f.
†adiumẽti ſenſerat
†cognouit
Ioan.12.d. Oſee.11.d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cum tranſcen.Ie.in na. *Hic conſequenter deſcribitur reſuſcitatio filię Archiſynagogi.Et primo deſcribit huius facti inchoatio,ſecundo,interponitur mulieris ſanguifluę curatio,ibi.* Et mulier quę erat in profluuio ſanguinis, *tertio,deſcribitur prædicti facti conſummatio,ibi.* Adhuc eo loquente. *Sententia iſtarum trium partium patet ex his quæ dicta ſunt Matth.9.exceptis aliquibus quæ exponentur. Quantum ad primam partem dicitur hic.*

2 Deprecabatur eum mul.di.quoniam. *Mat.9.c.dicitur quod Archiſynagogus dixit Chriſto.* Filia mea modo defuncta eſt. *Ad quod dicendum quod euangeliſtæ repetendo dicta alicuius vel aliquorũ, aliquando repetũt eadem verba aliquãdo vero ſententiam per alia verba.Filia autem Archiſynagogi laborabat in extremis, ſecundum quod dicit hic Marcus, veruntamen erat ita propinqua morti,quod reputabatur mortua , vnde etiam ſecundum communem modum loquendi de aliquo qui ſic eſt morti propinquus dicitur,quod mortuus eſt,quia quod modicum diſtat quaſi nihil reputatur , & hoc modo loquendi vſus eſt Matthæus.Circa ſecundam partem dicitur.*

3 Et fuerat mul.*Scilicet non ſolum in facultatibus,ſed etiam in corpore,vt patet per literam ſequentem.*

Et

MORALITER.

† *Et venit quidam de Archiſynagogis.* Per quem intelligi põt vnus de ſacerdotibus curatis , qui ſi habeat aliquam perſonã in periculo mortis ſpiritualis , cui non poteſt aut neſcit ſuccurrere,debet ad Ieſum venire,ideſt,ad illum qui habet zelũ ſalutis animarum, & ſcit & poteſt remedium adhibere . Etſi aliqui velint impedire dicentes.

† *Quoniam filia.* Ideſt,quod impoſſibile ſit remedium adhibere, propter hoc dimittere non debet, quia de nullo deſperandum eſt vita præſenti durante.

† *Et mulier quæ erat in proflu.* Humanitas Chriſti dicitur eius veſtimentũ Philip.2.a. In ſimilitudinem hominũ factus eſt, & habitu inuẽtus vt homo. Cuius fimbria ſunt pedes tãquã extremitas . Mulier 12.annis ſanguiniflua fuit Magdalena multo tempore peccatis polluta , ſed tangendo Chriſti pedes fuit ſimpliciter emundata.

ſanata eſſet a plaga . Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens 1
virtutem quæ exierat de illo , conuerſus ad turbam , aiebat,
a Beda. Interrogat vt ſalus quam mulieri dederat, declarata & agnita fidei virtute multis proficiat .
Quis tetigit veſtimenta mea ? Et dicebant ei diſcipuli ſui .
Inordinatos. Hæreſibus, prauis moribus .
a Vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit ? Et 2
a Pſe. Oculi domini ſuper iuſtos, & a.e, in pre.e. Hic pauper clamauit, & dominus, exaudiuit eum . 3
circumſpiciebant, videre eam quæ hoc fecerat. Mulier au-
b tem timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit,
& procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem . Ieſus au-
a Ideo quia fidelis, b Beda. Non dicit faciet. In eodem quod credidit iam ſalua eſt .
tem dixit ei . † Filia, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, &
a Beda. Perſeuerando in eadem fide. Qui enim perſeuerauerit vſque in &c.
eſto ſana a plaga tua . Adhuc eo loquente veniunt nuncij ad
c archiſynagogum, dicentes, quia filia tua mortua eſt, quid vl-
d tra vexas magiſtrum ? Ieſus autem audito verbo . quod dice- 4
e batur, ait Archiſynagogo. Noli timere, tantummodo crede.
Et non admiſit quemquam ſequi ſe, niſi Petrum & Iacobum
f & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archiſy- 5
g nagogi, & vidit tumultum, & flentes & eiulantes multum, &
ingreſſus ait illis . Quid † turbamini, & ploratis ? Puella non
Irriſoribus.
h eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eum. Ipſe vero eiectis
i ¶Qui miraculum venerentur.
k omnibus aſſumit patrem & matrem puellæ ; & qui ſecum

fontes obſcęni ſanguinis emundat .

A a *Tetigit*. Bed. Sola fidelis mulier dominum tangit, quē paſſim comitans turba comprimit. Quia qui diuerſis inordinate glomerātium hęretib. vel peruerſis moribus grauatur, ſolo fideli eccleſiæ corde tangitur, vñ. *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrē meum.* (Ioan.20.d.) Quia veraciter tangere eſt euāgeliſtę qualē patri credere. († de ſe.)

Hie. Septima virtute ſuſcitatur mortua, ſed intra viā tāgit fimbriam retro mulier ſanguinaria quę cū ſalute ſubſtātiā in medicos nihil pficientes perdiderat. Septimo die requieuit Deus ab oī opere. Quādo ſuſcitatur mortua intus & feminina foris cūtur bis, flux⁹ ſanguinis ſterilitatem facit. Vnde dicitur ad ecclesiam Gētium. († Mat.9.c. Luc.9.g Luc.8.f. Matth.3.a)

B *Lætare ſterilis quæ non paris.* (Gal.4 d.) Retro accedit ideſt, poſt reſurrectionem. Fimbriā tangit, ac cymbala & mala punica quę pēdent in extremis oris tunicæ ſummi ſacerdotis Cymbalum, confeſſionem, malū punicū martyrij voluntatem ſignificat & virtutum candorem. (¶tumultuantium.)

✠ Victor Antioch. Virtutes quæ ex Seruatore in alios dimanabant , non locali aut corporali motu, ab illo decedebant. Nam cum corporis expertes eſſent, ita de alio in alios tranſibant, alijſque impendebantur, vt tamen in illo eſſe nō deſinerent. Quemadmodum enim ſcientię & penes doctorem conſiſtunt, & diſcentibus nihilominus traduntur, ita Chriſti virtus, & penes illū manebat; & in illos nihilominus cum bona illius voluntate deriuabatur, qui fide eū tangebant. Appoſite aūt Euangeliſta non dixit, ſentiens autem virtutem, ſed cognoſcens virtutem quæ exierat de illo. Neque.n. virtutes illius ſentiebantur, cū corporeæ non eſſent, ſed tātum intelligebantur. Ceterum illi Chriſtum ſpiritualiter tangūt, qui in illum credunt. Cæteri vero qui in illum fidem nō habent, eum vetius comprimunt & affligunt, quā tangūt. Qui autem Chriſtum vere tangit, is illum ad clementiam & miſericordiam allicit. Negabant autem omnes ſe illum tetigiſſe. Nam cum in illum non crederent, non tangebant eum, ſed tantum comprimebant.

C b *Mulier autem*. Bed. Ecce quo tendebat interrogatio, vt mulier ſcilicet confiteatur veritatem diuturnæ infirmitatis, & ſubitæ ſubitę credulitatis & ſanationis, & ita ipſa confirmaretur in fide, & alijs præberet exemplum .

c *Vade in pace* . ✠ Victor Antioch. Corpore mulieris ſanato, dominus animæ quoque eiuſdem benigne facit. Amādat enim illam ad bonorum faſtigium, nempe ad pacem illā, in qua De⁹ habitare dr̄.

d *Adhuc, &c.* Beda. Muliere ſanata ſtatim nūciatur puella mortua, quia eccleſia Gentium a labe vitiorum curata, & ob fidei meritum filia nominata, continuo ſynagoga perfidiæ leto reſoluta eſt, quia in Chriſtū non credidit, & inuidiæ, quia eccleſiam credere doluit .

e *Quia filia tua, &c.* Beda . Multi enim hodie ſtatum ſynagogæ videntes, reſtaurari poſſe non credunt, & pro reſtauratione eius ſupplicādum eſſe non æſtimant . Sed quod hominibus eſt impoſſibile, Deo eſt poſſibile, vnde ſequitur, *Ieſus autem, &c.*

f *Archiſynagog.* Archiſynagogus , cœtus eſt doctorum legis de quibus . Super ca. mo. ſeder. ſcrib. & Phariſ. Qui ſi credere voluerint etiam ſubiecta eis ſynagoga ſalua erit .

g *Et non admiſit quemquam, &c.* Bed. Blaſphemis & irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria, ſed fidelibus qui honorēt. Vnde alibi. Iuſtificata eſt ſapientia ab om. fi. ſu.

h *Flentes & eiu.* Bed. *Lętentur omnes qui ſperant in domino, & in æternum exaltabunt, & ha. in e.* Hanc lætitiam merito infidelitatis ſynagoga amiſit, & ideo inter flentes & vlulantes mortua iacet. Sed Ieſus eam funditus interire nō patitur, vnde ſequitur . *Et ingreſſus eſt* .

i *Non eſt mor.* Mihi in cuius diſpoſitione & anima recepta viuit, & caro ſuſcitanda quieſcit . Hinc mos eſt Chriſtianis , vt mortui qui reſurrecturi non dubitantur, dormientes uocentur, vnde Nolumus uos ignorare fra. de dor.

Bed. Cum anima quæ peccauerit moriatur, ea tamē quam dominus ad uitam ęternam pręuidet, nobis quidem mortua fuiſſe, ſed ei obdormiſſe non incongrue dici poteſt .

K *Eiectis omnibus.* Bed. Turba eijcitur ut puella ſuſcitetur, quia niſi ſecularium curarum multitudo a corde eijciatur, anima quæ intus iacet, mortua non ſuſcitatur. Dum enim ſe per uniuerſas cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenus colligit .

*Thabi-*

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſtatim Ie.in. *Non eſt intelligendum, quod aliqua virtus exiſtēs in Chriſto migrauerit extra ipſum, ſed talis exitus intelligitur per modum cauſæ producentis effectum in quem dicitur exire inquantū cauſa relucet in effectu . Et per talem modum loquendi dicitur Sap.7.d. de ſapientia increata , quod per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei & prophetas conſtituit. Quæ translatio non poteſt intelligi, quod ſapientia increata ſit alicubi vbi prius non erat , cum de neceſſitate ſit vbique præſens, ſed quia cauſat ibi nouum effectum. Vtrū autem talis virtus in Chriſto fuerit virtus diuina tantum, vel cum hoc humana, dicetur in fine huius cap.*

2 Quis teti. *Non quærit ex ignorantia , ſed vt per confeſſionem mulieris ſanatæ appareat fides eius , & a Chriſto commendetur, & quia manifeſtatio miraculi dictæ ſanationis cedebat ad gloriam Dei , & Archiſynagogi aſſecurationem , vt per hoc certificaretur de futura , ſuſcitatione filiæ ſuæ .*

3 Turbam compri. *Licet in tali preſſura cum tangerēt corporaliter non tamen tangebant eum cum tali deuotione & fide ſicut illa mulier tetigerat, & de tali tactu ſingulariter quærebat. Circa tertiam partem dicitur ſic .*

4 Quid ultra ue. *Licet enim crederent ipſum poſſe eam ſanare , non tamen a mortuis ſuſcitare , ex quo patet quod eorum fides erat imperfecta .*

5 Et non admiſit, &c. *Oſtendens, quod in operibus miraculorum nō debet faciens quærere oſtentationem, in hoc dans exemplum eius diſcipulis qui erant facturi miracula, verumtamen, quia in operib. miraculoſis manifeſtatur Dei gloria , ideo aliquando faciebat miracula valde publice, ſicut patet in Lazari ſuſcitationi, & cæci illuminatione, oſtendens exemplum diſcipulis, vt in talibus quærerent Dei gloriam tātum, & non propriam .*

Thabi-

a Beda prius mundat manus Iudæorum quæ ſanguine plenæ ſunt, aliter puella non reſurgeret.
erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens, & tenens manū
Beda. Ideſt, puella ſurge.
a puellæ ait illi. † Thabita cumi, quod eſt interpretatum, puel- 1
Beda. a vitijs.
la tibi dico ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat.
Beda. In bonis operibus.
Erat autem annorum duodecim, & obſtupuerunt ſtupore
magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id ſciret. Et 2
† iuſſit dare illi manducare. 3

*Thabita cumi.* In Syro ſermone quem euangeliſta ponit, nō [A]
lus eſt quā puella ſurge. Sed forte ad vim dominicę iuſſionis exprimendā hoc addidit tibi dico ſurge, & magis ſenſum loquẽtis quā verba intimare curauit. Sic ſępe apoſtoli & euāgeliſtæ cum aliquod teſtimonium aſſumunt, magis ſenſum quam verba ponunt.

Hieronymus. Ad puellam dicitur thabita cumi, id eſt, puella ſurge. Archiſynagogo dicitur. Filia tua mortua eſt, Ieſus. Non eſt mortua, [B] ſed dormit, vtrumque eſt, mortua vobis, ſed mihi dormit. Annorum 12. erat puella, & annis 12. mulier perpeſſa, peccata in credentium apparent in initio fidei credentium, vnde dicitur. *Credidit Abraham Deo, & repu. eſt ei ad iu.*

Beda. Quod Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit, tria genera animarū ſignificat. Puellam ſuſcitat adhuc in domo clauſā, ideſt, animam, conſenſum tantum non actum delectationi malæ præbentem. Iuuenem ſuſcitat iam extra portam delatum. i. peccatorem qui conſenſum iam produxit ad actum. Suſcitat Lazarū iā fętentē, & longa conſuetudine peccandi [C] animā male olentem, & alios fama corrumpentē. Puellam [D] paucis alloquitur, quia eā facile reſuſcitat, quā & mortuam negat, & animam ſimilem cito reſuſcitari demonſtrat. Iuuenē plurib. corroborat, cū dicit. *Tibi dico ſurge*, quia tales animę aliquando difficilius reuiuiſcunt. Ad monumentum Lazari fremit, turbatur, lachrymatur, magna voce clamat. *Lazare veni foras.* Similiter longa conſuetudine peccādi preſſus, vix & quaſi cū labore ſuſcitatur. Notandū quoque, quod publica noxa publico eget remedio. Leuia [E] aūt & ſecreta poſſunt deleri pęnitentia leui & ſecreta. Puella in domo iacens paucis arbitris ſurgit, & eis pręcipit, vt nemini dicant. Iuuenis extra portam turba multa comitāte & vidente. Lazarus de monumento vocatus intantum innotuit, vt propter hoc turbæ cum palmis domino occurrerent, & multi abierunt ex Iudæis, & crediderunt in Ieſum. Quartum mortuum annunciante diſcipulo audiuit, ſed quia viui qui pro eo precarentur, defuerunt. *Dimitte inquit mortuos ſepelire mortuos ſuos.*

Mortui per Chriſtū quot & quomodo ſuſcitati ſūt.

Matth. 8. c [F]

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Thabita cumi.* Duæ ſunt dictiones Hebraice, quarū prima eſt nomē, ſecūda verbum, vt patet per interpretationem. Sciēdū autē ꝙ Thabita non eſt nomen commune, ſed eſt propriū nomē illius puellæ quę fuit ſuſcitata, & hoc patet per ſimile Act. 9. f vbi dr̄. In Ioppe autē fuit quædam diſcipula nomine Thabita, & iō Marcus pro nomine proprio poſuit commune interpretando. ſ. puella. Sciendū ēt, quod illud quod ibi interponitur. ſ. tibi dico non eſt de ſignificato ſermonis Hebraici hic poſiti, ſed additum fuit ab euangeliſta ad maiorem expreſſionem, quod ad verbum Chriſti illa puella ſuſcitabatur.

*Et præcepit illis vehe. &c.* Cauſa iā eſt expreſſa, per hoc volens dare exemplum aliis, vt non quærerent oſtentationem in operibus miraculoſis.

*Et iuſſit dare man.* Ad probationem veræ reſurrectionis, ſicut & Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam manducauit cū apoſtolis, vt habetur Luc. 24.

Ad maiorē euidentiā eorū quę dicta ſunt hic & alibi de miraculis Chr̄i, quærit̄ vtrū Chr̄s fecerit miracula ſola diuina virtute. Et arguitur primo qđ ſic. Dicit. n. Leo Papa in epiſtola ad Flauianū. Cū in Chriſto ſint duę naturę, vna earū eſt. ſ. diuina quæ fulget miraculis, altera. ſ. humana quę ſuccumbit iniuriis. ergo ſicut ſe habet humana natura ad ſuccumbēdū iniuriis, ſic ſe habet diuina ad agendū in operib. miraculoſis, ſed ſola natura humana iniuriis ſuccumbit, quia talia pati repugnat deitati. ergo ſola natura diuina agit in operibus miraculoſis.

Et confirmatur auctoritate Pſal. 135. a. *Qui facit mirabilia magna ſolus*, ergo ſola diuinitas eſt principium agendi miraculum.

Item opera miraculoſa excedūt torā virtutē naturę creatę, natura autem humana in Chriſto creata eſt, ergo vt videtur in nullo attingit opera miraculoſa.

Cōtra qa Chriſtus per tactū corporis ſanabat miraculoſe, vt dictū eſt de muliere patiēte fluxū ſanguinis, & infra 6. g. *Quotquot autem tangebant eum, ſalui fiebant.* ſi ergo talis tactus nil ageret in ſanatione prædicta fruſtra adhiberetur, qđ nō cōuenit ipſi Chriſto. ſ. aliquid fruſtra agere, ergo ille tactus aliquid faciebat, & certū eſt ꝙ pertinebat ad humanitatē, ergo, &c. Reſponſio, in hac quęſtione ſic eſt procedendū, qa primo vidēdū eſt qualiter viri ſancti viui vel defuncti quorū miracula ſcripta ſūt, in illis opati fuerūt, ſecūdo qualiter Chriſtus inquantū hō operatus fuerit.

Circa primū aliquid eſt certū, videlicet ꝙ miracula non poſſunt fieri aliqua virtute tāquā principaliter agēte niſi uirtute diuina, quia ſicut dictū eſt, operatio miraculoſa excedit totā facultatē virtutis creatæ. Similiter certum eſt, ꝙ ſancti viri ad miracula poſſunt operari meritorie, quia frequenter expertum eſt miracula facta fuiſſe a Deo ad preces ſanctorum.

Sed dubiū eſt vtrū viri ſancti in miraculis aliqn̄ operati ſint per aliquā virtutē in eis exiſtentē, non quia illa ſit principalis ratio agendi, ſed tantū inſtrumētalis, vt ſic deus tāquā principaliter agēs fecerit miracula ꝑ ſanctos tanquā per quædā inſtrumenta. Et hāc quęſtionē relinquit Auguſtinus 22. li. de ciu. Dei, inſolutam, vbi enarratis multis miraculis martyrū dicit ſic. Siue enim deus ꝑ ſeipſum miro mō quo res tēporales operat̄ ęternus, ſiue ꝑ ſuos miniſtros iſta faciat, & eadē ipſa quę ꝑ miniſtros facit, ſiue quędā faciat, ēt ꝑ martyrū ſpiritus, ſiue ꝑ homines adhuc in corpore cōſtitutos, ſiue deus iſta ꝑ angelos quib. inuiſibiliter immutabiliter, incorporaliter, imperat operet̄, vt quę ꝑ martyres fieri dicunt̄ eis orantib. tātū & impetrantib. nō ēt operantib. fiāt, ſiue alia iſtis, ſiue alia illis modis, qui nullo mō comprehendi a mortalib. poſſunt, ei tn̄ atteſtatur fides hæc in qua carnis in æternū reſurrectio prędicatur. Beatus tn̄ Gregorius hanc quęſtionem determinare vr̄. 2. lib. Dialogorū, vbi dicit ſic. Qui deuota mēte deo adhęrent, cū rerū neceſſitas expoſcit, exhibere ſigna mō vtroq; ſolēt, vt mira quęq; aliqn̄ ex prece faciant, aliqn̄ ex poteſtate cōceſſa illis a deo. Et hoc probat cōſequenter ratione & exemplo. Ratio autē talis eſt. Cui cōceditur illud qđ eſt maius, nō eſt mirū ſi aliqn̄ cōcedatur qđ eſt minus, ſed maior eſt poteſtas filios Dei fieri, ēt per adoptionem, cum hoc ſolum ſanctis cōcedatur, quam miracula operari, quod etiam aliqn̄ malis conceditur, vt habetur Mat 7. Sed primū conceditur hominib. ſanctis, ſecundum ꝙ dicitur Ioan. 1. a. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Itē probat hoc exemplo, quia Petrus ſuſcitauit Tabitā orādo, vt habetur Act. 9 g. Ananiam vero & Saphira morti tradidit ſubito abſque oratione, ſed ſolū culpam eorū increpando. Act. 5. a. & ſic vr̄ illud factum feciſſe ex aliqua poteſtate ſibi cōceſſa a Deo tāquā inſtrumentū diuinę iuſtitiæ. Itē ad hoc vr̄ facere, quod gratia Dei diuiditur per gratiam gratis datā & per gratiā gratum facientem, & licet aliquando ab aliquibus dictū fuerit, quod gratia gratū faciens nihil ponit in anima, tn̄ de gratia gratis data ab hominibus cōceditur, qđ aliqd ponit in anima, & hoc patet manifeſte de gratiis gratis datis, quæ vocātur ſermo ſapiētię & ſermo ſciētiæ 1. Corin. 12. a. qa ſignificāt quaſdā eminentes cognitiones diuinorū & humanorū, quę ponūt aliqd in anima. Similiter fides, prophetia genera linguarū, & interpretatio ſermonū. Et eadē ratione vr̄, quod gratiæ ſanitatū & operatio virtutū. i. miraculorum, quæ ponuntur gratię gratis datæ dicant aliquā virtutē in anima exiſtentem. Dicunt tamen aliqui, quod iſta virtus operantis miracula non eſt aliqua virtus manſiua per modū habitus, ſed per modū paſſionis tranſeuntis, ſicut & ꝓphetia, ꝑꝑ quod tales non poſſunt facere miracula quotieſcunq; volunt, nec prophetare. Sed quidquid ſit de concluſione, rō tn̄ non valet, qa ſicut dictū eſt, talis virtus operādi miracula, nō eſt principalis, ſed tātū inſtrumētalis. Inſtrumentū autē operari nō poteſt, quāuis ſit perfectū, per formā ſuā, niſi moueatur actualiter per manū artificis ſicut patet qđ ſecuris non poteſt ſecare, niſi ꝑ manū artificis moueatur, & ideo dato qđ talis virtus ſit manſiua nō poteſt tn̄ operari ad miracula abſque motione diuinæ virtutis principaliter agentis, ſi tn̄ talis virtus ſit manſiua vel ꝑ modū paſſionis trāſeuntis ſolū, ſicut eſt motio inſtrumēti cū mouet̄ ab agente principali, nihil dico mō. Item ad concluſionem inducit̄ illud quod a ſanctis & Doctoribus Catholicis dr̄ de ſacramentis nouæ legis, videlicet quod efficiunt quod figurant, ita quod tan-

A NICOLAVS DE LYRA.

tanquā quædā inſtrumenta diuinæ miſericordiæ ad inductionē gratiæ ipſam inſtrumentaliter attingendo, vel ſaltē aliquā diſpoſitionē ad ipſam, vt characterem, vel aliquid ſimile correſpondens in ſacramētis, quæ nō imprimūt characterē, ita quod in ſacramentis eſt aliqua virtus ad efficiendū mō prædicto, & tamen ſacramēta cōſiſtūt in quibuſdā rebus ſenſibilibus, & iō multo fortius vr quod in animabus ſanctorū virorū defunctorum vel viuētiū poſſit poni aliqua virtus diuinitus eis cōceſſa in operibus miraculoſis per modū prædictū. Ex dictis patet quid dicēdum ſit de humanitate Chri, quę eſt organū ſeu inſtrumētū coniunctum ipſius deitatis, ſicut manus eſt inſtrumētū artificis. Homines autē alii quātūcunque ſancti nō ſunt ſic coniuncti, & iō ſunt quaſi quędā inſtrumēta deitatis ſeparata, & adhuc plus ſeparata ſūt eccleſiæ ſacramēta, inſtrumentū autē coniunctū magis participat efficaciam agentis principalis quā ſeparatum, & iō talis virtus operādi miracula efficacior inuenit in humanitate Chriſti, quā in quibuſcunque que aliis. His dictis poteſt reſpōderi ad argumēta. Ad primū dicēdū, quod ſimile tenet quātū ad hoc quod ſicut humanitas in Chriſto fuit rō patiēdi, ſic deitas eſt ratio & principium faciendi miracula principaliter, nō tn̄ tenet quantum ad ſecundum, quia non repugnat humanitati Chri operari ad miracula per modū inſtrumēti, repugnat āt deitati qualitercumque pati. Verumtamen ratione idētitatis ſuppoſiti idiomata cōmunicātur, qa ſicut hæc eſt vera. Deus paſſus eſt, ita hæc eſt vera demōſtrato Chro, iſte puer creauit ſtellas. Ad illud q. inducit de Pſal. dicendū quod ly ſolus nō excludit humanitatē tāquā inſtrumentaliter agentē, ſed tanquā principaliter, & ſic intelligēdum eſt reſpectu aliorum ſanctorum, quod ſolus deus facit miracula. ſ. tanquam principale agens. Ad ſecundum dicēdum, q inſtrumentum in virtute principalis agentis bñ attingit ad aliquid, q excedit facultatē propriam conuenientē ei ſecūdum ſe, ſicut calor naturalis in virtute animę generat carnē, vt hr̄ 2. de anima. Argumenta autē in cōtrarium cōcludunt tantum, quod humanitas Chriſti agebat ad miracula ſicut agens inſtrumentale & ſecundarium, quod conceditur.

CAP. VI.

E T egreſſus. Sequitur.

a *Vnde huic, &c.* Mira cæcitas. In factis & dictis Chriſtum cognoſcere poſſunt, ob ſolam generis notitiā contemnunt. B

Ioan. 1. e. b *Faber.* BEDA. Qui operatur igni & ſpiritu, vnde. *Ipſe baptizabit vos in igne & ſpiritu.* Faber eſt qui fabricatus eſt auroram & ſolem. Hieronymus. Filius fabri vocatur, & hoc myſticum, ſcilicet fabri qui fabricatus eſt aurorā & ſolē, eccleſiā primā & ſequētem, in quarū figura mulier & puella ſanaī. (ſtupebant) (Matt. 13. g.)

c *Non eſt, &c.* Prope naturale eſt ciues ciuibus inuidere qa non opera ſed infantiam quam viderunt recordantur. († in nullo precio habitus. 3. Reg. 12. d. Pſal. 137. b.)

Iſidorus. Comitatur ſæpe vilitas originem. *Vt quis eſt filius Iſai.* Sed *humilia dominus reſpicit, & alta a lōge cognoſcit.*

d *Et non pot. ibi. virt. vllam.* Ne ciues incredulos peius condemnaret faciēs multas virtutes. Vel quia in patria ſua deſpicitur, paucas ibi virtutes fecit & ſigna, ne penitꝰ inexcuſabiles ſint. Maiora quotidie ī gentibus ſigna facit, non tam in corporum ſanatione quam animarum. C

✠ Victor Antiochenus. Hoc propter eorum duritiam & incredulitatem dicitur, qui illiuſmodi beneficio potitur erant. Quia enim ad impetrandum ſanitatem vtrumque coire debet, nimirū eorū qui cura egent fides & illius rurſum qui curaturus eſt, virtus, ſi alterum hor defuerit, non temere ſanitatis beneficium obueniet. Poteſt quoque addi, rationi non ſatis conſentaneum videri, ſ. ſanitatem ei præſtari qui propter fide inopiam, detrimentum potius, quam emolumētum inde percepturus credit.

✠ Theophylactus. Quod dicit, *non poterat*, intelligere oportet, non acceptabat qa nō ipſe impote ſed illi infideles erāt ergo ibi non operatur virtutes, parcens eis, ne maiori repre hēſione digni eſſēt etiam factis miraculis non credentes.

e *Et mir.* Beda. Nō quaſi de improuiſo, ſed quaſi mirandum oſtēdit, qa nec pphetis credūt, nec ipſi quem pſentē cernūt

CAP. VI.

(a Nazareth, vbi natus fuit.)
E T egreſſus inde abiit in patriam ſuam, & 1
(a Male ſabbatum celebrat qui vacat a bonis operibus.)
ſequebantur eū diſcipuli ſui. Et factō ſab
(a Vt pluribus proficiat.)
bato cępit in ſynagoga docere, & multi
audiētes† admirabātur in doctrina eius,
(Ideſt, doctrina. Vel huic.)
a dicentes. Vnde huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapientia quæ †
(a Beda. ſanitates. Miracula.)
data eſt illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?
(Cognatus.)
b †Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſeph 2
& Iudæ & Simonis? Nonne & ſorores eius hic † nobiſcum
(Hac de cauſa. Ergo.)
ſunt? Et ſcandalizabantur in illo.† Et dicebat eis Ieſus, quia
(Prophetam ſuſcitabit vobis Deus.)
c non eſt propheta † ſine honore, niſi in patria ſua, & † in co-
d gnatione ſua, & in domo ſua. Et non poterat ibi virtutem vl-
lam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit 3
e & mirabatur propter incredulitatem illorum. Et circumibat 4 5

Et

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

E T egreſſ. *Poſtquam deſcriptus eſt feruor prædicationis in Chriſto, hic conſequenter deſcribitur liuor æmulationis contra ipſum propter doctrinam & miracula ipſius, & patet ſentētia ex dictis Mat. 13. exceptis quæ ſequuntur.*

2 Nonne. *In Matthæo dicitur fabri filius. Credebant enim iſti quod eſſet eiuſdem artis cum patre ſuo putatiuo Ioſeph, qui dicitur fuiſſe faber lignarius. Et probabile videtur, quod Chriſtus eandem artem exercuit, quia non fuit occupatus in doctrina & miraculis vſque ad triceſimum ætatis annum, nec ante fuit intentus ſtudio ſecundum quod dicitur Ioan. 7.* Quomō hic literas ſcit, cum non didicerit. *Nec veriſimile, quod tanto tempore fuerit ocioſus, magis autem veriſimile eſt q fuerit occupatus in arte patris ſui putatiui quā in alia, & hoc videtur per verbum iſtorum qui erant de Nazareth, qui modum ſuum viuendi cognoſcebant, & fabrum eum vocabant.*

3 Et non po. ibi, &c. *Iſtud non poſſe, non refertur ad potentiam eius abſolutam, ſed congruitatis & decentiæ, quia non erat congruum quod ibi faceret multa miracula cuius cauſa ſubditur, cum dicitur.*

4 Et mirabatur propter. *Fides enim credentium eſt meritoria de congruo, quod eis fiant miracula ſicut patet cap. præcedenti de muliere ſanguiniflua cui dictum eſt a Chriſto. Fides tua te ſaluam fecit, & in multis alijs locis in euangelio ſimile habetur.*

5 Et circumibat. *Quia ſui doctrinam eius repulerant, cōueniente ad alios docendos tranſiuit, & ita fecerunt apoſtoli, ſecundum quod dicitur Act. 13. g.* Vobis oportebat primum loqui, ſcilicet Iudæi verbum Dei, ſed quia repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, ſic enim præcepit nobis Deus.

Et

MORALITER.

2 *Et egreſſus inde abijt in patriam ſuam, &c.*

*Vnde*

† *Vnde huic hæc.* Iſti ſimiles ſunt ruſtico, qui crucifixum adorare nolebat, eo quod lignum creuerat in horto ſuo.

Et

a castella in circumitu docens. Et conuocauit duodecim, & 1
Charitate concordes.
b cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem † ſpirituum
c immundorum. Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi †
a Poteſtatem viuendi de euangelio. Onus ſæculi. Delitias.
virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona
a Occultam ſapientiam: ¶Ne alia induti, aliam in futuro reſeruent, non quod vna tunica in locis glacialibus contenti eſſe debeamus.
d æs, ſed calceatos ſandalijs, & ne induerentur duabus tunicis.
e a Alienum eſt prædicatorem per domos curſitare, & hoſpitij iura mutare. 2
† Et dicebat eis. † Quacumque introieritis domum, illic ma- †
nete donec exeatis inde. Et quicumque non receperint vos
f nec audierint vos, exeuntes inde, excutite puluerem † de pe-
a Accepta poteſtate & auditis præceptis a domino.
dibus veſtris in teſtimonium illis.* Et exeuntes prædicabant
a Quæ eſt prima via ſalutis.
vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, &
g Sic a Quia tot ſigna fiebant. 3
vngebant oleo multos ægros, & ſanabantur. † Et audiuit rex
h a Pelliceus. b Hier. Non eſt fas lucernam abſcondi ſub modio. c Chriſti. 4
Herodes, manifeſtum enim factum eſt nomen eius, & dice-
a Beda. Bene ſentit de reſurrectione, quod ſcilicet maioris potentiæ ſunt ſancti futuri poſt reſurrectionem.
i bat. Quia Ioannes Baptiſta reſurrexit a mortuis, & propte-
rea virtutes operantur in illo. Alii autem dicebant, quia Elias

A *Et conuocauit.* Hier. Mittuntur 12. apoſtoli, & datur eis poteſtas præcepta docendi vt comitetur verbum ſimul & factum, & cum promiſſis inuiſibilibus virtutes miſceantur, & cum vngunt ægros oleo, infirmitatem fidei virtute corroborent.

⁜ Victor Antioch. Marcus numerũ eorum quos ad munus illud delegerat accurate exponit. Matthæus autem nõ hoc ſolum, ſed miſſorum quoque nomina edit. Marcus rurſus miſſionis modũ diſertis verbis aperit; ſcribit enim dominum binos & binos ſimul ad euangelizãdum miſiſſe, Matthæus autem nõ modo qui miſſi fuerant, exprimit verumetiã miſſorum ordinem deſcribit. Indicat nãque quis eorum fuerit primus, quis ſecũdus, &c.

B *Et dabat ill. &c.* Benignus dominus & magiſter non inuidet diſcipulis & ſeruis poteſtatẽ ſuã. Sed ipſe poteſtate ſua agit, illi ſua infirmitate, ſi quid agũt, & domini virtutem confitentur dicentes. In Ieſu nomine ſurge & ambula.

*Ne quid tolle. &c.* Tãta ſit in domino fiducia, vt nihil deeſſe certiſſime ſciant, ne dum ſibi prouident temporalia, minus alijs prouideant æterna.

Bed. Matthæus & Lucas memorant dominum diſcipulis dixiſſe, vt nec virgã ferrent. Marcus, ne quid tollerẽt niſi virgam. Sed illi realiter virgam accipiũt. Marcus per virgam poteſtatem accipiendi neceſſaria a ſubditis intelligit.

⁜ Victor Antioch. Apud Matthæum non hæc tantum, ſed gemina quoque tunica, & calceamenta & virga prohiberi videntur. At vero apud Marcum virga permitti videtur. Et præcepit, inquit, illis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tãtum. Ibidem ſandaliorum quoque vſus permittitur. Verum quod de virga hic aſſeritur, tantum ſecundum quandam indulgentiã aſſertum videtur. Certe verba eiuſmodi quiddam inſinuant, habent. n. niſi virgam, tantum quaſi dominus dicat. Nihil omnino volo vos in via deferre, niſi forſan virgam qua nitamini. Particula itaque μηδὲ, neque ita late hoc loco vſurpatur, vt nõ abſolute neget, ſed aliquatenus etiam permittat.

d *Calceatos ſandaliis.* Beda. Vt pes neque tectus ſit neq; nudus ad terram, id eſt, nec euãgelium occultetur, nec terrenis D commodis innitatur.

e *Ne indue. dua. tu.* Beda. Quod eſt vt ſimpliciter ambulent, non dupliciter.

f *Excutite puluerem de pe.* Beda. Puluis excutitur de pedibus in teſtimonium laboris ſui, quod ingreſſi ſunt ciuitatem, quod prædicatio vſque ad illos peruenerit. Vel quod nihil ab eis acceperint ad victum neceſſariũ qui euangelium ſpreuerunt.

Luc. 10, 2.
† aduerſus ſpiritus immundos.
Iac. 5. c.

* Victor Antioc. Cũ oſtendere vellet, impune non habituros, qui Apoſtolos nõ receperint, aut ſermones illorum non audierint, iubet vt puluerem pedib. cohærentẽ, in eos excutiãt qui illos non admittunt, qui itineris laboriſque illorum cauſa fruſtra ſuſcepti, teſtis ſit.

† vbicunque
† qui eſt ſub
* Amẽ dico vobis tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrheis in die iudicii, quam illi ciuitati.

g *Et vngebant oleo.* Bed. Iacobus dicit. *Infirmatur quis in vobis, indu. p. ec. & o. ſuper e. vn. e. o. &c.* Vnde pater ab apoſtolis hunc E morem eſſe traditum, vt energumini & alij ægroti vngãtur oleo a pontifice conſecrato.

⁜ Victor Antioch. Oleum autem inter alia & laborum moleſtias mitigat, & lumen fouet, & hilaritatem conciliat. Oleũ quod in ſacra vnctione adhibetur, & Dei miſericordiam, & morbi ſanationem & cordis illuminationem denotat. Dici tamen poteſt orationem hæc omnia efficere, oleum autem eorum omnium quæ fiunt, externum tantum ſimbolum eſſe.

h *Et audiuit rex.* Bed. Lucas. Audiuit Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant, ab eo & hæſitabat, eo quod dicebatur a quibuſdam, quod Ioannes reſurrexit a mortuis, a quibuſdã vero quod Elias apparuit. Vnde intelligendum, aut confirmatum eum ex aliorum verbis credẽdo dixiſſe, aut adhuc hæſitando. *Quem ego decol. &c.* Luc 9 a.

i *Quia Ioannes Baptiſt. &c.* Bed. Mira cõtra dominum inuidia Iudæorum: Ioãnem (de quo dictum eſt, quia nullum ſignum fecit) potuiſſe reſurgere nullo atteſtante credunt. Ieſum ſignis & virtutibus approbatum, cuius mortem elementa tremuerunt, & reſurrectionem & aſcẽſionem angeli & apoſtoli viri & fœminæ prædicauerunt, non reſurrexiſſe, ſed ſublatum eſſe furtim credere maluerunt.

☞ Phi- F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et conuocauit duodecim & cœpit eos mittere. *Superius 3. c. deſcripta eſt collatio poteſtatis prædicandi facta apoſtolis, hic deſcribitur executio dictæ poteſtatis, & primo deſcribitur apoſtolorum miſſio ad prædicandum, ſecundo eorum reuerſio ad Chriſtũ, ibi. Et conuenientes apoſtoli ad Ieſum. Prima in duas, quia primo deſcribitur dicta miſſio, ſecundo ex hoc ſurgens Herodis opinio, ibi. Et audiuit rex Herodes. Expoſitio primæ partis patet ex dictis Matthæi 10. exceptis quæ ſequuntur.*

2 Sed calceatos ſandalijs. *Matth. 10. dicitur quod non portarent calceamenta. Ex quo patet, quod ſandalia non dicuntur calceamenta proprie, quia illis poterant vti apoſtoli, vt hic dicitur.*

Et

3 Et vngebant oleo mul. *Ex hoc loco patet quod vnctio extrema quæ eſt infirmorum, fuit inſtituta a Chriſto.*

4 Et audiuit rex Herodes. *Hic conſequenter deſcribitur opinio Herodis de Ieſu. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet principalem et incidentalem, ſecunda ibi. Ipſe enim Herodes. Circa primum ſciendum, quod apoſtolis prędicantibus aduentum Chriſti & eius miracula, quia non ſolum erant prædicantes, ſed etiam facientes miracula in nomine eius, Herodes audiuit famam de Ieſu & credidit, licet falſo, quod ipſe eſſet Ioannes Baptiſta, quem ipſe decollauerat, & quod a mortuis ſurrexiſſet. Ex quo patet, quod iſte Herodes non fuit de ſecta Saducæorũ, qui negabant reſurrectionem, ſed de ſecta Phariſæorum qui eam confitebantur, vt habetur Act. 23. Cætera patent ex dictis Matt. 14.*

Ipſe

## MORALITER.

1 *Et conuocauit. 12.* Sequitur.

† *Et præcepit eis ne quid, &c.* Bed. Per peram onera ſeculi, per panem delitiæ corporales, per æs in zona ſapientiæ occultatio deſignatur, quia quiſquis officium doctoris accipit, neque oneribus ſecularium negociorum deprimi, neque delitijs carnalibus reſolui, neque commiſſum ſibi talentum verbi ſub ocio lẽti corporis debet abſcondere.

† *Quicumque introieritis in domum, illic manete, &c.* Theophilus ne de gula contingeret eos reprehendi ab alijs in alios tranſeuntes.

4 *Et audiuit rex Herodes: manifeſtum enim factum, &c.* Sequitur poſtea.

Et

A a *Philippi fratris ſui.* Beda. Vetus hiſtoria narrat Philippum maioris Herodis fuiſſe filiũ,& fratrem Herodis, ſub quo paſſus eſt dominus,& duxiſſe Herodiadem filiã Arethę, & poſtea Arethum ortis ſimultatibus filiam ſuam tuliſſe, & Herodi inimico Philippi in dolorem ipſius nuptijs copulaſſe. Egeſippus, vel Ioſephus tamen longe aliter.

ceſſiſſet Herodes.

a *Si quis vult, &c.* Beda. Poſtquam myſterium ſuæ paſſionis & reſurrectionis oſtendit, hortatur omnes ad imitandū paſſionis exemplum, & omnibus ſalutem promittit animarum. Sed perfectioribus, quanta paſſurus quod a mortuis reſurrecturus eſſet aperuit, formam tribuens prędicandi, vt ſcilicet pro ſuo quiſque modo inſtruatur, neque infirmis altiora committantur,

b *Deneget.* Non valet apprehendere quod vltra ipſum eſt ſi neſcierit mactare quod eſt. Niſi quis a ſemetipſo deficiat, Ad Deum qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat.

✱ Theophylactus. Sicut qui abnegat alterum fratrem aut patrem quamuis vulnerētur aut moriantur, non compatitur nec irritatur, ſic, & nos debemus ſpernere corpus noſtrū, vt ſi vulnerari contingat pati non curemus.

c *Tollat crucem.* Vel per abſtinentiam macerando corpus, vel per compaſſionem animum. De corpore dicit Paulus. *Caſtigo corpus meum, & in ſer. re. &c.* Idem de compaſſione animi. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

d *Qui enim.* Beda. Duo tempora eccleſia ſignificat, aliud perſecutionis, quādo ponenda eſt anima. Aliud pacis, quādo frangenda ſunt deſideria terrena. Vnde ſequit. *Quid e. pro. &c.* D

e *Qui enim me,* Quia multi auaritiam vincunt, labentia deſpiciunt, ſed fidei rectitudinem quam habent verecundia impedit, non exprimunt voce. Addit. *Qui enim me. &c.*

✱ VICTOR ANTIOCHENVS. Non ſic eſt ſi fidē animo retineas, aut corde tantum credas, ſed opus eſt prætereca confeſſione quæ fit ore. Neque enim fruſtra ſua nos gratia Chriſtus iungit; verum quo libero ore eum profiteamur, maioremq; dilectionis affectum in medium afferamus, adeoque illuſtriores hac ratione euadamus. E

f *Amen dico.* BEDA Cum de futura vita loqueretur, ideo neceſſariū fuit, vt hoc promitteret de pœnitenti vita, vt rudes adhuc diſcipuli hac conſolatione confortarentur, ſicut de Iudaico populo dicitur. *Dedit illis regiones gentium, & la. po. poſ. vt cuſtodiant iuſtificationes ei⁹ & legē ei⁹ req*

Pſal. 104. d.

g *Regnum dei, &c.* Ideſt, eccleſiam contra mundi huius gloriā erectam. Vel futuram in cęlis beatitudinem, quam in monte viderunt. Qđ pia prouiſiōe factū eſt, vt æternum gaudium tametſi ad breue momentū prę̄libatū, ad aduerſa ferēda fortius animaret F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

poſtolis reſpondit. Tertio, ponitur Chriſti paſſionis prænunciatio, ibi. *Et cœpit eos docere.* Quarto, deſcribitur Petri increpatio, ibi. *Et apprehendens Petrus eum.* Petrus enim ex zelo Chriſti volebat impedire eius paſsionem. Et quia iſte zelus erat indiſcretus quia paſſio Chriſti erat ordinata ad ſalutem generis humani ideo meruit duram reprehenſionem. Sententia autem partium iſtarū patet ex dictis Matthęi. 16.

*Et conuoca.* Quia Chriſtus increpauerat Petrum volentem impedire paſſionem eius, ideo hic conſequenter inuitat fideles ad tolerantiam paſſionis. Et primo facit hoc verbo. Secundo facto in principio ſequentis cap. Sententia primę partis patet ex dictis Mat. 16 hoc excepto quod ſubditur.

1 *Qui enim me confuſus. &c.* Hęc eſt uera litera, quia ſic habent antiqui libri & correcti, & ēt Gręci, Et hoc patet per illud, quod habetur Luc. 9. vbi eadē ſententia ponitur per alia verba ſic, q me erubuerit & meos ſermones.

3 *In genera.* Quia Iudęi deſcenderant a patribus qui ad idololatriam declinauerant dimiſſo Deo qui eos deſponſauerat in datione legis in monte Sinai, Et ideo filii ab eis deſcendentes adultera generatio vocantur.

4 *Et peccatrice.* Quia ſicut patres eorum perſecuti fuerant prophetas eos occidendo, ita ipſi perſequebantur Chriſtum mortē eius quęrendo.

5 *Et filius hominis, &c.* Hęc eſt vera litera, quia ſic habent gręci & Antiqui. Et patet per iſtud quod habetur Luc 9. c. vbi dicit. *Et filius hominis erubeſcet eum.* i. non recognoſcet eum de ſuis, ſicut homo non libenter recognoſcit illum de quo erubeſcit. Et p talem modum loquendi dicit Hiero de quadam ſancta. Quia nō eſt confuſa Chriſtum, Chriſtus non confundetur eam. Nec eſt curandum, ſi eſt impropria locutio ſecundum regulas grammaticę quibus non ſubiacet theologia.

CAP.

## MORALITER.

† *Si quis vult poſt me ſequi, &c.* Beda. Perſecutionis tempore ponenda eſt anima. Pacis autem tempore frangenda ſunt deſideria terrena.

Et

† *Et dicebat ills, &c.* Guſtare mortem eſt incurrere culpam mortalem, quod non faciunt illi, qui regnum Dei ſemper attendunt, vel qui ſeueritatem venientis iudicis contremiſcunt.

MORAL-

# CAPVT IX.

Multi vocati pauci vero electi.

a E T poſt dies ſex † aſſumpſit Ieſus Petrum & 1
b Iacobum & Ioannem , & ducit illos in mon-
a Non ſubſtantiam veram carnis amiſit. Gloriam reſurrectio oſtendit.
c tem excelſum ſeorſum ſolos , & † transfigu- 2
a Sancti.
d ratus eſt coram ipſis, & veſtimenta eius facta ſunt ſplendē
a De quo amplius laua me ab iniquitate mea. b Non poteſt in terra claritatem dare fidelibus ſuis quam eis conſeruat in cęlis.
e tia & candida nimis velut nix , qua[b]lia fullo ſuper terrā nō
f pōt cādida facere. Et† apparuit illis Elias cū Moyſe, & erāt †
Stupefactus tanta claritate.
g loquētes cum Ieſu. Et reſpondēs Petrus, ait Ieſu. Rabbi bo
h Quamuis ſtupefactus, inſitum tamen ſibi affectum indicat.
nū eſt nos hic eſſe & faciam⁹ tria tabernacula, tibi vnū, &
Quaſi ſtupefactus.
Moyſi vnū, & Eliæ vnū. Non.n.ſciebat quid diceret. Erant
i enim timore exterriti. Et facta eſt nubes obumbrās eos, &

CAP. IX.

A E T poſt dies, &c. Hieronymus. Poſt comminationem crucis reſurrectionis gloria oſtenditur, vnde, ſequitur.

a *Et poſt dies, &c.* Vt non timerent opprobia crucis, qui oculis ſuis viderant gloriam reſurrectionis.

Luc.9.b Beda. Et poſt dies ſex. Lucas. Factum eſt autem poſt hæc verba fere dies octo &c.
† Mat.17.a Luc.9.d Octauo die reſurrectionis gloriā manifeſtat, vt oſtenſa cęleſtis vitæ dulcedine, cunctorum corda quæ hoc audire poſſūt refoueat, & octonario numero verum tempore reſurrectionis gaudiū doceat eſſe vē-
† viſus turū. Ipſe.n. poſt ſextā ſabbati qua crucem aſcendit, & ſeptimam qua in ſepulchro quieuit a mortuis reſurrexit, & nos poſt ſex huius ſeculi ętates in quibus pro domino pati gaudemus & ſeptimā animarum quæ interim in alia vita agitur, octaua ætate reſurgemus.
Matt.17.a B Quod autem Matthæus & Marcus dominum poſt ſex dies transfiguratum dicunt, nec tempore, nec myſterio diſcrepant. Illi enim medios diēs tantum ponunt. Vnde & abſolute poſt ſex dies dicunt factum. Hic primum quomodo hoc Dominus promiſit & vltimū quo compleuit adiungit, & iō temperātius ponit, fere dies octo. Et Myſtice. Illi poſt ſex mundi ætates ſanctis ab omni labore quieſcendum, hic vero tempore octauo ſignificat eſſe reſurgendum. Vnde ſextus
Pſal. 6.a Pſalmus pro octaua inſcribitur. *Dñe ne in furore tuo, &c.* Quia per ſex ætates quibus operari licet, precibus eſt inſiſtendū, ne ī octauo retributionis tēpore ab irato iudice corripiamur.

✣ Victor Antiochen. Lucas poſt octo dies, quæ ſequuntur accidiſſe ſcribit, verum hæc non pugnant, ſed oppido inter ſe conſpirant. Quandoquidem Lucas diem quo Dominus dixit, ſunt quidam de hic ſtantibus, & illum rurſum quo Petrum Iacobum & Ioannem ſecum aſſumpſit, cęteris connumerat. Marcus autem tantum ſex illos, qui inter duos extremos intereeſſerunt, percenſet.

Luc.9.d b *In montem ex.* Bed. In montem vt oraret, ſecundum Lucam. In montem oraturus, vt ſic transfigurandus aſcēdit, docēs eos qui fructū reſurrectionis expectāt, qui regem in decore ſuo videre deſiderant, mentem in excelſis habere, & continuis precibus incumbere. Tres ſolummodo diſcipulos ſecū ducit, vel quia multi vocati, pauci vero electi: Vel quia qui fidē ſanctæ trinitatis incorrupta mente ſeruauerint, tunc ęterna eius viſione merebuntur lętari.

✣ Victor Antiochenus. Poterat ſane in domo gloriam ſuam diſcipulis patefacere, verū quod montis celſitudo quādam cum maieſtatis illius celſitudine cognationem haberet, quos ſecum ex diſcipulis aſſumpſit, in montē excelſum ſubduxit.

C c *Transfiguratus.* Beda. Non veram ſubſtantiam carnis amiſit, ſed gloriam futuræ ſuæ, vel noſtræ reſurrectionis oſtendit. Talis poſt iudicium cunctis apparebit electis. In iudicio in forma ſerui & bonis & malis, vt impii quem ſpreuere, quem Iudæi negauere, milites quem crucifigere, Pilatus Herodeſque quem iudicauere, nequeant iudicem agnoſcere.

✣ Victor Antiochenus. Transfiguratio de qua hic agitur ſecūdū quendā externum fulgorē facta e[ſt]. Nā vt Matthæus narrat. *Facies eius reſplēdu[it] vt ſol, veſtimenta aut[em] eius facta ſūt alba vt ni[x].* Hinc tamen infer[tur] nō licet aliquam na[tu]ralis formæ mutatio[nem] in cęleſti illo re[gno] olim futuram. V[t] enim Chriſti effigi[es] ſecundum ſe non e[ſt] immutata, ſed tantu[m] illuſtrata, ita nec i[i]ſti quoque qui co[r]pore claritati illi[us] conformabuntur, ſ[e]cundum formam in[mu]tabuntur, ſed illoru[m] tantum corpora qua[n]dam ſplendoris lucis acceſsionem [ac]ceptura ſunt.

d *Et veſt.* Veſtimēta domini ſancti. Vnde. *Qui in Chriſto ba[ptizati eſtis] c. Chri. in.* Hęc domino in mundo manente videbatur deſ[pe]cta, ſed ipſo montem petente nouo candore refulgent. *[No]nunc quidem filij ſumus Dei ſed nondum apparuit quod erimus.* C[um] ergo apparuerit ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſi[cu]ti eſt, vnde ſubditur.

e *Qualia fullo. et ap. &c.* Moyſes ſanctus mortuus, Elias vi[uus] in cęlum raptus, viſi in maieſtate cū domino (vt Lucas dic[it]) futuram in illo omnium ſanctorum gloriam ſignificant, [qui] tempore iudicii vel viui in carne reperientur, vel mortui.

✣ VICTOR ANTIOCHENVS. Moyſes & Elias præ[ce]teris apparēt. Cuius rei plures ſunt cauſę. Primo hoc fa[cto il]lorū opinio refutabatur, qui Chriſtū Eliam aut Ieremiā [aut] vnum ex prophetis eſſe exiſtimabant. Mox vero planum hoc myſterio euaſit. Apoſtolum Petrum recte laudatū, qu[i] Chriſtum Dei viui filium eſſe confeſſus fuerat.

f *Elias cum.* Bed. Legiſlator, & eximius prophetarum ap[pa]rent. Loquuntur cum domino in carne viuente oſtende[ntes] ipſum eſſe quē lex & prophetę promiſerunt. Non in infi[mis] ſed in monte cum illo, quia qui terrena deſideria mēte t[ran]ſeunt ſolui maieſtatem ſcripturæ ſanctæ quæ in domino i[m]pleta eſt, perſpiciunt.

g *Rabbi.* Quāuis ſtupefactus inſitum tamen affectum ſibi [in]dicat, oblitus ſanctis regnum promitti, non in terris, ſed & [in] cęlis, & ſe & coapoſtolos mortali carne indutos immort[alis] vitę ſtatū ſubire non poſſe, & domum manufactam nece[ſſa]riam non eſſe. Legi quoq; & prophetis & euangelio tria [ta]bernacula facere cupit, cum non poſſint ſeparari, vnum [ha]bentia tabernaculum, ideſt, eccleſiam Dei.

h *Bonum eſt.* Multo ergo melius choris ſanctorum interel[le], deitatis pfrui viſione. Si ſic delectat humanitas Chriſti t[rans]figurata, & duorum ſocietas ad punctum oſtenſa.

i *Nubes obum.* Vnde quia quæſiuit materiale tabernacul[um] nube F

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

1 E T *poſt dies.* Hic ponitur incitatio ad martyrium facto. Illud enim quod maxime excitat ad tolerantiam martyrij, eſt magnitudo præmij, quę magis mouet viſa quam audita, ideo Chriſtus oſtendit tribus principalibus ſuis diſcipulis gloriam reſurrectionis in transfiguratione, in qua oſtendit ſe eis in claritate gloriæ. Et primo deſcribitur iſta oſtenſio. Secundo ex hoc mouetur quęſtio, ibi. *Et interrogabant eum.* Sententia iſtarū partiū pate[t] x dictis Mat. 17. exceptis quæ ſequuntur.

2 *Et transfi.* Non eſt intelligēdum, quod figura corporis Ch[riſti] fuerit mutata, ſed quia figura eſt in extremitatib. corporis, & [ſi]militer claritas glorię q̄ tūc in corpore ſuo habuit eſt in extre[mi]tate corporis, & iō vocat̃ transfiguratio, & per talē modū loq[ue]n[]di dicit Apoſtolus Phil. 3. d. *Saluatorem expectamus dominum [no]ſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis no[ſtræ] conſi*

## MORALITER.

1 *Et poſt dies, &c.* Sex diebus factus eſt mundus Gen. 1. propter quod per ſex dies figurari poteſt totus mundi decurſus, quo cō-pleto Chriſtus ſuos vere diſcipulos, id eſt, electos ducet in montem excelſum, id eſt in cœlum empyreum glorioſos in anima & corpore videntes eius gloriam ſingularem.

† *Et ap. illis El. cum Moy.* i. legem & prophetas cum euang[elio] concordantes. Quod autem Petrus dixit, Faciamus hic tria tab[er]nacula, neſciuit quid diceret, nam omnium erit vna gloria ſi[cut] vnus denarius diuinus, licet in illa ſint diuerſi gradus.

*Præ*

a Patris pro filio respondentis.
a venit vox de nube dicens: † Hic eſt filius meus chariſſimus 1
a Moyſes & Elias ſerui, huic faciendum taberuaculum huic ſeruiendum non illis. Et Moyſes tanquam me ipſum audietis. b Vbi cœpit filius deſignari, mox ſerui diſceſſerunt ne ad illos vox facta putaretur.
b audite illum. Et ſtatim circunſpicientes, neminem amplius
Poſt transfigurationem.
c viderunt niſi Ieſum ſtantem tantum ſecum. † Et deſcenden-
d tibus illis de monte, præcepit illis ne cui quæ vidiſſent nar- †
Nemini dicentes.
rarent, niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit Et ver- 2
Hoc. 3
e bum continuerunt apud ſe, conquirentes quid eſſet, cum à
a Q.d. Si iam apparuiſti in gloria. Quid ergo,&c.
mortuis reſurrexerit. Et interrogabant eum dicentes: Quid
ergo dicunt phariſæi & ſcribæ, quia Eliam oportet venire
a Non aliter eſt ſecundus aduentus, niſi ille præcedat. Q.d. Non eſt hic aduentus quem putatis, quem præcederet Elias: Elias enim cum venerit,&c.
f primum? Qui reſpondens ait illis: Elias cum venerit, primo
g reſtituet omnia: quomodo ſcriptum eſt † in filium hominis
a Sic & Elias. Quaſi dicat. Venturus eſt Elias ipſe in corpore, ſed etiam venit in ſpiritu & virtute, ſcilicet, Ioannes.
vt multa patiatur, & contemnatur. Sed dico vobis, quia & E- †
a Spreuerunt, decollauerunt.
lias venit, & fecerunt illi quæcumque voluerunt, ſicut ſcri-
De monte.
h ptum eſt de eo. Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam 4
Diſputantes. 5
i magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis. Et
a Indocti, non ſcribæ ſapientes. b Quaſi ſtultus. Timor non eſt in charitate.
confeſtim omnis populus videns † Ieſum, & ſtupefactus eſt,
a Quaſi ſerui.
k & expauerunt, & accurrentes ſalutabant eum. Et interroga-
uit eos: † Quid inter vos conquiritis? Et reſpondens vnus

nubis accepit vmbraculū, vt diſcat in reſurrectione nō tegmine domorū, ſed ſpiritus ſancti ſanctos eſſe protegendos.
a *Hic eſt.* Q.d. Hic vere eſt ille quē Moyſes iſte vobis promiſit, huic auſcultate & oēs auſcultare iubete. Nota q, ſicut in baptiſmo ſic in monte myſteriū trinitatis declarat, quia gloriam eius quā in baptiſmo credentes confitemur, in reſurrectione videtes collaudabimus. Hic ſpiritus in nube lucida, illic in columba, qua quā percipit fidem qſquis ſimplici corde ſeruat: tunc lucē apertæ viſionis quā crediderat contemplabitur: ipſaque illuſtrabitur gratia & in perpetuum protegetur.
b *Et ſtatim.* Beda. Cū fieret vox ſuper filium hominis inuētus eſt ipſe ſolus. Quia cum manifeſtauerit ſeipſum electus: erit Deus omnia in omnibus: imo ipſe cum ſuis vnus populo Chriſtus, i. caput cū corpore ſplendebit, vnde. *Nemo aſcēdit in cœlum, niſi qui de ſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo.*
c *Præcepit illis.* Nō vult gloriā regni futuri & triumphi quā in monte oſtēderat publice prædicari: ne & incredibile eſſet pro magnitudine, & poſt tantam gloriam apud rudes animos ſequens crux ſcandalū faceret.
d *Verbum conti.* Hierony. Id eſt, cum abſorpta mors fuerit in victoria, non erunt in memoria priora, cum abſtulerit dominus ſordem filiæ Sion auferens omnem lachrymam ab oculis ſanctorum.
e *Quid ergo.* Tradunt ſcribæ ſecundum Malachiam, quod Elias veniat ante aduentū ſaluatoris, & reducat corda patrū ad patres eorū, & reſtituat oīa in antiquum ſtatum. Exiſtimant ergo diſcipuli hanc aduentus gloriam eſſe, quam viderant in monte, & dicūt Si iā veniſti in gloria, quare præcurſor tuus non apparet? maxime quia vident receſſiſſe Eliam.
* Victor Antiochenus. *Quid ergo?* Quomodo hæc inter D ſe cohæreant, paucis expendamus. Cum diſcipuli in monte adhuc eſſent, Dominique transfigurationem coram conſpexiſſent, & regni illius nonnullum iam guſtum hauſiſſent, de eo illum conſuluerunt, quod ſcribæ & phariſæi de Eliæ aduentu frequenter in ore habebant Dominus autem cōſultus prophetę oraculum non infirmat, ſed confirmat.
* Theophylactus. Proponit autē hoc † Mat. 17. b dominus ad reſiſtendum phariſæorum opinioni, qui tenebant quod primi aduentus præcurſor erat Elias, quaſi ad inconueniens eos adduceret, vnde ſubdit, *& quomodo ſcriptum eſt, &c.*
f *Reſtituet, &c.* Scilicet conuertet cor Patrum ad filios, & † de filio. cor filiorum ad patres. Reſtituet enim E morti quod debet & diu viuendo ſuſtulit, vnde addit.
g *Et quomodo ſcrip.* Quaſi dicat. Sicut de Chriſti paſſione prophetę multifarie ſcripſerunt: ſic & Elias multa paſſurus eſt. Reſtituet ergo † eum. omnia. Primo, corda hominum illius temporis ad credendum in Chriſto, reſiſtendum Antichriſto. Deinde ponet animam pro Chriſto.
h *Turbam magnam.* Hiero. Nō eſt requies ſub ſole, ſemp occidit paruulos inuidia, magnos percutiūt fulgura mōtes, alij diſcentes cū fide, alij inuidētes cū faſtu, ad eccleſiā veniunt.
i *Conquirentes.* Beda. Quid conquirerent euangeliſta non dicit. Sed poteſt intelligi de hoc quæſtionem motam fuiſſe, quare diſcipuli dæmoniacum qui in medio erat, nō poſſent liberare. Hoc enim ex ſequentibus concipi poteſt.
K *Et interroga.* Beda. Nota quod loca rebus congruunt. In F monte orat, transformatur, diſcipulis arcana ſuæ maieſtatis aperit, in imo a turba excipitur, miſerorū fletu pulſatur. Surſum

## NICOLAVS DE LYRA.

*configuratum corpori claritatis ſuæ.*
1 *Venit.* Sicut in baptiſmo Chriſti auditum eſt teſtimonium patris de filio eius naturali, ſic & in transfiguratione. Cuius ratio eſt, quia homines fiunt filij Dei adoptiui per aſſimilationem ad filiationem naturalem ipſius Chriſti. Quæ quidem, aſſimilatio fit dupliciter. Vno modo in præſenti per gratiam. Alio modo in futuro & perfectius per gloriam, ſecundum illud. 1. Ioan. 3. a. Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus: Scimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. In baptiſmo vero Chriſti data eſt aquis virtus regenerandi per gratiam. In transfiguratione vero oſtenſa eſt claritas gloriæ in corpore Chriſti. Et quia in iſtis duobus vt dictum eſt aſſimilantur homines filio Dei naturali, ideo cōueniens fuit, vt in baptiſmo Chriſti & eius transfiguratione audiretur teſtimonium patris de eius naturali filiatione.
2 *Et verbum con.* Secundum præceptum Chriſti.
3 *Conquirentes, &c.* Videbatur enim eis inconueniens, quod Chriſtus moreretur & reſurgeret à mortuis: poſtquam viderant eum in claritate glorioſa, ad quam alij venient poſt reſurrectionem, ideo terminus reſurrectionis vel finis iam videbatur eis completus in Chriſto.
4 *Et veniens, &c.* Hic oſtenditur diſcipulorum Chriſti impotentia in hoc quod non poterant curare dæmoniacū eis oblatū. Vbi ſic proceditur, quia circa hanc curationē primo oſtenditur diſcipulorū impotentia, ſecundo Chriſti efficacia, ibi. *Qui reſpondens eis dixit. O generatio, &c.* Tertio vtriuſque cauſa, ibi. *Et cum introiſſet in do.* Sententia iſtarum partium patet ex dictis Mat. 17. exceptis quæ ſequuntur. *Et veniens, &c.* Scilicet, quos dimiſerat aſſumptis tantum ſecum tribus, corā quibus transfiguratus fuit.
5 *Vidit turbam, &c. conqui.* Quia deridebant eos, eo quod tentauerant curare dęmoniacum eis oblatum & non potuerant, vt patet in litera ſequenti.

## MORALITER.

† *Præcepit illis, &c.* Per hoc oſtendens quod ſecreta diuina nō niſi debito tempore ſunt publicanda. *Elias cum vene.* Sequitur.
† *Sed dico vobis quia, &c.* Per hoc oſtendit duplicem Eliam, ſicut & aduentum Chriſti duplicem. Officium primi Eliæ facit homo monens fratrem charitatiue, ſicut & primus aduentus fuit in manſuetudine. Officium vero ſecundi facit prælatus corripiens ex authoritate, quia ſecundus aduentus erit in potentia & maieſtate.

A ſum diſcipulis myſteria regni referat, deorſum turbis pecca ta infidelitatis exprobrat. Surſum voce patris his qui audire poterãt pãdit, deorſum malos ſpũs expellit. Nũc pro meritorum qualitate alijs aſcẽdere, alijs non deſiſtit deſcendere.

*Et interrogauit.* Hieron. Scit & interrogat, vt confeſſio pariat ſalutem, & murmur cordis noſtri ſermonibus ſoluatur prius vt eſt: Dic iniquitates tuas prius vt iuſtificeris.

Eſa 43.d. ſecundũ 70.

a *Et dixi diſcipulis.* Latenter culpam obliquat in diſcipulos, cum ſæpe curatio non curantium, ſed curandorum impediatur vitio.

† Mat 17.c. Luc. 9.e

b *O generatio.* Non homini iraſcitur, ſed vitio. Non tædio affectuũ hoc dicit, ſed vt medicus ægro cõtra præcepta agenti. Et arguit per vnum Iudæos incredulitatis.

† illũ ad eum. † diſcerpſit.

B * Victor Antiochenus. Scriptura hunc hominem infirmæ fidei extitiſſe oſtendit. Primo ex eo quod dominus ait, *O generatio incredula*, Item. *Si poteſtis credere, omnia ſunt poſſibilia credenti.* Mox ex eo quod cum lachrymis ad Chriſtum accedens, *Adiuua domine incredulitatem meã.* Dixerit. Tertio ex eo quod dæmonio, ne denuo ingrediatur in eum Dominus imperat. Quarto ex eo q; ad Seruatorẽ dicit. *Si quid potes, adiuua nos, noſtri miſertus.* Quare incredulitas illius in cauſa fuit, quod dæmon ad Apoſtolorum vocem cedere noluerit. Dicis, ſi ita eſt, cur Dominus Apoſtolos oblique incuſat? oſtendere voluit, nonnunquam etiam citra offerentium fidem ægris quibuſdam ſanitatem obtingere poſſe. Cæterum ne hominem ad deſperationem adigat, non in illius ſolam perſonam orationis neruum intendit, ſed generatim omnes Iudæos, incredulitatis perſtringit. Probabile ſit enim nullos ex præſentibus ob Apoſtolorum imbecillitatem offenſos, ea de illis cogitaſſe, quæ non ſatis conueniebant.

C c *Statim ſpi.* Quia dum poſt peccatum ad dñm conuerti volumus, magis a diabolo impugnamur, vt vel excutiat virtutem, vel vindicet ſuam expulſionem.

d *Ab infantia.* Hieronymus. Significat gentilem populum cui a natiuitate increuit cultus Idolorum, vt ſtulte immolaret filios ſuos dæmonijs, vnde ſequitur.

*Et frequenter eum, &c.* Alij enim ignem, alij aquam venerabantur.

a Deprecandi per conqueſtionem exponit incommoda filij.

de turba, dixit: Magiſter, attuli filium meum ad te habentem †
ſpiritum mutum, qui vbicumque eum apprehenderit, † alli- †
a Hieron. Alle Peccatorum ſpumat ſtultitia. b Iracundia. Ignauia.
a dit illum & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit. Et di- 1 2 †
xi diſcipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. †
a Quaſi dicat. Incredulitas veſtra impedit ſalutem.
b Qui reſpondens eis, dixit: † O generatio incredula, quam-
a Puerum non dæmonem, vt oſtendat illum dæmonio. traditum propter peccatum ſuum vel parentum.
diu apud vos ero? Quamdiu vos patiar? Afferte illum ad
c me. Et attulerunt † eum. Et cum vidiſſet eum ſtatim ſpiri- 3
tus † conturbauit eum, & † eliſus in terra volutabatur ſpu-
a Non quaſi ignorans interrogauit, ſed vt diuturnitas infirmitatis oſtenſa curationem gratiorem faciat.
mans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis eſt 4
d ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequen-
a Moraliter iræ vel libidinis. b Cupiditatis.
ter eum in ignem & in aquam miſit, vt eum perderet.
e Sed ſi quid potes, adiuua nos miſertus noſtri. Ieſus autem
a Libertatem arbitrij indicat. b Quæ in nomine Ieſu poſtulantur.
ait illi. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et 5
continuo exclamans pater pueri cum lachrymis, aiebat: 6
Alias ſine in.
Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum vi- 7
a Alias credentem. b Q. d. Comminatio potentia eſt.
diſſet Ieſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiri- 8
f tui immundo dicens illi. Surde & mute ſpiritus, ego tibi †
Cuius præcipere, eſt facere.
præcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et cla- †

c *Adiuua.* Hieron. Credulitas noſtra, v[...] roſtrata lingua infi[...] ma eſt, niſi innix[...] adiutorio Dei. Fide[...] cum lachrymis opt[...] ta vota capit vt eſt[...] Fiat tibi ſecundu[m] fidem tuam.

* Victor Antic[...]chenus. Atqui ſi c[...] debat, vt ſe crede[...] aiebat, qua ration[...] adiuua incredulit[...] tem meam dixeri[...] Non vnius ration[...] eſt fides. Eſt enim [...] des inchoata, eſt r[...] ſum cõſummata. [...] orſus igitur crede[...] vt dominus virtu[...] ſua quod deerat, a[...] ijceret, opus hab[...] bat. Sic diſcipuli a[...] Seruatorem aiebã *Adauge nobis fidem.*

f *Surde & mute.* S[...] ritui imputat qu[...] homini pręſtat du[...] ille audiret, neq[...] loqueretur q[uo]d p[ec]cator pœnitens a[u]dit & loquitur. E[...] *ab eo & amplius ne i[n]troeas, &c.* Exiens [...] homine nunquã r[e]uertitur, ſi cor ſuum ſeruauerit clauis humilitatis, & oſtiu[m] obtinuerit homo munitatis, vnde: Eſto mihi in Deum p[ro]tectorem, & in locum mu. vt ſal. me facias.

* Victor Antiochenus. Quod dicit, *ego præcepio tibi.* id d[...] uinæ virtutis energiam, etiamſi humana fides non adſit, a[r]guit. Quando porro addit. *Exi ab eo, & amplius ne introeas eum,* Indicat facile altera vice dæmonem in illum qui fi[...] ſatis munitus non erat, ingredi potuiſſe, niſi Domini pr[æ]ceptum ne id fieret, impediuiſſet. Quando quidem hoc i[p]ſo etiam vrgente, dæmonium non abſque difficultate & t[er]giuerſatione abſcedebat. Nam & vociferabatur, & hom[i]nem diſcerpebat, & tandem decedere coactum, mortu[o] ſimilem deſerebat.

*Diſcerpen[s]* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Allidit illum.* Id eſt, ad terram proijcit.
2 *Et ſpumat, &c.* Ad oſtendendum vehementiam paſſionis.
3 *Et cum vidiſſet eum ſtatim ſpiritus, &c.* Videns enim ſe cito eiiciendum, faciebat peius quod poterat.
4 *Et inter.* Non ex ignorantia, ſed vt ex reſponſione patris appareret omnibus diuturnitas paſſionis & difficultas curationis, vt ex his miraculum eſſet euidens.
5 *Si quid po.* Ex quo patet, quod pater erat dubius in fide, d[u]bitans de Chriſti poteſtate.
6 *Omnia poſſibilia, &c.* Fides enim credentis meretur de co[n]gruo, vt ei detur beneficium per omnipotentiam Dei.
7 *Credo domine adiu.* Qui dixit: Credo, non erat omnino inc[re]dulus, ſed vocauit incredulitatem ſuam fidei ſuæ imperfecti[o]nem, quam petebat à Chriſto ſuppleri & perfici.
8 *Surde & mu.* Non formaliter, ſed effectiue, quia in pue[ro] obſeſſo auditum impediebat & loquelam.

5 *Si* — *Et fact*

## MORALITER.

† *Magiſter attu. &c.* Per iſtum ab infantia vexatum à dæmone, ſignificatur peccator ab infantia nutritus peruerſe, ſicut refert beatus Gregorius de puero quinquenni, quem cum teneret pater in ſinu ſuo vidit dæmones in ſpecie Maurorum venientes ad rapiendum ipſum, & tunc Deum blaſphemauit, & ſtatim expirauit. Et quoniam in tali ætate creſcente creſcit malitia, ſubditur.
† *Habentem ſpiritum, &c.* Quia talis non audit correctionem ad bonum.
† *Qui vbicunque apprehenderit allidit illum, &c.* Quia cedit cu[i]libet tentationi dęmonum.
2 *Et ſpumat.* Per gaſtri margiam.
† *Et ſtridet dentibus.* Per iracundiam.
† *Et areſcit. per ignauiam.* Hunc diſcipuli curare non poſſu[nt] quia contemnit monitiones hominum, ſed ſolus Deus aliquan[...]do de gratia ſpeciali curat eum, Ideo ſubditur.
† *Ego ti.* Et non alius.
† *Exi. ab.* Quod fit quando ex Dei adiutorio non patitur rec[i]diuum, ad quod deſignandum ſubditur.

† *Qui* — *Ieſ[us]*

a mans,& multum diſcerpens eum, exiit ab eo, & factus eſt ſi 1
b Mundo.
cut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt. Ieſus †
autem tenens manum eius eleuauit eum,& ſurrexit. Et cum
introiſſent in domum, diſcipuli eius ſecreto interrogabant
eum. † quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis.
c Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione,& ieiunio. 2
Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam, nec volebat 3
Se ibi eſſe.
quẽquam ſcire. †Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat
illis. Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum,
d & occident eum, & occiſus tertia die reſurget. At illi ignora- †
e Villa pulcherrima.
bant verbum, & timebant eum interrogare. Et venerunt 4
Capharnaum. Qui cum domi eſſent, interrogabat eos: 5
f Fræ verecundia. 6
quid in via* tractabatis? † At illi tacebant Siquidem in via 7
g Quia. 8
inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet. Et reſidens
h vocauit duodecim,& ait illis. †Si quis vult primus eſſe, erit
omnium †nouiſſimus, & omnium miniſter. † Et accipiens †
i puerum ſtatuit eum in medio eorum. Quem cum comple-
a Q. Formam virtutis ſeruent propter me rationis auxilio, quam paruuli ætatis beneficio.
K xus eſſet, ait illis, Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris re-

a *Diſcerpens,&c.* Hieronymus. Diſcerpit diabolus appropinquantes ad ſalutem, quod eſt ei eſca dilecta, quos in vẽtrem ſuum trahere deſiderat per terrores,& damna, vt Iob.

b *Factus,&c.* Iſidorus. Raban. Sanatis enim dicitur. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra ab.eſt cum Chriſto Ie.d.* Vnde infirmitas Chriſtianorum non eſt mors, ſed mortis ſimilitudo.

c *Hoc genus in nullo.* Hieronymus. Stultitia ad luxuriam carnis pertinet, & ieiunio ſanat. Ita & ignauia oratione depellitur. Medicina cuiuſque vulneris adhibẽda eſt ei. Non ſanat oculum quod calcaneum, ieiunio paſſiones corporis, oratione ſanantur peſtes mentis.

⁂ Victor Antiochenus. Diſcis hinc quomodo Chriſtus Seruator noſter doctrinam de ieiunio proponat eiuſdemq; neceſſitatẽ, & vſum inſinuet. Neque mihi hic paucorũ quorundam qui citra ieiunium dæmonia eiecerunt, exemplum opponas.

d *Occident eum, &c.* Proſperis miſcet triſtia, vt cum venerint, non imprædmeditatis ferantur animis. Si contriſtat eos, quia occidendus eſt, debet lætificare, quia die tertia reſurrecturus eſt.

⁂ Victor Antiochenus. Quando Chriſtus de ſua morte, & cruce verba facit, ſtatim miraculum aliquod adiungit. Et quidem ante,& poſt traditam doctrinam nõ raro hoc facit, prout multis paſſim locis obſeruare id licet. *Exinde*, ſcribit Matthæus, *cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oportet eum ire Ieroſolymam, & multa pati.* Tunc, inquam quando Apoſtoli illum filium Dei confeſſi ſunt. Et poſt transfigurationem ſuæ paſſionis meminit.

e *Ignorabant.* Non tam ingenij tarditate, quam amore, quia Deum verum cognouerant, moriturum credere nequibãt. D Et quia eis in figuris loqui conſueuerat, horrentes eius mortem, in his quoque eum loqui figurate putabant.

f *Capharnaum.* Hieronymus. Villa conſolationis. Congruit prædictæ ſententiæ, occiſus die tertia reſurget. Granum frumenti moritur, vt multiplicius colligatur, ſi non moritur, ſolum manet. Ioan.12.d

g *Quid in via, & cęt.* Hieronymus. In via tractabant de principatu, ſimilis tractatio loco. Principatus enim vi ingreditur, ſic deſeritur,& dum tenetur labitur; & incertum in qua mãſione, ideſt, in qua die finiatur, vnde dicit. Qui vult eſſe primus,&c.

- At illi ignorabant verbum & timebant interrogare eum

Beda. Hinc exorta videtur diſputatio, quia viderant Petrum,& Iacobum & Ioannem ſeorſum ductos in montem, & aliquod ſecretum ibi eẽ creditũ eis, ſed & Petro ſicut Matthęus dicit, claues regni cęlorum promiſſas, & eccleſiam ſup petram fidei a qua ipſe nomen acceperit ędificandã. putabant ergo, vel illos tres cęteris, vel omnibus Petrum eſſe plarum.

†Mat.18.a Luc.9.f. Matt.16.c †Matt.18.a Luc.9.f

h *Et reſidens,&c.* Illi euntes diſputabant de principatu.& ipſe ſedens docet humilitatem. Principes.n. laborant, humiles quieſcunt. Deſideriũ gloriæ vult humilitate ſanare,& primo ſimplici monet imperio, mox innocentię puerilis exemplo. F

i *Complexus.* Significat humiles dignos eſſe ſuo complexu, qui iure poſſunt gloriari & dicere. Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius am.me. Cant.2.b

K *Quiſquis vnum.* vel ſimpliciter pauperes Chriſti ab his qui velint eſſe maiores, pro eius honore oſtendit eſſe recipiendos. vel ipſos malitia paruulos eſſe ſuadet, vt tanquam paruuli ſimplices ſint.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et factus eſt ſicut mor.* Vt per hoc magis declararetur Chriſti virtus, quia ad tactum Chriſti ſurrexit perfecte curatus.

2 *Hoc gen. in nul.* Dæmones enim non ſunt æquales in virtute naturali,& ideo vnus ab alio poteſt difficilius expelli. Ad expulſionem autem iſtius requirebatur in expellente ſubiectio carnis ad ſpiritum, quæ fit per ieiunium,& magna eleuatio ſpiritus in Deum quæ fit per orationem, talia autem adhuc non erant in apoſtolis, quia pro tempore illo non competebat eis ieiunare, vt dictum eſt ſup.c.2. Nec erant adhuc in Deum perfecte eleuati, quia fuerunt rudes, & imperfecti vſquequo receperunt poſt paſſionem Chriſti pleniorem gratiam ſpiritusſancti. Matt.17. dicit illis Chriſtus, quod non potuerant illum eijcere propter incredulitatem ſuam, quę cauſa ibi eſt expoſita. Et tenendum, quod vtraque cauſa ſcilicet illa quę hic exprimitur,& illa quę in Matthęo ponitur, ſimul concurrerunt in diſcipulis, propter quas illum dęmonem expellere non potuerunt.

3 *Et inde.* Hic conſequẽter exprimitur diſcipulorum Chriſti ſuperbia, vbi primo exprimitur ipſius Chriſti humiliatio. Secundo exprimitur diſcipulorum ambitio, ibi. *Qui cum domi eſſent.* Circa primum deſcribitur humiliatio Chriſti per hoc quod prædixit eis ignominiam ſuę paſſionis, quam voluntarie erat paſſurus, & hoc debebat diſcipulis exemplum eſſe humiliationis, verumtamẽ tanquam adhuc rudes non capiebant ad plenum verbum eius. Ideo ſequitur.

4 *At illi igno.* Quia frequenter loquebatur eis in parabolis, propter quod dubitabant ſi hoc verbum eſſet parabolicum.

5 *Qui cum,&c.* Hic reprimitur ambitio diſcipulorum. Et diuiditur in partem principalem & incidentalem. Secunda, ibi. *Et reſpondit illi Ioannes.* Et primæ partis patet ſententia ex dictis Matth.18. exceptis quę ſequuntur. Diuiſio

6 *Interrogabat eos.* Non ex ignorantia, ſed vt ex doctrina ſequenti appareret Chriſtum non ignorare verba quæ dixerunt inter ſe ipſo abſente.

7 *At illi taceb.* Verecundia ducti. Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur.

8 *Siquidem in via,&c.* Quod in eis erat verecundum, & reprehenſibile, cum magiſter eorum eſſet humillimus, & immediate eis prædixerat humiliationem ſuæ paſſionis.

Reſpondit.

## MORALITER.

† *Ieſus autem. Docebat autem di.&c.* Sequitur.

† *Et occi.* Theophylactus. Poſtquam vero dixerat, quod erat triſte, adiunxit quod debet lætificare, vt diſceremus ex hoc quod poſt anguſtias lętitiæ ſubſequentur.

8 *Siquidem in via,&c.* Hier. Vbi notandum, quod illi euntes diſputabant de principatu, ipſe vero ſedens docet humilitatem, quia principes laborant,& humiles requiaſcunt.

† *Et accipiens pue.&c.* Beda. In quo malitia paruulos eſſe ſuadet, vt ſimplicitatem ſine arrogantia, charitatem ſine inuidia, deuotionem ſine iracundia conſeruent.

ceperit in nomine meo, me recipit. Et quicumque me ſuſce-
a Solum. Suſcepit. b Quia inter eum, & me nihil diſtat.
a perit, non me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit. † Reſpondit illi 1
b Ioannes, dicens † Magiſter vidimus quendam in nomine †
c tuo eiicientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibui-
d mus eum. * Ieſus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo 2
e eſt enim qui facit virtutem in nomine meo, & poſſit cito ma
a Q.dico, quiſquis vnum ex huiuſmodi, &c. ſed ne paupertatis excuſationem prætendatis. Quiſquis enim.
le loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis
a Leuiſſimo enim præcepto excuſationem diluit.
eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigi- 3
f dæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, amen dico vobis, non
g perdet mercedem ſuam. Et quiſquis ſcandalizauerit vnum 4
a Magni nulla modo mouentur, puſilli occaſiones quærunt.
ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis, ſi
h circumdaretur † mola aſinaria collo eius, & in mare mitte-

a *Et quicumque.* Quia in pueris ſe recipi docebat, vt caput in
A membris, ne putaretur hoc ſolum eſſe quod videbatur, adiunxit. *Et quicumque me ſuſce. &c.*

b *Reſpondit illi.* Quia dixerat, quiſquis vnum ex huiuſmodi pu. receperit, me recipit, intelligit Ioannes quod in nomine eius eos nō recipiāt, qui non ſincere am-
B bulant, vnde ait.

c *Magiſter vi. quem.* Quaſi dicat. Hic in nomine ſuo non debet ſuſcipi.

※ Victor Antiochenus. Non inuidia aut praua aliqua æmulatione percitus tonitrui filius hęc aiebat, verum omnes qui Chriſti nomen inuo-
C cabant, Chriſtum ibidem ſequi, vnaque cum Chriſti diſcipulis ætatem agere debere perſuaſum habebat. Multi autem in Chriſtum alioqui non credentes apud Iudæos extiterunt, qui iſtiuſmodi gratias, & prærogatiuas acceperant. Qualis erat is de quo hoc loco ſermo eſt. Talis quoque erat Iudas Iſcariotes: Nam etſi ille nequam eſſet, ſoloque corpore Chriſtum ſequeretur, miraculorum tamen gratia ornatus erat.

d *Et prohibuimus eum.* Putauit eum excludendum a beneficio qui non vtitur officio, ſed docetur nemine a bono, quod ex parte habet arcendum, ſed ad hoc potius quod non habet, prouocandum, vnde. *Nolite prohibe.*

Philipp. 1. c e *Nolite prohibe.* BEDA Hinc Apoſtolus. *Sed ſiue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudio ſemper gaudebo.* Tales quamuis ſigna faciant, & ob aliorum ſalutem cenſeantur eſſe non prohibendi, non tamen eis ſecura conſciētia. Immo cum dixerūt. *In nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, &c. dicetur eis, quia nunquam noui vos, diſcedite a me*
Luc. 7. d *qui operamini iniquitatem.* Itaque hæreticis, & ſchiſmaticis, & malis catholicis non ſacramenta communia, in quibus nobiſcum ſunt non contra, ſed diuiſionem paci veritatique contrariam, quam aduerſum nos ſunt, & dominum nō ſequuntur nobiſcum, deteſtari, & prohibere debemus.

※ VICTOR ANTIOCHENVS. Addit hoc ob eos fortaſſe

tasſe qui poſtea in prophanas hæreſes prolapſi ſunt. E quorum
D numero erat Simon magus Menander item, & Cherinthus pluresque alij. fieri nihilominus poteſt, ne hoſce quidem vera in Chriſti nomine miracula patraſſe, ſed quibuſdam præſtigiis, & impoſturis, mortalium mentibus illuſiſſe.

f *Frigidæ.* Ne paupertate, & penuria lignorū aliquis ſe excuſet. Similiter dicit Apoſtolus ad Galat. *Communicet autem is qui cathechizatur verbo ei qui ſe. ca. in omnibus bonis.* Et ne quis ſe paupertate excuſet, ait. *Nolite errare Deus non ir.* Quæ. n. ſeminauerit homo hæc & metet.

g *Et quiſquis ſcand.* Quamquam hoc generale ſit, poteſt tamen ſecundum conſequentiam ſermonis contra apoſtolos dici, qui de primatu diſputabant, & eos quos ad fidem vocabant, exemplo ſuo perdere poterant.

Beda. Nota quod in bono opere noſtro aliquando cauendum eſt ſcandalum proximi, aliquando pro nihilo habendum. Inquantum ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandalum debemus. Si autem pro veritate ſcandalum ſumitur, vtilius naſci permittitur, quam veritas relinquatur.

※ Victor Antioc. Puſilli in primis dicuntur, qui in illum credunt. Tum illi rurſum qui nomen illius inuocant, eſto eum non ſequantur. Tum illi tandem qui aliud nihil valentes aquæ tantum frigidæ poculum propter nomen illius offerūt.

h *Mola aſin.* Hier. Secundum morem prouinciæ. Hęc. n. pœna maiorum criminum erat. Et re vera eſt melius innoxium pœna atrociſſima temporali tantum finire vitam corporeā quam lædendo fratrem mortem animæ mereri perpetuam. Per molam aſinariam ſecularis vitę circumitus, & labor, per fundum maris, extrema damnatio. Melius eſt, vt ſolus pereat ſub habitu exteriori, non ſimulando ſe bonum, q̃ ſimulādo ſe bonum corrumpere alios. Leuius ergo eſt ſi ſub exteriori habitu ad mortem terrena acta conſtringant, q̃ ſi ſacra officia culpam cæteris imitabilem demonſtrent, quia ſi ſolus caderet, tolerabilior vtcunque eum inferni pœna cruciaret.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Reſpondit il.* Hæc eſt pars incidētalis. Ex hoc. n. q Chriſtus dixerat paruulos recipiendos in nomine eius, quamuis ſint paruæ reputationis, ideo Ioannes mouit quæſtionē de quodam eiiciente dæmonia in nomine Chriſti, qui tñ non erat de ſocietate eius, quem prohibuerāt diſcipuli: vtrū bene vel male feciſſent ad ſciendum ſi eſſent hoc alias facturi in caſu conſimili. Et circa hoc primò ponitur reſpoſio Chriſti, ſecūdò, prohibitio ſcandali, ibi: Et quiſquis vnum de puſillis, &c. tertio. declaratio cuiuſdam dicti, ibi: Omnis. n. igne ſalietur. Circa primum eſt duplex modus dicēdi. Dicunt. n. aliqui q iſte de quo quæſiuit Ioannes, nō erat fidelis. Aliqui. n. infideles videntes per experientiam nomen Chriſti virtuoſum in nomine eius eijciebant dæmones, vt habetur Act. 19. Dicit tamen Chriſtus, q ille qui ſic facit, nō eſt prohibendus: quia talis eiectio dæmonis facit ad declarationem virtutis Chriſti. Nec etiam talis (licet ſit infidelis) habet frontem loquendi contra fidem Chriſti, cum glorietur de ſignis in nomine eius factis. & hoc eſt, quod ſubditur.

2 *Nemo eſt enim, &c.* Infideles. n. aliqui bene in aliquib. conueniūt cum fidelibus, vt quod Deus ſit vnus & huiuſmodi: & in talibus ſunt cum eis, licet nō in alijs. Alij vero dicunt, quod

quod iſte de quo Ioannes q̃ſiuit, erat fidelis credens in Chriſtum. & hoc dicit Chryſoſt. verumtñ non erat tantæ perfectionis, q vellet ſeq Chriſtū, & diſcipulos eius in modo viuendi: ſicut nec modo oēs fideles volūt ſeq Chriſtū p religionis ingreſſum. Et talis etiam non eſt prohibēdus, quia beneficia diuina non ſolum dantur per maiores, ſed etiam aliquando per minores, & imperfectos, vt in hoc etiam declaretur virtus nominis Chriſti, quæ per magnos, & paruos indifferenter poteſt operari. Et quia tales imperfecti aliquando ad tēpus credunt, & in tempore tentationis à fide recedunt, ideo ſubditur. *Nemo eſt enim qui facit virtutem in nomine meo.* Quia ſi aliquis imperfectus fecerit miracula in nomine Chriſti, & poſtea recedet à fide, non habet frontem loquendi contra Chriſtum in cuius nomine fecerat miracula, de quibus gloriabatur. Et quia non ſolum in nomine Chriſti fienda ſunt miracula, ſed etiam opera meritoria, ideo ſequitur.

3 *Quiſquis enim potum dederit vob. cal. aquæ frig.* Hoc dicit ad oſtēdēdū, q qlibet quātūcunq; paup pōt aliqua pietatis opera facere: qa potū aq̃ frigidæ pt dare qlibet quātūcūq; paup.

4 Et *quiſquis ſcandalizau. vnum, &c.* Hic conſequenter ponitur prohibitio ſcandali. Et patet ſententia ex dictis Mat 18. excepto quod ſequitur.

*Vbi*

## MORALITER.

† *Magiſter vidim. &c.* Et per iſtum qui non erat de ſocietate apoſtolorum ſignificatur laicus bonus, qui non habet prædicandi officium, tamen bonis verbis, & exemplis agit ad expulſionem dæmonis de cordib. proximorum, quamuis non ſequatur Chriſtum per ſtatum religionis, & clericatum.

Et

4 *Et quiſ. ſcan. &c.* Greg. per molam aſinariam ſecularis vitæ circumitus, & labor exprimitur. Per pfundū maris extrema dānatio deſignatur. qui ergo ad ſecularitatis ſpeciē deductus verbo cæteros deſtruit, vel exēplo, melius profecto erat, vt hunc ad mortē ſub exteriori habitu terrena acta cōſtringā q̃ ſacra officia in culpa cæteris imitabilē demōſtrarent, qui nimirum

a retur. † Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam. †
b Quia. Sine cupito principatu.
c Bonum eſt tibi † debilem introire in vitam, quam duas ma-
a Inferni pœnas enumerat, vt exterreat.
nus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem,
a Putrido gehennæ. b HIERON pœna exterius ſæuiens inconſumpta, vnde propheta, Ambulate in lumine ignis veſtri, in flammis quas ſuccendiſtis uobis. Conſcientia ſera, ſcilicet dolor interius accuſans eos.
vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et
a Amicus neceſſarius cuius tibi quotidianis uſibus ſeruit diſcurſus. b Cum corrigere nequeas, amputa a ſocietate tua. c Quia.
ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum. Bonũ eſt tibi, claudũ
in vitam æternam introire, quam duos pedes habẽtem mitti
d in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non 1
a Qui tibi prouidet. In oculo, noſtri carnaliter amici, ſpiritualiter aduerſarij ſignificantur.
moritur, & ignis non extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcã
Quia.
dalizat te, eiice eum. † Bonum eſt tibi luſcum introire in re-
gnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehen-
nam ignis, vbi verbis eorum non moritur, & ignis non
a Gratia ſpiritusſancti, uel tribulatione. b Aſperſo ſale, ſicut in hoſtijs fiebat.
e extinguitur. Omnis enim igne ſalietur, & omnis vi- 2
f a Humanum genus. b Purgatorio igne. c Sapientia. HIERON Bonum eſt uerbum Dei audire, ſale ſapientiæ cor condire, immo cum apoſtolis ſal eſſe, id eſt, alijs ſapientiam miniſtrare. d HIERON. Sal inſulſum eſt, qui amat principatum. qui inquit me non audet, nec confiteri, ne de ſynagoga eijciatur diligens gloriam hominis magis, quam Dei. 3
g ctima ſale ſalietur. Bonum eſt ſal. † Quod ſi ſal inſulſum 4 5

a *Et ſi ſcan.* Quia ſupra docuit, ne ſcãdalizemus eos qui credunt in eum, admonet quantum debemus eos cauere, qui ſcandalizant.

Scandalon Grece offendiculum, vel ruina, vel impactio pedis. Vel vt alij, ſcrupulus. Ille ergo ſcandalizat fratrem, qui ei dicto, vel facto occaſionem ruinæ præbet.

b *Manus tua.* Amicus, cuius ope & conſilio indigemus quotidie. Sed ſi hic lædere in cauſa animæ voluerit, excludendus eſt a noſtra ſocietate, ne ſi cum perdito in hac vita partem habere volumus, ſimul cum illo pereamus.

c *Quam duas ma.* Hieronymus. Duę manus, principatus, humilitas, & ſuperbia. Abſcide ſuperbiam, tene humilem principatum.

d *Vbi vermis.* Beda. Fœtor vermium de corruptione carnis, & ſanguinis, ideoq; caro recens ſale conditur, vt exiccato humore ſanguineo, vermis eſſe nequeat. Caro ergo, & ſanguis vermes creans, quia delectatio carnalis cui condimentum continentiæ non reſiſtit, pœnam luxurioſis generat æternam. Debemus ergo corpus continentiæ ſale, & mentem condimento ſapientię ab erroris, & vitiorum labe caſtigare.

⁂ Victor Antiochenus. Vermis nomine deſignatur impura ſcelerataque conſcientia. Siquidem vna hæc animam peccatricem nulliuſque boni ſibi conſciam, inutilis pęnitentiæ aculeis, inſtar edacis vermis continuo pungit, & rodit.

e *Omnis enim igne.* Quia tertio mentionem fecit ignis, & vermis, oſtendit quomodo vtrumque valeamus vitare. *Omnis enim igne.* Mire dictum eſt. Quod. n. ſale ſalitur, vermis putredinem arcet. Quod vero igne. i. in igne, aſperſo ſale carnẽ quoque conſumit. Hæc ſecundum legem in hoſtijs fiebant quæ in altari cremabãtur, vbi in omni victima, & ſacrificio ſal offerri præceptum eſt.

⁂ Victor Antiochenus. Cognatum eſt huic illud Paulinum, *vniuſcuiuſque opus quale ſit.* ait ille, *ignis probabit*, Eſt autẽ præſens hic locus, ex illo Leuitici petitus. *Quicquid obtuleris ſacrificij ſale condieris*, rurſum. *In omni oblatione offeres ſal.* obſeruamus autem pręceptum hoc ſecundum myſticum ſenſum legemque ſpiritus, ſi omni dono ſacrificij noſtri, quod plurimum per orationem exhibetur, aliud donum, quod in vſum proximi cedat, hoc eſt, eleemoſynam adiũxerimus. quo hac nimirum ratione, gratiam in cõſpectu domini inueniamus. D Dicimus rurſum ſacrificij noſtri munera ſale condire, ſi iuxta diuinarum literarum pręſcriptũ Deo illa litauerimus & obtulerim⁹ vniuſcuiuſque proinde opus hic quidem ſale ibi vero igne ſalietur. quod ſi vero ſacrificium noſtrum hic quoque igne condiendũ eſt, diuino illo cœleſtiq; igne quem dominus in terram mittere venerat, audiatur, ita vt iuxta Pauli doctrinã, ſpiritu poſthac ſeruentes ſimus. Luc.12. Roman.12 E

Sal dulcedo ſapiẽtiæ, ignis, ſancti ſpiritus gratia. *Om. e. ig. ſa.* Quia omnis electus ſapientia cõditur, vt digna victima Dei efficiatur altaribus, vnde bene addit.

f *Omn. vi. ſa. ſal.* Ille enim vere domini victima eſt qui corpus, & animam a vitiis emundando per amorem ſpiritusſancti Deo cõſecrat. Nec ſolum ſale aſpergitur, ſed igne conſumitur, quando non peccati tantum contagio pellitur, ſed etiam præſentis vitæ delectatio tollitur, & futuræ vitæ conuerſatio tota mente ſuſpiratur, vnde. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, Et, Obſecro per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam ſanctam, &c. Aliter, Altare Dei cor bonorum hoſtiæ, & ſacrificia, bona opera fideliũ. In omnibus ſacrificijs ſal, quia nullum opus bonum ſine ſapientia. Ignis ſacrificia in altari conſumit, de quo. Ipſe vos baptizabit in ſpiritusſancto, & igne. Vel, ignis, tribulationes. Reſpicit hoc ad ſuperiora, vbi ſcandalizantia membra euelli præcepta ſunt, quia hoc eſt igne ſaliri, & tentationib. exerceri ob Chriſti amorem dilectos, & proximos nobis abnegare. *Om. vi. ſa. ſal.* Hiero. Victima genus humanum, quod hic ſapientiæ ſale, vel ratione ſalitur, dum corruptio ſanguinis, cuſtodia putredinis, & mater vermium hic conſumitur, & poſt purgatorio igne examinabitur. F Mat.5.b Luc.14.g Philip.2.d Roman.12.a Mat.3.e

g *Quod ſi ſal.* i. ſi quis ſemel condimentis veritatis refectus ad apoſtaſiã redierit, quo alio doctore corrigitur, q eã q̃ guſtauit ſapientiam, vel aduerſis territus, vel proſperis illectus reſpuit? Vñ. Quis medebitur incãtatori a ſerpente percuſſo? Eccl.12.e

In

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Vbi vermis eor. &c.* Ideſt, aculeus, vel remorſus conſcientiæ, qui continue affligit damnatos.

2 *Omnis e. ig.* Hic ponitur declaratio cuiuſdam dicti. Dixerat enim Chriſtus, quod ad euitandum ſcandalum pes eſſet amputandus, & manus, & oculus eruendus. Quæ quidem mutilatio non eſt intelligenda per abſciſionem, vel erutionem alicuius membri; ſed per reſtrictionem ab actu malo, quod fit per macerationem carnis, & diſciplinam, vbi neceſſaria eſt diſcretio ſapientię, vnde dicitur. *Om. e. ig.* In quo docet modum acquirendi diſcretionem ſapientiæ, quæ acquiritur tribulationis igne, qa vexatio dat intellectum, & hoc eſt quod dicitur. *Om. e. ig. ſa.* i. tribulationis igne ſapiens efficietur. Sicut enim per ignem decoquentem materiam conuertitur in ſal, ſic per ignem tribulationis acquiritur ſal diſcretionis.

3 *Et om. v.* Sicut enim in lege veteri ſal ponebatur in omni ſacrificio Dei, ſic in omni opere bono requiritur diſcretio.

4 *Bonum eſt ſal.* Id eſt, diſcretio bona eſt, per quam opera humana habent bonitatem.

5 *Quod ſi ſal inſul. ſu.* Hic accipitur ſal pro hominibus diſcretionem habentibus, eo quòd aliquis excellens in aliqua proprietate non ſolũ denominatur ab ea concretiue, ſed etiam abſtractiue ſicut notabiliter liberalis vel ſapiens dicitur ipſa liberalitas vel ſapientia. Et per talem modum loquendi Chriſtus dixit apoſtolis qui cæteros præcellere debebant ſapientia. Vos eſtis ſal terræ. Matth.5.b. Dicit ergo Saluator. *Quod ſi ſal inſ.* Quia ſi ille qui debet alios dirigere per eminentiam ſuæ diſcretionis & ſapientię, fuerit inſulſus per defectum diſcretionis, iſte defectus redundat in alios.

Habete

## MORALITER.

nimirum & ſi ſolus caderet, vtcunque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret.

† *Et ſi ſcandaliz. te ma. tua abſc. ill. &c.* Sanctus Iob 29. c. dicit Oculus fui cæco & pes claudo, id eſt, conſiliarius ignorantium & adiutor impotentium. Ergo manum abſcindere, & oculum eruere ne ſcandalizent, eſt hominem quantumcunque ſibi vtilem in temporalibus a ſua ſocietate expellere, ſi ſit ſibi ad periculum ruinæ in ſpiritualibus.

2 *Omnis en. ign. ſal.* Per ignem intelligere poſſumus ſpiritusſancti virtutẽ, qui datus fuit apoſtolis in ſpecie ignis per quẽ omnis ſalietur, quia eius diſcretione ad bonum dirigitur, quia ſicut dicitur Sap. 13. Incertæ ſunt prouidentiæ noſtræ.

† *Et om. vi. ſa. ſal.* Id eſt, opus Deo acceptum conditur ſpiritusſancti directione.

5 *Quod ſi ſal. inſ. fu.* Id eſt, ſi humana diſcretio careat ſpiritusſancto, non proficit, ſed aliquando magis officit, quia facit hominem nimis confidere de ſe ipſo.

C A In hoc Iudam,& ſocios eius ſignificare creditur,qui Phylargyria corruptus,& apoſtolatum perdere,& dominum tradere non dubitauit.

Quia autem ſunt multi quos dum maior ſcientia erigit,ab aliorum ſocietate diſiungit, & quo plus ſapiunt, eo plus a concordiæ virtute deſipiunt,ſubiungit.

B a *Habete in vo.ſal.& pa.* Beda. Habere ſal, ſine pace, non virtutis eſt donum, ſed damnationis argumentum. Quo enim quiſque melius ſapit eo deterius delinquit.

⁂ Victor Antiochenus. Ecquidnam inquit Baptiſta eſt ſal quod dominus hoc loco vnumquemlibet habere pcipit,dicens.*Habete in vobis ſal,& pacē habete inter vos?* Ecquid rurſum Apoſtolus

Matt.9

a Iuſtitiam. HIERON.Sal correctionis amor proximi temperet,& dilectionem ſal iuſtitiæ condiat. b Dilectionem. • Qui ſapienter loquitur,magnopere metuat,ne eius eloquio vnitas rumpatur.

a fuerit, in quo illud condietis?†Habete in vobis ſal,& pacem 1
habete inter vos. 2

Apoſtolus vult,dū ait. *Sermo veſter ſemper in gratia ſit conditus* Dn̄i itaque verbis docemur,ne quam vnquam mutuæ auerſionis,aut diſſidij materiam ſubminiſtremus,verum vti ſpūs vnitatem in vinculo pacis perpetuo indiuiſam conſeruare ſtudeamus. Per Apoſtoli autem verba vnuſquilibet noſtrum dicti illius admonetur. Num quis panem manducare poteſt abſq; ſale. Num quis ſapor in verbis manibus ineſſe poteſt? Admonemur per hæc,inquam,vti orationem noſtram ad fidei ædificationem, hoc eſt eo modo,& ratione inſtituamus, vti gratiam apud eos,qui audiunt conciliet. Interque loquendum,tempus opportunum,ordinemque compoſitum,& ad fidem auditoribus faciendam idoneum obſeruemus.

N I C O L A V S D E L Y R A.

C 1 *Habete in vobis ſal.* Ideſt, diſcretionem. Et

2 *Et pacem habete inter vos.* Q d. Per ſapientiam pax inter homines acquiritur,& etiam conſeruatur.

A D D I T I O.

*In cap.9.* Vbi dicitur in Poſtil. *Et ſimiliter claritas gloriæ quam tunc in corpore ſuo habuit,eſt in extremitate corporis.*

Quod figura ſit in extremitatibus corporis,patet ex definitione.Figura.n.eſt quæ termino,vel terminis comprehenditur,vt ait Geometra. Sed quod ſimiliter ſe habeat claritas gloriæ,vt.ſ.ſit tantum in extremitatibus corporis, hoc non eſt verum.Claritas.n.gloriæ non ſolum extremitates continet,ſed totum corpus penetrat,cum totum ſit glorioſum,ſicut & totum agile. Et ideo in trāſfiguratione legitur.*reſplenduit facies eius,ſicut ſol.* Sed conſtat,quod claritas ſolis non eſt tantum in extremitatibus eius,ſed etiam in omnibus partibus ſuis intrinſecis. Ratio autem quare aſſumptio claritatis transfiguratio dicitur licet figura non mutetur, eſt, quia ſicut color(qui participat claritatem imperfecte)in ſuperficie corporis colorati attenditur, ſic & claritas quæ eſt perfecte lucida,in eius ſuperficie attendi poteſt.

REPLICA. In cap.9. *vbi dicitur de transfiguratione*, *Poſtil.* Dicit claritatem transfigurati fuiſſe in forma, & figura corporis,per conſequens in extremitate Burg. autem dicit hoc non eſſe verum,quia vt inquit,claritas gloriæ non ſolum extremitates continet,ſed totum corpus penetrat,cum totum corpus ſit glorioſum, ſicut & totum agile. Sed Burgen.hic vnum ſupponit ſatis dubium,quod videlicet corpus Chriſti in transfiguratione fuerit glorioſum,non fuit vere paſſibile, & formaliter, quod cum glorioſo corpore ſimul ſtare non poteſt, quia omne corpus glorioſum impaſſibile eſt. Cum enim Chriſti transfiguratio fuit facta ad oſtendendum gloriam reſurrectionis ipſis Apoſtolis,quorum oculi pfundum corpus videre non potuerunt,ſed ſolum ſuperficiem corporis,& figuram,ſufficere debuit claritas extremitatum.Et dato, quod redundantia gloriæ in corpus paſſibile ex ſingulari diſpenſatione fuerit penetratiua,ab oculis tamen non glorificatis videri non potuit,niſi ſuperficietenus,niſi Burg.aliud ponat miraculum circa miraculum quod communiter ponitur in amotione obicis redundantiæ gloriæ, ſcilicet q; oculi Apoſtolorum fuiſſent miraculoſe eleuati ad videndum claritatem exiſtentem in profundo corporis.

Nec ratio Burg.concludit,quæ vult ex litera quod *reſplenduit facies eius,ſicut ſol.* Sol autem habet claritatem non modo in ſuperficie, ſed etiam in profundo, nam ſecundum Burg. in multis locis ſimilitudo non eſt recipienda omnimode, quia alias eſſet identitas non ſimilitudo,quæ currat quatuor pedibus. Argumentum autem a ſimili nō valet generaliter, quia ſtat faciem Chriſti,ſicut ſolem reſplenduiſſe, & tamen claritatem tantum ſuperficietenus habuiſſe.

C A P V T X.

a *ET inde exurgens.* Huc uſque ea quæ in Galilæa fecit,& docuit. Hinc narrat quę in Iudęa fecit,& docuit,& paſſus eſt. Et primo quæ trans Iordanem ad Orientem,deinde quę cis Iordanem,quando venit Iericho,& Bethaniam, & Ieruſalem. Cum.n.omnis Iudæorum prouincia generaliter ad diſtinctionem aliarum gentium Iudæa dicta ſit, ſpecialius tamen meridiana plaga dicitur Iudea ad diſtinctionē Galilææ,Decapolis, & cæterarum in eadem prouincia regionum.

⁂ Victor Antiochenus. Venienti autem rurſum occurrūt turbæ quas ille more ſuo iterum inſtituit,necnon a morbis,vt Matthæus habet,quib.tenebant,liberos aſſerit. Contulit autem illis geminam ſanitatem,corporis vnam,animę alteram,hanc quidem per doctrinam illam vero per diuinam virtutē. Cęterum corporalium infirmitatum proſligatio,nō ijs modo,qui ſanabant, in diuinæ cognitionis materiā cedebat,ſed alijs quoque. At non ita Phariſeis. Illi.n.p hoc ipſum magis incendebantur, multoque efferatiores efficiebantur.

b *Phariſæi inter.* Magna diſtantia inter turbas,& Phariſæos. Hæ conueniunt, vt doceantur,& infirmi curentur,ſicut Matthæus aperte dicit. Illi vt tentando decipiant. Has.n.deuotio pietatis,illos adducit ſtimulus liuoris.

c *Si licet vi.* BEDA. Cornuto ſyllogiſmo tentauit,& quidquid reſpōdeat capere putant. Si dicit dimittendam, & aliam ducendam,pudicitiæ prædicator ſibi videtur contraire. Si non dimittendam, reus ſacrilegij,& contra doctrinam Moyſi,& per Moyſen contra doctrinam Dei facere. Igitur dominus reſpōſum ſic temperauit,vt tranſeat decipulam, ſcripturam ſane intellectam in teſtimonium adducens,& naturalem legem,primamque Dei ſententiam ſecundę opponens,q̄ non voluntate Dei,ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt. At

C A P V T X.

a ET inde exurgens venit in fines Iudææ * vltra Iordanem : & conueniunt iterum turbæ 1
ad eum, & ſicut conſueuerat iterum docebat illos.
b Et accedentes phariſæi interroga- Hoc.
c bant eum, ſi licet viro vxorem dimittere, tentantes eum †

N I C O L A V S D E L Y R A.
C A P. X.

Diuiſio

1 *ET inde exurgens.* Hic ponitur confutatio Phariſæorum de aliquibus in lege permiſſis,& primo,deſcribitur confutatio Phariſæorum, ſecundo ſacerdotū,ſeq.cap. Prima in duas,quia primo deſcribitur ſcribitur Phariſæorum confutatio,ſecundo diſcipulorum inſtructio ibi. *Et offerebant illi paruulos.* Sententia primæ partis patet ex dictis Mat.19. Licet.n.Matthæus idem factum ſub alio refert ordine,non tamen differt quantum ad veritatem, vt dicit Aug.& hoc inuenitur frequenter in vete.Teſtam.vt pote libris Reg.& Para.quod eadem dicta,& facta exprimuntur hic,& ibi,ſub alio tamen ordine. Quid

M O R A L I T E R.

1 *Et inde exurgens venit in fines Iudææ,&c.* Sequitur. Si

2 *Si licet vir.* Vxor iſta pōt intelligi ſapiētia Philoſophica:& hæc nō eſt a doctorib. Theologis ſimpliciter repellenda, nin

At ille reſpondens dixit eis. Quid vobis præcepit Moyſes? 1
a
b †Qui dixerunt, Moyſes permiſit libellum repudii ſcribe- 2
c re, & dimittere. Quibus reſpondens Ieſus, ait. Ad duri-
a Moyſes. Q.d. Hominis eſt conſilium, non Dei imperium.
tiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud. Ab
Non fœminas. In hoc oſtendit ſecunda eſſe uitanda coniugia.
initio autem † creaturæ, maſculum, & fœminam fecit eos
Deus. † Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & ma-
Non ad vxores. Non tres.
d trem, & adhærebit ad vxorem ſuam, & erunt duo † in
carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod
a Faciendo vnam carnem viri, & fœminæ.
e ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et in domo ite-
f De quo Phariſæi.
rum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait
illis. †Quicnmque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit,
g adulterium committit † ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit vi-
a Forſan quia paruulum ſtatuerat in medium diſcipulorum, & complexatus fuerat.
rum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur. Et offerebant illi 3
h †paruulos, vt tangeret eos, diſcipuli autem † comminaban-
tur offerentibus. Quos cum videret Ieſus, indigne tulit. Et
ait illis. Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibeatis eos.
i Vere talium, quia amen dico vobis. †
k Taliū enim eſt regnum Dei. Amen dico vobis, quiſquis non †

a *At ille reſpond.* ✠ Victor Antiochenus. Neque ſemper tacet, ne machinationem, & conciliorum illorum ignarus videatur. Neque ſemper rurſum eos reprchēdit, quo per omnia miti patientique animo perferenda eſſe nos doceat. Prudenti autem interrogatione, de legis decreto, illorum ſententiam primo explorat, quo per anticipationem hoc illi reſpondere compellantur quod ipſum alioqui reſpondere oportuiſſet.

b *Moyſes permiſit li.* ✠ Victor Antiochenus. quia propheta Malachias ad hoc quoſdam tacite iam reſponderat *vxorem pubertatis tuæ ne deſeras, fuit enim ſocia tua, & vxor fœderis tui, &c.* Ob id problema hoc tanquam omnino inſolubile, illi proponunt, eo nimirum quod Prophetæ oraculum legi, quæ ea de re cauerat, videt plane aduerſum, uerum dominus ſeruator noſter ea ſapientia reſpondet, vt neque Prophetas dictū interius, neque legem tamen ullius iniquitatis accuſat, ait autem.

c *Ad duritiam cor.* Beda. Nunquid Deus contrarius ſibi eſt, vt aliquid ante iuſſerat, & idem poſt nouo fregerit imperio? Non. Sed Moyſes videns propter deſiderium ſecundatū nuptiarum vxores primas interficit, aut in malam vitam duci, maluit indulgere diſſidium propter diſcordiam, quam per odia, & homicidia perſeuerare nuptiarum copulam.

d *Et erunt, &c.* Præmium nuptiarum eſt e duobus unam carnem fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui vnus ſpiritus efficitur,

e *Homo non ſep.* Deſiderio ſecundæ vxoris. Deus ſeparat, qui coniungit, quando ex conſenſu vtriuſque propter ſeruitutem Dei (eo quod tempus breue ſit) ſic habent vxores quaſi non habentes.

f *Et in domo, &c.* Hieronymus. Non diſcipuli interrogauerunt prius, ſed Phariſæi. Sed ſecunda interrogatio ab alijs, id eſt, ab Apoſtolis iterum dicta eſt, quia de eadem re de qua Phariſæi.

Hieronymus. Iterata ſententia verbi, non faſtidium, ſed eſuriē, & ſitim præſtat. vnde. *Qui me comedunt, adhuc eſuriunt, & qui me bibunt, adhuc ſitiunt.* Melliflua ſapientiæ eloquia guſtata, diligentibus multimodum ſaporem reddunt. Quod ſignificatum eſt quando dominus pluit manna ad manducandum, ſub ſole liqueſcens, vt eſt hoc. *Fulgebunt iuſti, ſicut ſol in regno patris eorum.* Ad ignem duratur, vt panis cor hominis confirmet, vt eſt. Si quis vult poſt me venire, &c.

D
Eccl.24.c
Exo.16.e
Matt.13.f
Luc.9.c
Matt.5.e

g *Quicunque dimiſ.* Beda. Matthæus plenius. Quicunque dimiſerit vxorē ſuam, niſi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur. Vna ergo ſolummodo cauſa eſt carnalis fornicatio, vna ſpūalis, timor Dei, vt vxor dimittatur, ſicut multi religionis cauſa feciſſe leguntur. Nulla autem cauſa eſt Dei lege præſcripta, vt alia ducatur viuente ea quæ eſt relicta.

† vna caro, vel in carnem vnam
Separationis coniugatorū cauſa ſola eſt fornicatio
†increpabant
E

h *Diſcipuli autem comminabantur offerentibus.* Non quia nollent eis, & manu, & voce Saluatoris benedici, ſed nondū plenā fidē habētes putabant eū more hominum offerentium importunitate laſſari.

i *Talium enim eſt regnum Dei.* Talium ſignificanter dicit, non iſtorum. Q.d. Mores regnant, non ætas. His promittitur regnum cœlorum, qui ſimilem habent ſimplicitatem, & innocentiam, quibus congruit illud Apoſtoli. *Nolite effici paruuli ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote.* 1.Cor.14.d F

✠ Theophylactus. Puer.n. non odit, neque aliquid malitioſe operatur; neque verberatus a matre diſcedit, ſed etſi eum vilibus induat veſtimentis, præfert ea regalibus indumentis. Sic & ille qui viuit ſecuudum virtutem eccleſiæ matris ſuæ, nihil huic præhonorat, neque etiam reginam multorum, voluptatem.

k *Quiſquis non receperit reg.* Qui non perſeuerat in ira, læſus non meminit, videns pulchram mulierem non concupiſcit, non aliud habet in ore, aliud in corde. Q.d. Si tales non fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum.

Re-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Quid vobis præcepit Moyſes.* Matth.19. dicit quod Phariſæi hoc dixerunt Chriſto quaſi ei obijciendum. Et dicendum, quod Chriſtus primo quæſiuit hoc ab eis, vt hic dicit, quia antequam diceret ſuam ſententiam, volebat quod audiretur eorum falſa opinio, qua credebant hoc eſſe licitum, & ideo tunc quaſi obijciendo dixerunt.

2 *Moyſes permiſit libellum repudij, &c. Et in do. ite. di.* Quia diſcipuli adhuc rudes ad plenum non intellexerunt verbum Chriſti, ideo cum veniſſent ad domum iterum interrogauerunt eum, & ipſi idem repetiit quod prius dixerat in præſentia Phariſæorum.

3 *Et offere.* Hic conſequenter deſcribitur inſtructio diſcipulorum, & primo ponitur dicta inſtructio, ſecundo inſtructionis confirmatio, ibi. *Et proficiſcente eo de Ier.* Prima in tres, quia primo inſtruit diſcipulos de humilitate, quæ eſt fundamentum aliarum virtutum, ſecundo, de voluntaria paupertate, ibi. Et cum egreſſus eſſet, tertio, de toleranda aduerſitate, ibi. *Et aſſumens iterum duodecim.* Primum autem docet per hoc quod dicit nullum intrare in regnum cęlorum, niſi puerum, id eſt, humilem, eo modo loquendi quo dicitur 1. Regum 15.c. *Cum eſſet paruulus in oculis tuis. Et patet ſententia ex dictis Matthæi 19.*

Et

## MORALITER.

in multis valet ad fidei conſolationem, & diſputando cum hæreticis ad eius defenſionem, ſed ſi fornicetur eſt repudianda. Et hoc fit, quando propter rationes Philoſophicas incipit quis dubitare de fide quæ eſt ſupra rationem.

3 *Et offere.* Paruuli pñt dici pauperes, & generis infimi per diſcipulos aūt impedientes ne offerantur Chriſto, ſignificātur eccleſiæ rectores vel religioſi, qui propter paupertatem vel generis infirmitatem repellūt eos a debita promotione vel receptione ad religionem, cum tamen alias ſint apti, propter quod impedientes arguuntur ore Chriſti, ideo ſubdit.

† *Talium eſt enim regnum Dei.* Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum, &c.*

† *Quiſquis non receperit regnum Dei velut par.* Id eſt, ſine ſuperbia & dolo.

A a *Regnum Dei.* Id eſt, doctrinam euangelij, ſicut paruuli accipere iubemur, ut ſicut paruulus doctoribus non contradicit, nec rationes aduerſus eos non componit, ſed fideliter ſuſcipit, cũ meritis obtemperat, & qui credit, ita & nos obediendo ſimpliciter, & ſine ratiocinationum contradictione verba dñi debemus ſuſcipere.

b *Et complexans eos, & imponens manus, &c.*

✻ Victor Antiochenus. Cõtinue arte quæ illos complectitur ſuamque complexis benedictionẽ impertitur, ſiquidem conditoris opus, qđ initio in peccatum prolapſum, ab ipſo ſeiunctum fuerat, rurſum erigitur, & quaſi

B inter brachia ſubleuatur. Imponit autem infantibus manus, diuinæ virtutis illapſum, proprijque operis complementum per eam manuum impoſitionem tacite deſignans. Et quidem ſecundum communem hominum conſuetudinẽ. Nam vt vetus, numeriſque omnibus perfectus homo erat, itaque humana

C quoque vere operabatur, & patiebatur. At vero interius non operabatur, vt homo, aut ritu humano, ſed vt Deus prout verus quoque Deus erat.

a receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. †
Vt ſignificet tales ſua dilectione, & gratia, & benedictione eſſe dignos.
b Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedi-
c cebat eos. Et cum egreſſus eſſet in via, procurrens quidam 1 †
genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens. †Magiſter bone,
quid faciam, vt vitam æternam† percipiam? Ieſus autem di-
Comparatione Dei. a Qui ſolus bonus ex ſe, alii per ipſum boni.
d xit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi vnus Deus. † †
e †Præcepta noſti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne fal-
ſum teſtimonium dixeris, ne fraudem feceris, † honora pa-
f trem tuum, & matrem. At ille reſpondens ait illi. Magiſter,
a Arcana cordis eius.
omnia hæc obſeruaui a iuuentute mea. Ieſus autem intuitus 2
a Ad perfectionem, b Omnia omnino, non partem ſicut Ananias.
eum, dilexit eum, & dixit ei. † Vnum tibi deeſt. Vade, quæ- †
a Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem.
b Quem nec ærugo, nec tinea demolitur.
cumque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſau- † †
a Quia hoc ſolum non ſufficit. b Imitando, ſicut ego ambulo ambulando.
g rum in cœlo, et veni, ſequere me. Qui contriſtatus in ver- †
a Cauſa triſtitiæ, b HIERON. Q ſpinas naſcentes, & tribulos, quæ ſementem dominicam ſuffocauerunt.
bo, abijt mœrens. Erat enim habens multas poſſeſſiones. Et
h circumſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis. Quam difficile, qui †
pecunias habent In regnum Dei introibunt Diſcipuli autem

† hæreditate poſſidebo?

†Exo.20.b

†Matt.19.c Lucæ18.d

c *Procurrens quidam genu.* Beda. Audierat credo iſte a domino tantum eos qui volunt paruulis eſſe ſimiles introitu regni cœleſtis eſſe dignos, & ideo certior eſſe deſiderat, non per parabolas, ſed aperte, quibus operum meritis vitam æternam conſequi poſſit.

d *Quid me di.* Beda. Quia magiſtrum vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium, diſcit quemuis ſanctum hominem, comparatione Dei non eſſe bonum. De quo. *Confitemini domino quoniam bonus.* Vnus autem Deus bonus, non pater ſolus, ſed & filius, qui dicit. *Ego ſum paſtor bonus.* Et ſpiritus ſanctus bonus eſt, de quo. *Pater de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe.* Vna ſcilicet, & indiuidua trinitas, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſolus & vnus Deus bonus eſt. Non igitur bonum ſe negat, ſed Deum eſſe ſignificat. Nec ſe magiſtrum bonum non eſſe, ſed abſque Deo, nullum bonum eſſe teſtatur.

Pſal.106.a

Ioan.10.b Luc.11.b

e *Ne adul.* Beda. Hæc eſt puerilis innocentiæ caſtitas, quæ nobis imitanda proponitur, ſi regnum Dei intrare velimus. notandum ſane, quod iuſtitia legis ſuo tẽpe cuſtodita, non ſolum bona temporalia, ſed etiam vitam cõferebat ęternam.

f *Magiſter.* Beda Non putandus eſt voto tentantis (vt quidã putant) dominum interrogaſſe, & de ſua vita mentitum eſſe, cum legis mandata cuſtodiſſe dixerit, ſed ſimpliciter confeſſus. Si.n.mentiretur, nunquam intuitus arcana cordis eius eum diligere diceretur Ieſus. diligit.n. eos qui mandata legis etiam minora cuſtodiunt, & quod in lege minus fuerat his qui perfecti eſſe deſiderant, oſtendit quia non venit ſoluere legem, ſed adimplere, vnde addit. Vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus, &c.

g *Et veni, & ſequere me.* Beda. Q.d. Poſt contemptas diuitias Saluatorẽ imitare. i. relictis malis fac bona. Facilius ſaccus contemnitur, q̃ concupiſcentia, vel voluptas

h *Quam difficile.* Beda. Qui multiplicandis diuitijs incũbunt patet, quia vitæ alterius gaudia quærere contemnunt. Sed aliud eſt pecuniam habere, aliud amare. Multi habent, & non amant, & multi non habent, & amant. Item alij, & habent & amant. Alij vero non habere, nec amare ſe gaudẽt, qui tutiores ſunt, & quidem cum Apoſtolo dicere poſſunt. *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Vnde & Salomon non ait *Qui habet, ſed qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis.* Et ipſe dominus in his verbis diſcipulis obſtupeſcẽtibus dicens. *Filioli.* Non ait, impoſſibile (Quod.n. impoſſibile eſt, omnino fieri nõ poteſt, quod difficile, cum labore poteſt fieri) ſed cum magno labore iuuante Dei gratia, vt pecunias habentes, vel etiam in eis confidentes exutis Phylargyriæ retinaculis intrare poſſint regnum Dei.

✻ Victor Antiochenus. Hæc Chriſti oratio ipſa pecunia in ius non vocat, aut damnat, ſed illos, qui citra modum illis conquirendis inhiant, aut nimis auare conquiſitas detinent. At quorſum ad diſcipulos, qui pauperes erant, nihilque

Ne

omnino

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et cum egreſ. eſſet.* Hic conſequenter docet diſcipulos de voluntaria paupertate. Circa quod primo mouetur quæſtio, ſecundo ponitur quæſtionis ſolutio, ibi. Ieſus autem dixit ei. In qua ſolutione Chriſtus primo oſtendit quid ſit neceſſarium ad ſalutem, videlicet obſeruatio mandatorum, ſecundo, quid requiritur ad maiorem perfectionem quæ conſiſtit in obſeruatione cõſiliorum, in qua perfectione, primum eſt abrenuntiatio temporalium, vt quis libere poſſit ſequi Chriſtũ, & hoc ponitur ibi. *Ieſus autem intuitus, &c.* Sententia duarum partium primarum patet ex dictis Mat. 19.

Ieſus

2 *Ieſus autem intuitus.* Hic docetur voluntaria paupertas, & primo quantum ad eius perfectionem, ſecundo, quãtum ad eius difficultatem, ibi, *Qui contriſtatus.* tertio, quantum ad eiuſ rem inueſtigationem, ibi. *Et poſt hæc cœpit ei pe. di.* Sententia iſtarum partium patet ex dictis Mat. 19. exceptis quæ ſequuntur *Ieſus autem in. eſt eum, & di. ei.* Propter bonam conuerſationem ſuam præteritam, oſtendit ſibi vultum amicabilem. Verumtamen ad perfectionem maiorem non potuit aſcendere propter impedimentum diuitiarum. Aliqui enim ſunt apti ad bene viuendum in inferiori ſtatu, non tamen in maiori, & perfectiori.

Propter

MORALITER.

† *Non intrabit.* Sequitur.

† *Magiſter bo.q.* ipſum interrogabat, quia licet crederet eum hominem purum, tamen eum reputabat in lege peritum, propter quod reſpondit dicens.

† *Quid me dicis bonum.* Ex quo credis me hominem purum.

† *Præcepta no. &c.* Quaſi dicat, eorum obſeruatio ſufficit ad ſalutem, ſed non ad euangelicam perfectionem, ideo ſubditur.

† *Vnum ti. dee.* Beda. Non partem tantum, ſicut Ananias, & Saphira Act. 5. b.

Et

† *Et da pauperibus.* Non amicis carnalibus niſi fuerint indigentes.

† *Et ha. the. in cœ.* Chryſo Oſtendit quod plus reddit quantum maius eſt cœlum, quam terra.

† *Qui contri. abijt mœ.* Impeditus a perfectione, quam quærebat, poſſeſſionũ amore. BEDA. Inter pecunias habere, & amare, multa diſtantia eſt, vnde. Salomon non ait. Qui habet, ſed qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et accipit amare pro fidem in diuitijs ponere. Et de talibus ſubditur.

† *Quam diffici. qui pecunias hab.* Et capitur hic difficile pro impoſſibili, vt patet ex litera ſequenti, & declaratum fuit plenius Matthæi 19.

Ecce

omnino in bonis habebunt ait. *Filioli quam difficile qui pecunias habet in regnum Dei introibit?* voluit per hoc illos admonere, ne pp paupertatem erubeſcant, aut animum deſpondeant.

a *Facilius eſt ca.* Beda. Quomodo ergo in euangelio Mattheus, & Zacheus, & Ioſeph, & in veteri Teſtamento, quam plurimi diuites intrauere? Forte quia diuitias pro nihilo habuere, vel ex toto contemnere didicerunt, vnde Dauid. Vnicus, & pauper ſum ego. Et idem. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Non ait nolite ſuſcipere.

Allegorice. Facilius eſt Chriſtum pati pro dilectoribus ſeculi, quam eos ad Chriſtũ poſſe conuerti. Camelus enim Chriſtus eſt ſponte humiliatus infirmitatis noſtræ onera ſuſtulit. In quo.n. melius intelligitur. Quãto maior es, humilia te in omnibus. Acus punctiones: i. dolores, paſſiones. Foramen acus, anguſtia paſſionis, qua (velut ſciſſa) veſtimenta noſtræ naturæ quodammodo reſarcire. i. reparare dignatus eſt. vnde poſt lapſum melius induti gaudeamus. Ad hoc teſtimonium Apoſtoli. *Quicunque baptizati eſtis in Chriſto, Chriſtum induiſtis.*

a Quia non poterant intelligere.
obſtupebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens, ait
a Non dicit habentes, ſed in eis confidentes.
illis. Filioli quam difficile eſt confidentes in pecunijs in re-
a Vere difficile, quia. b Chriſtum. c Anguſtias paſſionis.
a gnum Dei introire. † Facilius eſt camelum per foramen a-
Diuitias amantem. Quod eſt pauperum.
cus tranſire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Qui†
a Quam ante quia idem repetendo confirmauit. Cũm pene omnes cupiant fieri diuites.
b magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos. Et quis poteſt
ſaluus fieri? Et intuens illos Ieſus ait, Apud homines impoſ-
c ſibile eſt, ſed non apud Deum. Omnia enim poſſibilia ſunt
Quia audiuit diuites non poſſe intrare in regnum cœlorum.
d apud Deum. Et cœpit ei Petrus dicere. Ecce nos dimiſimus †
e omnia, & ſequuti ſumus te. Reſpondens Ieſus ait. Amen
dico vobis nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut
ſorores, aut patrem, aut matrem, * aut filios, aut agros, pro- 1
a Omnes ſancti, & quæcunque habent communicantur ei.
f pter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies 2
a Spirituales. 3
tãtum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & ſorores, &
a Hoc enim perſequutionibus plenum eſt tempus.
matres, & filios, & agros cum perſequutionibus, & in ſeculo
Iudas de Apoſtolo apoſtata.
g futuro vitam æternam. † Multi autem erunt primi nouiſſimi,
Vt latro.
& nouiſſimi primi. Erant autem in via aſcendentes Ie- 4
a Quaſi caput vnus moriturus pro omnibus. Ad mortem imperterritus. 5
h roſolymam, & præcedebant illos Ieſus, & ſtupebant, 6

⁘ Victor Antiochenus Obſeruandum hic quoque eſt dominum non ſimpliciter dicere difficile eſſe diuitem in regnum Dei intrare, ſed quadam emphaſi, & vehementia vſũ rem hanc quodammodo impoſſibilem definire. Quod diſcimus ex exemplo, quod de camelo, & foramine acus in medium adfert, patet. Oſtenditur autem cœleſtium rerum meditationi impigre vacare donum eſſe eiuſmodi, quod hominibus diuitibus, & prępotentibus non temere obueniat. Quare Dominus quoque ſtudium hoc peculiare Dei opus appellat.

b *Et quis po.* Cum plures ſint pauperes, quam diuites, non hoc dixiſſent, niſi in diuitum numero intellexiſſent cunctos qui diuitias adipiſci vellent.

c *Apud de.* Qui a cupiditate terrenorum ad charitatem æternorum conuertere poteſt, & ſuperbos facere humiles.

d *Ecce nos di.* Grandis fiducia. Piſcator erat, diues nõ erat, victum manu, & arte quærebat, & tamen confidenter dicit. Ecce nos reliquimus omnia, &c.

e *Et ſe. ſu.* Quia non ſufficit, ſic dimittere iungit quod perfectum eſt, & ſecuti ſumus te. Q. d. Fecimus quod iuſſiſti. Quid ergo dabis præmij?

f *Centies ta.* Beda. Hac occaſione quidam Iudaicam mille annorum fabulam poſt reſurrectionem iuſtorum dogmatizant, quando omnia quæ propter Deum dimiſimus, multiplici nobis ſenore ſunt reddenda, inſuper & vita æterna. nec vident quam ſint inepti, ſaltem in centenis vxoribus ſecundum alios euangeliſtas, præſertim cum dominus dicat, nec nubent, neque nubentur, & ea reddenda in hoc tempore cum perſecutionib. quæ poſt reſurrectionem omnino iuſtis nullæ erunt. Senſus ergo eſt: qui propter euangelium Chriſti carnalia reliquerit ſpiritualia bona recipiet, quæ ſui merito, & comparatione, ita erunt quaſi paruo numero centenarius comparatus, quia fratribus, & ſororibus (quib. ſpirituali glutino colligatur) multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatẽ, vnde, multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna & erant illis omnia communia. Aliter Centenarius a læua tranſlatus in dexteram, licet eadem in flexu digitorum videatur tenere ſignificationem, vel figurã quam denarius in læua numerum tamen quantitatis magnitudine ſuperuadit, quia omnes qui propter regnum Dei temporalia ſpernunt etiam in hac vita perſecutionibus plena regni gaudium fide certa prægustant, & in expectatione patriæ cœleſtis quæ per dexteram ſignificat omnium pariter electorum veriſſima dilectione fruuntur.

D

Luc. 20. f

† Amplius ſtupebant

*aut vxorem

E

Act. 4. f

g *Multi au.* Quia multi incipiunt, ſed non perficiunt. Terribilis ſententia ſubditur. Multi autem, &c.

Latro in cruce confeſſor eodem die quo pro peccatis ſuis crucifixus eſt, gratia fidei cum Chriſto in paradiſo gaudet. Quotidie quoque videmus multos laicos magis vitæ meritis excellere, & alios a prima ætate ſpiritualis ſtudio feruentes, ad extremum otio torpeſcere.

⁘ Victor Antiochenus Illi autẽ inter cæteros futuri ſunt primi qui in Chriſtũ credũt ſeque ac ſua omnia pᵽter ipſũ deſerũt, per nouiſſimos Phariſæos innuere videtur, id quod ante quoque viſus eſt facere cum nimirum filios regni in tenebras extra ire pdicabat: vel certe per nouiſſimos diuites, illos deſignat, qui pecunijs obſtinatius q̃ par eſt inhærẽt quorũ proinde ſalus per difficilis eſt. Certum eſt.n. Apoſtolos ad diuites ſpectaſſe quando dicebant. *Et quis poteſt ſaluus fieri.* F

h *Et ſtupebant,* Ideo. ſ. quia mirabantur quod ſe paſſurum multa a ſummis ſacerdotibus & ſcribis prædixerat, & occidendum. Metuebant ergo ne vel ipſi cum eo occiderentur, vel ille cuius vita & magiſterio gaudebant, occideretur.

*Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Propter me.* Ideſt, propter amorem mei.

2 *Et propter euang.* Ideſt, doctrinam Chriſti.

3 *Qui non ac.* Quia pro temporalibus accepti in præſenti bona ſpiritualia, quæ tantum excedunt temporalia quantum centenarius vnitatem. Aliter autem poteſt exponi de religioſis qui pro vno patre carnali, vel fratre dimiſſo, habent ſpirituales patres, & fratres multos, & poſſeſſiones, & agros, inquantum ex poſſeſſionibus omnium fidelium ſufficienter ſuſtentantur ſecundum illud Apoſtoli, 2. Cor. 6. b. *Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes.*

4 *Et no. p.* Quia reprobatis Iudæis quibus data fuit lex tanquam populo a Deo prælecto, gentiles ſunt vocati. poteſt etiam exponi aliter, quia aliqui tarde venientes ad fidem, vel religionem, aliquando ita feruide operantur quod præcedũt meritis illos, qui venerunt in iuuentute.

5 *Erãt au. in via.* Hic conſequenter Chriſtus inſtruit diſcipulos de toleranda aduerſitate, Et primo ponitur eorum inſtructio, ſecundo reprimitur ipſorum ambitio, ibi. Et accedunt. Primum docet Chriſtus exemplo ſui, quia prompte & hilariter aſcendebat in Ieruſalem, vbi erat paſſurus mortem ſecundum quod diſcipulis iam prædixerat, & hoc adhuc replicat, & patet ſententia ex dictis Mat. 20. hoc excepto.

6 *Et ſtupebant.* Ex hoc quod ita prompte, & hilariter ibat ad locum paſſionis.

*Et*

## MORALITER.

† *Ecce nos dimiſimus omnia, & ſe.* Hoc moraliter facit qui inordinatum amorem ad omnia terrena deponit, & talis nunc recipit centies tantum, quia pro abiectione carnalis amoris recipit charitatis donum, quo ſe & omnia ordinat in Deum.

† *Multi autem erunt.* Quia detenti circa terrenorum amorem inordinatum, primi ſunt in hoc ſeculo, ſed erunt nouiſſimi in futuro.

Quia videbant eos timere.
a & ſequentes timebant. † Et aſſumens iterum duodecim cœ- 1
Hæc ſcilicet.
pit illis dicere, quæ eſſent ei ventura, quia ecce aſcendimus †
a Ad quem pertinet pati quia non poteſt diuinitas pati, vel lędi.
Ieroſolymam, & fil^a^ius hominis tradetur principibus ſacer-
dotum, & ſcribis, & ſenioribus, & damnabunt eum morte, &
tradent eum gentibus, & illudent ei, & conſpuent eum, &
flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die reſurget.
b † Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi di- 2 3
Aſtute ſine nomine munus.
cente. Magiſter volumus, vt quodcumque petierimus fa-
Interrogat, vt ſtultitiam confeſſis corrigat.
cias nobis. At ille dixit. Quid vultis, vt faciam vobis? Et dixe-
runt. Da nobis, vt vnus ad dexteram, & alius ad ſiniſtram
Regnare vultis, qui non m eruiſtis culmen honoris ſine exercitio laboris.
c tuam ſedeamus in gloria tua. Ieſus autem ait eis, Neſcitis †
a Paſſionem vnde appropinquante paſſione ſua. Pater ſi vis transfer calicem hunc a me.
quid petatis: Poteſtis bibere calicē quē ego bibo, aut baptiſ- 4
a Ideſt tinctura paſſionis.
d mo^a^ quo ego baptizor baptizari? At illi dixerūt ei Poſſumus
e Ieſus autem ait eis. Calicem quidem † quem ego bibo bibe-
f tis, & baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini, ſedere au-
tem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum da-
g Petitionem eorum
h re vobis, ſed quibus paratum eſt. † Et audientes decem ^+^ in 5
i dignati ſunt de Iacobo, & Ioanne. Ieſus autem vocans eos
ait illis, Scitis quia hi qui videntur † principari gentibus do-
minantur eis, & principes eorum poteſtatem habent ipſo-
rum. † Non ita eſt autem in vobis, ſed quicumque volue-
In cœlo. In terra. Ideſt.
rit fieri maior, erit veſter miniſter, & quicumque volue-
a Quod debetis amplecti,
rit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus. † Na^a^m & filius

A a *Et aſſu.* Beda. Præuidens diſcipulorum animos ex paſſione ſua perturbandos, longe ante & paſſionis pœnam, & reſurrectionis gloriam prædicit, vt cum morientem viderēt, reſurrecturum non dubitarent. Paganorum quoque demētiam (qui eius crucem irridēt) aperte confutat, cum & paſſionis tempus quaſi futurorum præſcius oſtendit, & locum mortis quaſi intrepidus adit.

Mat. 20. d Lucæ 18. 1

✲ Victor Antiochenus. Operæpretium videbatur, vt dominus iſte hæc fore diſcipulis prædiceret. tum quo hinc diſcerent quod futurum erat non ignoraſſe, ſed omnia dudum ante præſciſſe. Tum maxime quo planum hinc foret non inuitum, ſed vltroneum mortis ſupplicium ſubiiſſe, atq. vnum hoc in cauſa erat, vt frequenter illud ipſum fore repeteret, & ne cruciatibus illius plus æquo conturbarentur.

Mat. 20. d

B b *Et acce.* Audita reſurrectione, immemores ſecundi aduentus putant eum more hominum regnare. Matthæus dicit matrem poſtulaſſe, ſed Marcus dicit ipſos deſiderium eorum volens aperire, quorum cōſilio mater petebat.

† Cœperunt indignari

93 diſt. diaconi ſunt. 9. qu. 3 c. nullus primas.

C ✲ Victor Antiochenus. Nam quo filij ſupplicationem inſtituant efficaciorem, perque matris interceſſionem Chriſtum facilius in ſuam ſententiam inducant, vel certe quod rubore impediti per ſe petere non audeant matrem aſſumunt eādemque veluti clypeum Chriſto obiiciunt, verum licet mater interueniret, petitio tamen filiorum erat, vnde.

Et in vtroque euangeliſta dominus non matri, ſed ipſis reſpondit.

c *Neſcitis quid petatis.* ✲ Victor Antiochenus. Neſcitis quanta res ſit ad Dei patris dexteram conſedere non intelligitis quanto interuallo ſeſſio iſthæc omnium ſupernarum virtutum vim, & dignitatem excedat.

d *At illi dixerunt poſſumus.* ✲ Victor Antiochenus. Sperantes in ſe conceſſum audituros quod petitioni ſtatim promittunt.

d *Aut baptiſmo.* Item qđ calix vnde alibi de paſſione ſua dicit. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque perficiatur.

e *Calicem qui.* Beda. Iacobus ab Herode capite truncatur Ioānes in feruentis olei dolium miſſus. Inde ad coronam martyrii Athleta Chriſti proceſſit ſtatimque in Pathmos relegatus. Itaque & martyrio animo non defuit, & calicem confeſſionis bibit quem biberunt in camino tres pueri; licet perſecutor ſanguinem nō fuderit.

f *Sedere au.* Quaſi Vultis, vt hoc tribuā vobis? Sed regnum cœlorum non eſt dantis, ſed accipientis. Non enim perſonarum acceptio eſt apud Deum, ſed quicumque dignus fuerit, accipiet quod nō perſonæ, ſed vitæ paratum.

✲ Victor Antiochenus. Moriemini quidē mei cauſa eritiſq; mei in paſſione ſocij, at hoc interim ſat nō eſt, vt primas vobis ſedes vindicetis. Si. n. alius quiſpiam acceſſerit qui vita cum martyrio omnem aliam virtutem ſecum deportauerit aut certe multo plura multoque excellentiora virtutum ornamenta in medium attulerit, quam illa, vtique præcedet.

g *Vobis.* Adhuc ſuperbis, Q. d. Si vultis accipere, nolite eſſe quod eſtis alij paratum eſt, & vos alij eſtote, & vobis paratū eſt, quod eſt, prius humiliamini qui iam vultis exaltari.

h *Indignati ſunt.* Non de matre, ſed de filijs, qui ignorantes menſuram ſuam immodica cupiditate ardebant.

i *Ieſus autem vocans eos.* Humilis magiſter, & pius, & mitis, nec cupiditatis immodicæ duos arguit, nec decem indignationis increpat, & liuoris, ſed docet maiorem eſſe q̄ minor fuerit, & dn̄m qui ſeruus ſit. Fruſtra igitur, aut illi ad maiora ſuſpirāt, aut hi ſuper deſiderio eorū dolent cū ad ſummitatē ☞ vir-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et ſequentes timebant.* Quia nondum erant perfecti vſque ad tolerantiam martirij. Quod patuit per effectum, quia Petrus inter alios feruentior, poſtea timore mortis negauit Chriſtum. 2 *Et accedunt,* Hic conſequenter reprimitur diſcipulorum ambitio. Et primo duorum in ſpeciali, ſecundo omnium in generali, ibi. Audientes decem. Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 20. excepto quod ſeq. Filij

3 *Filij Zebedæi di. Magiſt.* Matth. 20. dicitur, quod mater eorum formauit iſtam petitionem. Sed quia fuit introducta ad hoc per filios, ideo dicuntur hic eam feciſſe. Quia quod per amicos facimus quodam modo per noſipſos facimus.

4 *Aut baptiſmo quo ego baptizor.* Tincturam enim ſanguinis ſui in ſua benedicta paſſione vocat hic baptiſmum.

5 *Et audientes decem.* Hic reprimitur ambitio diſcipulorum in generali. Et patet ſententia ex dictis Matth. 20. Et

## MORALITER.

† *Quia ecce aſcendimus.* Frequenter prædixit diſcipulis paſſionem ſuam, per hoc ſignificans quod multoties eſſet paſſurus in membris ſuis, vnde Act. 9 a. dixit. Saule Saule quid me perſequeris? Et Petro imminente ſua paſſione dixit. Vado Romam iterum crucifigi.

2 *Et accedunt.* Iſti credebant Chriſtum in Ieruſalem temporaliter regnaturum. Et quoniam erant eius cognati, volebant eſſe poſt eum primi. Et iſtis quantum ad hoc ſunt ſimiles, qui de terrenis honorib. ſunt multum ſolliciti, & de cœleſtibus negligentes, quod eſt valde fatuum. Ideo dominus dixit illis.

† *Neſcitis quid.* Sicut fatuus qui petit caſeum, & negligit aurum.

5 *Et audientes.* Humanum quid paſſi, propter quod Chriſtus vtroſque reprimens, cœpit eos docere de humilitate, per quam honor cœleſtis acquiritur, & contemnitur terrenus. Et

¶In carne: ¶Nota eum qui miniſtrat, hominis filium appellari. a ¶Intantum vt etiam animam daret.

hominis nō venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, ēt da-
¶Non pro omnibus, ſed pro his qui credere volunt.
a ret animam ſuam redemptionem pro multis. † Et veniunt Ie-
b richo. Et proficiſcente eo de Iericho, & diſcipuli eius, & plu- 1
a ¶Hiero. Qui ſcripturam ſeruat, nec complet, iuxta menſam mendicans eſurit.
c rima multitudine: filius Thimei Barthimæus cæcus ſedebat †
d iuxta viam mendicans, Qui cum audiſſet, quia Ieſus Nazare- 2
e nus † eſt, cœpit clamare, & dicere: Ieſu fili Dauid miſerere †
a ¶Peccatoris. b ¶Dæmones compeſcent clamorem pauperis quem exaudiuit Dominus.
f mei. Et comminabantur illi multi, vt taceret. At ille multo
¶Qui tranſiens audiuit.
magis clamabat, fili Dauid miſerere mei. Et ſtans Ieſus præce
¶Per Apoſtolos. a ¶Id eſt, Perſeuera in oratione.
g pit illum vocari Et vocant cæcum, dicentes ei: † Animæquior 3
a ¶Per pœnitentiam. b ¶Per baptiſmum. c ¶Nudus veteri homine. ¶Vt hinnulus ſuper montes.
h eſto, ſurge vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo, exiliens 4
i
k venit ad † eum. Et reſpondens Ieſus dixit illi. Quid tibi vis

virtutum non potentia, ſed humilitas ducat. Suis deniq; proponit exemplum, vt ſi dicta paruipenderēt, ad opera erubeſcerent. *Nam & filius hominis.*

a *Et veniunt Iericho.* Hiero. Ierico luna vel Anathema quod congruit appropinquanti paſſioni. Defectus carnis Chriſti, præparatio eſt cœleſtis Ieruſalem, vnde Iericho deſerētes, Ieruſalem, i. viſioni pacis appropinquant.

b *Et proficiſcente eo.* Beda. Quia aſcendente ad cœlos domino & fidelibus ſequentibus, cunctis. ſ. electis ab initio mundi cum illo regnum cœleſte ingredientibus, mox gētium populus diu perfidia cæcus, audito Chriſti aduentu, cœpit lumen ſalutis ſperare. Iuxta viā ſedens mendicat, quia nōdum veritatis iter agnoſcēs ſedula deſiderij inquiſitione ad hoc venire cōtendit, vt Cornelius q; Deū quem colebat, crebris precibus vt ſe illuminare dignaretur, orabat. Tranſeundo audit, ſtando illuminat quia per humanitatem miſeretur, in qua natus, paſſus, reſurrexit, aſcendit quæ eſt actio temporalis, & tranſitoria. Et ſtans cæcum illuminat, quia verbi æternitas non tranſit, quę in ſe manens omnia renouat Stare Dei, eſt incommutabili diſpenſatione mutabilia cuncta diſponere. Quare ergo tranſiens audit, ſtans illuminat? quia qui propter nos temporalia pertulit, inde nobis lumen tribuit, vnde tranſitū mutabilitatis habere neſcit.

Beda Matthæus in hoc loco dicit duos cæcos ſecus viam ſedentes illuminatos. Lucas, cum appropinquaret Iericho, vnum illuminatum pari ordine: ſed Lucas ſcribit quod Matthæus omiſit. Quod autem hoc loco Matthæus duos dicit, Marcus dicit vnum, alterum non negat. Sciendum eſt vnum eorum fuiſſe notiſſimum: vnde nomen eius, & patris commemorat Marcus: quod in alijs non facit, niſi cum Iairum expreſſit nomine, quia & ille nobilis fuit: Ita iſte ex aliqua fœlicitate deiectus, notiſſimæ, & famoſiſſimæ miſeriæ fuit qui non ſolum cæcus, verumetiam mendicus ſedebat: Huius ergo illuminationem Marcus deſcribit, quia hoc miraculo maiorem famam comparauit.

Beda. Appropinquans ergo Iericho cęcū vnū illuminauit, quia in carne veniens, & paſſioni propinquans, nō multos ad fidem adduxit. Non enim primo, ſed paucis annis antequam pateretur lumen verbi exhibuit. Sed de Iericho proficiſcens cæcos illuminauit: quia reſurgens a mortuis, atque aſcendēs in cœlum, Spiritum ſanctum Apoſtolis miſit, eoſque ad illuminationem omnium populorum in mundum diſperſit.

Typice. Vnū, appropinquans Iericho illuminat, quia ante paſſionem ſuam vni tātum Iudæorum populo prędicauit. Et C proficiſcens de Iericho duos, quia poſt reſurrectionē p Apoſtolos, & Iudęis, & gētibus prædicauit, & æternæ diuinitatis & aſſumptæ humanitatis arcana patefecit. Marcus vnū ſcribit, quia ad gentes, quibus ſcribebat, reſpicit qui omnino a luce erant alieni quorum cæcitas quanto famoſior, tanto illuminatio gratioſior. Matthęus duos, quia Hebręis credētibus ſcribebat Euangeliū quod ad gentium quoq; notitiam erat peruenturū, vt ad eaſdem vnam fidei gratiā pertinere doceret. Hinc etiā eſt quod Matthæus aſinam, & pullum refert, alij tres qui gentibus ſcribunt conuerſis, aſinum tantum D ad dominum ductum dicunt.

Cæci quos dominus illuminauit homines ſunt supernæ lucis (quæ Chriſtus eſt) neſcij, ſed ipſo donante ad confitendam cæcitatē & petendam veritatis lucem ſunt compuncti. Iericho, luna quę defectum noſtræ mutabilitatis ſignificat vnde. *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho.* Luc. 10. c

Matt. 20. d Luc. 18. f

c *Barthimæus cæc.* Hieron. Cæcitas Iudæorū quæ illuſtrabitur in fine in aduētu Eliæ & Enoch.

d *Qui cum au.* Populus gentiū audita fama Chriſti, cuius particeps quærebat fieri contradicebant multi, primò Iudæi poſt etiam gentiles, ne illuminandus ſanāduſque mundus Chriſtū inuocaret, nec tamē ad vitam præordinatos æternam poterat impugnantium furor prohibere. †Confide, vel Bono animo eſto. E

e *Fili Da.* Hierony. Per merita Patriarcharum illuminatur Iudaicus populus, cui adeſt miſericors Deus, & miſerator illuminans cæcos, & erigens eliſos.

⁂ Victor Antiochenus. Cæcus Chriſtum Dominum filium Dauid vocat. Et quidem dominus genus illud non repudiat etſi alibi omni carnali gente ſeſe ſuperiorem oſtendiſſet, neque enim ſanitatē cæco impendiſſet ſi Dauidis filiū falſo illū vocaſſet, aut ex vana fide aut blaſphema oratione & noīe eundē cōpellaſſet, Sicuti nugantur, qui quadam externa tantū apparētia Dei verbū in mūdū veniſſe, aut ex aliena ſubſtantia, & nō ex Dauidis maſſa carnē ſuſcepiſſe mētiunt̃.

f *At il. mul. ma.* Ingraueſcente bello vitiorum, manus leuandæ ſunt ad lapidem adiutorij cum clamore, id eſt, ad Ieſum.

Hiero. Conueniens ordo ſalutis. Audimus primò, deinde clamamus per fidem, vocamur per Apoſtolos, ſurgimus per pœnitentiam, exuimur per baptiſmum, interrogamur p voluntatē: vnde qui proiecto veſtimēto ſuo, exilire nudus veteri homine, dicit̃ vt hinnulus ſaliens ſuper mōtes, ſegniciēde ponēs, patriarchas, & pphetas, apoſtolos in altis conſiderās.

g *Et vo. cæ.* Beda. Alleg. Cæcum clamantem Dominus vocat, dum populo gentium ſcientiam veritatis deſideranti, per ſanctos prædicatores verbum fidei committit. Qui vocantes cæcum animæquiorem eſſe, & ſurgere, ad eumque venire, præcipiūt, cum prædicando ſpem ſalutis habere, de vitiorum torpore ſurgere, atque ad virtutum ſtudia quibus illuminari mereatur, accingi iubent, quaſi dicat, Accedite ad eum, & il. Et, Surge qui dor. &c. Allego.

h *Qui proiecto ve. ſuo.* Id eſt abiectis mundi curis, expedito mentis greſſu ad datorem lucis properat. Pſal. 33. a

i *Exiliens.* Promptam voluntatem completione deſiderij remunerat vnde. *quodcunq; petieritis in oratione credētes accipietis.* Ephe. 5 d.

k *Quid tibi vis.* ⁂ Victor Antiochenus. Cur dominus iſtud rogat? nequis dicere queat Chriſtum aliud dediſſe, aliud cæcum expetiuiſſe: nam prius vbique illos voluntatem, & ſerpum qui ſanitatem ambiebant exquirere, exquiſitamque præſentibus omnibus patefacere ſolitus erat quam ſanitatē præſtaret. Partim quidem quo alios ad piū quēdam zelū, & æmulationē prouocaret, partim etiā quo ſanitatis beneficiū Inf. 11. c F

indignos

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et proficiſcente eo de Iericho.* Hic ponitur inſtructionis præcedentis confirmatio per illuminationem cæci. Et patet ſententia ex dictis Matthæi 20. excepto quod ſequitur.

2 *Cæcus ſedebat.* Matth. 20. dicitur quod erant duo cæci, ſed quia vnus erat magis notus, & clamabat altero fortius, ideo hic ſolus exprimitur.

3 *Animæquior eſto* Id eſt, magis quietus animo, ac ſi dicant appropinquat tua illuminatio.

4 *Qui proiecto.* In quo mēdicabat, vt celeri⁹ veniret ad Chr̄m.

Rabboni.

## MORALITER.

1 *Et proficiſcēte eo de Iericho. & diſcipulis eius, & plurima.* Seqt̃.

† *Barthimæus cæ. ſe.* Barthimæus q; filius pinguedinis interptatur ſignificat hominem delitijs carnalibus nutritum, iō dicitur cęcus ſcilicet ſapiētiæ luce priuatus de qua dicitur Iob 28. quod non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, quia deliciæ carnales hebetant intellectum.

† *Qui cum audiſſet.* Talis enim cum audit de Saluatore, debet clamare per orationem deuotam, vt ab eo recipiat ſapientię lumen qui dat oībus affluenter, ſaltē de neceſſarijs ad ſalutē.

in dignis collatum publice conſtaret. Quod in his patet primo quidem, ex ardentiſſimis illius inuocatione, mox vero ex eo quod a domino aduocatus, cum omni alacritate exiliens ad illũ accurrerit, veſtem, vt expedition eſſet quaſi veterẽ hominẽ abiecerit dominus fidei illius teſtimoniũ perhibuit, ait .n. *Vade fides tua te ſaluum fecit.* denique ſaluatem cõſecutus non, vt ſolent ingrati, reſilit.

Scit quid velit, ſed petit, vult, quid ſit dare & nos petere præmoneat qui importune admonet ad orandum & tamen dicit. Scit namque pater veſter quid opus ſit antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit vt petatur, & cor ad orationem excitet, vnde cæcus.

⁂ Theophylactus. Dicit autem quod ſecutus eſt dominum in via, ſcilicet in hac vita. Quia poſt hanc excluduntur omnes qui hic eum non ſequuntur operando mãdata eius.

a *Rabboni vt v.* Nõ aurũ quærit, ſed lumen. Cæcus enim diuitias habere poteſt, ſed nõ videre quod habet. Exẽplo huius nõ falſas diuitias quæramus, ſed lucẽ quam cum ſolis Angelis videre poſſumus ad quam via fides eſt. Vnde illuminato cæco dicitur. *Vade fides tua ſaluum te*

b *Vidit & ſe.* da. Videt & ſequitur qui quod bene intelligit operatur qui imitari vnde Si quis mihi miniſtrat me ſequatur.

¶Magiſter. ¶Vnam petij a Domino hanc requiram vt videam volunta.Do.

a faciam? Cæcus autem dixit ei. Rabboni, †vt vide[a]am. Ieſus au- 1

¶Vide.

b tem dixit ei. † Vade, fides tua te ſaluum fecit Et confeſtim vi-

c dit, & ſequebatur eum in via.

c *In via.* Conſideremus qua via graditur, & ſequamur humilitatem, per labores.

Via quæ dicit. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Hæc eſt via anguſta quæ ducit ad ardua Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem Oliuarum, qui eſt mons luminis, & conſolationis.

Math.6.b
Math.20.d
Luc.18.g

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Rabboni.* Id eſt magiſter mi.

CAPVT XI.

ET *cum ap.* Sequitur.

a *Betha.* Beda. Bethania villa ſiue ciuitas in latere montis Oliueti, quæ ſtadijs.12.ab Ieruſalẽ vbi Lazarus ſuſcitatus eſt, domus obediẽtię interpretatur. Et bene Ieruſalẽ venturus & mũdum ſanguine redẽpturus, primo Bethaniam venit, & ibi a deuota muliere vnctus eſt quia multos ante paſſionẽ docẽdo domũ ſibi obedientiæ fecit, quorũ pia actione quaſi odorifero vnguento delectatur. Hinc ciuitas etiã hæc in mõte Oliueti poſita dicitur, vt eccleſia per gratiã Dei eſſe ſaluãda ſignetur, quã vnctione ſpiritualium chariſmatũ, & ſcientiæ & pietatis luce fouet. Mõs enim Oliueti ſpiritualium diſtributor gratiarum. Ne autem abſconderetur ciuitas ſuper hunc montẽ poſita mittit duos de diſcipulis ſuis in caſtellum quod contra eos eſt, doctores ſcilicet, qui indocta vel barbara orbis loca, quaſi oppoſiti caſtelli męnia prędicatione diruerent. Duos propter veritatis ſcientiam & operis munditiam.

b *Duos ex diſci.* Hier. Bini vocantur, bini mittũtur, quia charitas non in vno cõſiſtit, vnde. *Væ ſoli.* Duo educũt Hebręos de Aegypto. Duo portãt botrum de terra ſancta, vt ſem per præpoſiti coniungant operi ſcientiam. Duo mãdata de duabus tabulis pferãt, in duobus fontibus abluantur & abluant & duobus vectibus arcam domini portent, & inter duo cherubin dominum cognoſcant, ſpiritu mente pſallentes.

mo corrumpitur vt interior renouetur, tẽpus eſt crucis. Hę quidem et ſunt bona opera tamen adhuc laborioſa, quorum merces requies eius. Sed idõ dicitur ſpe gaudentes, vt requi futurã cũ hilaritate expectemus in laboribus. Hanc hilaritatẽ ſignat crucis latitudo in tranſuerſo ligno, vbi figuntur manus. Per manus. opera, per latitudin hilaritatem operant intelligimus, quia tr ſtitia facit anguſtias. Per altitudinem c caput adiungitur, e pectationẽ retribut nis de ſublimi iuſtit Dei. per longitudi qua totũ corpus ex ditur, tolerantiam, v de longanimes dici tur. per profundu quod terræ eſt infi ipſum ſacramenti ſ cretum. Vnde Apoſtolus. *Vt in charita radicati & fundati po ſitis conprehendere c omnibus ſanctis quæ latitudo, longitudo, ſublimitas & profundum.*

e *Duos latrones.* Beda. Latrones qui cum domino crucifi ſunt ſignãt eos qui fide & confeſſione Chriſti, vel agonẽ ſ martyrij, vel quálibet arctam continentiam ſubeunt. Et q hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis merito & fi ſignant. Qui aũt pro humanæ gloriæ vel qualibet minus d gna intentione, ſiniſtri latronis mentem imitatur & actus.

✲ Victor Antiochenus. Erat ſane Iſrael quod quidem a Iudæorum ſtadium & ſcopum attinebat, nihil aliud, qua mera indignaque quædam contumelia reipſa autem propi tice illius, *Et cum iniquis reputatus eſt* fide expletio, & in me tem reductio erat.

✲ Theophylactus. * Vt ſcilicet homines prauam op nionem contra eum conciperent, quod & ipſe latro & m leficus eſſet.

Hiero. Cum iniquis veritas deputata vnum relinquit ſi ſtrum, alterum aſſumit dextrũ, ſic faciet in die iudicij, ex mili crimine diſsimiles ſortiuntur vias, Alter præcedit P trũ in paradiſum, alter Iudã in infernũ. Confeſsio breuis vi acquirit longam, & blaſphemia finita pęna plectitur ętern Hic pullus Iudę ligatur ad vitem, ana bologiam, idest, pall tingitur in ſanguine vuæ, hic lacerant hœdi vineam.

f *Mouentes ca.* Hieron. Emittitur mors iniquorum quan excitantur vincula inferni vſque ad ceruicem, quę eſt ceru humani generis.

g *Alios ſal.* Hiero. Etiam nolentes confitentur, quod ali fecit ſaluos, & ſe propria damnant ſententia, quia alios ſalu fecit, & ſe ſi vellet ſaluare poterat.

h *Deſcendat nunc.* Plus eſt de ſepulchro ſurgere, & tam non crediderunt. Hi omnes declinauerunt, ſimul inutiles ęti ſunt.

i *Et qui cum eo.* Beda. Secũdum Lucam vnus latro blaſpl mabat dicens. Si tu es Chriſtus, ſaluum fac te & nos. Alter redarguit & dicit. *Domine memento mei dum veneris in regn tuũ.* Sic hodie q. ficto corde & ficta mẽte dominicę paſſio ſacramenta geſtant, ad mundi gaudia liberari a domino c piunt, & ideo a domino contemnuntur, nec vlla reſpõſic digni iudicantur. Qui autem cum Apoſtolo in cruce Chr glo

NICOLAVS DE LYRA.

1 Erat au. Io. xix c. *Dicitur* Erat autem hora quaſi ſexta. *ſecundum, veritatem erat hora media inter ſextam & tertiam, medium ro denominatur ab vtroque extremorum, & ideo ab euangeliſtis ali do denominatur tertia aliquando ſexta.*

Viden

MORALITER.

† E*t cum iniquis reputatus eſt.* Sic fit hodie ipſius membris per iuſtitię ſubuerſionem in multis locis.

† *Et prætereuntes blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & di centes.* Hoc ſimiliter faciunt detractores bona facta membror Chriſti denigrantes.

Et

Den

a Sol refugit quia non poteſt videre mortem Chriſti & collaborat laboranti. Vel ne impij blaſphemantes ſua luce fruerentur.

a Et facta hora ſexta tenebræ factæ ſunt † per totam terram
b vſque in horam nonam. † Et hora nona exclamauit voce

a Beda vt homo loquitur, vt homo ſlet, vt homo crucifigitur, vt homo turbatur.

magna Ieſus dicens. † Eloi eloi lammazabathani quod eſt

Hier. principium eſt viceſimi primi pſal. quod enim in medio ponitur reſpice in me in Hebræo non habetur.

c interpretatũ De⁹ meus Deus meus, vt quid me dereliquiſti? †
d Et quidam de circumſtantibus audientes dicebãt. Ecce Eliã

a Ipſos cauos igni aptos.

e vocat. † Currens autem vnus, & implens ſpongiam aceto,

a Dolo malitia. b Amaritudinem c Dulcedini.

circumponenſque calamo potum dabat ei, dicẽs. Sinite, vi-

¶ Qui de cœlo.

f deamus ſi veniat Elias ad deponendum eum. Ieſus autem

a Nos cum nulla, vel cum vna quæ de terra. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Cœlum aperitur.

g emiſſa voce magna expirauit. † Et velum templi ſciſſum eſt †

a Nouiſſimi primi. Gentilis confitetur plebs iudaica cæcata negat viſitat eius error peior priore.

h in duo à ſummo vſque deorſum. Videns autem centurio, i

A ...griantur, ita potius a preſentibus ærumnis optant exui, vt ſpiritum ſanctũ ſuum in manus Dei commẽdẽt, vnaque cum Chriſto regni cęleſtis participes eſſe deſiderent. Vnde dominus preces eius qui ſalutem quęrebat pie audiuit, quia qui in tribulationibus poſiti a domino tantum temporalia ſolacia quærunt, & a temporibus ſeparantur, & æternis priuantur, qui cæleſtia petunt ad ea ...e dubio Chriſto mediante & miſerante perueniunt.

Victor Antiochen. ...cas alterum ex illa ...ſum conuitiatum ...rat, alterum vero conuitiatorem Inſo...itiam graui oratio... compreſſiſſe. Cui ...inde magna ma...t magnuſq; honos Chriſto promiſſus ...fieri nihilominus ...tuit initio vtrum...e, quod cauſam pro ...er quam dominus mortem condem...t⁹ fuerat ignoraret ...blaſphemaſſe, poſtea vero Chriſti innocentia comperta al...rum quidẽ conuitijs vale fęciſſe, alterum vero inſanabili animi malitia detentum, poſt cognitam quoque domini innocentiam conuitiari perrexiſſe.

Theoph. Indicium ſunt duo latrones duorum populorum ...daici ac gentilis, ambo iniqui primo, ſed gentilis pęnitens ...daicus vſque in finem blaſphemans.

*Et facta hora.* Bed. Notandum quod hora ſexta .i. ſole receſſo a centro mundi crucifixus ſit, & diluculo, oriente ſole re...rexit, quia mortuus eſt propter peccata noſtra, & re...pro...ter iuſ. no. De Adam enim peccãte dictum eſt, quod audierit vocem domini in paradiſo deambulantis ad auram poſt meridiẽ inclinata iam luce fidei. Ad auram refrigeſcente feruore charitatis. Deambulans aũt audiebatur, quia ab homine peccãte receſſerat, Rationis ergo imo diuinę pietatis ordo poſcebat, vt eodẽ temporis articulo quo. Adæ preuaricanti concluſerat, latroni pęnitenti ianuam reſeraret paradiſi. Et ...a hora primus Adam peccando mundo mortem intulit ...dem hora ſecundus Adam mortem moriẽdo deſtrueret.

B

Victor Antioch. En hac ipſa hora exhibetur quod Iudæi ...ea Chriſto petiuerant nempe ſignum cæleſte. hoc autem ...lo poſt aliud maius conſequitur, & quodnam illud? Illud ...que quod dominus ſe daturum promiſerat *Generatio*, aiẽ...t, mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ...niſi ſignum Ionæ prophetæ, & alio rurſum loco Cũ exal...teritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Et...im multo admirabilis erat, cum ex cruce adhuc pendebat ...tute illius hæc accidiſſe, quam ſi cum in terris adhuc am...abat eueniſſent.

*Tenebræ fa.* Hier. Hic adeſt Noe inebriatus ac nudatus cęlo ...terra inebrioſo pallio tectus, & ab homine irriſus hic ſtilla ...de ligno ſanguis.

*Deus meus.* Hier. inſcribitur pſalm. iſte. Pro aſſumptione ma...ina, qua Chriſtus ad crucem ducitur. Verba filij hominis ...propheta, Vnde etiam ſequitur iuxta Lucam, In manus ...tuas commendo ſpiritum meum. Nona hora, inuenitur euer...ſa domo decima drachma quæ perierat.

Theop. Vel hoc loquitur homo crucifixus Deo ꝓ me: nos ...enim homines ſumus derelicti: ipſe nãq; a patre derelict⁹ fuit ...ille .n. qui dicit, *non ſum ſolus, ſed pater mecũ eſt*. Etſi etiam hoc pro

C

pro Iudęis dixerit ſecundum carnem Iudęus exiſtens, ac ſi diceret vt quid populum Hebraicum cum dereliquiſti vt tuũ crucifigeres filiũ? ſicut .n. aliquando cõſueuimus dicere Deus induit me .i. meam naturam ſcilicet humanam ſic & hic dereliquiſti me, oportet intelligere humanam naturam vel Iudaicum populum. D

d *Et quidam.* Non omnes. Forſitan milites Romani non intelligentes proprietatem Hebræi ſermonis, ex eo quod dicitur Eloi putauerunt Eliam ab eo vocari. Vel Iudæi ſolito ſibi ſermone verba domini deprauantes, imbecillitatis, infamabant eũ quod Eliæ vocaret auxiliũ. † ſuper

e *Currens autẽ.* Beda. Ioãnes plenius dicit. Poſtea ſciens Ieſus, quia iam omnia conſummata ſunt vt conſummaretur ſcriptura dicit. *Sitio.* Vas ergo poſitũ erat aceto plenum, &c. Q. Hoc minus feciſtis, date quod eſtis. Erant .n. acetum degenerantes à vino prophetarũ & patriarcharum, tanquã de pleno vaſe de iniquitate huius mũdi pleni, cor habentes ſicut ſpõgiã cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulẽtũ. Hiſſopo circũpoſuerũt ſpõgiã aceto plenã. Hiſſop⁹ herba humilis pect⁹ purgãs Chriſti ſignificat humilitatẽ quã circundederunt & circũueniſſe putauerũt, vnde. *Aſperges me domine Hiſſopo, & mundabor.* Chriſti enim humilitate mũdamur, qa niſi humiliaſſet ſemetipsũ factus obediẽs vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, ſanguis eius in mundationẽ noſtrã fuſus nõ eſſet. Per arundinẽ cui impoſita eſt ſpõgia, ſcriptura ſignificatur, quę hoc facto impletur, quia arundine ſcribitur, ſicut locutio (quę per linguam formatur) lingua dicitur. Vnde linguã gręcam & latina dicimus. Hier. *Curreus autem.* Inuenit ſimilitudinẽ eorũ. Spõgiã concauã, mẽtẽ aridã, ignibus aprã, implet aceto, hoc malitia & odio uel dolo de quo dñs plãtauit vineã Soreth. *Et quomodo cõuerſa es in amaritudinẽ vitis alienæ, et expectaui vt faceres vuas, et feciſti ſpinas?* Ioan. 19. f. Pſal. 50. b. E Phil. 2. b. Eſa. 5. a.

f *Ieſus au.* Bed. Quid dixerit Lucas aperit. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum & hoc dicens expirauit*. Quod aũt dicit Ioãnes. *Cum accepiſſet acetũ dixit conſummatũ eſt & inclinato capite tradidit ſpiritũ*. Inter hoc qđ ait. *Conſummatũ eſt & illud. Inclinato capite emiſit ſpiritum*. emiſſa eſt vox illa magna, quam Ioannes tacet, cæteri commemorant. *In manus tuas, &c.* † Mat. 27. f. Luc. 23. f. Luc. 23. f. Io. 19 f. Luc. 23. f

Hier. Ieſus aũt. Infirmata etenim carne mox virtus diuina inualuit quę dicit. Aperite mihi portas iuſtitię, &c. Nos autẽ cum nulla, vel vna voce morimur qui de terra ſumus. Ille .n. cum exaltata voce expirauit qui de cęlo deſcendit. Pſal. 117. c.

g *Et velum te.* Vt arcã teſtamenti, & omnia legis ſacramenta quę tegebantur appareãt & ad gentes tranſeant. Añ dicebatur. *Notus in Iudæa Deus in Iſra. m. n. e.* Nunc autẽ. *Exaltare ſuper cæ. Deus & in omni, &c.* Et in euãgelio prius. *In viã gentium ne abieritis*. Et poſt paſſionem. *Ite & docete omnes gentes*. Pſal. 75. a. Ibid. 56. b. Mat. 10. a. Ibid. 28. d.

Victor Antioch. Vna hæc vox & velum templi diſcidit & monumenta aperuit, & domũ Dei deſertam reddidit. fecit hoc aũt non in tẽpli cõtumeliam, ſed in ſacerdotũ notam. Oportebat adhuc vaticinium quod de futura templi deſolatione editum extabat impleri. Oportebat æque legis vmbra iam conſummata iuſtifica. iſque per fidem in Chriſtũ ſancta ſanctorum iam tandem patefacta demonſtrare.

h *Videns autem.* Oſtẽditur quare centurio miratur, qui vidit cum F

NICOLAVS DE LYRA.

Vi. au. cen. q. ex aduer. *Videbat enim, quod illa vox nõ poterat naturaliter formari ab homine ſic propinquo morti, & ideo concluſit, quod eſſet formata virtute Dei dicens. Vere hic homo filius Dei erat.* Et

MORALITER.

*Deus me.* Propter q, nõ dẽt Chriſtianus mirari ſi a Deo permittitur per malos tribulari, quia ſic ſuo capiti cõformatur.

*Et velum templi ſciſſum eſt.* 1. Corin. 3. d. dicitur Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos, & ideo velum huius templi ſcinditur quando per cõpaſſionem mortis Chriſti fidelis ab omni terrenorum inordinato amore ſeparatur.

i *Videns autem centurio.* Per hoc quod iſte gentilis confitebatur in Chriſto veritatem deitatis ſignificata fuit illuminatio futura gentium, & excęcato Iudæorum.

A cum ſic expiraſſe, ideſt, ſpiritum emiſiſſe. Nullus enim habet poteſtatem emittendi ſpiritum niſi conditor animarum.

* Hieronymus. Gentilis populus confitetur, Iudęa cęcata negat vt fiat eis error peior priore.

* Theophylactus. Et ſic ordo conuertitur, dum Iudæi occidunt, & gentilis confitetur, & diſcipuli fugiunt, & mulieres expectant. Centurio autem dicitur qui centum militibus præeſt.

*Illius.

Matt.27.f. Luc.23.g.

a *Vere, &c.* Hieronymus. Nota quod centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis vere filium Dei confitetur, & Arrius in eccleſia prædicat creaturam. Vnde merito per centurionem fides eccleſię ſignificatur, quę velo myſteriorum cœleſtium per mortem domini reſerato continuo Ieſum & vere iuſtum hominem, & vere filiũ Dei ſynagoga tacente confirmat.

Arrius gentilium credulitate confutatur.

† Honeſtus conſul.

B

b *Erant au.* Hie. Sicut non excluditur mulie bris ſexus a ſalute per Mariam virginem, ita non repellitur a myſterio crucis ſcientiæ & reſurrectionis per viduam Mariã Magdalenam & cæteras matres.

*Ipſi.

Mat.27.g. Luc.23.g. Ioan.19.g.

a qui ex aduerſo *ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait. Vere
Beda. Hominem & Deum confitetur.
b hic homo filius Dei erat. † Erant autem & mulieres de lon-
c ge aſpiciẽtes inter quas erat Maria Magdalenę, & Maria Ia
a Ad differentiam Iacobi Zebedæi qui inter primos apoſtolos vocatus eſt & electus a domino
cobi minoris, & Ioſeph mater & Salome. Et cũ eſſet in Ga
a Beda. Mos erat vt mulieres præceptoribus de ſua ſubſtantia miniſtrarent.
lilæa ſequebantur eum, & miniſtrabãt ei, & aliæ multæ quę
In fine.
d ſimul aſcenderant cum eo Ieroſolymam. † Et cum iam † ſero 1
e eſſet factũ, quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum, ve 2 3
a Deponens. All go. Iudaicus populus deponens deſperationem. b Quę & Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis.
f nit Ioſeph ab Arimathia † nobilis decurio, qui & ipſe erat 4
Ad Chriſtianos. Malleator.
expectãs regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & 5 6 †
Viaticum.
petiit corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet,
& accerſito cẽturione interrogauit eũ, ſi † iã mortuus eſſet,
g & cum cognouiſſet a centurione, donauit corpus Ioſeph
a Cor mundum & peccatis mortuum.
† * Ioſeph autem mercatus ſyndonem, & deponens
In munimine fidei.
eum inuoluit ſyndone, & poſuit eum in monumento

Ioan 19.e. c *Iacobi minoris & Ioſeph.* Beda. Minorem Iacobum dicit Iacobum Alphei, qui & frater domini, eo quod eſſet filius Marię materteræ domini. De qua Ioannes *Stabant autem iuxta crucẽ Ieſu mater eius & ſoror ma. eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenę.* Cleophę videtur eam dicere a patre vel a cognatione.

d *Et cum iam ſero eſſet, &c.* Beda. paraſceue Græce, preparatio Latine. Hoc nomine Iudęi inter gręcos morantes ſextam ſabbati appellabant, quia in eo q̃ ſabbato erãt neceſſaria prę parabant ſecundũ quod de manna dictum eſt. *Sexta die colligetis duplum, &c.* Quia ergo ſexta die homo factus eſt, & tota mundi creatura perfecta eſt, ſeptima autẽ conditor ab omni opere ſuo requieuit. Vñ & hũc ſabbatũ, ideſt, requiẽ dici voluit, recte ſaluator eadem ſexta die crucifixus hominẽ reſtaurauit. Ideoque cum accepiſſet acetum dixit. *Conſummatum*, eſt, ideſt, diei ſextæ opus cõpletũ eſt quod pro mũdi reparatione ſuſcepit: ſabbato autẽ in ſepulchro requieſcẽs, reſurrectionis quę octaua die futura erat expectabat exitum, vbi noſtrę deuotionis & retributionis prælucet exemplũ quos in hac ſexta ętate, pro domino pati, & mundo neceſſe eſt crucifigi. In ſeptima vero ętate, ideſt, cum leti quiſque debitum ſoluerit corpora quidem in tumulis, animas autem in ſecreta pace cũ domino gaudere, & poſt bona opera oportet quieſcere, donec octaua veniẽte ętate & ipſa corpora reſurrectione glorificata cum animabus ſimul incorruptionem ęternę hęreditatis accipiant.

Exo.16.e. Gen.2.a.

C

Venit

e *Venit Ioſeph.* Hiero. Ioſeph venit ſero paraſceue ab Arimathia, quæ interpretatur deponens, ad deponendum corpus Chriſti in monumento. *Nobilis decurio expe. redem. Dei. Intra. ad Pila. & petiit. cor. Ieſu.* Ioſeph inuoluit ſyndone, in ſyndone inuolutũ corpus poſuit in monumẽtum qđ exciſum erat petra & aduoluit lapidem ad oſtiũ monumenti. Mariæ aſpiciunt ponеretur. Hęc omnia congruunt ad populum Iudaicum fine credentem, nobilitatur fide, Abrahæ ſit filius de nit deſperationem pectat regnum Dei trat ad Chriſtianos baptizetur, quod ſignificat nomen Pilati, eſt, os malleatoris eſt, qui domat ge feras, vt regat eo virga ferrea, & p ſacrificium quod natur pœnitentib fine, ideſt, viatic Et mũdo corde & p catis mortuo, inuo in munimine fidei bilitum operculo per opera charita concludit. Finis e præcepti eſt cha Aſpicientibus a lo electis qui ſunt ſtellæ maris, quando ſi fieri poteſt ſcandal buntur etiam electi.

* Theophylactus. Imitemur & nos Ioſeph, recipier Chriſti corpus per vnitatem, & ponamus illud in monun to exciſo in petra, ideſt, In anima memorante & non obli cẽte Deum. illa enim anima eſt ex petra exciſa, ideſt, ex C ſto qui eſt petra, qui continet firmitatem. inuoluere etiã bemus ipſũ in Syndone, ideſt, in corpore puro ſuſcipere. S don namque eſt corpus quod eſt animę indumentum: d enim non ſolum pura anima corpus Chriſti ſuſcipere, ſe corpore puro. Inuoluere autem oportet. ſed nõ aperire, ſanctum clauſum eſt & occultum.

f *Decurio.* Officiũ curię adminiſtrãs magnę dignitatis a ſęculũ, maioris apud Deũ fuiſſe legitur. Talẽ enim fuiſſe cebat, qui corpus domini ſepeliret, qui & per iuſtitiã dig eſſet, & per nobilitatem ſecularis potẽtię facultatẽ obtine Non enim ignotus aut mediocris ad pręſidem accedere & crucifixi corpus poſſet impetrare.

g *Ioſeph autem.* Beda. Ex ſimplici ſepultura domini, amb diuitũ condẽnatur, qui nec in tumulis poſſunt carere diui

Allegorice. Corpus Chriſti, non auro, non gemmis, au rico, ſed lineo puro obuoluendum eſt.

Moraliter. Autem. Ille in ſyndone mũda Ieſum inuo qui eũ pura mente ſuſcipit: Hinc eccleſia ſacrificiũ altar ſerico neq; pãno tincto, ſed lineo terreno celabat, ſicut pus domini in ſyndone munda ſepultum eſt. ſic a papa S ſtro ſtatutum eſt.

Qui

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cum iam ſero factum eſſet. *Hic deſcribitur ipſius Chriſti deuota tumulatio, & patet ſententia ex dictis Matthæi 27. exceptis quæ ſequuntur.*

2 Quia erat paraſceue. *Ideſt, præparatio, quia tunc erat feria ſexta in qua præparabantur ea quæ debebant comedi die ſequenti.*

3 Venit Ioſeph. *Ad ſepeliendum Chriſtum antequam intraret ſabbatum in quo non erat licitum facere talia.*

4 Ab Arimathia. *Quæ antiquitus dicta eſt Ramatha, de qua fuit Samuel, vt habetur. 1. Regum.*

5 Decurio, qui & ipſe erat, &c. *Ideſt, vnus de curialibus. Decuriones enim dicuntur, qui ſunt de curia alicuius magni principis. Dicuntur etiam decuriones, qui accipiunt curam plebis.*

6 Et audacter introiuit ad Pilatum. *Prius enim erat diſcipulus Chriſti occultus propter metum Iudæorum, ſed exemplo mortis Chriſti animatus oſtendit ſe publice eſſe Chriſti diſcipulum, petendo eius ſepulturam & exequendo.*

Ab

MORALITER.

3 *Venit Ioſeph ab Arimathia.* Sequitur.

† *Et petiit.* Moraliter Ioſeph qui interpretatur accreſcens corpus Ieſu petit, quando perſona creſcens in virtutibus euchariſtiam ſumit. Et inuoluit in ſyndone, quando deuotionẽ ſuam abſcondit ab humana laude. Et ponit in monumento, quando iugiter cogitat de ipſo, quia monumentum dicitur, quaſi mones mentem. per hoc autem quod ſanctæ mulieres aſpiciebãt vbi poneretur ſignificatum fuit quod religioſæ perſonæ quæ ſunt mundo mortuæ, debent cum eo per cõpaſſionem ſepeliri, vt reſurrectionis eius participes fieri mereantur.

ſuam

*Quod erat exci.* Beda. Dicitur, quod monumentum domi-
domus rotunda fuit de ſubiacente rupe exciſa tantę altitu
nis vt homo rectus conſiſtēs vix extenta manu culmē poſ-
attingere. Et habet introitum ab oriente: cui lapis ille ma-
ius aduolutus atque impoſitus eſt. In eius parte aquilonari
ſum ſepulchrum,
eſt, locus domi-
ci corporis de ea-
m petra factus eſt
ptem habens pe-
s longitudinis,
ium palmorū mē-
ra a pauimento al
is eminens. Qui
ilicet locus non deſuper, ſed a latere meridiano per totum
tet vnde corpus infe rebatur. Color autem monumenti &
culi albo & rubeo dicitur eſſe permixtus.

* Victor Antiochenus. Ex hoc autem Ioſephi facto &
mmam animi illius conſtantiam & fortitudinem ſpectare
et parum enim aberat quin vitam ipſam Chriſti cauſa
ipenderet. Quippe qui Iudæorum omnium inimicitiam
opter illum in ſe ſuſciperet, & ſummā rurſum eiuſdē erga
ominum noſtrum ſtudiū & beneuolentiam. Non ob id ſolū
od corpus a Pilato impetratum honorificentiſſime & ſum
uoſiſſime ſepeliret, verum ob id etiā quod in proprio eoq;
uo monumēto illud cōderet. Interim quod Chriſtus domi
s non in veteri, ſed in nouo monumento conditur, illud
non citra peculiarem Dei prouidentiam & ſapientiam acci D
dit, ſiquidem per hoc vnum præcautum eſt, ne vlla prorſus
ſuſpitio oboriri poſſit alium pro alio inde reſurrexiſſe.

b *Maria au.* Be. Lucas dicit quia aſtabant omnes noti eius a Luc. 23. g
lōge, & mulieres quæ ſecutæ fuerāt eū. Sed alijs depoſito cor
pore eius ad ſua remeātib' ſolę mulieres quæ arctius ama
bāt funus ſubſecutæ quomodo poneretur inſpicere curabāt vt ei congruo tē
pore munus deuotionis offerrent.

a Quæ eſt Chriſtus. b Per opera charitatis. Alias in. c Operculum fidei.

a quod erat exciſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium 1
a Electi qui ſunt ſtellæ maris.
b monumenti. † Maria autem Magdalenæ & Maria Ioſeph 2 3
A longe quia ſcendaliʒabuntur ſi fieri poteſt etiam electi.
aſpiciebant vbi poneretur.

* Victor Antio. Mulieres aſſident, & accuratæ, vbi dominus ponatur, obſeruant, quo Iudęis, quorum furiā muneribus iam forte deliniuerant, abeuntibus demortuum Chriſti corpus liberius complecti contrectareque queāt. Oſtēdunt hæ autem ad mortē vſque magnam animi fortitudinem & charitatem magnamque in pecuniarum impenſa liberalitatem & magnificentiam.

Beda. Moraliter Sanctæ mulieres dic paraſceues, ideſt, præparationis idem faciunt, cum animæ humiles & quo maioris ſibi conſciæ fragilitatis, eo maiore ſaluatoris amore feruentes, paſsionis eius veſtigiis in hoc ſeculo (quo præparāda requies futura) diligēter obſequūtur. Et ſi forte valeāt imitari pia curioſitate quo ordine ſit ei' paſſo amplectēda ꝑpedūt.

NICOLAVS DE LYRA.

Et aduol. *Circa enim ſepulchrum erat quædam clauſura, & ad* [ostium] *illius clauſuræ fuit poſitus lapis magnus non a ſolo Ioſeph, ſed etiam ab aliis qui fuerunt cum eo in ſepultura Chriſti.*
2 Maria au. *Ideſt, quæ erat mater Ioſeph.*
3 Aſpi. v. p. *Ad hoc vt trāſacto ſabbato venerēt ad vngēdū corp' ei'.*

CAP. XVI.

*Et cum tranſ.* Beda Lucas dicit quia reuertentes a monumēto parauerūt aromata & vnguēta, & ſabbato ſilue-
[runt], quia mādatū erat, vt ſabbati ſilētiū a veſpera vſq; in veſ-
[pe]ra ſeruaretur. Ideoque religioſę mulieres ſepulto domino
[quā]m licuit operari, [id]eſt, vſque ad ſolis [oc]caſum vnguenta [pa]rauerunt, vt Lucas [di]cit. *Et quia præ an-* [guſt]*ia temporis exple-* [re] *non potuerunt,* mox [vt] *tranſacto ſabbato,* id eſt [o]ccidente ſole, vbi [op]erandi licentia re[dii]t, feſtinauerunt e[m]ere aromata ſicut [M]arcus dicit vt venientes mane vngerent Ieſum. Neque veſpere ſabbati præoccupante iam noctis [per]iculo monumentum adire valuerunt.

Seuerianus. Mulieres hoc loco fœminea deuotione diſcur[ru]nt quæ non vt uiuenti fidem, ſed vt mortuo vnguenta de[fer]unt ad ſepulchrum & vt ſepulto parāt mœroris obſequia [no]n vt reſurgenti diuinorum gaudia triumphorum.

Theo. Non enim magnitudinē atque dignitatē diuinitatis Chriſti ſapiunt, ueherunt autem iuxta conſuetudinē Iudæorum vngere corpus Ieſu, ut ſcilicet maneret odoriferū [&] ne humiditate ſcaturiret, nā aromata uirtutē habēt deſiccatiuam humiditatem corporis abſorbentia, unde incorruptum conſeruant.

*Vt venientes vngerent.* Moral. Sanctę mulieres, quę dominum num fuerant ſecutę cū aromatibus ad monumentū venerunt & ei quem viuētē dilexerūt, etiam mortuo ſtudio humanitatis obſequuntur. Et nos ergo in eū qui mortuus eſt credētes ſi odore virtutū refecti cum opinione bonorum operū quærimus dominum, ad monumētū eius cū aromatib. veniamus quod autē mane veniunt ad monumētū orto iā ſole, ideſt cū iam cęlum ab oriētis parte albeſceret qđ fit ſolis orientis vicinitate, ad literā magnus quærendi & inueniēdi dñm feruor charitatis oſtēditur. Myſtice autem nobis exēplum dat illuminata facie decuſſis vitiorum tenebris odorē bonorum operum dño & orationū ſuauitatē offerre. E

CAP. XVI.
Poſt triſtia ſabbata irradiat dies.

Et cum tranſiſſet ſabbatum Maria Magda 1
Electi qui ſunt ſtellæ maris.
lenę & Maria Iacobi & Salome emerūt
a aromata, vt venientes vngerēt Ieſū. † Et 2
a Ideſt, prima ſabbato Eadem prima ſabbathi dicitur quæ nunc dominica appellatur. Theop. vel vna, ideſt, prima dierum hebdomadę.
b ſabbathi namque die hebdomadæ nuncupantur. b Ideſt, requietionum in ſabbatis cuſtodiebantur.
c valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum.

† Mat. 28. a Luc. 24. a Ioan. 20. a

Hic. Nunc cū aromatib. redolētib. cum ſpōſa & adoleſcentulis currunt, poſt eā cōſpergimus librū, i. cū elemētis noſtrę. Cant. 2. a Ibid. 2. a Pſal. 117. d
*Nūc itroducit nos rex in celliaria ſua. Nūc ſurgit amica Maria hyems abiit pluuia receſſit, flo. ap. vox turturis audita eſt in terra noſtro, ut flo. odo. de.* rediit ſponſus de umbra ſub qua dormiūt in meridie. Poſt triſtia ſabbata felix irradiat dies quę primatū in dieb. tenet luce prima in ea luceſcente, & domino in eo cū triūpho reſurgente & dicente. *Hæc eſt dies quam fecit dominus, &c.*

c *Et ual. ma.* Hic. Qđ alius dicit diluculo. Diluculum eſt inter tenebras noctis & diei claritatē in qua ſalus uenit in eccleſia declarāda more ſolis, qui cōſurgens roſeam præmittit auroram, ut tantus ſplendor præparatis oculis poſſit uideri, F cum

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

Et cum trāſ. *Poſtquā deſcripta eſt reductio peccatoris in deū per Chriſti prædicationē & ſuæ paſsionis redēptionē hic conſequenter ſcribitur dicta reductio per ſuā reſurrectionē & aſceſionē. Et primo ſcribitur manifeſtatio ſuæ reſurrectionis. ſecūdo ſublimatio ſuę aſceſionis. ibi. Et dominus quidē Ieſus. prima in duas quia primo deſcribit manifeſtatio reſurrectionis p denūciationē angeli. Secūdo p apparitio ipſius domini ibi.* Surgēs Ieſus. *Circa primā partē deſcribitur aduētus mulierū ex deuotione ad ſepulchrū, vbi audierūt ab angelo reſurrexiſſe dominū & hoc eſt quod dicitur.* 1 Et cum trāſ. *Quādiu enim durauerat ſabbatū non erat eis licitū aliquid emere, ſed in veſpere eiuſdē diei terminabatur ſolēnitas, & tūc emerūt aromata, vt in craſtino bene mane venirent ad ſepulchrum, ideo ſubditur.* 2 Et ual. *i. prima dierū illius hebdomadæ poſt ſabbatum ſicut dicitur Gen. 1. Et factū eſt ueſpere & mane dies vnus, ideſt, primus. Sciendū etiam quod omnes dies illius hebdomadę vocabātur ſabbata pro tāto quia erant feſtiuæ eo quod ſolennitas paſcalis durabat ſeptem diebus. prima tamen dies & ſeptima erant celebriores intermediis, ita quod in illis poterant emi aromata illa.*

Orto

MORALITER.

Et cū tranſ. Sequitur. *Vt ve. vn.* Grego. Nos autē in eū q mortuus eſt credentes ſi odore virtutū referti cū operatione bonorū operū deū quęrimus, ad monumētū ipſius cū aromatib' veniam[us].

a ᵃ Poſt occaſum corporis. ᵇ Chriſto.
b orto iam ſole, & dicebant adinuicem: quis reuoluet nobis 1
ᵃ Legem mortis. ᵇ Originale peccatum. 2
lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt 3
ᵃ Legem mortis. ¶ Ideſt, etiam infantes tangit in vtero gemitus omnium & omnibus grauis.
c reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et in- 4
ᵃ Beda. In domum, ſcilicet rotundam quæ erat exciſa in petra. ᵇ Regnantem in proſperis. Hic inuenit formam reſurrectionis timentibus mortem oſtendit.
d troeuntes in monumentum viderunt † iuuenem ſeden- 5
e ᵃ Quæ vera lætitia eſt, hoſte repulſo regno adepto: non vidit, nec auris audiuit quæ præ.do.dil.ſe. ᵇ Hieronymus. Quod oculus
tem in dextris † coopertum ſtola candida, & obſtupue-
Deus charitas eſt, timor non eſt in charitate.
f runt. Qui dicit illis: Nolite expaueſcere: Ieſum quæ-
g A loco. A cauſa. ᵃ Radix amara crucis euanuit, flos vitæ cum fructibus erupit. qui iacuit in morte ſurrexit in gloria.
h ritis Nazarenum crucifixum. ſurrexit, non eſt hic. Ecce locus
i ᵃ Mulieribus dicitur, vt nuncient Apoſtolis, quia per mulierem, mors nuncius eſt, per mulieres vita reſurgens.
K vbi poſuerũt eum. Sed ite dicite diſcipulis eius & Petro, quia 6

† indutum

A cum tempus dominicę reſurrectionis illuxit, vt tunc laudes Chriſti tota cantaret Eccleſia ſanctarum fęminarum, quando vitam præſtitit & lumen credulitatis infudit. (Matt. 24. c.)

a *Orto iam ſole.* ✻ Auguſtinus. Quod Lucas dicit. *Valde diluculo.* Et Ioannes. *Mane, cum adhuc tenebrę eſſent,* Hoc intelligit Marcus dicens. *Valde mane, orto iam ſole,* ideſt, cum cœlũ ab Orientis parte albeſceret, quod fit vtique ſolis Orientis vicinitate: eius enim eſt ille fulgor, qui nomine Auroræ appellari ſolet, ideo nõ repugnat ei q ait, *Cũ adhuc tenebræ eſſẽt*, die quippe ſurgẽte, reliquię aliquid tenebrarũ tanto minus ſunt, quanto magis oritur lux. Nec accipiendũ eſt quod ait. *Valde mane orto iam ſole*. tanquam ſol ipſe iam videretur ſuper terram, ſed de proximo adueniente in has partes ſole, ideſt, ortu ſuo iam cęlum illuminare incipiente.

b *Et dicebant adinuicem.* Hieronymus. Aquilæ congregãtur
B ad corpus, martyres & Apoſtoli vident lapidem reuolutum, qui eſt lex mortis, quaſi dicat. Vbi eſt mors aculeus tuus?

c *Reuolutum lapidem* Beda. Quomodo lapis per Angelum ſit reuolutus, Matthæus dicit.

Matt. 28 a. Allegorice autem lapidis reuolutio reſurrectionem ſacramentorum Chriſti quæ velamine literæ legis tecta erant inſinuat. Lex etenim in lapide ſcripta eſt cuius ablato tegmine, gloria reſurrectionis oſtenſa eſt, & abolitio mortis antiquæ, & vita nobis ſperanda perpetua toto orbe cępit prædicari. (Exo. 24. c. & 31. d. & 34. a.)

✻ Seuerianus. Obſcuratum erat veſtrum pectus, oculi clauſi, & ideo patefacti ſepulchri gloriam prius non videbatis.

Eccl. 11, d. d *Iuuenem.* Hieronymus. Non ſenem, non infantem, ſed iocũdum ætate vt dicitur. Lętare iuuenis in adoleſcentia tua, quæ non eſt hic vera dum ſenio mixta.

Beda. Mulieres Angelos vident quę cum aromatibus venerunt, quia illæ mentes ſupernos ciues aſpiciunt, quæ cum virtutibus ad Deum per ſancta deſideria veniunt.

✻ Theophylactus. S. Matthæus dicit Angelos ſedere ſuper lapidem, Marcus vero quod *mulieres introeuntes monumentum viderunt ſedentem iuuenem,* non mireris. Nam quem viderunt prius ſedentem ſuper lapidem, ipſum etiam intus in monumento poſtmodum viderunt.

De conſenſu Euange. lib. 3. ca. 24. * Auguſtinus. Aut intelligamus Matthæum tacuiſſe de illo Angelo quem intrantes viderunt, Marcum vero de illo quẽ
C foris ſuper lapidem ſedentẽ viderunt, vt duos viderint, & a duobus ſigillatim audierint quæ dixerint Angeli de Ieſu, aut certe intrantes in monumentũ, in aliqua ſepta maceriç debemus accipere qua cõmunitum locũ tũc fuiſſe credibile eſt in aliquo ſpatio ante petrã, qua exciſa locus factus fuerat ſepulturę vt ipſum viderint in eodem ſpatio ſedentem a dexteris quem dicit Matthæus ſedentem ſuper lapidem.

* Victor Antiochenus. Non neſcimus autem eſſe, qui varias viſiones contigiſſe dicant, edoceant, eaque ratione omnem, quę ſe inter Euangeliſtas offerre videtur, d[...]phoniam e medio tollant. Aiunt itaque, alias eſſe mulier[...] quarum fit mentio apud Mattheũ, alias rurſum quarũ ap[...] Marcum. Addunt Mariã Magdalenam, propter Incenſum [...]ga Chriſtum ſtudiũ, omnibus ſe adiũxiſſe, eaque de cauſa [...] illi diuerſas viſio[...] obtigiſſe. Scribu[...] tandem tẽpora q[...]bus a mulieribus [...] monumentum v[...]tum eſt, ab Euan[...]liſtis diuerſa aſſig[...]ri. Secundum illo[...] gitur, libri alias [...]lieres, alia tempo[...] alia referunt viſa, [...] que ita vnus Eua[...]liſta, quod ab aliis [...]ctũ fuerat nõ euen[...]

c *Seden. in dex.* B[...] Ad meridianam [...]tem loci illius, [...] poſitum fuerat c[...]pus Ieſu. Corpu[...]nim quod ſupin[...]cens caput habe[...] occaſum, dexterã [...]ceſſe erat haber[...] auſtrũ. Scribit autẽ Matthęus, quod Angelũ qui reuoluit [...]dẽ ab oſtio monumẽti, primo viderũt ſuper ipſum lapid[...]dentẽ, qui eas intrare in locũ vbi poſitus erat. Dominus [...] & videre quod iam reſurrexit a mortuis. Lucas autem, q[...] intrantes in monumẽtũ duos Angelos ſtãtes ibi inuene[...]

Greg. Per ſiniſtram vita præſens, per dexterã vita æte[...] ſignatur iuxta illud. *Læua eius ſub capite meo, & dextera eius a[...]xabitur me.* Quia Chriſtus iã præſentis vitæ corruptionem [...]ſierat, recte qui eius vitam perennẽ nũciabat in dextera [...]bat. Qui in ſtola candida apparuit, quia & ſuę & noſtrę fe[...]tatis gaudia, nunciauit. Illa enim Domini reſurrectio, & [...] ad immortalitatem reduxit, & ad Angelorum numerum [...]ſtituens cęleſtis patrię damna reparauit.

f *No. ex.* Gre. Q. d. Paueant illi qui nõ amant aduentum [...]mini vt ſupernorum ciuium, qui vitiis preſſi de eorum ſo[...]tate deſperãt. Vos autẽ quid timetis quę veſtros conciue[...]detis? Vnde Matth. Angelum apparuiſſe deſcribens ait. [...] *aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimenta eius ſicut nix.*

g *Ieſum.* Salutare. Sed quia multi nõ ſubſtantialiter ſe[...]cupatiue hoc nomine dicebantur, determinat per locum [...]zarenum, & cauſam ſubdit. *Crucifi.* Atque addit.

h *Sur. non eſt hic.* Per præſentiam carnis, qui tamen nuſq[...] deeſt per præſentiam maieſtatis.

i *Ecce lo.* Oſtenditur mortalitas mortalibus ad actione[...]tiarum debitam, vt intelligamus quid ſimus & fuerim[...] ſciamus quid erimus.

k *Et Petro.* Beda. Petrus vocatur ex nomine, ne deſpere[...] negatione. Niſi enim eũ Angelus nominatim exprimer[...] magiſtrum ter negauerat, inter diſcipulos venire nõ aud[...]. Et notandum cur eum quẽ Eccleſię ſuę omnipotẽs præ[...]re propoſuit, ad ancillę vocẽ negare permiſit. Hoc n. actum [...] magna pietatis diſpenſatione, vt qui futurus erat paſtor e[...]ſiæ in ſua culpa diſceret quomodo aliis miſereri deberet.

Hier. *Et Pet.* Qui ſe indignum diſcipulatu iudicat, ci[...] magiſtrum negat. Sed peccata præterita non nocent, qu[...]do non placent.

Præc

NICOLAVS DE LYRA.

2 Orto iam ſo. *Ideſt, ad ortum iam appropinquante. Sol enim poteſt intelligi oriri dupliciter. Vno modo perfecte, quando primo egreditur, & apparet ſuper terram, & ſic non accipitur hic. Alio modo quando lux eius incipit apparere, ſcilicet in aurora, & ſic accipit hic ortus ſolis, & ideo Ioan. 20. dicitur quod adhuc tenebræ erant, quia aurora media eſt inter tenebras noctis & lucem perfectam diei, & ideo ab vtroque poteſt nominari ſicut medium ab extremis, quia participat naturã vtriuſque extremi.* 2 Quis reuol. *Quaſi dicat, non poſſumus reuoluere per noſipſas, quia erat magnus valde, & poſtea ſubditur.* 3 Viderunt reuo. *Per Angelum qui venerat ad manifeſtãdum Chriſti reſurrectionem factam.* 4 Et introeun. *Ideſt, intra clauſuram [...] erat circa monumentum. Dicitur autem monumentum quaſi mo[...]nens mentem, ſcilicet illius qui aſpicit vt oret pro anima ſepulti & [...]gitet de morte propria.* 5 Viderunt iu. *Luca. 24. a. dicitur. Ecce [...] viri aſtiterũt ſecus illas in veſte fulgenti, ideſt, duo Angeli in ſpecie [...] virorum, propter hoc dicit Auguſtinus, quod ibi apparuerũt tres A[...]geli, vnus extra monumentũ, intro tamen prædictam clauſuram ſedens [...]per lapidem reuolutum, ſed intra monumentum apparuerunt duo, vn[...]ad caput & alius ad pedes vbi poſitũ fuerat corpus Ieſu, vt dicit Ioan[...]20.* 5 Dicite di. *ſpecialiter nominat Petrum, aliter non fuiſſet [...]ſus venire ad præſentiam Domini quem negauerat.*

Inu

MORALITER.

3 *Viderunt reuolutum.* Per hæc autem reſeratio myſteriorum Chriſti ſignificatur, quæ velamine legis in lapide ſcriptæ [...]gebantur.

Tr.

Non ſicut vidiſtis:

a præcedet vos in Galilæam . Ibi eum videbitis, ſicut dixit †
b vobis . At illæ exeuntes fugerunt de monumento. Inuaſe- 1
a Angelorum & hominum.
c rat enim eas pauor & tremor , & nemini quicquam dixe- 2
d runt. Timebant enim. Surgens autem Ieſus mane prima ſab 3
a Quomodo, & vbi hæc apparitio facta ſit, Ioannes pleniſsime dicit.
e bathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ , de qua eiecerat

a *Præce. vo.* Breuis ſententia in ſyllogiſmis, licet ingens in q[...]titate promiſſio. Ibi eſt gaudij noſtri fons, æternitatis no[...] origo præparata eſt. Ibi cógregãtur diſperſiones Iſrael, & [s]anantur contriti corde. Ibi eum videb. ſicut dixit vobis. [No]n ſicut vidiſtis.

*Præcedet.* Bene de [r]edemptore noſtro [d]icitur de Galilæa [q]uæ transmigra[tio] facta interpreta[tur]. Iam.n. a paſſione [ad] reſurrectionem, a [m]orte ad vitã, a pœ[na] ad gloriã tráſmi[gr]auerat. Et bñ poſt [re]ſurrectionem in [Ga]lilæa a diſcipulis [vi]detur, quia reſurrectionis eius gloriã poſt læti videbimus, [ſi] modo a vitijs ad virtutum celſitudinem tranſmigremus. [Q]ui ergo in ſepulchro nunciatur, in tranſmigratione oſten[di]tur. Et qui in mortificatione carnis agnoſcitur, in tranſmi[gra]tione mentis videtur.

Bed. Nota q Marcus dicit. Præcedet vos in Galilæam ibi [eum] videbitis ſicut dixit vobis. Nec tamen ibi viſum retulit. [Ma]tthæus aũt dicit, diſcipulos in Galilæam abijſſe in monté, [ib]ique Dominum vidiſſe & adoraſſe, & præceptum ab eo [ac]cepiſſe eũdi, docendi, baptizandi oẽs gẽtes in nomine pa[tris] & filij & ſpiritusſancti. Alij auté Euangeliſtæ docẽt eum [an]tea ſæpius diſcipulis viſũ fuiſſe, maxime die reſurrectionis [in] Hieruſalẽ, & ipſo die in caſtello Emaus. Quare ergo in Ga[lil]æa ſpecialiter præceſſurum, & ibi videndum prædixit, cum [ta]men ibi ſolũ nec primum viſus ſit? Quia vero ſpecialiter hæc [vo]x non Euangeliſtæ narrantis, ſed angeli ex mandato Do[mi]ni, & ipſius Dñi eſt, prophetice dictum intelligendũ eſt: [Ga]lilæa namq; tráſmigratio vel reuelatio dicitur. Prius ſecũ[dum] transmigrationis ſignificationem, q dicitur. Præcedet [vo]s in Galilæam ibi eum videbitis, ſignificat, quod gratia [Ch]riſti de populo Iſrael erat tráſmigratura ad gentes a qui[bu]s Apoſtoli nullo mõ prædicantes ſuſciperentur, niſi eis [ip]ſe viam præparaſſet in eorum cordibus, & hoc eſt. *Præce[det] vos in Galilæam.* Quod autem gaudentes mirantur, victis [om]nib. difficultatib. aperiri ſibi oſtium in Domino per illu[mi]nationem fidelium, hoc eſt. *Ibi eum videbitis.* i. ibi membra [eiu]s inuenietis, ibi corpus eius viuum in eis qui vos ſuſcepe[ru]nt cognoſcetis. Secundũ autem hoc quod Galilæa reuela[tio] dicitur, nõ intelligẽdum eſt in forma ſerui, ſed in qua eſt [æq]ualis patri qui dicit. Ego diligam eum & oſtẽdam ei me[ipſ]um, nõ ſecundum hoc quod videbant eum, non ẽt ſecun[dum] hoc quod cum cicatricib. videndum & tangendum poſt [reſ]urrectionem oſtẽdit, ſed ſecundum ineffabilem lucẽ quæ [ill]uminat omnem hoĩem venient in hunc mundũ, ſecundũ [quod] lux lucet in tenebris & tenebræ eum non comprehẽde[runt]. [H]uc nos pceſſit, vnde ad nos veniẽs non receſſit, & quo p[ræce]dẽs non nos deſeruit. Illa.n. reuelatio vera eſt Galilæa cũ [ſi]miles ei erimus, & videbimus eũ ſi. eſt. Ipſa ẽt erit beatior [tra]nſmigratio ex iſto ſeculo in illam æternitatẽ, ſi eius præ[ce]pta ſic amplectamur, vt ad eius dexterã aggregari mereã[mu]r. Tunc.n. ibunt in ignem æternum ſiniſtri, iuſti auté in [vit]am æternã. Hinc illuc tranſmigrabũt, & ibi eũ videbunt, [qu]o modo nõ vident impij. *Tolletur enim impius vt non videat [cla]ritatem Dei, & impij lumen non videbunt.* Hæc eſt autem vita [æt]erna, vt cog. te ve. de. & quẽ mi. Ieſum Chriſtũ, ſicut in il[la] æternitate cognoſcetur, quõ & nos perducet propter for[ma]m ſerui, vt liberi contemplemur formam Domini.

C *Fugerunt.* Hiero. De futura vita dicitur. Fugiet dolor & gemitus. Imitãtur mulieres ante reſurrectionem omnium D quod faciunt poſt. i. quod facturæ ſunt fugiunt mortem & Eſa. 35. pauorem.

⁘ Victor Antioch. Etſi Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salomæ aromata præparauerant, attamen ſi Euſebio Cæſarienſi credimus, non ſunt tres illæ eæ quæ orto iam ſole ad monumentum venerunt, ſed aliæ, Innominatæ. Multæ enim erant, quæ vna cum Chriſto Hieroſolymã aſcenderant. Ille vero quæ ſecundum Marcũ, exorto iam ſole, ad ſepulchrum venerũt, erant admodum ſimplices & imperfectæ. Quare etiam non noctu, ſed mane ad monumentum veniunt. Ad hæc cum ab Angelo audiuiſſent. *Ite & nunciate diſcipulis eius & Petro,* ſtatim fugerunt, neque quicquam omnino ex ijs, quæ in mandatis acceperant, cæteris patefecerunt. Metuebant.n. neque fidem quoque quam oportebat, viſioni habebant. Et quia tales erant, neque quæ ſaluatorem viderent, neque Angelum inſtar fulgoris fulgentem, aut duos Angelos in monumento ſedentes, aut duos viros iuxta, vt Lucas narrat, aſtantes conſpicerent dignæ viſæ ſunt. viderunt autem quendam tantũ iuuenẽ alba ſtola amictum hoc eſt viſionem animi illarũ exilitati & ſimplicitati plane cõformem. Secundũ Euſebiũ igitur E Marcus non de Magdalena, ſed de alijs incerti nominis mulierib. hæc narrat, negat.n. fieri poſſe, addit idem, vt Magdalena poſt tãtas res viſas, orto demum ſole ad monumentũ veniret, aut quis lapidẽ reuolueret, anxie inquireret. Nõ deſunt tandem, qui Euãgeliſtas aut qs ijs, quæ in Chri reſurrectione acciderũt nõ interfuiſſe dicant, diuino interim ſpiritu rem omnem ita ordinãte & adminiſtrante, vt omnibus palã conſtaret, de reſurrectionis miraculo, cæteriſque omnibus fidei myſterijs ſimpliciter, omni prorſus curioſitate anxiaque diſputatione ſecluſa, ſcripſiſſe & docuiſſe. Illud ipſũ tamen ea ſapientia & cautione, vt nunquam vere pugnãtia prædicauerint, aut litteris mandauerint.

c *Et ne.* Hier. Quia illi ſoli myſterium reſurrectionis vident, Ioan. 20. a. qui meruerunt, vñ ſecundum Ioan. Petrus autem ſurgens Lucæ. 24. b. cucurrit ad monumentum, vt videret quæ audiuit. Matth. 28. a.

Bed. Mor. *Et ne.* q. d. Luc, *Et regre. a mo. nũ. hæc o. il. vn.* Matt. *Et exierunt ci. de mo. cũ ti. & gau. mag. cur. &c.* Sed poſſumus, intelligere, quia nemini Angelorum quicquam dixerunt. i. ad ea quæ ab illis audierãt nihil reſponderunt, aut cuſtodib. quos iacentes viderunt. Illud aũt gaudium, q Matth. dixit, non repugnat timori de quo Marcus ſcribit, vtrumque.n. in earum animo fuit ſed Matthæus timorem tacuit.

d *Sur. au.* Mane ſurrexerit, ſero ſepultus eſt, vt hoc adimpleret. *Ad veſperũ demo. fle. & ad ma. læ.* Sepultus ergo ſexta ſabbati q̃ Pſal. 29. b. vocatur paraſceue circa veſperã ſequẽti nocte & die ſabbathi, cum ſequenti nocte in monumento poſitus, die tertia. i. primo mane primo ſabbathi ſurrexit. Et bñ vna die & duab. noctibus in ſepulchro iacuit, quia lucem ſuæ ſimplæ mortis noſtræ duplæ mortis tenebris adiunxit. In morte.n. animæ & ſpiritus tenebamur, vnde ad nos ſuam. i. carnis mortem attulit, & duas noſtras ſoluit, ſimplam ſuam duplæ noſtræ contulit, & duplam noſtram moriens abſtulit.

e *Ap. pr. Ma. Mag.* Mariæ Magdalenæ primo oñdit, de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia, qa meretrices, & Publicani pcedũt ſy- Matth. 22. c. nagogã i regnũ Dei, vt latro pceſſit Apoſt. Apoſtoli flẽt & lugẽt, qa necdũ viderũt, ſed cito cõſolabuntur, vñ. *Et illi aud. &c.*

Bed. F

NICOLAVS DE LYRA.

[I]nua. e. e. p. *Ex inſolita apparitione Angeli, & ex viſione cuſtodũ [q]ui iacebãt ibi quaſi mortui.* 2 Et ne: *Contrarium videtur Mat. [vb]i dicitur. Currentes nunciate diſcipulis: Quod ſoluit Aug. quia [no]n dicitur hic.* Nemini quicquã dixerunt. *ſ. de cuſtodib. nec etiam [A]ngelo loquenti reſponderunt, ſed cucurrerũt nũciare Apoſtolis quod [au]dierãt & viderant.* 3 Sur. au. Ie. *Hic manifeſtatur reſurrectio per apparitionẽ Domini. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres apparitiones. Secũda ibi.* Poſt hæc aũt du. *Tertia ibi.* Nouiſ. aũt. *Circa primum dicitur.* Sur. aũt Ie. *Sciendũ q apud Heb. dies hebdomadæ denominãtur a ſabbatho, quia denominatio fit a digniori, et ideo dies illa quæ immediate ſequitur ſabbathum vocatur, prima ſabbathi. & alia, ſecunda ſabbathi, ideſt, a ſabbato & ſic de alijs. Dixerunt autẽ aliqui, quod Chriſtus reſurrexit media nocte, & tunc hæc dictio mane nõ refertur*

MORALITER.

*Præcedet, &c.* Quæ tráſmigratio interpretatur, propter quod [q]ui vult Deũ videre debet de vitijs ad virtutes tráſmigrare.

*Et nemini.* Theoph. Mulieribus enim audire, non loqui [da]tum eſt, diſcere, non docere.

Sur-

3 *Surgens autem.* Bed. Recte autem hæc mulier quæ lætitiam Dominicæ reſurrectionis primo nunciauit, a ſeptem dæmonibus curata memoratur, ne quiſquam digne pænitens de venia commiſſorum deſperaret, & vt vbi abũdauit peccatum, ſuperabundare gratia monſtraretur.

Poſt

ſeptem dæmonia. Illa vadens nunciauit his qui cum eo fue- 1
a rant lugentibus & flentibus, & illi audientes quia viueret,
a Quomodo factum ſit, Lucas exponit.
& viſus eſſet ab ea; non crediderunt. † Poſt hæc autem 2
a Laborantibus.
b duobus ex eis ambulantibus oſtenſus eſt in alia † effigie
a Non in natura ſua.
c
d euntibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec
Aliqui eorum communiter viderunt & audierunt. a Die Aſcenſionis. Vt omnes teſtes ſint, & omnibus narrent quod
e illis crediderunt. Nouiſſime autem recumbentibus illis 3
a Vt ſuccedat credulitas.
vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem illo-
f rum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſur-
a Hier. Nunc poſt acceptum ſpiritum ſanctum, tanquam nunc ſimila per ignem confirmata.
rexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis. † Euntes in mun- 4

☞ Bed. In principio mulier auctor culpę viro fuit, executor
A vir erroris extitit, nũc q̃ prima mortẽ guſtauit, reſurrectionẽ
Matt.24.c prima videt. Et ne ꝑpetui reatus apud viros opprobrium ſu-
ſtineret, quę viro culpã trãſfuderat, trãſfudit & gratiam. Vñ
hæc quæ lugentibus lætitiam reſurrectionis prima nuncia-
uit, a ſeptem dęmonibus curata memoratur, vt vbi abundauit peccatũ, ſuperabundaſſe & gratia mõſtraretur. Septenariũ.n. pro vniuerſitate ponũt. Quæ autem a ſeptem dæmonibus hoc eſt vniuerſis ſceleribus liberata erat, prima reſurgentem Do-
Apoſtea. ibidem. minum vidit, ne quis
B digne pęnitens de venia deſperet, videns eam quondam tot vitijs ſubditam, nec a Deo dilectam, vt ipſis Euangeliſtis & Apoſtolis reſurrectionem Euangelizaret.

a *Et illi aud.* Beda. Quod diſcipuli reſurrectionem tarde credunt, non tam eſt illorum infirmitas, quam noſtra firmitas, dubitantibus enim reſurrectio per multa argumenta mõſtrata eſt, quibus & nos firmius ſolidamur.

b *Duobus ex his.* Bed. Hoc Lucas apertius. *Oculi eorum te. ne. e.*
Luc.24.a *ag. &c.* Poſt cognouerunt eũ in fractione panis. Et ſicut Luc. ait. Surgentes eadem hora re. ſunt in Hieruſalem, &c.

c *Ambulantibus.* Hier. Fides hic laborat agens actiuam vitam, illic contemplatiua ſecura viſione regnat. Hic per ſpeculum contuemur imaginem, illic facie ad faciem videbimus veritatẽ. Vnde poſt hoc duobus ex eis &c. ambulantibus, ideſt, laborantibus oſtenſus eſt in alia effigie. Et illis nunciantibus
C non eſt creditũ, dum ſicut Moyſes viderũt quod nõ ſufficiebat eis Vnde Moyſes dicit. *Oſtende mihi teipſum.* Oblitus e[...] nis ſuæ poſtulat in iſta vita quod poſt illam ſperamus in [fu]tura.

d *Nec illis* Bed. Lucas autem dicit. *In ve. autem congre. 11* [...] eos qui cum ipſis erant dicentes. *Quia ſur. Dominus vere &* [...]

Sed notandum, [...] aliqui fuerunt qu[...] crediderunt. V[...] Marcus, *Nec illis,* [...]
⁂ Seuerian. V[...] Marcus dicit. *Nun[cia]uerunt cæteris nec illi* [cre]*diderunt.* Cum L[u]cas dicat quod. *Iam in[...] quebantur reſurrexiſſe* [Do]*minũ.* Et Simoni ap[pa]ruiſſe, quod intelli[gen]dum eſt niſi aliq[uos] ibi fuiſſe qui nol[lent] credere.
⁂ Theophilact. Tunc enim de A[po]ſtolis vndecim [...] dicit, ſed de quib[...]dam alijs quod c[...]ris nominat.

e *Nouiſſime autem recumbentibus illis vndecim. &c.* Bed. Qu[a]geſimo die quando erat iam ab eis receſſurus in cęlum, [...] eis maxime illo die exprobrare voluit, quia his qui vide[run]t eum reſurgentem non crediderũt, antequam eum ipſum [vi]derent, cum poſt Aſcenſionem eius prędicantibus illis E[uan]gelium gentes quæ non viderũt crediture eſſent. Vnde [...]tim adiunxit Marcus, & dixit. *Euntes in mundum vniuerſum* [præ]*dicate Euangelium.*

f *Duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non c[re]derunt. Et dixit eis, &c.* Hier. Vt ſuccedat cor carneum ch[ari]tate plenum. Hinc quod cateruæ martyrum mortem hu[ius] ſæculi libenter affectant, quia norunt pro temporali int[eri]tu perpetuo ſe eſſe victuros.

☞ *Omn[...]*

## NICOLAVS DE LYRA.

*fertur, ad ſurgens, ſed ad verbum quod ſequitur, apparuit, quia illa hora primo apparuit Mariæ Magdalenæ. Alii autem dicunt, quod reſurrexit in Aurora: & tunc ly mane refertur ad ſurgens, ita quod determinat horam reſurrectionis. Et huius opinionis eſt Auguſtinus & communiter tenetur.*

1 Septem dæmonia. Illa vadens. *Ex hoc dicunt aliqui, quod fuerunt duæ Mariæ, & quælibet fuit cognominata Magdalena. Vna earum, & alia dicitur fuit ſoror Lazari nominata a Magdalo caſtro, quod ceſſit in partẽ eius de hæreditate paterna, & iſta non legitur fuiſſe dæmoniaca. Alia quæ fuit nata de Magdalo, non tamen domina illius caſtri, & iſta dicitur fuiſſe peccatrix, & propter peccata ſua poſſeſſa a dæmoniis. Gregorius autem dicit quod fuit eadem, & quod per ſeptem dæmonia intelliguntur omnia vitia: Et vſus eccleſiæ in officio hoc tenet.*

2 Poſt hæc autẽ. *Hic deſcribitur ſecunda apparitio, quæ facta fuit duobus diſcipulis Chriſti euntibus in Emaus. Quam apparitionem deſcribit plenius Lucæ 24. Et quia erant dubii in fide, vt ibidem dicitur, ideo Chriſtus apparuit eis in alia effigie, vt per hoc deſignaret quod talis erat apud eos in mente. Dicunt autem aliqui quod hoc factum eſt per aliquam mutationem factam in facie Chriſti, ſicut in transfiguratione per claritatem gloriæ ad horam, vt dictum fuit ſupra 19. cap. Alii vero dicunt, quod iſta mutatio fuit tantum in oculis videntium, et huic dicto concordat quod dicitur de iſta apparitione. Luc. 24. c.* Oculi autem eorũ tenebantur, ne eum agnoſcerent. *Qualitercunque tamen factum ſit non fuit ibi aliqua falſitas. Cuius ratio eſt quia ſicut aliquid poteſt fingi verbis, ita & factis, primum autem fit ſine falſitate, vt patet in para. noui ac vet. Teſtamenti, quibus aliquid fingitur verbis ad veritatem aliquam conuenientius deſignandam. Et eodem modo hic Chriſtus facto apparuit in effigie, vt hic dicitur.* Et finxit ſe longius *vt habetur Luc. 24. d. vt per hoc deſignaretur quod erat quodammodo alienus & longinquus ab eorum cordibus quibus apparebat propter [du]bium in fide, & hoc eſt quod dicit Gregorius Homel. 13. quia adhuc eorum cordibus peregrinus erat eis a fide ire ſe longius finxit.*

3 Nouiſſime autem rc. *Hic deſcribitur tertia apparitio de qua dicunt aliqui, quod nõ fuit facta in die Aſcenſionis Domini, ſed ante, [qu]æ hic deſcribitur.* Et exprobra. incre. *Ante enim diem Aſcenſionis [re]ſurrectio Domini tot argumentis fuerat declarata, quod iam tunc erant increduli. Alij autem dicunt, quod facta fuit in die aſcenſionis [&] ad hoc concordat textus, cum dicitur.* Nouiſſime autem rc. *ſimi[lite]r quod poſtea ſubditur. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutu[s e]ſt eis aſſumptus eſt in cœlum. Ex quo videtur quod iſta apparitio fuit f[act]a immediate ante Aſcenſionem ſuam. Ad argumentum in oppoſitum [po]teſt dici, quod increpauit incredulitatem non Apoſtolorum, ſed ali[o]rum aliorum qui erant cum eis qui de reſurrectione Chriſti non crede[ba]nt ad plenum Apoſtolis. Aliter etiam dicitur quod increpauit incredulitatem Apoſtolorum, non quæ tunc erat in eis, ſed quæ fuerat ante, [ſic]ut patet de Thoma qui non credidit aliis diſcipulis. Ioan. 20. & ſimi[lit]er alij non crediderunt Mariæ Magdalenæ, quæ eum viderat, & aliis [mu]lieribus. Et conuenienter Chriſtus recedens ab Apoſtolis increp[au]it hanc incredulitatem ad deſignandum quod gentes ad quas Apo[ſtoli] erant mittendi, vt patet ex ſequentibus, eſſent merito increpandæ & condemnandæ, ſi non crederent Apoſtolis de his quæ ipſi viderant in Chriſto, vnde ſubditur.*

4 Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euãgeliũ. *Ideſt, omni homini qui habet conuenientiam cum omni creatura, eſſe enim conuenit cum inanimatis, per viuere cum vegetalibus & [...]tis, per ſentire cum animalibus, per intelligere cum Angelis, ideo [de]ſignatur nomine omnis creaturæ.*

Q[...]

## MORALITER.

2 *Poſt hæc autem duobus ex eis ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie euntibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illi [cre]diderunt, &c.* Per hoc ſignificatur quod dubitantibus de [il]le ueritas non reuelatur aperte.

*Præ[...]*

a dum vniuerſum , prædicate Euangelium omni creaturæ. †
a Beda, fide quæ per dilectionem operatur.
b Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non 1
c crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui credide- 2
a Beda. Bonis exhortationibus malitiam auferendo ab aliorum cordibus.
d rint hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, lin- 3
e guis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferũ quid 4
f 5
g biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & 6
h Qui de cęlo deſcendit.
bene habebunt. Et dominus quidem Ieſus poſtquam loquu 7 8
¶Vnde venerat.
i tus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. 9 10
k ¶Præceptum obedientia, obedientiam ſigna comitantur. 11
l Illi autem profecti prædicauerunt vbique dño cooperante, 12

A a Omni creaturæ. Omni nationi gentium. Ante enim dictum eſt. In viam gentium ne abie. vt. ſ. apoſtolorũ prius a Iudæa repulſa prædicatio tunc gentibus adiutorium fieret.

Hier. Omni generi humano, quod habet aliquid commu omni creaturæ, angelis, pecoribus, lignis, lapidibus, igni aquæ, calido & frigido, humido & arido, quia minor, mundus homo dicitur.

Theop. Vel omni creaturæ ideſt, credẽ & non credenti.

b Qui credider. &c. per alios paruuli credunt, ſicut ex alijs ea quæ in baptiſmo eis dimittuntur peccata contraxerunt.

Theoph. Nõ enim ſufficit credere. Nã qui credit & nõdum baptizatus, ſed Catecumenus nõdum perfecte ſalutem adeptus.

B Greg. Fortaſſe autem vnuſquiſque apud ſemetipſum dicit. Ego iam credidi, ſaluus ero, verum dicat ſi fidem operibus teneat, vera etenim fides eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, operibus non contradicit.

Signa autem. Nunquid ſi ſigna non faciamus, nõ credimus? Sed hęc in exordio neceſſaria fuerunt, vt fides miraculis nutriretur, fide autem eccleſiæ iam confirmata non ſunt neceſſaria.

Dæmonia eiicient, &c. Hoc hodie ſpiritualiter facit eccleſia, dum per exorciſmi gratiam manum credẽtibus imponit, & malignos ſpiritus expellit.

Linguis loquentur nouis. Hoc fit dum fideles veteris vitæ ſecularia verba relinquunt, & ſancta myſteria inſonant, & Dei laudes & potentiam quantum valent extollunt.

Serpentes tollent. * Theop. Hoc eſt, diſpergent intellectuales, ſicut illud. Calcabitis ſup & ſerpẽtes & ſcorpiones. Intellectualiter intelligitur. Poteſt autẽ intelligi de ſenſibilibus ſerpentibus ſicut etiam Paulus a vipera nullam habuit nocumentum. Sequitur.

* Theoph. Multa talia facta in hiſtorijs legimus. Multos namque venena bibita Chriſti munita ſignaculo lędere nõ valebant.

C Si

D g Si mortiferum quid, &c. Dum peſtiferas perſuaſiones audiũt, nec ad operationes vſque perducunt, quod inde eis non nocet ſi mortiferum bibunt.

h Super ægros manus, &c. Dũ proximos in bono opere cõfirmatos roborant exẽplo bonę operationis, ſup ægros manus imponũt, & bene habebunt. Hęc miracula tanto maiora, quanto ſpiritualia, per hoc enim animę ſuſcitantur non corpora.

i In cęlum. Aug. Nota, quod aliquãdo cęlos pluraliter & aliquando cęlum ſingulariter inuenis, ſed quodã modo loquutionis abuſiuæ ſingularia plurali numero dicimus, & pluralia ſingulari. Ad orientẽ vero quod Pſalmiſta dicit, euangeliſtæ tacent, ſignificat Ieruſalem, quæ eſt in orientis partib collocata, vnde apoſtolis videntibus aſcendit, & terra multis plena miraculis vbi fidelium credulitas plus actibus quam locutionibus eruditur. E

K Et ſedet a dex. Bed. Et nunc omnia iudicans, in fine omniũ Iudex venturus eſt. Stephanus vidit eum ſtantem, quia in certamine habuit eum adiutorem. Act.7.g.

✻ Augu. Seſſionem igitur iſtam non accipiamus quaſi ſit in humanis membris poſitus, tanquã pater ſedeat in ſiniſtra, & filius ſedeat a dextris, ſed ipſam dexteram intelligimus poteſtatem, quã accepit ille homo a Deo, vt veniat iudicaturus, qui primo venerat iudicandus. Sedere enim habitare intelligitur, quomodo dicimus de quocunq; homine, in illa patria ſedit per tres annos.

l Illi autem. Bed. Nota q, Marcus euangelium ſuum quanto inchoauit tardius, tãto in lõginquiora tempora ſcribẽdo porrexit. Neque. n. de natiuitate ipſius domini aut pręcurſoris eius, neq; de infantia, nec de pueritia cuiuslibet horũ aliqua commemorans, nec de natiuitate ſaluatoris aliquid ſcribens excepto quod in capite euangelij ſui filium Dei nominat. Ab initio euangelicæ pręd icationis quod per Ioannẽ factum eſt narrando peruenit, quo apoſtoli idem euangelij verbum per totum orbem ſeminauerunt.

☞ Aug. F

## NICOLAVS DE LYRA.

Qui crediderit. Nõ. n. ſufficit fides abſque baptiſmo, per quem quis incorporatẽ Chriſto ſi adſit facultas recipiẽdi baptiſmũ, ſi et nõ adſit facultas ſufficit baptiſmus ſanguinis vt in martyrib. qui pro Chriſto fuerũt interfecti antequã eſſent baptizati, vel flaminis ſicut eſt in habentib. fidẽ Chriſti, qui deſiderãt baptiſmũ et præueniuntur morte, antequam hoc poſſint adimplere.

Signa autem. In primitiua eccleſia fides erat nutriẽda & firmã miraculis, ideo gratia miraculorũ non ſolũ dabatur apoſtolis alijs maiorib. ſed etiam frequẽter alijs ſimplicibus credentib.

Linguis loquentur. Hoc factum eſt in apoſtolis & alijs credentibus qui erant cum eis, quando per gratiam ſpiritusſancti in die pentecoſtes receperunt donum linguarum.

Serpẽt tol. Hoc patet de Paulo Act.28.a. Qui pcuſſ' à vipera in illo læſus fuit, ſed viperã pẽdẽtẽ ad manũ eius in ignẽ excuſſit.

Et ſi mortiferum quid biberint. Quod patet de Ioanne Euangeliſta, qui venenum mortiferum hauſit, & nihil ei nocuit.

Et dominus quidem Ieſus. Hic conſequenter deſcribitur aſcẽſio eius Chriſti ſublimatio, cum dicitur.

Aſſumptus eſt in cęlum. Nõ virtute aliena, ſed propria. Tũ rõne Deitatis qua pt omnia. Tũ ratione humanitatis glorioſę, quia corpus glorioſum obedit ad nutum aĩæ quãtum ad motum localem per dotẽ agilitatis quæ erat in corpore Chriſti glorioſo, & iõ nubes quę ſuſcepit eũ ab oculis apoſtolorũ, vt hẽtur Act.1. & angeli aſſiſtentes nõ fuerunt ibi niſi ad oſtendendũ, quod creatura corporalis & ſpiritualis ſubiecta eſt obſequio Chriſti.

8 Et ſedet a dex. Dei. Si referatur ad Chriſtũ ratione deitatis, ſic iſta ſeſſio importat æqualitatẽ cũ patre, quia ſecundum diuinitatẽ filius eſt æqualis patri. Si aũt referatur rõne humanitatis, hoc pt eſſe dupliciter. Vno mõ inquãtum eſt vnita actualiter ipſi verbo, & ſic iſta ſeſſio importat quãdã aſſociationẽ honoris, qa eadẽ veneratione venerat humanitas inquantũ vnita verbo cum ipſa deitate, ſicut veſtis regia cũ ipſo rege qñ eſt ea actualiter indut9. Alio mõ ſecundũ ſe, & ſic ſedere ad dexterã patris deſignat eſſe in potiorib. ei9 bonis, ſicut dextera eſt pars nobilior & potior corporis. Deſignat ẽt quandã iudiciariã poteſtatẽ q̃ cõmunicata eſt ipſi Chr̃o homini, quia ſicut fuit iudicatus in forma humana, ſic veniet ad iudicandũ mundũ, ſecundũ q dicitur Act.1.b. Quẽadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum. ſ. in forma humana, cui cõpetit videri oculis corporalib. & de loco ad locũ moueri, ita veniet in eadẽ forma ad iudicandũ mundũ, veruntamẽ iudicatus fuit in forma humana paſſibili, aſcendit autem in cęlum & veniet ad iudicium in forma humana impaſſibili & glorioſa.

9 Illi autem. ſ. apoſtoli & Chriſti diſcipuli.

10 Profecti. Secundum mandatum Chriſti prædictum.

11 Prædicauerunt vbique. Secundum quod dicitur Pſal.18.a. In omnem terram exi. ſo. eo.

12 Domino cooperante. Eos dirigendo & protegendo.

Et

## MORALITER.

† Præd. euan. Id eſt, omni homini indifferenter ſine acceptione.

2 Signa autem. In nomine enim eius dæmonia eijciunt, qui dæmonum tentationes fide & ſigno crucis repellunt, ſicut legitur de ſancta Iuſtina. Linguis loquuntur nouis qui verba ſacra habent in ore, dimiſſis friuolis & immundis. Serpentes tollunt qui detractores efficaciter reprehendunt, mortiferum bibunt, ſed eis non nocet, qui perſuaſiones mortiferas audiunt ſed non conſentiunt. Super ægros manus imponunt & bene habent, qui per bona verba & opera alios a peccatis retrahunt & in bono confirmant. Et hæc ſigna ſpiritualia ſunt corporalibus meliora, quanto quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur.

☞ ✲ Auguſtinus. Non vtique a domino ſic mandatum eſt
A Apoſtolis, tanquam ipſi ſoli, quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerint implenri, ſed ſicut eis ſolis videtur dixiſſe. Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationē ſæculi, quod tamen vniuerſę Eccleſię promiſiſſe quę alijs morientibus, alijs naſcentibus, hic vſque ad ſeculi conſummationem futura eſt, quis non intelligit?

& ſermonem confirmāte. 1
† ſequentibus ſignis.

per ſubſequē tia ſigna,

D ✲ Theoph. Sciendum eſt autem & hic, quod ſermo per opera confirmatur. ſicut in Apoſtolis tunc operationes confirmabant ſermonem, ſequentibus ſignis. Fiat autem Chriſte vt noſtri ſermones, quos de virtute dicimus, per opera confirmentur & actus, vt tandem ſimus perfecti te cooperante in omnibus verbis & operibus, quia te decet, & ſermonum & operum gloria, Amen.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Sicut.n. veritas quæ ſubiacet facultati naturali intellectus, declaratur & firmatur per reductionem ad prima principia per ſe nota, ſic veritas quę tranſcēdit naturale lumen intellectus (cuiuſmodi eſt doctrina fidei Catholicæ, ſaltem quantum ad principales articulos fidei) declaratur & firmatur per opera miraculoſa ſoli Deo poſſibilia. Cum enim talia ſiunt ad teſtimonium veritatis ipſius doctrinæ, declarata eſt veritas, cum Deus non poſſit eſſe teſtis alicuius falſitatis. Et hoc mō declarata eſt veritas euangelica coram principibus & poteſtatibus ac ſapientibus huius mundi ad laudem & gloriam domini noſtri Ieſu Chriſti, Cui eſt bonor & gloria in ſecula ſæculorum, Amen.*

## Incipit proœmium venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra ſuper Lucam.

*FAcies bouis a ſiniſtris ipſorum qua.* Sicut fuit dictum in principio euangelij ſecundum Matthæum. Ezechieli prophetæ in viſione animalis quatuor facies habentis, deſignatum fuit Chriſti Euangeliū fore quadrifarie deſcribendū, videlicet à Matthæo in facie humana, a Marco in facie leonina, a Luca in facie bouina, a Ioanne in facie aquilina. & iō in verbo propoſito circa Euāgeliū Lucę quatuor deſignantur, primum eſt elegantia ſtili, cū dicitur. *Facies.* Materia libri, cum ſubditur *Bonis.* Ordo Euangelij, cum dicitur. *A ſiniſtris.* Præfixio numeri, cū additur. *Ipſorum qua.* Circa primum cōſiderandū, ꝙ facies eſt elegantior & nobilior pars corporis, & iō conuenienter per faciē notitia & elegantia ſcripturæ deſignatur quæ in Euāgelio Lucę ſpecialiter reperitur, vt patet intuenti, pp quod dicit B. Hier. Sermo autem Lucæ tam in Euangelio quam in Actibus Apoſtolorum comptior eſt & ſeculari redolet eloquētia, pp quod de hoc ꝑt dici illud quod ſcribitur Apocalyp. 1. Facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua, qa ſicut claritate ſolis refulget tota mūdi machina, ſic ex deſcriptione Euāgelij ſecundū Lucā tā eleganter tradita, refulget & relucet tota vniuerſalis eccleſia. Circa ſecundū conſiderandum, ꝙ licet Lucas Euangeliſta deſcribat totū decurſū Euangelij incipiēs a Chriſti miraculoſa conceptione, ꝑ trāſiens per eius natiuitatē, conuerſationē, mortē, & reſurrectionē, terminās eius Euāgeliū in eius aſcēſione vt ſic ab eodē inciperet Actus apoſtolorū in quo terminauerat Chri Euāgelium. n. tñ eius principalis intētio eſt circa Chriſti mortē & paſſionem deſcribendā, pp quod ipſe Lucas deſignaſ in facie bouis ꝙ eſt animal immolaticiū ſecundū traditionem legis, pp ꝙ ſuum euangeliū incępit a ſacerdotio Zachariæ, ad ꝙ officiū ſpectas immolare. Et iō materia principalis huius libri deſignatur in facie bouis, qa ſicut dictū eſt, Lucas principaliter deſcribit Ieſū Chriſtū pro nobis immolatum pp ꝙ de hoc poteſt exponi ꝙ ſcribit Prouer. 14. Vbi plurimę ſunt ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. In Euangelio. n. cōtinentur ſegetes plurimæ, videlicet domini noſtri Ieſu Chriſti verba q̄ ſunt animarū pabula, ibi etiam manifeſta eſt fortitudo bouis. Virtus. n. fortitudinis eſt circa terribilia bonę mortis, fortis. n. impauidus eſt circa bonā mortē, vt 4. Ethic. mors aūt Chriſti non ſolū fuit bona, ſed etiam precioſiſſima, fuit etiā circa maxime terribilia, & ideo virtus fortitudinis Chriſti hominis maxime apparuit in ipſa. Et qa Lucas ꝑ cæteros deſcribit hāc mortē & paſſionē, vt dictum eſt, iō de eius Euangelij deſcriptione conuenienter dr̄ ꝙ ibi eſt manifeſta fortitudo bouis, quia ibi maxime relucet fortitudo Chriſti hominis ꝓ nobis immolati ad modū bouis. Circa tertiū conſiderandū, ꝙ facies bouis erat tertia in ſitu illius aīalis hētis quatuor facies. Facies hominis erat prima, quia in recto aſpectu prophetę ſita, & per ſequens facies leonis ſecunda q̄ erat in dextera, qa pars dextra prior eſt & potior ſiniſtra, & ſic facies bouis q̄ deſcribiſ in ſiniſtra
E parte erat tertia, prout in principio Matthæi plenius fuit declaratū, & ſic inter quatuor Euangelia Euangeliū Lucę tenet tertium ꝙ notatur, cū dicitur. A ſiniſtris. In figuram huius diciſ Iud. 7 quod Gedeon hēbat in dextera tubā, & in ſiniſtra lāpadē. Per Gedeō vero Matthæus euāgeliſta pōt intelligi, qa Gedeō interpretatur circūiens in vtero, & Matthęus deſcribit Chriſtum natum de vtero virginali. Per tubā vero in eius dextera exiſtētē, intelligitur euangeliū Marci, quod eſt quaſi quidā rugitus leonis qui aſſimilatur ſono tubę terribilis. Per lampadem in ſiniſtra exiſtentem, intelligitur euangeliū Lucę ꝙ procedit lucide & clare, & de hac ſiniſtra poteſt exponi quod ſcribitur Prou. 3. In ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. In euangelio. n. Lucæ virtutum diuitiæ continētur actualiter & gloria virtualiter, quia per exercitium virtutum acquiritur gloria beatorum. Circa quartum conſiderādum ꝙ licet plures ſcripſerint euangelia, tamen quatuor ſunt approbata, vt dr̄ in prologo ſuper Matthæum, & hoc pp figuram ſacramenti oſtenſi Ezechieli prophetæ in animali hēnte quatuor facies, & in rota quatuor facies hēnte, Ezec. 1. Et iſte quaternarius figuratus eſt in multis quaternarijs, vt declaratū fuit diffuſius in principio euāgelij ſm Marcū. Et vltimo deſignaſ manifeſte Apoc. 4. in quatuor animalib. oculatis ante & retro, quia euangeliſtæ reſpiciunt ad tempus pręteritum & futurum. De quibus animalibus ibidem ſubditur, quod requiem non habebant die ac nocte, dicentia. *Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Omnipotens cui eſt bonor & gloria in ſæcula ſeculorum, Amen.*

## Incipit Prologus S Hieronymi in Euangelium ſecundum Lucam.

1
¶ Vel Antiochenus.
2 LVCAS Syrus natione & Antio-
3 chenſis arte medicus, diſcipulus 4
a Petri & Pauli, ſed maxime Pauli. conuictu.
b ¶ Commend
5 apoſtolorum, poſtea Paulum ſequutus vſque
6
a Mortem vel fidei, quia id. m prædicauit.
7 ad † conſummationem eius ſeruiens domino ſine

C

## Incipit Poſtilla Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lyra ſuper Prologum Hieronymi in Euangelium Lucæ.

LVcas Syrus natio. *Euangelio ſecundum Lucam B. Hieronymus Prologū præmittit. In quo primo exprimit B. Lucæ commendationem, ſecundo, ſuam excuſationem ibi.* Quod & legentibus. *Circa primum pręmittitur cōmendatio B. Lucæ, quantum ad euangeliū ab eo deſcriptum, ſecundo, quantum ad deſcriptionem Actuum apoſtolorum, ibi.* Cui Lucę nō immerito &c. *Prima diuiditur in tres partes, quia primo oſtenditur Lucæ ſcriptoris authoritas, ſecundo, ſcribendi neceſſitas ſiue vtilitas, ibi.* Qui cum iam eſſent ſcripta. *tertio, ſcribendi modus, qualitas, ibi,* Cui ideo poſt baptiſmum. *Circa primum declaratur Lucæ authoritas ex patria, cum dicitur.*

1 Lucas Syrus natio. *Fuit enim antiquitus Syria valde nobilis prouincia. Et a ciuitate propria, cum ſubditur.*

2 Antiochenſis. *Fuit enim Antiochia valde nobilis ciuitas a Seleuco rege Aſię ædificata, & in nomine Antiochi patris ſui denominata.*

3 Arte medicus. *Vt ex medicina corporali deſignaretur futurus medicus ſpiritualis animarum.*

4 Diſcipulus Apoſtolorum. *Quia ab ipſis didicit euangelium, ſecundum quod ipſe dicit in prologo ſui euangelij vt patebit infra.*

5 Paulū ſequutus. *Quia fuit comes indiuiduus ſuæ peregrinationis.*

6 Vſque ad conſummationē eius. *Per martyriū in vrbe Roma.*

7 Seruiens domino *Fuit quantum ad exercitium boni.*

Sine

a Mortali,quod ex continentia pater.
ſit crimine. Nam neque vxorem vnquã ha- 1
¶Exiſtens. 2
bes neq; filios, ſeptuaginta quatuor annorũ 3
obijt in Bithynia plenus ſpirituſancto. qui 4
a A pſeudo,& a veris. b Hebraice.ſ.
cum iam eſſent ſcripta euangelia, per Mat- 5
thæum quidem in Iudæa, per Marcum autem
in Italia, ſancto inſtigante ſpiritu in Achaiæ 6
¶Inſpirante. ¶ Græciæ.
partibus hoc ſcripſit euangelium, ſignificans 7
¶ Græce.
etiam ipſe in principio ante ſuum, alia eſſe de- 
a In prologo ſuo. b Ad differentiam præſentis qui eſt Hieronymi.
ſcripta. Cui extra ea quę ordo euãgelicæ diſpo 8
Ideſt,præter hoc quod melius ordinauit. Hiſtoriæ.
ſitionis expoſcit, ea maxime neceſſitas laboris 10
¶ Neceſſaria cauſa. 9
fuit, vt primum Grçcis fidelibus omni prophe 11
a Et maxime. b Ab omnibus propheris prædicti.
tatione venturi in carnem Dei Chriſti manife 13
a Quantum ad prophetas. 12
ſta eſſet humanitas, ne Iudaicis fabulis attẽti, 14
¶ Et vt.
in ſolo legis deſidero tenerentur, vel ne hæ- 15
reticis fabulis & ſtultis pollicitationibus ſedu D
16 cti exciderent a veritate, elaboraret. De hinc,
17 ¶Alia cauſa.ſ.tertia. Sol. Baptiſtæ.
18 vt in principio Euangelij Ioannis natiuitate
¶Præmiſſa. Ad honorem cuius.
19 præſumpta, cui Euangelium ſcriberet, in quo
20 a Verbo in prologo ſuo,& in ipſo opere.
21 electus ſcriberet indicaret, conteſtans in ſe
¶Plene ſcripta. ¶ Euangeliſtis.
22 completa eſſe, quæ ab aliis eſſent inchoata.
¶Lucæ.
23 Cui ideo poſt baptiſmum filii Dei a perfectio
ne generationis in Chriſto † impletæ, & re- †completæ
a Quia Matthæus iam ſcripſerat. Sed. Chriſto,vel Ioſeph. qui fuit initium natiuitatis Chriſti,vnde Genealogia incipit a Ioſeph.
petendæ a principio natiuitatis humanæ po-
¶A ſpirituſancto. ¶Scire volentibus.
teſtas permiſſa eſt, vt requirentibus demon-
a Per quem.ſ.per Chriſtum. b Ipſe,vel quilibet Deum.
ſtraret in quo apprehendens erat per Nathan
¶Dauid. ¶Ideſt,in principio.
filium* introitu recurrentis in Deum gene- *Dauid
¶Ideſt deducto. Alias inſeparabilis.
rationis admiſſo, indiſparabilis Dei, vt præ-
a Ideſt,hominem in quo perfecta ſunt opera ſex dierum.
dicans hominibus Chriſtum ſuum opus per- E
fecti

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Sine crimine.* Quantũ ad euitationem mali, quia vixit ſine peccato notabili ſaltem poſt ſuam conuerſionem. Quod declaratur per hoc quod ſubditur.

2 *Nam neque vxorem vnquam habens.* Ex quo patet eius continentia.

3 *Septuaginta & quatuor annorum obijt.* In prologo ſuper actus apoſtolorum dr̃. Octoginta quatuor annos ętatis agens, &c. Et dicunt aliqui, qđ iſtud cõtigit vitio ſcriptorum a principio, ex quo alij libri ſequẽtes in hoc ſunt deficientes. Alij dicunt, ꝙ in prologo ſuper Actus apoſtolorum computantur omnes anni ſuæ ætatis, hic vero computantur tantum anni conuerſionis ſuę ad fidẽ Catholicam. Sed hoc non videtur probabiliter dictum, quia hic dicitur quod ante conuerſionem fuit arte medicus. Puer aũt decem annorum tantum non poteſt illã artem ſcire, & multo minus exercere, quod tamen oportet dicere ſecundum iſtos.

4 *Plenus ſpirituſancto.* Ex quo patet eius fęlix conſummatio.

5 *Qui cum iam eſſent ſcripta.* Hic conſequenter oñditur ſuę ſcripturæ vtilitas, ac ẽt neceſſitas, quę fuit duplex. Vna pp veros euãgeliſtas, qui licet vera ſcripſiſſent, tñ aliqua de Chriſto omiſerãt, quorũ notitia eſt valde vtilis, immo neceſſaria, vt de cõceptione & natiuitate noſtri Saluatoris, & ẽt ſui præcurſoris, q̃ per Lucam fuit ſuppleta, vt patebit infra: vt ſic quatuor euãgeliſtę in deſcribendo veritatẽ Euangelij concordarent, & tñ ſinguli aliqua propria dicerẽt. Secundo fuit neceſſitas pp pſeudo euangeliſtas, qui ſub noïe, diſcipulorum Chriſti, vt pote Thomę & Matthiæ, ſcripſerũt euãgelia inferẽtes hæreſes, vt ſub nomine diſcipulorũ Chriſti ſeducerẽt ſimplices, quorũ falſitas ex deſcriptione euangelij Lucę deprehendit, ſicut & per alia euãgelia a Matthęo Marco & Ioãne deſcripta. Hanc igitur ſententiã ponit hic Hieronymus ſatis inuolute pmittens ꝙ Lucas ſcripſit poſt Matthæum & Marcum, cum dicitur. *Qui cum iam eſſent ſcripta.*

6 *In Achaiæ partibus.* Hoc eſt in Græcia.

7 *Significans etiam ipſe in principio.* i in prologo Euangelij ab eo deſcripti, vt patebit infra. Conſequenter ponit cauſam ſecundã, quare ſcripſit ſcilicet ad excludendum hæreſes cum dicitur.

8 *Cui extra.* Ideſt, præter.

9 *Ea quæ ordo Euangelicæ.* i. præter illam cauſam ſcribendi illud euangelium, quæ fuit vt veritas euangelij in quatuor euangelijs ordinaretur propter quòd myſterium in ſcriptura ſacra multipliciter deſignatur.

10 *Ea maxime neceſſitas laboris.* ſ. Lucæ ſcribentis.

11 *Fuit vt laboraret qualiter manifeſta eſſet humanitas Chriſti Dei.* Quia eſt verus homo & verus Deus.

12 *Primum Græcis fidelibus.* Scilicet eſſet manifeſta dicta Chriſti humanitas.

13 *Omni prophetatione venturi in carnem.* Quia omnes prophetæ de eius aduentu prophetauerunt, ſecundum quod dicitur Act. 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent.

14 *Ne Iudaicis fabulis attenti, in ſolo legis deſiderio tenerentur.* Credentes eſſe ſalutem in legis obſeruatione.

15 *Ne hæreticis fabulis & ſtultis pollicitationibus ſeducti.* Per pſeudo euangeliſtas vel alios hæreticos.

16 *Exciderent a veritate.* Quia primi credentes de Gręcia erant in fide teneri, & iõ indigebant per euangelium Lucę (qui Græca lingua ſcripſit) in fide ſolidari. Conſequenter Hier. ponit cauſam primam ſcribendi euangelium ſ. vt ea quæ omiſſa erant ab alijs complerentur, & hoc eſt quod dicitur.

17 *Dehinc vt in principio euangelij Ioannis.* ſ. Baptiſtæ præcurſoris domini.

18 *Natiuitate præſumpta.* i. in principio Euangelij Lucæ poſita.

19 *Cui euangelium ſcriberet.* ſ. Theophilo epiſcopo in hoc quod euangelium ſuum incępit a ſacerdotio.

20 *Et in quo electus ſcriberet indicaret.* i. in quo animali electus eſſet ad ſcribendum euangelium, ſcilicet in figura bouis, quod eſt animal immolaticium.

21 *Conteſtans in ſe.* i. in euangelio ab eo deſcripto. Et bene dicit in ſe & non a ſe, per hoc inſinuans quod ſcriptura ſui euangelij eſſet Deo attribuenda tanquam principali ſcriptori.

22 *Completa eſſe quæ ab alijs eſſent inchoata.* Licet n. Matthæus de natiuitate Saluatoris ſcripſerit, non tamen ita perfecte ſicut Lucas. Matthæus etiam & Marcus conceptionem & natiuitatem præcurſoris tacuerant, quam Lucas expreſſit, & in multis alijs dicta eorum compleuit.

23 *Cui ideo.* Hic conſequenter deſcribitur modus ſcribendi euãgeliũ Lucę ſeu qualitas. In deſcribendo.n. Chriſti Genealogiam Matthæus inchoauit ab Abrahã vſq; ad Chriſtum deſcendẽdo. Lucas aũt ordine retrogrado inchoauit a Chriſto aſcẽdendo, non ſolũ vſq; ad Abrahã ſed ẽt ad Deum, vt patebit inf. 3. ca. Cuius rõ fuit, quia ſicut Matthæus oñdebat modum qualiter Deus venit in mũdũ carnem aſſumendo a patrib. deſcendentib. ita Lucas oñderet quomodo per benedictam Chriſti incarnationẽ reducimur in Deũ per veram fidem quę ẽt fuit in patrib. veteris Teſtamenti, licet non ita explicita ſicut eſt in fidelib. noui Teſtamenti. Hãc aũt ſentẽtiã ponit. B. Hieronymus multũ intricate, ſed ego accipiã verba eius nõ ſecundum ordinẽ ſcripturæ ſed ſententię. *Cui.* ſ. Lucę. *poteſtas permiſſa eſt.* ideſt, conceſſa, *a perfectione generationis in Chriſto impletæ,* ideſt, ſcribere perfecte Genealogiam in Chriſto impletam, quia ibi terminatur deſcendendo. *Et repetendæ a principio natiuitas humanæ poteſtas permiſſa eſt.* Ideſt, retrogrado modo ſcribere Genealogiam prędictam, in qua incipit ab humanitate Chriſti. *Poſt baptiſ. fi. Dei.* Quia poſt baptiſmũ Chriſti immediate ſcripſit Genealogiã prędictam, vt habetur infra 3. ca. *Ioan.* 1. propter cauſam quæ ſtatim dicetur prędicto modo deſcripſit Genealogiam. *Vt requirentibus.* ideſt, ſcire deſiderantibus. *Demonſtraret in quo apprehendens erat.* i. ipſum Deum in quo terminat Genealogiam, in cuius apprehenſione per apertam viſionẽ conſiſtit beatitudo. *Introitu admiſſo gener. in diſp. Dei.* Ideſt,

Ne ipſius

a Ad ſtatum vnde cecidit. Vel propter quem omnia ſunt perfecta.
A fecti hominis redire in ſe per filium faceret,
a Chriſti vel Nathan. b Ad Deum.
qui per Dauid patrem venientibus iter præ-
a Ideſt, præberi oſtendebat.
bebat in Chriſto. Cui Lucæ non immerito e- 1
tiam ſcribendorum actuum apoſtolorum po- 2
¶ Bene in miniſterio, quia bene ſcripſit.
teſtas in miniſterio datur, vt Deo in Deum 3
a Dicta allocutione in qua plenus Deus eſſe comparuit. Iud, ſcilicet.
pleno, & filio perditionis extincto, oratione 4
† domini ab ipſis apoſtolis facta, ſorte † dominicæ ele- 5
ctionis numerus compleretur. Sicque Paulus 6
conſummationem apoſtolicis actibus daret,
quem diu contra ſtimulum recalcitrantem 7
dominus elegiſſet. Quod & legentibus ac 8
† requi-
Pro quamuis.
9 † requirentibus Deum etſi per ſingula expedi-
10 a nobis vtile fuerat, ſciens tamen quod opera-
11 tem agricolam oporteat primum de fructibus
12
Laudem humanam.
13 ſuis edere, vitauimus publicam curioſitatem,
ne non tam volentibus Deum demonſtrare
deremur quam faſtidientibus † prodidiſſe. † Le-
ctorem obſecro ſtudioſe paginas recenſentem
huius libri, ea quæ incaute contra eas ſtyli p-
currentis deſignata veſtigio ſunt, non mo-
coniungat errori, ſed peto meæ ignoſcere ig-
rantię, & quę obſtinatio legétis ampliata vir-
exercitat ad purum dociles, mentis meę fau-
ribus meique memor benigne.

## NICOLAVS DE LYRA.

ipſius Chriſti qui ſecundũ Deitatẽ eſt indiſpar a patre, quia ſicut eſt ei ęqualis *Quẽ Chriſtum*. Ponit in introitu.i.in principio *Genera*.i.Genealogiæ ab eo deſcriptæ. *Recur. in Deum*. Quia ad ipſum terminatur, vt dictũ eſt. Per Nathan filiũ. Sicut.n. Matthæus ponit Salomonẽ filiũ Dauid in Genealogia Chriſti ab eo deſcripta, ita Lucas ponit Nathã filiũ Dauid duplici cã. Vna eſt, quia Nathan dr̃ fuiſſe filius Dauid adoptiuus, nos aũt reducimur in Deũ per hoc ꝙ efficimur filij Dei adoptiui, & iõ Lucas qui ſcribit Genealogiã aſcẽdendo in Deũ, deſcripſit eũ per Nathan filiũ adoptiuũ. Alia cã eſt quia Nathã interpretatur donum, & iõ figurat Chriſtũ, qui eſt filius naturalis, & per hoc quod fuit in nobis datus a patre, efficimur filij Dei adoptiui, quia per eum tanquã per mediatorem reducimur in Deum patrem, iõ ſubditur. *Vt præ*.ſ. ipſe Lucas. *Hominibus Chriſti ſu*. Quia datus eſt hominib. a patre pro eorũ ſalute. *Opus per.h*.i. conditione naturæ humanæ in ſtatu innocentię quæ fuit perfecta virtutibus, & ſciẽtijs. *Recurre. in ſe*.i. redire in dignitatẽ priſtina a qua ceciderat. *Face. per fi*.i. per
B Nathan figuratiue, rõne prædicta, ſed per Chriſtũ effectiue, qui eſt Dei filius ſecundũ naturam diuinam & filius Dauid ſecundũ carnem. *Qui per Da. pa. ve. in Chri*.i. deſcentibus vſque ad Chriſtũ per generationes. *Iter præbe. in Chriſt*.i. viam & modum veniendi vſque ad Chriſtum.

1 *Cui Lucæ*. Poſita commendatione B. Lucæ in ſcribendo euãgelium, hic conſequenter ponitur eius commendatio in ſcribendo Actus apoſtolorum, cum dicitur. *Cui Lucæ non imme*.i. non irrationabiliter, ſed ex magna ratione.

2 *Etiam ſcrib. Actuum apoſtol. po. in mini. da*. Quia ſicut ſupra dictum eſt, fuit diſcipulus apoſtolorũ & ſpecialiter Pauli, cuius fuit comes indiuiduus, & ſic vidit facta eius, de quib. liber Actuũ apoſtolorum pro maiori parte loquitur quæ certius potuit ſcribere tanquã viſa. In principio tamen illius libri fit mentio de Chriſti aſcenſione & Matthiæ electione, & hoc eſt quod dicitur.

3 *Vt Deo in Deum imple*. Chriſtus autem dicitur Deus in Deum, quia filius ſemper eſt in patre quantum ad ipſam Deitatem, tum vero ad humanitatem fuit plene cum Deo patre, quando humanitate glorioſa aſſumptus eſt ad dexterã patris, de quo mentio in principio libri.

4 *Et filio perditionis extinct*.i. Iuda proditore, de cuius morte dem agitur ante electionem Matthiæ.

5 *Oratione ab ipſis apoſtolis facta, ſorte dominicæ electionis numerus compleretur*. Quia in electione Matthiæ apoſtoli pręmiſſa oratione dederunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Matthiam & ſic completus fuit numerus apoſtolorum duodecim a Chriſto electorũ quorum numero Iudas ceciderat.

6 *Sicque Paulus*. Quia in actibus eius iſte liber terminatur.

7 *Quem diu contra ſtimulum recalcitrantem dominus eleg*. Qui perſequeretur Chriſtum in membris ſuis, fuit a Chriſto elec- vt habetur Act. 19.

8 *Quod & legentibus*. Poſt Lucę commendationem, hic Hieronymus ponit ſuã excuſationẽ ad hoc qđ ita breuiter trãſtulerat, quod fecit ad vitandum prolixitatem & curioſitatem, & hoc eſt quod dicit. *Quod etſi*.i. quamuis. *Legentibus ac re. Deum vtile fue. a no pe*. ideſt, per nos enucleari.

9 *Per ſingula*.i. particulatim & plenius.

10 *Sciens tamen*. Scilicet ego Hieronymus.

11 *Quod operantem agricolam*.i. doctorem.

12 *Oporteat primum de fructibus ſuis edere*.i. de doctrina ſua fructũ percipere, quod fit quando auditores proficiunt.

13 *Vitauimus publicam curioſitatem ne non videre. tam*.i. tantum. *Demonſtra*.i. plane oſtendere. *Deum*.i. veritatẽ de diuinis. *Quam* quantum, *Faſtidientibus prodi*.i. ſcribere ab libitum & voluntatem curioſorum, qui attędiantur in auditu vtilium, & magis in ſubtilibus & parum vtilibus delectantur. Videtur tamen in aliquibus ſalua reuerentia B. Hieron. ipſam ſententiam quæ plane & lucide dici poſſet, verbis obſcuris & intricatis obumbraſſe.

a QVoniam quidem. Beda. Lucas de omnibus quæ fecit Ieſus & docuit vſque in diem qua aſſumptus eſt ſermonem facturus, primo eorum qui de eo falſa ſcripſerunt redarguit audaciam. Scribit autem hiſtorico ſtilo. Magis enim in deſcribendis rebus quam exprimendis præceptis ſtudium habuit, & hiſtorico more de narratione ſumpſit exordium, & eam hiſtoriam plena digeſtione proſequitur.

Beda. Nota, ex cauſa maxime ſcripſiſſe euangelium, ne pſeudo euangelijs eſſet facultas prædicandi, qui ſub nomine Chriſti apoſtolorumque conati ſunt ſectas perfidiæ inducere.
C
* Sanctus Titus Boſtrorum Epiſcopus. Cæteri Euangeliſtæ ab ipſis ſtatim rebus initium faciunt, Lucas vero quam grandia quædam expoſiturus breui exordio præmiſſo, rem aggreditur.

b *Multi*. Beda. Non tam numeroſitate quam hæreſum diuerſitate. Qui non ſpiritus ſancti munere donati, sed vacuo labore conati, magis ordinarent narrationẽ quam hiſtoriæ texerent veritatem.

c *Conati*. Ambroſius. ... natur, qui incipit nec perficit, qui ſuis viribus non gratiæ quæ irrigat confidit, qui quod ab alijs dictum videt abo... inte...

### Procœmium B. Lucæ in Euangelium ſuum incipit.

a Vt Baſilides Appelles & qui ſub nomine Thomæ vel Matthiæ vel apoſtolorum falſa ſcripſerunt.
a b c QVoniam quidem multi conati 1 2
† quã lõ quidẽ

### Incipit expoſitio Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lyra ſuper Procœmium.

QVoniam quidem. *Hic incipit Beatus Lucas ſcribere. Et primo ſuo euangelio præmittit præfationem, ſecundo ſubiungit euãgelij narrationem, ibi. Fuit in diebus Herodis. In præfatione ſua ponit duplicem cauſam quare ſcripſit euangelium.ſ. ad complendum aliqua quæ a Matthæo & Marco fuerant omiſſa, vel minus plene dicta, & ad excludendũ falſa quæ ab hæreticis ſub nomine diſcipulorum Chriſti ſcripta fuerant, ſicut plenius dictum eſt in prologo Hieronymi, & hoc eſt quod dicitur.*

1 Quoniam quidem.*i. certe*.

2 Multi conati ſunt ordinate narrationes rerum. *id eſt*,

tendit.Non conatur,qui diuino ſpiritu res, & dicta mini-
A rante,cepta complet.

Sanctus Titus Boſtrorum Epiſcopus.*Conati ſunt.* ἐπεχείρησαν oc eſt,tentarunt,adorti vel aggreſſi ſunt. Mattheus non tenuit,ſed cęleſti ſpiritu afflatus, conſcripſit idem ſtatus de
larco,Ioanne,& Lu
.Porro Euangeliū,
iod inſcribitur ſe-
indum Aegyptios,
illud rurſum, qd
iodecim Apoſtolo-
titulum pręſe fert,
ic ab iis prodiit
i Euāgelium ſcri-
re conati ſunt.fe-
itur permulta a-
Euangelia,verum
cleſia ex omnibus
atuor duntaxat recepit.

Non nos ſed in nobis Deus fecit.

a †ſunt ordinare† narrationes quæ in nobis† completæ ſunt, 1

a Euangelii. b Non ſolum corporali ſed potius mentis intuitu.

b rerum,ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt,& 2

c a Huius verbi quod caro factum eſt. b Et quoniam hoc eſt.

d c Non humana voluntate,ſed ſpirituſancto intus inſtigante.Cuius gratia geritur,vt id quod bonum eſt,nobis etiam bonum videatur 3

miniſtri fuerunt ſermonis, viſum eſt mihi† aſſequuto a prin 4
cipio omnia, † diligenter ex ordine tibi ſcribere optime 5
e 6
f Theophile,vt cognoſcas eorum verborum de quibus erudi 7
tus es,veritatem. 8

*Completæ.* Ambroſius. Redundant per vniuerſum mun-
B m,mentes fidelium rigant & confirmant.

Ambroſius.Quod redundat in nullo deficit,& de comple nemo dubitat,cum fidem affectus aſtruit,exitus probat.

*Rerum.* ✣ Origenes.Dicit autem *Rerum*, quia non ſecunm phantaſiam iuxta hæreticos, exercuit Ieſus carnalem ſius aduentum,ſed cum veritas eſſet, re vera negotiū procutus eſt,affectum autē ſuum indicat ex hoc quod ait. *Quæ nobis completæ ſunt.* Ideſt, quæ in nobis manifeſtiſſime ſunt lenſæ.

*Nobis.* Beda Non ſolum Marcus & Lucas auditu didice quæ ſcriberent,ſed etiam Matthęus & Ioannes multa de iantia, pueritia,genealogia Saluatoris filiis narrantibus dixerunt.

*Viderunt,& miniſtri fuerunt ſer.* Ambroſius.Gemina virtus in homine perfecto, intentio & actio. vtramque notat in oſtolis fuiſſe,& viſionem,ideſt,intentionem, & miniſterm,ideſt,actionē,vt per id quod viderint diuinę cognitio- intelligatur intentio, per id quod miniſtri fuerunt,eorū io declaretur.

✣ Chryſoſtomus. Euangeliſta autem non ſolum teſtinio contentus eſt proprio, ſed ad Apoſtolos totum ret,inde robur venatur ſermoni,& ideo ſubdit. *Sicut tradiderũt nobis,&c.*

* Euſebius Caeſarien. Tradunt autem quod Euange-
C lium ſuum ex Pauli ore conſcripſerit,ſicut & Marcus,quę ex Petri ore fuerant prædicata,conſcripſit.

Ambroſius. Hoc verbum non prolatiuum, ſed ſubſtantiuum interiori mente videtur. Vnde Moyſes dicit,quia populus videbat vocē,quæ non ſolet videri ſed audiri. Audiuit Petrus verbum,qū dictū eſt ei. veni poſt me,faciam te piſcatorem homin. Miniſtrat qū tollit crucem, & ſequitur Chriſtum. Matt.4.c. Exod.20.cap. † eleniſſimæ ſcientiæ.

e *Omnia.* Beda. Non omnia quę aſſecutus, ſed de omnib.quę ad fidem legentiū cōfirmādā credit idonea. Et cōſulto enim multa pręterit, quæ alii dicunt, ut diuerſa in Euangelio gratia refulgeret, & propriis quibuſdam libris ſingula myſteriorum geſtorum miracula eminerent. † aſſectato.

E Ambro.Prolixiorem notat hunc euāgelii librum quā aliorum euangeliſtarum, vnde & a Paulo laudatur,quia oīa aſſequutus eſt,nō quod omnia ſcripſerit, quę nec mundus capit. 2.Cor.8 d.

* S.Titus Boſtr.Quæ dicit,huc tendunt.Poſtea quā omnia quæ iam inde ab exordio,acciderunt,accurate percepi,forſitan periculi expers non forem, ſi tanti ponderis res ſilentio premerē.Scripturus ſum autem non quæ obiter tantum audiui,ſed quę explorate noui,quæque ordine & exacte a primo initio conſequutus ſum.Cōmendat autem beati Lucę diligētiam ipſe etiam Apoſtolus, ſcribit enim. *Miſimus cum illo fratrem noſtrum cuius laus eſt in eccleſia.*

f *Theophile.* Beda. Theophyl. Amans Deum, vel amatus a Deo.Qui amat Deū vel a Deo vult amari,ad ſe putet euāgelium ſcribi,& vt bonū depoſitum ſibi commendari.Nō noua Theophilo promittuntur,ſed eadem quib.eſt eruditus,vt quo quid ordine a Dño geſtum dictumve ſit agnoſcat, quia perfectus non ſolum in Ieſum credere,ſed & fidē perpetuæ diuinitatis & temporaneæ diſpenſationis illius debet ordinem noſſe.

✣ Chryſoſt. Vel vt certitudinem haberes,& ſecurus exiſtas quæ auditu perceperas proſpiciens in ſcriptura.

* Theophylactus.Plerumque cum ſine ſcripto aliquid dicitur,calumniantur illud quaſi falſum,cum vero quia quæ dicit ſcripſerit,tunc magis credimus quaſi niſi putaret vera,nō ſcriberet. F

☞ C A P.

NICOLAVS DE LYRA.

1 euangelicorum,*quia ſicut dictum eſt aliqui ſcripſerant vere,ſed taliqua omittendo,aliqua autem falſe hæreſis inſerendo.*

Quę in nobis completæ ſunt rerum. *Ideſt, Euangelio a nobis ſcripto,quia compleuit dicta eorum qui vera ſcripſerant,& excluſit dicta eorum qui falſa inſeruerant.*

2 Sicut tradide. *Ipſi apoſtoli a quibus didicit veritatem euangelij.*

3 Viſum eſt mihi. *Scilicet,veritatem euangelij modo prædicto.*

4 Omnia a prin.di.ex or. *Quia incipit euangelium ſuum a conceptione præcurſoris & Saluatoris. Quod autem dicit omnia, nō eſt intelligendum,quod omnia acta Chriſti ſcripſerit, quia totus mundus non poteſt capere tātam ſcripturam,vt habetur Ioan.21.ſed accipitur hic omnia,quia ſcripſit de omnibus neceſſarijs,quorum notitia erat neceſſaria ad ſalutem.*

Opti-

5 Optime Theophi. *Ex hoc verbo dixerunt aliqui,quod iſte Theophilus fuit vir potens & princeps Achaiæ, quia Paulus tali modo loquendi vtitur ad Feſtum, Act.26.f. Nō inſanio optime Feſte. Sed illud motiuum nullum videtur, quia talis modus loquendi proprius eſt ad prælatos qui alios debet excellere in bonitate vitæ. Item non eſt veriſimile,quod tantus euangeliſta omiſſis epiſcopis (ad quorum officiū ſpectat euangeliū,ſcire,& de hoc alios docere) ſcriberet principi ſeculari euangelium. Et ideo melius videtur dicendum, quod fuit epiſcopus, vt dictum eſt,ſup. & hoc videtur per hoc quod ſubditur. Quibus eruditus es,&c. Dicit ergo optime Theophile,nō quod pro ipſo ſolo ſcriberet,ſed quia ſcripturam ei dirigebat pro ipſius & omnium fidelium ſalute.*

6 Vt cogno. *Scilicet,plenius.*

7 Veritatem eorum. *Ad fidem catholicam pertinentium.*

8 De quibus eruditus,&c. *Non tamen ita perfecte ſicut poſt lectionem huius ſcripturæ.*

IN-

CAPVT I.

A 1 Fvit in diebus Herodis Regis Iudææ. Ambroſius. Vitulus ſacerdotalis hoſtia. Per vitulum ergo hoc Euangelium figuratur, in quo a ſacerdotibus inchoatur, & in vitulo conſummatur, id eſt, in Chriſto qui pro mūdi vita immolatur.

* Sanctus Titus Boſtrorum. Meminit autem Herodis Regis, ne quem tempus quo geſta ſunt quæ hic narrantur, lateat. Appellat autem Iudæorum regem, quia ea literis mādat, quæ apud Iudæos contigerant.

B b *Sacerdos quidam.* Impleuit ordinem, dixit regem, & regionem in qua fuit, ſacerdotem & gentem eius & vxorem illius indicat.

Beda. Ambroſius. Non ſolum a parentibus, ſed etiam a progenitoribus nobilitas Baptiſtæ monſtratur, non ſæculari poteſtate ſublimis, ſed religione. Tales enim parentes prænuncius habere debuit, vt quaſi iure naturæ infuſam fidem aduentus Chriſti prædicaret.

Ambroſius. Docet diuina ſcriptura in his quos commendare volumus, non ſolum mores, ſed etiam parentes oportere laudari, vt quaſi hæreditario iure puritatem habere videantur illi quos laudamus. Nobilitatur itaque Ioannes Baptiſta parentibus, miraculis, moribus, munere, paſsione, ſic Samuel, ſic Iſaac a parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris reliquit.

C c *Zacharias.* Zacharias, memor Domini: Cui apparet Angelus a dextris altaris, quia ei qui memor Domini eſt, demonſtratur myſterium.

De

d *De vice Abia.* Beda. Abia, pater Dominus. Et aptum fuit, vt in tempore officij patris Domini conceptus eſſet ille qui patrem Dominum prædicaret.

D Cum Dauid cultum domus Domini ampliaret, miniſteria ſacerdotum in 24. ſortibus diuiſit. In quibus familiam Abia de qua Zacharias ſors octaua contigit, vt præco noui Teſtamenti in octaue, ſortis vice naſcatur, quia per octo, nouum, ſicut per ſeptem Teſtamētum declaratur vetus.

e *Et vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius.* * Sancti Titus Boſtrorum.

E Cum Zachariam vtrinque legitimum ſacerdotem extitiſſe oſtēdere vellet, vxorem illius de filiabus Aarō ortum duxiſſe aſſerit.

f *Elizabeth.* Elizabeth, Dei mei ſaturitas, ſignat Mariam, quæ plena Dei fuit.

g *Erant autem ambo.* Beda. Ambroſius. Plena laudatio quæ genus in maioribus, mores in æquitate, officium in ſacerdotio, factum in mandatis, iudicium in iuſtificationibus comprehendit.

h *Iuſti ante Deum.* Ambroſius. Non enim omnis qui iuſtus eſt ante homines, iuſtus eſt ante Deum. Aliter enim vident homines, aliter Deus, homines in facie, Deus in corde. Ideoq; fieri poteſt, vt aliquis affectata bonitate popularis iuſtus videatur mihi, iuſtus tñ non ſit ante Deum, ſi iuſtitia non ex mentis ſimplicitate formetur, ſed adulatione ſimuletur.

* Sanctus Titus Boſtrorum. Iuſtus eſſe ante Deum, id enim ſolidæ perfectæq; laudis eſt. Solus namque Deus eſt, qui hominum corda exactè perſpecta habet.

Man-

# INCIPIT EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

## CAPVT I.

¶Iam alienigena regnabat.

a b c d e f Fvit in diebus Herodis regis Iudææ ſa- 1
cerdos quidam nomine Zacharias de 2
vice Abia, & vxor illius de filiabus 3
Aaron, & nomen eius Elizabeth. 4 5

a Non coram hominibus, quia omnis ſterilis in lege maledicta fuit.

b Qui non fallitur vt homines.

g h Erant autem ambo iuſti[a] ante[b] Deum, 6 †

---

## Incipit Poſtilla Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lyra ſuper Euangelium ſecundum Lucam.

### CAP. I.

Diuiſio. Fvit in diebus. *Hic incipit Lucas narrationem euangelij: Et diuiditur in quatuor partes, quia primo deſcribitur Saluatoris ingreſſus in mundum per ſuam incarnationem. Secundo, eius progreſſus per ſuam prædicationem 3. cap. Tertio, eius egreſſus de mundo per ſuam paſſionem 22. cap. Quarto eius regreſsus ad patrem per ſuam reſurrectionem & aſcenſionem 24. capit. Prima in duas, quia primo deſcribitur præcurſoris & Saluatoris conceptus. Secundo vtriuſque ortus, circa medium huius cap. ibi:* Exurgens autem Maria. *Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur conceptus præcurſoris, ſecundo ipſius Saluatoris, ibi:* In menſe autem ſexto. *Circa primum, conceptus præcurſoris oſtenditur mirabilis ex tribus, primo ex parentum conditione, ſecundo ex angelica nunciatione, ibi:* Factum eſt autem cum ſacerdotio. *Tertio ex patris increduli punitione, ibi:* Et dixit Zacharias. *Circa primum in deſcribendo conditionem parentum beati Ioannis præmittitur tempus regis ſub quo fuerunt, cum dicitur.*

Fuit

1 Fuit in diebus Herodis regis Iudææ. *Quia Iacob Patriarcha ſpiritu prophetico dixit Geneſis xlix. b. Signum aduentus Chriſti quando regnum Iudææ eſſet translatum ad alienigenam, ſecundum quod dicitur ibidem: Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, &c. Iſte autem Herodes fuit alienigena, quia pater ſuus fuit Idumæus.*

2 Sacerdos quidam nomine Zacharias. *Per expreſſionem nominis intelligitur quòd iſte fuit famoſus in vita & doctrina.*

3 De vice Abia. *Secundum quod dicitur primo Paralipom. 24. Dauid volens ampliare cultum Dei ordinauit de vigintiquatuor generationibus vigintiquatuor ſacerdotes, qui ſucceſſiue ſeruirent per hebdomadas in templo Domini, & octaua ſors cecidit ſuper Abiam, vt ibi dicitur, de quo deſcendit iſte Zacharias.*

4 Et vxor illius de filiabus Aaron. *Hoc exprimitur, quia propter dignitatem ſacerdotalem filiæ de tribu Aaron diligentius & honeſtius ſeruabantur.*

5 Et nomen eius Elizabeth. *Quod nomen exprimitur propter eius bonam famam & vitam, ſicut dictum eſt de Zacharia, vt ſubditur.*

6 Erant autem ambo iuſti ante Deum. *Hoc dicitur ad excludendum hypocriſis fictionem.*

Inc

---

### MORALITER.

*Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos.* Inter Euangeliſtas Lucas ſignificatur per myſticum vituli vultum qui eſt animal immolatitium, quia prædicauerat Chriſtum pro nobis immolatum. Immolare vero pertinet ad ſacerdotis officiū, propter quod a ſacerdotio Euangelium incœpit.

6 *Erant autem ambo iuſti.* Bene ex iuſtis accepit originem qui nunciare venerat iuſtitiam conſummatam.

† *Ante Deum, &c.* Non ſicut hypocritæ qui fingunt iuſtitiam ante mundum,

Factu

A *Manda.& iu.* Amb.Be.Prius mandatũ,ſecunda eſt iuſtifi-
ıtio, cũ enim mandatiſ cœleſtibus obedimus,in mandatis
ei incedimus.Cum recte & congrue iudicamus,tenere do-
ıini iuſtificationem videmur.

* Sanctus Titus Boſtr. Cur in omnibus Domini præce-
tis & cęremonijs ἀμεμ-
πτως, Hoc eſt, inculpa-
ıs inceſſiſſe additur?
uo huic cognoſca-
ıt, nullum prorſus
ſtum, aut inanis glo-
æ ſtudium, aut aliud
ıodcunque iſtiuſmo
vitium in animo
uiſſe.

a Non quod non peccauerint,ſed quia per gratiam Dei abluti peccare deſierint:

a incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Do-

Duæ cauſæ non habendi memorantur,vt maior appareat virtus.

b mini † ſine querela. Et non erat illis † filius, eo quod
c eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus
d ſuis. Factum eſt autem, cum Sacerdotio fungeretur Za-
e charias in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecũdum conſuetu-

f Hic notatur ſummus.

g dinẽ ſacerdotii, † ſorte exiit, vt incenſum poneret, ingreſſus

*Sine querela.* Ecce
perata iuſtitia. Ple-
que durior iuſtitia
ɔminum querelam
ouocat, vnde Apoſtolus. Prouidentes bona non tantum co
m Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Et eccleſia
s. Ne ſis multum iuſtus, Vel. *Incedentes in omnibus manda. &*
*ſtificationibus Do. ſine quer.* Ideſt, ſine cõſcientia vanę laudis.

B *Et non erat illis.* Beda. Diuinitus procuratum fuit, vt de pro
ectis diuque fructu coniugii priuatis Ioannes naſceretur, vt
ıopinato ortu prolis & ipſos donum Dei gratius afficeret,
cęteros ſtupor miraculi pararet auditui futuri prophetæ.
nde poſtea ſubditur. Poſuerũt omnes qui audierant in cor-
e ſuo dicentes. Quiſputas puer iſte erit?

* Sanct. Titus Boſtr. Quia vero Euangeliſtæ in animo erat
dmirabilem Domini ortum orbi patefacere ſimulque eũ,
ui noſtri cauſa in medium prodibat, naturæ opificem eſſe
ſtendere, præmittit ſterilis mulieris partum. Subdit enim.
*t non erat illis filius eo quod eſſet ſterilis.*

Chryſoſtomus. Nõ ſolum autem Elizabeth erat ſterilis,
d & Patriarcharum cõiuges, Sarra, Rebecca, Rachel, quod
decus erat antiquis Non poſſumus dicere quod peccati ef-
ctus eſſe ſterilitas, cuncti iuſti, cuncti virtuoſi. Hæc aũt fuit
rilitatis cauſa, vt cum videris virginem parientẽ Dominũ
on ſis incredulus, excitans mentem tuam in alium ſterilẽ.

Theophyl. Et vt etiam tu addiſceres quod lex Dei multi-
icationem filiorum nõ appetit corporalem ſed magis ſpiri-
alem. *Proceſſerant* Ambo non ſolũ ſecundum corpus, ſed ſe

C ındum ſpiritum aſcenſiones in corde ponentes, & vitã ſuã
vt diem, & non vt noctem habẽtes, quaſi in die honeſte am- D
bulantes.

d *Factum eſt autem.* Cum ex pręcepto Moyſi vno ſacerdote
decedente, vnus ſuccedere iubeatur, tempore Dauid ſtatu-
tum eſt vt viciſſim miniſtrantes per octonos dies a ſabbatho
vſque ad ſabbathũ tẽ-
pore vicis ſuę ſinguli
caſtimonię ſtuderent,
nec interea domum
tangerent.

c *In ordine vicis ſuæ ante Deum.* Ambroſius. proles.
Zacharias deſignatur
ſummus ſacerdos qui Zacharias.
vno tantum anni tem-
pore ſolus intrat tem-
plum, cum ſanguine
quem offert pro popu
lo. Qui tũc ſorte quæ-
rebatur, cum verus ſacerdos adhuc ignorabatur qui in æter-
num permaneret, & tunc vices erãt nunc perpetuitas. Solus
intrat, quia illum ſignificat cuius ſacrificium non eſſet com- E
mune cum cæteris.

f *Sorte.* Beda. Non noua tunc ſorte electus, quando incen-
ſum erat adolendum, ſed priſca ſorte præelectus, cum primũ
ex ordine ſui pontificatus in vicem Abia ſuccederet. Hæc ſo-
lemnitas ſeptimo menſe celebrabat̃, & dies expiationis ſiue
propitiationis vocabatur, qñ ſolus pontifex introibat in ſecũ
dum tabernaculum cum ſanguine. In quo ſignificatur Ieſus
ſacerdos qui impleta diſpẽſatione carnis, cęli, ſecreta ſubiit,
vt propitiũ faceret nobis patrẽ & interpellaret pro peccatis
eorum qui adhuc pro foribus expectant orãtes & diligũt ad-
uẽtum eius. Pulchre igitur ea die deſcenſio eius per Angelũ
nunciatur, qua eius per legẽ aſcẽſio figurabatur, quia qui de-
ſcendit ipſe eſt qui aſcendit, qui quodammodo prædicitur Ephe.4.b.
dum ille promittitur præcurſurus.

g *Ingreſſus in templum.* * Chryſoſtomus. Ingreſſus Zacha
rias in Templum vt preces ferret pro cunctis ad Deum, &
quaſi Dei & hominum mediator, vidit Angelum intus ſtan-
tem.

Ambro. Ingreditur Zacharias templum, ideſt, Chriſtus in
Mariam, populus orat libertatem de captiuitate. Apparuit F
non dixit, venit, quia antẽ ibi erat. Zacharias turbatur, ideſt,
Iudæi adueniente Chriſto.

San.

## NICOLAVS DE LYRA.

Incedentes in omnibus mandatis. *Quantum ad obſeruan-
tiam moralium præceptorum.*

Et iuſtificationibus Domini. *Quantum ad obſeruantiam cę-
remonialium.*

Sine querela. *Quantum ad obſeruantiam iudicialium, quia paci
fice ad proximos ſe habebant.*

Et non erat eis filius. *Cuius duplex cauſa ſubditur. Vna ſpecialis
mulieris ſcilicet ſterilitas. Alia communis viro & mulieri ſcilicet ſene-
ctus, & hoc eſt quod dicitur.*

Eo quod eſſet Elizabeth ſterilis & ambo proceſſiſſent, &c.
*a quod tranſierat tempus generandi in patre & concipiendi in matre
Titus Quid loquebatur? Hic inquiebat eſt mundi redemptor, hic hominum eſt ſeruator, hic ille eſt, qui noſtram mœſtitiam, animæque eiectionem, in gaudium, & lætitiam conuertet. F

g *Reuerſi ſunt in Galilæam, &c.* Prætermittit hoc loco Lucas, quæ a Matthæo plenius poſita ſunt, ſcilicet puerum ob metū Herodis, delatum eſſe in Aegyptū, & mortuo Herode inde relatum, & habitaſſe in Nazareth. Solent enim ſinguli euan- Matt. 2. c
geliſtæ,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et reuelantur, &c.* Ly, vt, non tenetur hic cauſaliter, ſed cōutiue ſeu cōcomitatiue. Licet enim beata virgo ex paſſio filij maxime afflicta fuerit, tamen in fide immobilis, & fir iter ſtetit. Alij aūt diſcipuli quantumcūque ſolidi dicunt dubitaſſe, & circa hoc mutationes diuerſarum cogitanū habuiſſe quouſque viderūt ipsū a mortuis reſurrexiſſe. Aliter exponit Origenes de reuelatione occultorum peccorum in confeſſione, quæ per effectum paſſionis in ſamento pœnitentiæ operantis ſanantur.

2 *Et erat An. &c.* Hic conſequenter deſcribitur Chriſti reoti confeſſio ſeu commendatio, vbi primo deſcribitur p ſa confitens ex nomine, cum dicitur: Et erat Anna. Secun , ex mentis eleuatione cū dicitur: *Prophetiſſa*: Et ex cognane, cū dicitur: *Filia Phanuel de tribu Aſer*: Et exprimūtur pa & tribus, ad de clarandū certitudinē hiſtoriæ. Et forte ad tinctionē huius Annæ, ab alijs q̄ vocabātur hoc nomine. ſcribitur etiā ab ętatis maturitate, cū dicitur: Hęc proceſſat in diebus multis: & a caſtitate, in matrimonio, & ante poſt, cū dicitur: Et vixerat cū vi. &c. Commēdatur etiam
ab

ab orationis ſedulitate, cum dicitur.

3 *Quæ non diſcedebat.* De templo: Non quod ibi ſemper eſſet, ſed frequenter: Sicut de homine bene frequentāte eccleſiam dicitur cōi modo loquēdi: Talis ſemper eſt in eccleſia.

4 *Ieiunijs.* Quibus incentiuum carnis reprimitur.

5 *Et obſecrationibus.* Id eſt, ſacris orationibus, quibus mens in Deum eleuatur.

6 *Seruiens nocte & die.* i. valde frequenter, vel quia non erat ibi interruptio p peccatū mortale, auferēs meritū p̄dictorū.

7 *Et hæc ipſa, &c.* Non a caſu vel humana diſpoſitione, ſed ſpiritusſancti reuelatione, ſicut dictum eſt de Symeone.

8 *Confitebatur domino.* Gratias agens de tanto beneficio adimpleto.

9 *Et loquebatur de illo omnibus, &c.* Annuncians eis natum eſſe redemptorem.

10 *Et vt perfe. omnia, &c.* Scilicet, Maria, & Ioſeph nihil omittentes, quamnis non tenerentur.

11 *Reuerſi ſunt in Galilæam ciuitatem ſuam Nazareth.* Hic accipitur Galilæa adiectiue, quia Nazareth eſt in terra Galilęę, ſicut ſupra dictum eſt de Bethleem q̄ vocatur ciuitas Iudæa.
*Puer*

## MORALITER.

*Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel, &c.* Iſta moraliter ē emplar non ſolum viduis, ſed etiam mulieribus alijs. Prio quantum ad caſtitatem ante matrimonium, & in mamonio, & poſt per tempus longum. Secundo, quantum ad deuotio-
ad deuotionem. Nam in obſecrationibus, & ieiunijs dicitur hic ſeruiens die ac nocte. Tertio quantum ad loquendi modeſtiam, quia non de fabulis, ſed de Chriſti myſterijs loquebatur, propter quæ & alia bona dono prophetiæ replebatur.

A geliſtæ, ſic quędam omittere quę ab alijs cōmemorata viderint, vel ab alijs cōmemoranda ſpiritu præuiderint, vt continuata ſuę narrationis ſerie, quaſi nulla ꝑtermiſiſſe videantur.

✱ Titus. Et ſi natura illorum ciuitas, illorum ciuitas eſſet Bethleem; attamen quod ſixum annos iam aliquod domicilium in Nazareth obtinerent, vulgo ciuitatis Nazareth ciues habebantur, & dicebantur.

¶Aetate. ¶Corpore.
a in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer autem creſcebat, & † con- 1
a ¶Secundum quod homo. ¶Spiritu.
b fortabatur, plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant 2
¶Ad immolandas hoſtias.
†parentes eius per omnes annos in Ieruſalem in die ſolenni 3
¶Per duodecim annos ſignificantur duodecim tribus quæ ad Chriſtum ueniunt.
c Paſchæ. Et cum factus eſſet annorum duodecim, aſcendenti- †
¶Quia octonis protelabatur diebus.
bus illis Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti,
conſummatiſque diebus cum redirent remanſit puer Ieſus 4
d † in Ieruſalem, & non cognouerunt parentes eius. Exi- 5
a ¶Id eſt inter eos qui ſimul fuerant comitati.
ſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter 6
¶Vicinos.
e diei, & requirebant eum inter cognatos: & notos. Et non in- †
uenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum. † Et
f factum eſt poſt triduum, inuenerunt illum in templo ſeden- 7
¶Eos.
tem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem, 8

† Ioſeph, & mater

a *Puer autem*. Beda. In eo quod puer erat, id eſt, homo fragilis, poterat creſcere, & confortari. Nō in eo quod verbū, ſecūdum quod plenus ſapientia, & gra-

† Ieroſolymā

B tia perhibetur. Sapiētia, quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Gratia, qa eidem homini Chriſto magna gratia donata eſt, vt ex quo homo fieri cœpiſſet perfectus eſſet, vt Deus.

Coloſſ. 2. b.

⁜ Theophylactus. Si dum paruus ætate erat, omnem ſapientiam demonſtraſſet, videretur prodigium, ſed per profectum ætatis ſeipſum oſtendebat, vt totum impleret orbem, non autem quaſi ſuſcipiens ſapientiam, ſpiritu confortari dicitur. Quod enim ab initio perfectiſſimum eſt, quomodo poteſt deinde perfectius fieri?

b *Et ibant pa. &c.* Beda. Merito Lucas inter quatuor animalia vitulo cōparatur, qui quaſi animal hoſtiis deputatum circa templū, maxime & Ieruſalem, narrationis ſuæ verſatur inceſſu. In principio ſacerdotē collocat ad aram orantem pro populo foris ſtante. Maria concepto domino Ieruſalem mittit ad domum pōtificis, ibi Baptiſtam natum refert. Illuc ipſum cū parentibus ſingulis annis ducit Duodennem in templo choris Doctorū interſerit. Et poſt cętera talia, diſcipulos domini in templo laudantes in fine euangelij ſui concludit.

C c *Et cum factus eſſet, &c.* Vtraq; natura Chriſti hic aperitur, & quę iuxta maieſtatem patri, & q̄ iuxta fragilitatē decebat matri. Aſcendit homo cū hominibus ad offerēda ſacrificia, ſeruat legem quam ſeruādam imperauerat, vt nos ad ſeruandum inſtrueret. Duodecennis audit ſeniores, & interrogat, vt eorum reprimat audaciā, qui indocti, non ad diſcendum, ſed ad docendum volunt ſubmitti. Mox maieſtatem ſuā ap[...]

Congrue duodecimo anno prima fidei rudimēta reuel[...]
per duodecim apoſtolos per totū mundum erāt propa[...]

Beda. Cum duodenarius multiplicatis inter ſe ſepte[...]
partibus conſtet, iure per ipſum rerū, & temporum vniuerſitas, & perfectio [...]gnatur. Et ideo [...] a duodecimo [...] iubar ſumit exo[...] quo omnia loc[...] tempora docc[...] cupari. Nō erg[...] cioſe immemo[...] rhibetur carna[...] parentū, ſed vt [...] dat, quia anteq[...] ibi parentes eſ[...] ipſe in ciuitate[...] templo Dei pat[...] iure reſidebat.

d *Et non*. Be[...] quęritur quom[...] potuit a parent[...] obliuiſcēdo rel[...] qui tanta paren[...] prouidentia nu[...] batur. Rñden[...] eſt, quia filijs I[...] ad feſta conflu[...] vel ad ꝓpria re[...]tibus, mos erat ſeorſum viros, ſeorſum fęminas choro. cētes incedere, pueri cū quolibet parēte indifferenter ire [...]terant, ideo Mariā, & Ioſeph viciſſim putaſſe puerum I[...] quem ſecum non cernebant, cum altero parente reuer[...]

⁜ Orig. Sicut autē qñ ei inſidiabantur Iudæi, elapſus e medio eorum, & non apparuit, ſic & nunc puto remā[...] puerum Ieſum, & parentes eius vbi remanſerat, ignoraſ[...]

e *Require*. Metuebant, ne quod Herodes in infantia eius [...]trare quæſierat, tunc iam in pueritia poſitū, inuenta opp[...]nitate alij interficerent, & ipſi proditores illius inuenirer[...]

✱ Orig. Non ſtatim vt quæritur, inuenitur, non r.i. inter cognatos, & carnis propinquos inuenitur Ieſus, neque enim [...]terat humana cognatio Dei filiū continere. Non cōuen[...] inter notos, qa maior eſt mortali notitia, in multorū co[...]tu non pōt inueniri, nec vbiq; inuenerunt, ſed in templo [...] tu ergo quære Ieſum in templo Dei, quære in Eccleſia, Chriſti ſermonem, atque ſapientiam, i. filium Dei reper[...]

f *Poſt triduum, &c.* Vna die reuerſi ſunt ab Ieruſalem, ſec[...]da die quærunt inter cognatos, & non inuenientes, terti[...] die regreſſi Ieruſalem inueniunt.

Poſt triduum reperitur in templo, vt eſſet iudicio, qa p[...] ☞ triduum

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Puer autem, &c.* Hic cōſequenter deſcribitur pueri oblati profectus, quantū ad corpus, cū dicitur: Creſcebat, & quātū ad animā cū dr̄: Et cōfortabatur. Aduertēndum tñ, quod in corpore Chriſti fuit augmentum reale quantitatis: ſed in anima eius non fuit augmentum reale gratiæ, & virtutis: qa totam plenitudinem gratiæ habuit ab inſtanti ſuæ conceptionis. Sed quātum ad oſtenſionē in effectu magis apparebat, ſecundū quod ille creſcebat, & ſecundū quod volebat.

2 *Et ib. parentes eius.* Tanquam deuoti & religioſi.

3 *In die ſolemni.* Ter in anno debebant omnes maſculi apparere in Ieruſalem coram domino ſecundum quod habetur Exo. 23. ſcilicet in paſcha, pentecoſte, & feſto tabernaculorum Sed cum illis qui erat longe a Ieruſalem, cuiuſmodi erant Galilæi, diſpenſabatur de duobus vltimis feſtis.

4 *Rem a ſit puer.* Nō a caſu vel obliuione, ſed ſua volūtate & ordinatione vt a pueritia oſtēderet zelū ſuū circa ſpiritualia.

5 *Et non.* Ad ſolennitatem vero Paſchæ, viri ibant ſeorſ[...] a mulieribus in vno comitatu & mulieres in alio, & ſimil[...] reuertebantur, vt magis religioſè ſolēnizarēt feſtū ab vxo[...]bus continentes, ſicut & in datione legis ꝑceptū fuit, qđ c[...]nerent per tres dies ab vxoribus ſuis, prout hr̄ Exo. 19. P[...] aūt indifferenter poterant ire in comitatu virorū, aut m[...]rū, & ideo Ioſeph quando non vidit puerū Ieſū in comi[...] virorū, exiſtimauit eū eſſe cū Maria in comitatu mulier[...] eodē modo Maria credidit eum eſſe in comitatu viroru[...]

6 *Venerunt iter.* Et cum die ſequenti quæreretur in iſta mitiua, & in illa, non inuenerunt eum: ideo tertia die rec[...]runt in Ieruſalem, a qua receſſerant per vnam dietam & quarta die inuenerunt eum, & hoc eſt quod ſubditur.

7 *Poſt triduum, &c.* Non in theatro, vel in ludo, ſicut ſol[...] pueri inueniri, ſed in loco orationi, & doctrinæ ſacræ de[...]tato.

8 *In medio do.* Vt melius poſſet omnes audire [...] melius cum eis conferre.

*Stupebant*

## MORALITER.

1 *Puer autem, &c.* Scilicet, ſecundum corpus. Nā ſecūdum animā ab inſtanti conceptionis fuit totaliter perfectus. Sed hanc perfectionem non oſtēdebat, niſi prout conuenientia tēporis exigebat, ſecundum illud Eccleſiaſtis 8. a. Tempus & reſpōſionē cor ſapiēns intelliget. Et in hoc literatis & ſapiētibus dedit exemplum, vt non oſtendant ſapientiam ſua[...] niſi ſecundum loci, & temporis opportunitatem.

† *Et cum factus eſſet Ieſus, &c.* Per hoc oſtendit, quod a p[...]ritia debent aſſueſieri homines ad diuina: Et ad idem [...]cit, quod alijs recedentibus in loco diuini cultus reman[...]

† *Et requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenien[...] regreſſi*

a Stupebant autem omnes qui eum audiebant ſuper † pru- 1
a ¶Hoc. b ¶Maria, & Ioſeph, uel quicunque alij hoc uidentes. ¶Super reſponſorum prudentia. 2
dentia, & reſponſis eius. Et videntes * admirati ſunt. Et dixit 3
¶Tutatiue.
mater eius ad illum: Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater
b tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid eſt 4
c quod me quærebatis? Neſciebatis, quia in his quæ patris mei 5
6
ſunt oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum quod 7
¶Congrua uerba: Vere deſcendit qui humiliatur ſub illis.
loquutus eſt ad illos. Et deſcendit cum eis, & venit Naza- 8
a ¶Quaſi ſub ſignaculo recondebat.
d reth, & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia 9
a ¶In natura humanitatis. 10
e verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia, & 11
12

† intelligentia
* eum

m illius triumphalis paſſionis, in ſede cœleſti, & ho- liuino fidei noſtræ, ſe reſurgens oſtenderet qui mor- redebatur.
Quæſitus aduentus Chriſti a patriarchis ante legē, non eſt tus. Quæſitus a ꝓphetis, & iuſtis ſub lege non eſt inuen ... uæſitus ſub gra ... gentilibus in- ur. ... er, id eſt, eccle- Mater, id eſt, ſy- gā, per tres le- quærunt Chri- & nō inueniūt er Euāgelium.
medio. Beda. ... fons medius rum ſedet, ſed exemplar hu- tis prius inter- ,& audit quàm at, ne paruuli a ibus doceri e- cant, ne infir- locere audeat.
Origenes. Inter- at autem non vt addiſceret, ſed vt interrogans erudi- Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & ndere ſapienter.
upebant. Ecce ſignum diuinitatis. Apparet, quod non ob rinæ neceſſitatem audiebat, ſed ad oſtendēdum quod o erat, homines magiſtros humiliter audit. Ad ꝓbādū Deus, eiſdē loquentibus ſublimiter reſpondet, diuina a ſapientiam prodebat, ſed ætas humanā infirmitatem debat. Vnde mirātur Iudæi & turbātur, ſed nō miratur s, q cū ꝓpheta clamat: *Paruulus natus eſt nobis, filius datus ē* Paruulus factus, vt inter paruulos creſcēdo, & proficiē- ulatim eos ad capienda ſuæ virtutis arcana ꝓduceret.
*Quid eſt quòd me quærebatis?* Beda. Non quòd eum quaſi m quærunt vituperat, ſed quis ſit ſibi verus pater inſi- , & quid potius debeat ei cui eſt æternus filius, mentis os attollere cogit. Quia enim Deus, & homo eſt, nunc ſa Deitatis, nunc infirma præfert humanitatis. Quaſi fi- Dei in templo commoratur, quaſi filius hominis cum tibus c.. o iubent egreditur.
Origenes. Cur dolentes eum quærebant? An ex eo quod rit, aut errauerit? Abſit. Nunquid enim fieri poterat, vt tum formidarent infantem, quem Dominum eſſe co- erāt? Sed quomodo tu ſi quādo ſcripturas legis, quæris ſenſum cum dolore, nō quod ſcripturas erraſſe arbitre d veritatē quam intrinſecus habeat, quæris inuenire, ita quærebant Ieſum, ne forte relinquens eos reuerſus eēt ad m, cum illi placuiſſet iterum deſcenſurus. Oportet ergo eum

eum qui quęrit Ieſum, non negligenter, & diſſolute tranſire, ſicut multi q̄runt, & nō inueniūt, ſed cum labore, & dolore. D
c *Neſciebatis.* Inuentus in templo dicit, *In his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe.* Oſtendens templū non minus ad ſe quā ad patrem pertinere, quia quorum eſt vna maieſtas horum etiā vna fides, & vna domus, nō ſolum materialis, ſed etiā ſpiritualis. Alibi enim ad myſteriū mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quæ humana ſunt exigit. Sed cum hic duodecim deſcribatur annorum, ibi diſcipulos habere docetur. Vides matrem didiciſſe de filio, vt exigeret a validiore myſterium, quæ ſtupebat in iuniore miraculum.
Ambroſius. Magiſter veritatis offi- E cium implet pietatis. Et miramur ſi defert honorem patri qui ſubditus eſt matri. Iſta ſubiectio non eſt neceſſitatis, ſed pietatis. Ecce quid parentibus debeamus, oſtendit.
⁖ Titus. Dominus noſter humana reſponſione quam dare licebat repudiata diuinam attulit, minime obſcure per illam oſtendens, ſe Deum eſſe carne obiectum. Nam cum Deipara Ioſephum qui vulgo illius parens habebatur, patrē illius appellaſſet, ipſe ſermonem ita excepit, vt templi dominum, hoc eſt, Deum, non autem Ioſephum patrem ſuum planum eſſe faceret.
d *Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo.* Omnia quæ de domino, vel a domino facta cognouit, ſiue quæ intellexit, ſiue quæ nondum intelligere potuit, omnia in memoria recondebat, vt quando tempus prædicandæ, ſeu ſcribendæ incarnationis eius adueniret, ſufficienter vniuerſa, prout eſſent geſta poſſet explicare quærentibus. Sic nos crebra factorum, & dictorum domini, meditatione importunos cogitatus repellamus, & alios inſtruere laboremus.
* Titus. Conſeruabat omnia quæ Angelus, & quæ paſtores, & quæ Simeon, & quæ Anna, & quæ ipſemet tandem filius ad illam dixerat.
e *Proficiebat ſapientia.* Beda. Sicut eſt carnis ætate proficere, ſic eſt animæ rationalis ſapientia, & gratia proficere, non ꝙ hoc eguerit ſuſceptor Deus, præſertim cum ſupra plenus F fuiſſe ſapientia deſcribitur, ſed quia hoc pro remedio noſtræ ſalutis ſuſcipere elegit, vt cum caro, & anima rationalis a Deo ſuſcipitur, vtraque pariter ſaluaretur.

Gregorius.

NICOLAVS DE LYRA.

...ebant, Id eſt, valde mirabantur.
*... prudentia & reſponſis eius.* Quia alias inauditum fue- ...d puer talis ætatis, tam ſapienter loqueretur.
*Et dixit mater eius ad illum: Fili quid feciſti nobis ſic?* Ioſeph ...m dicet pater eius diceretur, tamen non fuit auſus il- arguere, cum firmiter crederet ipſum eſſe Dei filium, mater ex maxima dilectione, quam habebat ad illum fecit, quia amor excellens dominium neſcit.
*Dolentes quærebamus te.* Id eſt, dolentes de abſentia tua, cu- præſentia eſt nobis dulciſſima. Per hoc moraliter deſi- ...ur quod Chriſtus in dolore contritionis quærendus ...ſic inuenitur, niſi per peccatum a nobis abſentetur.
*Et ait ad illos: Quid eſt quod me quærebatis?* Scilicet inter con- ...uineos, q.d. magis quærendus ſum in occupatione cir- ...ſpiritualia. Ideo ſubditur.

6 *Neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe?* Magis enim afficiebatur ad patrem naturalem, & æternum, quam ad matrem naturalem & patrem putatiuum.
7 *Et ipſi non intellexerunt verbum quod locutus eſt ad illos.* Quia non erant adhuc aſſueti audire talia ab eo.
8 *Et deſcendit, &c.* Ad eorum conſolationem.
9 *Et erat ſubditus illis.* Ad noſtram inſtructionem, & ſuperbiæ noſtræ confuſionem.
10 *Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc.* Exponatur ſicut ſupra.
11 *Et Ieſus profic.* Et iſte profectus erat realis inquantum erat a parte corporis, vt prædictum eſt.
12 *Sapientia, & ætate.* In Chriſto duplex ponit̄ ſapiētia. Vna diuina, & hęc nō potuit augeri, vel diminui cū neceſſario ſit infinita, alia humana, Et hęc ponitur duplex in Chr̄o Vna habitualis, & iſta in Chriſto non fuit augmētata, quia ab inſtāti conceptio-

Duplex ſapiētia in Chriſto

MORALITER.

*...eſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum.* Per hoc oſtenditur, ꝙ ...ſpiritualiter nō inuenitur in carnali ſocietate, ſed in templo ...od eſt locus orationis, & ſacrę doctrinę. Per hoc autem ꝙ ...uentus fuit poſt triduum ſignificatur, quod poſt triduum contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis a fidelibus ſpiritualiter inuenitur.
8 *Et deſcendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat ſubditus illis.* Ex hoc arguitur humana ſuperbia, quæ frequenter renuit ſubijci ſuperioribus ſuis.
11 *Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Exponatur vt ſupra.

A Gregorius. Iuxta hominis naturam proficiebat ſapientia, non ꝙ ipſe ſapientior tempore, qui a prima conceptionis hora ſpiritu ſapientiæ plene permanebat, ſed eãdem qua plenus erat ſapientiam cęteris ex tempore paulatim demonſtrabat, Iuxta hominis naturã proficiebat gratia, non quod ipſe non habebat per acceſſum temporis accipiendo, ſed pandendo donũ gratię quod habebat apud Deũ, & homines. Quia quantum ꝓficiente ętate patefaciebat dona gratię hoĩbus q̃ ſibi inerãt, & ſapientię, tñ eos ad laudẽ Dei excitabat, per conſiderationẽ ipſius ſapientię, & gratię quas Deus ipſi cõtulerat, ſic & Deo patri ad laudem, & hominibus ad ſalutem proficiebat. Eccleſiaſtes ait, Sapientia mea ſtetit mihi.

**ætate, & gratia apud Deum, & homines.**

Hieronymus. Steti ſ. ſapientiam eſt, ꝙ etiam in carne poſito ſibi permanſit ſapientia. Quod habet profectum in ſapientia, non ſtat ei ſapientia, qui autem non recipit profectum, nec per momenta ſuccreſcit, ſed ſemper in plenitudine eſt iſte dicere poteſt, ſteti mihi ſapientia.

Beda. Super Exodum, Portat verbo virtutis ſuæ Chriſtus omnia, & eſt agnus Dei qui tollit peccata mundi, & ſacerdos in ęternum, omnis ſanctitatis ornatu pręclarus, non quę natus in carne per exercitiũ laboris accepit, ſed q in vtero virginis incarnatus, perueniente gratia ſpiritus totũ ſimul habuit.

## NICOLAVS DE LYRA.

conceptionis habuit tantam plenitudinem ſapientię, quanta põt conferri naturæ humanæ. Alia experimẽtalis q̃ accipitur per operationẽ ſenſuum. Et ſecundũ hoc dicunt aliqui, ꝙ in B Chriſto fuit ſapientia, vel ſcientia acquiſita, quia intellectus agẽs in Chriſto fuit eiuſdem naturæ cum alijs hominibus, & ideo cum nõ ſit ponẽdus ocioſus, in eo habuit operationem abſtrahendi ſpecies intelligibiles a phãtaſmatibus, & iſtę ſpecies recipiebantur in intellectu paſſibili ipſius, & ſic profecit in tali ſapiẽtia, ſeu ſciẽtia accepta a ſenſibilibus. Alij vero dicũt, ꝙ nõ ꝓfecit in tali ſciẽtia quãtũ ad habitũ, q̄a duo habitus eiuſdẽ rõnis nõ poſſunt eſſe ſimul in eodẽ intellectu, talis autem ſcientia acq̄ſita nõ vr̃ eſſe alterius rõnis quã infuſa circa idẽ obiectũ, ſicut oculus miraculoſe datus, eſt eiuſdẽ rõnis oĩno cũ oculo dato, vel generato per naturã: Nec tñ ppter hoc intellectus agẽs in Chriſto fuit ocioſus, q̄a nõ ſolũ in abſtractione ſpecierũ intelligibiliũ neceſſaria ẽſt operatio intellectus agẽtis, ſed ẽt in conſideratione ſecundũ habitũ ſcientiam prius acq̄ſitæ, in qua conſideratione nõ abſtrahit de nouo ſpẽs. Si aũt conſideretur ſapientia Chriſti quantũ ad oſtenſionẽ in effectu, ſic fuit ibi ꝓfectus quoq̃uo; inquãtũ ſapientiã ſuã non tñ humanã, ſed ẽt diuinam magis oſtendebat ſecundum ſuum beneplacitum, & prout noſtræ ſaluti expediebat, ſicut dictum eſt ſupra de profectu ipſius in gratia, & virtute.

## ADDITIO.

*In cap.* 2. Vbi dicitur in Poſtilla. *Quia duo habitus eiuſdem rationis non poſſent eſſe ſimul, &c.*

Habitus ſcientiæ infuſæ non eſt idem ſpecie habitui ſcientię acq̄ſitę, licet ſint de eodem, & circa idem obiectum: Cuius ratio eſt. Nam habitus non ſolum diſtinguuntur ſecundũ naturam, aut obiecta, ſed etiam ſecundum principia actiua talium habituũ, ſeu diſpoſitionũ, prout habetur in prima ſecundę quęſt. 54. art. 2. in cor. q̄õnis Et inde eſt, ꝙ habitus ſciẽtiarũ diuerſificãtur non ſolũ ſecundũ diuerſitatẽ obiectorũ, ſed ẽt ſecundũ diuerſa media, q̄bus demonſtrãtur concluſiones ipſarũ ſcientiarũ. Sicut habitus ſcientię aſtrologię de rotunditate terrę, qui demonſtratur per media mathematica, eſt alius ab habitu ſcientię naturalis de eadẽ rotunditate terrę, qui demonſtratur per medium naturale. Vnde licet concluſio demonſtrata p̱ vtramq; prędictarum ſcientiarum circa hoc ſit eadem, habitus tñ ſcientię talis concluſionis diuerſificantur ſpecie ſecundũ diuerſitatem harũ ſcientiarũ, ꝓut habetur parte 2. q. allegata. Cum igitur principium actiuum habitus ſcientię acquiſitę ſit lumen naturale intellectus agentis, principium vero actiuum habitus ſcientię infuſę ſit lumẽ ſupernaturale, ſequitur ꝙ tales duo habitus ſunt diuerſarum rationum, & ſic poſſunt eſſe ſimul in eodem intellectu.

C Nec eſt ſimile de oculo miraculoſe facto, &c. ꝓut dicit Poſtillator. Nã res nãles diſtinguunt̃ ſpẽ ſecũdũ principia intrinſeca tantum; præcipue ſecundum formam, non autem ſecundum principia extrinſeca, ſicut eſt principium efficiens. Ignis. n. generatus ex alio igne idẽ ſpecie igni generato ex reflexione ſolarium radiorũ, eo quòd forma ſpecifica vtriuſq; ignis eſt eadẽ ſpecie, licet cauſa efficiens ſit diuerſa. In habitibus aũt diuerſitas ſpecifica accipitur, ẽt ſm principiũ extrinſecũ, vt eſt principiũ efficiens, ſicut ẽt diuerſificatur ſecundũ obiectum, quod eſt extrinſecũ, vnde credendum eſt, quòd Chriſtus profecit in ſcientia acquiſita, ſcilicet experimẽtali, non ſolũ quantũ ad actum, ſed ẽt quãtũ ad habitũ. Et hæc eſt opinio, quam ſanctus Thomas veriorem eſſe aſſerit in hac materia tertia parte queſt. 12. art. 2. in cor. q. Quæ quidem opinio magis conſonat literæ. Teſtatur enim euangeliſta, ꝙ Chriſtus profecit in ſapientia. Cum igitur quælibet ſapiẽtia proprie dicta, eſt habitus, ſequitur ꝙ profecit in habitu ſapiẽtiali. Similiter prædicta opinio eſt magis cõſona rationi. Nã non ſolũ eſt incõueniens dicere ꝙ intellectus agens in Chriſto eſſet ocioſus, ſed etiam ſi Chriſto deeſſet aliqua naturalis actio intelligibilis, humanæ naturæ ꝑtinẽs, ſicut eſt actio abſtractionis intellectualis, quod maxime pertinet ad humanum intellectum.

## REPLICA.

*In cap.* 2. Vbi Ieſus dr̃ ꝓfeciſſe ſapiẽtia Poſtill. excludit vnã opinionẽ dicẽtẽ, q̄d nõ ꝓfecit ſecũdũ habitũ infuſũ, ſed experimẽtalẽ & acquiſitũ. Et arguit poſtillator, q̄a habitus vterque, eſt eiuſdẽ rõnis circa idẽ obiectũ, duo aũt accidẽtia eiuſdẽ ſpeciei in vno ſubiecto eſſe nõ poſſũt, qualiter igitur illi habitus eſſent in eodẽ intellectu? Hic Burgenſis ſumit certamen pro Sancto Thoma dicens, ꝙ illi habitus non ſunt eiuſdem ſpeciei, quia habitus non ſolum diſtinguuntur per obiecta, ſed ẽt ſecundum principia actiua talium habituum. Sed Burgenſis inuolutio eſt ꝯ cõem Philoſophorũ ſcholã. Secantur enim ſciẽtiæ, quemadmodum ſecantur, & res, vt dr̃ de Anima. Nihil. n. pertinens ad cãm effectiuã ponit diſtinctionẽ in ſcientijs, q̄a alias ſcientia a diuerſis p̄ceptoribus traditã caperet diſtinctionẽ, quod falſum eſt: Nec valet quod de Sancto Thoma adducit, ꝙ habitus diuerſificãtur diuerſitate mediorũ: nã hoc improbat Ariſt. 1. poſter. Nã demõſtratio non variatur p̱ media, ſed in poſt. vel latius ſubſumendo, vt dicitur eodem in cap. Augentur aũt demonſtrationes. Nec valet quod adducit de medijs mathematico, & naturali: nam ſi eadem concluſio ꝓbatur p̱ diuerſa media, ex hoc non variatur ſcientia, q̄a manet eadem concluſio, quãuis diuerſimode ꝓbatur. Sicut ſi eadem concluſio, ſ. Deus eſt vnus ꝓbaretur rõne & auctoritate, ſ. ſacrę ſcripturę, vnũ eſſe principiũ creditũ, aliud aũt ratiocinatiuũ, eadem tñ eſſet ſcientia illius cõcluſionis, quamuis non idem principium, ideo in talibus benediuerſificatur intellectus, ſed non ſcientia. Quia intellectus eſt habitus principiorum, ſcientia vero concluſionum ex prioribus poſteriorum, principijs enim exiſtentibus pluribus manet vna cõcluſio, per cõſequẽs vna ſciẽtia. Nec verum eſt quod Burgenſ. adducit, ꝙ principium actiuũ ſcientiæ acquiſitæ ſit lumen naturale intellectus agentis, & ſcientiæ infuſæ lumen ſupernaturale, q̄a huiuſmodi lumina, & ſi ſint principia manuductiua actuũ, nõ tamẽ habituũ, vnde & ſi habitus acquiſiti ſint ab actibus frequentatis, hoc ſolum eſt materialiter, nõ efficiẽter, iõ Ariſtoteles circũloquendo genus cauſę materialis dicit habitũ ex actibus, nõ ab actibus, q̄a actiuũ reſpectu actus & habitus ex potẽtia cũ obiecto tãq̃ duę cauſę partiales cõcurrentes ad actũ eliciendum, ex cuius actus multiplicatione habitus fit, nõ tanq̃ a principio actiuo, ſed materiali, q̄a actus nõ mouet potẽtiã, ſed ꝓducitur a potẽtia & obiecto cõcurrentibus ſecundum Burgenſẽ, igitur fieret circulatio in cauſis eiuſdẽ generis ꝓhibita Philoſophis. Lumina igitur dicta cõcurrunt in ꝓductione actuum, nõ vt principia actiua, ſed vt obiecti oſtenſiua ſicut lumẽ cõcurrit ad viſionẽ coloris, viſionem tamen non efficit, ſed ſolum viſibile in potentia, vt viſio fiat oſtendit, & ſic ꝑtinet ad actum, ſi quã cauſalitatem habet. Ex quo igitur actus non habet cauſalitatẽ actiuã, ſed materialẽ reſpectu habitus, vt dictũ eſt, lumina illa efficiũt habitũ. Nec valet q̄d Burgen. ad ꝓbãdũ inducit, q̄d videlicet principiũ effectiuũ, extrinſecũ aliquid faciat ad ſpecificandũ habitũ, q̄a vt dicit obiectũ diſtinguit & ſpecificat habitũ, & tñ eſt principiũ habitus extrinſecũ. Ad hoc dico, ꝙ obiectũ ſe ſolo nõ eſt principiũ actiuũ reſpectu habitus, ſed eſt materiale, q̄a materia, circa q̃ habitus verſatur & ſic diſtinguit & ſpecificat, ſed actiuũ & motiuũ eſt, nõ reſpectu habitus, ſed potẽtię, cũ cõcurſu potẽtię eſt actiuũ, reſpectu actus eliciẽdi. Ex iſtis igitur dictis falſis ñ bñ infert B. ꝙ habit⁹ infuſus & acq̄ſitus, circa idẽ obiectũ ſint diuerſi ꝑ agẽs naturale & ſupernaturale. Nã ſupnaturaliter illumi naturali

raliter videt, ita & ſupnaturaliter inſtructus naturaliter igit. Hæc aũt opinio Burgẽſis, & Sãcti Thomę eſt cõtra ũ Auguſt.3.de Triinit.cap.9.& Beatũ Ambr.de incarnat: verbi, quorũ ſnĩa eſt, ꝙ differentia originis non diuerſificat ſpeciem. Et ponunt exemplũ de hoĩe creato,& genera- D to qui ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Volẽs videre huius opinionis pulchrã deductionẽ videat Scotũ circa tertiã diſtinctionẽ decimãquartã, vbi ſoluuntur oĩa argumenta opinionis cõtrariæ.

## CAP. III.

a Nno autem,&c. Herodes, Philippus,& Liſanias,q cũ Pilato Romano pręſide regũt Iudęã, filij fuerunt maioris Herodis ſub quo natus eſt Dñs. Inuos & ipsũ Archelaus 10. annis regnauit, quo ꝓpter ſuiam remoto regn in quatuor tetrhias diuisũ eſt, : minueretur ſuia Iudæorum. nnas, & Caiphas : principes ſacerm quando Ioãcœpit prædicare, Annas illum anquo Ioãnes incœpit prædicare, Caiillum quo Dous crucifixus eſt, iniſtrabat, quia põtificatus, nõ ite, vel generis merito, ſed Romana poteſtate præſtaba-. Multos legimus pontifices tũc fuiſſe, quos ſubticet Euãta, ponens tantum illos qui ad domini pertinent paſſio-. Quia vero Ioannes illum veniebat prædicare, qui ex Iuquoſdam, & multos ex gentibus redempturus erat per m gentium, & principes Iudæorum prædicationis eius ora deſignãtur. Et quia gentilitas per fidem colligenda, a pro perfidia diſpergenda erat, vnus gẽtium, multi Iurum principes deſcribuntur, quia ad finem regni venequæ tot regibus ſubiacebat. Sacerdotum etiam facta eſt noria, quia ille nunciatur, qui ſimul rex,& ſacerdos erat. Origenes. In prophetico ſermone ſolis Iudæis prædicalum Iudæorum regnum deſcribitur. Viſio, inquit, Iſaiæ ebus Oziæ, Ioathan,& Acham regum Iuda. Et in Euan quod erat prædicandum vniuerſo mundo, dominium ribitur Tyberij Cæſaris, qui totius orbis Dñs videbatur. *Factum*

b *Factum eſt verbum,&c.* Beda. Cõgregaturus eccleſiam Dei filius primũ operatur in ſeruulo, vt Eccleſia non ab homine cœperit, ſed a verbo, vt appareat maior auctoritas Ioannis nouum baptiſmi ritum inſtituentis factum eſt verbum Dñi ſuper Ioannem, id eſt, ad Ioannẽ. Quod quidem eſt deſuper, ſola Dei gratia, prius operatur verbum intus,& declarat Ioanni quæ velit ab ipſo proferri, poſtea profert Ioannes: Sequitur verbum interius operans, ſonus vocis exterius ſonans; *In deſerto.* Id eſt, In Eccleſia quæ prius deſerta, modo plures E habet filios. Factum eſt ergo verbum in deſerto, vt quæ tunc erat deſerta fructum nobis in terra generaret factũ eſt verbum, vt Ioãnes pęnitentiam prædicaret, non remiſſionem daret: Vnde Ioãnes eſt figura legis quæ peccatum nunciat, non condonat. Ioannes pręnuncius Christi, ita lex pręnũciat gratiam Eccleſię. Matthæus,& Marcus commendant Ioannem ex veſtitu,& cibo, Matth.3.a & cinctu, ſufficit Lucæ Ioãnem commendare ſola comme- Mar.1.a moratione propthetiæ. Nullo enim indicio ſui eget, qui verbo Dei abundat. Vnum itaque dixit,& omnia declarauit.

✠ Titus. Hæc clare oſtendunt Ioannem ad baptiſmi & verbi miniſterium ſe non ingeſſiſſe, ſed a Deo vocatum,& miſſum fuiſſe. Cæterum vnu hoc munus in cauſa fuit, cur tam ſtupenda,& admirabilia, in ipſo ſtatim initio, circa illum acciderint. Oportebat enim non modo Chriſtum ipſum, ſed Chriſti quoq; pręcurſorem idoneum apud oẽs haberi, cuius dictis fides accõmodaretur. Factum eſt autem verbum Dñi F in deſerto, quia plures futuri erant filij deſertę, quam nuptæ. *Prædicans*

## CAP. III.

a Nno autem quintodecimo Imperij Tybe- 1
rij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iu- 2
dæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, 3
Philippo autem fratre eius, tetrarcha Itu-
¶Terræ. ¶Regio eſt.
rææ, & Traconitidis regionis, & Liſania 4
Abilinæ tetrarcha, ſub † principibus ſacerdotum Anna, & 5
a ¶Iſtud. Vade,& prædica baptiſmum.
b Caipha, factum eſt, verbum Domini ſuper Ioannem Zacha- 6

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

1 Nno autem quintodecimo. Poſtquam deſcriptus eſt ſaluatoris ortus per ſuam incarnationẽ, hic cõſequẽter deſcribitur eius ꝓgreſſus per ſuã pręedicationẽ. Et circa hoc primo deſcribitur ꝑdicatio ꝑcurſoris, ſecundò ipſius ſaluatoris ſeq. cap. Circa primum ſtituit ꝑdicationis Ioannis tempus, ſecundò ſubditur ꝑdicationis actus, ibi: *Et venit in omnem regionem*, tertio, ꝑdicatio fructus, ibi: *Et interrogabant eum.* Circa primum conſiderandum, ꝙ tempus pręedicationis Ioannis deſcribitur per nomi- & tempus Imperatoris tunc regnantis, & præſidis Iudęę, tetrarcharum,& ſacerdotum, ad oſtendendum certitudinem hiſtorię,& auctoritatem pręedicationis Ioãnis Baptiſtę, ſicut in ſcriptis authenticis ſolet fieri, cum dicitur; *Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris.* Iſte Tyberius ſucceſſit Octauiano Auguſto, ſub quo natus eſt Chriſtus, ſ.42. anno imperij eius, & ſimiliter Ioannes Baptiſta per dimidium annum ante: Auguſtus autem imperauit 57. annis, ex quo patet ꝙ anno 15. Tyberii Ioannes fuit 30. annorum, & hoc eſt tempus debitum prædicationi, quia tũc viget ætas virilis, vnde Ioſeph 30. annorum erat, quando ſtetit coram Pharaone, Gen.41. & Ezechiel quando incepit prophetare, Ezech.1.

2 *Procurante Pontio Pil. Iud.* Pilatus iſte non fuit Iudæus, ſed gentilis de territorio Lugdunẽſi oriundus ſecundũ Ioſephũ, & Romano Imperatore fuit miſſus ad regendã Iudæã tũc Romanis ſubiectã. 3 *Tetrarcha autem Galilææ Herode,&c.* Romani volentes frangere Iudæorum ſuperbiam,& auferre ab eis rebellãdi occaſionẽ abſtulerunt ab eis nomen regium diuidentes regnum in plures partes, ꝗ tetrarchiæ dicebãtur.

4 *Et Liſania Abilinæ tetrarcha.* Glo. Beda. Dicit, ꝙ iſti tres hic nominati, ſ. Herodes, Philippus,& Liſanias fuerunt filii Herodis, ſub quo natus eſt Chriſtus, & ipſo mortuo Archelaus eius filius, & frater prædictorum ſucceſſit ei in regno 10. annis, quo accuſato apud Cæſarem, & miſſo in exilium apud Viennam, imperator regnum tribus fratribus prędictis diuiſit per tetrarchias. Sed, ꝙ iſte Liſanias fuerit filius Herodis ex hiſtoriis authenticis nõ habetur, qa nec Ioſephus, nec Scholaſtica hiſtoria ponunt eũ inter filios Herodis, ſed magis dicũt ipſum fuiſſe filium Ptolemęi Mannei, q ſub libano habitabat,& Alexãdrę filię Ariſtoboli q de Machabæis deſcẽderat. 5 *Sub principibus ſacerdotum,&c.* Secundum ꝙ dicit Ioſephus,& Scholaſtica hiſtoria. Sacerdotium tunc nõ ꝓcedebat ſecundum Genealogiã,& dignitatẽ generis, ꝓut in lege fuerat ſtatutum, ſed paſſim a Romanis vendebatur, ita quòd non ſolum ſingulis annis mutabatur ſummus ſacerdos, ſed etiam aliquando in eodem anno & ideo a 15. anno Tyberii quo incipit prædicatio Ioannis vſque ad 18. annum Tyberii in quo paſſus eſt Ieſus, plures fuerũt ſummi ſacerdotes, ꝗ iſti duo, ſed quia Anna erat ſummus ſacerdos, quando Ioannes incepit pręedicare, & Caiphas, quando paſſus fuit Chriſtus, ideo Lucas de iſtis duobus tantum mentionem facit.

6 *Factum eſt verbum domini,&c.* Per reuelationem diuinam per quam habuit mandatum de pręedicatione exequenda. *Et*

## MORALITER.

1 *Anno autem quintodecimo imperii.* Quòd autem pręedicatio Ioannis tam ſolenniter deſcribitur, ſcilicet per tempora Imperatoris,& Pontificum, & Principum, eſt ad deſignandum eius excellentiam, quę in mundo venire veniebat, vtpote qui ſummus imperator,& Pontifex, & gubernator oĩum exiſtebat. 6 *Factum*

6 *Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem.* Per quem ſignificatur pręedicator Euangelii, propter quod ſuper eum debet eſſe verbum Domini, vt eius inſtinctum viuendo,& docendo ſequatur,& non è conuerſo, ſicut faciunt pręedicantes propter quęſtum qui pro libito ſuo formãt verbum, prout ęſtimant conſequi temporale lucrum. *In*

a *Prædicans baptiſmum pœnitentiæ,&c.* Beda. Ioannes baptiſ-
A mum pęnitentię prædicauit,& quibuſdam etiã dedit, ſed re-
miſſionẽ peccatorum dare non potuit. Non ergo ait. Dans
baptiſmũ pęnitentię in remiſſionẽ peccatorũ,ſed prædicans.
Quia enim dare non potuit baptiſmum quo peccata ſolue-
rentur prædicabat,vt ſicut verbo prædicationis verbum patris præcurrit, ita baptiſmum pœnitentię quo peccata ſoluuntur, præcurretur ſuo baptiſmate quo peccata ſolui non poſſunt.

†Matth.3.a Mar.1.a Ioh.3.c

*Dicentis †Iſa.40.a Matth.3.a Mar.1.a Ioh.1.c

⁂ Titus. Baptiſma Chriſti ex vi propria perfectam peccatorum remiſſionem ha
B bet. At Ioannis baptiſma, licet peccatorum remiſſionem adiunctam habebat, non eam tamen ex ſe habebat,ſed ex pęnitentia. Erat enim imperfectum quamuis cæteris Iudæorum baptiſmatis perfectius,pręparabat enim homines ad pęnitentiam.

b *Vox clamantis.* Vox qa prenũcius verbi. *In deſerto.* qa deſertę,& deſtitutę Iudęę ſolatiũ redẽptionis annũciat. Nullũ verbum ſine voce auditur,nec vox ſine verbi intelligentia valet.

c *Parate viam Domini,&c.* Qui fidem,& bona opera prędicat quid aliud quam venienti Domino ad corda audientium viam parat, vt hęc vis gratię illuſtret, vt rectas Deo ſemitas faciat, dum mundas cogitationes in animo per ſermonem
C prędicationis format.

Titus.

⁂ Titus. Is Dei ſemitas rectas facit, qui per illius iuſti[...] gradſtur. Siquidem malitia, & improbitas res obliqua,[...]nioſa eſt.

d *Omnis val.* In aduentu domini humilis gentilitas im[...] eſt,& creſcit plenitudinem gratiæ accipiendo. Et Iudæ[...]perba per erro[...] perfidiæ hoc vnc[...] perbiebat perdid[...]

riæ filium in deſerto. † Et venit in omnem regionem † Ior- †
a ¶Idem præco prænunciat, quod poſt per ſeipſam veritas. 1
a danis prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem 2
a ¶Ecce Ioannis prædicatio firmatur prophetæ teſtimonio.
peccatorum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ pro-
¶Ioannes eſt verbi vox. a ¶Iſtud. ¶Prauitates abijcite fidem, & bona opera accipite.
b phetæ. *† Vox clamantis in deſerto parate viam Domini re- †
c a ¶Vt non pro terrenis ſeruiatis. b ¶Omnis qui ſe humiliat exaltabitur. †
d ctas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis 3
¶Et qui ſe exaltat humiliabitur. †
e mõs,& collis humiliabitur. Et erũt †praua in directa,& aſpe- 4
f a ¶Homo Iudæus,& gentilis,vir & mulier iuuenis,& ſenex. ¶Chriſtum. 5
g ra in vias planas,& videbit omnis caro ſalutare Dei. Dicebat 6
a ¶Beda.Phariſæorum,& Saducæorum qui pœnitentia,& correctione maxime indigebant. 7
b ¶Venenati venenatorum filij qui bonis inuidetis,& perſequimini.
h ergo ad turbas quę exibãt vt baptizarent ab eo.†Genimina 8

* Titus. Per [...]fundas valles, p r[...]tes, & colles inc[...]cinnos ſenſuum [...]tus, inconcinnas [...] animi perturba[...]nes, & omnia or[...]no obſtacula, [...] dæmonum ma[...] obijcit deſignat.

e *Et erunt praua.* [...]da. Praua, id eſt, [...]lorum corda pe[...] iuſtitiam diſtort[...] regulam iuſtitiæ [...]rigentur.

g *Et aſpera.* Id [...] immites,& iracundę mentes per infuſionem gratiæ ad m[...]ſuetudinem redibunt, vt ibi prędicator planam viam i[...]niat vbi prius pro aſperitate greſſum ponere non potera[...]

g *Et videbit.* Beda. In hac vita omnis homo Chriſtum v[...]re non potuit,ſed in die iudicii in ſede maieſtatis,& elec[...] reprobi pariter videbunt, vt iuſti remunerentur, & m[...] ęternum gemant. Vnde & ſubditur.

h *Genimina viperarum quis oſtendit vobis fugere a ventura* [...] Ventura enim ira eſt animaduerſio vltionis extremę, q[...] tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta pœ[...]tentię non recurrit.

Qu[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et venit.* Hic conſequenter ponitur prædicationis actus. Et primo quantum ad exhortationem boni, ſecundo quãtũ ad argutionẽ mali ibi: *Dicebat ergo.* Circa primũ dr̃. *Et venit in omnem regionem Iordanis.* quia exiuit de deſerto,vbi pauci habitabãt,& venit ad loca magis habitata, vt plures poſſent venire ad eius prædicationem,& baptizari ab eo in Iordane.

2 *Prædicans baptiſmum pœnitentiæ.* Hoc expoſitum eſt, Mar. 1. vſque ibi.

3 *Omnis uallis implebitur.* Hęc auctoritas quę habetur Eſa.50. exponitur a Iudęis de reditu captiuitatis Babylonicę,de qua prædixit Iſaias vias tũc complanari per hoc quod valles eleuarentur ad ęqualitatem planiciei, & colles deprimerentur, vt ſic Iudæi de Babylonia reuertentes in Iudæam poſſent de facili trãſire p viã. Sed qa nec in ſcriptura ſacra,neque in aliqua Hiſtoria autẽtica inuenitur eſſe impletũ.iõ illa ſcriptura ſacra reducẽda eſt ad aliũ intellectũ in aduẽtu Chriſti adimpletũ, p quẽ humiles qui p valles intelligũtur repleti ſunt bonis ſpiritualibus, & ſupbi q p colles intelliguntur humiliati ſunt ſicut ſupra expoſitum eſt ca.1. in cãtico beatæ virginis.

Aliter etiam exponitur hoc,quia ſicut via corporalis redditur difficilis ad ambulandum propter profunditatem vallium, & eleuationem colliũ,ita via ſpiritualis qua Deus graditur ſuper corda fidelium impeditur per depreſſionem terrenæ cupiditatis & p eleuationẽ mũdanę vanitatis,& vtrũq; impedimentum fuit amotum per aduentum Chriſti in multis. Primum patuit in Zachæo qui dicit domino. Ecce dimidium bonorum meorũ do pau.&c. vt habetur infra 19. & in Matthæo qui dimiſſo teloneo ſecutus eſt Chriſtum legitur Matt. 9. Patet ſecundum in mundi principibus, q[...]rum colla ſunt ſubiecta Chriſto.

4 *Et erunt praua.* Id eſt,corda diſtorta per iniuſtitiam pe[...]quitatem iuſtitię rectificabuntur.

5 *Et aſpera in vias planas.* Id corda ꝯ Chriſtum indurata [...]lificabuntur,ſicut patet de Paulo q Chriſtũ pſequens a Ch[...]ſto illuſtratus,ſtatim ad manſuetudinẽ obediẽtię fuit cõu[...]ſus dicẽs. *Domine quid me vis facere?* Act.6.a. 6 *Et videbit [om]nes caro ſalutare Dei.* i. Chriſtum. Et accipitur hic omnis caro [pro] omnis homo, quia aliquid de omnibus hominibus viderũ[t] eũ inter hoĩes conuerſantẽ. Diuidebatur enim tũc cõitas [ho]minũ in duas partes,ſ. in Iudęos, & gentiles, & multi de i[l]lis & de illis viderunt eũ in mundo conuerſantẽ. Põt ẽt hoc v[er]bum intelligi de viſu ſpirituali quo vident eum cõuerſi ad [fi]dem Catholicã ex oĩbus gentibus totius mundi. Videb[unt] etiam eum generaliter oẽs in forma humana in die iudi[cii].

7 *Dicebat ergo.* Hic conſequenter deſcribitur actus prędi[ca]tionis quãtum ad reprehenſionem mali,& patet ſententi[a ex] dictis Matth.3. exceptis quę ſequuntur. *Dicebat ergo ad tur.* [...] accipitur totum pro parte quia illud quod ſeqtur non di[citur] niſi Phariſęis, & Saducęis qui cum aliis veniebant ad Ioa[nnem] non ex deuotione, ſed magis ex malignitate, vnde ſubdit[ur].

8 *Genimina vi.* Genimina eſt neutrius generis,& dicitur a [ge]gno,is,& ideo filii nati ab aliquo dicuntur eius genimina [vn]de Matt.3. dicitur Progenies viperarum.

E

## MORALITER.

† *In deſerto.* Talibus enim fiunt reuelationes diuinę Pſal.62. In terra deſerta,& inuia,& inaquoſa.

1 *Et venit in omnem regio. Ior. &c.* Id eſt, ad loca populoſa in quibus poterat magis proficere, & in hoc dedit exemplum prędicatoribus Euangelii qui non debent quęrere loca recreationis,ſed fructificationis verbi diuini.

† *Vox clamantis in deſerto.* Ambroſius. Id eſt,in gentium populo qui deſertum dicitur eo quod peccatorum ſpinis impletur.

† *Parate viam do.&c.* Per prędicationem enim hominum corda prępatantur, vt in ipſa Deus per gratiam ingrediatur.

3 *Omnis vallis implebitur,&c.* Hoc fit quãdo peccator lapſus in profundum peccatorum,ad ſpem ſuę ſalutis erigitur.

† *Et omnis mons & collis humiliabitur.* Quando ſuperbus o[be]dientię Dei ſubiicitur.

4 *Et erunt praua in directa,&c.* Quando diſtortio iuſtitię [ad] rectitudinem reparatur.

5 *Et aſpera in vias planas.* Quando per exercitium bonum [ef]ficitur leue quod prius erat durum, & ſic diſponitur audi[tus] verbi diuini ad videndum ſalutare Dei.

7 *Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab eo.* H[oc] quantum ad ſenſum literalem dicebat propter Phariſęos [&] Saducęos in malum obſtinatos, vt patet Matthęi 3. de q[ui]bus ſubditur.

8 *Genimina viperarum.* Quaſi dicat nullus,quia ſuperius e[...] iudex

a *uis oſtendit.* Ambr. Quis oſtēdit in prudentia miſeratio-
nc cei infuſa, vt pœnitentiam delictorum agentes, terrorem
iud ij ꝑuida deuotione metuatis? Ad generationē ergo nō
ad ceſſionem referēda eſt comparatio viperarū. Vel ideo
ſer entibus comparat, vt oſtendat eos habere naturalē pru-
de iam prouidendi
fu a, vnde: *Eſtote*
*pru ntes, ſicut ſerpen-*
*tes.* eoque monen-
tu operis potius,
qu n generis clari-
ta n quærere, quia
no genus, ſed ſola
fid valet, quam ad
ge es transferendā
pr hetat.
b *Dignos.* Beda.
No debet eſſe par
fru s boni operis
cu qui nihil, vel
mi s peccauit, &
cu qui grauius ce-
cid.
c *t ne cæper.* Beda.
ld ſe peccatores
cc oſcere nole-
ba, quia de ſtirpe
Al ihę deſcēderāt.
Vi e dicitur: *Ne cæperitis dice.* Quia non qui filij carnis, hi
ſu in ſemine, ſed qui fidei. Vnde ſubditur: Potens eſt Deus
de pi. iſtis ſuſci. &c.
d *Dico enim vo.* Ambr. Qui amiſſo ſenſu rationis, lapidibus
pu nt ineſſe alicuius rationem diuinitatis ipſi in naturā la-
pi , non vſu corporis, ſed mentis habitu vertūtur. Quos au
te lapidibus cōparauerat, quia ante deformes ad vſum, nu-
di ornatum, ſteriles ad fructum, irrationabiles ad perfectū,
ia arboribus comparat, qa proceſſu rationis iam intelligit
in is aliquem clementiorem profectum, quod rationabili
qu iam munere naturæ, iam ſunt decori ad vſum, venuſti
ad pectum, optimi ad fructum, ſurgunt cacuminibus, fun-
du ur brachijs, replentur fructibus, veſtiuntur frondibus.
e *Iam enim.* Beda. Ideo agite pœnitētiam, & ne. d. pa. ha. Iam
en ſecuris ad radicem ar. &c. Faciet ergo fructum qui po-
te gratiæ, qui debet pœnitentiæ.
 eda. Arbor, humanum genus, ſecuris, redemptor, qui ve-
lut x manubrio tenetur ex humanitate, ſed ferro incidit, i.
ex uinitate: Qui etſi expectet per patientiam, videt tamen
qu facturus ſit per iniuſtitiam. Nec ad ramos, ſed ad radicē
po am dicit ſecurim. Cum enim filii malorum tolluntur,
qu aliud quam rami infructuoſæ arboris abſcinduntur? Cū
to progenies cum parente tollitur, arbor radicitus abſcin-
di t, ne qd remaneat vnde iterum aliqd germinis oriatur.
*Et*

a ¶Bed. Quare non prius depoſitis venenum, vt ſic ad baptiſmum ueniatis? ¶Nemo, cum non pœniteti, ¶Sed ego demonſtro, & hoc eſt. Fa. ergo fru. di. ¶A uindictā.

a viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? Facite †

¶Pro æqualitate culpæ. ¶Peccatores enim eſtis.

b ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, * pa- †
c
d trem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia poteſt

a ¶Beda. Gentilibus quorum corda inſenſibilia. b ¶Si autem vos Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis, quia ſemini eius Chriſto per fidem uniti. c ¶Securitas iudiciaria, ad funditus extirpandos infructuoſos præparata eſt.

e Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios * Abrahę. † Iā enim ſecu †

a ¶Vt gentiles, & hypocritæ qui nullum, & hæretici qui ma'um.

ris ad radicem arboris poſita eſt. † Omnis ergo arbor non fa-
f ciens fructum bonum, † excidetur, & in ignem † mittetur. Et 1

a ¶Ex uerbis Ioannis terrore perculſi notantur, qui conſilium quærunt. b ¶Ne excidamur, & ne in ignem mittamur.

interrogabant eum turbæ dicentes. Quid ergo faciemus?

¶Id eſt, ſuperflua.

g Reſpondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas 2
3
† det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Vene- 4
h runt autem, & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad †
5

f *Et interrogabant eum.* ✠ Theoph. Tres ordines inducuntur ſciſcitantium Ioannem ſuper ſalute ſua, turbarum publicanorum, & militum. D

✠ Titus. Singulis opportuna remedia præfinit. Et quidem turbæ, vt mutua beneuolentia ſe inuicem cōplectantur, mutuiſque operibus ſe mutuo ſubleuent, in iungit. Publicanis vero ad telonium ſedē tibus, ad immoderatam auaritiam, viam obſtruit. Militibus autem, ne quem temere concutiant.

*in vobiſmet-ipſis*

g *Qui habet duas.* Beda. Tunica plus vſui neceſſaria, quàm pallium ad dignum pœnitētiæ fructum pertinet, vt nō exteriora minus neceſſaria, ſed etiā ipſa valde neceſſaria cū proximis diuidamus, vt eſcā qua viuimus, & tunicam qua veſtimur. Ecce quātum valent opera miſericordiæ quæ ad dignum fructum pœnitentiæ præ cæteris præcipiūtur, vnde, *Date eleemoſynam, & ecce omnia m. ſ. v.* De duabus tunicis diuidendis datur pręceptum, quia ſi vna diuidatur, nemo veſtitur. In dimidia tunica, & nudus remanet, qui accipit, & qui dedit. Miſericordiæ enim ipſius pro poſſibilitate humanæ conditionis ſeruatur menſura, vt nō ſibi vnuſquiſque totum eripiat, ſed quod habet cum paupere partiat.

*† Matth. 3. c*
*† Matth. 3. c & 7. c.*
*Matth. 3. b*
*† mittitur*
*Infra 11. f*
E

✠ Origenes. Profundiorem locus iſte recipit intellectum. Quomodo enim non debeamus duobus Dominis ſeruire, ſic nec duas habere tunicas, ne ſit vnum indumentum veteris hominis, & alterum noui: ſed debemus nos exuere veterem hominem, & ei dare qui nudus eſt.

*Homil. 23. in Lucam.*

✠ Theophylactus. Quidam tunicas duas eſſe dixit, ſpiritum ſcripturæ, & literam, habentem vero duo hæc iubet Ioannes, vt inſtruat ignorantem, & det ei ad minus literam.

h *Publicani.* Beda. Qui vectigalia publica exigunt, ſiue qui conductores ſunt vectigalium fiſci, vel rerum publicarum. Necnon & hi qui huius ſeculi lucra per negocia ſectantur, quos pariter vnumquemque in ſuo gradu ab agenda miſeria coercet, vt dum primo ab alienorum ſe temperarent appetitu, tandem ad propria cum proximis communicanda pertingerent. F

*Magiſter*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et interro.* Hic conſequenter ponitur prędicationis Ioannis fructus. Erat enim prædicatio Ioānis ordinata ad hoc, qđ populus ad ſuſceptionē Chriſti præpararetur, & vt Chriſtus manifeſtaretur. Primo ergo ponitur fructus p̄dicationis eius quantū ad primū, ſecundo quātū ad ſecundū, ibi: *Exiſtimāte populo.* Circa primū ſciendū, quod populus pręparabatur ad Chriſti ſuſceptionem, per veram pęnitentiam, quę apparet quando homo paratus eſt corrigere vitam ſuam, & hoc oſtenditur hic eſſe factum ad prædicationem Ioannis, primo in vulgaribus hominibus, cum dr̄. *Et inter. eū tur. di. Quid ergo faciemus?* Quaſi dicat, vitā noſtram corrigere parati ſumus.
2 *Reſpondens autem, &c.*
3 *Qui habet duas tuni.* Id eſt veſtimentum ſuperfluum.
4 *Det non haben.* Illa enim terra in qua erat Ioannes calida eſt & de communi curſu ſufficit vna tunica, vel vnum veſtimentum. Et ita intelligendum eſt de alijs rebus quibuſcunque quæ ſuperfluunt conſiderata conuenienti neceſſitate ſtatus & perſonæ. Secundo hoc oſtenditur in pedagiorum & tributorum collectoribus, cum dicitur.
5 *Venerunt au. pu.* Tales enim dicuntur publicani, quia intromittunt ſe de negocijs pertinentibus ad publicum.
*At*

## MORALITER.

*Iam enim ſ.* ex iratus. Inferius, horrendum chaos inferni. A dextris, peccata accuſantia: A ſiniſtris, dæmonia ad interitum trahentia: Foris, mundus ardens: Intus conſcientia vrens, peccator ſic reprehenſus quo fugere poterit latere erit impoſſibile, apparere autem intolerabile, ideo ſubditur.
† *Facite ergo fructum dignum pœnt.* Hæc eſt enim via euadendi mala prædicta.
† *Et ne cœ. dicere.* Nam ſine fructu pœnitentiæ nullus ſanctorum per ſua merita poterit peccatores ſaluare.
† *Iam enim ſecuris, &c.* Iſta ſecuris dici pōt calor naturalis qui continue conſumit humidum radicale, quo conſumpto arbor mala, per quam ſignificatur peccator, exciditur per mortem, & quantum ad animam mittitur in gehennā.
3 *Qui habet duas tuni.* Per quas poſſunt virtutes quæ ſunt animæ veſtes intelligi, nam habens eas debet eas applicare ad bonum proximi.
† *Et qui habet eſcas.* Spirituales eſcæ ſunt ſacræ ſcripturæ, quas habens debet proximum ſpiritualiter paſcere.
5 *Venerunt au.* Per quos poſſunt intelligi officiales & præpoſiti, qui non debent a populo exigere, niſi quod conſtitutum eſt ſecundum ordinem iuſtitiæ.
*Inter-*

a *Magiſter quid faciem.&c.* Beda. Magna vis in ſermone Ioānis, qui etiam publicanos, & milites ad conſilium ſalutis ſuæ cogit, quibus præcepit, ne vltra præſcriptum exigant.

b *Neminem con.* Beda. Iuſto moderamine eos promouet, ne ab eis calumniando prædam requirant, quibus militādo ꝓdeſſe debuerāt. Docens idcirco ſtipendia conſtituta militiæ nedum ſumptus quæritur, prædo graſſetur: Nullū officiū, nullum genus, nulla ætas, ab agenda miſericordia excluditur, omnes in commune monentur, vt conferant non habenti. Miſericordia enim plenitudo eſt virtutum.

†exigatis

†Expectante, Sperante.

c *Exiſtiman. autem.* Beda. Non ſolum cogitabant, ſed ſicut alius Euangeliſta declarat, miſſis ad eum ſacerdotibus & leuitis, an eſſet Chriſtus requirebāt. Vnde & Ioannes ſubditur reſpondiſſe. Patet Iudæis fuiſſe notum ſecundum ſcripturas dominicæ incarnationis tēpus adeſſe, ſed mira cæcitas quod in Ioanne ſponte credebant, hoc in Saluatore tantis ſignis, & virtutibus approbato, & ipſo etiā Ioanne atteſtante non credunt, quem per mulierem credebāt venturum, per virginem veniſſe non credunt.

†Matth. 3. c

†permundabit

Ioan. 1 b

a illum: Magiſter quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil am- 1
pliùs quā quod conſtitutū eſt vobis † faciatis. †Interrogabant 2
autem eū, & milites, dicentes: Quid faciemus, & nos? Et ait il 3
¶Non timore, & amore.
b lis: Neminem concutiatis, neq; calumniā faciatis, & contenti 4
c eſtote ſtipendijs veſtris. † Exiſtimante autem populo, & co- 5 6
¶Id eſt an.
gitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe 7
d eſſet Chriſtus, reſpondit Ioannes dicens omnibus. †Ego qui-
a ¶Tingo corpora aqua, & in ſituo vſum baptizandi, donec veniat qui abluat animas per ſpiritum.
b ¶Et ſi humilis, & ego magnus reputor, tamen ille fortior, quia Deus.
e dē aqua baptizo vos, veniet autē fortior me poſt me, cuius non
f ſū dignus ſoluere corrigiā calceamētorū eius, ipſe vos bapti-
a ¶Beda. Id eſt, purgatione ſanctificationis, & probatione tribulationis, vel ſpiritu qui ſanctificat, & accendit amore Dei, vel hic ſpiritu in futuro igni purgatorio permundabit. b ¶Diſcretio iuſti examinis. c ¶Quia omne iudicium dedit pater filio.
zabit in ſpiritu ſācto, & igni. †Cuius vētilabrū in manu eius, &
a ¶A paleis. b ¶Præſentem Eccleſiam. c ¶Immobiles a ſpe æternorum.
g †purgabit areā ſuā, & congregabit triticū in horreū ſuū, pa-
¶Beda Quia neque extinguetur, neque extinguet cruciatos, ſed æternaliter puniet, dicitur autem ad differentiam illius de quo dicitur. Igne nos examinaſti.
leas autem cōburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia 8
h exhortās euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha,

Ambroſius. Videbat Ioannes cordis occulta, ſed Dei reuelantis gratia, qui prophetis palam facit occulta cordis.

Homil. 25. in Lucam.

⁂ Titus. Tantæ fidei tantæq; auctoritatis apud omnes erat Ioannes, vt Iudæorum populus in eam ſuſpicionem veniret eum eſſe Meſſiam, & Chriſtum.

⁂ Orig. Dignum erat vt plus Ioanni quam cęteris hominibus deferretur, q aliter quam cuncti mortales vixerat, quam ob cauſam diligebant quidem eum iuſtiſſime, ſed non ſeruabant in charitate modum. Habet autem peccatum dilectio ſi modum trāſeat. Debet enim qui aliquem diligit, naturam & nō plus diligere quā meretur. Nā mēſurā Charitatis modūq; ſi tranſcenderit, & qui diligit, & q diligitur, in peccato erunt.

C

d *Ego quidem.* Beda. Ambr. Cito probauit ſe non eſſe Chriſtum qui viſibili tantū operatur officio. Aqua non ſpiritu baptizat quod ſolius eſt Chriſti, nec verbo, ſed opere Chriſtū ſe non eſſe declarat. Vt ſicut natiuitatē Chriſti, ita baptiſmū quoq; eius ſuo prægcurreret, imitatione ſacramēti nō virtute.

e *Veniet autem.* Ideo baptizo aqua, quia ille venit qui baptizabit ſpiritu, & oportet, vt illi via præparetur.

f *Cuius non ſum.* Beda. Non ſum dignus myſterium incarnationis inueſtigare. Vel nomē ſponſi mihi non vſurpo, nec ſpōſus credi, ſed amicus ſponſi volo, vel non ſum dignus portare per totum mundū prædicando calceamenta, id eſt, myſterium incarnationis. Hoc enim eſt Ioannis præcurrētis officium, & apoſtolorum ſequentium. Calceamētum nuptiale, euangelica prædicatio, quibus calceati ſunt Apoſtoli.

g *Purgabit.* Beda. Purgat, dū vel in præſenti ob manifeſta peccata peruerſi de Eccleſia eijciuntur, vel poſt mortē dānantur.

g *Paleas.* Paleæ ſunt qui fidei ſacramentis imbuuntur, ſed ſolidi non ſunt. Zizania qui & opere, & profeſſione ab eis ſecernuntur, qui hoc ventilabro non remouentur, quia iudicati ſunt, ſed paleæ ventilantur.

⁂ Gregorius. Miro modo expreſſus eſt ignis gehennæ. Ignis namque noſter corporeus. Per congeſta ligna nutritur, nec valet niſi fotus ſubſiſtere. At contra gehennæ ignis cum ſit corporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter cruciat, lignis non nutritur, ſed creatus ſemel inextinguibilis durat.

h *Herodes.* Antequam Lucas aliquid narret de actibus Chriſti, dicit Ioannem ab Herode captum, vt oſtendat ſe ſolummodo ea facta deſcripturum, quæ eo anno geſta ſunt, quo Ioannes vel captus eſt, vel punitus.

*Herod. au.* Bed. Non his diebus captus eſt Ioannes, ſed iuxta Euangeliū Ioannis poſt aliqua ſigna geſta a domino, & poſt eius baptiſmum diffamatum, Sed a Luca ad exaggerandam Herodis malitiam præoccupatum eſt, qui cū videret ad prædicationē Ioānis multos cōfluere, milites credere, publicanos pœnitere

## NICOLAVS DE LYRA.

*At ille dixit ad eos. Ni. am.* Hoc autem dixit, quia collectores talium ſolent eſſe proni ad plus colligendum quam ſit eis mandatum, vt quod eſt amplius, eis remaneat. Tertio, oſtenditur in militibus, cum dicitur.

2 *Interrogabant au. eum & mi. i.* Parati conſilio eius vti.

3 *Et a. il. Ne. con.* ſ. opprimendo pauperes, & eos deſpiciēdo.

4 *Neque calumn. am fac.* Id eſt, non imponatis falſum crimen diuitibus, & potentibus, vt occaſionem extorquendi bona eorum habeatis, quia per aliam viam a talibus bona rapere non poſſunt.

8 *Cont. n. eſto. ſti. ve.* Quæ dabantur eis ab imperatoribus ꝓ labore militum, quem habent ſubſtinere in defenſione patriæ. Redditus autem quos habent multi milites ſuper homines ſibi ſubditos, habent locum ſtipendiorum, & ideo debent eis eſſe contenti. Ad tria autem dicta inducebat beatus Ioannes milites, quia ſolent eſſe proni ad vitia contraria.

6 *Exiſtiman.* Hic deſcribitur fructus prædicationis Ioannis quantum ad Chriſti manifeſtationem. Et primo manifeſtatur Ioannis teſtimonio, ſecundo Dei patris ſigno ibi: *Factum eſt autem.* Tertio, euangeliſtæ ſcripto, ibi: *Et ipſe Ieſus erat.* Circa primū, oſtenditur in Ioanne doctrinæ veritas in Chriſti manifeſtatione, ſecundo, mentis ſtabilitas in Herodis reprehenſione, ibi: *Herodes autem Tetrarcha.* Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 3. exceptis quæ ſequuntur: *Exiſtimante autem po.* Quia aliqui eorum viderant, & alij fama publica audierant mirabilem eius conceptum, ortum, & vitæ ſanctitatem meritum, quæ ſuperius ſunt declarata, & ex his opinabantur ipſum eſſe Chriſtum.

7 *Et cogitant. omn. in cord.* Non ſolum cogitauerunt, ſed etiam de Ieruſalem (quæ erat Metropolis) miſerunt Iudæi nuncios ſolennes ad Ioannem, vt quærerent ab eo, ſi ipſe eſſet Chriſtus, vt habetur Io. 1.

8 *Multa quidem & alia exhortans.* Ex quo patet, qđ non omnia facta & dicta Ioannis ſcripta ſunt, ſed pauca reſpectiue ſicut & de Chriſto dicitur Ioan. 21. g. *Multa quidem & alia, &c.*

*Hero*

## M O R A L I T E R.

2 *Interrogabant autem eum & milites dicentes.* Per quos poſſunt intelligi prædicatores quos armat Apoſtolus Ephe. 6. b. dicens Accipite armaturam Dei, &c. Et in fine dicit, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei: ſic ſtis dicitur.

3 *Neminem concutiatis.* Nimis aſpere prædicando, & ſic ad deſperationem inducendo.

4 *Neque calumniam faciatis.* Prædicationem ſubtrahendo, reputantes eos indignos exhortationis verbo.

5 *Et contenti eſto.* Quæ ſtipendia ſunt redditus aſſignati prædicatoribus, poſſeſſiones habentibus, & eleemoſynæ mendicantibus.

6 *Exiſtimante autem populo, & cogitantibus, &c. de Ioanne, ne forte ipſe eſſet, &c. Reſpondit Ioannes.* Per eius reſponſionem qua ſe humiliauit & Chriſtum exaltauit, informatur prædicator Euangelii, vt de bonis operibus ſuis, non quærat laudem propriam, ſed diuinam.

*Herod*

cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & 1
de omnibus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſupra
Prius autem hoc. Nam quaſi tranſito mari rubro, necatos quidem gratulamur Aegyptios.
omnia, & incluſit Ioannem in carcerem. † Factum eſt autem 2
a A Ioanne, quod alij plenius dicunt.
a cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & oran- 3
a Quia in natura diuinitatis a mortalibus non poterat videri. Beda. Quia ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum non habitat in cor. ſub. ſub. peccatis.
te, apertum eſt cœlum, & deſcendit ſpirituſſanctus corpora- †
b li ſpecie ſicut columba in ipſum, & vox de cœlo facta eſt. †
a Non Ioannes. b Conſubſtantialis. c Placitum meum conſtitui, id eſt, per te facere quod mihi placet. In Adam d ſplicuit.
c *† Tu es filius meus dilectus, in te † complacui mihi. Et ipſe 4
a Quia natura non erat, ſed putabatur, quia Maria eum genuit, quæ Ioſeph erat deſponſata.
d Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, vt putabatur fi- 5
a Auctus. Secundum legem Ioſeph filius eſt Heli, ſed ſecundum carnem Iacob. b Deus meus vel ſcandens. c Donans peccata. d Additus.
lius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, 6

A ...enitere, & totum vulgus baptiſmũ ſuſcipere, ipſe è contra ...nõ ſolum Ioannẽ contemnit, ſed & vinculat & occidit. * Euſebius. Erat enim Herodi coniux Arethæ regis Ara...m filia, quam cum coniux eſſet fratris ſui Philippi, more ...crilego duxit, quamuis prolem haberet a fratre. His enim ...lum licebat, hoc ...ere, quorum fra...es ſine prole vitam ...mpleuerant.

Beda. Notandum ...od Ioannes euan...liſta qui de diuini...te Chriſti ſcribere ...ſcepit, teſtatur, qa ...ſus Ioanne Bapti...qui figura legis ...adhuc prædican... & baptizante plu...s faceret diſcipu...s, & baptizaret, ...yſtice docens Ie...m antequã in car...naſceretur æter...i per ſecula Deũ, B fidelium per legẽ ...ctorem fuiſſe po...lorum. Alij euangeliſtæ qui humanitatem Chriſti deſcri...nt ab incarceratione Ioannis, ſumunt exordium dñicæ p̄...cationis, quorũ officium eſt, poſt corruptam a Iudęis legẽ, quaſi tenebris carceris ignorantia cæcaque traditione ſę...itam, domini in carne apparentis & per carnem operãtis ...aſi aduenientis in Galilæam cęleſtem pandere doctrinã.

*Et Ieſu baptizato.* Beda. Baptizatur dominus, non munda...indigens, ſed tactu mundæ carnis aquas mundans, vt uim ...luendi habeãt. Et ideo qui ad lauacrũ Chriſti venerit, pec...ta deponit, quia (quod innumera ſub lege baptiſmata nõ ...terant) contra p̄uaricationis malũ, vim regeneratiuæ ſan...ficationis aquæ concipit. Vnde cũ baptizatum populum ...ceret, nihil magnũ addidit, ſed baptizato Ieſu & orãte, di...t apertum cęlũ, quia dum ille aquas Iordanis ſubijt, nobis ...li ianuam pandit, & dum caro innoxia aquis frigentibus ...ngitur, oppoſita quondam noxiis rõphea ignea reſtringit...c ibi Chriſto cęlum cępit aperiri, ſed in his verbis oſtendi...r virtus baptiſmi. Orat autẽ, vt nos ad orandũ informet, vt ...ſt baptiſmum precibus & ieiuniis & eleemoſynis & aliis ...nis cęlum nobis aperiatur. Quia etſi peccata in baptiſmo ...nt laxata, nõ adhuc caro eſt ſolidata, ſed in deſerto munda C ...conuerſationis hoſtes occurrunt, qui ſudore nr̃o vincunt ...r gratiam Chriſti, donec tandem inducamur in aulam pa...s. Nulli inter natos mulierum ſecundus eſt Ioannes, cui ſe Chriſtus

D credit baptizandũ, ſe videndum in columba exhibet ſpirituſſanctus, de cęlo pater commendat filium. Non enim filio quod ignoraret, ſed Ioanni, & cæteris qui aderãt q; ignorabant indicabatur, vnde & Ioannes quem prius virum fortiorẽ & Chriſtũ euangelizabat, iam edoctus Dei filiũ aperte prædicat.

b *Sicut colum. in ip.* Beda. Poſt diluuium non coruus, ſed columba ramum qui pacem redditam nũciaret detulit docẽs quia ſolis in ſimplicitate cordis baptizatis, vnctio ſancti ſpiritus adſit. Et dominus non primũ poſt baptiſmum ſpiritu ſancto eſt vnctus, ſed ideo monſtratur columba, vt intelligamus quod in corpore eius, id eſt, eccleſia baptizati præcipue accipiunt ſpiritum ſanctum. Et qui E ad exẽplum Simonis in felle amaritudinis iniquitatis obligatione perdurant ſortẽ in ſpiritu ſancto & partem nullatenus habere poſſunt. Vnde cum mundi crimina quondam in figura baptiſmi diluuio purgarentur, non corui, ſed columbæ ore delatus oliuæ ramus pacem redditam ſeculo nunciauit.

† Eum. Matth. 3. d. Mar. 1. a. Ioan. 1. d.

† complacuit.

c *In te complacui.* Non aliena in filio, ſed ſua laudat, quaſi dicat. Quæcunque habes tu, mea ſunt.

d *Annorum tri.* Beda. Quod tricennalis baptizatur, nobis etiam conuenit propter myſterium trinitatis & operationẽ decalogi, quia decalogus per fidem & melius intelligitur, & impletur.

Beda. Triceſimo anno baptizatur, facit miracula, docet vt reprimat temerarios, qui omnem ætatem ad hæc officia idoneam credunt, quod non eſt, niſi aliquando miraculo Dei contigat, ut in Ieremia & Daniele.

* Titus. Chriſtus triginta plus minus natus annos accedit ad baptiſma. ſiquidem communi mortalium conſenſu, illa ætas perfecta haberi ſolet. Voluit per hoc quoque indicare, myſticam regenerationem viros ſecundum Spiritum perfectos generare. Quin primus quoque homo perfectus conditus eſt, ſtatim enim veluti adultus collocatus eſt in paradiſo, eundemque excolere & cuſtodire iuſſus eſt.

d *Vt pu. fi. Io.* Beda. Non per Mariã quę vere genuit ſed per F Ioſeph qui alienus eſt a gñratione texit ordo generationis quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Hero. au. tetr. cum cor.* Hic deſcribitur ſtabilitas mentis in Ioã...e, qui non timuit facinus Herodis tetrarchę arguere, & ſenten...a huius patet ex dictis Matth. 14. & Mar. 6. vbi factum iſtud ...lenius continetur.

2 *Factum eſt au.* Hic deſcribitur manifeſtatio Chriſti per ſignũ datum de cęlo à Deo patre cum baptizaretur à Ioanne, & patet ſententia ex dictis Matth. 3. & Mar. 1. excepto quod hic additur.

3 *Et orante.* In quo dedit Chriſtus exemplum quod in receptione ſacramentorum debet mens hominis eleuari in Deum.

4 *Et ipſe Ieſus.* Hic conſequenter deſcribitur manifeſtatio Chriſti euangeliſtæ ſcripto, qui hic deſcribit eius genealogiam, vt ſicut natiuitas eius æterna fuerat manifeſtata verbo patris dicentis: *Tu es filius meus* ſcilicet, naturalis, ita natiuitas eius temporalis manifeſtaretur per deſcriptionem genealogiæ. In qua deſcriptione conſiderandum, quod ſicut ſupra dictum eſt in prologo, Matthæus oſtendit qualiter Chriſtus venit ad nos, ideo deſcribitur genealogia deſcendendo. Lucas vero qualiter per Chriſtum reducimur in Deum, ideo eam deſcribit aſcendendo, propter quod eam terminat in ipſo Deo. Dicit ergo. *Et ipſe Ieſus erat in. quo. anno. tri.* Secundum Auguſt. & Chryſ. Chriſtus tunc habebat triginta annos completos & incęperat triceſimumprimum, & ſecundum hoc ſic intelligenda eſt hæc litera. Erat autem Ieſus annorum triginta incipiens, id eſt, incęperat 31. & ſecundum hoc Chriſtus prædicauit duobus annis cum dimidio, ſecundum alios vero doctores quorum opinio communis tenetur, Ieſus tũc habebat 29. annos completos, & incęperat 30. & ſecundum hoc eſt ſic intelligenda hæc litera. *Erat Ieſus inci. an. tri.* id eſt, triceſimum annum, de quo habebat 12. dies, & ſecundum hoc Chriſtus prædicauit tribus annis & dimidio vſq; ad paſſionem ſuam 18. anno Tyberij.

5 *Vt putabatur filius Ioſeph.* Qui erat ſponſus Mariæ, cuius cauſæ ſupra expreſſæ ſunt cap. 1.

6 *Qui fuit Heli.* In Matthæo dicitur quod Ioſeph fuit filius Iacob, & ibi iſta controuerſia ſoluta eſt.

Qui

## MORALITER.

*Herodes autem tetrar. cum corrip.* Iſte qui Ioannem ligauit in ...carcerem, eo quod de malis ſuis arguebat eum charitatiue, & ...ui ſimilia faciũt ſunt ſimiles phreneticis qui pium medicum per...cutere & occidere quærunt.

† *Apertum eſt cœlum, & deſcendit.* Beda. Non ei tunc apertum eſt cœlum cuius oculi cernebant interiora cœlorum, ſed virtus baptiſmatis oſtenditur, de quo quicunque egreditur ei regni cęleſtis ianua aperitur.

† *Et deſcendit ſpiritus ſanctus.* Per apparitionẽ ſanctę trinitatis in baptiſmo Chriſti, ſignificatum fuit, quod eius fideles deberent in ſanctiſſimæ trinitatis nomine baptizari.

4 *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, vt putabatur filius Ioſeph.* Per hoc inſinuans quod officium prædicandi non debet aliquis exequi ante perfectam ætatẽ ſicut non legitur Chriſtus antea prædicaſſe.

5 *Qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Le.* Hic nõ occurrit aliqua notabilis moralitas, niſi quod per generationem ſpiritualẽ quæ deſignatur per hanc genealogiam, homo recurrit in ſuum creatorẽ, ſicut hæc genealogia in Deũ terminatur, cum dicitur.

quia non eſt mos ſcripturarũ vt generatio texatur per nomina mulierũ. & ex vna tribu erãt Maria & Ioſeph, vnde & ſimul cẽſentur, & ſic per Ioſeph origo Mariæ declarat᷑. Generationẽ carnis dicturus, præmiſit teſtimoniũ patris. *Tu es filius meus dilectus*, vt appareat verũ Deũ & hominis eſſe filiũ.

Matth. 3. d

Ambroſ. In generationibus viri nomẽ & perſona quæritur, quæ etiam in ſenatu & in reliquis curiis ciuitatum generis aſſerit dignitatem.

a *Qui fuit.* Matthęus ponit, genuit: quia carnis ſolas ſucceſſiones numerat. Lucas, non genuit, ſed qui fuit in quo deſignat ſe etiam adoptiuos interponere filios, & Matthæus a Dauid ad Chriſtũ pauciores. Lucas ponit plures generationes, quia cum per alias perſonas generatio texatur, poteſt fieri vt alij longæuam, alij breuiorem tranſegerint vitam, cum videamus plures ſenes cum ſuis nepotibus viuere, multos ſtatim ſuſceptis filiis obire.

a Rex meus. b Dexter. c Auctus, filius iſte Ioſeph. d Donum Dei vel aliquando.

a qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ma-

a Onerans uel onerauit. b Conſolatio uel conſolator. c Adiuua me.

b thathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui

a Meridies vel meridianum. b Deſiderium. c Donum Dei vel aliquando.

fuit Nage, qui fuit Maath, qui fuit Mathatiæ, qui fuit Se-

a Obediens. b Augmentum. c Confitens. d Dominus gratia eius, vel dominus miſericors.

mei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit

a Miſericors. b Princeps vel magiſter Babylonis. c Petitio mea Deus. d Lucerna mea.

Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui r

a Regnum meum. b Robuſtus vel violentus. c Diuinans. d Dei menſura.

fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit Helma-

a Vigilans vel vigilia vel pellicens. b Saluator. c Deus meus adiutor. d Dominus exaltans, uel eſt exaltans.

dan, qui fuit Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim

B

*Qui Io. fuit filius Heli.* Qui Heli fuit filius Mathat. Auguſt. vero de veteris & noui teſtam. quæſtionibus. Qui Chriſtus fuit filius Mathat.

b *Qui fuit Mathatiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli.* Beda. Mathan qui per Solomonem deſcendit, de vxore ſua Iacob filium genuit, & defunctus eſt. Tunc Mathat qui de Nathan, de eadem vxore ſuſcitat ſemen defuncto fratri, & generat Heli, & ſunt vterini fratres, Iacob & Heli. Et Heli accepta vxore moritur ſine ſemine, cuius vxorem accipit Iacob, & generat Ioſeph. Et merito Lucas adoptionis originem ſuſcipit & vſque ad Deum tranſit, quia per adoptionẽ efficimur filij Dei, credẽdo in filium Dei, qui per carnalem generationem oſtenditur factus filius hominis.

* Titus. De Chriſti ortu ſecundum carnem controuerſia nonnulla eſt. Matthęus enim genealogiã è Salomone orſus, deducit illã in Nathan Iacob & Ioſeph. Lucas vero initio a Nathan facto, deſcendit in Mathan, Heli & Ioſeph. Ex quo apparet vtrumque euãgeliſtã aliud & aliud proximũ genus Ioſepho aſſignare. Nã vt idem Ioſeph ſimul ex Iacob & Heli ortũ duxerit, vr̃ impoſſibile. Cuius difficultatis inueſtiganda eſt ſolutio. Tertius ergo è fine, ſecũdum Matthæi genealogiã eſt Mathan. Quintus autem a fine ſecundum Lucã, eſt Melchi. Melchi porro & Mathan diuerſis tẽporibus vnam eandemq; Eſtham vxorem habuere. Primus duxit eã, Mathan, procreauitq; ex illa Iacob. Mathan autẽ vita defuncto

C Melchi: qui erat ex eadẽ tribu etſi non ex eodẽ genere, eandẽ Eſtham, iam tum viduã, aſciuit ſibi in coniugem, ſuſcepitq; ex illa Heli. Iacob igitur & Heli fuerũt fratres vterini, vtpote ex eadem matre editi. Cęterũ cum Heli accepiſſet vxorem, nulliſq; ex ea liberis ſuſceptis, mortem obijſſet ſecundũ legis præſcriptũ ingreſſus eſt ad illam Iacob tãquam frater, Heli germano ſemen excitaturus. Procreauit itaq; Ioſeph, atq; ita idẽ Ioſeph & naturalis filius eſt Iacob, & legalis rurſum filius Heli. Matthæus ergo naturalẽ Ioſephi parẽtem expreſſurus, Iacobũ nominat, & vnde hic deſcẽdit indicat. Lucas vero legalẽ patrẽ manifeſtaturus, Heli in mediũ adducit, ſtirpemque vnde deſcendit, aperit. Adhæc cũ Iudęi tanquã lege obſtricti, legales parentes agnoſcãt, Gręci vero & Pagani, quibus nihil cũ lege cõmune eſt, naturales tantũ progenitores ſpectent, Euangeliſtæ Ioſephum ex vtroq; patre legali & naturali genus ſuum ad Dauidem reducere oſtenderunt. Iudæis itaque & Græcis omnis prorſus hæſitionis & offenſionis cauſa adempta eſt.

Beda. Si intelligimus Matthæũ quadraginta duas generationes poſuiſſe, vt vnum Iechoniæ nomen bis numeret, pro patre & filio hic numerus præſens eccleſiæ tẽpus deſignat ... nus quadrageſima ſecunda generatione, ex quo mũdus ... ſcæ cæcitatis tenebras ab Abraham credente, diſcuſſit, ... niens in carne, per baptiſmum cœli ianuas pãdit, & nos p... fectæ vitæ curſu ſub eiuſdem numeri ſacramento, poſt ſi... tum Chriſto duce Leth fluuium promiſſa regna intramu...

Beda. Matthæus qui regiam inſtituit in Chriſto inſinu... perſonam, præter ipſum Chriſtũ 40. homines in generat... nis ſerie nominauit, quo numero ſignatur iſtud tp̃s, qu... hac terra regi nos oportet a Chriſto per laborioſam diſc... nã. Neque. n. quadragintaduæ quę faciunt ter. 14. ſed p̃p ... Iechoniam bis numeratum 41. generationes fiunt ſi ipſ... Chriſtũ annumeramus, qui tẽporali vitæ regendæ tanqu... quadragenario numero p̃ſidet regulariter. Quatuor ad m... di partes, vel tempora referunt᷑. Decem ad legis decalo... quo contra vitia pugnamus. Vnde & ieiuniũ eccleſiæ ſpa... 40. dierum conſecratur. Et quia ad iſtã mortalitatẽ nob... participandã deſcendentem Chriſtũ ſignificare voluit, id... iſtas generationes deſcendendo cõmemorat, ab initio eu... gelij ſui, in quo ſignificatur ſuſceptio peccatorum noſtro... a domino Chriſto. Lucas qui vitulus tanquã ſacerdotem ... expiandis peccatis aſſignans, a baptiſmo in quo hominũ ... cipit aſcenſus, generationis ſeriẽ aſcendendo diſponit, a q... abolitio peccatorum noſtrorum ſignificatur a dño Chri... Proinde Matthæus a Dauid per Salomonem deſcendit, cuius matrẽ ille peccauit. Lucas ad Dauid per Nathan aſc... dit, per cuius nominis prophetam Deus peccatum illius ... piauit. Lucas ſeptuaginta ſeptem generationes ponit, q... numero remiſſio omnium peccatorum ſignificatur, qu... conſiderandum eſt in partibus in quibus multiplicatur ... eſt, vndecim & ſeptem. Per vndecim tranſgreſſio den... (quo in vineam Chriſti, conducti ſunt remunerandi) ... eſt, perfectionis ſignificatur. Et multiplicantur vndec... per ſeptem, vt ſignificetur illa tranſgreſſio ex motu hom... nis fieri. Septem enim è tribus & quatuor congregant... Tria ad naturam humanæ animæ, propter triplicem v... referuntur. Quatuor ad corpus quod quatuor conſtat e... mentis. Vnde homo non incongrue per ſeptenarium nu... rum ſignificatur. Per ſeptem vndecim multiplicantur, q... per motum hominis tranſgreſſio perpetratur. Hoc ergo ... mero omne peccatum intelligitur, hoc ipſo numero o... nium peccatorum remiſſio accipitur, expiante nos carn... cerdotis, a quo nunc iſte numerus incipit, & reconcilia... nos Deo, ad quem nũc iſte numerus peruenit, per ſpirit... ſanctum, qui in columbæ ſpecie in baptiſmo, vbi iſte nu... rus commemoratur, apparuit.

## NICOLAVS DE LYRA.

r *Qui fuit Neri.* Matthæi primo dicitur quod ille Salathiel fuit filius Iechoniæ. Ad quod dicendum, quod verum eſt quod Salathiel fuit filius naturalis Iechonię, ſed fuit filius Neri adoptiuus quia mortuo Iechonia Nerus adoptauit eum in filium, & i... Matthæus qui deſcribit genealogiam Chriſti carnalem poſui... choniam. Lucas qui magis deſcribit genealogiam ſpiritualem ... nit iſtum Neri.

quo domino coop... rãte in ſpẽ futuri ... bati laborat. Sept... em ſeni quadragi... ta duo. Sex ad op... ſeptem ad requi... pertinẽt. Vnde po... lus de Aegypto li... ratus, quadragin... annis in deſerto ... ratur, ſed q̃a ſub... intrandi in requi... exerceetur, ſepties ... na, id eſt, quadrag... taduo caſtramen... tur. Quorum vlti... Ieſu duce aperto ... dane, victis hoſtib... p̃miſſas olim ſe... ingreditur. Sic do...

A Qui fuit Leui. Non autem hi quatuor qui hoc loco inſeruntur Iacob filij fuerunt, ſed quod eorum nominibus participabãt. BEDA. Quaſi nominibus alludens quod in illis figuratum hoc iſtis adaptat. Quatuor genera virtutum cognoſcimus eſſe in quatuor filiis Iacob, quorum iſti poſteri ſunt. In Iuda figuram domini paſſionis myſte- riorum prophetarum. In Ioſep præceſſiſſe caſtitatis exemplum. In Simeone vindictam læſi pudoris. In Leui officium ſacerdotis. Non ergo nomina tantorum patriarcharum Lucas prętermittenda putauit, vt quia vnus omnia Chriſtus Ieſus in ſingulis quorum maioribus generatim virtutum diuerſa præcederent.

b Nathan. BEDA, quod Matthæus per Salomonem. Lucas per Nathan texit generationem, ille regum, iſte vt vitulus ſacerdotalem oſtendit familiam, quia Chriſtus rex ex regibus, & ſacerdos ex ſacerdotibus, ſecundum carnem ex regali, & ſacerdotali familia eſt exortus, qui cœleſtis rex in Dei virtute lætatur, & cui iudicium a Deo rege defertur, & ſacerdos eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

c Qui fuit Sale. Vel Sela. Beda, Generatio Cainam non de Hebraica veritate, ſed habet de ſeptuaginta interpretum editione. In Gene. Arphaxat Sela pro Sale filium nullo interpoſito perhibet genuiſſe. Porro Arphaxat vixit triginta annos, & genuit Sale. Item in Paralipomenon. Arphaxat autem genuit Sela, qui & ipſe genuit Heber. Sed apud ſeptuaginta ita ſcribitur quod Arphaxat centum trigintaquinque annorũ genuit Cainan, & ipſe Cainan cum centum triginta annorum eſſet genuit Sela, quorum quid verius ſit, Deus nouit. D

d Noe. Noe iuſtus, ædificator arcæ, præfigurat ædificationẽ eccleſiæ.

e Mathuſale. AMB. Anni Mathuſalẽ vltra diluuium numerãtur, ſignificat Chriſtum, cuius vita ætatem neſcit.

f Qui fuit Enoch. BEDA. A baptizato Dei filio vſque ad Deum patrem aſcendens, ſeptuageſimo gradu Enoch ponit, qui dilata morte tranſlatus in paradiſum eſt, vt ſignificet eos qui in gratiã electionis filiorum ex aqua, & ſpirituſancto regenerantur, interim poſt corporis abſolutionem æternam ſuſcipiendo in requiem. Septuagenarius enim propter ſeptimam ſabbati illorum requiem ſignificat, qui iuuante Dei gratia decalogum legis implent, quos in reſurrectione immutabili Dei ſapientiæ contemplã plandæ per ſecula monſtrat eſſe iungendos. E

g Seth. Seth poſterior Adæ filius, non ſiletur, vt cum duæ populi ſint generationes, ſignificet Chriſtum in poſteriore potius quam in priore generatione numerandum.

h Qui fuit Dei. A filio Dei generatio incipit, terminatur in filium Dei, præcedit creatus in figura, vt ſequatur natus in veritate, prçit factus ad imaginem vt propter eum imago deſcẽdat. F

a Vt ſupra. b Aditor. c Audiuit triſtitiam vel ſignum. d Confitens.

a qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda

Augmentum. Columba, uel dolens. Dei reſurrectio.

qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit

Rex eius. Viſcera mea. Donum. be. Per Nathan, prophetiæ dignitatem expreſſam aduertimus. Dedit vel dantis

b Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mathata, qui fuit Nathan, 1

Manu fortis. incenſum. Seruitus. Fortis.

qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, 2

Senſibilis vel pacificus. Augutium uel ſerpentinus. Populus voluntarius.

qui fuit Salmon, qui fuit Naaſon, qui fuit Aminadab, qui fuit

Electus vel excelſus. Sagitta. Diuiſio. Confitens.

Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit

Supplantator. Riſus vel gaudium Pater multarum gentium vel videns populum. Exploratio vel paſtura, ſiue nequitia.

Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui

Requieuit lux. Lorum uel corrigia dependens vel perfectio. Aegrotans uel palcens. Diuidens vel diuiſus.

fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragan, qui fuit Phaleg,

Tranſitus. Tollens. Lamentio vel poſſeſſio eorum. Sanans depopulationem.

c qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arpha 3

Nomen vel nominatus. Requies. Humiliatum vel percutientem ues percuſſum. vel humilem. Mortis emiſſio uel mortuus eſt & interrogauit.

d xat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Ma-

Deducatio. a Deſcendens ſiue continens. b Laudatus Dei, vel laudans Deum.

e f thuſale, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui

a Lamentatio vel poſſeſſio eorum. b Homo vel deſperans vel uiolentus a Poſitio ſiue poſuit. b Homo vel terrenus vel indigena.

g fuit Cainan, qui fuit Enoch, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui 4 †

h fuit Dei.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui fuit Nathan. De iſto Nathan dicunt aliqui, quod fuit filius Dauid naturalis de Betſabee, vt videtur dici. 1. Paral. 3. Sed hoc eſt contra illud quod dicit Salomon Pro. 4. a. Ego fui vnigenitus & tenellus coram matre. Ille enim filius, quem habuit de Dauid ante Salomonem non computatur, quia fuit mortuus incircunciſus. Per hoc ergo quod Salomon dicit ſe vnigenitũ matris ſuæ, videtur quod Nathan non fuit natus de Bethſabee, & Dauid, & ideo dicunt aliqui, quod iſte Nathan fuit Nathan quem propter eminentiam ſanctitatis Dauid adoptauit filium mortuo eius patre naturali. Et ſecundum hoc poteſt dici, quod fuit filius adoptiuus Bethſabee vxoris Dauid, & ſecundum hoc connumeratur inter filios Bethſabee. 1. Paral. 3. b. De aliis autem tribus ibidem nominatis dicendum quod fuerunt filii Vrię naturales & adoptiui filij Dauid, quando accepit matrem eorum, & ſic Salomon fuit vnigenitus matri ſuæ reſpectu Dauid vt uidetur Prouer. 4. Cauſa autẽ quare Luc. deſcribit Chriſtum deſcendere a Dauid per Nathan vna fuit, quia licet omnes ſapientes Hębreorũ cõcorditer tenerent Chriſtum debere deſcendere de Dauid, aliqui tamen eorũ opinabantur eum deſcendere ab eo per Nathan propter excelentiã ſuæ ſanctitatis & prophetiæ. Alii vero per Salomonẽ propter dignitatẽ regiam & ſuæ excellentiam ſapientiæ. Secundũ veritatem autẽ deſcendit per vtrumq; aliter tamen, quia per Salomonẽ deſcendit ſecnudũ lineam naturalis generationis. Per Nathan vero ſecundum lineam legalis generationis, quia Nathan filius Dauid adoptiuus, vt prædictũ eſt, & Ioſeph qui ponitur immediate poſt Chriſtum aſcendendo, fuit filius Heli adoptiuus. ſ. legalis prout plenius fuit declaratum Mat. 1. Alia cauſa eſt, quia Luc. deſcribit Chriſti genealogiam prout in Deũ reducimur vt prædictum eſt, Reducimur autem in deum per Chriſtum in quantum efficimur filii Dei adoptiui. 2 Qui fuit Booz. Tres fuerunt immediate ſe ſequentes huius nominis. ſ. filius, pater & auus, vt plenius declaratum fuit Mat. 1. 3 qui fuit Cainan. Secundum Hieronymum, & ſecundum tranſlationem, qua utimur, non ponitur aliquis medius inter Sale, & Arphaxat, vt patet Geneſ. 10 Septuaginta autem interpretes ponunt iſtũ Cainan medium. Et ad concordiam huius poteſt dici quod iſte Cainan fuit pater Sale legalis ſiue adoptiuus, Arphaxat vero pater naturalis ipſius, vterque pater hic ponitur, & maxime, quia Lucas in deſcribendo ſequitur tranſlationem ſeptuaginta, quæ ſuo tẽpore erat valde autentica. 4 Qui fuit Dei. Non per generationem ſicut alii, ſed per formationem de limo terræ, & infuſionem animæ, vt habetur Gene. 1.

NICO-

MORALITER

† Qui fuit Adam. Nam per generationem ſpiritualem efficimur Dei filii adoptiui.

# CAPVT IIII.

I Eſus aūt plenus ſpirituſancto regreſſus eſt 1
à Iordane, & agebatur in † ſpū in deſertū †
a In quo Adam exulauerat nec quomodo redire poſſet, habet. Duc ergo ad erroneum accepit.
diebu's quadraginta & tētabat à diabolo. †
Et nihil mādūcauit in diebus illis, & con- 2
Tentatio a gula. Viri. Duritiam ſignificat diaboli. Q[illegible] ſcriptum. Ipſe dixit & facta ſunt.
ſummatis illis eſuriit. Dixit autem illi diabolus. Si filius Dei 3
es, dic lapidi huic, vt panis fiat. Et reſpondit ad illum Ieſus:

## CAPVT IIII.

A a IEſus, &c. Sequitur. *Et agebant.* Ambr. Agebatur in deſertum hoc conſilio, vt diabolum prouocaret. Nam niſi ille certaſſet, iſte mihi non viciſſet. Myſterio, vt Adam de exilio liberaret. Exemplo, vt oſtēderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

Beda. Nec cum in diabolum veniret, a quo ſpiritu ductus Ieſus in deſertum diceretur, præponitur quod plenus ſpirituſancto cuius voluntate locum certaminis quo aduerſarium ſterneret, de victoria certus ingreditur. Sic nos accepta in baptiſmo remiſsione, & ſpirituſancto illuminati, contra inſidias diaboli accingi, & ſeculum debemus deſerere, vt quaſi in intima deſerti ſola æterna eſuriamus.

Hom. 19. in Lucam. ✻ Origenes. Quando legis Ieſum plenum ſpiritu ſancto, & in actibus, quod apoſtoli repleti fuerunt ſpirituſancto, vide ne æquales putes Apoſtolos ſaluatori. Quomodo enim
B ſi volueris dicere, hæc vaſa plena ſunt vino vel oleo, non ſtatim dices, quod æquali menſura ſunt plena.

Hiſto. b *In deſer.* Hiſtorialiter in illo deſerto quod eſt inter Ieruſalem & Iericho, vbi figuraliter dixerat Adam a diabolo victum fuiſſe.

Tria ad vſum ſalutis proficientia. Beda. Tria ſunt quę proficiunt ad vſum ſalutis. Sacramentum baptiſmi, deſertum, ieiunium. Nemo enim coronabitur niſi qui legitime certauerit. Nemo ad certamen admittitur virtutis, niſi prius ablutus a maculis gratiæ cœleſtis munere conſecretur.

Deut. 9. b. 3. Reg. 19. b. c *Diebus 40.* Quadraginta diebus ieiunauit legiſlator & propheta, ut ieiunium Chriſti teſtimonium habeat a lege & prophetis. Hoc numero ſignificat̃ excurſus huius ſeculi in his q uocant̃ per gratiā ád eum qui uenit legem non ſoluere ſed adimplere. Decē ſunt pręcepta legis, & quatuor partes mun-
Matth. 5. b. di, & quater decē fiunt quadraginta, & per gratiam Dei, ad impletionem decalogi uocantur de quatuor partibus mun-
1. Pet. 2. b. di. Ieiunat Chr̃s ante mortē carnis, quaſi clamet. Abſtinete a deſiderijs ſeculi dum eſtis in agone. Comedit poſt reſurrectionē, quaſi dicat, etſi nōdum habetis corpus immortalitatis iā paſcimini, quia dum uiam domini capimus, & a uanitate ſeculi ieiunare & reſici debemus futuri promiſsione.

Quadraginta diebus, decē ad decalogum, quo Deūm & proximum diligere iubemur refert̃. Sed quia motu corporis quod de quatuor elemētis conſtat, charitas Dei & proximi
C uiolat̃, ad diluenda peccata in 40. tempus pęnitentiæ ſurgit. Congrue

Congrue exercetur ieiunium in illa anni parte quæ co gua eſt paſsioni dominicæ, quia in ea ſignificat̃ hęc vita la rioſa, cui opus eſt continētia, vt ieiunetur a mundi amicit.

Beda. Niſi ieiunaſſet, diabolo occaſio tentandi non ad ſet, ſecundū illud: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei præpa. ani. tu. ten.* Quia quanto m gis diabolus ſibi r bellare conſpicit, t to amplius expug re contendit.

✻ Origenes. Te tatur Ieſus a diabo quadraginta dieb & quæ fuerint ten mēta neſcimus, q ideo fortaſſe præt miſſa ſunt, quia m iora erant quam literis traderentu

d *Eſuriit.* Beda. N eſt ſcriptū de Mo vel Elia, quod poſt ieiunia eſurierint. Non quod homi illi fortiores quam hic Deus. Sed ideo factum eſt, ne ab tentando panes hoſtis aufugeret, qui multa cœleſtia ſig viderat in eo. Eſurit ergo humilis Deus homo, ne inim innoteſcat ſublimis homo Deus. Fames domini pia fr eſt ne caueat diabolus tentare. Eſurit autem nō tam cib corporis quam ſalutem animæ.

e *Si fil. u Dei es.* Ambr. Nouerat Dei filium venturum, veniſſe per infirmitatē corporis non putabat. Nā faſtuo in Deo humilia nō poteſt credere. Aliud itaque explorā aliud tentātis eſt & Deo profitetur ſe credere, & homini natur illudere. Sed cum ille tētat vt exploret, ſic explorat tentet. Dñs è contra ſic fallit vt vincat, ſic vincit vt fallat enim conuerteret naturam, proderet creatorem. Ergo ſi homo commune ſibi accerſit auxilium, vt diuinæ lectio pabulo intentus famem corporis negligat. His armis do nus hominem aduerſus irritamenta gulæ munit. Huic p. intenti Moyſes & Elias famem prolixioris non ſenſerunt iunij, qui hoc verbo non veſcitur, non viuit.

* Orig. Rogato autem patre a filio panem, nec dante pidē pro pane, iſte quaſi aduerſarius verſipellis & fallax p pane dabat lapidem. Puto etiam quod & vſque hodie la dem diabolus oſtendit, vt hortetur ſingulos ad loquendu dic vt lapis iſte panis fiat. Si videris hæreticos dogmat rum mendacium pro pane comedere, ſcito lapidem monem eorum, quem monſtrat ei diabolus.

Gregorius. Tribus modis fit tentatio ſuggeſtione, de ctatione, conſenſu. Chriſto autem ſuggeſtione ſola, quia lectatio peccati mentem eius non momordit. Nec illum dignum eſt tentari, qui occidi venerat, vt ſua tentatione ſtras vinceret, ſicut ſua morte noſtra tulit peccata.

Script

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

1 IEſus autem. Deſcripta prædicatione præcurſoris, hic conſequenter deſcribitur prædicatio Saluatoris, & primo deſcribitur eius prædicatio per modum amoris miracula faciendo & beneficia conferendo Secundo per viam amoris terrorem futuri iud. incutiendo cap. 21. Adhuc circa primum deſcribitur primo prædicatio Saluatoris per ſeipſum tantum. Secūdo, cum hoc permiſſionem diſcipulorum 9. cap. Circa primum præmittitur Chriſti prædicatio, ſecundo ex hoc frequens aliquorum conuerſio capit. ſequenti. Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur idoneitas prædicatoris. Secundo executio prædicationis, ibi. *Et conuerſus eſt Ieſus.* Idonea vero diſpoſitio prædicatoris eſt macera tio carnis per ieiuniū, per quod carnis incentiuum exprimitur, ſecundum quod dicit Paulus 1. ad Cor. 9. d. Caſtigo corpus meū & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar, & ſecundo, feruor orationis in loco ſolitudinis, vbi diuina ſapientia hauritur, quæ poſtea per prædicationem funditur, vnde Paulus antequam mitteretur ad prædicand in oratione fuit illuſtratus, ſecundum quod habetur Act. 9. c. Ecce enim orat, & poſtea ſubditur: Vas electionis eſt mihi i vt portet nomen meum, &c. Tertiū eſt victoria tentationis. enim eſt ad prędicandum idoneus qui ſuccumbit tentationib. Iſta autem tria oſtenduntur de Chriſto per hoc quod ante p dicationem intrauit in deſertum orationi ſolitariæ aptū, & q ibi ieiunauit & triplicem dæmonis tētationem deuicit, non q illis indigeret pro ſe ſed pro nobis ad dandum exemplum pra catoribus alijs. Et patet ſententia prædictorum ex dictis Ma vbi iſta ſunt expoſita exceptis paucis quæ ſequuntur.

2 *Et nih. l man.* Hic accipiuntur dies naturales, quia nihil m ducauit de die nec de nocte.

3 *Dic lapidi huic vt panis fiat.* Hic accipitur ſingulare pro p rali eo modo loquendi quo dicitur Exod. 8. f. Venit muſca g uiſſima, id eſt, multitudo muſcarum, vnde Matth. 4. a. dicit. *Dic vt lapides iſti panes fiant.*

## MORALITER.

1 *Ieſus autem, &c.* Sequitur.

† *Et agebatur.* Per hoc ſignificans, quod homines ſpirituales, cuiuſmodi ſunt religioſi, debent in aſperitate nutriri nam acrius ſolent à dæmone tentari. Eccleſiaſt. 2. a. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore Dei & præpara animam tuam ad tentationem. Et hoc ſignificatur, cum dicitur hic de Chri

† *Et tentabatur hic à diabo.* Per hoc autem quod hic primo nitur tentatio de gula cum dicitur.

3 *Dic lapidi huic.* Deſignatur quod hæc tentatio occurrit mini. Primo quoniam ab infantia. Secundo vero ponitur tentatio de cupiditate terrenorum, cum dicitur.

a *Scriptum eſt.* Docet magis doctrina quam miraculis pugna[ndum, h]umilitate quam potentia, nihil pro diaboli arbitrio, nec [ostentandę] virtutis conſideratione faciendum.

b *Et duxit.* Lucas ſicut res geſta eſt exequitur, mediam ponẽs [auari]tiam, vltimam ſuperbiam, ſecundum mores præſentis tẽ[poris], quia ſuperbia [...] omnes virtutes [...]t. Mattheus non [...]itur ordinem hi[sto]riæ, ſed tentatio[ne]m Adæ.

c *Oſtendit.* Non qđ [...]m eius, qui om[nia] videt, amplifica[...]t, ſed vanita[tem] humanę pom[pam, q]uã amabat qua[ſi ſp]eciosam oſten[...]s, facere amari [...]bat. Vel ſciens [diab]olus, quod Chri[ſtus] ſibi regnum tol[le]ret, oſtendit ei om[nia] regna mundi, nõ [...]as, non Indos, [...] quomodo in om[...]is terrenis regna [...] vel per gulã, vel [per] ſuperbiam, aut [...]lia, vt ſuadens [...]d volebat, cum [...] ubiiceret.

i *Et du.* Nec indignum videatur dominum ab illo deferri qui crucifigitur a membris diaboli. D

* Origenes. Sequebatur plane quaſi athleta, ad tentationem ſponte proficiſcens, & quodammodo loquebatur, duc quo vis, & inuenies me in omnibus fortiorem. Hom. 31. in Lucam.

a In Deuteronomino. Q. perſuaſio tentatio eſt quia agis de cibo corporeo, & non de cibo mentis.

a † Scriptum eſt, quia non in pane ſolo viuit homo, ſed in om

b ni verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem excelſum, 1

Tentatio.

c & oſtendit illi omnia regna orbis terræ † in momento tem- † in puncto

Non quia hoc poſſit. Regem te faciam horum.

d

e poris, & ait illi: Tibi dabo poteſtatẽ hanc vniuerſam, & gloriã

f illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do † illa. Tu ergo ſi 2 † illam, ſcilicet, gloriam

a Qui diabolum adorat, ante corruit

† procidens adoraueris coram me, † erunt tua omnia. Et re- † erit tua ois

a In Deuteronomio. b Qui ſolus remunerat fructu ampliſſimo.

g ſpondens Ieſus, dixit illi. * ſcriptum eſt, † Dominum Deum † Deut. 6. b.

Caret ambitione deuota religio

h

i tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Ieruſalem †

k & ſtatuit eum ſupra pinaculum templi, & dixit illi. † Si fi-

l lius Dei es, mitte te hinc deorſum. † Scriptum eſt enim, quod † Mat. 4. a. † Pſal. 90. c.

m

n angelis ſuis † mandauit de te, vt conſeruent te, & quia in E

o manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem

p tuum. Et reſpondens Ieſus, ait illi. Dictum eſt. † Non

a O homo. b Patrem & filium, quia ego & pater vnum ſumus.

q tentabis dominum Deum tuum. Et conſummata omni 3 † Deut. 6. c.

K *Supra pin.* In hoc quod Chriſtus in altum tolli ſe permittit, ſed monenti cadere non obedit, oſtendit, quod cuique bona, & alta imperanti obediamus, ſed præcipitare volenti contra eamus. *Supra pin. t.* Ita eſt iactantia, vt dum putat vnuſquiſque ad altiora aſcendere, ſublimium vſurpatione ad inferiora trudatur. Quia vero diabolus fortẽ ſentit iactantiã pręcẽdit, quę etiam fortes decipit.

l *Si fil. Dei.* In omnibus tentationibus hoc agit, vt intelligat ſi filius Dei ſit. Sed Chriſtus ſic reſpõſum temperat, vt ambiguũ relinquat.

d *In momen.* Ambr. Beda, Non tam celeritas conſpectus, quã caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur. In momento enim cuncta prætereunt.

Titus. *Et oſtendit illi omnia, &c.* hoc eſt, omnia mundi re[gna co]gitatione deli neauit, delineataque menti illius, vt opinaba[tur], impreſſit. Qui enim omnia condiderat, nihil ille eorũ [...]ium quæ diabolus oſtendere volebat, ignorabat. Nã ni[ſi] exponamus, quomodo potuit omnia orbis loca in vnũ [...] centrum adducta, corporeis oculis ſpectanda ſubiicere [...] veluti digito intento, agere, hoc Perſarum, hoc Iudęorum [r]egnum dicere.

e *Tibi da.* Hęc de arrogantia dicit non, quod totus mundus [...]ius, ſunt enim aliqui boni.

f *Tibi trad.* Non a diabolo eſt poteſtas, ſed obnoxia tamen [...]lius diaboli. Nec ideo mala ordinatio poteſtatum, quia ma[...]unt obnoxiæ poteſtates.

[A]mb. Docemur hic omnem ambitionem deſpicere, quia [...]nis dignitas ſeculi diabolicę ſubiacet poteſtati, ad vſum [fra]gilis, & inanis ad fructum. Nota autem quia omnis pote[ſtas] a Deo, quia ordinatio poteſtatum a Deo, ſed a malo am[bit]io poteſtatis. Dicet ergo diabolus ſe dicat dare poteſtatem [...] tamen illa ad tempus permiſſa non abnuit, Itaque ille [qui] permiſit ordinauit, nec poteſtas mala, ſed is qui male vti[tur] poteſtate, qui ambit.

*Tu ergo* Beda. Dicens diabolus Saluatori, ſi procidens ado[ra]ueris me, & contrario audit, quod ipſe magis adorare eum [de]beat, dominum, & Deum ſuum.

*Et illi ſoli ſer.* Beda. Gręce latria dicitur ſeruitus, quæ ſoli [De]o debetur. Dulia quæ etiam hominibus inuicem exhibe[tur]. Iubemur ergo per charitatem ſeruire inuicem quod Græ[ce] dulium dicitur. Iubemur Deo ſeruire ſecundum quod Gręce latrium dicitur, vnde hic, & illi ſoli ſeruies. C

i Et

m *Mitte te de.* Quem nec gula nec auaritia vicit, tentat vana gloria, ſi forte illum vel ipſa victoriæ ſuæ iactantia valeat deiicere. Mitt. Hæc vox ei conuenit qui omnes præcipitare ſatagit. In quo infimus oſtenditur, qui nulli poſſit nocere niſi prius ille ſe deorſum miſerit.

n *Scriptum eſt.* Quia ſcripturarum exemplum pretulerat, ſcripturarum vincitur exemplis. Vtitur autem diabolus per hereticos teſtimoniis ſcripturarum, non vt doceat, ſed vt fallat.

* Origenes: Vnde tibi diabole ſcire quod iſta ſcripta ſunt? Nunquid legiſti prophetas, vel diuina eloquia? Legiſti quidẽ non vt ipſe ex lectione eorum melior fieres, ſed vt de ſimplici litera eos qui amici ſunt literæ, interficias. Hom. 31. in Lucam.

o *Ang.* Beda Hæc prophetia non de Chriſto eſt, ſed de ſancto viro. Quæ etiam ſi de Chriſto eſſet, etiam quod ſequitur debuerat meminiſſe: *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Sed de angelorum auxilio quaſi ad infirmum loquitur, de ſua conculcatione quaſi tergiuerſator tacet. Pſal. 90. c

p *Non tenta.* Beda. Suggerebatur enim quaſi homini, vt ſigno aliquo exploraret, quantum apud Deum valeret: ſed pertinet ad ſanam doctrinam, quando habet quid faciat homo, non tentare Deum. Vnde præcipit: *Si vos perſecuti fuerint in ciuitate vna, fugite in aliam.* Quando vero deficit humana prouidentia, ſi homo ſe totum diuinę committit potentię, non eſt dicenda tentatio. Nunc autem poterat Chriſtus aliter deſcendere de templo, quã per iactantiam ſe pręcipitare. Mat. 10. c.

Dauid Goliam tribus lapidibus de torrente proſtrauit, Chriſtus diabolum tribus teſtimoniis de lege. Notandum quod exempla de Deuteronomio tantum protulerit vt ſecundæ legis ſacramenta confirmet. 1. Reg. 17. f. Deut. 6. c. & 8. a.

q *Et cõſ.* Beda. Tribus tẽtationibus victis omnẽ tentationẽ dicit cõſummatã, quia in his omnium vitiorũ origo cõtinetur. F

Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et duxit il. dia.* Iſta tentatio quæ ponitur hic ſecunda, Mat. 4. po[nit]ur tertia, q̃ ſtarũ fuit ſecunda, & tertia, certũ nobis non eſt, di[cit] Aug. neque refert ad veritatem, quia nõ oportet, qđ facta ſem[pe]r eodem ordine referantur quo facta ſunt, vt frequenter dictũ [eſt]. Sed quod duo euangeliſtæ varie narrent ordinẽ poteſt ratio [aſſi]gnari, qa una tentatio eſt de cupiditate principaliter, alia de ela[tio]ne. Et frequenter contingit quod vnum vitium ex alio naſcitur [& d]e conuerſo, ideo Matthæus vnam præponit. Lucas vero aliam.

Quia

2 *Quia mihi tradita ſunt* Mentitur hic diabolus, neque mirũ, quia mendax eſt & pater mendacii, vt habetur Ioan: 8. f. Non enim poteſtatem habet ſuper creaturas ad libitum ſuum, ſed ſolum inquãtũ Deus permitit ſecundum occultum iudicium ſuum ad exercitium patientiæ electorum. Sicut data eſt ei poteſtes affligendi Iob in vaſtatione bonorum ſuorum, & in morte prolis, & in infirmitate ſui corporis, vt habetur Iob. 1.

3 *Et conſummata omni tentatione diabolus receſſit, &c.* Tanquam victus.

Vſque

## MORALITER.

*Et duxit illum dia.* Quia poſt tentationem gulæ ſequitur tentatio cupiditatis terrenæ. Tertio vero ponitur tentatio de præſumptione, cum dicitur.

† *Et duxit illum in Ieruſalem.* Nam tentatio qua quis de meritis ſuis præſumens exponit ſe periculis, non eſt niſi poſt plurima tempora.

Quia *omne quod in mundo eſt concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*, quæ alijs nominibus, curioſitas, gula, vana gloria noĩantur. (1.Ioan.2.c.) Cum tentatur homo cõcupiſcentia carnis dicat: Nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei. (Deut.8.a. Col.3.a.) Cũ tentatur auaritia, quã Apoſtolus ſeruitutem ſimulacrorum nominat, Deũ adoret, pro ſolis ęternis illi ſeruiat. Si tentatur vana gloria, quæ etiam de præcedentibus victoriis ſolet creſcere, non tentet dominum, quod facit qui de ſuis viribus præſumit, quaſi amplius peccare nõ poſſit.

(* finitimam. † glo. incabatur in omnib.)

B Nota diabolum in his vinci, in quib⁹ vicit Adam: Quem de gula tentauit, dũ de ligno vetito guſtare rogauit. De vana gloria dum dixit: Eritis ſicut dij. (Geneſ.3.a.) De auaritia, dum dixit: Scientes bonum & malum. Nota diabolum non eſſe pertinacem in ſtadio, ſed cedere veræ virtuti, & ſi non deſinit inuidere, tamen formidat inſtare, ne frequentius triumphet.

(ſabbatorum.)

a *Et fama exiit.* Non tantum a præſentibus propter uiſa miracula honoratur, ſed apud abſentes fama diuulgabatur.

Beda. Ne quis putet ea quæ per ordinem ſunt exponenda poſt ieiunium confeſtim facta, ſed poſt aliquot a domino miracula, uel in Iudæa, uel in Galilæa patrata, quæ apud Ioannem leguntur primo aduentu facta.

b *Docebat.* Poſt miracula ecce ſapientia, qua docet, qua doctrina per miracula præcedentia magnificat.

C c *Et venit, &c.* * Titus. Manifeſtum deinceps ſeipſum Iſraelitis ſanguinis neceſſitudine cõiunctis facere volens, palamque a Deo ſe inuictum oſtendere inſtituens, non abſque ſingulari conſilio, ciuibus oppidi Nazareth apud quos ſecundum carnem nutritus fuerat, iſtud præ cæteris docuit.

d *Et intra.* Intrauit Chriſtus die ſabbathi in ſynagogam, ritum legis Moſaicæ cumulo cœleſtis gratiæ adimpleret.

a Paſſionis, quando non tantum dolis, ſed aperte impugnauit. Sic etiam nos ille antiquus hoſtis aliquando tentare intermittit, ut quaſi ſecuros repente rediens facilius irrumpat. b Cum iam traditus eſſet Ioannes, iterum uenit in Galilæam. De primo aduentu tacet.

a tentatione, diabolus receſſit ab illo vſque ad te[a]mpus. † Et re[b]- 1

Signis miraculorum.

4 Et ſubdu. *Simon Petrus & alij qui erant cum eo. Et licet Andreas hic non nominetur, tamen intelligitur ibi fuiſſe, ſecundum quod dicit Aug. vt habetur ex verbis Mat 4. & Mar. 1. Dicunt tamē aliqui, quod illi non ſecuti fuerunt Chriſtum, tunc ei totaliter inhærendo, ſed cauſa reuerentiæ aliquantulum ſecuti ſunt eum aſſociādo, ad propria tamen reuerſuri. Sed poſtea vocati ſunt, nō reuerſuri amplius ad propria. De qua vocatione loquitur Matthæus & Marcus. Alij vero dicunt quo*[...] *iſta vocatio de qua hic loquitur Lucas, eſt eadem cum illa de qua loqui*[...] *tur Matthæus & Marcus, quia vocati ſunt ſimpliciter ad ſocietate*[...] *Chriſti, & hoc videtur verius, quia hic dicitur, relictis omnibus ſecu*[...] *ſunt eum. Qui modus loquendi proprie non conuenit niſi adhærentibu*[...] *Chriſto totaliter. Itē quia hic dicitur Petro a Chriſto.* Ex hoc iā eri[...] *ideſt, de cætero vacabis prædicationi. Et tali modo loquendi vtuntu*[...] *Matthæus & Marcus, qui ſecundum alios deſcribunt vocationem cor*[...] *ſimpliciter adhærendo Chriſto abſque reuerſione ad propria.*

5 Et fa. eſt. *Hic conſequenter deſcribitur vocatorum confirmatio p*[...] *opera miraculorum.* Et *deſcribuntur hic duo miracula. Primu*[...] *eſt de leproſo ſanato, ſecundū de paralytico curato, ibi.* Et factum e[...] in vna dierū. *Sētentia primæ partis patet ex dictis Mat. 8. & Mar.*[...] *excepto quod ſequitur.*

Ipſe

## MORALITER.

2 Noli. time. Et maior profectus ſibi promittitur, cū dicitur.

3 *Ex hoc iam, &c. Et factum eſt cum in vna eſſet, &c.* Beda. Typice autem leproſus humanum genus languidum peccatis deſignat, plenum lepra, quoniam omnes peccauerunt & eger[...] gratia Dei, vt ſcilicet, extenta manu. i. verbo Dei, humanam contingente naturam, a priſtini erroris varietate mundetur, & offerant pro ſua emundatione corpora ſua hoſtiam Deo viuam.

Et

llegē reuereor. Cū enim te curauerim mitto te ad ſacerdotum experientiā, vt atteſteris mihi quod non ſum prævaricatus in legem. Et quāuis dominus impendens remedia iuberet nemini dicere, inſtruens nos vitare ſuperbiā, fama tamen eius volabat vndique inſtillās auditui cunctorum miraculum.

a *Et conueniebant, &c.* Beda. Sanatur huius multas ad dominum congregat turbas; Vt enim ipſe interius & exterius ſanatum doceret, perceptū beneficium etiā iuſſus non tacet. Sed & Matthæus, euangelico functus officio, mox egreſſus, cœpit prædicare & diffamare ſermoné, itá vt non poſſet manifeſte in ciuitatem introire, ſed foris in deſertis locis eſſe, & conueniebant ad eum vndique.

b *Ipſe autem ora. &c.* Quando orat. theoricam vitam, quādo ſanat, actiuam informat.

a & conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & curarentur * ab
b infirmitatibus ſuis. Ipſe autem ſecedebat in deſertum, & ora- 1
c bat. Et factum eſt in vna dierum, & ipſe ſedebat docens: 2
d Et erant Phariſæi ſedentes, & legiſdoctores qui venerant
ex omni caſtello Galilææ & Iudææ, & Ieruſalem, & virtus
e domini erat ad ſanandum eos. † Et ecce viri portantes in le- †
f cto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum infer-
re, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum
a Diuinitatem cognitam.
g inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegu-
las † ſubmiſerunt eum cum lecto in medium ante Ieſum.
a Non paralytici qui ſenſu carebat.
h quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi pec-
i cata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Phariſæi di-
k centes: quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? † Quis
l poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Vt autem
cognouit Ieſus cogitationes eorum reſpondens dixit ad

* ab eo

† Mat. 9. a.

B Sanat vt Deus, orat vt homo. In vrbe miracula facit, in deſerto orat, vt & actiuæ & contemplatiuæ documēta mōſtret, ne quis pro cura proximi amorē Dei, vel pro amore Dei ſi ſit ſuperior, curam dimittat proximi. In deſertū ſecedit & orat, qui exurgentē ſtrepitum vitiorū premit, & quoddam ibi cum domino intra ſe deſertum, quærit, vt cum illo (exteriore tumultu ceſſante) per interna deſideria ſilenter loquatur.

Gregorius. Redemptor noſter per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis ſtudium in nocte pernoctat, vt perfectis prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam amore ſpeculationis funditus deſerant, nec cōtemplationis gaudia operationis nimietate contēnant, ſed quieti cōtemplātes ſorbeant, qđ occupati erga proximos loquētes profundant.

c *Et fa. eſt, &c.* Beda. Vbi ſedens docuerit Lucas breuiandi gratia pręteriit, ſed Matthęus in ciuitate ſua. Marcus in Capharnaū hoc eum feciſſe teſtatur. Sed ciuitas Chriſti dicitur Galilæa, in qua erat Nazareth & Capharnaū, ad diſtinctionē regionis tranſmarinę Geraſenorum, de qua trāſfretando venit in Galilęam, ficut Matthęus ſcribit. Vel ipſa Capharnaū ciuitas Chriſti eſt, quam non naſcendo, ſed virtutibus illuſtrando ſuam fecerat.

d *Et erant.* Ambro. Inter cęterorum remedia debilium, cōuenientibus ex omni parte doctoribus hæc paralitici ſanatio deſcribitur, vt magna & magnę rei ſignificatiua, vnde oraſſe premittitur, non propter ſuffragium ſed propter dandū exēplum, ideſt, quod docetur vnuſquiſque æger petendę ſalutis precatores adhibere, per quos vitę noſtrę compago reſoluta artuumque noſtrorum clauda veſtigia verbi cęleſtis remedio reformentur.

e *Viri por.* Alleg. Ideſt, erigentes ad ſuperiora animum hominū, quamuis exterioris hominis debilitate torpentē, quorum rurſus adminiculis, & attollere & humiliare, ſe facilius ante Ieſum locetur, dominico dignus videri aſpectu. Humilitatem enim reſpicit Deus.

C

f *Et quære. &c.* Beda. Deſiderant offerre, ſed turba interpoſita recludūtur, q a ſępe anima poſt infirmi corporis deſidiā ad Deum reſpiciens, & diuina gratia innouari deſiderans, priſtinę conuerſationis obſtaculo retardatur. Sępe dum cū Deo in orationibus colloquitur, turba cogitationum interueniēs, aciem mentis ne Chriſtus videat intercludit. Sed non eſt exterius in infimis, vbi turbæ tumultuantur, remanendum ſed tectum domus in qua Chriſtus docet aſcendendum, ideſt, ſacrę ſcripturę ſublimitas eſt appetenda, & lex Dei nocte dieque meditanda, qui in cuſtodiendo ſermones Dei corrigit in morem ſuum. Et patefacto tecto, ideſt, reſeratis ſcripturis, ęger ſub mittitur, quia ad Chriſti humilitatem fidei pietate deſcenditur, & ad Chriſti notitiam venitur.

D

g *Et per te.* Beda. Domus Ieſu tegulis tecta deſcribitur, quia ſub contēptibili litterarū velamine, ſi adſit doctor qui reſeret, diuina ſpiritualis gratię virtus inuēnitur. Quod cū lecto deponitur, ſignificat ab homine adhuc in iſta carne conſtituto Chriſtum debere cognoſci.

E

h *Quorum fi.* Beda. Multum valet fides propria cuiuſque, cum per alienam fidem homo interius & exterius ſit ſaluatus.

Beda. Hæc curatio paralytici ſignificat ſaluationē animæ ſuſpirātis ad Deū de diuturna illecebra carnalis inertiæ, quæ indiget bonis doctoribus qui eum ſubleuēt, & Chriſto offerant, & pro ea intercedāt. Qui apud Marcū quatuor fuiſſe leguntur, propter quatuor euangeliorū libros, ſeu propter quatuor virtutes, quib. ad promerendam ſoſpitatem mētis fiducia erigitur, quæ ſūt, prudētia fortitudo, temperantia, iuſtitia.

i *Homo remit.* Tu homo peccator, ego Deus qui peccata remitto, qui aliorum merito tibi peccata relaxo. Qui ergo peccatis grauatur, adhibeat eccleſiam quæ pro eo precetur.

Quia pro culpa animæ etiam corpus infirmabatur, ideo ſinaturus corpus prius ſanat animam.

K *Quis poteſt dimit.* Nemo dimittit peccata niſi Deus, qui per eos quoque dimittit quibus poteſtatem dimittēdi dedit. Cū ergo Chriſtus dimittat, vere Deus probat. Verū teſtimoniū Deo reddunt, ſed perſonā Chriſti negando fallūtur. Perfidia enim confiteri poteſt, credere non poteſt. Itaque teſtimoniū nō deeſt diuinitati, fides deeſt ſaluti, Deus autem volens ſaluos facere peccatores, & occultorū cognitione ſe Deū eſſe demonſtrat, & admiratione factorū illis reſpondēs. Quid cogitatis mali in cordibus veſtris? Eadē maieſtate & potentia qua cogitationes veſtras intueor, poſſum hominibus delicta dimittere. Ex vobis intelligite quid paralyticus cōſequatur. Sed quia ſpiritualē gratiā non cognoſcitis, nec creditis quod interius factum eſt, probetur ſigno viſibili quod non minoris conſtet eſſe potentiæ, vt in filio hominis latentē cognoſcatis potētiam maieſtatis, quia poteſt peccata dimittere vt Deus.

l *Vt autem co. &c.* Ambroſ. Magnus ſacerdos lepram videbat in cordibus Iudæorum, & peiores oſtēdit illo leproſo cui purgato iuſſit ſe offerre ſacerdoti. Sed hos ſummus ſacerdos repudiat, ne alios quoque eorum lepra contaminet. Leui. 13. d.

F

In

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Ipſe autem ſe. &c. Ad oſtendendum, quod prædicator verbi diuini debet fugere populi applauſum, & retrahere aliquando ſe a multitudine vt vacet orationi.*

Et

2 Et fa. *Hic deſcribitur de paralytico curato miraculum, quod factū fuit in Capharnaum, vt habetur Mar. 2. Et patet ſententia huius partis quantū ad curationē paralitici ex dictis Mat. 9. & quantū ad præſentationē dicti paralytici Mar. 2. quæ omittitur in Mat. & a Mar. ſupplet.*

Et

MORALITER.

f *Ecce viri. &c. para.* Paraliticus eſt peccator operibus meritoriis priuatus, ſed iacet in lecto, quando tenet eum peccati conſuetudo. Ipſum autē portantes, ſunt iuſti pro eo deprecātes, & ſic ponunt eum ante Ieſum, qui eum reſpicit quū preces eorum exaudit. Et tunc lectū ſuum tollit, quū a peccatorum conſuetudine recedit, & vadit in domum ſuam, quando bonis actibus feſtinat ad patriam cæleſtem, & in populis Deū magnificat de tali mutatione, quantum eſt dexteræ excelſi.

Et

a *In terra dimit. &c.* ✲ Theoph. Vide quod in terra dimit-
A tuntur peccata. Dũ enim ſumus in terra peccata delere poſſumus. Poſtquam vero a terra tollimur, non valebimus confiteri, clauditur enim ianua.

b *Tibi dico ſur.* Beda. Surgere, eſt animam a carnalibus deſideriis abſtrahere. Lectum tollere, carnem a terrenis deſideriis ad voluntatem ſpiritus attollere. Domũ ire, ad paradiſum redire, vel ad æternam ſui cuſtodiam, ne iterum peccet. Ecce per remiſſionem pœnæ, remiſſionem culpæ intellige.

†mala

c *Et ſt.* Ambroſius. Spectant ſurgentem increduli mirantur abeuntem, & diuini operis miracula malunt timere, quã credere nam ſi crederẽt, non timerent ſed diligerent. Perfecta.n. dilectio foras mittit timorem.

†Mat 9.a. mar.2.b. †grabatũ tuũ & ambula †glorificans †inopinabilia, incredibilia.

✲ Chryſoſtomus. Paulatim ſerpunt Iu-
B dęi magnificãtes deũ, non tamen putãt eũ Deum eſſe, obſtabat enim eis caro, nec tamen erat modicum æſtimare eum præcipuum eſſe mortalium, & a Deo proceſſiſſe.

Hom.30.in Mat.

d *Leui.* Beda. Idem Leui qui & Mathęus. Sed Lucas & Marcus propter honorem euangeliſtę nomẽ vulgatum tacent. Matthæus autem in ſermonis principio, accuſator ſui factus Matthæũ ſeu publicanũ nominat, ne quis a ſalute deſperet pro immanitate peccatorum, cum ipſe de publicano in apoſtolum, de teloneario in euangeliſtam ſit mutatus.

†Mat 9.b. Mar.2.c. 23.q.4.c.infideles. †1.quæ.1.ca. multi De pę.di.1.c. ecclęſia & di. 3.c.adhuc.

Beda. Ambro. Reliquit propria, qui rapiebat aliena. Nec ſolum lucra reliquit vectigalium, ſed & periculũ contemnit, quod poterat venire a principibus ſeculi, qui a rationes vectigaliũ incompoſitas reliquerit. Et quia in nullo prorſus huius vitę reſpectum vel cogitationem ſibi reſeruauit, dominicorum talentorum fidelis diſpenſator eſſe meruit.

C Beda. Per Matthęi electionem, fides gentium, quæ prius mundanis inhiabãt, ſed nũc corpus Chriſti ſedula deuotione reficiunt, exprimitur. Per ſuperbiam Phariſæorum inſinuatur Iudæorum inuidia, quæ de gentium ſalute torquetur.

✲ Chryſoſtomus. Vocatum Leui dominus honorauit, dum cum eo confeſtim epulatus eſt. Hoc enim ei maiorem præſtabat fiduciam. Nec ſolum cum eo diſcumbit, imo cum pluribus.

Hom.31.in Lucam.

illos. Quid cogitatis [a] mala in cordibus veſtris? Quid

a Dicto facere. Quod ſolus noui, qui dimitto. b Quod vos etiam videre poteſtis. Iunuit reſurrectionem omnium.

eſt facili[us] dice[a]re, dimittunt tibi peccata, an dicere, ſurge[b] &

Quia idem eſt filius hominis & Deus.

ambula? Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet pote-
a
b ſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico

a Vt quod fuit teſtimonium infirmitatis, fit probatio ſanitati. b Ne chriſtiana fide curatus, moreris in perfidia Iudæorum. c Beda. Magna virtus, vbi ſine mora ſalus imperium comitatur: unde merito qui uiderant relictis blaſphemiis ſtupentes, ad laudem conuertuntur tantæ maieſtatis.

ſu[a]rge, tolle lectum tuum, & va[b]de in domum tuam. Et con[c]
feſtim conſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, &
c abiit in domum ſuam † magnificans Deum. Et ſtupor ap-
prehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti ſunt
timore dicentes, quia vidimus † mirabilia hodie. † Et poſt 1

a Non tam corporeo quam miſerantis intuitu. b Leui additus uel aſſumptus, quia diuina cum electio aſſumpſit, & in numero apoſtolorum addidit.

d hæc exiit, & [a]uidit Ieſus publicanum nomine Leui ſede[b]ntem

a Pertinaciter lucris inhiantem. Telos græce, uectigal. b Ambro. Non greſſu corporis ſed mentis affectu. Amodo. c Non lucra.

ad telo[a]næum, & ait illi. Sequ[b]ere me[c]. Et relictis omnibus ſur-

a Non leuitate ductus, ſed uirtute operum & diuina potentia intus operante, ſequitur tam corpore quam mente.

gens ſecu[a]tus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnũ Leui in †

a Beda. Viderant publicanum a peccatis ad meliora conuerſum, locum inueniſſe penitentiæ, & ob id etiam ipſi non deſperant ſalutem.

domo ſua. Et erat turba multa publicanorũ & aliorum, qui

a Dupliciter errant, quia & ſe iuſtos putant cum ſint ſuperbi, & illos reos cum iam peniteant. Vel uerunt. b De ieiunio gloriantes.

cum illis erant diſcumbentes. † Et mu[a]rmurabant Pha[b]- 2
e riſæi & ſcribæ eorum, dicentes ad diſcipulos eius, Qua-
re cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? &

a Ideo uos declino, quia putatis vos non egere. b Qui gratiam non quærunt.

f reſpondẽs Ieſus dixit ad illos. † Non ege[a]nt qui ſani[b] ſunt me-

a Hos iuuo qui penitendo dant locum gratiæ. b Qui iuſtitiæ ſuæ confidunt.

g dico, ſed qui male habent. Non enim venit uocare iu[b]ſtos, ſed

ribus. Conuenerant enim publicani ad eum ſicut ad colle[gam] & hominem cauſ[æ] ſ[uæ]..., ſed & ipſe gloriãs de preſen[tia] Chriſti conuocauit omnes. Chriſtus etiam quodlibet gen[us] remedij exhibebat, & non ſolum diſputando & pręſtando [ſa]nitatis remedia, vel etiã redarguendo ęmulos, ſed etiã cõ[me]dendo nonnullos [er]rantium corrigeb[at] inde nos inſtituẽs quodlibet opus & [tem]pus poteſt nobis v[ti]litatem afferre.

D

c *Quare &c.* Amb[roſius]. Omnis quęſtio ex [le]ge quæ tenax iuſti[tiæ] non habet miſeric[or]diam. Omnes eni[m] declinauerũt ſed e[ius] auſteritatem mi[tigans] filius Dei gratia eu[an]gelica tẽperauit. P[ro]uoçat ergo ad pœ[ni]tentiam peccator[es] cuius cibus & po[tus] & ambulatio & [om]nia quæ geſſit, ſa[lutem] ſeruiunt.

Ambroſius. B[eda]. Qui domicilio C[hri]ſtum recipit inte[rnis] maximis exube[ran]tium paſcitur del[ecta]tionibus volupt[atum]. Itaque dominus [in]greditur, & in e[o] qui credidit recu[m]bit affectus. Sed i[n]ſus accẽditur inu[idia] perfidorum futu[ræ] pœnæ ſpecies pra[efi]guratur. Epulantib[us] enim fidelibus & [in] regno cœlorum [re]cumbentibus, pe[r]dia ieiuna torque[n]tur. Oſtẽditur eti[am] quantum interſit

E

ter ęmulos legis & gratiæ, quia qui legẽ ſequuntur, mẽtis [fa]mẽ patientur æternã. Qui vero in interiorib. verbũ recep[e]rint, alimenti cęleſtis & fontis vbertate recreati eſurire & [ſiti]re non poſſunt, & ideo qui animo ieiunant, murmurant, d[icen]tes, quare cum pu. &c. Filii diaboli, venenum ſerpentis dif[fun]dunt. Serpens primam vocem emiſit, dicens Euæ, quid [quia] que Deus dixit. Nolite manducare ex omni ligno? hunc i[mi]tantur iſti.

f *Medico.* Chriſtus medicus qui miro medicandi genere [vul]neratus eſt propter iniquitates noſtras. Hoc medicamine [ſer]pentis venenum excluditur. Qui hoc medicamento vti[tur] non remanet ieiunus.

g *Vocare iuſtos.* Bed. Iuſtos vocat eos, qui Dei iuſtitiam i[gno]rantes, & ſuam volentes cõſtituere, iuſtitię Dei non ſunt [ſub]iecti, & de lege pręſumẽtes gratiam euãgelii nõ quęrũt. [Pec]catores qui ſua mala attendẽtes, nec per legem ſe poſſe [iuſti]ficari putantes, Chriſti ſe gratiæ pęnitendo ſubmittunt.

Qua

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et poſt hæc exiit. *Hic cõſequẽter deſcribitur vocatio Matthæi & primo deſcribitur iſta vocatio, ſecundo deſcribitur murmurantium confutatio, ibi.* Et murmurabant. *Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 9. b.*

2 Et mur. *Hic conſequenter deſcribitur malignantium confutatio, & hec in tribus caſibus. Secundus ponitur, ibi.* At illi dixerunt. *tius in principio ſequentis capituli. Primus caſus eſt, quia Phariſæi murmurabant de communicatione Chriſti cũ peccatoribus in cibo & in potu, quam murmurationem Chriſtus oſtendit irrationabilem patet ex dictis Matthæi 9. Secundus caſus eſt, quod accuſabant diſcipulos Chriſti, eo quod non ieiunabat ſicut Phariſæi e*

MORALITER.

1 *Et poſt hæc exiit & vidit Ie.* Sequitur.

† *Et fecit ei conuiuium magnum Leui.* Chryſoſtomus. Chriſtus quodlibet genus remedij exhibebat, & non ſolũ diſputando, & pręſtando ſanitatũ remedia, vel etiam redarguendo ęmulos, ſed etiam comedendo nõnullos errantium dirigebat. Inde nos inſtituens, quod quodlibet opus & tempus poteſt nobis vtilitatẽ afferre. Et publicanorũ participationẽ non vitauit, propter vtilitatem ſequentem, more boni medici qui ſaniem tangeret, a morbo non liberaret.

Qua

a *Quare diſci.* Beda. Matthæus dicit ipſos diſcipulos hoc
A [illegible]ſſe. Sed ſciendum, quia vtrique quæſierunt.
Beda. Spiritualiter diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiu-
[illegible]t, quia qui opera legis vel traditiones hominũ ſequitur,
qui etiã vocem Chriſti tantum aure percipit, abſtinens a
[illegible]is, ieiuno corde
[illegible]eſcit. Sed q Chri-
[illegible]adhæret, reficitur
a carne eius epu-
r & ſanguine. Ioã
vinũ & ſiceram
[illegible]bibit, quia abſti-
[illegible]tia meritum au-
[illegible], cui nulla eſt po-
[illegible] naturæ. Domi-
autem qui pec-
[illegible] poteſt condo-
[illegible]e, cur a peccatori
declinaret quos
[illegible]tinentibus pote-
facere iuſtiores?
[illegible]nat & Chriſtus
præceptum de-
[illegible]es. Manducat cũ
catoribus, vt gra-
[illegible] & poteſtatem
[illegible]lligas.
B b *Nunquid enim po.*
[illegible]a. Quamdiu ſpõ-
nobiſcum eſt &
[illegible]titia ſumus, nec
[illegible]nare poſſumus,
lugere, Cum au-
propter peccata
recedit, tunc indicendum eſt ieiunium, & recipiendus
luctus.

c *Filios ſponſi.* Beda. Sponſus, Chriſtus, ſponſa, eccleſia. De
ſancto connubio apoſtoli ſunt creati per lauacrum re-
[illegible]erationis, vnde Marcus filios nuptiarum eos appellat.
Qui lugere & ieiunare non poſſunt, quamdiu ſponſum in
[illegible]lamo vident & ſciunt eſſe cum ſponſa, ſed quando tran-
[illegible]int nuptiæ & paſſionis & reſurrectionis tempus aduene-
[illegible]tunc filij ſponſi ieiunabunt, deſiderantes iudicis aduẽtũ.
*Venient autem.* Beda. Quaſi dicat. Facturi eſtis, vt lugẽtes
[illegible]nent, quia eſtis ſpõſum occiſuri. Hic luctus abſentiæ ſpõ-
[illegible]õ tantũ poſt mortem ſponſi, ſed & ante incarnationẽ il-
per totum huius ſeculi tempus eſt celebratus, qñ deſide
[illegible]ant ſancti incarnationẽ. Poſt aſcenſionem vero deſide-
[illegible] ſancti aduentũ iudicis. Neque hic luctus requieuit niſi
[illegible]mdiu cum diſcipulis dominus in carne conuerſatus eſt.
e *Tunc ieiunabunt, &c.* De vtroq; ieiunio quod eſt in tribu-
[illegible]one vel gaudio rñdet: Cũ ablatus erit ſponſus, tunc erũt
[illegible]mœrore & luctu, donec per ſpiritumſanctũ conſolatio tri
[illegible]tur, quo dono percepto, ieiunium quod fit per lætitiam,
[illegible]nouati in vitã ſpiritualem celebrabunt. Et hic prius agit
[illegible]ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. Illud
C [illegible]em quod ad gaudium mentis pertinet (quando mens ad
[illegible]ritualia ſuſpenditur, & ideo a cibis corporeis alienat) ſe-
[illegible]entibus ſimilitudinibus ſignificat, oſtẽdens quod carnali
[illegible]s & ob hoc adhuc veterẽ ſenſum trahentibus, hoc genus
ieiunij non congruit.

f *In veſtimento.* Beda. Veteri veſtimento comparantur di-
ſcipuli, qui adhuc ſunt vetus homo: Quibus nouus pãnus, id
eſt, aliqua particula nouæ vitæ non dẽt immitti. Quod ſi fit,
etiam ipſa noua veſtis, id eſt, doctrina nouæ vitæ quodam-
modo ſcinditur, cu-
ius particula quæ ad
ieiunium ciborum
valet importune tra-
ditur, cũ illa doceat
generale ieiunium,
non a concupiſcen-
tia ciborum, tantum
ſed ab omni lætitia
temporalium dele-
ctationum. Cuius ge
neralis ieiunij illa
pars, quæ ad cibos
pertinet, non debet
impertiri hominibus
adhuc veteri conſue
tudini deditis, quia
& illic videtur quaſi
ſciſſio fieri. Et ipſi
vetuſtati non conue
nit, quia timendum
eſt ne per nimiã au-
ſteritatem, etiam fi-
dem quam habebant
amittant, quia non
deberet miſceri act^o
veteris & noui homi
nis. Non enim pla-
cet ſponſo diſcolor
veſtis, unde Apoſtolus: Exuite veterem hominem cum
actibus ſuis, & induite no.

a Conuerti volentes.

a peccatores in pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare †
diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & † obſecrationes fa-
ciunt, ſimiliter & Phariſæorum, tui autem edunt & bibunt?
b c Quibus ipſe ait. † Nunquid poteſtis filios † ſponſi, dum cum †
d illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Venient autem dies, cum

a Ab amore mundi non ſolum à cibis. In humilitate tribulationis.

e ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

Quare nondum conueniat apoſtolis ieiunium.

Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: † quia nemo com- 1

a Particulam. Ablatam. Ieiunio vitiorum.

f miſſuram à veſtimento nouo immittit in veſtimentum vetus,

a Quia incipit diſplicere & ſi ante placuerit.

alioquin & nouum rumpit, & veteri non † conuenit com-

a Ablata. Vitæ nouæ miſteria non ſunt commit endа mentibus nondum innouatis.

g h miſſura à nouo, Et nemo mittit vinum nouum in vtres vete- 2

Quod ſi fit, nec rudes mentes hoc parti poſſent, & ipſa doctrina nihil prodeſt, & ipſæ mentes pondere peccatorum ſuffocantur vel premuntur.

res: alioquin rumpet vinum nouum vtres & ipſum effunde-

Noua myſteria innouati mentibus committantur.

i tur, & vtres peribunt. † Sed vinum nouum in vtres nouos

a Doctrina memoriæ traditur & mens non eſt ſine fructu.

mittendum eſt, & vtraque conſeruantur. Et nemo bibens

a Vult enim poſtea ſi innouatur, quod etiam contigit apoſtolis.

uetus ſtatim vult nouum, dicit enim, vetus † melius eſt. 3 4

† obſeruationes.
† thalami nuptialis.
† Matth. 9. b. Mar. 2. d.
† conuenict.
† ſuauius.

g *Vinum.* Vino intus reficimur, veſte foris tegimur. Veſtis
ergo ſunt bona opera quę foris agimus, quibus coram homi
nibus lucemus. Vinum, feruor fidei, ſpei, & charitatis, quo
in conſpectu Dei in nouitate ſenſus intus reformamur.
h *In vtr.* Beda. Veteribus ẽt vtribus cõparantur, qui nouo
vino. i. ſpiritualibus præceptis facilius dirũpuntur, quã cõti-
neant. Erunt aũt noui vtres, cũ poſt aſcenſionẽ accepto ſpi-
ritu, deſiderio conſolationis eius orando innouabuntur.
Aliter. Aiæ nõdũ innouatæ, ſed in vetuſtate malitiæ perſe
uerantі, nouorũ myſteriorũ ſacramenta non debẽt cõmitti
Aliter. Veteres vtres ſunt ſcribę & phariſæi. Nouus pãnus &
nouũ vinum, pcepta euangelij, quæ nõ pñt ſuſtinere Iudæi,
ne maior ſciſſura fiat, cum quibus Galathæ pcepta legis mi-
ſcebãt in vtres veteres vinũ nouũ. Conueniunt aũt apoſtolis
nõ his q traditionibus maiorũ deprauati, ſinceritatẽ præce-
ptorum Chriſti nequeunt cuſtodire, vnde ſubditur. *Et nemo.*
Quia Iudæis veteris vitæ ſaliuis imbutis, nouæ gratiæ præce
pta ſordebant quia maiorum traditionibus accumulati, dul-
cedinem ſpiritualium verborum percipere non valebant.
i *Sed vi.* Fragilitas humanæ cõditionis aperitur cũ corpora
noſtra exuuijs defunctorum animalium cõparantur. Sed re-
nouatis vtribus noua vina conduntur, cũ ſacramẽta q acce-
pimus inuiolata ſeruamus. Hos vtres ſi pleni ſunt, gratia ſer-
uat, ſi vacui, tinea & erugo cõſumit. ſemper ergo ſint pleni.

D
E
F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Ioannis diſcipuli, ſed Chriſtus eos excuſabat rationabiliter,
patet ſententia ex dictis Matth. 9. hoc excepto.
1 *Quia ne. &c.* Commiſſura idem eſt quod iunctura: Et dici-
tur à con quod eſt ſimul, & mitto, tis, quaſi ſimul mittere. Illa
enim quæ coniunguntur, ſimul mittuntur.
2 *Et ne. &c. vi.* Conſuetudinarie.
3 *Statim vult.* Id eſt, repente.
4 *Dicit enim.* Quia magis ſapit ſibi propter conſuetudinem bi
bendi, eo quod conſuetudo eſt quædam natura, ſed paulatim
aſſueſaciendo ad bibendum nouum, tandem efficitur ſibi ſapi-
dum: Et eo modo hominibus conuerſis de nouo ad vitam perfe
ctionis, opera inconſueta ſunt eis difficilia, ſed paulatim aſſue-
faciendo efficiuntur eis facilia & delectabilia.

3 Statim CAP.

## MORALITER.

† *Quare di. &c.* Per Phariſæos, qui diuiſi interpretantur, hære-
ti[illegible] ab eccleſia præciſi ſignificantur, per diſcipulos ergo Ioannis
q ſe coniunxerunt Phariſæis, ſignificantur ſimplices chriſtia-
ni qui cum hæreticis familiaritatem contrahunt ex aliqua occa-
ſione, & ex hoc aliquando trahuntur ad eorum mala.
† *Nunquid, &c.* Quaſi dicat. Non. propter quod apud proba-
tiſſimos Aegypti monachos ſtatutum fuit, vt nullus ieiunaret à
Paſchate vſque ad Aſcenſionem propter gaudium reſurrectio-
nis Chriſti, quo tempore frequenter diſcipulis apparuit & cum
eis comedit, vt dicitur in Collationibus patrum Collatione pri-
ma Theonis abbatis.
1 *Quia nemo.* Per iſtas ſimilitudines ſignificatur, quod doctri-
na no. teſtam. non conueniebat actiue niſi hominibus renouatis
per donum ſpiritusſancti. Tunc enim data fuit eis intelligentia
perfecta ſcripturarum, & loquentia omnium linguarum.
2 *Et nemo, &c.* Sic imburi legalibus obſeruantiis nolebant eas
dimittere, vt habetur Actu. 15.

MORA-

CAP. VI.

A a F Actum eſt autem in ſabbato ſecundo primo, Beda. Dicit quod ſabbati litera ſolui cœperat, deuteron, proteron, ideſt, ſecundo primum ſabbatum vocat, per hoc innuens obſeruātiā legalis ſabbati ceſſaturam, & naturalis ſabbati libertatē (que vſque ad Moyſi tēpora ceterorum dierum ſimilis erat reſtituenda) qua credentes per gratiam ſeptiformis ſpiritus a malis operibus vacant. Sabbatum ergo gratiæ, ad diſtinctionem legalis ſabbati, ſecundo primum dicitur, id eſt, primum ſecundo prelatum. id eſt, ſuperius, & dignius inferiori legali. Vel ordine tēporis, quia & ante legem hoc ſabbatum a patribus ita agebatur, ſicut nunc agitur a nobis. Vel ſecundoprimum dici poteſt, vt vnum idemque noui teſtamenti ſabbatum, &
B ſecundum ſit, quia poſt legale a nobis obſeruatur, & primū quia ante decreta legis a iuſtis obſeruabatur antiquis.

* Mat.12.a. Mar.2.d. De con.dis.5 c. diſcipulos

† 3 Re.21.b † Mat.12.a. † eſuriſſet

* etiam Eccel.4.d.

CAP. VI.

Vnā dictio eſt vel duæ ſunt dictiones.

F † Actum eſt autem in Sabbato ſecundo primo, cum tranſiret per ſata, vellebāt diſcipuli eius ſpicas, & manducabant cōfricantes manibus. Quidam autem Phariſęorum

Secundum preceptum legis.

dicebant illis, Quid facitis quod non licet † in ſabbatis? Et reſpondens Ieſus ad eos dixit † Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cum † eſuriret ipſe, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domū Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & māducauit, & dedit his qui cū ipſo erant. quos nō licebat mādu

a Præeſt non ſubeſt ueteri obſeruantiæ & ideo non peccat qui ſecundum eius obſeruationem obſeruat.

care niſi tantum ſacerdotibus? Et dicebat illis. Quia dn̄s eſt fi-

Beda. Sabbatis maxime curat & docet, non ſolum propter inſinuandum ſpirituale ſabbatum, ſed etiam propter celebriorem conuentum.

lius hominis etiam ſabbati. Factū eſt autem & in alio ſabbato vt intraret in ſynagogam, & doceret. † Erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obſeruabant autem ſcribæ

traiicere, mortificabant veterem hominem cum actibu[s] a terrena intentione extrahendo, exempla operū propo[nendo] ariſtarū integumenta remouendo. & grana mundata pe[r] prædicantium membris eccleſię incorporando. Apud [alios] diſcipuli pręgredientes dominum hoc egiſſe referuntur. [...] neceſſe eſt, vt do[cto]ris ſermo præc[edat], ut ſic cor aud[itoris] gratia ſupernæ [...] tutionis illuſtret [...] hoc putant [...] ſabbato non lic[ere]. Chriſtus vero [...] gratiæ munere [...] gnat eſſe ocium [...] opus gratiæ, ar[...] doctores legis n[...] legem.

d Dicebant il. &c. Alii dicunt ipſi [do]mino hæc ſu[...] iecta. Sed a di[...] & ipſi domino, [...] ſcipulis potu[...] obiici, & cui[...] obiectum ſit, [...] ſum maxime [...] cit.

e In ſabbatis. [...] ta ſignificant [...] tiones. Vel q[...] hoc ſeculo ag[...] a vacantibus [...] ſtitionibus Iud[...] Vel que in futuro agentur, quando in perpetua ſollem[nitate] manducabimus bona terræ.

Secundo primo. Ad literam, in altero ſabbato quod poſt illud fuit primitus ſecūdum, vel quod occurrit prius, poſt ſecūdum, ab eo quo præcedentia ſunt dicta vel ſacta.

* Titus. Quod de Sabbato primo ſecundo euangeliſta hoc loco commemorat, illud ſanctus Iſidorus peluſiotes ita exponit. Dicitur, inquit, Sabbatum primo ſecundum, quia ſecūdū erat ſolennitatis Paſchæ, primum autem azymorū. Neq; mireris ſecūdum diem Sabbatum appellari. Iudęis. n. totum paſchalis celebritatis tempus. Sabbatū appellare legitimū erat. Quare alicubi feſtum hoc ſabbatum ſubbatorum appellatur.

* Theophylactus. Dicit autem in ſabbato ſecundo primo, quia Iudęi omnem feſtiuitatem ſabbatum nuncupabant, requies enim dicitur ſabbatum. Multoties ergo contingebat in paraſceue feſtiuitas, & vocabant paraſceuem ſabbatum, ꝑpter feſtium, deinde principale ſabbatum ſecundum primū dicebant, quaſi ſecundū exiſtens a ꝑcedentis diei feſtiuitate.

b Per ſata. Myſtice. Ager mundus, Agri ſeges, humani generis fęcunditas. Spicæ, fructus eccleſię, quibus ſaturantur apoſtoli noſtro ſe alentes profectu.

c Vellebant di. &c. Non habentes diſcipuli ſpacium manducandi propter importunitatem turbarum eſuriebant vt homines, ſed vellentes ſpicas inediam conſolantur, quod eſt indicium auſterioris vitę non pręparatas eſcas, ſed cibos ſimpli
C ces quærere. Et nota quod apoſtoli literām ſabaati iam deſtruunt aduerſus Hebionitas, qui alios apoſtolos recipiunt, Paulum quaſi legis tranſgreſſorem repudiant.

Beda. Myſtice. Diſcipuli eſurientes ſalutem hominum tranſeunt per ſata, id eſt, per regiones quæ albæ ſunt ad meſſem. Spicas confricant, quia in illis quos in corpus Chriſti volunt traiicere

f Nec hoc legi. &c. Bed. Quomodo domino ad crimen [ob]icitur, quod in ſeruo pro crimine non tenetur? Verus re[x] & ſacerdos, & ideo dominus ſabbati euulſarum ſabbato ſp[icarum] noxa non tenetur.

g Dauid cum, &c. Beda. Si Dauid, & Achimelech excu[ſatio]ne famis mandatum legis tranſgredientes non reprehe[ndi]tur, cur eandem in apoſtolis famem non probatis?

Alle. Dauid qui cum ſociis fugit a facie, Saul, ſignifi[cat Chri]ſtum, qui cum diſcipulis latet principem mūdi, Da[uid ſer]uator legis panes conſecratos manducat, & dat illis [qui cum] illo ſunt, ſignificans ſacerdotalem cibum ad vſum [gentium] rum populorum, ſiue quia omnes filii eccleſię ſunt ſacerdotes vnctu ſpiritufancto vt ſeipſos offerant.

* Chriſoſt. Attende quod quandocumque domino [ſer]mo pro ſeruis, id eſt, diſcipulis, ſeruos ducit in medium [...] cet Dauid, & ſacerdotes, quando vero pro ſe, introduc[it pa]trē ſicut ibi. Pater meus vſque modo operatur & ego operor.

h Intrauit in domum Dei. Magna hoſpitalitatis gratia, pro[po]ſito mortis periculo, non declinat hoſpitem animus ſacerdotis. Et ſic nos debemus aliena pericula in nos transferre [...] & verum Dauid hoſpitio mentis nec pro periculo mor[tis] [...]ri excludunt ſacerdotes.

i Homo. Bed. Myſt. Hō iſte humanū genus ſignificat in [fecun]ditate boni operis arefactum, pro manu in primo paren[te] lignū extenſa, quam ſanat manus innocens in cruce ex[tenſa]. Et bene manus in ſynagoga erat arida, quia vbi maius [donum] ſcientiæ, ibi maiori tranſgreſſor ſubiacet culpæ.

K Obſerua. Bed. Quia deſtructione ſabbati, quam in diſ[cipulis] arge-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VI.

F Actum eſt. Hic ponitur tertius caſus, quia Scribæ et Phariſęi arguebant Chriſtum et diſcipulos eius de violatione ſabbati, & hoc in duplici caſu, ſecundus ponitur ibi.

1 Factum eſt. Sententia autem iſtarum duarum partium [...] dictis Matt. 12. vbi iſti duo caſus ponuntur eodem ordine quo hic & ponuntur eodem modo, excepto quod ſequitur.

MORALITER.

1 Factum eſt autem. Per ſpicas conuenienter intelligi poſſunt figure ve. teſt. continentes ſub velamine literę grana ſpiritualia noui, vt ſub pręcepto carnalis circumciſionis, munditia circumciſionis mentalis. Sic ergo ſpicas vellere eſt literā hoc occidētem tollere, & ſpūalem ſenſum retinere. Quod fecerunt apoſtoli, aliique diſcipuli, & ſic manducabant, incorporando credentes eccleſiæ myſtico corpori.

† Nec hoc le. Moralitas autem huius ponit 1. Reg. loc[o] [...]

† Factum eſt autem in alio ſab. Manus arida ad operandū inualida, ergo per hominem manum aridam habētem [ſi]gnificatur piger, & ocioſus, ſed cum ad verbum Chriſti ſtat [...] dio virtutis, manus eius ſanatur, & in bonis operibus e[xerce]tur.

Fal[...]

A ...guebant probabili magiſtri excuſauit exemplo, nunc ipſū ...ſeruando magiſtrum, calumniari volunt, vt ſi non curet ...delitatis, vel imbecillitatis, ſi curet, trāſgreſſionis arguāt.

*Interrogo vos.* Beda. Præueniens calumniam, quam ſibi pa...ant arguit eos, qui præcepta legis male interpretando, ēt ... bonis operibus ...bato feriandum ...imabant, cum lex ...eruili opere, ideſt, ...alis abſtinere præ ...iat in ſabbato. In B ...o ſignificatur in ...tima quiete il..., qui in ſex ætati...s huius ſeculi bo... fecerunt, non a ...nis, ſed a malis ...ias habituros.

*Animam ſaluam.* ...da. Corpus cura...us de animæ ſalua C ...ne interrogat, qa ... miracula ꝓpter ...mæ ſalutem fa...bat, & ipſa ſanatio ...nus ſalutem ani...: ſignificabat. Vel ...mine animæ to...: homo ſignifica...:.

*An perde.* BEDA. ...n eſt autor mali ...us, ſed quos non ...uat, perdere dicitur.

Aug. Poteſt moueri quæſtio, quomodo Matthæus dixe... quod ipſi interrogauerunt dominum, ſi licet ſabbato cu...e, cum Lucas hic illos potius a domino interrogatos eſſe ...hibeat. Itaque intelligendum eſt, quod illi prius interro...runt dominum, deinde videns cogitationes eorum, aditū ...uſandi quærentium, conſtituit in medio eum quem fue... ſanaturus, & interrogauit quæ Marcus, & Lucas eum in...rogaſſe commemorant.

d *Extende.* Beda. Infructuoſæ debilitas animæ nullo melius ...line curatur, quam eleemoſynarum largitate, vnde dici...: Non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dan...n collecta. Quia fruſtra pro peccatis rogaturus manus ad ...um extendit, qui has ad pauperes pro poſſe non ex...dit.

e *Inſipi.* Quia ſolo liuore permoti ſunt, non enim in culpa ..., vel hominis manum extendere, vel Ieſum ſanare. Ma... inſipiētia erat de nece eius tractare cuius beneficijs plu...ium indigebant.

f *Exijt in montem orare.* Mons in quo apoſtolos eligit, & do... altitudinem ſignificat iuſtitiæ, quia inſtituendi erant, & ...dicaturi ne in infimis remaneant, ſed ad ſuperna erigan... Sic & lex in monte data fuit. Apoſtolos præeminentius ...lucit, vt a monte prius montes ſuſcipiant pacem populo annunciandam.

& Phariſæi, ſi in ſabbato curaret, vt inuenirent, vnde accu-
Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.
ſarent eum. Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum, & ait ho- 1
mini qui habebat manum aridam. Surge, & ſta in medium.
a Et ſurgens ſtetit. Ait autem ad illos Ieſus. Interrogo vos, ſi
Exponit. Ideſt hominem curare.
b licet † ſabbato bene † facere, an male, animam ſaluam fa-
a Ideſt a perditione ſaluam non facere. b Quaſi iratus illis obmuteſcentibus.
c cere, an † perdere? Et circunſpectis omnibus dixit homini.
a Ad pauperem, ut proximum iuues, uiduæ præſidium feras, extende ad Deum pro peccatis tuis orando. b Quæ crimine aruerat, fructis bonorum operum ſaluberibus rigatur. c Quia ſtatim Dei Imperium ſequitur miraculum.
d Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus
Ideſt inuidia.
e eius. † Ipſi autem repleti ſunt † inſipientia, & colloqueban- 2 3
Quomodo eum perderent.
tur ad inuicem, quidnam facerent de Ieſu. † Factū eſt autem 4
a Forma præſcribitur, quam debeas æmulari.
f in illis diebus, exijt in montē orare, & erat pernoctās in orō †
Non ſeculi.
g nē dei. Et cū dies factꝰ eſſet, vocauit diſcipulos ſuos † & elegit 5
a Vt quadratum orbem fide trinitatis inſignirent.
duodecim ex ipſis quos, & apoſtolos noīauit. Simonē quem 6
a Scilicet vocauit.
h † cognominauit Petrū, et Andream fratrem eius, Iacobū, & 7

annunciandam. Sic & Moyſes ſolus legem ſpiritualiter intel- D ligens, montis verticem in quo Deus erat aſcendit.

Moraliter. Qui Deum orando quærit ad ſuperiora progreditur verticem curiæ ſublimis aſcendit. Orat autem, dominus, non pro ſe quaſi impotens, ſed pro me, ſicut clemens. Vnde ſtatim ſubditur. *Et cū dies fa. eſſet.* omnes qui eius magiſterio diſcunt iter regni.

✻ Titus. Per hæc Euangeliſta, vt placet Cyrillo, voluit oſtēdere Chriſtum, E omnia quæ faciebat ad communem vtilitatem eorum, qui in illum credituri erant, feciſſe. Voluit per hæc rurſum ſpiritalis vitæ formam ſeipſum proponere, quique inter veros adoratores cenſendi ſunt, patefacere. Voluit tādem exemplo ſuo docere preces, ſecreto, hoc eſt, nemine quo ad eius fieri poteſt, cernente, vel obſeruante, tranſmitti debere. Qui ergo ſalubriter precari cupiunt, ſanctas, puraſque, & ab omni ambitione alienas manus ad Deum ſubleuent cumque in modum ſeſe componant oportet, quaſi diuinam maieſtatem coram aſſiſtere conſpiciant, debent ad hæc mentem ab omni tumultu, mundanaque cura, & cogitatione ſeuocare debent æque non remiſſe, nec ignaue, hoc eſt, cum quodam mentis tædio, & animi inconſtantia illud ipſum facere, ſed conſtanter & ſtudioſe. Debent poſtremo opus, ſi quod forſan præ manibus eſt, in ſecundis habere, neque mirari, aut frangi, ſi non ſtatim audiantur, audiuimus enim dominum noſtrum, non quouis modo, hoc eſt, obiter oraſſe, ſed in oratione Dei pernoctaſſe. F

† Agere

† Amentia

† 2.q.7.c. plerumque

† Mar. 10.a Mat. 9.c

g *Diſcipulos.* De quibus elegit 12. quos Apoſtolos, id eſt ſuo loco miſſos nominauit, vnde. *Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.* In montem aſcendens ad ſe vocat, elegit quos vult, quia non illorum eſt ſtudij, ſed diuinæ gratiæ, vt in apoſtolatum vocarentur, vnde. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Non ſapientes, non diuites, non nobiles elegit, ne duxiſſe pro prudentia, ne redemiſſe diuitijs, ne potentiæ nobilitatiſque auctoritate aliquos ad gratiam traxiſſe videretur. Ioan. 20.e Ibidem 15.c

h *Cognominauit.* Non modo primum, ſed longe prius cum ab Andrea adductus dicitur. Tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus. Sed volens Lucas nomina 12. apoſtolorū nominare,

NICOLAVS DE LYRA.

*Et ait homini qui.* Hoc autem fecit Chriſtus, vt miraculum ...euidentius, & manifeſtius argueretur cæcitas mali...nantium.

*Ipſi autem repleti ſunt inſipi.* Ideſt, irrationabili iracundia, ...m magis deberent eſſe grati de beneficio diuino.

*Et colloquebantur ad inuicem quidnam facerent de Ieſu.* Iam e...m tractabant de morte ipſius, ſed Chriſtus noluit mori an... tempus præfinitum a patre, vt implerentur ſcripturæ pro...clatum de ignominioſa eius morte.

*Factum eſt autem in illis.* Poſtquam deſcripta eſt uocatio ...itium ad Chriſti diſcipulatum, hic conſequenter deſcribi... promotio aliquorum ex illis ad apoſtolatum, & primo deſcribitur dicta promotio, ſecundo promotorū inſtructio, ibi. *Et deſcendens Ieſu de monte.* Circa primum dicitur *Factū eſt.* per hoc oſtendit Chriſtus, quod promotioni aliquorum ad ſtatum dignitatis in eccleſia Dei debent orationes deuotæ præmitti, ideo ſubditur.

5 *Et elegit duodecim.* Quibus ſuccedunt epiſcopi in eccleſia Dei.

6 *Simonem quem co.* Ante conuerſionē. n. vocatus eſt Simon, ſed poſtea mutatū eſt nomen eius. Et ex hoc inoleuit conſuetudo, quod quando aliquis creatur in Papam, mutatr nomen eius. 7 *Iacobum.* i. filium Alphei. Et iſte vocatus eſt Iacobus iuſtus & frater domini, quia erat ei valde ſimilis in facie, & in lineamentis corporis.

Iudam

MORALITER.

*Factum eſt autem in illis diebus.* Chriſtus apoſtolos electurus orauit prolixe, vnde ſubditur.

Et

† *Et erat pernoctans in oratione Dei.* per hoc oſtendens quod epiſcopi qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum non ſunt eligendi per inductiones, & per falſas promiſſiones, ſed per deuotas orationes.

nominare, cum neceſſe haberet Petrum dicere, breuiter voluit innuere, quod non antea vocaretur, ſed ita dominus cognominauit, vt non caſu factum putetur, ſed ex commutatione ſacramentum petræ audientibus commendaretur.

a *Matthæum.* Matthæus compari ſuo Thomę, in ordine cauſa humilitatis ſe ſupponit, cum cæteris Euangeliſti prælatus ſit.

b *Et deſcendens, &c.* Electurus apoſtolos dominus in montana ſubijt, turbas docturus ad cāpeſtria redit, quia non niſi humili turbę Chriſtū videre ſufficiūt, & raro inuenitur quod vel turba dominum ad altiora ſequatur, vel quiſpiā debilis in monte curetur, ſed extincta ſebre libidinū, & ſucceſa luce ſcientiæ, pedetentim quiſq; ſubijt culmē virtutū.

c *Maritima.* Non a proximo mari Galileæ, qa hoc non miraculi loco ponūt, ſed a mari magno cognominatur. in quo et Tyrus, & Sidon comprehendi poterant. Sed quia ſunt ciuitates Gentium, conſulte nominatim ponuntur, vt quanta ſit virtus Chriſti intimetur, quæ etiam exteras ciuitates excitat.

d *Vt audirent.* Si dicamus duos eſſe ſermones, aſcēdit in mōtem, & habuit ibi diſcipulos, & poſt deſcendit, & fecit iſtum ad turbam. Si dicimus vnum fuiſſe, ita intelligendum e aſcendit in montem, & poſt al quantulum deſcendit, & fecit ſermonem, vbi erat planicies.

e *Eum tangere.* Tangit Chriſtum qui fideliter credit in Tangitur a Chriſto qui firmatur in illo. Qui ſic tangit, & gitur, ſpiritus i virtute ſanatur.

f *Et ipſe eleuatis lis in diſcipulos, &c.* Etſi generaliter o nibus loquitur, cialiter in diſcipu oculos leuat, v intenta cordis a verbum Dei pe piunt, latius ſap intimi lumen a piant, quibus o monte ſedens a rit, vt magna pro ret in eos ſtans campo oculos d git, vt audita pati ter intelligant.

a Ioānem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphei & Simonem, qui vocatur Zelotes, Iu-
b dam Iacobi, & Iudam Scarioth, qui fuit proditor. † Et deſcē- 1
dens cum illis de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba di- 2
ſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa
c & Ieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis qui venerant,
d vt audirent eum, & ſanarentur a lāguoribus ſuis. Et qui ve-
xabantur a ſpiritibus immundis curabantur. Et omnis tur- †
ba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, 3
e & ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipu- 4
f (a Hi a peccato abſtinent, ſeculum calcant, illecebroſa non quærunt. Spiritu.)
g los ſuos dicebat. Beati pauperes, quia veſtrum eſt re- 5 6

g *Beati pauperes, &c.* Qui nondum conſummatæ virtu cem conſcendere poſſunt, generalis interim perfecti ſunt beatitudine perfouendi vt paulatim ad meliora p ſi, dum domino in planicie ſtante libenter auſcultant, hunc quandoque in montem ſedentem ſublimites aſcē Nam quorum cordib. adhuc edomandis inſiſtit, hos q ſtans affatur. Quos longo ſtudio exercitatos, & iam do inuenit, his quaſi quietus reſidens myſtica intimat. Bed.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Iudam Iacobi.* Ideſt, fratrem Iacobi.

2 *Et deſcendens.* Hic conſequenter poſt electionem apoſtolorum ponitur inſtructio de operibus perfectionis, quia promoti ad gradum maiorem debent habere maiorem cognitionem, licet autem ſermo Chriſti ſequens factus fuerit magnæ multitudini, tamen Chriſtus ſermonem ſuum ad apoſtolos principaliter dirigebat. Dubitatur tamen hic, vtrū iſte ſermo fuerit idem cum illo qui a Matthæo deſcribitur. 5. c. Et dicunt aliqui quod ſic. Tum quia hic, & ibi eodem modo incipitur, cum dicitur. *Beati pauperes, &c.* & eodem modo terminatur, cum dicitur. *Omnis qui audit ſermones meos, & facit,* verſus finem huius ca. & Mat. 7. in fine. Item quia illa quæ ponūtur hic fere ibi ponuntur. Alijs autem videtur oppoſitum, tū quia hic dicitur. *Et deſcendens Ieſus.* Mat. 5. a. dicitur. *Videns Ieſus turbas, aſcendit in montem.* Item hic dicitur. *Stetit in loco campeſtri, &c.* ibi autem dicitur. *Et cum ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum docebat eos, &c.* Et ideo iſte ſermo & ille videntur differre quantum ad locum, quia iſte ſermo videtur eſſe factus in terra plana, & campeſtri. Alius autem in monte. Item quantum ad faciendi modum, quia iſte videtur eſſe factus a Chriſto ſtando, alius autem ſedendo. Itē quia multa in illo ponuntur quæ hic omittuntur, vt patet intuenti. Qui vult tenere primam opinionem, poteſt dicere ad iſta quæ videntur contrariari. Dicendo, quod Chriſtus primo aſcendit cacumen montis ad eligendum apoſtolos, & ibi docuit eos de aliquibus ſedendo ſecundum quod dicit Matthæus, ſed poſtea deſcendit ad aliquam partem montis planiorem, quæ hic dicitur campeſtris, vt ibi conuenientius doceret multitudinem, & hoc ſtando, ſecundum quod hic dicitur. Qđ aūt dr̄, ꝙ hic multa omittuntur q̄ in alio ponuntur, non obſtat, quia Euangeliſtæ non ſemper vniformiter referūt idem factum Chriſti, vel dictū, & ꝙ vnus omittit alius ſupplet, vt ſic conueniant, & cum hoc ſpecialia, & ſingularia dicant. Qui autem vult tenere ſecundam opinionem, poteſt dicere ad primum alterius opinionis. Non eſſe inconueniens, quod duo ſermones a Chriſto facti diuerſis temporib. eodem modo incipiant, & terminentur, & eandem materiā ſaltem pro magna parte contineant. His præmiſſis procedēdū eſt ad diuiſionem, quia primo deſcribitur inſtructio Chriſti directa principaliter apoſtolis, ſecūdo, communiter facta turbis cap. 8. Adhuc primo ponitur dicta inſtructio, ſecūdo, eius confirmatio, c. ſeq. Prima in tres. Quia primo in ſer ne pmitti( quaſi quædā pfatio, ſecundo ſubditur ipſa inſ ctio, ibi. *Et ipſe eleuatis oculis.* Tertio, inferī intenta conclu ibi. *Omnis qui venit ad me.* Circa primum deſcribitur locus dicitur. *Et deſcendens cum illis, &c.* Et faciendi modus, &c. dicitur. *Stetit in loco.* Et expoſitio patet ex dictis ſecu plicem opinionem. Et aſſiſtens populus, cum dicitur. *Et ba diſcipulorum.* Et cauſæ aduentus, cum dicitur. *Qui vene vt audirent eum & ſanarent.* Quantum ad illos qui erāt

3 *Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Non eſt inte gendum quod aliqua virtus exiſtens in Chriſto, transire alios eadem numero, ſed iſte exitus intelligitur in effectus exit a cauſa, quia virtus diuina exiſtens in Ch ciebat ſanitates in infirmis. Qualiter autem humani ſti ad hoc operabatur, dictum fuit Marci 5.

4 *Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos.* Hic conſequenter bitur ipſa inſtructio, & primo de actibus beatitudin cundo, de actibus virtutum, ibi. *Sed vobis dico.* Prima Quia primo, inducit ad actus beatitudinum. Secundo hit ad actibus vitiorum contrariorum, ibi. *Veruntamen bis.* Secundum opinionem illam quæ dicit eundem ſer nem hic deſcriptum, & Matt. 5. tres primæ beatitudines poſitæ exponentur, ſicut expoſitæ ſunt ibidem. Hoc add quod ſecunda beatitudo hic poſita intelligenda eſt de e rie iuſtitiæ, ſicut ibi ponitur. *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, &c.* Quarta autem beatitudo hic poſita, quæ ibi po tur octaua, non eſt proprie beatitudo dicenda, ſed con matio præcedentium, vt ibi dictum fuit. Secundum opinionem aliam, quæ dicit iſtum ſermonem alium ab illo, cendum, quod Saluator hic inducit ad quatuor virtut quæ videntur oppoſitę terrenæ, ſeu mundanæ beatitudi quam Boetius in libro de conſolatione vocat falſam, mendacem fœlicitatem, per quas quidem virtutes deue tur ad veram beatitudinem. Beatitudo enim terrena pri conſiſtit in abundantia temporalium bonorum, quæ quenter eſt occaſio multorum malorum. Et ideo ſalua inducit ad oppoſitum, cum dicitur.

5 *Beati.* Et accipitur hic paupertas voluntaria per qu quis contemnit, & abijcit a ſe bona temporalia, quant poteſt fieri bono modo, vt homo liberius vacet operi vitæ contemplatiuæ. 6 *Qui veſtrum.* Scilicet hic ſpe, & poſtea erit veſtrum in re. Secundo conſiſtit in h quo

## MORALITER.

† *Et omnis turba quærebat.* Beda. Tactus ſaluatoris eſt opus ſalutis, quem tangere eſt in eum fideliter credere, & ab eo tangi eſt ab eius vulnere ſanari.

4 *Et ipſe eleuatis oculis.* Illa quæ ſunt ab hoc loco vſque finem huius capituli ſunt de ſe moralia propter quod n pertranſeo, & quia ſupra Matth. 5. 6. & 7. ca tetigi breu myſtice exponendo.

Et

Iuſtitiam.
a gnum Dei† beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. †Beati 1
a De præſenti miſeria, de dilatione bonorum. 2
b qui nunc fletis, quia ridebitis. † Beati eritis cum vos oderint 3
Corde. a Pellendo de ſynagogis. b Nomen crucifixi. 4
homines, & cum ſeparauerint vos, & †exprobrauerint, & eie
a Quantum ad Iudæos, & gentiles nomen Chriſtianum ſæpe a memoria abraſum, & eiectum eſt ab hominibus. b Nulla alia cauſa. c Cuius nomen veſtrum factis cognomen.
cerint nomen veſtrum, tanquam malum propter filium ho-
a Multa patientibus in terris, multa merces erit in cœlis.
c minis. † Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces
d veſtra multa eſt in cœlo. Secundum hæc enim faciebant 5
a Qui timore non deficiebant a veritate. b Nunc quidem poſſunt exprobrare, & decere. Sed inde eis væ. c Quia perdetis vſum temporalium quem nunc deligitis.
e prophetis patres eorum. † Veruntamen uæ uobis diuitibus, 6
a Contra neceſſarias temporis miſerias. b Quam quæritis. c Qui in deliciis 7
vobis placentes nullam veri boni famem patimini. 8
f qui habetis cõſolationem veſtrã. Vę vobis qui ſaturati eſtis, 9
Scilicet epicuris. 10
g quia eſurietis. Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis, 11
h & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines 12

† Matth. 5. a

†Probriis affe cerint

Beda. Quod apud Matthæum plenarie per octo beatitudi[nes] dicitur in ſermone perfectionis ad apoſtolos in ſummo [m]ontis: hoc apud Lucam temperantius per quatuor cardi[na]les virtutes comprehẽditur in leuiore ſermone ad turbas [in] imo. Dicit ergo. *Beati pau.* Ecce temperantia, quæ etiam fa[cit] cordis munditiã.

Bed. Greg. Nõ ait, qui veniſti: Quaſi dicat, Cũ ab Herode interficiendus, & ad inferna ſum deſcenſurus, debeo te nunciare inferis qui nunciaui ſuperis? An cõueniat filio Dei mori, an aliũ ad hæc ſacramẽta miſſurꝰ es? Potuit .n. vates pius quẽ venturũ prędixerat nõ credidiſſe moriturum, nec fide ſed pietate dubitauit: quia lapſus amoris fidem non impedit, talis enim lapſus eſt religioſus.

† Matt. 11. a. † circumiacentem, E † erat. † flagellis

Allegorice. Ioannes figura eſt legis, quæ prænuncia Chri pectorib. perfidorũ quaſi carcerib. luce vacuatis incluſa tenebatur, ne plenum teſtimonium dominicæ diſpenſationis ſine Euangelij atteſtatione proferret. Mittit ergo diſcipulos ad Chriſtum, vt ſupplementum ſcientiæ aſſequantur, quia plenitudo legis eſt Chriſtus, vt quia plerumq; nutabãt dicta ſine factis, eo fideles plenior geſtorum teſtificationib. quam verborũ ſponſionibus exhiberetur, & quę tunc in pectorib. Iudæorum velut obſcurata lege nutabat, eo ipſo ſpectaculo Dominicæ crucis, & pleno reſurrectionis teſtimonio panderetur. Quod ergo lex dubie Chriſtum venturũ nunciat. Euãgelium ob tot miraculum exhibitionem, veniſſe certiſſime confirmat.

Rom. 13. e

f *Et reſpondens dixit illis. Euntes renunciate Ioanni quæ vidiſtis, &c.* Sciens Ieſus neminem ſine Euangelio plene poſſe credere, quia ſicut fides a veteri incipit Teſtamento, ita impletur in nouo. Interrogatus de ſe, non verbo aliquo, ſed factis ſe eſſe ſignauit, non reſpondens ad ea quæ interrogabantur, ſed ad ſcandalum nunciorum.

F

Cęci

NICOLAVS DE LYRA.

Miſericordia motus ſuper eam dixit. *Tum quia erat vidua. um quia non habebat alium filium a quo poſſet in ſenectute ſuſtenari.*

2 Noli flere. *Quaſi dicat cito conſolata eris.*

3 Et acceſſit & tetigit loculum. *i. feretrum. Ad hoc enim tetigit, vt oſtenderet, quod corpus ſuum diuinitati vnitum erat inſtrumentum diuinitatis etiam in miraculis faciendis. De modo autem cooperandi ad hoc dictum fuit. Mar. 5.*

4 Et cępit loqui & dedit illũ matri ſuæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deũ dicentes. *Vt manifeſte appareret, quod erat vere reſuſcitatus, & non apparenter tantum. Vnde & Simone Mago legitur, quod apparenter reſuſcitauit quendam mortuum, qui tamen loqui non poterat, per quod apparuit illam reſurrectionem fuiſſe tantum apparenter.*

Quia

5 Quia propheta magnus ſurrexit in nobis. *Ideſt, ille magnus propheta de quo dicitur. Deut. 18. c. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum &c. Quod intelligitur de Chriſto in lege & prophetis promiſſo, & ideo ſubditur.*

6 Et quia Deus viſitauit plebẽ ſuam. Et exijt hic ſermo, &c. *Mittendo eis ſaluatorem.*

7 Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his, &c. *Hic conſequenter ad confirmationem doctrinæ Chriſti ponuntur miracula coram diſcipulis Ioannis facta, cum ſubditur.*

8 In ipſa autem hora curauit multos a lãguoribus & plagis, & ſpiritibus malis & cęcis multis, &c. *Et per hoc reſpondit quæſtioni Ioannis oſtendens quod ipſe eſſet verus Chriſtus per miracula ſoli diuinæ virtuti poſſibilia ideo ſubditur.*

9 Et reſpondens dixit illis, &c. *Conſequenter ponitur Ioannis commendatio, cum dicitur.*

Et

MORALITER.

*Et nunciauerunt Ioanni diſcipuli eius de omnibus his.* Per Ioannem qui ſupra tertio cap. dixit de Chriſto. *Veniet fortior me poſt* Significatur vetus Teſtamentum, quod in Prophetis denunciauit Chriſti aduentum. Per Chriſtum autem ſignificatur nouum, quod eſt veteris impletiuum. De Chriſto vero dicitur Iſaię. 61. a. Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me. Sequitur. Vt mederer contritos corde, &c. Et hæc oſtendit Chriſtus diſcipulis Ioannis eſſe completa dicens.

Euntes

a *Cæci vident.* Ecce plenum teſtimoniũ, q; ſit filius Dei. Hæc enim ante euangelium vel rari vel nulli. Vnde Tobias oculos recepit, & hoc fuit angeli, non hominis medicina. Elias mortuũ ſuſcitauit, ipſe tamen rogauit & fleuit. Eliſeus leproſum mundari fecit, non tñ ibi valuit præcepti auctoritas, ſed myſterij figura. Sed quia adhuc illi ſunt dominicæ teſtificationis partis . . . , addit poſt . . . de cruce, & . . . & ſepultura, quo . . . plenitudo fidei. Nullum enim maius diuinæ perſonæ eſt teſtimonium, quam toto ſe vnum obtuliſſe pro mundo. hoc ſolo, plene dominus declaratur ſicut etiam a Ioanne declaratus eſt. *Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi.*

A — Tobi. 11. c. — 3. Reg. 17. d. — 4. Reg. 5. d. — nunciate — Mat. 11. a. — † Quicunque. — Roma. 13. c. — Io. 1. d.

b *Bea.* Quaſi dicat Mira quidem facio ſed abiecta pati non dedignor, & cauendum eſt hominibus ne in me deſpiciant mortem, qui ſigna venerantur.

B — † Excellentiorē propheta. — † Mala. 3. b. — Matt. 11. b. — Marci 1. a. — Pſal. 67. c.

c *Qui non.* Greg. Qui de potentia diuinitatis non dubitauerit. Hoc non contra Ioãnẽ, quem mox ad eo commendat, ſed non credentes a perfidia reuocat, & Ioãni exponit quod quærebat quia Deus ſaluos faciendi, & dominus dominus ex. m. Viſis tot ſignis & virtutibus fidelis non potuit, de morte eius dubitare, ſed admirari, ſed infidelium mens ſcandalum in illo pertulit, cum & poſt miracula morientem vidit.

† Matt. 11. b. — † Pſal. 67. c.

d *Quid.* Vbi monuit diſcipulos Ioannis in crucẽ dominicã eſſe credendũ conuerſus ad turbas, ad virtutẽ pauperes prouocat, ne exaltati corde, mente inſtabiles, conuiuio infirmi, ſpecioſa veſtib. æternis caduca præferrent, ſed crucẽ potius quam mũdi phaleras tollãt. Et iõ laudat perſonã Ioãnis, qui poſthabito amore vitæ iuſtitiæ formã nec mortis timore mutauit.

Deſerto mundus cõparatur quia adhuc inucultus & ſterilis in quem non eſt ita prodeundum, vt homines mente carnis inflatos, & virtutis vacuos, & de fragilis mundi gloria iactantes, putemus eſſe imitandos.

✱ Græcus. Eſt etiam infallibile teſtimonium Ioannis veſtitus cum carcere, in quem detruſus non fuiſſet, ſi ſciuiſſet fauere principibus: mollibus autem veſtimentis indutos, viuẽtes in delicijs ſignificat.

Homil. 19. in Matth.

C ✱ Chryſ. Mollis veſtis diſſoluit rigidam animam, etſi rigidũ corpus aſſumat & aſperum, facile per huiuſmodi mollitiem delicatum reddit & fragile, facto vero corpore molliori, neceſſe eſt animam participare læſionem. Nã vt plurimum operationes ipſius conſonant diſpoſitionibus corporis.

e *Arundinem ven.* Bed. Per arundinẽ carnalis animus, qui fauore vel detractione tangit, in quamlibet patrẽ inclinat. Sed Ioannes nõ eſt arundo vento agitata, quia illũ nec gr . . . blandũ ne cuiuſli . . . ira faciebat aſperu . . . nec proſpera eri . . . hãt, nec aduerſa i . . . nabant.

f *Quid exi.* Beda. Q . . . modo in deſerto . . . nẽ videre cupieba . . . qui erat clauſu . . . carcere? Totus e . . . hic ſermo ſpiritu . . . ter eſt intelligen . . .

g *Mollibus veſtimen indu.* Per veſtem, c . . . pus humanum int . . . gitur. Prophetico . . . go exemplo ad vi . . . tẽ ſubeundæ virt . . . hortatur. Ecce q . . . veſte precioſa. Q . . . fluida diuitijs m . . . ſoluuntur, extero . . . leſtis regni, ſub . . . diabolo: um (qui . . . reges tenebrarũ . . . tra habitacula h . . . mundi conſeneſc . . .

Alleg. Ioanne . . . fuit mollib. indu . . . qui vitam pecca . . . non blandiment . . . uit, ſed aſpere in . . . pauit.

Greg. Nota ri . . . vita & prædicatio . . . bet palatia . . .

dixit illis. Euntes † renunciate Ioanni quæ vidiſtis & audiſtis. †

a † Quia cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur

*a Spiritu vel operibus illuminantur vt in prædicatione nulla ſit diſtantia inter pauperes & diuites.*

ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur

*In hoc nuncios percutit.*

b & beatus eſt † qui non fuerit ſcandalizatus in me. Et cum 1

*a Ne turbæ Ioannem liuore motum ſuſpicarentur, & vt ſciant eum quæſiſſe non ſibi ſed diſcipulis.*

c diſceſſiſſent nuncij Ioannis, cœpit dicere de Ioanne ad tur-

*a Quæ neſciebant my . . . interrogationis eius. me . . . quem prædicauit.* — *Qui omni vento agitatur vt leuitate mentis de*

d bas. Quid exiſtis in deſertum videre, arũdinẽ vento agitatã?

e *a In vana gloria ductus lucra quærit, pro dapibus vel veſtibus qui loculti viuit, & pilis camelorum induitur.*

f Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtimentis

*Qui ponant puluinaria ſub cubito, qui vitam peccantium palpant non pungunt.*

g indutum. Ecce qui in veſte precioſa ſunt, & in delicijs, in

*Vbi aliquid venerari.*

domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre prophetam?

*a Qui me venturum non tantum prædixit, ſed etiam digito demonſtrauit.*

h Vtique dico vobis, & † plus quam prophetam. Hic eſt de

*In Malachia.* — *Nuncium.* — *a Manifeſtationem.*

quo ſcriptum eſt. Ecce ✱ mitto angelum meum ante faciem

*a Peruia reddat tibi corda auditorum per pœnitentiam prædicando & baptizando.*
*b Vt ſummum virtutum eius comprehendam*

i tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vo-

*a Non virginis: nulla enim collatio cum filio Dei.*

bis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne

*a Tempore.*

k Baptiſta nemo eſt. † Qui autem minor eſt in regno †

*a Dignitate.*

l Dei, maior eſt illo. Et omnis populus audiens & pu- 2 3

m blicani iuſtificauerunt Deum baptizati baptiſmo Ioannis 4

declinare quæ frequentant mollibus induti adulat . . . putet in fluxu & ſtudio veſtium peccatum deeſſe, . . . de aſperitate veſtium non laudaretur.

Officium prophetæ eſt ventura prædicere, non . . . monſtrare. Maior propheta in quo finis prophetar . . .

h *Pluſquam pro.* Quia angelus. Non natura, ſed offici . . . pernum iudicem nunciare mittitur.

i *Dico autem.* In hoc non præfertur patriarchis & cu . . . omnibus, ſed æqualis cæteris ſanctis oſtenditur.

K *Qui au.* Omnis ſanctus qui iam eſt cum Deo, maio . . . qui adhuc eſt mundo. Vel, Ego quem minorem fac . . . rum opinio, in eccleſia ſanctorum illi prælatus ſum. Ve . . . uiſſimus angelus cœli, melior eſt quouis homine.

l *Et omnis po.* Si hoc a domino dictum eſſe intelligitur. Au . . . Ioannem, populus intelligitur eſſe deſignatus. Sic ab eu . . . liſta dicitur interpoſitum. Audiens ipſum dominum de . . . nis magnitudine diſputantem, reſtat intelligi.

m *Iuſtifica.* Iuſtificatur Deus per baptiſmum, dum hom . . . propria peccata confitendo ſe iuſtificant ſicut ſcriptũ eſ . . . *tu iniquitates tu. vt iuſti.* Et iuſtificatur in eo, qui non per c . . . rnatiam cõfutatur, ſed per iuſticiam Dei mũdus agnoſc . . .

Iuſt . . .

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cum diſceſſi. *Magis enim voluit Ioannem commendare in abſentia diſcipulorum eius quam in præſentia, vt eius commendatio non ex fauore humano, ſed amore veritatis procedere videretur. Cætera autem patent ex dictis Matt. 11. vſque ibi.*

2 Et omnis populus audiens. *Vbi poſt Ioannis commendationem ponit euangeliſta Phariſæorum & legiſperitorum confutationem primo verbis populi, ſecundo verbis Chriſt, ibi.* Cui ergo. *Cir . . . mum dicitur.* Et omnis po. *Id eſt ſimplices & vulgares.*

3 Et publi. *Id eſt mundanis & publicis negociationibus occu . . .*

4 Iuſtificauerunt Deum. *Ex hoc enim quod audierunt Chriſtum tam excellenter commendantem Ioannem, cœperunt lau . . .*

## MORALITER

† *Euntes.* In hoc etiam informauit prædicatores euãgelii & doctores, vt non ſolum verbis doceant, ſed etiam factis.

1 *Et cum.* Per hoc docemur nos fugere notam adulationis in commendatione aliorum & maxime magnorum in eorum præſentia. talis erat Ioannes baptiſta ſicut dicitur poſtea.

† *Maior inter mulie.* Sequitur. *Et omnis po.* Ita modo contingit frequenter quod ſimplices & illiterati gratiam Dei conſequentur, a qua mundi ſapientes & ſuperbi Dei iudicio . . . uantur.

A . . .

Inſ s enim domi us,& iuſtitias dilexit.In eo ergo iuſtificatio Dei
eſt i non ad indignos & noxios,ſed ad innocentes p ablutio
ne factos,etiã ad iuſtos videatur ſua munera contuliſſe.Qui
er confitetur Deo peccatum,iuſtificat Deum,cedẽs ei vin
ce i,& ab eo gratiam ſperans, In baptiſmate ergo iuſtificat̃
D s, in quo eſt con-
ſe o, & venia pecca
to m.

Chryſoſtomus. Pr miſſa commen- da one Ioannis, ma- gn n Phariſæorum, & giſperitorũ pro- di crimen, qui nec po publicanos ba- pt na Ioannis ac- ce rint.

a ui ergo, &c. Lau- da Ioanne, tranſic ad ıcrepandum il- lo qui nec prædica- ti Ioannis moti ſu , vel ipſius Chri- ſti ędicationem de ſp unt.

b Similes ſunt pue- ris Pueri, doctores ſu ſpiritu humiles. F im, ſynagoga, v pſa Ieruſalem,in q iura præcepto- tt. Dei condeban tu quia contribuli- b ſolebant expro- b e,quod nec pſal- m allecti ad laudes D aſſurrexerũt cor d euoto, membro

Quo mundum per paſſionem Chriſti ſaluare decreuit. a Vel contra,quia qui gratiam Dei reſpuit contra ſeipſum facit.Vel,ad ſeipſos miſſum Dei conſilium,ſtulti, & ingrati reſpuerunt.

Phariſæi autem , & legiſperiti conſiliu'm Dei ſpreuerunt in †

a ſemetipſos,non, baptizati ab eo. Ait autem dominus. Cui er- 1

a Tot monita ſalutis reſpuenter. q Iudaicæ.

go ſimiles dicam homi^b nes generationis hui^b us,& cui ſimiles

a Monitoribus. b Vbi lex & iura promuntur.

b ſunt? Similes ſunt pue^a ris ſedentibus in foro^b, & loquentibus

a Ad illos quos monent.

ad^a inuicem,& dicentibus. c Cantauimus vobis † tibiis,& non

a Vt conuerteremini in toto corde veſtlo in iu.& f.&c.ſed ſtultus populus me non cognouit.

ſaltaſtis, lamẽ^a ntauimus,* & non ploraſtis. † venit enim Ioan-

a Exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnitentiam uobis indicens & noluiſtis humiliari cum illo.

d nes Baptiſta ne^a que manducans panem neque bibens vinum,

& dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis mandu-

a Cibo & potu lætitiam futuri ſeculi præſignans, & noluiſtis cum illo gaudere,ſed calumniati eſtis.

ca^a ns,& bibens, & dicitis. Ecce homo † deuorator,& bibens

e f vinum, amicus Publicanorum,& peccatorum. Et iuſtificata 2

eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis. Rogabat autem illum

Ideſt,iuſtis,& poſt iuſtitiam pœnitentibus.

3

g quidam de Phariſæis, vt manducaret cum illo. Et ingreſſus 4

domum Phariſæi diſcubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciui-

Iam Pœnitens. a In domo Phariſæi peccatrix meretur ueniam, quia cognitio peccati per legem,ſic lex mittit ad gratiam.

h tate peccatrix, vt co^a gnouit quod Ieſus accubuiſſet in do-

a Prætendit præripere gratiam hoſpitis. b Genus eſt marmoris,in quo incorrupta ſeruantur unguenta.

mo Phariſæi, attuli't alaba^b ſtrum vnguenti, & ſtans retro

rum nõ vſus,ſed concupiſcentia reprehenditur, Iuſtificata,&c D
Quidquid putetis,ego tamen Dei virtus,& Dei ſapientia iu-
ſte facere intelligor ab Apoſtolis,quibus pater reuelauit,quæ
prudentibus abſcondit.

f *Roga.* Sicut propoſuerat verbis,ita factis etiam aſtruit iuſtificatam ſapientiam ab omnibus filiis quia etiam a Maria pœnitente poſt culpam.

* Titus Boſtrorum Epiſcopus. Phariſæus hic a verſipelli ſimulatione, latentique infidelitate immunis non fuit. Aiebat enim, *hic ſi eſſet propheta*, &c. At dominus eiuſmodi hominem eſſe certo compertum habens nihilominus in domum illius ingredi menſæque accumbere non dedignatur. † acclamantibus † tibiis † Mat. 11.c.

g *Quidam de Phariſæis.* Myſtice. Phariſæus de falſa iuſtitia præſumens Iudaicum populũ ſignat, qui dominum ad conuiuium inuitat, quia quem venientem nõ credidit, venturum ſperare nõ deſiit. Sed adhuc cum voto dicit,excita potentiam tuam,& veni. Dom⁹ Phariſęi, lex & prophetę in quibus ille populus manſionẽ habere gloriabat̃. Quã domũ in carne apparens ingreditur,quia non uenit legẽ ſoluere,ſed adimplere. Diſcumbit,quia in maieſtate ſua nõ intellectus,p formã ſerui viſibilis eſt factus. Cognoſcit autẽ gentilitas inmundis actibus dedita p ramã apoſtolici ſermonis,*q miſit Deus fi.ſu.fa.ex.mu.ſub le.* Non vt Phariſæus, qui tantum literam attendit,iuſtificetur. Sed domus,id eſt,nos quia gratiã ſpiritus in lege ſequimur,qui non vituperamus,quod peccatores recipit,ſed laudamus,quod peccatores iuſtificat. † edax E Pſal.79.a. Mat.5.b. Gal.4.a.

h *In domo.* In cuiuſcunque domo interiore cognoueris ſapiẽdam & iuſtitiam recumbentem recurre ad pedes,ideſt ad extremam ſapientiæ partem,inquire lachrymis confitere peccata, expande capillos, id eſt ſterne ante eum cunctas corporis tui dignitates,oſculare,id eſt,nihil niſi ſapientiam loqueris.

i *Attulit.* Quot habuit in ſe oblectaentam,tot de ſe inuenit holocauſta. F

... tu agilitate(quod notat ſaltus)nec Threnis, (id eſt, lamentationibus prophetatum pro excidiis iam factis vel faciendis) ad pœnitentiam ſunt conuerſi.

c *Cantauimus.* Nuptiale carmen,vbi verbo anima, ſpiritui ca... nubit. In his nuptiis Dauid nos voluit ludere dicens. *Exultate Deo adiutori noſtro,iubilate Deo Iacob.Su. Pſal.& da. tym.* Quaſi dicit. In ipſo actu nuptiarum poſitus propheta quadam lætitia exaltat. Sed non audiuit populus meus vocem meam,& Iſrael non in.m.

d *Venit filius hominis manducans & bibens.* Venit ſicut tunc, ita & nunc, vtramque viam ſalutis reſpuitis. Lamentauimus ad Ioannem,cantauimus ad Chriſtum.

e *Iuſtificata eſt ſapientia.* Oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo,nec in manducando eſſe iuſtitiam,ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantia,non ſe corrũpendi per abundantiam. *Non eſt regnum dei eſca, & potus.* Quorum C

☞ MORA

## NICOLAVS DE LYRA.

glorificare Deũ tanquam iuſtum & glorioſum de hoc qđ erant baptizati a tanto & tali,& ad pęnitentiam vocati. Et per hoc apparet cõfutatio Phariſæorum,qui de ſua ſcientia ſuperbientes, ſpreuerunt baptiſmum Ioan.a Deo inſtitutum, & hoc eſt quod dicit̃ *Phariſæi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt.*

1 *Cui ergo ſi.* Hic conſequenter ponitur cõfutatio Phariſęorũ, & legiſperitorum ex verbis Chriſti. Et patet ſentẽtia ex dictis Matthæi.11. 2 *Rogabat autem.* Deſcripta confirmatione doctrinæ Chriſti ſigno viſibili,hic conſequenter deſcribitur eiuſdem confirmatio facto inuiſibili, videlicet per remiſſiõem peccatorum mulieris peccatricis,vbi primo deſcribit̃ locus cũ dicitur. 3 *Et ingreſſus.* Legitur autem Chriſtus manducaſſe cum peccatoribus,vt eos ad pęnitentiam prouocaret, vt habetur Mat.9. Item cum amicis familiaribus vt eorum deuotionem nutriret,vt dicitur Io.12.de Martha & Maria. Item cum cognatis pauperibus, vt eorum inopiam suppleret,vt habetur Ioan.2. de nuptiis.vbi dificiente vino,Chr̃s aquam vertit in uinum: Item cum Phariſæis ſuperbientibus vt eorum ſuperbiam confutaret,prout hic habetur, et videbitur proſequendo. 4 *Et ecce mu.* de peccatis ſuis plene & perfecte contrita. 5 *Et ſtans retro.* Quia præ verecundia ſui peccati non audebat ſe anteponere.

Lachrymis

## MORALITER.

*Ait autem. Cantauimus vo ti.* Per iſtos ſignificantur inuidi,qui non gaudent de proſperitate bonorum, nec triſtantur de aduerſitatibus eorum.

*Rogabat.* Per mulierem peccatricem ad domini pedes accedentem,ſignificatur quælibet perſona uere de peccatis pœnitens, & contrita. Ad quod requiritur, quod ſicut Deum offendit per culpam ita ſeruiat ei per pœnitentiam Rom.6.d. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem ita exhibete nunc ſeruire iuſtitię in ſanctificationem.* Et ſic facit mulier iſta. Vnde dicit Greg. Hom.25. Liquet fratres quod illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentum ſib pro odore ſuæ carnis adhibuit. Quod ergo ſibi turpiter exhibuerat,hoc iã Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat,ſed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat, ſed iam capillis maculas tergebat. Ore ſuperba dixerat,ſed pedes domini oſculans, hoc in redemptoris ſui veſtigia figebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad uirtutum munera numerum criminum, vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia quidquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.

Videns

A Moraliter. Affert vnguentum, quia bona opera agit, quib. eccleſiam odore bonę opinionis reſpergit. Vnde dicitur. *Chriſti bonus odor ſumus Deo, &c.* 1.Cor.2.d.

Hieronymus. Alabaſtrum vnguenti, ideſt, corpus cum fide. ſtās retro, ideſt, poſt aſcenſionem domini, ſecus pedes. i. apoſtolos lachrymis rigabat. i. charitate in terna in Deo, capillis tergebat. i. ſuperfluos cibos & veſtimenta dat, oſculatur, cum omnibus pacem hēt. Dēbat denarios quingento, hęc ſunt peccata gētium quinq; ſenſibus commiſſa, alius quinquaginta. i. peccata Iudæorum.

Flens

a *Secus pedes*. Contra pedes ſtat, qui in peccatis poſitus itinerib. domini renititur. Sed qui ad pęnitentiā poſt peccata cōuertitur, iam retro ſecus pedes ſtat, dum veſtigia domini quę impugnabat, ſequitur. Lachrymis pedes rigat, qui ſanctorum tribulationibus compatit, qui triſtitiam illorum putat eſſe ſuam, qui vltimis membris Chriſti inclinatur per affectum compaſsionis. Capillis (qui corpori ſuperfluunt) pedes quos rigauerat tergit, qui de terrena ſubſtantia quæ ſuperfluit ſanctis, quibus ex charitate compatitur, incipit miſereri. Pedes oſculatur, qui ſtudioſe diligit illos quibus ſua largitur, ne ſit grauis tribuendi neceſsitas proximi. Vnguento vnxit, qui bene operando bonæ opinionis odore alios reſpergit, & ad bene operandum exemplo ſuo inducit. Vel poteſt per pedes, caro Chriſti ſignificari, quam oſculamur, dum myſterium incarnationis eius diligimus. Vngimus, dū ipſius humanitatis potentiam ſacri eloquij bona opinione prædicamus. Sed Phariſæus hoc vidēs inuidet, quia cum Iudæi Gentiles vident prædicare Deum, ſua malitia tabeſcūt. Quibus dominus bona Gentilitatis enumerat, vt cognoſcāt in quibus malis ipſi iaceant.

† creditori

C

† Vter eſt &c.

† Exiſtimo

b *Cępit rigare*. Maria ſoror Lazari bis eodē functa eſt officio: Semel in Galilęa cum primo accedit cum humilitate & lachrymis, vbi remiſsionem peccatorum accepit. Secundo, in Bethania, non iam peccatrix nominata, ſed caſta, & ideo deuota. Ibi pedes, hic caput iniungit. Beda. Luc.7.f. Ioan.12.d.

Moraliter. Sic quoque fidelis anima prius ad pedes domini humiliata a peccatis abſoluenda incuruatur, poſt creſcentibus meritis fragrantia, lętę fidei, domino quaſi caput odore perfundit aromatum. Sic et vniuerſalis eccleſia in præſ... ti, Chriſti incarnationis (quę pedum nomine ſignatur) myſteria celebrādo, deuota redemptori reddit obſequia. In fut... etiam humanitatis eius gloriam & diuinitatis ęternitat... (quia caput Chriſti eſt Deus) ſimul intuēdo ppetuis cōſ... nū laudib. quaſi p... ca nardo glorifica...

B

a Oculos quibus terrena concupierāt iam per pę nitentiam conterens plorat.
b Quos ad compoſitionem vultus exhibuerat.

a ſecus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius, & ca- 1
b
a Lachrymas. b Ore quo ſuperba dixerat. 2
pillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vn- 3
a Quod ſibi pro odore ſuæ carnis adhibuerat. b De falſa iuſtitia ſuperbus, nulla compaſsione naturæ motus ſuæ fragilitatis oblitus. 4
guento vngebat. Videns autem Phariſæus, qui vocauerat 5
Medicum reprehendit, quia ſubuenit.
eum, ait intra ſe, dicens: Hic ſi eſſet propheta ſciret vtique 6
a Vnguentum eius vitare deberet. b Aegram reprehendit de ægritudine. 7
quæ & qualis eſt mulier quę tangit eum, quia peccatrix eſt.
Conuincens ſuperbum & ſub ſpecie mulieris commendans eccleſię meritum.
Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi di- 8
cere. At ille ait, Magiſter, dic. Duo debitores erant cui- 9
dam † feneratori, vnus debebat denarios quingentos, &
alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redde-
rent, donauit vtriſque. † quis ergo eum plus diligit?
c Reſpondens Simon, dixit, † Aeſtimo quia is cui plus dona- 10
Per miſericordiam.
d uit. At ille dixit ei, Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulie-
a Corporaliter quidem uides, ſed myſterium non uides.
Iam olim intrauit cum legem dedit.
e rem, dixit Simoni. Vides hāc mulierem? Intraui in domum 11

Myſtice. Duo de... tores, duo populi ſ... qui Deo creatori d... nummum. i. anim... ſuā, regis imagine... gnitam, & ad ſeru... dū ſibi cōmiſſā. V... uſque debitum po... li per quinariū mu... plicatur, quia qui... ſenſus ſunt quibus... hac vita vtimur, q... imaginem condit... quam accepimus... tollere debemus. ... minus debet Iud... cui decalogus leg... ſeruū datur: plus... Chriſtianus, cui... filiū gratia vitæ c... mittitur. Ideo Iu... per denariū, Chri... ni per centenariū... merum fęnus a... mulant. Sed... neuter ſuis viribus, ſed gratia Dei per fidem ſaluatur: R... dicitur. *Non habentibus illis vnde red. dom. vtriſque.* Plus... diligit eccleſia gentium, quam Iudęus, quia ei ſi ſecund... præſentem ſtatum maior ei gratia confertur, & ſecund... preteritū de maiori fęditate extrahitur, plus debet qui p... accepit. Nullus poteſt tantum diligere, quantum ea qu... pluribus diligit.

c *Is cui plus.* Secūdū homines plus fortaſſe offendit, cui... debuerit. Sed p miſericordiā domini cauſa mutatur, vt a... plius diligat qui amplius debuit, ſi tñ gratiam conſequat...

✻ Titus Beſtrorū Epiſc. Sępe quidem vſu venit, vt quig... uiter & multum impegit, per confeſsionem a peccatis a... uatur. Alius e diuerſo, qui parum peccarat, per ſuperbiam... feſsionis Pharmacum aſpernetur, adeoque in pęnarum... tum incidat. Neque enim ob id condemnationis iudic... euadet peccator, quod paucis delictis obſtrictus teneat... Nam & propter pauca quoq; condemnabitur, niſi eam c... feſsionem & pęnitentiam de paucis illis in medium aff... quam oportet.

d *Recte iudicaſti.* Sua ſententia Phariſæus conuincitur, ... ſicut phreneticus funem portat ex quo ligetur.

e *Intraui in domum.* Intraui carne aſſumpta in populum ... dęorum.

* Tit...

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Lachrymis, &c. *Ex quo patet magnitudo contritionis ex qua tantum fleuit, quod potuerant lauari pedes vnius hominis nudis pedibus incedentis.*

2 Et capillis capitis. *Quibus ante ad compoſitionem vultus ſui fuerat abuſa.*

3 Et oſculabatur pedes eius. *Vt totum Deo ſeruiret in pęnitentia, quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa, ſecundum quod dicit Gregorius.*

4 Et vnguento. *Ad refrigerium caloris & mitigationem doloris ex labore itineris.*

5 Videns autem. *Hic conſequenter ponitur Phariſæi indignatio, vnde ſubditur.*

6 Ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet propheta. *Verus ſciens occulta.*

7 Sciret vtique quę & qualis eſt mulier quę tangit eum, c... *Et per conſequens non permitteret ſe tangi ab ea.*

8 Et reſpondens Ieſus, &c. *Ad confutationem illius. Per h... quod reſpondit ad eius cogitationem quæ ſoli Deo nota eſt, oſten... plus quam propheta.*

9 Duo debitores erant cuidā fęneratori, vnus debebat, c... *Parabola eſt, vt conuenientius concludatur contra Phariſæum de... reſponſione. Quæ ſubditur, cum dicitur.*

10 Reſpondens Simon, &c. *Quia amor in humanis pleru... cauſatur ex præcedentibus donis, & per conſequens maior amor e... ioribus donis. Conſequenter eum Chriſtus redarguit ex triplici de... pietatis, cum dicitur.*

11 Intraui in domum. *Qui tamen erant feſſi & dolentes ex... re itineris, & lutoſi ſeu pulueriʒati, eo quod ſine calceamentis in... bant. Secundo, ex defectu charitatis cum dicitur.*

Sci- Oſc...

## MORALITER.

9 *Videns autem.* Per iſtū qui Chriſtum notauit de ignorantia & mulierē de immūditia, ſignificatur hypocrita de ſua falſa iuſtitia pſumens & alios contēnens, quia ſicut dicit Ioannes os aureum. Vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa vero indignationē, propter quod iſte Phariſęus arguitur, de p... tis omiſsione in modicis reſpectiue, & mulier commēd... de maioribus valde, cum dicitur.

11 *Intraui in domum, &c.* Propter quod ſibi dicitur. *Remi... tur tibi.*

indi- A

itus Boſtrorum Epiſcopus. Quaſi dicat, Tu ne illis quiſus es, quæ ad manum erant. Aquam enim quæ non obuia facile parari poteſt, pedibus meis non dedisti: hæc autem ea effudit etiam quæ difficillime habentur. Siquidem lachrymis pedes meos abluit, at tanta lachrymarum profuſione, aratu minime facile eſt.

a *Aquam pedib. &c.* extra nos eſt, ut lachrymarũ nos. Infidelis populus, nec extera pro domino incarnato tribuit. Conuerſa gentilitas non ſolum ſubſtantiam ſed & ſanguinẽ pro Domino fudit.

Oſculum, dilectionis ſignum, & infidelis populus ex dilectione ei ſeruire noluit, cui tamen ex timore ſeruiuit. Sed gentilitas veſtigia oſculari non ceſſat, quia in eius amore continue ſuſpirat.

*Oleo caput meum non vnxiſti.* Et ſi populus ille in Deũ ſe credere & non in hominem fatebatur, tamen ipſam potentiam diuinitatis quæ per miracula apparebat digna laude prædicare neglexit. Sed gentilitas dum myſterium incarnationis credit, ſumma laude etiam infirma eius prædicat.

*... unguento pedibus.* Enumerantur bona peccatricis, & mala falſi ... iſti.

b *Remittuntur ei peccata.* In domo Phariſęi, id eſt, in cuſtodia legis & prophetarũ, non Phariſæus incredulus, ſed peccatrix pœnitens

a tuam, aquam pedibus meis non dediſti. Hæc autem lachry-
mis rigauit pedes meos, & capillis † ſuis terſit. Oſculum mihi 1
non dediſti, hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſcula-
ri pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti, hæc autem vn-
b guento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remit- 2
tuntur † ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui au-
tem † minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam:
c Remittuntur * tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul accum- 3
bebant dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata di- 4
¶ Quia intelligunt hoc opus eſſe ſolius Dei. ¶ Confortans ſanatam per pietatis ſententiam.
d mittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit: 5
a ¶ Ne a via veritatis in viam ſcandali vlterius labaris.
e Vade in pace.

† capitis ſui

pœnitens glorificatur, quia ardor charitatis, in ea rubiginem delictorum combuſſit. D

✠ Titus Boſtrorum Epiſcopus. Quaſi dicat, Et quia intra te aiebas, hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, &c. Agnoſce vel ex hoc tandem, quod illius peccata non ignorabam, quia tuas cogitationes cognoſco. Quãobrem, & te, & tua cogitata, tanquam omnium gnarus, explorate tenens, & peccatorũ molem qua hæc premitur, ne vtiquam neſciens, tibi dico: *Remittuntur ei peccata, &c.*

c *Et cœperunt qui ſimul.* Sanata ægra, de ſalute eius alij ægrotant. E

d *Fides tua te ſaluam fecit.* Fides eam ſaluã fecit, quia quod petiit, poſſe accipere non dubitauit, quia iam ſpem ab illo acceperat, a quo ſalutem quærebat.

e *Vade in pace.* ✠ Theophylactus. Poſtquam autem peccata ei dimiſit, nõ ſiſtit in remiſſione peccati, ſed adijcit operationem boni, *Vade in pace*, id eſt, in iuſtitia, quia iuſtitia eſt pax hominis ad Deum, ſicut peccatum eſt inimicitia inter Deum, & hominem. Quaſi dicat, operare omnia quæ ad pacem te ducunt.

✠ Titus. Credidit illa Chriſtum habere poteſtatem remittẽdi peccata. Quod autem dicit, *Vade in pace*, idem eſt, quod noli amplius peccare. F

CAPVT

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Oſculum mihi.* Quod eſt amicitiæ ſignum. Tertio, ex defectu hilaritatis, ſeu lętitiæ quæ nomine olei, deſignatur, vt dicit Pſalm. 44. b *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, &c.* Tria autem dicta requiruntur in hoſpitalitate gratioſa. Et e contra laudat mulierem de triplici perfectione oppoſita, vt patet in litera. Et ideo concluditur.

2 *Remittuntur ei peccata multa, &c.* Videtur autem, quod deberet dici contrarium, quia primo prædixerat donum eſſe cauſam amoris, hic autem e contrario infert amorem eſſe cauſam doni. Dicendum ad hoc, quod primo in parabola loquebatur modo humano, vbi amor ex dono cauſatur. Sed in applicatione parabolæ ad propoſitum conuertit ſe ad loquendum de amore Dei erga nos, qui non procedit ex bonis meritis noſtris, ſed magis cauſat bonum in nobis, & ideo conuenienter concludit dicto modo.

Vel aliter poteſt dici, quod in peccato ſunt duo remittenda, ſ. culpa & pœna. Culpa autem ex Dei liberalitate remittitur, cũ nullum bonũ meritorium poſſit eſſe in nobis ſine gratia, quã non habemus ante culpæ remiſſionẽ, ſed habita gratia, & culpa dimiſſa, adhuc remanet pęna remittenda, ad cuius remiſſionem facit bonum opus noſtrum charitate informatum. Et de hac remiſſione loquitur Dominus. Vnde ſequitur: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Remiſſio autẽ culpæ, aut nulla eſt, aut totalis ſimul, ſed remiſſio pœnæ fit per partes, & non tota ſimul, de communi curſu, licet aliquando fiat tota ſimul propter feruorem pœnitentis, & ex liberalitate Dei, & hoc fuit in propoſito in hac muliere, Ideo ſequitur.

3 *Remittuntur tibi peccata.* Non ſolum quantum ad culpam, ſed etiam quantum ad pœnam ex vehementi amore Dei, & horrore peccati præteriti.

4 *Quis eſt hic qui, &c.* Hoc dicebant, quia videbant tantum humanitatem exterius apparentem, ſed ignorabant Deitatem interius latentem, quæ poteſt peccata dimittere.

5 *Fides tua te ſaluam fecit.* Quia iſta fides fuit formata charitate, & ideo fecit habentem dignam vita æterna. De iſta muliere peccatrice dubitabant aliqui Doctores vtrum fuerit Maria ſoror Lazari, vel alia: De quo dictum eſt, quid ſentiant Doctores: Ioan. 12. Ibi enim hoc poſui, quia prius ſcripſi ſuper Ioannem, quàm ſuper Lucam.

## A D D I T I O.

*In cap. 7.* Vbi dicitur in Poſtilla. *Videtur autem, quòd deberet dici contrarium, quia primo dixerat donum eſſe cauſam amoris.*

Stant ſimul, quod donum ſit cauſa amoris, & amor cauſa doni, etiam loquẽdo de amicitia modo humano. Quod ſic patet. Nã amicitia humana ſecundum Philoſophũ in 8. Ethicorum triplex eſt. ſ. vtilis, delectabilis, & honeſta. Sed conſtat quod amor in amicitia vtili, cauſatur ex dono, ſeu vtilitate ab amato habita, ſeu ſperata. In amicitia vero honeſta, cauſatur amor ex virtute amantis, quæ amatum diligit, nõ propter donum vel vtilitatem habitam vel conſequendã, ſed ppter virtutẽ ipſius amati, ex quo amore cauſatur, quod vult amato bonum & bonum operatur ei quantum in ſe eſt, vt verus amicus, & ſic in amicitia honeſta amor eſt cauſa doni. Vnde nulla cõtrarietas in hac parabola, nec in eius applicatione ſanè intellectis reperitur, ẽt loquẽdo vtrobiq; ſecũdũ modũ humanũ. Nã primo in parabola Chriſtus loquitur modo humano ſecũdũ amicitiã vtilẽ, vbi amor ex dono cauſatur. Vnde certificat iudicium Simonis dicentis, quod is cui plus donauit, plus diligit. Secundo vero in applicatione loquitur etiam modo humano ſecundum amicitiam honeſtam, quæ procedit ex virtute, ſeu meritis amantis, & amati, ſecundum quam amans certificatus de amicitia, quam amatus hẽt erga amantem (quæ quidem amicitia ſecundum Philoſophum vbi ſupra, eſt virtus, vel non ſine virtute) prouocatur ad amorem ſui amati, & per conſequens ad impendendũ ei bona. Et de hac amicitia loqtur, cũ dr: *Remittuntur ei peccata multa, &c.* Quod autem ſequitur: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit,* Poteſt vno modo intelligi ſecũdum amicitiam vtilem, & ſic correſpondet principio huius altercationis vbi dicebatur, qꝫ is cui plus donauit, plus diligit, &c. Alio modo poteſt intelligi de amicitia honeſta, de qua vltimo loquitur, vt ſit ſenſus. Cauſa autem quare alicui minus dimittitur eſt, quia minus diligit. Et ſic eſt amor cauſa doni. Vnde nulla contrarietas in huiuſmodi reperitur, cum de diuerſis amicitiæ ſpeciebus loquantur, & vtrobique ſecundum modum humanum. Non eſt enim veriſimile, qꝫ Chriſtus loqueretur illi Phariſæo de amore diuino, q pertinet ad pdeſtinationẽ, vel de remiſſione culpę, & pœnæ, quorũ ſciẽtia ptinet ad eos q iam pfecti ſunt in

in fidei rudi mentis. Iſte enim Phariſæus adhuc erat infidelis A & ſatis ignarus, vt ſatis patet. Et notãdũ, ꝙ pceſſus Chriſti circa informationem Phariſęi, de his amicitiis eſt connaturalis homini. Incipit.n. ab imperfecto & magis noto ad pfectũ & minus notũ. Amicitia.n. vtilis eſt hominibus magis nota, & eſt impfecta, tãq̃ deficiẽs a ratione verę amicitię ſecũdũ Philoſophũ vbi ſupra. Vnde iſtã amicitiã tantũmodo rudis cognoſcebat Chriſtus vero tradidit ſibi notitiã pfectioris amicitiæ.ſ. honeſtæ, quæ habet verã rõnẽ amicitię, ſecũdũ Philoſophũ. Itẽ notandũ, ꝙ ſecũdũ vtrãque amicitiã Chriſtus Phariſæũ cõuincit, oſtẽdẽdo ei ꝙ illa mulier erat dignior ad recipienda beneficia Chriſti q̃ ipſe Phariſæus. Nã ſm primam ſ. amicitiam vtilem ſibi oſtendit, ꝙ plures vtilitates ſeu obſequia habuit ab illa muliere quam a Phariſęo, & hoc cum dicit, *Intraui in domum tuam, &c.* Secundum vero amicitiam honeſtam, ſimiliter oſtendit ei ꝙ erat dignior, & hoc cum dicit: *Quia dilexit multum.* In quibus bene conſideraris nos docet, ꝙ verus pœnitens debet habere exteriora opera pia & B deuota, & interiora amore feruentia ſecundum doctores.

REPLICA.

*In capitulo ſeptimo*, Vbi in parabola Chriſti innitur, quod more humano loquẽdo amor oritur ex dono, cum dicitur: *Quis plus diligit?* Rñſum eſt. *Aeſtimo cui plus donauit.* Et ſequitur verbum Chriſti: *Recte iudicaſti.* Poſtillator exponit hoc de humano amore; in quo amor oritur ex dono, ſed in applicatione parabolæ Chriſtus conuertit ſtilum ad loquendum de amore Dei erga nos, qui nõ eſt ex meritis noſtris, ſed magis cauſat bonũ in nobis, & eſt donatiuus, ideo dixit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, vt ſic amor non ſit ex dono, ſed donum ex amore.* Sed Burgenſis hic vult abſoluere contrarietatem quæ videtur in litera, per amorem vtilem & inhoneſtũ vtrobique dicẽdo more humano. Secũdi dictũ rectificatur iudiciũ Simonis, vt ex vtili ſurgat Iuxta ſm fit applicatio, qa dilectione ex meritis & vir penduntur ei bona. Hæc aũt applicatio Burgen. labo quiuocis, quia amor concupiſcentiæ, & amor amici æquiuoce amor, quia diuerſis rõnibus. Nõ eſt aũt ve Chriſtum amorẽ æquiuocaſſe, nec eſt neceſſariũ am neſtũ eſſe cauſam doni, put Burgenſ. vult, qa ſtat illũ eſſe rectũ ſine omni dono dato vel ſperato, alias eſſe mercenarius, per conſequens non honeſtus. Virtus.n tur p ſe, per conſequens virtuoſe ſine reſpectu ad do aũt Burgenſis dicit non eſſe veriſimile ꝙ Chriſtus ſit l Phariſæo de amore pertinẽte ante prędeſtinationẽ & ſionẽ pœna & culpæ, hoc eſt contra beatũ Auguſtinũ mone de Maria Magdalena ſic exponentem hunc p contra beatũ Bernardũ ſuper Can. ſermone 22. ante Et vide de hac materia Sanctum Thomam prima ſecu 26 artic. 4. Ratio autem Burgenſ. ad ſic dicendum no quia pp ruditatem vel infidelitatẽ Phariſæi, Chriſtus luit prætermittere ea quæ fidelibus ad inſtructionẽ po valere. Sæpe.n dixit corã perfidis quæ ipſi non intelle tñ Eccleſię prodeſſe non ceſſat, cui datum eſt noſſe m regni Dei, cæteris aũt in parabolis, vt vidẽtes non vide telligentes nõ intelligant. Quãuis enim Phariſæus n intellexit, imo impugnauit veritatẽ dicẽdo intra ſe: Q hic qui ẽt peccata dimittit? Nihilominus Chriſtus di co de remiſſione peccatorum quo ad culpã & quo a quantũ ad liberalitatem Dei præcedentẽ mulieris dil quæ in peccato exiſtens diligere non poterat, & quo a debitam, propter mulieris primam dilectionem. Vnd *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.*

CAPVT VIII.

a ET *factum eſt.* More aquilæ prouocantis ad volandũ pullos ſuos, paulatim dñs diſcipulos ſuos in nido fidei plumis virtutũ induit, qbus poſtea ſublimius volare, & alios inſtruere valeant. Prius docet in ſynagogis, miracula facit, fa- C mam vbique diſpergit, turbas ſuſcipit, curat, inſtruit, hic diſcipulos facit, ex quibus duodecim elegit, quos primo præſente turba docet, & miſeris ſolita præſtat beneficia, iam vero ſolos ipſos ſecum retinet, vt cum familiarius audiant, ſolis illis occultiora exponit myſteria, & ſic demum virtutum ſuarum oſtenſione quaſi alarum protectione firmatis, dat ipſis poteſtatem curandi, & mittit prædicare regnum Dei.

⁂ S. Titus. Qui doctor è cœlo ad terram deſcenderat, is ciuitatis, & oppida prædicãs, & regnum Dei annuncians peragrabat, quo eos qui vitã in terris degebant, ad cœleſte regnũ reuocaret: (Eſt interim terra ipſius opus) quoq; ii q per ſeductionẽ a cęleſti ordine, & tranquillitate exciderant, per rerum terrenarum contemptũ, animo ad cœleſtia aſſu Duodecim autem erãt cum illo, attamen verbi miniſt non obibant, ſed ea tantum quæ ad Euangelii doctrin ciunt, diſcebant: & a Chriſto præceptore hauriebant.

⁂ Nazianzenus. Vadit de loco in locum, non ſol plures lucretur etiam vt multa cet loca, dom laborat, vt ſom & laborem ſa cet, plorat, vt de tium lachrymis dicat cœleſtia, dientes exaltet.

b *Maria quæ v Magdalena.* Cum ria iter faceret domino, & ei ſtrare commen tur, celebri eam vocabulo Magdalenam vocat: Vbi ea peccatricem deſcribit, reuerenter eam generali nomi lierem dicit, ne nomen tantæ famæ quod hodie venera priſci erroris nota fuſcaret.

*Maria.* Amarum mare, propter inſitum pœnitentiæ tum, quo ipſa, vel nos ſingula mala deflemus.

c *Magdalena.* Id eſt, turrenſis, a Magdalo, id eſt, turri, d dicitur; *Tu es ſpes mea, turris for. a f. ini.*

CAPVT VIII.

a ET factum eſt deinceps, & ipſe iter fa- 1
ciebat per * ciuitates, & caſtella præ- 2
dicans, & euangelizans regnum Dei,
& duodecim cum illo, & mulieres ali- 3
quæ quæ erant curatæ a ſpiritibus ma- 4
lignis, & infirmitatibus. † Maria 5
b quæ vocatur Magdalenæ, de qua
c

* Angulas

† De peniten. diſt. 3. c. ſunt plures.

Dæm

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

1 ET *factum eſt, &c.* Deſcripta inſtructione Chriſti facta Apoſtolis principaliter, hic conſequenter ponitur eiuſdem inſtructio facta Apoſtolis per turbas communiter. Et primo præmittitur quaſi q̃dam præfatio. Secundo ſubditur dicta inſtructio, ibi: *Cum autem plurima turba.* Circa primum dicitur.

2 *Ipſe iter faciebat per ciuitates.* In quo apparet Chriſti diligentia in opere prædicationis.

3 *Et duodecim cum illo.* Id eſt, duodecim Apoſtoli, de quorũ electione dictum eſt ſup. 6. cap. non tamen ibant cum illo ad prædicandum, ſed magis ad audiendum, vt poſſent c nientius prædicare ad quod miſſi ſunt poſtea, vt patebit

4 *Et mulieres ali.* Ideo ſequebantur eum.

5 *Maria quæ voc.* Sic noĩata a Magdalo caſtro, & iſta qua eſt ſermo factus cap. pced. Rõ tñ ſui cognominis ſimode aſſignatur a doctoribus diuerſis. Illi.n. q dicũt, fuit ſoror Lazari, dicũt ꝙ noĩata eſt Magdalena, eo ꝙ dalũ caſtrũ cecidit in partẽ ſuã de hæreditate paterna. pater eius magnus homo, & nobilis, habẽs dominiũ in bus locis inter quę erat dictũ caſtrũ. Alii vero q dicunt nõ fuit ſoror Lazari, ſed alia eiuſdẽ noĩs, dicunt ꝙ nom eſt Magdalene a Magdalo caſtro, eo quòd erat inde o

MORALITER.

1 *Et factum eſt, &c.* Sequitur.

4 *Et mulieres, &c.* Quæ miniſtrabant ei neceſſaria de facultatibus ſuis, tanquam gratæ de ſuis curationibus, & fact deuotæ. Hoc etiam conſuetum erat fieri prædicatoribus Iudæorum.

E

a [Dæ]monia ſeptem. Eandem eccleſiam de gẽtibus a ſordibus viti[or]ũ mundatã, quam Maria ſignificat, ſignificat & Ioanna, [quæ] prius cul[t]ibus idolorũ ded[i]tam, ſed iam Chriſti pietate re[demp]tã, & gratia implet[a]m, quæ quaſi vxor erat prius diaboli.

* Gregorius. Per ſeptem dæmonia vniuerſa vitia intelligu[n]tur. Quia enim [ſe]ptem diebus om[ne tem]pus compre[hen]ditur, rectè ſe[p]tenario numero v[niuerſ]itas figuratur.

b Ioanna, & cæt. Ioã[nes], dominus gratia [eius], vel dominus mi[ſer]icors, cuius eſt om[ne] qđ viuimus.

c [Pr]ocuratoris Herodis. Cum quilibet [ma]gnus ſpiritus ꝑ rego diaboli ad de[ce]ndum laborat, [quaſi] Herodis impij [eſt] ni procurator exi[t].

d [D]e facultatib. & c. An[tiq]uus mos erat Iudæorum, nec duce[ba]tur in culpam, vt [mu]lieres ſua ſub[ſtantia] paſcerent, & [ve]ſtirent Doctores. H[oc q]uia hoc in gen[ti]b[us] ſcandalum po[ſſet] facere, Paulus [ſe] emorat abſtinu[iſſ]e. Miniſtrabant [autem] domino carna[lia] [c]uius metebant [ſpiri]ualia, vt formã da[ret] prędicatoribus quod victu, & veſtitu deberent eſſe con[ten]ti accipiendo a plebibus.

a ¶Vitia vniuerſa quibus plena fuerat, in figura Eccleſiæ de gentibus ſordidæ.

a Dæmonia ſeptem exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procura-

b ¶Lilium propter odoriferum cœleſtis vitæ candorem.

b

c toris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant 1

d ei de facultatibus ſuis. Cum autem turba plurima conueni- 2

e ret, & de * ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimili-

a ¶Parabolam. b ¶Cuius eſt declarare voluntatem patris.

f tudinem. †Exiit qui †ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum † †ſeminabat

g ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volu-

a ¶Vt nec in memoria mens teneat, quod opere exercere neglexit. b ¶Vbi non eſt altitudo terræ, id eſt, ſtudium diſciplinæ.

h cres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram, &

a ¶Ad nutriendas lampades virginum.

natum aruit, † quia non habebat humorem. Et aliud cecidit

a ¶Corda ſollicitudinibus agitata.

inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud. Et †

a ¶Mite cor, & docile. b ¶Cum perfecta bonorum operum plenitudine creſcit.

i aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum cen-

a ¶Intelligentiam mentis. b ¶Spiritualiter hæc verba intelligat.

k tuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi au-

l

m diat. Interrogabant autem eum diſcipuli eius quæ eſſet hæc

a ¶Quia fideles eſtis, & Phariſæis incredulis ſancta non ſunt danda.

parabola. Quibus ipſe dixit: † Vobis datum eſt noſſe † my- †Myſteria

a ¶Intelligentiam ſcripturarum de quo regno alibi dicitur. Auferetur a vobis regnum Dei. b ¶Qui foris ſunt, vt Marcus ait, qui neque intueri, neque cognoſcere curant veritatem.

n ſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, † vt videntes †Matth. 13.c Mar. 4.b

non videant, & audientes non intelligant. Eſt autem hæc pa-

o rabola, † Semen eſt verbum Dei. Quod autem ſecus viam,

e [Cu]m autem turba, & c. Quoties in Euangelio turbæ vocabu[lu]m interſeritur, ſicut diuerſitas hominum: ita etiam diuerſitas intimatur voluntatum. Non enim omnes eadem volunte, ſed diuerſis ex cauſis Chriſtum ſequebãtur: Quidam pro bono, quidam pro malo, omnibus tamen dominus beneficia præſtat, docendo, alendoq́, ſanando.

f [Ex]ij qui ſeminat, & c. Exijt filius Dei de ſinu patris, quo [cr]eaturæ non erat acceſſus, vt ſeminaret ſemẽ ſuum, venit in [m]undum, vt teſtimonium perhiberet veritati. Vnde [ſe]cundum alios euangeliſtas hãc parabolam dicturus de domo exijſſe, mare adijſſe, nauem conſcendiſſe memoratur, [ip]ſum ſitu corporis quod proceſſus ſermonis inſinuans.

Theophylactus. Exijt autem nunc, non vt agricolas [am]pleret, aut combureret terram, ſed exiit ſeminare. Sæpe [e]nim agricola qui ſeminat, ob aliam cauſam exiit, non ſo[l]i vt ſeminet.

C

g Secus viam. Via, eſt cor ſeculo malarum cogitationũ trãſ[it]u attritum & areſactũ, ne ſemen verbi poſſit accipere vel germinare, ſed a peſſimis cogitationibus cõculcatur, & a dęmonibus rapitur. Qui ideo volucres cœli dicuntur, quia cœleſtis, & ſpiritualis ſunt naturæ, vel quia per aerem diſcurrũt. D

⁜ Theophylactus. Non dixit quod ſeminans proiecit aliud ſecus viam, ſed quod ſemen cecidit. Qui enim ſeminat, docet rectũ ſermonẽ, ſed ſermo diuerſimode cadit in audientes, vt quidam eorum via dicãtur.

h Supra petram. Petra indomitum cor nullo veræ fidei vomere penetratũ, in quo non eſt verus amor, & perſeuerantiæ virtus.

i Centuplum, & cæt. Cum denarius pro pfectione ſoleat accipi (quia in decem legis præceptis cuſtodia continetur,) centenarius qui per multiplicatũ denarium ſurgit, pro magna perfectione ponitur. Cor igitur cẽtuplum facit fructũ quod per amorem proximi actiuam, & per amorem Dei cõtemplatiuam adipiſcitur vitam, & ſpiritualiũ ornatur perfectione virtutum. E

k Qui habet aures. Vbicunque hæc admonitio interponitur, myſticũ eſſe quod dicitur, & attentius quęrendũ, oſtẽdit.

l Interrogabant. Nõ mox finita parabola (ſed vt Marcus ait) Mar. 4 b cum eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi qui cũ eo erant duodecim parabolam: In quo moraliter inſtruimur, vt ſi intelligentiam diuinorum verborum aſſequi volumus, ſepoſitis terrenorum tumultuum curis, domum Dei, id eſt, occulta ſcripturæ penetralia, orando, & meditando intremus, dicentes: Reuela oculos meos, & c. Pſal. 118.c

m Hæc parabola. Nota hanc eſſe primam parabolam quæ cum interpretatione ſua poſita ſit. Et cauendum eſt vbicunque dominus rogatus a diſcipulis intrinſecus ſermones ſuos diſſerit, ne vel aliud vel plus vel minus intelligere velimus, quam ab eo expoſitum eſt. Ideo autem hanc parabolam per ſeipſum dignatur oſtendere, vt ſe figurate loqui innoteſceret, & rerum ſignificationes etiam in his quæ exponere noluit, quærendas eſſe doceret. F

n Videntes. Doctores Iudæorum qui cum merito peruerſitatis ſuæ excæcati ſunt, mendaciter ſe videntes putant.

o Quod autem ſecus viam. Secus viam ſeminantur, q nulla fide, nullo intellectu, nulla ſaltem tentante vtilitatis occaſione percipere

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quæ miniſtrabant, & c. Apud Iudęos erat conſuetum, quod [mu]lieres ſanctæ & deuotæ miniſtrabant doctoribus neceſſa[ria] ex deuotione. Et ideo quia Chriſtus docebat & pdicabat [inte]r Iudæos, hoc modo accipiebat neceſſaria ab eis. Paulus a[ute]m qui prædicabat gentilibus inter quos non erat talis co[n]ſuetudo, non habebat mulieres ſequentes ipſum, & [mi]niſtrantes, vt habetur 1. Corint. 9. Ne forte ex hoc gentiles ſc[an]dalizarentur.

Cum

2 Cum autem, & c. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti doctrina, ſeu inſtructio. Et primo deſcribitur dicta inſtructio. Secundo inſtructionis confirmatio, ibi: Factum eſt autem. Prima in duas, quia primo deſcribitur parabola ſuę prædicationis. Secundo feruor prædicantis, ibi: Venerunt autem ad illum. Prima adhuc in duas, quia primo parabola præponitur. Secundo exponitur, ibi; Interrogabant autem. Sententia autem iſtarum duarum partium patet ex dictis Matth. 13. Excepto quod ſequitur in parte ſecunda.

Nemo

## MORALITER.

† [E]xijt qui ſeminat, & c. Semen iſtud poteſt dici eleemoſyna: De cuius ſeminatione dicitur 2. Corinth. 9. b. Qui parce ſeminat, parce & metet, & c. Huius autem ſeminis cadit pars ſecus viã & diabolus tollit iſtud. Et hoc eſt quãdo recipiẽs eleemoſynã, in illicitis conſumit eam. Et aliud ſupra petrã, quod fit, quando recipiens de beneficio nõ eſt gratus homini neque Deo. Et aliud cadit inter ſpinas, ꝑ quas ſignificantur ſolicitudines vitæ præſentis. Et hæc pro parte ſunt bona eccleſiæ, data clericis & religioſis, qui de illis viuunt carnaliter & pompatice, & implicantur ſecularibus negociis, cum tamen illa bona ſint data ad ſeruiendum Deo deuote, & ad miniſtrandum pauperibus in ſua neceſſitate.

† Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centupl. Iſtæ ſunt eleemoſynæ receptæ ad victum & veſtitum neceſſarium Deo ſeruientium.

Nemo

hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum
de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam † quod ſupra
petram, qui cum audierint cum gaudio ſuſcipiunt verbum,
a & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tem-
pore tentationis recedunt. † Quod autem in ſpinas cecidit,
b hi ſunt qui audierunt, & a ſollicitudinibus, & diuitijs, & vo-
c luptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.
o *Et vt ap.* Quod dñs ſm hiſtoriā ſemel fecit hoc quotidie ꝑ electos ſuos ī eccleſia agit: Plāgit reprobos, q neſciūt cur plangūt, ſed exultāt in reb. peſſimis, q ſi dānationē ſuā ꝓuiderēt, ſeipſos cū electorū lachrymis plāgerent: Qui in proſperitate ſua diem ſuū hic hñt, in qua & pacē hñt ex abūdātia tēporalium, & ſupplicia nunc abſconduntur ab oculis eorum q refugiūt futura ꝓuidere, quæ tēpalem lætitiam perturbēt. Sed venient dies qñ animas exeuntes a corporib. dæmones inimici circundabunt vallo trahētes eas ad ſocietatem ſuæ damnationis. Et undiq; circundabunt, & coanguſtabūt, qñ non ſolum operis, ſed ēt loquutionis & cogitationis iniquitates ante oculos eorum replicabunt. Et ad terram proſternent, cum caro in puluerem redigetur. Filij etiam cadent, cum in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quæ cogitationes etiam per lapides ſignantur cū ſubditur. Prouer. 1. c. Pſalmo 145. a.

✠ Theoph. Plorat ſup ciuitate ut miſericors nolē ꝑdi ☞ eos qui

f Subſternebant

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eunte au. *Hic ponitur populi deuotio, & patet ſnīa ex dictis Mat. 21. excepto quod ſubditur.* 2 Super om. *Ex ſuſcitatione enim Lazari quam plures viderant, fuerant moti ad iſtam deuotionē vt habetur Io. 11. f. & etiā ex aliis Chriſti miraculis.* 3 Et qui. *conſequēter deſcribitur Phariſæorum malignatio. Ex inuidia enim quam contra Chriſtum conceperant deuotionē populi ad Chriſtum videre non poterant, ideo dixerūt.* 4 Magiſter incre. &c. *quaſi dicat, talem falſum applauſum non debes ſuſtinere.* 5 Qui. ip. *Rationabiliter ſe excuſando, & prophetādo, de futuro.* 6 Dico vobis, &c. *Ex hoc fuit impletum in ſua paſſione, quando diſcipulis præ timore Iudæorū tacētibus laudem. Chriſti, lapides ſciſſi ſunt vt habetur Matt. 27. f. Quaſi perhibentes teſtimoniū ſanctitatis ipſius Chriſti morientis, propter quod Centurio, & alij Gentiles, qui erant cū eo, viſis tot ſignis ſanctitatē Chriſti cōfeſſi ſunt dicētes. Vere filius Dei erat iſte, vt habetur ibidem.* 7 Et vt ap. *Hic cōſequenter oſtendit facto futuram ciuitatis Ieroſolymitanæ deſtructionem, in hoc quod fleuit ex cōpaſſione propter mala ſuper ciuitatem & populum futura. Et quia ſemper in Deo cū miſericordia currit iuſtitia, ideo in Chriſto primo oſtenditur dulcor cōpaſſionis, ſecūdo, rigor vltionis, tertio, in principibus Iudæorū malū obſtinationis, ſecūda, ibi:* Et ingreſſus. *Tertia, ibi.* Principes aūt. *Circa primum dicitur.* 8 Vidēs ci. *ſ. Ieruſalē, in qua diu viguerat cultus diuinus.* 9 Fleuit ſup. *Tū propter male culpæ, quæ ibi multiplicata fuerāt* ✠ Tum

MORALITER.

† *Et cum ap.* Secūdū ſenſum allegoricum: Ciuitas hæc, eſt eccleſia, quæ tempore Antichriſti ſic anguſtiabatur & proſternetur, quod pauci audebunt ſe Chriſtianos confiteri.

A eos qui in illa propter facinus contra te, oſtendit itaque viſcera miſericordiæ per fletũ, quia enim miſeretur eis & nõ ſolum ante crucem ſed & poſt crucem etiã cõuerſionem eorum ſitibat manifeſtũ eſt ex eo quod per triginta, quinque annos Romanis traditi sũt: nã ꝓpter nihil aliud diſtulit ſupplicium quam quod cupiebat eos conuerti.

† 16.q.7 c. & hæc diximus ver cum audiſſet.

*Et non relin.* Peruerſus enim cum peruerſionem adiicit, quaſi lapidem ſuper lapidem ſtruit. Sed cũ anima ad vltionẽ rapitur, talis cogitationum conſtructio diſſipatur, & hoc ideo: *quia non cog. t.* Peruerſam enim animam Deus viſitat, aliquando præcepto aliquãdo miraculo, Sed quia ſuperbiens

B contemnit, nec de malis ſuis erubeſcit, in extremo inimicis tradetur, cum quib. in ęterno iudicio dãnationis ſocietate colligitur. *Ad pacem, &c.* Dum carnẽ das voluptatib. mala vẽtura non proſpiciens, habes bona præſentia quæ ad pacem poſſunt eſſe temporalem. Et cur hoc, ſubdit, ſ. quia non prę uidet mala quæ ei euẽtura ſunt. Si enim præuideret in præ ſentibus proſperis lætata non fuiſſet.

a *Et non re.* Cum Ieruſalem modo ſit ꝯſtructa extra portã vbi dñs crucifixus erat, apparet illam Ieruſalẽ ex toto fuiſſe

C deſtructam. Cui vnde euerſio contigerit, ſubditur, *Eo quod non cog.* Id eſt, aduentum filii Dei in carne.

b *Et ingreſſus.* Poſt enumerata mala, ingreſſus tẽplũ eiecit vendentes & ementes, ꝑ hoc innuens, ꝙ ruina populi, maxime ex ſacerdotum culpa fuit, dum. n. vendẽtes & emẽt[es] percutit, oſtendit vnde radix perditionis proceſſit.

a Ruinam quæ imminet. b Subaudi fleuiſſes quæ modo exultas.

illam dicẽs, † Quia ſi cognouiſſes & tu[b], & quidem in hac die

a Non prudenter ſuperuenturæ miſeriæ, nunc tempore lætitiæ. Ecce pœna quam imminentem ignorant.

tua, quę ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab ocu-

Romani principes.

lis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndiq;, & † ad terrã proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt. † Et non re

a linquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoue

b ris tempus viſitationis tuæ. Et ingreſſus in templum cœpit eiicere vendentes & emẽtes, dicens illis: † Scriptum eſt: Quia

a Qui ad hoc in templo reſidetis, vel, vt non dantes munera corporaliter perſequamini, vel dantes ſpiritualiter necetis.

domus mea domus orationis eſt, vos autẽ feciſtis illam ſpe-

a Quia dominus nec indignis verba prædicationis ſubtrahit, poſt vigorem diſciplinæ iniectis perſeuerat in gratia docendi.

c luncam latronum. Et erãt docens quotidie in templo, † Prin

d cipes autem ſacerdotum & ſcribæ & principes plebis quæ-

a Quia quotidie docebat in templo, & eiiciebat latrones, recipiebat laudem turbarum.

rẽbant illum perdere & non inueniebant quid facerent illi, Omnis enim populus † ſuſpenſus erat audiens illum.

Moraliter. Sicut in ciuitate eſt templũ: ſic in pleb[e] fideli vita religioſorum. Sed multi dũ ꝓ religionis habi[tu]

ſacrorum ordinũ l[o]

cum percipiunt, re[li]

1 gionis officium [in]

2 mercimonium te[r]

3 renæ negotiation[is]

4 conuertunt. In tem

plo vendit, qui h[oc]

5 quod quibuſdam i[u]

6 re competit, ad pr[æ]

7 mium largitur, Iu

ſtitiam vendit, q[ui]

8 hanc pro præmij a[c]

ceptiõe ſeruat. Em[it]

9 in templo, quia [ad]

hoc quod proxim[o]

iure debet, negat, d[a]

to patronis prẽmi[o]

emit peccatũ. Qui[bus]

dr̃: Feciſti. do. m.

10 quia dum perue[rſi]

11 locũ tenent relig[io]

12 nis, ibi per malitia[m]

13 occidunt, vbi p o[ra]

14 tionẽ viuificare [de]

15 buerunt, Sed q a c[on]

tra peruerſa per [ſa]

cras paginas nos [in]

deſinenter inſtruit, recte ſubditur,

c *Et e. do.* Domus Dei eſt ꝯſcientia fideliũ, q̃ facit ſpelunca[m] latronum qui relicta ſimplicitate ſanctitatis, illud medi[tatur] agere, vnde proximũ innocenrẽ poſſit lędere. Sed eꝯ do[mi]nus mentes fidelium ad cauenda mala erudit, *Et erat do. e.*

d *Quęrebant illum per.* Ideo non poterant illum perdere, [quia] timebant tumultum populi, vel ideo volebant perdere, [quia] neglecto ſuo magiſterio, totum populum videbant [ad] eius doctrinam confluere.

CA.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Tum propter mala pœnæ quæ futura imminebant dicens.*

1 Quia ſi cogno. *Supple mala dicta.*

2 Et tu. *Supple fleres.*

3 Et qui in hac die tua. *Id eſt, modico tempore, in quo facies voluntatem tuam.*

4 Quæ ad pa. *Id eſt, modico tẽpore duraturam, & ideo nunc gaudes, quia mala imminentia non vides, ideo ſubditur.* Nunc au. abſcon. ſunt, &c.

5 Et circundab. te inimi. tui. *Scilicet, Romani,*

6 Vallo. *id eſt, cum exercitu valde forti.*

Ioſeph. de bello Iudaico li. 7. c. 13

7 Et coan. te v. *In tantum, quod præ anguſtia famis inuẽtæ ſunt mulieres filios proprios comediſſe, ſecundum quod refert Ioſephus libro de Iudaico bello. Et cauſa tantæ deſtructionis ſubditur.*

8 Et quod non cog. tem. vi. tuæ. *Prædicationem Chriſti recipiendo, ſed magis vſque ad mortem ipſum perſequendo.*

9 Et ingreſ. *Hic conſequenter in Chriſto oſtenditur rigor vl[tio]nis, in hoc quod vendentes & ementes in templo inde eiecit, per [hoc] deſignans, quod eſſent eiiciendi in gehennam, & patet ſententia [ex] dictis Matth. 21.*

10 Principes au. *Hic cõſequẽter deſcribitur obſtinatio princ[ipum] Iudæorum, & primo, quantum ad interiorem machinationem, ſe[cun]do, quantum ad exteriorem inſidiationem ca. ſe. Circa primum d[ici]tur:* Prin. au. ſa. *Qui præerant in ſpiritualibus,*

11 Et ſcribæ. *Qui intendebant doctrinæ legis, & prophetar[um].*

12 In prin. plebis. *Qui præſidebant in temporalibus diſpon[en]d[is].*

13 Quærebant il. per. *Excogitantes diuerſas vias, & mo[dos] quo modo poſſent illum ocidere, moti ex rancore & inuidia con[tra] ipſum, ideo ſubditur.*

14 Et non in. *Cum eſſet ſanctiſſimus, nec etiam audebant tim[or]e populi, ideo ſubditur.*

15 Omnis enim populus. *Id eſt, valde attentus ad audien[dum] ſanctam eius doctrinam.*

NICO.

### MORALITER.

8 *Eo quod.* Chriſtus enim eccleſiã viſitat quandocumque Chriſtianos ad bonũ excitat, ſed eccleſia pro maiori parte non cognoſcit hoc cum affectu, propter ꝙ Antichriſti perſecutio ſuper eam veniet ad purgationẽ electorum, & dãnationẽ reproborum. Secundum vero ſenſum moralẽ, iſta ciuitas eſt anima peccatoris, quę vallatur in morte, & anguſtiatur a ſpiritibus malignis, & eius filii proſternũtur, id [eſ]t cogitationes eius, quibus promittebat ſibi longam vita[m], honores, diuitias, & huiuſmodi fruſtrãtur. *Eo quod no. co.* [q]ũ dominus eam inuitaret ad emendationem vitæ.

9 *Et ingreſ. in tẽ.* Exponatur ſicut ſup. Mat. 21. & Marci.

MORA.

### ADDITIO.

In. ca. 19. *Vbi dicitur in poſtil.* Et ſic videtur dicere, quod nõ fuit Iudæus natione, ſed Gentilis.

*Quod autẽ Zacheus ſit natione Hebræus ſatis oſtẽditur per rationes poſtil. Nec Beda contrarium videtur dicere ſi bene intelligantur verba euangelij, quibus ſentẽtiam ſuã adaptat. Nam Chriſtus dixit ꝙ ſalus facta eſſet huic domui, ſcilicet, Zacheo habitatori, eo ꝙ eſſet filius Abrahæ. Conſtat autẽ, quod nõ fuit ſalus facta Zacheo, eo q[uo]d de ſtirpe Abrahæ genitus eſſet, ſed quia eius fidẽ eſt imitatus, & ſic referenda ſunt verba Bedæ ad cauſam ſalutis ſcilicet Zachei, nõ [au]tẽ ad eius ſtirpem tantũ. Similiter ex dictis Ambr. dicẽtis: Zacheus exiguus meritis, ſicut populus nationũ, &c. non videtur dicere q[uo]d ſit de populo nationũ, ſed quod ſit figura populi nationum, non eſt [au]tem inconueniens, vt aliquis de natione Iſraelitica figuret nation[em] Gentilium, ſicut Luc. 15. de filio prodigo.*

CAPVT. XX.

A ET factum eſt, &c. Sequitur.
In qua poteſtate hæc facis. De Dei poteſtate dubitant, & ubintelligi volunt, diaboli eſſe, quod facit. Vnde addunt: *Aut quis eſt qui dedit ti. &c.* In quo plane negant Dei filium, quem non ſuis viribus, ſed alienis ſigna facere credunt.

c *Interrogabo uos & ego unum ver.* Poterat aperta reſponſione tentatorum calumniam confutare, ſed prudenter interrogat, vt vel ſuo ſilentio vel ſua ſententia condemnentur.

✻ THEOPHYL. Quamuis in promptu eſſet quod eis reſpōderet Dominus veruntamē vt oſtendat eis quod ſemper inobedientes ſunt Spiritui ſancto, & noluerint credere Eſaiæ veteri prophetę & cuius forte memoriam non habebant, ſed oſtendit q̄d Ioanni viro Euangelico, minimeq; carnali, qui pridem apparuerat credere noluerint, & propterea interrogat interrogationem hāc admiratione dignam qua & confutat illos.

d *Baptiſmum Ioannis de cælo erat, &c.* Quem confitemini de cœlo habuiſſe ꝑphetiam mihi perhibuit teſtimoniū, & ab illo audiſtis in qua poteſtate ego faciā. Quod illi intelligentes, dubitant quid debeant reſpondere.

e *Neque ego dico uobis.* Propter duas cauſas veritas quærentibus eſt abſcondenda. Vel, quia minus capaces ſunt ad audiendum vnde dicitur: Multa habeo vobis dicere, ſed non p.p.modo. Vel quia ex odio & contemptu quærunt, vnde dicitur: Nolite ſanctum dare canibus.

f *Cœpit autem.* Principibus ſacerdotum & ſcribis de ſua interrogatione confutatis, dominus, quod cœperat exequitur, & illis audientibus plebem, quod ſua verba libentius audiat alloquitur, inferens parabolam qua & illos impietatis arguat, & regnū Dei ad gentes transferēdū oſtendat.

✻ THEOPHYL. Breuis tandem iſta parabola multa & magna nos docet curam quod Deus tātam erga Hebręos exhibuit, qui ab initio fuerunt homicidæ: vnū eſſe Deum veteris & nouæ legis; vocandas gentes & abiiciendos Iudæos

CAPVT XX.

a ET factum eſt in vna dierum* docente illo po-
pulum in templo & euangelizante, conuene-
runt principes Sacerdotum & Scribæ cū ſenio
b ribus, & aiunt dicentes ad illum.† Dic nobis in
qua poteſtate hæc facis: aut quis eſt, qui dedit
c tibi hanc poteſtatem? Reſpondens autem Ieſus dixit ad illos:
d Interrogabo vos & ego vnum verbum. Reſpondete mihi: Ba
(Sicut verum eſt.)
ptiſmum Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? At illi cogi-
(Sicut verum eſt.)
tabant intra ſe dicentes: quia ſi dixerimus, de cœlo dicet: Qua-
(a Mihi teſtimonium perhibenti) (b Si ex inuidia iſtius Ioanni etiam derogauerimus.)
re ergo non crediſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus
plebs vniuerſa lapidabit nos.† Certi ſunt enim Ioannem pro-
(a Timentes lapidationem, ſed non timentes veritatis confeſſionem.)
phetam eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſus
(Non dico vobis quod ſcio, quia vultis fateri quod ſcitis.)
e ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.
f † Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo
g h quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipſe pe-
i regre fuit multis temporibus. Et in tempore illo miſit ad cul-
tores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum dimi-
k ſerunt † eum inanem.† Et addidit alterum ſeruum mittere. Il-
li autem hunc quoque cædentes, & afficientes contume-
l lia, dimiſerunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui
& illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem Dominus
(Quod ambigit non de ignorantia, ſed vt reſeruetur homini libera uoluntas.)
vineæ: quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forſitan

dæos Vinea ergo iſta Synagoga erat Iudæorum: cultores autem ſcribæ & Phariſæi, qui præerant populo. Eſt & vnuſquiſque vinea & idem agricola, vnuſquiſque enim noſtrum ſeipſum colit. Hanc igitur vineam cum collocaſſet agricoli miſericors peregre profectus eſt. Hoc eſt permiſit eos iuxta liberum arbitrium. D

g *Vineam.* MORA. Vinea domini ſabaoth, domus Iſrael. Coloni, operarij, qui ad excolendum prima hora, tertia, ſexta & nona ſunt conducti. Peregre fuit, qui vbique præſens eſt, cū imitatoribus liberum operādi arbitrium dereliquit. Eſa. 5.a. *illorū. †Matth. 21.c. Mat. 11.d

h *Et ipſe pe.* Qui vbique eſt, diligētibus ſe præſentior eſt negligētibus abeſt, & longo tempore abfuit, ne perperā videretur exactio. Nā quo indulgentior liberalitas, eo inexcuſabilior peruicacia. E †Perſuaſa eſt.

i *Et in tempore.* Primus ſeruus qui mittitur, Moyſes legiſlator. Qui ꝑ 40. annos fructum legis quā dederat, à cultoribus inquirebat, ſed cæſum dimittunt inanem, quia irritauerunt Moyſen in caſtris, & Aaron ſanctū domini: *& vexatus eſt Moyſes propter eos. q. &c.* De quibus ipſe ait: Vua eorum, vua fellis, & botrus amara. vinum eorum fel draconum. Pſ. 105.e De. 32.c

k *Et addidit alterum ſeruum mittere.* Alter ſeruus Dauid propheta, qui poſt Moyſen colonos vineæ pſalmodiæ modulamine, & citharæ dulcedine ad exercitium boni operis inuitauit, ſed & hunc contumelia affectum, dimittunt inanem, dicentes: Quæ nobis pars in Dauid, aut quæ hæredi. in filio Iſai.? Qui tamen pro hac vinea, ne penitus extirpetur, exorat. Re. 12.d Pſ. 77.a. F

Domine Deus virtutum conuerte & reſpice de cęlo, & vide & viſita vineam iſtam.

l *Et addidit tertium mittere.* Tertius ſeruus chorus prophetarum. Qui populum corripiebāt, ſed & illos perſecuti ſunt & occiderunt. Cuius vineæ ſterilitatem Ieremias deplorat dicens. *Ego te plantaui uineam meam electam, quomodo conuerſa es in prauum vinea aliena?* Ier. 2.d.

☞ Quem

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XX.

1 ET factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur* Iudæorum *obſtinatio quantum ad inſidiationem exteriorem contra Chriſtū. Et primo circa hoc deſcribitur eorum malitia inſidians, ſecundo eorum ſuperbia ad hoc incitans, ibi:* Audiēte omni populo. *Prima in duas partes, quia primo eorum malitia deſcribitur, ſecundo confutatio concluditur, ibi:* Reſpondentes aūt. *Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur malitia principum inſidiando Chriſto per ſeipſos, ſecundo, per miniſtros, ibi:* Et obſeruantes miſerunt inſidiatores. *Circa primum, præmittitur maligna interrogatio, ſecundo, ſubditur interrogantium confutatio, ibi:* Reſpondens autem. *Et iſta ſecunda pars diuidiť in duo, quia Chriſtus primo confutat eos reſponſione cauta, & ſecundo parabolica ad hoc apta. ſecunda ibi.* Cœpit autem dicere. *Sententia autem iſtarum partium patet ex dictis Mat. 21.*

✻ obſeruantes.

*MORALITER.*

1 *Et factum eſt in vna dierum docente illo populum in templo & euangelizante.* Exponatur vt ſupra Matt. 21. & Mar. 11. *Cœpit autem dicere.* Sequitur.

2 *Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipſe peregre fuit multis temporibus.* Exponatur vt ſuprà Mat. 21. & Mar. 12. vſque ibi.

A a *Quem cum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſ.* Apertè probat Iudæos, non per ignorantiam crucifixiſſe filium Dei, ſed per inuidiam. Intellexerunt. n. hunc eſſe cui dictũ eſt: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem*
Io. 12. c. *tuam terminos terræ.* Et ideo cõſulẽtes ſibi dicũt: *Ecce mundus totus poſt eum abijt, & ſi di. eum ſic omnes cre. in eum.* Hæreditatem ergo eccleſiæ quam non moriens pater reliquit, ſed ipſe ſua morte emptã reſurgendo poſſedit, hãc Iudęi eripere volũt, dum fidem, quę per eum eſt extinguere conantur, iuſtitiæ Dei non ſubiecti, ſed ſuam cõnſtituere volentes.
Pſ. 117. e Mat. 21. d Marc. 12. a. Act. 4. b Pial. 2. b Ro. 10. a

b *Hic eſt hæres.* Chriſtus heres, quia morti proprie inſeruixit & teſtamentorum, quę ipſe condidit, quaſi hæreditaria in noſtris pfectib. emolumenta conſeqtur.
† iſtam. † Matth. Marc. 12. a. Marc. 12. a.

B c *Et eiectum illum.* Marcus ordinẽ mutat. Occiderunt & eie. extre vi. In quo pertinacia eorũ notatur, qui poſt reſurrectionem prędicantibus apoſtolis credere noluerant, ſed quaſi vile cadauer proiicientes, gentibus ſuſcipiendũ dederunt.
† Ibid. b. † aſtutiã ipſorũ.

d *Abſit.* Contradicunt ſentẽtię, quam cõtra perfidiam ſuã dictam cognoſcunt. Quod enim in mente gerebant, in parabola contineri intelligunt. Negãtibus ergo Iudæis iuſtum fore, diuinæ ſcientiã legis (quam ipſi ſpernebant) ad gentes transferri, quid ſaluator reſpondeat attende.

e *Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum.* Quomodo implebitur hęc prophetia? Niſi quia Chriſtus à vobis reprobatus, crediturıs gentibus eſt prædicandus, vt in ſe vno angulari lapide duos condat parietes.
Eph. 2. d

f *Lapidem quem reprobauerunt.* ✱ THEOPHYL. Quomodo reprobauerunt lapidem illum? quia dicebant, non eſt ex Deo. Duas autem perditiones hic dicit vnam animarum illorum in quam incedebant ſcandalizati. Omnis. n. qui ceciderit ſuper lapidem confringetur. Alteram captiuitatis, quam contemptus ille lapis eis attulerat: ſuper quẽ. n. ceciderit diſſilire illum faciet. Sic igitur diſſoluerunt Iudæi, & diſperſi ſunt ſicut ſtipulæ ab vno horreo in totum mundum: Obſerua autem, quod illi prius reciderũt ſuper lapidem, hoc eſt ſcandalizati ſunt. Deinde lapis cecidit ſuper eos, & vltus eſt illos: præcedit enim peccatum meum, deinde ſequitur & iuſtitia Dei & vindicta.

g *Aedificantes hic factus eſt in caput anguli.* Qui ſupra coloni,
C hic ædificantes dicuntur, quia qui plebem ad ferendos fructus excolere, hanc ipſi domino inhabitatore dignã quaſi domum conſtituere iubebantur.

a cum hunc viderint verebuntur. Quem cum vidiſſent coloni,
b cogitauerunt intra ſe, dicentes. Hic eſt heres, [a] occidamus il-

a Quia dominus extra portam paſſus eſt. Vel quia prius a cordibus Iudæorum eſt eiectus & deinde cruci eſt additus.

c lum, vt noſtra fiat hęreditas. Et eiectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixe-
d runt illi: Abſit. Ille autem aſpiciens eos, ait: Quid eſt ergo
e hoc quod ſcriptum eſt: Lapidem quem reprobauerunt æ-
f dificantes, hic factus eſt in caput anguli. Omnis, qui cecide-
g rit ſupra illum lapidem conquaſſabitur, ſupra quem autem
h ceciderit, comminuet illum. Et quærebant principes ſacer-
i dotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora, & timue- 1
runt populum. Cognouerunt enim, quod ad ipſos dixerit 2
ſimilitudinem † hanc. † Et obſeruantes miſerunt inſidiatores
k

a Vt aliquid velut eo ignorante extorquerent unde argui poſſet.

qui ſe iuſtos ſimularent, vt † caperent eum in ſermone, & tra-

a Herodis, qui in illis diebus erat Ieroſolymis.

derent eum principatui, & poteſtati præſidi[a]s. Et interrogaue

a Quaſi laudans myſterium cordis ſui ſimpliciter ei aperiat, eoſque uelit habere diſcipulos.

runt eum dicentes: † Magiſter, ſcimus quia recte dicis & do-

a Non times prælatam perſonam ſed indiſcrete dicis ueritatem maioribus & minoribus.
b Illic prouocant ut Deum magis timeat, quam Cęſarem, & dicat non debere ſolui tributa, ut inde ſeditionis autor fiat.

l ces, & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate d[b]oces: Licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Conſiderans au-

a Reſpondet non ſecundum uerba eorum blanda, ſed ſecundum conſcientias eorum aſpere.

tem † dolum † illorum dixit ad eos: Quid me tentatis? Oſten

a Qui pro cenſu ſoluitur, & habet imaginem Cæſaris. b Non de ignorantia interrogat, ſed ut competit ad eorum uerba reſpondeat.

m dite mihi den[a]arium. C[b]uius habet imaginem & inſcriptionẽ?

a Tyberii priuigni Auguſti, ſub quo paſſus eſt dominus.

n Reſpondentes dixerunt ei Cæſ[a]aris. Et ait illis: † Reddite ergo

h *Omnis qui ceciderit.* Qui credit & tamen peccat, cadit ſuper lapidem, & non conteritur, ſed confringitur, quia per patientiam ad ſalutem reſeruatur. Sed cui lapis irruit, id eſt, qui negat penitus, conteritur, vt nec teſta remaneat. Vel cadit ſuper eum, qui modo contemnit, & iniuriis afficit, necdum penitus interit, ſed quaſſat vt non ambulet rectus. Cadit ſuper eum lapis, quem veniens in iudicio opprimit.

MORALITER. Vinea locatur cum myſterium baptiſmi fidelibus ad excolendum opere committitur. Mittuntur tres ſerui, vt de fructu accipiant: Cum lex, pſalmodia, prophetia ad bene operandum hortantur. Sed contumeliis affecti vel ęcci eiiciuntur, cum ſermo auditus vel cõtemnitur, vel etiam blaſphematur: Miſſum heredem occidit, qui filium Dei conculcat, & ſpiritui quo ſanctificatus eſt, contumeliam facit. Vinea alteri datur, cum gratia quam ſuperbus abiicit, humilis ditatur. Scribæ in dominum mittere quærunt, ſed timore continentur, cum ſanctam fraternitatem eccleſiæ propter bonorum multitudinem, erubeſcit, vel timet impugnare.

i *Et quærebant principes Sacerdotum &c.* Quaſi mentientem quærunt interficere in quo vera probantur, quæ dixerat ſe eſt. n. hæres, illi praui coloni, qui ſolo humano terrore retardantur, donec veniret hora eius.

K *Et obſeruantes.* Quod præ timore populi, per ſe non poſſunt, inanibus præſidiis efficere volunt, velut immunes a morte ipſius videantur.

l *Licet nobis, &c.* Cum nuper ſub Auguſto Iudæa Romanis ſtipendiaria facta eſſet, phariſęi, qui de iuſtitia ſibi plaudebant, qui decimas & primitiua Deo dabant tributa homini ſoluenda negabant, pro qua ſeditione poſtea regnum & tota patria deſtructa ſunt.

m *Cuius habet imaginem & inſcriptionem?* Alia imago Dei, alia mundi. Si ergo Chriſtus non habuit imaginem Cæſaris, cur cenſum dedit? Non de ſuo dedit, ſed mundo reddit quæ erant mundi. Et tu ſi non vis eſſe obnoxius Cæſari noli habere, quę ſunt mundi. Si habes diuitias, obnoxius es Cęſari. Si vis terreno regi nihil debere, omnia tua relinque, & Chriſtum ſequere. Et bene prius quæ Cæſaris reddenda decernit. Non enim poteſt quis eſſe domini, niſi prius mundo renunciauerit.

n *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Sicut Cæſar exigit impreſſionem ſuæ imaginis, ſic & Deus animam lumine vultus ſui ſignatam.

*Omnis* *Acceſſeru*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et obſeruantes. *Hic deſcribitur inſidiatio principum Iudæorũ contra Chriſtum per miniſtros, cum dicitur.*
2 Miſerunt inſidiatores q ſe iuſtos ſimularent, vt caperẽt eum in ſermone, & traderent eum principatui & poteſtati præſidis. *Vt ſub ſpecie iuſtitiæ facilius Chriſtum deciperent dicitur. Prouer. 1. b. Fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum, & ideò fruſtrà inſidias tendebant Chriſto, cum nulla ſimulatio poſſit eum decipere, quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius ſecundum quod dicitur Hebræorum quarto, d. Cætera patent ex Matthæi 22.*

✱ Acce

a *Acceſſerunt aũt quidam, &c.* Duæ hæ ſectæ erant in Iudæis. Phariſæorum, q̃ p̃ferebant iuſtitiam traditionum, & obſeruationum, vnde & diuiſi vocabantur a populo, & Saducæorum qui & ipſi vendicabant ſibi quod nõ erant, id eſt, iuſti.
b *Magiſter Moyſes ſcripſit nobis.* Qui reſurrectionem corporum non credunt, & animas putant interire cum corporibus ſimilitudinem fabulæ fingunt, quæ delyramenti arguit eos qui reſurrectionem aſſerunt. Poteſt autẽ fieri, vt in gente eorum hoc aliquando acciderit.

MYSTICE. autem. Hi ſeptem omnes reprobi ſunt, qui in hac vita (quæ ſeptem diebus eſt) ſteriles a bono ſunt, q. bi miſeræ mortis, vltimum munda conuerſatio, quæ ſi fructu eſt tranſit.
c *Vt accipiat eam frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fra.* In lege literæ cogebatur nubere in vita: in lege. ſpiritus, commendatur caſti...
d *Illi vero qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione, &c.* Cum omnes boni, & naturali ſint reſurrecturi, & abſque nuptiis manſuri, dominus tamen, vt ad gloriam reſurrectionis inuitet, de ſolis electis differit. Si autẽ in reſurrectione neque ducent vxores, ſurgent ergo corpora, quæ poſſunt nubere, & ducere. Quod dicitur de his qui habent membra genitalia, ſed nulla voluptate vel neceſſitate nubendi manebuntur. Et nota quod licet inſidiantibus, & conculcantibus ſecreta myſteria loquatur, non tamen ſanctum dat canibus, ſed aderãt multi idonei quos propter aliorum immunditiam non oportebat negligi.

e *Neq; nubent, neque ducent vxores.* Cum cõnubia propter filios, filii propter ſucceſſionem, ſucceſſio propter mortẽ, ergo non eſt mors, neque connubia.
f *Quia vero reſurgent mortui.* Poſtquam propoſitæ qõ. de reſurrectionis conditionib. ſatisfecit, de ipſa reſurrectione cõtra eorum infidelitatem agit.
g *Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.* Cõfutati in ſermonibus non amplius interrogãt ſed aperte comprehẽſum Romanæ poteſtati tradunt, ex quo intelligimus, venena inuidiæ poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere.
h *Quomodo dicunt Chriſtum eſſe filium Dauid.* Conſummaturus præcepta dominus in fine teſtamenti ſui fidem concludit, vt dominum Ieſum verum Deum, & verum hominem ad dexteram patris ſedere credamus.

THEOPHYL. Ad paſſionem propediem acceſſurus, ſuam prædicat diuinitatem idque non admodum aperte, nec iactãter, ſed modeſte. Interrogat enim illos, & perplexos reddit ſinitque ratiocinari quid cõiectandum. Dauid enim eum dominum vocat, & quomodo filius eius eſt purus? Erat enim filius Dauid ſecũdum carnem ſed & Deus eius.
i *Dixit dominus domino meo ſede a dextris.* Iſtud dicere, eſt æqualem ſibi filium generare domino, nõ ſecundum quod de eo natus, ſed ſecũdum quod de patre fuit ſemper.
k *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuo.* Quod a patre ſubijciuntur inimici, nõ infirmitatẽ filii, ſed vnitatẽ naturæ, qua in altero alter operatur ſignificat. Nã & filius ſubiicit inimicos patri, quia

quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in reſponſo eius tacuerunt. Acceſſerunt autem quidam Saducæorum, qui negant eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes: † Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis. Si frater alicuius mortuus fuerit, habens vxorem, & hic ſine liberis* fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erant, et primus accepit vxorem, et mortuus eſt ſine filiis. Et † ſequens accepit illam, et ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illam, ſimiliter et omnes ſeptem, et non reliquerunt ſemen, et mortui ſunt. Nouiſſima omnium mortua eſt, et mulier. In reſurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et* ait illis Ieſus: Filii huius ſeculi † nubunt, et traduntur ad nuptias, illi vero qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis; neque † nubent, neque ducent vxores neque enim vltra mori poterũt. † Aequales enim angelis ſunt, & filii ſunt Dei, cum ſint filii reſurrectionis. Quia vero reſurgent mortui, † & Moyſes oſtendit ſecus rubum, † ſicut dicit, dominum Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum. Omnes enim viuunt ei: Reſpondentes autem quidam Scribarum dixerunt: Magiſter bene dixiſti. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid, & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum. † Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Dauid ergo dominum illum vocat, & quomodo filius eius eſt? Audiente autem omni populo, dixit diſcipulis ſuis:

Interlinear glosses: Tributum pecuniam. Decimas ult[imas]. — a Qui tradere debuerant miraculis, quod non habent locum tradendi. — a Vt vel per frequens am uincerent. Qui interpretantur iuſti. — Phariſæi credebant corporis, & animæ reſurrectionem. Saducæi & animas interire cum corpore. — Ecce ſpiritualis conuerſatio. Sine labe corruptionis uiſione Dei fruentur. — a Quem nos recipitis. Alioquin poterat apertiora dare de reſurrectione teſtimonia prophetarum, ſed prophetas Saducæi non recipiunt. — a Qui iam mortui erant quando hæc dicebat. Probat ergo per hoc animas poſt mortem permanere, quia non eſt Deus non exiſtentium, & ſic introducitur corporum reſurrectio, quæ cum animabus bene uel male geſſerunt. — Quorum Dominus, & Deus eſt. — a Non reprehenduntur quia Dauid filium dicant, ſed quia Dei filium non credunt. — Pater. Filio. — a Non ad horam. b Incredientes. c ſubiiciam tibi nolentes & volentes. — a Quomodo repugnantia ſunt hæc ſecundum noſtrum intellectum. Si purus homo eſt.

Margin: *mortu — † ducunt vxores — † Ducũt vxores, neq; nubũt — † cum

## NICOLAVS DE LYRA.

2 Acceſſerunt autem quidam Saducæorum. *Hic conſequẽter ponitur cõfutatio Saducæorum. Et patet ſententia ex dictis Mat. 22 vſque ibi.*
2 Omnes enim viuunt ei. *Quia iuſti licet ſint defuncti corpore viuunt tamen in anima reſurrecturi ad plenam participationẽ gloriæ, & iniuſti ſimiliter ad declarationem diuinæ iuſtitiæ.*
3 Reſpondentes aũt qdam Scribarum dixerũt. *Hic ex prædictis cõcluditur confutatio inſidiãtiũ Chriſto. Et primo ex eorum propria confeſſione, cum dicitur. Et amplius nõ audebãt eũ quidquam interrogare, tertio, ex ignorantiæ eorum declaratione, cũ dicit.* Quomodo dicunt Chriſtum, &c. *& patet ſententia ex d. Matt. 22.*
4 Audiente aũt oĩ populo, dixit diſcipulis ſuis. *Poſtquã deſcripta eſt principiũ Iudæorũ malitia, hic ſecundo, ſcribitur eorum ſuperbia quæ fuit primum motiuum in eis. Ex ſuperbia cum & præſumptione*

## MORALITER.

1 *Acceſſerunt ad eũ quidam Saducæorum.* Exponatur, vt ſupra Matth. 22. & Marc. 12. vſque ibi.
4 *Audiente autem omni populo. &c.* Exponatur ſicut Matt. 23. & Mat. 12.

† MORAL.

quia patrem clarificat ſuper terram.

A a *Attendite a ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis.* Duplici ratione iubemur attendere a vanæ gloriæ cupidis ne vel eorũ ſimulatione decipiamur, vel eorum exemplo ad amorem temporalium inflammemur.

b *Et amant ſalutationes in foro.* Non ſalutari in foro, nec primas ſedes votat eis quibus debetur ex ordine officii, ſed eis qui indebite amant. Animum enim, nō gradum redarguit. Nec vero caret culpa, ſi is fori litibus intereſſe velit, qui deſiderat ſedere in cathedra Moyſi.

c *Qui deuorāt domos viduarum.* Marcus ſub obtētu plixæ orationis, q vt religioſiores appareant, prolixius orant, vbi ab infirmus quibuslibet, & peccatorum ſuorum conſcientia batis, quaſi patroni laudes, & pecunias accipiant, quorum oratio fit in peccatum, vt non ſolum pro aliis non poſſint intercedere, ſed nec ſibi ad ſalutem proficere, imo ꝓ ipſis orationibus magis damnabuntur.

d *Hic accipient damnationem maiorem* hoc inſinuat illos qui in angulis ſtantes orant, vt videantur ab hominibus, damnationem quidem mereri, ſed iſtos maiorem.

a Cultioribus veſtimentis induti in publicum procedere, quod reprehenditur in diuite, qui induebatur purpura & byſſo.

a Attendite à ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amant 1
b ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & pri-
a Qui habet affectum religionis, ſed ne ſciunt ſibi prouidere
mos diſcubitus in conuiuiis. Qui deuorant domos viduarum, 2
c ſimulantes longam orationem. Hic accipient damnationem 3
d maiorem.

## NICOLAVS DE LYRA.

*ſumptione non poterat correctionem Chriſti ſuſtinere, nec deuotionē populi ad Chriſtum videre, & patet ſententia ex d. Mar. 23. exceptio quod ſequitur.*

1 Volūt ambulare in ſtolis, & amāt ſalutationes in foro. *Id eſt, in cultiorib. veſtimētis in publicum procedere, vt per hoc honorabiliores viderentur.*

2 Qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longā orationem. *Bona earum ad ſe trahentes, & conſumentes ſub falſa ſpecie ſanctitatis.*

3 Hic accipient damnationem maiorem. *Quia ſecūdum dicit Hiero. Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas, & ideo plectenda eſt maiori pœna.*

## Capvt XXI.

B a *Reſpiciens autem vidit eos qui mittebant munera ſua.* Qui appetitores primatus, & vanæ gloriæ cauendos eſſe monuerat, etiam dona ferentes in domum domini certo examine diſcernit, vt retribuat ſingulis ſecūdum intentionem cordis.

b *In gazophilacium diuites.* ✠ Theoph. Gazam theſaurum dicunt, erat itaque ſacer theſaurus quem pii contribuerant, quo vtebantur ad apparitionem, & neceſſaria ſacrificii, & ad ornatum templi, pauperumque alimoniam, quamuis, & de hoc negociationem fecerunt ſacerdotes diſtribuentes theſaurum non in ea ad quæ contributus erat. Laudat igitur dominus viduam ſuper omnes ex penuria ſua ſuam ſubſtantiam dederat.

Gaza, diuitiæ, phylaxe ſeruare: inde gazophylacium. Arca hēns foramen deſuper in qua mittebant ſacerdotes donaria populi, q̄ congregabantur ad neceſſarios vſus tēpli. Porticus ērt in qua Arca ſeruabatur gazophylacium dicebatur; vnde. *Hæc locutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in tēplo.*

C

Allegorice. Diuites, q in gazophylacium munera mittunt, ſunt Iudæi legis elati. Vidua, eccleſia, ꝓ qua vir ipſius mortē ptulit, & in cęli penetralib. ab oculis eius occultus, quaſi in parte alterius regionis viuit. Hæc pauper, qa ſuperbiam, & cōcupiſcētias mūdi abiecit, quæ in gazophylacium minuta duo mittit, qa in cōſpectu diuinæ maieſtatis vbi noſtri operis oblationes quaſi certo numero cōſignantur, ſeruanī, vel dilectionē Dei, & ꝓximi, vel fidei & operationis ſuæ munera defert, quæ conſideratione ſuæ fragilitatis minuta, ſed merito pre intentionis magis accepta quam cuncta ſuperbientium Iudæorum opera.

c *Ex abundanti.* Iudæus ex abundantia mittit, qui de iuſtitia præſumens, orat apud ſe; Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum. Omne victū eccleſia in munera Dei mittit, quia omne quod innititur nō ſui meriti, ſed diuini muneris intelligit, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

d *Et quibuſdam.* oblationem viduæ in qua eccleſia dicentibus ſignatur deſtructio, templi ſupponitur, vt velamento literę occultantis, recondita ſacramenta eccleſię incipiant pateſcere. Curauit.n. Deus ciuitatem & templum, & omnia figuralia ſubuertere, ne quis poſt aduentum Chriſti ad illa recurreret.

✠ Theophylacts. Merito dominus ꝑdicit nūc Hieruſalem ſubuerſione qm̄ prope erat crucifigeretur, vt ſit & hoc magnum argumētum ipſum eſſe Deum. Videns quibuſdum laudantib. ſtructuras templi, & q̄ in illud collata erant. Opinor autem de ſculptis, & ornatis loqui, vt Cherubim, & ſimilia. Hoc.n. forte ἀναθήματα, hoc eſt, donaria dicit. Dn̄s vero nihil horum miratur, ſed & deſtructionem eorum prædicit: Alii autem opinati ſunt eum de conſummatione vniuerſali loquutum, quamuis de captiuitate Hieroſolymarum

## CAPVT XXI.

a Reſpiciens autem vidit eos qui mittebant 1
b munera ſua in gazophylacium diuites: Vidit autem, & quandam viduam pauperculam mit-
a Non perpendit Deus quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur.
tentem aera minuta duo. Et dixit: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquam omnes miſit.
c Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei, hæc autem ex eo, quod deeſt illi omnem victum
d ſuum quem habuit miſit. Et quibuſdam dicentibus de 2
templo, quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, dixit.
a Hoc quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem domini factum eſt a Romanis.
Hæc quæ videtis: venient dies in quibus nō relinquetur lapis

Ma. 12. d. 24. q. 2. c. qui.
illuc.
Ex penuria ſua
Matt. 24. a. Ma. 13. a. ſup. 18. b
Gazophylacium.
Io 8. c.

## NICOLAVS DE LYRA.
## Capvt XXI.

✠ 1 Reſpiciens aūt. *Deſcripta doctrina Chriſti per modum amoris beneficia conferendo, hic conſequēter deſcribitur eius doctrina per modum terroris futuri iudicii horrorem incutiendo. Et quia hoc fit per reſponſionem ſaluatoris ad propoſitam quæſtionē, ideo primo ponitur qōnis occaſio, ſecundo, eiuſdem propoſitio, ibi;* Interrogauerunt aūt illum, *tertio, ſolutio, ibi:* Qui dixit. *Circa primum ponitur duplex occaſio, ſecunda ibi;* Et quibuſdam dicentibus. *Prima occaſio fuit ex hoc quod Chriſtus viduam mittentem duo minuta in gazophylacium templi, eius oblationem præ cæteris commendauit, & patet ſententia ex dictis. Mar. 12.*

2 Et quibuſdā. *Hic ponitur ſecunda occaſio. Munerat enim illa* ✠ *ponebant*

## MORALITER.

† 1 *Reſpiciens autem.* Exponatur vt ſupra Mar. 12.

2 *Et quibuſdam dicentib.* Exponatur ſicut ſupra Matth. 24. Mar. 13.

*Inter*

a ſuper lapidem qui non † deſtruatur. Interrogauerunt autem 1
illum dicentes: Præceptor quando* hæc erunt, & quod ſignū
a Ne quis perſuadeat quaſi hæc mox ſint ventura.
b Horum primus fuit Simon Magus, cui auſcultabant omnes qui in Samaria erant dicentes. Hic eſt uirtus Dei magna.
cum † fieri incipient? Qui dixit: † Videte ne ſeducamini. Mul 2
a Ante horum completionem. b De ſignis docet, de tempore non putat ſciſcitandum.
b ti enim venient in nomine meo, dicentes: quia ego ſum, &
Libertatis & pacis.
tempus appropinquauit: Nolite ergo ire poſt eos. Cum au-
a Ante excidium. b Quæ ad hoſtes. c Quæ ad ciues.
c tem audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri. Oportet
d enim primum hæc fieri, ſed † nondum ſtatim finis: Tunc di-
Conſtat hæc omnia contigiſſe tempore iudaicæ ſeditionis ante ultimam, prouinciæ euerſionem.
cebat illis: † Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus
regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentię,
Hæc maxima cauſa fuit Iudæis, quod poſt occiſionem domini, nominis etiam eius præcones & confeſſores impia crudelitate uexabant.
e & fames, † terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt. Sed an 3
te hæc omnia iniicient vobis manus ſuas, & perſequentur, 4
† tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges, & 5
f præſides propter nomen meum: Contingent autem vobis in 6
a Nolite terreri, uos ad certamen acceditis, ſed ego prælior, uos uerba editis, ſed ego ſum qui loquor. 7
teſtimonium: Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmedi- 8
ditari, † quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis 9
os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere
g omnes aduerſarii veſtri. Trademini autem a parentibus & 10
fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. 11
Et eritis odio* omnibus † hominibus propter nomen meū. 12

...roſolymarum a Romano exercitu dicat, ideo & ipſe, ...em gerens eis reliquit ſermonem de captiuitate di...us de ea poſtea.

a [In]terrogauerunt. Quia laudantibus ædificationē templi ...ixerat omnia deſtruenda, diſcipuli (ſicut Marcus ait) ...us, Iacobus, Io...es, & Andreas ...ratim quærunt ...pus, & ſigna pre... deſtructionis.

b [M]ulti enim. Immi...te Ieroſolymo...ı excidio multi ...e principes, qui ...Chriſtos eſſe, & ...pus libertatis ap...pinquare dice.... Temporibus ...que apoſtolorū ...eſiarchæ multi ...dierunt, qui in...æteras falſitates ...n domini inſta...redicabāt, quos ...poſtolus redar...gıt.

c [P]rælia & ſedi. Hęc ...iſſione domini ...udæa abundaue...t, quibus ne ter...ri apoſtoli Ieruſa...le & Iudæam de...t admonentur, ...a non ſtatim fi... ſed poſt quadra...mum ſecūdum ...um.

d Tunc dice. il. Ho...rā, alia è cęlo, alia ...rra, alia ab ele...ntis, alia ab ho...ibus. Surget gens. ...e perturbatio ...minum, terræmotus. Ecce reſpectus iræ, deſuper, peſtilentis ... inæqualitas corporum, fames. Ecce ſterilitas, terrores de ... Ecce inæqualitas aeris. Qui ergo in omnibus delique...t, in omnibus feruntur.

Mystice. Regnum aduerſus regnum, & peſtilentia eorum quorum ſermo, vt cancer ſerpit, & fames, audiendi verbum Dei, commotio terræ, a vera fide ſeparatio in hæreticis intelligi debēt, qui contra ſe inuicem dimicātes, eccleſiæ victoriam faciunt.

e Et ſigna magna erunt. Hæc etiam eo tēpore impleta, apud Ioſephū inuenıūtur qui narrat ſtellam gladio ſimilem per annum ſupra Ieroſolymam pependiſſe, & currus equiteſque armatos 40. diebus in aere debellaſſe, & vitulam inter manus immolantiū agnam peperiſſe. Quo autem merito hęc cōtigerint, ſub infertur, Sed ante hæc omnia iniicient vobis, &c.

Ioſeph. de bell. Iud. lib. 7. c. 17.

* igitur.

f Continget autem vobis in teſtimonium. Eorum qui vel perſequuntur, vel viuendo non mutantur. Mors. n. iuſtorū bonis eſt in adiutoriū, malis in teſtimonium damnationis, vt inde peruerſi ſine excuſatione, pereant, vnde electi exemplum capiunt, vt viuant. Quia vero tot terroribus auditis turbari poterāt, conſolationem ſupponit: Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari, &c.

g A parentibus, & fratribus, & cognatis, &c. Maius tormentum, cum aliquis ab illis patitur, de quibus præſumebat, quia cum damno corporis mala cruciant amiſſæ charitatis. Et quia dura ſunt, quæ prædicuntur de afflictione mortis, ſubditur conſolatio de gaudio reſurrectionis.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

...ebantur in gazophilacio pro ſuſtentatione ædificiorum templi et ...is quæ erant neceſſaria ad miniſterium, & ideo diſcipuli Chriſti ...perunt loqui de ſtructura templi, & alijs quæ pertinebant ad eius ...natum, quibus ſaluator dixit totum fore deſtruendum, & patet ...tera.

Interrogauerunt. Hic conſequenter ponitur quæſtionis propo...tio. Ex hoc enim quod Chriſtus dixerat tēplū fore deſtruendū, quę...runt à Chriſto diſcipuli de tempore huius deſtructionis, & de pceeentibus ſignis. Et quia diſcipuli poſt deſtructionem ciuitatis & tē... credebant cito futuram eſſe conſumationem ſeculi, ideo de hoc ...uerunt ſecundā quæſtionem cū præcedente, vt patet Matth. 24.

2 Qui dixit. Hic cōſequenter ponitur vtriuſq; quæſtionis ſolutio, ...rimo primæ, ſecūdo ſecūdæ ibi: Et erunt ſigna. Prima in duas, ...a circa deſtructionem ciuitatis primo præmittūtur prænoſtica ſi..., ſecundo deſtructio ipſa. ibi: Cum autem vide. Circa primum ...unciātur mala futura populo Iudæorū in generali. ſecundo, Chri... diſcipulis in ſpeciali, ibi: Sed ante hæc omnia. & patet ſentē... iſtarum partium ex dictis Mat. 24. exceptis quę ſequuntur.

3 Terroreſque de cęlo. Dicit enim Ioſephus libro de Iudaico b...o, quod ante deſtructionem ciuitatis ſtella comata in ſimilitudi...ne gladij ſuper ciuitatem apparuit, & per annum durauit, deſi...gnans futuram populi occiſionem.

4 Sed ante hæc omnia. Quia beatus Stephanus, Iacob. fratres Ioannis, Petrus & Paulus, & fere omnes alij apoſtoli. & quaſi innumerabiles Chriſtiani, fuerunt pro fide Chriſti occiſi.

5 Tradentes in ſynagogas, & cuſtodias. Vbi Iudæi habebant poteſtatem iudicandi.

6 Trahentes ad reges & præſides Vbi Gentiles habebant autoritatem condemnandi ad mortem.

7 Continget autem in teſtimonium. Scilicet ueritatis euangelicæ ibidem conſtanter profitendę.

8 Ponite ergo. Per hoc nō excluditur meditatio reſpondēdi ſi tēpus aſſit & facultas ſcientię, ſed pmittitur ſecuritas ſi iſta deficiāt: Quod frequentes contingebat in primitiua eccleſia, qa tunc frequenter fideles ſubito trahebantur ad iudices & cum hoc erant illiterati & ſimplices, qa Deus poteſt tales defectus ſupplere, ideo ſequit.

9 Ego enim dabo vobis os. Id ėſt, loquendi conſtantiam.

10 Et ſapientiam. Id eſt, ſcripturarum intelligentiam, ſicut factum eſt in multis ſimplicibus & ſi non dabatur ſemper talis intelligentia, dabatur tamen loquendi conſtantia, quia in tali caſu ſufficit ad ſalutem confiteri conſtanter fidem in generali, quod poteſt facere ſimplex Chriſtianus,

11 Cui non poterunt reſiſtere. Sicut patet de beato Stephano, de quo ſcribitur Act. 6. c. Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur.

12 Trademini autem à parentib. Sicut legitur de beato Chryſanto & multis alijs.

Ioſeph. de bello Iudai. li. 7. c. 17.

* Et

MORALITER.

† 1 Interrogauerunt autem. Exponatur, ſicut ſupra. Matth. 24. & Marci 13.

4 Sed ante hęc omnia iniicient. Exponatur ſicut Matthęi 24. & Marci 13.

8 Ponite ergo in cordibus ueſtris, non pręmeditari. Sicut Mat. 10 Marci 12.

† Cum

a *Et capillus de capite.* Q.d. cur timetis ne pereat, quod inciſum dolet, quandoquidem nec illud pt perire in vobis, qd inciſum non dolet? Caro.n. inciſa dolet, capillus nō dolet.
A
*Et capillus.* Non ſolum oſſa veſtra, i. fortia geſta, vel dicta remunerabuntur, ſed etiam capilli, i. cogitationes, quæ de corde quaſi de cerebro exeunt apud iuſtum iudicem iuſta mercede donabuntur, vnde propheta: *Reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi.*

Pſ.75.b b *In patientia veſtra.* Patientia radix & cuſtos eſt omnium virtutum. In hac ergo animas, quæ corpus poſſident, poſſidemus, cum ipſas animas ad patiendum ratione regimus. Vera autem patientia eſt, aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum qui mala irrogat, nullo dolore moueri.
Patientia vera.
B

c *Et qui in regioni.* Eccleſiaſtica hiſtoria narrat Chriſtianos, qui in Iudæa erant, imminente excidio ab angelo monitos fuiſſe, & trans Iordanem in ciuitate Pella, donec deſolatio Iudææ impleretur, habitaſſe.

f *Et erunt ſigna in ſole & luna.* Hæc de ipſo aduentu, cū omnes virgines prudentes & fatuæ, inſolito clamore ſuſcitę, lampades ornant, i. opera ſecum numerant, pro quibus maximo cum timore iam inſtantem æterni diſcriminis expectant euentum. Nam hactenus vniuerſus orbis al[iquo] timorę iudicis a... rus eſt, vnde Apo[ſto]lus: *Cū dixerint pax & ſecuritas, ſuperueniet eis repentinus interitus.* Nec mirum ſi in expectatione [di]ui examinis, qui in mundo floruerunt exareſcent ſi fide ſine operib. irruat emarceſcet: nam virtutes cęlorum mouebuntur, angeli & poteſtates tremunt aduentum iudicis. Vnde Iob. *Columnæ cæli contremiſcunt & pauent aduentum eius.*

a Et capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra 1
b
*a Huſuſque ea quæ per quadraginta annos nondum fine adueniente futura erant, hic finis deſolationis, quę a Romanis facta eſt.*
poſſidebitis animas veſtras. † Cum autem videritis circun- 2
dari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitotę, quia appropinquauit 3
*a Id eſt, tempore proximo ante obſidionem, dum adhuc fugere licebit, dum miles Romanus per Galilæam & Samariam ſe diffundere cœperit.*
*b Qui extra ſunt, non fugiant in Ieruſalem.*
deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes †
c & qui in medio eius, diſcedant, & qui in regionibus, non in-
*a Dominici ſanguinis.*
trent in eam, quia dies vltionis hi ſunt: vt impleantur omnia,
*Quarum uteri uel manus filiorum ſarcina prægrauante fugæ neceſſitatem impedirent.*
quæ ſcripta ſunt. Væ autem pręgnantibus † & nutrientibus
d in illis diebus. Erit enim preſſura magna ſuper terram & ira
populo huic. Et cadent in ore gladii, & captiui ducentur in 4
e omnes gentes. Et Ieruſalem calcabitur a gentibus, donec †
*a Sol uertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & manifeſtus.* 5
6
f impleantur tempora † nationum. † Et erunt ſigna in ſolę & 7
*a Hoc eſt tempore Antichriſti, quando erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.* 8
*b Prænunciat hoc quod Ioannes inter cætera ſeculi mutabilia mare habiturum conſpexit.* 9
luna & ſtellis, & in terris † preſſura Gentium, † præ cōfuſione
g ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi.

Margin: † in populo hoc. † gentiū. coarctatio anxietas. earum.

* Theophil. Supra dicebat Ieruſalem ab exercitibus cingendam, & conculcandam; autem toti orbi ſuperuentura dici[t] ... la, & ita nunc de conſummatione ſeculi loquitur. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et quid dico, inquit, quod homines turbabūtur, iam creatura omnis alteretur? Nam & ipſi angeli & primæ virtutes turbabuntur, terrebunturque in terribilibus mutationib. vniuerſi. Et tunc videbunt filium hominis. Qui omnes credentes, & non credentes, ſuper ſolem.n. tunc fulgebit ipſe & crux eius, & ab omnibus cognoſcetur.

d *Erit enim preßura, &c.* Hæc preſſura & ira vſque hodie populo illi per omnes gentes diſperſo durat: Non tamen in æternum durabit, Vnde poſt ordinem preſſuræ, de miſericordia ſubditur.

Ro.11.d e *Donec impleantur tempora nationum.* Id eſt donec plenitudo Gentium intrauerit, & ſic omnis Iſrael ſaluus, & quaſi ad ſolum propriæ natiuitatis gauiſurus redeat. Quid enim impletis temporibus nationum, & omni Iſrael ſaluato ſequatur dominus ex ordine ponit. Nam & hæc ſecundum Matthæum apoſtoli quæſierunt, non ſolum tēpus euertendi templi, ſed & ſignum aduentus eius, & conſummationis ſeculi.
C
Mat.24.a

g *Sonitus maris & fluctuum areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi.* Appropinquante extremo iudicio, ſonitus maris, & fluctuum confu[ſior fi]et, terrarumque orbis prementibus vndeq; colonis ... cit, maxima cęli luminaria nouo horrore percuſſis ... turbatam faciem velant, quia appropinquāte termino elementa quaſi pauentia nutant & fremunt.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et capillus de capite veſtro non peribit. *Hoc autē addidit Saluator, ad declarandum veritatem futuræ reſurrectionis, per quā reſurgent in electis, non ſolum illa quæ ſunt de neceſſitate naturę humanæ, ſed etiam ea quæ faciunt ad decorem, cuiuſmodi ſunt capilli, quia meditatio huius reſurrectionis multum facit ad tolerantiam martyrii, de qua Saluator loquebatur.*

d eruum principis ſacer. MYSTICE. Seruus eſt populus Iu orum, principib. ſ. indebite mancipatus, q in paſſione D dexteram aurem, id eſt, ſpūalem intelligentiam perdi dit iniſtra, id eſt, vilitate literæ contentus, non Petro tollē te, diuino iudicio ablatam pandente. Quæ auris in his, q credere maluerūt, pietate Dn̄i reſtituitur. Vel auris am pu ta & ſanata, ſignat auditum ablata vetuſtate innouatū, vt in nouitate ſpiritus, & nō ī vetuſtate literæ. Qđ ſeruus in ntus eſt, ptinet ad illam vetuſtatē q generat in ſeruitu- tem quæ

A

ſanguinis † decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab ora-

a tione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos inuenit eos dormientes

præ triſtitia.^a Et ait illis. Quid^b dormitis? Surgite, orate, ne^c intretis in tentationem. † Adhuc eo loquente, ecce turba, &

qui vocabatur Iudas vnus de duodecim antecedebat^a eos, &

b appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit ei:

Iuda oſculo filium hominis tradis? † Videntes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt. Domine, ſi †

d percutimus in gladio? Et percuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram,

Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite^a vſque huc: † Et cum^b tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. Dixit autem

e Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe Principes Sacerdotum, &

f magiſtratus templi, & ſeniores. † Quaſi ad latronem

Præ triſtitia ſomnum uincere non poſſunt.

a Vicina iam negatione. b Apparet, quia pro illis orauerat quos monet orationum ſuarum uigilando & orando particeps exiſtere. c Id eſt, ne in uos calix meæ paſſionis incumbat.

a Factum congruit mutatæ menti Iam enim cum fuſtibus, qui quam diu cum pace fuit, ſtranquillius ſe egit.

a Vt hoc ſigno digooſcerent eum quam tenerent.

a Inſtrumento pacis, mortem irrogas, ſeruus Dominum, diſcipulus magiſtrum prodis.

a Petrus eodem ardore mentis, quo cætera calatus fuit phinees.

a Id eſt, non moueat uos quod futurum eſt. b Nunquam pietatis obliuiſcitur qui nec hoſtes ſuos patitur uulnerari.

molarāt, & a menſa exierant. Atarguitur
† Petrus q contra ſcopum Dn̄i zelo vteba
1 tur. Alii. n. īterrogāt. Non percutiemus? Ipſe autem non expectat pceptum, ita ſemper feruebat p magiſtro
2 Percutit aūt ſeruum pontificis, & ampu-
3 tat aurem eius dexte ram. Neq; fortuito
4 contigit, ſed ſignum hoc erat, pontifices
5 qui tunc erant, om-
6 nes futuros ſeruos,
7 & pdituros auriculā
8 dexteram. Etenim ſi Moſen audiuiſſent nunquam Dominū gloriæ crucifixiſſent
9 Veram Ieſus auricu
10 lam reſtituit.
11 e Venerāt ad ſe principes ſacerdotū, & ma-
12 giſtratus templi, & ſe. Iuxta alios Euangeliſtas non venerant ad Ieſum principes

† Matt. 26.e. Ma.14.e Io.18.b tnū percutiem. Ma.26.e

B

E

†24.q.1. c.ſi Petr in prin. Rō.12.a. Gal.4.d. † Matt. 26.e.

ſacerdotum, & magiſtratus, ſed in atrio Caiphæ expectauerant. Sed qa illi de nece Dn̄i ita agebant, vt quaſi innoxii viderentur, cum per p diſcipulum traditus, a tribuno, & turbis comprehenſus, a prēſide damnatus, a Romanis crucifixus a populis etiam Barrabas eſt electus, volens Euangeliſta eos maxime eſſe reos, quorum conſilio cuncta gerebātur, dicit eos veniſſe ad cōprehendēdum ſaluatorem, q ſuę iuſſionis poteſtate venerunt.

f Quaſi ad latronem exiſtis cū gladijs, & fuſtib. Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non exten. &c. Stultum eſt eū gladiis, & fuſtib. quærere, q vltro ſe eorum offert manib. & in nocte quaſi latitantem, & veſtros oculos declinantem inueſtigare per proditorem, q quotidie in templo docet. Sed ideo aduerſum me in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra qua contra lucem armamini, in tenebris eſt.

Princ. ſa.

C

F

✲ NICOLAVS DE LYRA

1 Inue. eos dor. præ tri. Triſtitia. n. eſt paſſio cauſata ex malo p ti, quod nō poteſt repelli, & ſic cauſat aggrauationem animi qua ſ preſſi pondere mali præſentis, q non poteſt amoueri, & ſic per ſequens impedit vlterius motum ſpirituum a corde ad organa ſen m exteriorum. Sed quia huiuſmodi ſpūs cauſant opera vigiliæ, in eſt, q triſtitia impediens talem motum ſpirituum, cauſat aggrauatiem ſenſuum & ceſſationem ab actib. proprijs, ſicut fit in ſomno p dicto, qui cauſatur ex vaporatione humorum ex cibis, et potib. cendente verſus cerebrum, qui humores ibidem ingraſſati ex frigi ate cerebri, deſcendunt verſus organa ſenſuum, oppilantes meat per quos ſpiritus progrediētes a corde debent ad organa ſenſuū tiſire, & ſic ceſſant ſenſus ab actibus vigiliæ.

2 Adhuc eo loquente Hic conſequenter ponitur executio tradonis ex parte Iudæ tradentis, cum dicitur.

3 Iudas de duodecim anteced. eos. Tanquam ductor illorum q volebant comprehendere Ieſum.

4 Et appropinqua. Ieſu, vt oſcu. eū. Dederat. n. Iudas comprehe ſorib. iſtud ſignum, ne pro Ieſu caperent Iacobum fratrem Domi ni qui fuit ei valde ſimilis; vt dictum fuit Matth. 27.

5 Iuda, oſculo fil. ho. tra. Id eſt, in ſigno charitatis proditionem homicidij, facis, ex quo factum Iudæ aggrauabatur valde.

6 Viden. au. hi qui circa ipſum erant. Chriſti diſcipuli.

7 Quod futurum erat. Scilicet captionem magiſtri ſui, vt duceretur ad mortem.

8 Dix. ei; Do. b pereu. in gl. & per. vn. ex il. Alijs diſcipulis licentiam petentib. percutiēdi ad magiſtri ſui defenſionem, Petrus qui erat audacior cæteris, & feruentior, non petiuit licentiam, nec expectauit reſponſionem, ſed amputauit vnius auriculam, intendens eum interficere vel grauiter vulnerare.

9 Sini. vſq; huc. Quaſi dicat, non moueat vos, quod eſt futurum, quia permittendi ſunt vt me comprehendant, vt impleantur ea quæ de me ſcripta ſunt.

10 Et cū teti. au. In quo apparet maxima Chriſti charitas ſanādo illum qui venerat ad comprehendendum ipſum.

11 Dixit aūt Ie. &c. prin. ſa. Contrarium videtur Matt. 27. vbi dici videtur, quod principes ſacerdotum non fuerunt in captione Ieſu, ſed ductus fuit ad eos per comprehenſores ad locum vbi conuenerāt. Ad quod rn̄detur. dupliciter. Vno modo; quod licet non venerint ad comprehendeudū Ieſum in proprijs perſonis venerūt tn̄ in virtute in miniſtris ab eis miſſis. Alio modo, q aliqui de principib. ſacerdotum venerunt cum miniſtris ad comprehendendum Ieſum, vt diligētius fieret negocium, plures tn̄ expectaban, in domo, vt dicit Matth.

Qōo intelligit quod pricipes ſacerdotū fuerūt in captione Ieſu

12 Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtib. Quaſi dicat, tunc non cepiſtis me, quia nolebam, nec modo caperetis niſi permitterem, ideo ſequitur.

7 Quod ✲ Sed

MORALITER.

† 1 Et cum ſurrexiſſet. Exponatur ſicut Matth. 27, Marci 14. vſque vſque ibi.

10 Et cum tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum, &c. Sicut pciſio auriculæ ſerui pōtificis ſignificauit inobediētiā Iudaici

A a *Principis ſacer.* Caiphæ, qui pontificatum vnius anni prę cio ſibi emerat a Romano principe prius tamen ad Annā, vt Ioannes ait. Io.18.b.

b *Seque.a lon.* Merito a longe q in proximo fuerat negaturus. Significat eccleſiam imitaturam Chriſti paſſionem lōge differenter, quia eccleſia patitur pro ſe, Chriſtus pro eccleſia.

c *Igne in me.* Ignis cupiditatis inſtinctu maligni ſpiritus accēſus, in atrio Cayphæ ad negandū, & blaſphemandum Deū linguas perfidorum armabat. Quod.n.intus in domo principis ſacerdotum maligna ſynodus gerebat, hoc ignis inter frigora noctis foris accenſus typice demonſtrabat. Hoc frigore ad horam torpēs Petrus, quaſi prunis miniſtrorum calefieri cupiebat, quia temporalis commodi ſolatium perfidorum ſocietate quærebat. Sed hanc infidelitatem domino reſpiciente reliquit, & poſt reſurrectionem in captura piſcium, cum prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum vidiſſet cor ſuū prunis amoris inflammauit.

B

*Et iedu xerunt. † Aulæ. Io.21.c. † De pę. d.1.c.Petrus.

MYSTICE Ga[l]lus aliquis doctorum ēſt q ſomnolēs increpās ait. *Euigilate iuſti & n.p.* Quod Petrus ante pri gallicantum negat, eos ſignificat, q Chriſtum ante reſ[urre]ctionem Deum eſſe non putauerunt, morte eius turb[ati]. Quod bis ante ſecundum gallicantū negat illos ſignifi[cat] qui nunc in illo [...] dum hominem [...] ſecundum Deu[m] vtraque ſubſtāti[...] rant, & ideo veri[...] negāt. Primus g[alli]cātus eſt domin[i re]ſurrectio in ſei[pſo]. Secūdus eiuſde[m in] corpore eccleſię.

exiſtis cum gladiis, & fuſtibus. † Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me, ſed hæc eſt 1
a Noſtis nequitiæ veſtræ congrua.
horā veſtra, & poteſtas tenebrarum. Comprehendentes au- 2
In hoc diuerſus a cæteris.
a tem eum, duxerunt* ad domum principis ſacerdotum. Pe- 3 4
a Diuiſus ab aliis. b Hoc eſt deuotionis. c Hoc eſt timoris naturæ.
b c trus vero ſequebatur eum a longe. † Accenſo autem igne
in medio † atrii, & circunſedentibus illis, † erat Petrus in me-
d dio eorum: Quem cum vidiſſet ancilla quędam ſedentem
ad lumen, & cum fuiſſet intuita, dixit: Et hic cum illo erat.
a Quod negat Petrus, obreptionis eſt, quod pęnitet fidei.
e At ille negāuit eum dicens. Mulier non noui illum. Et poſt
f puſillum alius uidens eum, dixit. Et tu de illis es. Petrus vero
ait. O homo non ſum. Et interuallo facto quaſi horæ vnius,
alius quidam affirmabat dicens: Vere & hic cum illo erat,
g h nam, & Galilæus eſt. Et ait Petrus, Homo, neſcio quid dicis.
i Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. † Et con-
a Reſpexit dominus recordaretur Petrus quia miſericord a ad pęnitentiam uocat.
uerſus Dominus reſpexit Petrum. † Et recordatus eſt Petrus
verbi domini, † ſicut dixerat, quia priuſquam gallus cantet, 5
k ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amare. Et viri
l qui tenebant illum, illudebant ei cędentes. † Et velauerunt
eum, & percutiebant faciem eius; & interrogauerunt eum,
m dicentes. Prophetiza. Quis eſt qui te percuſſit? Et alia 6
item: Dedi maxillam meam alapis.

i *Et conuer.dom.* Intuitu prouoc[at] ad lachrymas, q[uia] in mentem ei re[du]cens quotiens ne[gau]erat, quod ei pr[ædi]xerat, nec potui[t in] tenebris rema[nere] quem lux mund[i re]ſpexit.

k *Et egreſſus f[oras].* Ab impiorum c[on]cilio ſecluſus c[ulpam] lauat, quæ non i[n] ob hoc permiſſu[m] hæſitate, vt in ec[cle]ſiæ principe [o]nderetur remed[ium] pęnitentię, & ne[mo] auderet ſua vir[tute] confidere.

l *Illude ei cæ.* Im[ple]ta eſt prophetia. [In] virga pcutietur [ma]xilla iudicis Iſrae[l].

Sed qui tunc cæde[batur] colaphis Iudęorum, nunc cæditur blaſphemiis falſor[um] Chriſtianorum. Velauerūt faciem, non vt eorum ſce[lera] non viderēt, ſed vt a ſe (ſicut quōdam Moyſi fecerūt) [gra]tiam cognitionis eius abſcondant. *Si enim crederēt, Moyſi [cre]derent & domino.* Hoc velamen vſque hodie manet ſup[er cor]da eorum, ſed credentibus eſt ablatum, cum illo mori[en]te velum templi ſciſſum eſt.

d *Ancil.quædam.* Cur prima ancillā prodit, cum viri magis poterant cognoſcere? Niſi vt iſte ſexus oſtendatur in nece dñi peccaſſe, per paſſionem redempturus. Et ideo mulier prima reſurrectionis myſterium accepit, & mandata cuſtodit, vt veterem præuaricationis errorem aboleret.

e *At ille neg.* Non in monte, non in templo, nō in domo ſua Petrus negat, ſed in prætorio Iudæorum, in domo principis ſacerdotum vbi non eſt veritas, vbi Chriſtus captus, & ligatus. Quid niſi erraret, quem intromiſit oſtiaria Iudæorum? Eua male induxit Adam, Petrū male induxit femina. Ge.3.b.

f *Ho.ne.quid di.* Non ſolum negat Chriſtū, q dicit illū non eſſe Chriſtum, ſed et qui cum ſit negat ſe eſſe Chriſtianū, & ita impletur, quod dicit dominus. *Tu me negabis.*

C g *Galilæus eſt.* Hieroſolymitæ, & Galilæi æq; ſunt Hebræi & vnius linguæ, ſed vnaquæq; prouincia hēt ſuas proprietates, vernaculum loquendi ſonum mutare non poteſt.

h *Et cōti.* Poſt tertiam negationem ſequitur gallicantus. Sacramenta rerum p ſtatum temporum deſignant. Media nocte negat, galli cantu pœnitet. Poſt reſurrectionem ſub luce quem ter negauerat, ter ſe amare profeſſus eſt, quia q in tenebris obliuionis errauit ſperatæ iam lucis rememoratione correxit, & eiuſdem verę lucis præſentia plene qdquid nutauerat, erexit.

MYSTICE

❊ THEOPHYLACTVS. Conuitiatores qdem intē[pe]rantes fuere, qui hæc Ieſu inferebāt. oportebat.n.interim diabolum nullam malitiæ ſpēm relinquere, ſed oīa effūdere, vt in oīb. naturę noſtrę inuenta ſancta vinceret, & [ro]baret eum. Etenim quia propter hoc naturam noſtrā ſu[ſce]pit dñs, vt roboraret eum contra oēs diaboli artes, & o[ſten]dat quod ſi ab initio ſobrius fuiſſet Adam, neutiquam [e]ſſet victus, ideo oēs ſpēs diabolicæ malitiæ, quæ in eum [fere]bantur ſubſtinebat, vt nos, qui ſequimur eū, confidam[us] in Chriſto natura noſtra vicerit, & ne formidemus a[l]lum opprobrium vel triſte. Idcirco & percutitur & ill[udi]tur.

m *Prophetiza.* Cōtumelia in eum, q ſe pphetam dic[ebat]. Sed & hæretici & Iudęi, q vſq; hodie Chriſtum negar[ent] & mali Chriſtiani q reprobis actib. exarcebant, dum ſua [c]ogitationes, & opera tenebrarum ab illo videri non pu[ta]nt, quaſi illudentes aiunt. *Pr o.quis eſt qui te percu.*

*Si tu*

NICOLAVS DE LYRA.

❊ 1 Sed hæc eſt hora. *Vobis conceſſa ad me comprehendendum.*

2 Et poteſtas tenebrarum. *Quia diabolus tenebrarū princeps eos ad hoc incitabat.*

3 Comprehendētes aūt eū. *Hic conſequenter ponitur Chriſti traditi comprehenſio. Et ſubditur Petri negatio, cum dicitur.*

4 Petrus vero ſequebatur eum a longe. *De negatione enim Petri. Petri varie loquuntur euangeliſtę, quæ varietas expoſita fuit [con]cordata Matthæi.26.*

5 Et viri. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti comprehenſi [il]luſio cum dicitur.*

6 Prophetiza. *Per hoc enim deſignabant, quod eſſet falſus [p]ropheta, cum ignoraret quis eum percuteret & non ſolum illudebant, ſed etiam calumnioſe interrogabant.*

❊ Si tu

MORALITER.

† populi ad Chriſtum, ſic eius ſanatio ſignificat eius obedientiam circa finem mundi, quia tunc tanget Chriſtus ſua clementia corda Iudæorum.

3 *Comprehendentes autem eum.* Exponatur ſicut Matth[.2]6. & Mar.14. vſque ibi.

† Et

a Si t[u] eſ Chri. Non veritatem deſiderant, ſed calumniam: intelligebant Chriſtum purum hominē de Dauid naſcitū. Secundū hoc ergo quærunt, vt ſi diceret. Ego ſū Chriſtus calumniarentur quod ſibi arrogaret regiam poteſtatem.

b Si vobis dixero cre. Sæpe dixerat ſe Chriſtum. Interrogauerat etiā eos quomodo dicerent Chriſtum filium Dauid cum Dauid dominum vocet, vt per hoc ad credendum prouocaret; ſed illi nec dicenti credere nec interrogati reſpondere, nec eum qui innoxius erat dimittere volebant.

c Ex hoc autem erit. Qui ſemen Dauid calumniari quærebant plus etiam audiunt, quod per contemptum ſit venturus ad gloriam.

d Vos dicitis. Ita temperat reſponſionē, vt & verum dicat & ſermo calumniæ non pateat. Maluit ſe Chriſtum filium Dei probare, quā dicere vt condemnandi cā tolleretur his qui fatentur quod obijciunt.

e Ipſe enim audiuimus. Vbi dixit. Erit filius hominis ſedens ad dexteram virtutis Dei, & v. d. quia e. ſ. Sua ſe ſententia damnant qui eum morti tradunt quem oris & operis ſui teſtimonio Deum eſſe cognoſcunt.

Mar. 14

multa blaſphemantes dicebant in eum. Et vt factus eſt dies † [a]
a Vide quam ſolliciti in malo, tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.
conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotum & ſcribæ, & duxerunt illum in † concilium ſuum dicentes. † Si tu
1 es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero, non credetis
2 mihi ſi autem et interrogauero, non reſpondebitis mihi ne-
3 [a] Ego quem vt hominem deſpicitis per ſupplicium crucis ero exaltatus,
4 & habens nomen quod eſt ſuper omne nomen.
5 que dimittetis: Ex hoc* autem erit filius hominis ſedens a
a Cum in firmus appaream.
6 dextris virtutis Dei dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius
7 Dei? Qui ait* Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt. Quid
8 a Quod ſe Chriſtum & filium Dei dicat.
9
10 † adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius.

† Cōgregatus eſt ſenatus.

Matth. 26.f. Mar. 14.f Io. 10.c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si tu es Chri. Quia ſi reſpōdiſſet, ſic ſtatim impoſuiſſent, quod voluit ſibi vſurpare dignitatem regiam contra Cæſaris ordinationem quia dignitatem regiam a Iudæis abſtulerat, ſicut dictum fuit ſupra cap. Si autem dixiſſet, non obiecíſſent contra eum de redargutione quia pluries verbis & factis dixerat ſe eſſe Chriſtum, vnde Io. 10.c. dicentibus ei Iudæis. Si tu es Chri dic. n. pa. Reſpondit eis Ieſus. Loquor vobis & non creditis opera quæ ego facio in nomine patris mei hæc teſtimonium perhibent de me, ideo ſequitur.

2 Si vobis dixero, Sicut & alias non credidiſtis nec verbis meis nec factis.

3 Si au. & in. non re. Sicut cū alias, petiuerat ab eis de Chriſto quomodo ſit filius Dauid non reſponderunt, & in pluribus aliis eius quæſtionibus ſimile inuenitur.

4 Ne. di. Quia obſtinationem ſciebat eorum.

5 Ex hoc au. Id eſt, poſt paſſionem meam & reſurrectionem.

6 Erit filius hominis. ſedēs a dextris virtutis Dei. Quod impleuit eſt in aſcenſione Chriſti, ſecundum quod dicit dicitur. Mar. vltimo. d. Et dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum & ſedet a dexteris Dei.

7 Di. au. omnes. Mat. 26. f. dicitur quod ſummus ſacerdos hoc dixit decendum quod ille dixit primo & principaliter & ideo Matth. ipſum ſolum exprimit, alij autem conſequenter idem dixerunt, volētes ex hoc concludere condemnationem Chriſti fore iuſtam.

8 Tu ergo es filius Dei: Hoc non ſequebatur ex dicto præcedenti quid dixerat. Erit fil. ho. veruntamen quia hoc erat verum noluit negare nec etiam affirmare, ne aperiret locum calumniæ, ſed reſpondit.

9 Vos dicitis quia ego ſum. Quod verbum erat verū et taliter prolatum, qui calumniam non haberet ſecundum veritatem, ſed tantum ſecundum Iudæorum malitiam ex qua concluſerunt.

10 Quid adhuc deſideramus te. Quaſi dicat conuictus es proprio verbo vnde ſubditur. Ip. e. a. de o. e.

## MORALITER.

† Et vt factus eſt. Exponatur ſicut Mat. 27. & Mat. 14.

† Et ait illis. Homines enim in malis obſtinati veritatē dicentibus non credunt, nec interrogati de veritate reſpōdēt nec ad bonam perſuaſionem a nequitia ſua ceſſant & tales erant iſti. Reſiduum huius capituli exponatur ſicut Matth. 26. & Mar. 14.

## ADDITIO I.

In ca. 22. vbi dicitur in poſtilla. Quia iſte modus capiēdi Chriſtum per ſuum diſcipulum videtur magis poſſibilis.

Modus capiendi Chriſtum per ſuū diſcipulū non ſolum videbatur Phariſæis magis poſſibilis & ſecretus, ſed cū hoc erat magis conueniens ad ſubuertendum populum, quem Phariſæi maxime timebant in captione Chriſti vnde Mar. 14. a. Nō i die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. Vnde ex hoc quod diſcipulus Chriſti aſſociabat accuſantes erat populo magis perſuaſibile, quod Chriſtus eſſet ſeductor ſeu malefactor & huiuſmodi.

## ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in poſtilla. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis.

Prout doctores dicunt contra naturam eſt ſudare ſanguinem: nec in libris medicorum qui de iſtis corporalib. paſſionib. tractant, vt credo hoc inuenitur, vnde tenendum eſt, quod fuit ſupernaturale & figuratiuum. Nam ſicut Auguſtinus dicit ſignificabat de corpore ſuo natura martyria.

## CAPVT XXIII.

a Et ſurgens omnis multitudo eorum. Sequitur.

b Duxerunt illum. Tradiderunt Romanæ poteſtati, vt eo modo Iudæi ab eius interfectione alienos ſe eſſe oſtenderent in quo non eorum innocentia, ſed inſania monſtratur:

## CAPVT XXIII.

1 [a] Et ſurgens omnis multitudo eorum [b] duxerunt illum ad Pilatus

☞ Pilatus

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAPVT XXIII.

Et ſurgens omnis multitudo eorum. Poſtquam deſcripta eſt Chriſti comprehenſio per maliciam Iudæorum, hic conſequenter deſcribitur eius occiſio per executionem, gentilium, vbi primo deſcribitur ſollicita examinatio. Secundo iniqua cōdemnatio. ibi Pilatus autem interrogauit. Tertio impia occiſio, ibi. Et cum ducerēt eum. Quarto deuota tumulatio ibi. Et ecce vir nomine Ioſeph.

Chriſtus de trib. accuſatur.

Circa primum primo deſcribitur examinatio coram Pilato præſide ſecundo coram Herode, ibi. Pilatus autem. Circa primum dicitur.

1 Et ſurgens omnis multitudo eorū du. il. ad pi. Qui erat ibi præſes loco Romanorum.



EX BIBL. THEOL. ... ECCLES ...

A a *Pilatus autem.* Cum duo obiecta fuerint ſcilicet, ꝙ tributa reddi ꝓhiberet,& ſe Chriſtũ diceret. Pilatus potuit au
ſupra 20 dire ꝙ de tributis dixerat. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cęſari & inde hoc quaſi apertũ mendacium nihili pendẽs,ſolum quæ neſciebat quæſiuit. que Pilatus nec interrogandum ſaluatorem de hoc ſed magis nacta occaſione,liberum ab eo iudicando reddere. Vnde ſequitur. *Pilatus autem.*

e *Et vt cognouit.* Ne cõtra inſontem,& quem tradit inuidiã nouerat,ſententiã darecogeretur,Herodi mit[tit au]diendum, vt a [te]trarcha vel ab[ſol]uetur vel dam[na]tur, ſed ne qu[i]d Iudæis excuſatio [re]maneret, Herodes [quo]que qui natu & [reli]gione Iudæus [e]rat, quid de Chriſt[o] ſentiret oſtendere permiſſus eſt,vt v[t]... regio, & iud[æa], qua Chriſtus [natus], & Galilæa in q[ua nu]trius erat, in e[um ne]cem conſpiraſſ[e mo]ſtrentur.

b *Tu dicis.* Eodem verbo quo principibus ſacerdotum. reſpondet & præſidi,vt propria ſententia ambo condemnaret.

c *Nihil inuenio.* Pridie quam pateretur Dominus, ait diſcipulis. Venit princeps mundi huius,& non habet in me quidquam. Sed quia princeps, id eſt, Pilatus eum abſoluit,in quo nihil dãnationis inuenit,vide quid agãt Iudæi,qui non æquitatis amore verũ inueſtigant,ſed inuidię ſtimulo iuſtum dam
B nare laborant.

d *Commouit populũ.* Non illum,ſed ſe accuſant. Docuiſſe enim populum, & a priſtina corporis ignauia docendo cõmouiſſe,talique actũ a Galilæa vſque ad iudęam,id eſt,totam promiſſionis terram,a fine vſque ad finem, pertranſiſſe,nõ criminis,ſed indiciũ eſt virtutis. Denique

f *At ipſe nihil.* Tacuit & nihil quia & Herod[is in]credulitas non [me]rebatur videre [diui]na, & Domin[i ia]ctãtiam decli[na]bat. Significantur tem in Herod[e om]nes impii, qu[i non] credunt legi & [pro]phetis, & in [Euan]gelio Chriſti [mira] videre non poſſunt. Principibus ergo ſacerdotũ accu[ſanti]bus apud Pilatum,pauca, apud Herodẽ nulla reſpon[det] ...

*Impij nihil veriſimile quod obijcere poſſent,inueniunt. Et ideo ſicut Marcus ait: Non erant conuenientia eorum teſtimonia.*

Cœperunt autem illum accuſare dicentes: Hunc inuenimus 1
*a Cum ipſe dixerat. Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& quæ ſunt Dei,Deo.*
ſubuertentem gentem noſtram, & prohibẽtem tributa dari †
a Cæſari,& dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. † Pilatus autem
† illum. interrogauit † eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille
b reſpondens ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſa-
cerdotum & turbas: Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. At 2
c illi inualeſcebant, dicentes: Commouit populum docens 3
† orſus. d per vniuerſam Iudæam, † incipiens à Galilæa vſque huc. †
Supra 20.d. Io.4.d. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, ſi homo Ga- 4
lilæus eſſet. Et vt cognouit quòd de Herodis † poteſtate eſ- 5 6
ſet,remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat 7
e illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde. Erat 8
enim cupiens & multo tempore videre eum, eo quod au-
dierat multa de † eo: & ſperabat ſignum aliquod viderę ab 9 10
† ille. eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe 11
f *a Melior eſt cauſa quæ non defenditur,& probatur. Suſanna tacuit & vicit. Accuſatur & tacet,qui defenſione non indiget ambiunt defendi qui timent vinci,nec accuſationem confirmat tacendo,ſed deſpicit non refellendo. Sed ne his aliquid dicit.* 12
nihil illi reſpondebat. Stabant autem Principes ſacerdotum

## C NICOLAVS DE LYRA.

1 Cęperunt au.ac.il. *Et hoc de tribus. Primo de auerſione populi a lege Moyſi ſeruanda, cum dicitur.* *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram. Secundo, quod per doctrinam ſuam impediret populum ſuum reddere Cæſari tributum, & hoc notatur cum dici-* Et prohibentem. *Tertio quod volebat ſibi vſurpare regnum Iudæorum, ideo ſequitur:* Et dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. *Primum autem erat manifeſte falſum, quia non venit ſoluere legem, ſed adimplere, vt habetur Matt.5.b. & legem Moyſi vſque ad mortem ſeruauit, vt declaratum fuit ibidem. Similiter ſecũdum, quia, Iudæis quærentibus Licet nobis cenſum dare Cæſari an non. Reſpondit Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari vt habetur Matth.22.c. Similiter tertium, quia cum Ieſus ſciret turbas venturas vt eum raperent & facerent ſuper ſe regem. fugit, vt habetur Ioan.6. b. Pilatus autem de primo non curauit, quia gentilis erat, & ideo de lege Moyſi non curabat, ſecundum reputabat, falſum, quia reſponſionem Chriſti audierat per relationem de tributo Cæſari reddendo vt prædictum eſt. Sed de tertio inquiſiuit, quia videbatur eſſe contra Dominum ſuum vnde & Iudæi coram eo dixerunt. Non habemus regem niſi Cæſarẽ Ioan.19.b. & ibidem dicitur:* Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari: *Chriſtus autem ſe regem eſſe non negauit, neque affirmauit, ſed medio modo reſpondit dicens: Tu dicis. Veruntamen expreſſit, quod ſi eſſet rex, regnum eius non eſſet de hoc mundo, vt habetur Ioan. 18.f. Et quia Pilatus & Imperator Dominus ſuus non curabant niſi de regno terreno, ideo Pilatus habuit Ieſum excuſatum dicens.*

2 Nihil inue. cau. *Scilicet, criminis vel mortis.*

3 In hoc homine. At illi inua. *Vt clamoribus obtinerent, quod ratione non poterant.*

4 Commouit populum docens per vni.&c. *Quaſi dicerent turbauit pacem communem.*

5 Incipiens a Galilæa vſque huc. *Volebant enim eum [oſtendere] quod eſſet ſimilis Iudæ Galilæo, qui tempore natiuitatis Chr[iſti] ducebat populum ad rebellandum imperatori Romano, dicens [non] licitum Iudæis profiteri aliquem dominum terrenum, ſed Deum, vt habetur Act.5.g.* Ante hos dies extitit Iudas [Ga]læus, qui auertit populum in die profeſſionis. *Sed P[ilatus] hoc falſum reputauit, eo quod audierat Chriſtum dixiſſe: [Red]dite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, per hoc [often]dens quòd poterant eſſe ſubiecti non ſolum Deo, ſed etiam temp[orali] Domino.*

6 Pilatus aũt. *Hic conſequenter ponitur examinatio Chriſt[i coram] Herode, Pilatus autem audiens, ꝙ Ieſus eſſet de Galilæa, remiſ[it eum] ad Hero. tum vt Herodi deſerret, tum quia credebat ꝙ libente[r] ... raret hominem qui eſſet de terra ſua, & maxime innocentem. ... dum etiam, quod licet Chriſtus fuerit in Bethleem natus, vt d[ictum eſt] ſupra 2. cap. tamen dicitur hic de Galilæa, quia fuit ibi nutr[itus &] conuerſatus.*

7 Qui et ipſe Ieroſo. erat his die. *Scilicet paſchalibus, [pro]pter ſolennitatem, quia Iudæus erat. Pater enim ſuus fecit ſe circ[um]cidi tranſiens ad ritum Iudaiſmi, ſecundum quod dicit Ioſephus.*

8 Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt. *Non propter [deuotio]nem, ſed propter curioſitatem, ideo ſubditur.*

9 Eo quod au. mul. de eo. *Scilicet de miraculis eius et d[oc]trin[a].*

10 Et ſperabat ſignum ali. *Id eſt, mirabile factum.*

11 Videre ab eo fieri. *Sperabat etiam ab eo audire quæ[dam cu]rioſa & inſolita, ideo ſubditur.*

12 Inter. au. eũ. mul. ſer. *Ieſus aũt in conſpectu eius noluit ſignum facere, tum quia Herodes erat indignus, cũ moueretu[r ex cu]rioſitate, vt dictum eſt, tũ quia Ieſus voluit oſtendere, ꝙ præ[dicator] verbi diuini non debet coram principib. oſtentationem ſuam [face]re, & eiſdem rationibus non reſpondit eius interrogationibu[s].*

Incipiens

## MORALITER.

† *Hunc inuenimus ſubu. gen. no.* Iſta cõtra Chriſtum propoſita erant ſimpliciter falſa propter quod Pilatus reſpondit.

2 *Nihil inue. cau. in hoc ho.* Sed hic eſt modus iniquorum ꝙ per mendacia quærunt cõdẽnationem iuſtorũ. Ex hoc etiã patet, quod aliquando iuſtius agitur in curia laicali q̃ in clericali. Principes enim ſacerdotũ Chriſtum cõdemnauerũt tanquam mortis reum, quẽ Pilatus pronunciat innocentẽ & iuſtum, & ſic hodie fit in plurib. locis, ꝙ homicidæ notorij qui per ſecularem iudicem ſuſpenderentur, p eccleſiaſticum iudicem in magnum populi ſcandalum liber[antur].

† *At illi in.* Sic faciunt maligni quęrẽtes obtinere p[er cla]morem quod non poſſunt per rationem.

8 *Herodes autem viſo Ieſu gauiſus eſt valde.* Per hoc [quod] Chriſtus coram Herode inceſtuoſo & homicida n[oluit fa]cere miraculum, nec ſuis interrogationib. reſpõder[e, ſigni]ficauit, quòd tales digni non ſunt opera videre diui[na, nec] eius habere reſponſa.

crnen diluens dimiſſus a principe crucis vtilitatē differ-
A re Et ideo iuſtū erat, vt Pilato q inuitus ſnīam ferebat, ex
al ua parte rńderent: Herodi vero & cæteris qui cōtra le-
g innoxiū damnabant, ſicut indignis nihil dicit. Vbi vero
ta t, quaſi pro grege agnus immolādus patientiā prſtat:
vt reſpondet, quaſi
p or pro ouib. cō-
tr lupos & latrones
p gnat.
a il. in. ve. Quod in
a a veſte ſpernitur
& illuditur, ſignifi-
c ꝙ pro totius mū
d peccatis in carne
c ta immolatus a-
g us eſt paſſus & ſe
p itus: Quod hic al
b iuxta alios Euan
g iſtas purpurea
v coccinea veſte il
l litur, indutus, ſi-
g at geminū matti
r genus, quo ī paſ-
ſ nibus eccleſia ad
c natur, vt ſit candi
c s actione, rubicū-
c s ſāguine. Ipſe. n.
membrorū floſcu-
l vernās, ī pace lilia
g nit, bello roſas.

d *Obtuliſtis*. Quantū ſtudiū dimittendi Ieſum Pilatus habeat, attende. Primo illis accuſantib. dicit ſe nihil cauſæ inueniſſe, deinde iīs in incœpto perſiſtentibus mittit ad Herodē, vt exploret an ille aliquid ſceleris in eo inuenire poſſit, an dimittendū decernat. Deniq; Herodis agnita voluntate, nec inuento in Ieſu facinore plebis
1 ſnīam quærit, cui v-
2 num in paſca opor-
3 tet dimitti. Iterū ēt
4 tertio volens dimit-
5 tere, interrogat. Sed
6 quanto curioſius di
mittere quærit, tanto crimnoſiores ad mortē eius inuenit.
e *Sed neque Herod.* Ad exprobrandā duritiam Iudæorū vel
7 Gentiliū fatetur Pi-
8 latus, nec ſe, nec He
rodē aliquid in oc-
9 cidendo Chriſto &
illudendo inueniſſe
10 ſed alienę crudelita-
11 tis clamoribus obtemperaſſe.
f *Emenda. ergo, &c.* Pilatus abſoluit Ieſum quem probat inſontem, ſed vt implerentur ſcripturæ, abſoluit quidem iudicio, quem tamen crucifigit myſterio.

a Spreuit Herodes & exercitus vt omnes in eadem culpa pares monſtrentur.
& Scribæ † conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum
a Herodes cum exercitu ſuo & illuſit indutum veſte † alba, &
b remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in
c ipſa die. † Nam anteà inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus
& plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi
d auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans,
nullam cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eum
e accuſatis. Sed neque Herodes. Nam remiſi vos ad illum, &
Flagris & ludibriis quantum iubetis afficiam, dummodo ne ſitiatis innoxium ſanguinem.
f ecce nihil dignum morte actum eſt ei. † Emendatum ergo
Non imperiali legis ſanctione, ſed annua gentis cui per talia gaudebat placere deuictus conſuetudine.
illum dimittam. † Neceſſe autem habebat dimittere eis † per
Data optione eligendi quem vellent, quia pontifices excitauerant turbam, vt magis peteret Barrabam.
g diem feſtum vnum, Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba
h dicens: † Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Qui erat

D Pilati ſtudiū in dimittēdo Chriſtū
† ſplendida.
E † Corruptum caſtigatū.
† Singulis feſtis.

*it rem. ad Pil.* Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur, & ſi vterque reum non pronunciat, alienæ tamen iniquitatis ſtimulis obſequitur.
*Et facti ſunt. a.* Nefandū m fœdus, quod Herodes & Pilatus in occidendo Chriſtum pepigerunt, ſucceſſores eorū hereditario iure cuſtodiunt, dum Iudæi & gentiles, ſicut genere & religione, ita mente quoq; diſſidentes, in Chriſtianis tñ perſequendis, & fide Chriſti perimenda conſentiunt. In typo Herodis & Pilati, qui per Ieſum amici facti ſunt, Iudæorum gentiumque figura ſeruatur, vt per paſſionem Chriſti vtriuſq; populi concordia ſacta ſit vētura, ita tamen vt Gentilis prius capiat regnū Dei, & ad Iudæum fidei ſuæ deuotionē tranſmittat, vt illi quoq; gloria maieſtatis ſuæ corpus veſtiant Chriſti, quem ante deſperant.
d *Obtu-*

g *Tolle hunc & dimitte nobis, &c.* Quia pro Ieſu latronē pro ſaluatore interfectorē, pro datore vitæ ademptorem elegerunt, merito ſalutē perdiderunt & vitā, & latrociniis & ſeditionib. in tm̄ ſed ſubdiderūt, vt & patriam regnumq; qđ Chriſto prætulerant, perderent, & hactenus libertatē animæ vel corporis quam vendiderant, non reciperent.
h *Barrabam, &c.* Barrabas qui filius magiſtri vel patris eorū interpretat̄, ipſe eſt Antichriſtus, quē illi Chriſto præferent, quib. dr̄. *Vos ex patre diabolo eſtis.* Pilatus os malleatoris interpretatur, diabolum ſignificat, qui eſt malleus vniuerſæ materiæ, per quem Deus vaſa probare permittit, & tandem conterit, cum in extrema damnatione confringit. Io. 8. f.
a *Crucifige.*

C F

NICOLAVS DE LYRA:

Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo. *Reputans eum idiotam & fatuum.*
2 Et illuſit indutu veſte alba. *Sic enim illudebatur tunc fatuus.*
3 Et remiſit ad Pilatum. *Vt eum honoraret, ſicut & Pilatus ei detulerat.*
4 Et facti ſunt amici. *Propter mutuam reuerentiam factam, vt dictum eſt.*
5 Nam antea inimici erant ad inuicē. *Propter Galilæos, quos Pilatus occiderat, miſcens ſanguinem eorum cum ſacrificiis, ut dictū eſt ſupra. 13. cap.*
6 Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum, &c. *Hic conſequenter deſcribitur Chriſti cōdemnatio iniuſta. Vbi primo declaratur Chriſti innocentia ex triplici confeſſione iudicis cauſam examinantis & etiam ex allegatione Herodis, qui ipſum non condēnauerat. Iudæi aūt ècontrario contra verba iudicis ter reclamauerunt, vt obtinerent per importunitatē clamoris, ꝙ non poterant uia rationis, propter ꝙ Pilatus finaliter declinauit à iuſtitia, cōdemnās ad mortē innocentem Ieſum: Inclinatus ad hoc ex populi fauore, quē quærebat, & Cæſaris timore, cuius indignationem formidabat, eo ꝙ dixerant Iudæi in conſpectu ſuo:* Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, *Vt habetur Ioan. 19. b. Et ex dictis patet litera paucis exceptis, quæ exponentur. Nam remiſit illum ad nos, id eſt ad noſtrum iudicium. Libri antiqui & correcti ſic habent.*
7 Nam remiſi vos ad illum. *Scilicet ad Herodē, vt patet ex dictis, & litera ſequens conſonat, cum dicitur:*
8 Ecce nihil dignum morte actum eſt ei. *Scilicet coram Herode.*
9 Emendatum ergo. *Id eſt verberatum.*
10 Illum dimittam. *Liberum à morte. Sed contra hoc videt, quia Pilatus ſciebat ipſum eſſe innocentem, quomodo igitur volebat ipſū iniuſtè verberare? Dicendum, quod volebat facere, vt Iudæi videntes hanc flagellationem, ſatiarentur hac pœna, & ceſſarent à morte Ieſu quærenda.*
11 Neceſſe autē habebat dimittere eis per diem feſtū vnū Exclamauit aūt ſimul vniuerſa turba dicens: Tolle hūc, & di. &c. *Quia in nocte paſchæ Angelus Domini ſaluauit Hebræos, et percuſſit primogenita Aegyptiorum, & ideò in memoriam huius beneficii in ſolemnitate paſcali ſaluabant vnū propinquū morti, & aliquos condemnatos ad mortem interficiebant, ad repræſentandum ſaluationem Hebræorum & interfectionem Aegyptiorum. Et iſtā conſuetudinē eis obſeruari impetrauerāt ab Imperatore Romanorū, ſicut fuerat obſeruata antequam Iudæa eſſet Romanis ſubiecta. Et hoc eſt ꝙ dicitur:* Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum vnum. *Quia tenebatur obſeruare illud ꝙ erat cōceſſum ab imperatore. Pilatus ſciens Ieſum innocentem volebat eum liberare per hanc viam, proponens ꝙ non expediret eis dimittere, niſi Ieſum aūt Barrabam, cuius liberationem credebat Iudæos nullo modo p̄eligere, propter nimiā ipſius malitiam, ſed ipſi nimio odio moti contra Chriſtū, præelegerunt Barrabam liberari, petētes Ieſum crucifigi, eo qđ erat modus mortis aſperior & durior. Cætera patēt.* Ex. 12. f.
✠ Et

MORALITER.

1 *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo.* Sic hodie ſectatores Chriſti a malis hominibus ſpernuntur, quod ab eis fatui reputantur.
4 *Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die.* Hoc fuit ſignum ꝙ Iudæorum principes & Romanorum conuenirent in perſecutione Chriſtianorum. Cætera exponantur ſicut Matthæi 27. & Marci 25. vſque ibi.

A

a *Crucifige crufige eum.* Magna crudelitas,non ſolum occidere,ſed crucifigere quærunt, vt manibus & pedibus ad lignum confixis producta morte necaretur, ne dolor citius finiretur,& vt in cruce diu videretur.

b *Corripiam ergo & illum dimittam.* Hanc correptionem deridendo & flagellãdo nefandorum deſidetiis exhibuit, ne viſque ad crucifigẽdũ ſæuirẽt.Quod & verba Io. Euangeliſtæ, & ipſa columna teſtatur, ad q̃ ligatus fuit Dominus, quæ vſque hodie dominici ſanguinis cernẽtib.certa ſigna demonſtrat. Sed licet Pilatus hoc agat,inſatiabilis tñ ſacrilegorũ furor non ceſſat,ſed magis inſtat quia accuſationem, quam cõtra Dominum detulerant,ſollicita Pilati interrogatione viderant euacuatam.Tandem impudici ad ſolas p̃ces ſe conuertunt, vt quod criminãdo vel quaſi ratiocinando nequiuerãt, iàm poſtulando & vociferando & perficiendo perficiunt.

quẽ viuere deſiderabant, moriturũ, morientẽ,& mortu ploratũ. Nec ideo inducitur ſolus mulierũ planctus,qñ multi viri dolerent, ſed quia fœmineus ſexus quaſi contẽptibilior,liberius poterat pñtib.principib.ſacerdotũ,quẽ contra eos ſentiret oſtentare. Quia vero nouit Domin qui ſunt eius,prę miſſa furentis populi turba, ad amantes & plangentes fœminas oculos ora conuertit.

f *Quæ plang.& la.* Triſtabãtur de vi mortali,quę mo etat finiẽda, non cęcis,q̃ medicũ cidebant, vnde ſi ditur. *Conuerſus a*

✻ THEOPH. Mulieres quidẽ h minum genus eſt cile plorãs quaſi ne quiddam acci ſet & Dño plor compaſſionẽ pra ferentes magnã. iniuſtitiam lam tantes.At ille nõ probrat, ſed ma increpat illas vol tarie.n. patiebat Non decet autẽ mentari eum, ſponte,&pro ſal oĩum patit, ſed c gruũ eſt vt ille n gis laudib.efferat &celebretur,p c cẽ.n.& mors deſtructa eſt,& infernus captiuus eſt.Lan ta his qui ſponte patiuntur nullã conſolationem afferu

propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad illos,volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabant dicen-
a tes. Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? Nullam cauſam mortis inuenio in
b eo. Corripiam ergo, & † illum dimittam: At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur: & inualeſce-

a Videns quia nihil proficeret,ſed magis tumultus fieret. Iudex nec iuſtitiæ cedere debuit nec timori

bant voces eorum.* Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. † Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium
c & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant. Ieſum verò tradidit voluntati eorum. † Et cum ducerent

a Cyrene quæ eſt ciuitas Helbiæ. 1

d eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa, & impoſuerunt illi crucem † portare
e poſt Ieſum. Sequebatur autem illum multa turba populi & 2
f mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus dixit. Filiæ Hieruſalem, nolite fle- 3
g
h re ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. 4
i Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: † Beatæ ſteri- 5
les,& ventres qui non genuerunt,& vbera,quæ non lactaue- 6
k runt. † Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos,& 7 8

*A princip. ſacerdotũ. †Matth. 27.a. Mar.16.a Io.18.g. †Agro, iure. B †Iſa.2.d. Hoſ.10.c Apocal. 6.d.

c *Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat,&c*, Autor ſeditionis,& homicidiorum Iudæis dimittitur.Id eſt diabolus,qui ob culpam a lucis patria depulſus, & in tenebrarum carcerẽ fuerat miſſus & in eo pacem habere non poſſunt, quia pacis autorem non elegerunt.

d *Apprehenderunt Simonem quendã Cyre.nen.* Primo Dñs crucem portauit,ſed poſtea impoſita eſt Simoni,quẽ exeũtes obuiã habuerunt,& hoc congrue. *Chriſtus enim paſſus eſt pro nobis, ut ſe.ue.e.* Qui uero eum vult ſequi tollat crucem ſuã & ſequatur. Quia uero Simon non Iſraelita,ſed Cyreneus erat per eũ Gentiles deſignantur, prius peregrini & hoſpites teſtamentorum,ſed nũc in fide ciues & domeſtici Dei & cohæredes Chriſti,vnde Simon obediens,Cyreneæ hæres interpretatur.Sed Simõ venit de villa,i. de pago,a quo pagani,qui a ciuitate Dei alienis vrbanæ ſunt conuerſationis ignari. Sed Simon pago egrediẽs,crucem portat poſt Ieſum cum populi gẽtium paganis ritibus derelictis obedienter amplectuntur veſtigia dominicæ paſſionis,

1 Pe.2.d M.16.d Epe.2.d Pagani vnde. C

e *Sequebatur au.it.mul.tur.* Sed non eadem mente crucẽ ſequitur. Mali ſequũtur vt morientẽ læti aſpiciãt, Mulieres,vt quem

g *Filiæ Ie.* Nota cum filias Hieruſalem uocat, quod nõ læ,quę cum eo venerant a Galilæa, ſed etiam eiuſdem bis ciues ei multæ mulieres adhæſerant,

h *Noli.fle.* Ne lamentemini memoriturum, cuius cito ſurrectio mortem ſoluere poteſt, cuius mors mortem ipſum mortis autorem deſtruet. Vos potius veſtramq progeniem dignis lachrymarum fontib. abluite,ne cu perfidis damnemini in vltionem meæ crucis,

i *Ecce ue.dies.* Dies Romanę obſidionis & captiuitatis.N turale eſt imminẽte captiuitate,hoſtiliq; per agros vrbe clade feruẽte, cunctos qui euadere queant, alta quęq; abdita refugia quib.abſcondantur, requirere. Refert Io phus inſiſtẽtib.ſibi Romanis Iudęos cauernas monti colliumq; certatim petiſſe ſpeluncas, ita vt ſeipſum n nitione quadã deſtructæ vrbis Iotapetæ in ſpeluncã cũ comitib.proditum inuentum,atque ab hoſtib.captun

K *Cadite ſuper nos.* Põt hoc ex ſuperfluo intelligi de his vtrolibet ſexu ſeipſos caſtrauerunt pp regnum cœloru qu

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cum ducerent eum. *Hic cõſequẽter deſcribitur Chriſti impia occiſio,cum dicitur:* Et cum ducerent *cũ ad crucifigendũ, apprehenderunt Simonem,&c. Quia coegerunt eum ad portandum crucẽ, vt citius uenirent ad locum crucifixionis, quia Ieſus uidebatur nimis debilitatus ex afflictione p̃cedẽti,& ideo quamuis Ieſus,primo portaſſet crucẽ ſuam,tñ illi qui eũ ducebant,acceperunt eã & poſuerũt ſupra Simonẽ,ratione prædicta. Ille aũt inuitè portabat,tũ quia hoc erat turpe,tũ quia forſitan erat diſcipulus Ieſu, occultus tamẽ.*

2 Sequebatur autem illum mul.tur.pop. *Quia aliqui ſequebantur eum ad ipſum crucifigendum, aliqui ad deridendum eum,et aliqui ad videndum ſpectaculum,& aliqui ad plangendum, ſpecialiter mulieres deuotæ,quibus dixit:*

3 Filię Hieruſ. &c. *Quia non ſolum aliquæ de Galilæa ſequutæ fuerant ipſum,ſed etiam aliquæ de Ieruſalem ſibi adhæſerant p deuotionem.*

4 Nolite flere, &cæ. *Non prohibet compaſſionem, ſed præ aliam luctus cauſam in obſidione Hieruſalem futuræ per Titum Veſpaſianum,ideo ſubditur.*

5 Quoniam ec.ven.dies. *Scilicet.42.anno poſt paſſionem C ſti,in quo fuit dicta obſidio.*

6 Beatæ ſteriles. *Quia agiliores erunt ad fugiendũ quã grau*

7 Et ventres,qui non ge. *Quia mulieres habentes pueros i ſidione fuerunt anxiatæ non ſolum pro ſe ſed etiam pro pueris & aliquæ præ famis anxietate proprios pueros comederunt, ſ dum quod dicit Ioſephus libro de Iudaico bello.*

8 Tunc inci.di.monti.&c. *Quia aliqui præ horrore miſe tunc fuit in populo Iudæorum dicebãt: vtinã mõtes caderẽt ſup*

✻ Qu

*MORALITER.*

† 3 *Filiæ Hieruſalem,&c.* Secundum ſenſum literalem fletus ad quem induxit Chriſtus mulieres, fuit propter miſeriã per Romanos ſuper Iudæos venturam, & illa miſeria figura miſeriæ ſuper incredulos venturæ per ſpiritus n guos, pro quorum euaſione flẽdum eſt & orandum ante minum huius vitæ.

† Di

a collibus,operite nos. Quia ſi in † viridi ligno hæc faciunt, in
b arido quid fiet? Ducebantur autem,& alij duo† nequam cum 1
eo, vt interficerentur. Et poſtquam venerunt in locum, qui †
c vocatur Caluariæ,ibi crucifixerunt eum,& † latrones:vnum †
d a dextris,& alterum a ſiniſtris. Ieſus autem dicebat? † Pater,
e dimitte illis,non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes vero †
f veſtimenta eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat populus † expe- 2
h ctans, & deridebant illum principes cum eis, dicentes: Alios †
i ſaluos fecit,ſe ſaluum faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. Il-
k ludebant autem ei,& milites accedentes, & acetum offeren-
l tes,& dicentes. Si tu es rex Iudæorum,ſaluum te fac. † Erat
Vt omnis lingua confiteatur,quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.
m autem, & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis Græcis He- 3
n braicis,& Latinis: Hic eſt rex Iudæorum. Vnus autem de his
qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens: Si tu 3

A q cunt montib.c.ſ.n.& c.o.n.cum ſuæ fragilitatis memo re ingruẽte tẽtationum articulo ſublimium virorum,vel ip virginitate vel martyrio vel quacumq; alia virtute quę ru t exemplis,monitis,precibuſq; defendi.

a Quia ſi in viridi ligno. Viride lignum Chriſtus,& ſui ele- ct aridum impij, & pe ccatores, vnde ait: Si ergo ego q pecca tu non feci,qui li- gni vitæ merito ap- pe atus, duodenos fr uctus gratię per ſin gulos mẽſes affero, ſi igne paſſionis de h mũdo nõ exeo, q tormenta manent ill i qui fructib. sũt vacui; inſuper, & li- gni vitæ flammis d e non timent? Et ſi hoc eſt tempus, vt in cipiat iudicium de do mo Dei, & oẽs,q vo lunt pie viuere in C hriſto perſecutio- n a patiuntur, qs fi n eorum,q nõ cre- d unt euangelio?

b Ducebantur autem Impletur quod dictum eſt: Et cum ini q s deputatus eſt.in morte deputatur cum iniquis,vt in re ſu rrectione viuificet iniquos,qui propter homines homo fa ctus,hominibus dedit poteſtatem filios Dei fieri.

B ✠ THEOPHYLA. Diabolus volens Dominum magna ig nomia aſpergere facit crucifigi cum eo latrones,ſed vide q, & vno priuatus ſit, & hoc ad maiorem gloriam Dñi c edit.Nam aliorum cruces nemo requirat,totus aũt mũ d a cruce iſta,pẽdet,& manifeſte oſtenditur hic Dñm nõ e iniquum ſicut latrones,ſed oĩs iuſtitiæ principem. Du c it autem eum ad locum Cranij,vbi dicunt primum pa- r entem noſtrum ſepultum eſſe,vt vbi per lignum caſus,il- l per lignum reſurrectio.

c Calua. lo. Extra portam Hieruſalem erant loca in qb.trũ cantur capita damnatorum,& dicebantur loca Caluarię i eſt,decollatorum. Ibi crucifigitur,vt vbi erat area damna torum,erigantur vexilla martyrij.

d Et latrones,&c. Execrabilis in facto iniquitas Iudæorum quaſi latronem crucifigit oĩum redemptorem,bonus tñ myſterio latro,q inſidiatus eſt diabolo,vt vaſa eius aufer t. Per illum q a dextris ſignificatur mortificatio carnis ꝓ celeſti gloria,per illum qui a ſiniſtris mortificatio carnis ꝓ aliqua mundi cauſa.

C e Ieſus aũt. Quia Lucas Chriſti ſacerdotiũ ſcribere diſpo- ſuit recte Dñs apud Deum ꝓ ꝑſecutorib.iure ſacerdotis in tercedit, & latroni confitenti paradiſum pandit,nec fru- ſtra,orat,ſed pro eis,q poſt paſſionem eius crediderunt im- petrat.Non pro eis orat,q ꝑ inuidiam & ſuperbiam filium Dei intellexerũt,negãt,& crucifigunt,ſed ꝓ eis,q Zelũ Dei h ẽntes,ſed nõ ſecundum ſcientiam neſcierũt,qd fecerunt.

f Diuidentes

f Diuidentes. De his Ioãnes latius. Quadripertita veſtis ſigni ficat eccleſiam toto orbe q̃ quatuor partib.conſtat.diffuſã, omnib. partibus æqualiter,id eſt,concorditer diſtributam. Tunica ſortita,omnium partium ſignificat vnitatem,quæ charitatis vinculo continetur. D

Io.19.a

g Sortes. In ſorte dei gratia commen- data eſt. Sic qppe in vno ad oẽs peruenit, cum ſors omnib.pla cuit,qa & Dei gratia in vnitate ad oẽs per uenit, & cum ſors mittitur,non pſonæ cuiuſquam vel meri tis, ſed occulto Dei iudicio creditur.

†Hemid

†Male- fic.

†malefi.

†23.q.1. q. para- tus.

h Alios ſal.fe. Sua ſe ñia damnant,q etiã nolentes ꝙ alios ſal uos fecerit, confiten tur. Poterat qdem ſe ſaluare,ſed quia ipſe Chriſtus Dei electus de cruce deſcendere noluit. Nam q ideo venit,vt ꝓ nobis cru cifigeret, ideo ſe de cruce ſaluare neglexit, quia cum cęteris peccatorib. etiam crucifixores moriendo curauit ſaluare.

†ſpectãs

†Matth. 27.c. Ma.15.c Io.19.d.

E

i Illudebant autem ei & milites accedentes. Nota ꝙ Iudæi vo- cabulum Chriſti,& filij Dei autoritate ſcripturæ ſibi tradi- tum irridẽt. Milites vero.ſcripturarum inſcij, non Chriſto Dei electo,ſed regi Iudæorum inſultant.

k Et ace.off. Acetum erant Iudæi,a vino Patriarcharũ de- generantes. Hoc aceto milites potant Dominum,quæ illo- rum ſuggeſtione morti tradunt.

l Erat aũt.&c. Hæ tres linguæ præ cæteris eminebant. He- bræa,pp Iudæos in lege gloriantes. Græca,propter Genti- lium ſapiẽtiam. Latina,propter Romanos imperantes. Er- go velint nolint Iudæi,oẽ regnum mundi,omnis munda- na ſapientia,omnia diuina legis ſacramenta teſtantur,ꝙ Ie ſus eſt imperator credentium & confitentium.

m Hic eſt rex Iudæorum. Titulus q Chriſtum regem teſtat non infra,ſed ſupra crucem ponitur,quia licet in cruce ho minis,infirmitate dolebat,ſuper crucem tamen regia maie ſtate fulgebat,& ideo immolato titulus eſt ſuprapoſitus,vt cunctis legere,id eſt,credere volentibus pateat,quia per cru cem non perdidit,ſed corroborauit imperium.

n Vnus aũt de his qui. ✠ THEOPHYLACTVS. Qũo igit alij duo Euangeliſtæ duos latrones dicunt conuicia in eum ieciſſe? Veriſimile aũt eſt,quod primum qdem duo eum conuiciati ſint,deinde vnus eorum audacior,agnoſcens bo nitatem Ieſu,ex voce quam fecit pro crucifigẽtib. quæ vox non ſolum omni miſericordia plena eſt,ſed & magnam au thoritatem præ ſe fert, ex hac igitur voce vt agnouit prior blaſphemus Ieſum verum regem,confutat, & alterum la- tronem,& ad Ieſum dicit. Memento mei,&c. F

Increpa-

NICOLAVS DE LYRA.

✱ Quia ſi in viri.lig.hæc fa. Chriſtus hic dicitur lignum viride faciens fructus,& per conſequens indignum abſciſione per mortẽ,populus autem Iudaicus hic dicitur lignum aridum infructiferum, & per conſequens dignum abſciſione per mortem & combuſtionem gehennæ,quæ eſt pœna extrema,& maxima.

Pater,dimitte illis,non.n.ſc.quid fa. Erant enim ibi aliqui ſimplices,& illiterati a ſacerdotib. Iudæorum decepti, qui perſequebantur Chriſtum zelo legis,& pro iſtis orauit Chriſtus. Alij autem erant literati,qui ipſum eſſe Chriſtũ probabiliter nouerant,ſeu agnoſcere debuerant;ſed ex odio,& inuidia fuerũt excęcati,& ipſum ꝑſecuti ſunt vſque ad mortem,& pro illis non orauit.

3 Erat aũt & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis, &c. Quia iſtæ erant tres linguæ principales,vt omnes poſſent legere.

✠ Neque

MORALITER.

Ducebantur aũt & alij duo,&c. Hoc ad literam ꝓcuratum fuit ꝑ Principes Iudęorum,vt a vulgarib. Chriſtus participaſſe videretur in criminib.eorum,& ſic ipſi viderentur iuſte mortem eius procuraſſe. Et ſic frequenter faciunt mali quærentes operire ſuam malitiam per infamiam iuſti.

Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Cal.&c. Exponatur ſicut Matth.27.& Mar.15.

g *Et ego mittam.* & IDEM. Ne turbati cogitarent, quo[mo]do nos homines idiotæ teſtimoniũ perhibebimus gẽ[tibus] & Iudæis qui te occiderunt, ſubiungit, *Et ego mittam, &c.*

h *Vos autem ſedete.* Poſt quam diſcipulos de virtute p[ræ]dicationis perfecte inſtruxit, cũ repente ſi vellet poſſet eos [ro]rare, diſtulit, dicẽs: *Vos autem ſedete:* Vt exẽplum ſequẽ[ntibus] daret, ne imperfecti prædicare ante tempus pſumant. I[n ci]uitate ſedet, qui intra mentis clauſtra ſe conſtringit, ne [...]

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei, &c. *Per comeſtionem enim oſtendit ſe habere corpus viuũ anima vegetatiua animatum.*

2 Hec ſunt verba, quę loquutus ſum ad vos, cũ adhuc, &c. *Per hoc quod loquebatur ſenſibiliter & etiam rationabiliter, reducens ad memoriam quæ eis dixerat ante mortem ſuam oſtendit ſe habere corpus animatum anima ſenſitiua & intellectiua, & eadem qua prius.*

3 Tunc aperuit illis ſenſum. *Sicut per præcedentia probauit veritatem ſuæ reſurrectionis quantum ad humanitatem ſic per hoc illam probauit quantum ad deitatem, quia illuminare mentes ignorantem intellectum ſacræ ſcripturæ & ſubito, eſt ipſius deitatis proprium, & ideo ſubditur.*

4 Et ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere a mortuis die, &c. *Quia ſicut ante paſſionem declarauit ſe eſſe verum Deum & hominem, ita etiam poſt reſurrectionem ſuam. Reſurrectio enim vera eſt eiuſdem in numero iterata reſurrectio.*

5 Et prædicari in nomine eius, &c. incipientibus ab [Ieroſolyma.] *Ieroſolyma enim eſt in medio terræ habitabilis, quia eſt in q[uar]ta climate & ideo ab illo loco conuenienter incæpit prædicatio e[uan]gelij, vt per apoſtolos Chriſti alioſque diſcipulos circunquaque [in] orbem diſperſos in omnem terram exiret ſonus prædicationis e[orum], ſecundum quod fuerat prædictum Pſal. 18.a.*

6 Vos autem teſtes eſtis horum. *Scilicet, ſuperius deſcr[iptorum], quantum ad Chriſti incarnationem, prædicationem, paſſi[onem] & reſurrectionem.*

7 Et ego mittam. *Id eſt, mittam de propinquo.*

8 Promiſſum patris mei in vos. *Scilicet, ſpiritumſanctu[m in] ſigno viſibili ad prædicandum conſtanter vbique veritatem [e]uangelij.*

9 Vos autem ſedere in ciuitate. *Poſtquam euãgeliſta de[ſcri]pſit Chriſti reſurrectionem, hic vltimo deſcribit eius aſcẽnſi[onem]. Circa quod ſciendum, quod in die aſcenſionis, Chriſtus bis [ap]paruit diſcipulis ſuis. Primo, in ciuitate Ieruſalem diſcipulis [...]* ✻ *de[...]bus*

## MORALITER.

† 1 *Habetis hic aliquid q man. &c.* MISTICE. vere Chriſtum reſurrexiſſe vident qui reſurrectionis eius gloriam meditãtur, ipſum vero tangunt & palpant qui ſibi charitate copulãtur 1.Io.4 c. *Qui manet in charitate i Deo manet & Deus in eo.* Piſcem aſſum offerenti ei qui patientiã igne tribulationis decoctã habẽt pro nomine Chriſti. Sed illi offerũt fauum mellis qui membris eius exhibent opera pietatis, de qbus dicit: Matthæi 25.c. *Eſuriui & dediſtis mihi manducare.*

3 *Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcri.* Ex quo patet quod ſacræ ſcripturæ non poſſunt ſufficienter intelligi[,] ſi ille aperiat qui habet clauem Dauid, qui aperit & n[emo] claudit.

9 *Vos autem ſedete in ci. &c.* Licet enim dediſſet eis ſc[riptu]rarum intelligentiam, & commiſiſſet prædicationis [offi]cium, tamen diſtulit executionem prædicandi vſque [ad ſan]cti ſpiritus receptionem in ſigno viſibili. Per hoc inſi[nuatur] quod prędicans actu debet prius habere ſufficientem ſcripturæ noticiam, & gratiam ſpiritusſancti per con[iectu]ram, ſcilicet, quod non ſit conſcius ſibi de peccato [mor]tali.

† *E[xit]*

qu do exterius euagetur, vt cū diuina virtute perfecte fue rit dutus, tunc quaſi a ſeipſo foras exeat, alios inſtruendo. a *Eduxit autem eos.* Prætermiſſis oīb. quę per quadraginta die geſti ſunt, primo reſurrectionis diei tacitè ꝯiungit no uiſſ nu n quo aſcendit in cęlum. Et pulchre benedicturus dil ulos, educit in Be aniam, quę domus obedientiæ dicitu, quia qui pro pte inobedientiam per rſorum deſcen dit, p obedientiam co erſorum aſcen dit, q̄ ga eadem villa i latere montis Ol eti eſt poſita, qu obedientis eccle e domus, apo ſto :o digna hoſpitio, non alibi quam in latere ſummi mo tis, id eſt, Chriſti fundamenta fidei, ſpei, & charitatis lo uit: de quo latere ſacramentum ſanguinis & aqua qui bu naſcatur & nutriatur, gaudet emanaſſe. De cuius ve ce, id eſt, deitate, ſpiritualis vnctionis munera deſide ra ucis & pacis promiſſa expectat. Deinde, quia Betha ni uxta Ieruſalem quaſi ſtadijs quindecim erat, iſte nu m us propter ſeptem & octo (quibus conſtat) ſcriptu ra m myſterijs accommodus. Vel vitam, quæ nunc eſt & turam, vel vetus & nouum teſtamentum, vel, ſab ba m animarum in futuro, & carnis reſurrectionem co inet. Et ideo quibus vtriuſque teſtamenti ſcientiam ap uit, quos omnem viuendi & ſperandi regulam edo cu, eos quindecim ſtadiis in locum quo eis benedice ret, & præcepta docendi traderet eduxit. Recte quindecim ſtadijs locum aſcenſionis a loco paſſionis ſecreuit, vt omnes pro ſe vel mori, vel viuere cupientes, & primum quieſcendi poſt mortem, & in fine a mortuis reſuſcitandi deſiderio pariter & amore firmaret. D

*quoaduſque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos
a foras * in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis, benedixit
eis. † Et factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis &
ferebatur in cœlum. Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Ie-
b ruſalem cum gaudio magno, & erant ſemper in templo lau-
dantes & benedicentes Deum.

a Vbi promiſſionem patris iuſſi ſunt expectare,
b Quia dominum poſt triumphum reſurrectionis etiam cęlos penetrare vident.

b *In templo laudantes & benedicentes.* E Vt in loco orationis inter laudē & deuotiones promiſſum ſancti ſpiritus aduentum, paratis per omnia cordibus expectent. Sic nos poſt celebrata in Ieroſolymis, i. viſione pacis paſſionis & reſurrectionis ſolemnia domino duce petamus Bethaniam, vt mente quieta corporis & ſanguinis eius ſacramentis imbuamur, & domus obediētiæ eſſe curemus, q̄a ſic quotidiana eius benedictione ſublimamur, quotidie triumphalis aſcenſionis memores, laudātes & benedicentes Deum in Ieruſalem, id eſt, ſperata pacis viſione quieſcimus, ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptiis. Luc.12.c

*Laudantes & benedicentes.*. Lucas qui ſacerdotium Chriſti cæteris amplius exponendum ſuſcepit, & ideo euangelium ſuum a miniſterio templi per ſacerdotium Zacharię cœpit, pulchre hoc in templi deuotione compleuit, cum apoſtolos ibi miniſtros, ſcilicet, noui ſacerdotij futuros, nō in victimarum ſanguine, ſed in laude Dei & benedictione concludit. F

☞ *Incipit*

NICOLAVS DE LYRA.

de ibus, *quam deſcribit Lucas plenius Act.1.a.* Et tunc dixit eis. *Q d non diſcederent ab Ieroſolymis, ſed expectarent promiſſum p is, & hoc repetitur breuiter, cum dicitur.* Vos autem ſedete i ciuitate, &c. quo. in. ex. al. *Quaſi dicat non eſtis ſufficientes ad p dicandum conſtanter veritatem euangelii, donec confirmati fueri ti er donum ſpiritusſancti, & tunc præcepit diſcipulis ſuis vt exi r de ciuitate in montem Oliueti, vt inde viderent eum aſcenden t in cœlum, & hoc eſt quod dicitur.*

1 Eduxit autem eos foras in Bethaniam. *Id eſt, verſus Be t niam, quia mons Oliueti ad quem exierunt eſt extra Ieruſalem i ia eundi verſus Bethaniam, & Bethania eſt prope montem Oliue t ti, & ibi ſecundo apparuit diſcipulis in die aſcenſionis, quia poſt m apparuerat illis in ciuitate, & dixerat quod irent in montem ueti, diſparuit ab illis, & cum veniſſent ad montem Oliueti, ite n eis apparuit. Octo enim vicibus aliis apparuerat poſt reſurre onem ſuam, vt declaratum fuit Matthæi 28.*

Et eleuatis. ma. in cœ. *Vbi volebat aſcendere.*

Bened. eis. *Id eſt, diſcipulis ſuis.*

Receſ. ab eis. *Præſentia corporali.*

Et ferebatur in cœlum. *Proprio motu per dotem agilitatis. ubei tamen & angeli apparuerunt ad eius obſequium, vt habe r Act.1.b.*

Et ipſi ado. *Chriſtum aſcendentem quamdiu potuerunt videre in.*

7 Regreſſi

7 Regreſſi ſunt in Ieruſalem. *Poſtquam perdiderunt eius aſpectum.* Act.1.b.

8 Cum ga. mag. *Quia omnia myſteria erant impleta in Chriſto.*

9 Et erant ſemper in tem. lau. *Theophylus expoſitor refert hoc ad tempus quod fuit inter aſcenſionem domini & pentecoſten, dicens, quod licet apoſtoli & alij Chriſti diſcipuli ante aſcenſionem Chriſti ſtarent incluſi propter metum Iudæorum, ex aſcenſione tamen eius confortati exibant ad templum cauſa orationis, licet nondum accepiſſent ſpiritumſanctū in ſigno viſibili. Alii autem expoſitores referunt hoc ad tēpus poſt pentecoſten, in quo apoſtoli ſpiritu-ſancto confortati abiecerunt a ſe metum Iudæorum. Dicunt enim, ꝙ apoſtoli ſtabant in Ieruſalem quaſi recluſi in oratione poſiti, quouſque reciperent gratiam ſpiritusſancti eis a Chriſto promiſſam, & hoc videtur magis concordare ei quod dicitur Act.1.b. Tunc reuerſi ſunt in Ieruſalem a monte qui vocatur Oliueti, &c. & ſequitur:* Et cum introiſſent in cœnaculum, aſcendebant in ſuperiora, vbi manebant Petrus & Ioannes, &c. *Et ſubditur poſt.* Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu & fratribus eius. *In eodem loco receperunt ſpiritumſanctum in die pentecoſtes, vt habetur Act.2.a. & ex tunc relicto timore Iudæorum confitebantur & prædicabant publice Chriſtum, & ibant cauſa deuotionis ad templum, ſecundum quod hic dicitur:* Et erant ſemper. *Id eſt, communiter vel frequenter.*

10 In templo laudantes & benedicentes Deum. *Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

✠ *Incipit*

*MORALITER.*

1 *Eduxit autem eos fo.* Vt viderent eum aſcendentem, per hoc ſignificatur, quod ciuitas tumultuoſa non eſt locus aptus ad diuinorum contemplationem.

2 *Et ele. manibus ſuis, &c.* Ex hoc documentum habent ſuperiores in eccleſia, vt benedictionem dent ſubditis quando recedunt ab ipſis.

9 *Et erant ſemper in templo orantes.* Deuote pro recipiendo ſpiritusſancti dono, ſicut erat eis promiſſum a Chriſto, & ſic debemus orare, vt poſſimus ipſum recipere. Matt.6.b. Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

## ✠ *Incipit prologus venerabilis magiſtri Nicolai de Lyra ſuper Ioannem.*

FAcies aquilę deſuper ipſorũ quatuor, *Ezech. 1.c. Ezechiel propheta cui apert. ſunt cœli, & vidit viſiones Dei, vidit quatuor facies in vno animali, Quatuor inquit facies vni videlicet facies hominis, facies leonis facies bouis facies aquilæ. In quo deſignatur vna notitia de verbo incarnato quadrupliciter deſcripta, prout diffuſius dictum eſt ſuper Matth. Deſcriptio.n. Matthæi deſignatur in facie hominis, quia principaliter deſcribit facta ipſius humanitatis. Deſcriptio Ioãnis deſignatur in facie aquilæ, quia principaliter deſcribit in Chriſto excellentiã diuinæ naturæ. Deſcriptio aũt Marci deſignatur in facie leonis, quia principaliter deſcribit ipſius Chriſti regnũ. Deſcriptio aũt Lucæ deſignatur in facie bouis, qui eſt aĩal immolaticiũ, quia principaliter deſcribit ipſius Chriſti ſacerdotiũ, vnde & à ſacerdotio inchoat ſuũ euangelium, di.* Fuit in dieb. Herodis regis Iudæ ſacerdos qui-

Luc. 1.a. dã noĩe Zacharias. *Aduertendum tñ, quod licet quilibet quatuor euãgeliſtarum principaliter conſideret vnam prædictarum quatuor conditionum. tamen alias tres non omittit, quia ſecundum ꝙ dicit B. Gregorius ſuper Ezech. Quidquid in vno repereris, hoc ſimul in quatuor recognoſces propter quod aliqui doctores viſionẽ Ezechielis exponentes, dicunt quod non ſolum apparuit ei vnum animal habẽs quatuor facies prædictas, ſed apparuerũt ei quatuor animalia in omnibus conſimilia. In quo deſignatur vna noticia verbi incarnati a quatuor euangeliſtis concorditer, licet differenter deſcripta.*

*Conſiderandũ tñ, ꝙ Ezechiel propheta inter prædictas facies quatuor vidit faciem aquilæ deſuper eminentem, in quo deſignatur euãgelij Ioannis reſpectu aliorum excellentia, ſecundum quod dr̃ in verbo præſumpto:* Facies aquilæ deſuper, &c. *In quo deſignatur euãgelium Ioannis cæteris excellentius in tribus, quia ſcripſit cæteris ſublimius, ſubtilius, & ẽt perfectius. Sublimitatẽ deſignat ſuperior ſitus cum dicitur.* Deſuper. *Subtilitatẽ acuties viſus, cum dicitur, Aquilæ. Perfectionem ſeu integritatem, deſignat quaternarij typus cum dicitur.* Ipſorum quatuor.

Contemplatiões ſanctorũ & philoſophorũ differũt. *Ad euidentiam primi aduertẽdum, ꝙ contemplatio ſanctorum & potiſſime euangeliſtarum differt a contemplatione philoſophorum. Philoſophi enim ex creaturis contemplati ſunt ipſum Deum, ſimiliter ſancti, tamen differenti modo & quaſi contrario. Contemplatio enim eſt actus egrediens ab ipſo contemplante, & in Deum terminatur tãquam in obiectum, & ideo cõtemplationis actus eſt medius inter contemplantem, & rem contemplatam, & ideo poteſt ad vtrũque referri. Si igitur actus diuinæ contemplationis referatur ad ipſum contemplantem. ſic habetur contemplatio philoſophorum. Quærebant enim philoſophi Deum contemplari ex creaturis, in quantũ*

Philoſophus. *talis ſpeculatio ſeu contemplatio eſt ipſius ſpeculantis ſumma perfectio. Contemplationem enim primi & ſummi intelligibilis poſuerunt felicitatem hominis, vt habetur 10. Ethicorum. Ex quo patet quod talis contemplatio erat pure ſpeculatiua, quia quærebant talem ſpeculationem propter ſeipſam. & non propter aliã perfectionem, propter quod in tali cõtemplatione plus facit ſubtilitas intellectus, quã feruor affectus. Si autem referatur actus contemplationis diuinæ ad ipſam rem contemplatam: Quod fit quando talis contemplatio quæritur propter amorem rei contemplatæ, vt ex tali cõtemplatione ipſe contemplans inardeſcat in amorem diuinum, ſic habetur contemplatio ſanctorum & potiſſime euangeliſtarum. Ex quo patet, quod talis contẽplatio non eſt pure ſpeculatiua, quia non quæritur propter ipſum ſpeculari, ſed propter amorem ipſius obiecti contemplati. Et ideo in tali contemplatione plus facit feruor affectus quam ſubtilitas intellectus, propter quod beatus Dionyſius 7.ca. cęleſtis hierar-*

Dionyſius. *chiæ dicit quod in contemplatione diuinorum proprium eſt amoris calidum ſuperferuens & acutum, quia amans non eſt contẽtus amati ſuperficie, ſed nititur quantũ poſſibile eſt, eius intima penetrare, propter quod dicit. Hugo commentator ibidem. Vbi ſcientia foris ſtat,*

Hu[illegible] *dilectio intrat. igitur quia beatus Ioannes euãgeliſta cæteris euãgeliſtis Chriſtum feruentius dilexit, ideo eius ſecreta intimius penetrauit, propter ꝙ ſubtilius ſcripſit, quod notatur in facie aquile, quæ tãtam perſpicacitatem habet in viſu, quod ſolem in rota ſua oculis irreuerberatis intuetur, vt dicit Auguſtinus in libro de moribus eccleſiæ, Et de hoc poteſt exponi illud ꝙ ſcribitur Iob 30.d. Nũqd ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidũ ſuum? Hoc enim verbum dicitur de Iob negatiue, ſicut patet ibidẽ, Et meritoqa ad præceptũ Dei humana aquila noſtra, videlicet beatus Ioãnes euãgeliſta, eleuata eſt de terrenis ad cęleſtia, quia ad verbum Chriſti vocantis dimiſit thorum nuptialem, & eleuatus eſt ad continentiam virginalẽ, quę eſt vita cœleſtis, ſicut dicit beatus Hieronymus in ſermone de aſſumptione B. Virginis, Profecto ĩ carne præter carnẽ viuere, non terrena vita eſt, ſed cęleſtis, vñ in terris angelicã gloriam acquirere maioris eſt meriti, quam habere. Eſſe.n. angelũ felicitatis eſt, eſſe virginem virtutis, dum hoc obtinere virib. nititur cum gr[atia] angelus hẽt a natura. Et talis eleuatio fuit diſpõ in Ioanne ad [ſub]tilius contemplandum & deſcribendũ diuina Contrariorum.n. c[ont]rariæ ſunt cauſæ Laſciuia aũt carnalis inducit intellectus hebet[udinem] vt dicit beatus Greg. 30. Moralium, ergo per oppoſitum contin[entia] virginalis diſponit ad eius ſubtilitatẽ. Sed conſummatio huius [ſub]tilitatis ſubditur in autoritate præmiſſa, cũ dicit. In arduis pon[et] nidum ſuum. Nidus.n. eſt locus, vbi volucres ſe reclinant & qui[eſcunt]. Nidus igitur Ioannis fuit ſinus ſaluatoris, qa ſuper pectus eius [fami]liter recubuit, & inde fluenta euangelij cæteris vberius potau[it] ideo ſequitur: Oculi eius de longe proſpiciunt, quia ipſi adhuc [manen]ti in terra, reuelata ſunt ſecreta cœleſtia, & quia ſubtilius [cæteris] cœleſtia cognouit, per conſequens & ſubtilius ſcripſit.*

*Secundo dico, quod Ioannes cęteris euãgeliſtis ſcripſit ſubli[mius]. Et differt hoc membrum a præcedenti, quia de infimis põt fier[i ſub]tilis deſcriptio, ſed ſoblimitas deſcriptionis importat altitudine[m ma]teriæ, quod conuenit Ioanni euangeliſtæ, quia alijs euangeliſtis [ad de]ſcribendum Chriſti humanitatem intentis, beatus Ioannes ad [contem]plandum & deſcribendum eius diuinitatem principaliter aſc[endit], propter quos alij tres euangeliſtæ figurati ſunt per animalia i[n ter]ra gradientia, videlicet per hominem, vitulum, & leonem Io[annes] autem figuratus eſt per aquilam in altum volantem, in quo deſ[igna]uit ſecundum, ſ. eius contemplationem & deſcriptionem ſuper [alios] trãſcendentem, ꝙ notatur in verbo præaſſumpto, cum dicitur.* D[eſu]per. *Et ideo de hoc põt exponi illud Pſal. 17.b. Aſcendit ſuper [che]rubim, & volauit. Cherubim dicuntur a plenitudine ſcientiæ, [quæ] ſignificant euangeliſtas qui fuerunt repleti ſpiritu ſapientiæ d[iuinæ,] propterea vocatur aĩalia plena oculis in circumitu & intus: [Apoc.] 4.c. Super iſta cherubim aſcendit & volauit, quia contemplat[ionem] aliorum euangeliſtarum tranſcendit diuinitatem Chriſti præ c[æteris] ſpeculando, & quãtum poſſibile eſt ſublimius deſcribendo, prop[ter quod] dicit Aug. qd ſi al[t]ius intonuiſſet, totus mũdus capere nõ pon[et].*

*Tertio in verbo præſumpto oſtenditur contemplatio & d[eſcri]ptio Ioannis alijs pefectior, & hoc in duobus, in quibus ſuppl[euit il]lud quod ab aliis euangeliſtis fuerat dimiſſum, ſecundum quod [dicit] Hier. li. illuſtrium virorum. Primum eſt, quia à temporibus Io[annis] ſurrexit error Hebionitarum, qui dicebant Chriſtum eſſe hom[inem] purum, & per conſequens ante Mariam non fuiſſe, propter [quod] beatus Ioannes rogatus ab Aſię epiſcopis ſcripſit euãgeliũ, in [cuius] principio oſtendit diuinam Chriſti naturam in qua æternaliter [præ]ceſſit Mariam. Secundum eſt, ꝙ cum Ioannes legiſſet Matthæi, [Mar]ci, & Lucæ euangelia, illa probauit, & eos vera dixiſſe firmau[it. ve]runtamen tantummodo hiſtoriam Chriſti texuerant quantum [ad] annum in quo paſſus eſt, videlicet poſt Ioãnis baptiſtæ incarcerationem, propter quod ipſe Ioannes euangeliſta in ſuo euangelio narrauit [ge]ſta ſuperioris anni antequam Ioannes baptiſta in carcere clau[de]retur. Ex quo patet, quod perfectius alijs ſcripſit, quæ quidem pe[rfe]ctio in verbo præaſſumpto in numero quaternario deſignatur, [cum di]citur.* Ipſorum quatuor. *Quaternarius enim numerus eſt pr[imus] numerus quadratus. Quod autem per quadratum perfectio de[ſigne]tur, patet per Philoſophum 1. Ethic. Vbi comparat virtuoſum [cor]pori quadrato, quia ſicut corpus quadratũ bene ſedet in oĩ lat[ere], ſic virtuoſus ſe bene habet in quatunque fortuna contingente. Q[uadra]tura prius inuenitur in numeris quam in corporibus. ſic & [nume]rus prior eſt ipſo puncto, & ideo perfectio primo & principaliter [de]ſignatur in numero quaternario, quæ quidẽ perfectio in euange[lio Io]ãnis præ cæteris inuenitur, vt patet ex dictis. Et ideo de hoc põt [ex]poni illud Ezech. 1. d.* Cumque aſpicerem animalia app[aruit] vna rota habens quatuor facies. *Intuenti enim diligent[er qua]tuor euangelia, apparet euangelium Ioãnis alijs perfectius, v[t dictũ] eſt, & hoc deſignatur, cum dicitur. Apparuit vna rota, quia [figura] circularis eſt pfectiſſima. Sed vlterius dicitur, ꝙ hæc rota hab[et qua]tuor facies, quia euangelium Ioãnis cõtinet quatuor partes pr[inci]pales, quia primo deſcribit ipſius Dei æternalem proceſſionem, [dic]ens.* In principio erat verbũ. *Secundo, per ipſam generalem re[pro]ductionẽ, dicẽs.* Omnia p ipſum facta ſunt. *Tertio deſcrib[it eius] temporalem incarnationẽ, dicens.* Et verbũ caro factum e[ſt]. *Et conſequẽter deſcribit opera quæ Chriſtus in carne humana a[ſſum]pta peregit. Quarto per ipſum filiũ Dei incarnatum oſtendit fina[lem ge]neris humani glorificationem, propter quod in fine ſui euãgel[ij con]cludit.* Hæc autem ſcripta ſũt, vt credatis quoniam Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis. *Et patet ordo [huius] euãgelij ad alia, quia prius eſt ordine perfectionis, licet ſit po[ſte]rius ordine temporis. Patet etiam ordo partium huius euangelij [in]. Et in hoc iſte prologus terminatur.*

☞ Prologus

## Prologus ſancti Auguſtini in euangelium: ſecundum Ioannem.

Omnibus diuinæ ſcripturæ paginis, euãgelium excellit, quia quod lex & prophetæ futurum pdixerunt, hoc
con ietum dicit
eua gelium. Inter
ipſ autem euan-
geli rũ ſcriptores
Ioa nes eminet in
diu orũ myſterio-
run p funditate, q
atẽ pre dominicæ
Aſc nſionis per an
nos 5. verbum Dei
abſ que adminiculo
ſcri endi vſque ad
vlti a Domitiani
præ cauit tempora
Sed occiſo Domi-
tian, cum permit-
ten. Nerua de exi-
lio diſſet Epheſũ
cõp lſus ab epiſco-
pis ſiæ de coæter-
na tri diuinitate
Ch ſti ſcripſit ad-
uer s hæreticos, q
eo bſente irrupe-
rãt eius eccleſias,
q C riſtũ ante Ma-
riam fuiſſe negabant. Vnde merito in figura quatuor ani- D
malium aquilæ volanti comparatur, quæ volat altius cæte
ris animalib. & ſolis radios irreuerberatis aſpicit luminib.
Cęteri quippe euangeliſtę, qui temporalem Chriſti nati-
uitatem, & temporalia eius facta, quæ geſſit in homine
ſufficienter expo-
nũt, & de diuinitate
pauca dixerunt, qua
ſi animalia greſſibi-
lia cum domino
ambulant in terra.
Hic autem pauca
de temporalibus
eius geſtis ediſſerẽs
ſed diuinitatis po-
tentiam ſublimius
contemplans, cum E
dño ad cœlum vo-
lat. Qui enim ſupra
pectus domini in
cœna recubuit, cœ-
leſtis hauſtum ſapiẽ
tiæ cæteris excellen
tius de ipſo domini
ci pectoris fonte po
tauit. Legerat ſi-
quidem euangelia
trium euangeliſta-
rum, & appro- F
bauerat fidem eo-
rum, & veritatem
in quibus

## Prologus ſancti Hieronymi in Euangelium ſecundum Ioannem, Incipit.

Hic eſt Ioannes euangeliſta vnus ex diſcipulis 1
domini, qui virgo electus a Deo eſt, † quem 2
de nuptiis volentem nubere vocauit Deus: 3 4 5 † Io.2.a.
Cui virginitatis in hoc duplex teſtimonium 6
*Ecce vnum.*
in euangelio datur, quod & præ cæteris dilectus a do- 7
*a Hic aliud teſtis.*
no dicitur, & † huic matrem ſuam pendens in cruce
commendauit dominus, vt virginem virgo ſeruaret. De- 8
*Scilicet Ioannes, uel Deus.*
nique manifeſtans in euangelio, quod erat ipſe incorru- 9 10
*a Alias ſoli, ſili et verbi.* *b Verbum caro factum.*
ptibilis, verbi opus inchoans: ſolus verbum carnem fa- 11
ctum eſſe, nec lumen a tenebris comprehenſum fuiſ- 12
ſe teſtatur. Primum ſignum ponens, quod in nuptiis fe-
*a Deus vel Ioannes.* *b Scili et, inuitatu de vino nuptiarum in vinum nouum, quo inebriatur de cali. e præl. o domino a ſe inuitato.*
cit dominus, oſtendens quod ipſe erat, vt legentibus 13 14

---

## Nicolai de Lyra expoſitio prologi beati Hieronymi ſuper Ioannem.

*1 Hic eſt. Io. *Huic euãgelio quod eſt cæteris perfectius, vt patet ex dictis, beatus Hier. hunc plogum pmittit. in quo pricipaliter tria facit, quia primo deſcribit ſcriptoris huius euãgelij cõmẽdationẽ. Secũdo ipſius euãgelij ordinationẽ, ibi;* Hũ poſt oẽs. *Tertio* [po]*nit Hier. ſuã excuſationẽ, ibi:* Quorũ tñ. *Prima diuiditur in qua*[tuor,] *quia primo deſcribitur ipſius Ioãnis ſta tus. Secũdo ſuæ deſcri*[ptio]*nis modus, ibi:* Deniq; manifeſtãs. *Tertio deſcriptionis tps, & locus, ibi:* Hoc aũt euãgeliũ. *Quarto Ioannis obitus, ibi;* Hic eſt Ioãnes. *Prima in duas, quia primo ponitur ipſius Ioãnis cõmẽ*[dat]*io. Secũdo cuiuſdã dicti in ea probatio, ibi.* Cui virginitatis.
[C]*irca primum Ioãnes a quatuor cõmẽdatur, quia primo deſcribi*[tur] *eius commendatio ex proprio nomine, cum dicitur.* Hic eſt. *Qđ* [in]*terpretatur in quo eſt gratia. Sicut enim Iſaac in veteri Teſtamẽ*[to] *& Ioannes Baptiſta in nouo ſortiti ſunt ſua propria nomina ex* [di]*uina præordinatione, ad ſignificandum ipſorum proprietatem, vt* [pa]*tet Gen. 17. de Iſaac. Et Lu. 1. de Ioanne baptiſta. Ita credendum* [eſt], *quod ipſe ex diuina præordinatione nominatus ſit Ioannes, pro*[pt]*er plenitudinem gratiæ quamuis non ſit ſcriptum, quia non oĩa ſũt* [ſcr]*ipta, vt habetur in fine huius euangelij. Secundum commendatur* [ex] *officio, cum ſubditur.*
Euãgeliſta. *Quia ex diuina ordinatione habuit officium ſcribẽ*[di] *euangelium. Non. n. proprie loquendo dicitur euangeliſta doctor* [eu]*angelij vel ipſius prædicator, ſed ille qui ex officio eſt eius conſcri*[pto]*r. Tertio commendatur ex conuictu cum dicitur.*
3 Vnus, *Et inter alios fuit de primis Chriſti diſcipulis, vt inf. pa*[te]*t & præ cæteris Chriſto magis familiaris, quod eſt indicium ſuę* [vi]*rtutis Quarto commendatur ex virtutis actu, cum dicitur.*
4 Qui vir. *Actus. n. magnæ virtutis eſt continentia virginalis,* [pro]*pter quod de ipſa dicit Saluator. Mat. 19. b. Non oẽs capiunt verbũ* [i]*ſtud. quia pauci pñt ad hanc perfectionem attingere, propter quod* [ib]*idem ſubditur. Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum* [c]*œlorum, qui poteſt capere capiat. Tempus autem quo Ioannes vo*[cat]*us eſt ad continentiam virginalem oſtenditur, cum dicitur.*
5 Quẽ de nup. *De quib. nuptiis dicitur inf. 2. c. Sed contra hoc* [vid]*etur eſſe illud quod dicitur Mat. 4. quod Ioannes vocatus eſt cũ Ia*[co]*bo fratre ſuo de naui vbi erant cum Zebedeo patre eorũ. Dicẽdũ* [quod] *triplex fuit huius Ioãnis vocatio Primo. n. fuit vocatus ad ipſius* [no]*titiam aliqualem. Et de iſta vocatione hẽtur Io. 1. e. qñ Andreæ pe*[ti]*ti. Rabbi, vbi habitas? Rñdit Ieſus: Veni & vide, quia cum ipſo* [A]*ndrea erat Ioannes, vt inf. videbitur. Secundo vocatus eſt ad ip*[ſi]*us Chriſti familiaritatem. Et de hac loquitur hic Hie. quia iſta vo*catio de nuptiis facta eſt, & ex tunc Ioannes fuit Chriſto familiaris propter mundiciam continentiæ virginalis. Tertio vocatus fuit ad apoſtolatum, qñ relictis retib. & patre, cum fratre ſuo ſequutus eſt Ieſum. Et de iſta vocatione loquitur Matthæus. Ex quo patet quod verbum Matthæi non contrariatur verbo Hiero.*
6 Cui vir. *Hic conſequenter probatur quoddam propoſitum in præcedenti commẽdatione. Commendauerat. n. Hier. Ioannẽ ex quatuor. ſ. ex nomine, ex officio, ex conuictu, & ex virtutis actu. Tria autem prima erant manifeſta. Non ſic autẽ quartum, videlicet virginalis continentia, ideo illud probat Hier. duplici teſtimonio. Primum eſt ſpãlis dilectio Chriſti ad ipſum, quæ erat ſuæ virginitatis ſignum, quia ſecundum quod dicitur Eccl. 13. c. Omne animal diligit ſimile ſibi: vt volatilia ad ſimilia ſibi cõueniunt, ſic omnis caro ad ſibi ſimile coniugetur, & omnis homo ſibi ſimili aſſociabitur. De Chriſto autem nulli eſt dubium quin fuerit virgo, &c. Et hoc eſt quod dicitur;* Cui virginitatis in hoc du. *Primum autem teſtimonium tangitur, cum dicitur.* (Ioannes commẽdatur ex quatuor)
7 Quia & præ cæte. *Sicut inf. 19. s. Vidit illum diſcipulum quẽ diligebat Ieſus, &c. Secundum aũt teſtimonium virginitatis Ioannis fuit commendatio matris Chriſti in cruce ſibi facta, vt virgo virgini deſeruiret, & eſſet adinuicem grata ſocietas, & floridus aſpectus ſecundum quod dicit Hier. in ſermone de aſſumptione virginis Mariæ. Et hoc eſt quod dicitur.* Et huic ma.
8 Deniq; *Hic conſequenter oſtenditur ſcribendi modus quem tenuit Ioannes in ſcribendo iſtud euangelium; quia ſcribendo Chriſti naturam incipit ab emanatione incorruptibilis verbi, per hoc oſtẽdit in Chriſto naturam diuinam, & talis modus incipiendi debebat Ioanni propter incorruptionem carnis ſuæ. Et hoc eſt quod dicitur.* Denique mani. *Incipiendo euangelium.*
9 Quia erat ipſe. *Id eſt, incorruptionem carnis ſuæ.*
10 Incorruptibilis verbi, &c. *Quia ab hoc ſuum euangeliũ incæpit, dicens,* In principio erat verbum, &c. (Io. 1 a.)
11 Solus verbũ carnẽ fa. *Quia alij euangeliſtæ non loquuntur de proprietatib. verbi ſicut iſte. Similiter deſcribẽdo facta Chriſti humanitus geſta, incipit ab illo ſigno quo Chriſtus inuitatus ad nuptias deficiente vino aquam conuertit in vinum, vt hẽtur infr. 2. c. Et per hoc deſignatur, quod in illis qui inuitant Chriſtũ ad nuptias ſpũales per aggreſſum continentię virginalis, dẽt deficere delectatio carnalis, quia per vinum deſignatur, vt aqua conuertatur nouo modo in vinum per Chriſtum, mutando carnalem delectationem in ſpiritualem. Et hoc modo incipiendo deſcriptionem operum Chriſti oſtendit ſuam virginitatem. Et hoc eſt quod dicitur.*
12 Primum ſignum. *Mutando aquam in vinum.*
13 Oſtendens quod ipſe erat. *Scilicet, ſegregatus a delectatione carnali per continentiam virginalem.*
14 Vt legentibus. *Suum euangelium.*

demonſtraret, quod vbi dominus inuitatus eſt, deficere nu-
a Lex coniugii.
ptiarum vinum debeat, vt & veteribus immutatis, noua om-
Id eſt virginitas appareat.
nia quæ a Chriſto inſtituuntur appareant. Hoc autem euangelium ſcripſit in Aſia: poſteaquam in Pathmos inſula Apocalypſim ſcripſerat, vt cui in principio Canonis incorruptibile principium prænotatur in Geneſi, & etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypſi redderetur, dicente Chriſto. † Ego ſum α & ω. Eſt hic Ioannes, qui ſciens
b ſuperueniſſe diem receſſus ſui, conuocatis diſcipulis ſuis in Epheſo, per multa ſignorum experimenta promens Chriſtum, deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratio-
Angelos.
ne poſitus eſt ad patres ſuos, tam extraneus a dolore mortis, quàm a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen poſt omnes euangelium ſcripſit, & hoc virgini debebatur. Quorũ tamen vel ſcriptorum temporis diſpoſitio, uel librorum ordi-
Per ſingula. Alias ut neſcientibus deſiderium eſſe uide ur.
natio ideo a nobis per ſingula non exponitur, vt ſciendi deſiderio collato, & quærentibus fructus laboris, & Deo magiſterii doctrina ſeruetur,

† Apo. 1.c.

A in quib. deeſſe vidit aliqua geſtarum rerum hiſtoriæ, & ea maxime quæ dñs geſſit primo prædicationis ſuæ tpe. ſ. antequam Ioannes Bapt. clauderetur in carcere. Hęc ergo quaſi dimiſſa ab illis, ſcripſit Ioannes quæ fecit Ieſus antequam Ioannes traderetur, ſed maxime diuitatem Chriſti, & trinitatis myſterium commendare curauit. Tres ſiquidem alii euangeliſtæ, dicta & facta domini temporalia, q̃ ad informãdos mores vitæ præſentis maxime valent, copioſius cõſequuti, circa actiuam vitã ſunt verſati. In qua laborat, vt cor mũdetur ad vidẽdum Deum. Ioãnes vero pauca domini facta dicit. verba vero domini quæ trinitatis vnitatem, & vitæ
B æternæ felicitatem inſinuãt, diligẽtius conſcribit, & ſic in contemplatiua vita virtute commendãda, intẽtionem ſuã & prædicationem tenuit. In qua cõtẽplatiua vocatur, vt Deus videatur. Iſte ſiquidem eſt Ioannes quẽ dñs de fluctiuaga nuptiarum tempeſtate vocauit, & cui matrẽ virginem virgini commendauit.
a *Nuptia*. Vinum aliud eſt nuptiale aliud ſpũale. Nuptiale vinũ ad literã poſſumus dicere qđ de aqua ſubſtitutũ ẽ. Spũaliter p vinũ qđ defecit in nuptiis, poſſumus legẽ con-
C iugij intelligere, q̃ ante aduentũ Chriſti fere ab oĩbus cuſtodiebatur, qa tũc dicebãt: Creſcite & multiplicamini, & ſteriles, q̃ nõ pariebãt, magno opprobrio cuſtodiebãtur. Sed veniẽte Chriſto iam in qbuſdam cœpit vinum deficere, & aliud vinũ. ſ. virginitatis creſcere, ſicut in Maria, Ioanne, Stephano, & in plurib. alijs. Ideo dr̃ vinũ coniugale ipſa lex coniugij, quia ſicut vinũ inebriat hominem, & a ſtatu mentis aliena[t], ſic lex coniugij alienat hominem ab [his quæ] Dei ſunt, & ſollicitũ eum facit [circa] mũdanas res, [ut] & coniugem [ua]lem nutrire q[ueat]. Caſtitas vero vinum ſpũale, [quia] qđ iſtud facit [ca]ſto, illud facit, qa facit poſtp[one]re mundana, & [cæ]leſtibus inhiar[e]. Ideo poſuit ho[c, ut] demõſtraret, [quod] vbi dñs eſt in[uita]tus, id eſt, in [men]tib. illorũ ad [quos] inuitatus ven[it, de]ficere debet vi[num] nuptiarum, [id] eſt, veteris co[nsue]tudinis dẽt def[icere], vt & veterib. i[mmu]tatis, id eſt din[...] oĩa appareant quæ a Chriſto nouo homine conſtituuntur.
b *Et hic eſt Ioannes, qui ſciens ſuperueniſſe diem receſſus ſ[ui], cõuocatis diſcipulis ſuis, &c.* Ioannes interpretatur gratia ſiue in quo eſt gratia, vel cui donatum eſt. Cui autẽ t[heo]logorum donatum eſt ita abſcondita ſummi boni m[yſte]ria penetrare, & ſic humanis mentibus intimare?

☞ CA

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Demonſtraret, qđ vbi, &c. *Id eſt, in nuptijs ſpiritualibus.*

* 2 Defice. nup. vi. dc. *Id eſt, delectatio carnalis.*

3 Et veteribus immutatis. *Id eſt, delectatione carnali quæ corruptionem inducit, mutata in ſpiritualem, quæ renouat animam.*

4 Noua om. quæ a Chri. *Id eſt, reparantur.* appa.

5 Hoc a. *Hic conſequẽter oſtendit tps, & locus, in quo* Ioannes *ſcripſit iſtud euãgeliũ. Locus eſt Aſia minor in qua Metropolis eſt Epheſus, in qua plurimũ Ioãnes fuit cõuerſatus & hoc eſt* ꝙ *dicit.* Hoc au. euan. ſcr. in Aſ. *Quia de hoc rogatus fuit ab Aſiæ eps rõne prædicta. Tempus aũt deſcriptionis huius euangelij fuit poſtquã Ioannes redierat de relegatione exilij, vbi apocalipſim ſcripſerat in inſula quæ dicitur Pathmos, & hoc eſt quod dicitur.*

6 Poſteaquã i Pathmos. *Sed quia poſſet aliquis dicere, quare liber Apocalypſis ponitur vltimus in canone, cũ fuerit deſcriptus ante illud euangeliũ. Ideo ad hoc rñdet. Hier. dicens, quod hoc factum eſt, vt finis canonicæ ſcripturæ principio rñderet, quia ſcriptura canonica incipit a principio incorruptibili, cum dicitur.* In pr. cr. d. *Et ideo conueniens fuit, quod finis ipſius incorruptibilis p virginem deſcriberetur. Vnde & liber Apocalypſis in finali beatitudine terminatur, q̃ cõſiſtit in reductione creaturæ ad ipſum, ſicut per creationem egreditur ab ipſo, de qua creatione agitur in canonis principio, & hoc eſt quod dicitur.*

7 Vt cui in pr. *Id eſt, ipſi Deo a quo creatura egreditur.*

8 Et eti. in. fi. per vir. *Id eſt, per* Ioannem.

9 In Apo. red. *Quia ibi deſcribitur finis creaturæ, ſicut & principium, propter quod ſubditur.*

10 Dicẽte Chriſto. Ego ſum alpha. & o. *Apoc. vl. c. Alpha .n. eſt prima litera Græci alphabeti O vero vltima, & per hoc deſignatur, quod ipſe Chriſtus eſt principium, & finis ſacræ ſcripturæ, ac etiam totius ſcripturæ veræ, quia eſt veritas prima, a qua omnis alia veritas deriuatur.*

11 Hic eſt Io. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Ioannis felix obitus, qđ oſtendit de duob. Primo, quia ex diuina reuelatione præſciuit ſe vocatum ad cæleſte regnũ, & hoc eſt quod dicitur:* Hic eſt o. qui ſciens ſuper. diem receſ. ſui. *De hoc mundo.*

12 Cõuocatis diſ. ſuis in E. *Quæ erat metropolis illius terræ.*

13 Per mul. ſigno. ex. *Quia ſenſibiliter viderat multa miracula virtute Chriſti facta.*

14 Promens Chri. *Quia talia ſunt diuinitatis Chriſti oſtẽſiua. Secundo, qua ſpeciali modo obiti non ſentiens dolorẽ mortis, hoc eſt quod dicitur.*

15 Deſcendens. *Propria voluntate.*

16 In defoſſum ſepul. *Vt habetur in legenda ſua.*

17 Facta ora. po. eſt ad pa. *Id eſt, ad ſanctos patres veteris teſtamenti, qui iam erant in gloria cęleſti.*

18 Tam extr. a do. *Nõ dicit a morte, quia mortuus fuit p ſeparationẽ animæ a corpore, quia quilibet homo debitor eſt mortis ex primi parẽtis trãſgreſſione, ſecũdũ quod dicitur Heb. 9. g. ſtatutum eſt* hominib. ſemel mori. *Sed dolorem mortis non ſenſit ex priuilegio ſpeciali in ſignum integritatis virginalis, propter quod ſubditur;* Quod a cor. iu. al.

19 Tñ p. *Poſita commẽdatione Ioannis, hic Hier. oſtendit ordinem ſuæ deſcriptionis, quia vltimus inter euangeliſtas ſcripſit euãgeliũ, & hoc decebat virginem, quia taciturnitas, & verecũdia debent eſſe annexæ virginitati, & hoc eſt quod dicitur:* Tamẽ poſt o. euan. ſcri. & hoc vir. de. *Ratione prædicta.*

20 Quorũ ta. *Hic ponit Hier. ſuam excuſationem a diligã per tractatione ordinis euangeliſtarum, & euangeliorũ dicens, quod illa in gñali tantummodo tetigit triplici de cã. Primo, quia per hoc quod in generali tangitur, excitatur deſiderium in legentib. ad perfectius cognoſcendũ. Secundo, ex tali deſiderio homo laborat ad perfectiorem cognitionem quærẽdam, & talis labor eſt ei meritorius. Tertio, quia per hoc doctrina magiſterij ipſi Deo reſeruatur, qui veritatem reuelat quærẽtib. taliter, & hoc eſt quod dicitur:* Quorũ. *Id eſt euangeliorum.*

21 Vel ſcrip. *Id eſt euangeliſtarum.*

22 Temporis diſ. *In quo tempore quilibet eorum ſcrip.*

23 Vel lib. or. *Id eſt, quare euangelium Matthæi ſit primũ, Marci ſecundum & ſic de alijs.*

24 Ideo a no. *Infidelibus iſta legentibus.*

25 Et quæren. *Horum perfectam cognitionem.*

26 Fructus la. & Deo mag. do. ſer. *Quia paratus eſt reuelare veritatem fideliter inquirentibus ipſam.*

*Po lla

CAPVT I.

A a *In principio erat verbum.* Contra eos qui propter tpalem Christi natiuitatem dicebant Christũ non ſemper fuiſſe, incipit de æternitate verbi dicens: *In prin. erat ver.* Verbum dr̃: Vel quod profertur & tranſit, vt qñ dr̃ [...]is, vel aliqd huiuſmodi, vel co[...]itatio ſeu conceptio men[...]tis quæ ex mente nata cum ip[...]ſa mente permanet, vt qñ co[...]gitis vel diuinam ſubſtantiam, vel aliam rem. Hac ſimilitudi-

B ne ratio & ſapiẽtia Dei quæ ex Deo nata omnia comprehẽdit verbum dicitur. Hoc dr̃ eſſe in principio contra eos, (quia ex tempore dr̃ naſci ex virgine) dicunt non ſemper fuiſſe: *In prin.* Id eſt, patre qui eſt principium ſine principio, ipſe cum eo principium de principio. In quo ſolum notatur æternitas verbi, qua omnia præcedit. Sed

C quia alii dicebant, quòd idem [...]us aliquãdo eſt pater, aliqñ [fili]us, vt alter notetur in perſo[na] ſubdit: *Et verbum erat apud* [De]um. Vt alius apud alium. Sed [qui]a illi concederẽt, & ſemper [eu]m fuiſſe, sed non Deũ eſſe, [ſub]dit: *Et Deus erat verbum.* Sed [qu]ia iterum alii & Deum conce[de]rent, ſed factum Deum vt ex [o]minib. fiunt diis, cõ eos addit: [Ho]c. Id eſt, Verbum erat apud [De]um. *In princ.* Id eſt, ante oĩa [fil]ius ex Deo, in quo & coom[ni]potens & cõſubſtantialis & [co]æternus indicatur. Poſtquam autem dixit de natura filii, [de] operatione ipſius, ſupponit. *Omnia per ipſum facta ſunt.* [O]mnia: id eſt, quidquid eſt ſiue in ſubſtantia, ſiue in aliqua [na]turali proprietate. Ecce autor bonorum. *Et ſine ipſo fa*[ct]*um eſt nihil.* Quia non ab eo eſt quod non eſt naturaliter, [i]d quod eſt peruerſo naturæ, vt malum ſiue idolum. [E]cce non eſt autor malorum. Sed ne quia iſta facta ſunt [m]utabilia, ipſa voluntas & ratio & ſapientia Dei videretur eſſe mutabilis, addit, q̃ factum eſt, in tpe & eſt mutabile, erat viuens & permanens in ipſo, vt arca facta in opere

D mutat & perit, arca in mente artificis pmanet, ita vt ex ea alia & alia fieri poſſit illa prius facta pereunte, & ita pſtat, q̃ creatura non eſt coæterna creatori, ſed ars ratio & ſapientia ex qua fit eſt, coæterna Deo. Dicto quę ſit natura verbi, quę etiam eius operatio, ſupponit quid faciat humanæ rationali creaturæ. *Et hæc vita.* Id eſt ſapiẽtia Dei in qua viuunt omnia, erat lux, quantum in ſe eſt, & ſi iniqui non ſentiunt. *Lux*: Id eſt, illuminatio hominum,

E non pecorum vel aliarum rerum. Et hæc quidem lux lucet quantum in ſe eſt in tenebroſis, ſicut ſol ſuper cæcum, & tamen illi mali vt cæci non ſentiunt ſolem. Si enim comprehenderent, tenebræ nõ eſſent. Vt autem & ipſæ tenebrę poſſent comprehendere, præmiſſus eſt homo in teſtimonium huius lucis. *Et ipſa lux.* Id eſt, verbum, factum eſt caro, quaſi mutatum in lac pp paruulos:

F In forma.n.de tatis non poſſet noſci a paruul s. Alii Euangeliſtæ deſcribunt Chriſtum natũ ex tpe. Ioannes affirmat eum fuiſſe in patre, vt in principio, Non fuit ante pater quã filius. Ecce filius alia perſona a patre, vna ſubſtantia cum patre.

b *Erat.* Sũ verbũ ſubſtantiuũ duplicem hẽt ſignificationem Aliquando enim temporales motus ſecundum analogiam aliorum verborum declarat. Aliquando ſubſtantiam vniuſcuiuſque rei de qua prædicatur non vllo temporali motu deſignat, ideo & ſubſtantiuũ vocatur. Tale eſt quod dicitur. *In princ. erat ver.* Quaſi in patre ſubſiſtit filius. Non enim pro tempore, ſed pro ſubſtantia ponitur, erat.

Quare ponitur erat ſubſtantiuum verbum? vt intelligas omnia tempora pręueniſſe coęternum patri verbum.

☞ a *Verbum.*

## *Incipit Euangelium ſecundum Ioannem.*



## CAPVT I.

In patre qui principium ſine principio eſt, vel in principio omnium creaturarum, vel temporum, id eſt, cum inciperent omnes creaturæ vel tempora, iam erat verbum, uel quia ab ipſo habent omnia principium exiſtendi. Non in Maria incœpit ut quidam uolebant. Vt idem in ſubſtantia, tñ alius in perſona. quod quidam negabant. Nota conſubſtantialitatis.

a b IN PRINCIPIO erat 1

*Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Euangelium Ioannis.*

CAPVT I.

IN principio erat ver. *Secũdum quod patet ex prædictis, intentio beati Ioannis eſt diuinitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, principaliter declarare ad extinguendum hæreſim Hebionitarum ex tunc inſurgentem, qui dicunt Chriſtum purum hominẽ & per conſequens ante Mariam nullo modo fuiſſe. Et ideo in hoc Euãgelio ſic procedit, quia primo diuinitatem Chriſti per rationem quantũ poſſibile eſt probat, ſecundo ipſam per miracula ab ipſo facta manifeſtat in principio ſecundi cap. ibi:* Tertia die. *Prima in duas: quia primo diuinitatem Chriſti oſtendit, ſecundo declarat qualiter hoc ſibi innotuit, ibi.* Et vidimus. *Prima in duas, quia primo declarat ipſius filii Dei æternam generationem ſecundo temporalem ipſius incarnationem, ibi:* [Et verbum caro factum e]ſt homo. *Prima in duas, quia primo determinat de ipſo filio Dei [quantum ad] eius eſſe ſeu generari, ſecundo quãtũ ad eius operari, ibi,* Omnia p ipſũ. *Circa primum quatuor declarat, primum eſt filii a patre æternã generationem, ſecundum eſt ipſorum perſonalem diſtinctionem ibi:* Et verbũ erat apud Deũ. *Tertiũ eſt patris & filii cõſubſtantialitatem ibi.* Et Deus erat verbum. *Quartum eſt ipſorũ coæternitatem, ibi.* Hoc erat in principio apud Deum.

*Ad euidentiam iſtorum cõſiderandum, quod beatus Ioãnes in declaratione iſtorum vtitur nomine verbi quod non inuenitur niſi in creatura ĩtellectuali, quæ eſt ad imaginẽ Dei facta, & ideo efficacius ducit in cognitionẽ creatoris quã cæteræ creaturæ. Et ideo ad intellectũ dicendorum aliqua ſunt hic præmittẽda, primum eſt qualiter verbum in nobis inuenitur, ſecundum qualiter in Deo ponitur, tertium qualiter proprietas filiationis in verbo diuino reperitur, quia beatus Ioannes loquitur de filio Dei ſub nomine verbi.* De verbo tria tractant.

*Circa primũ ſciendum, quod vox ſignificatiua dicitur verbũ, ſed hoc eſt tantummodo large & denominatiue, inquantum ſignificat interioris mentis conceptum, ſicut vrina dicitur ſana, inquãtum eſt ſanitatis indicatiua, & ideo ſicut proprie dicitur ſanitas, quod p vrinã deſignatur, ita illud proprie dr̃ verbum, quod per vocem ſignificat hoc autem eſt ĩterior mentis cõceptus, ſecũdum quod dicit Philoſophus* 1. *Perihermenias. Voces ſunt notæ, i. ſigna earũ paſſionum quæ ſunt in anima, & ideo conceptus mentis interior etiam antequã per vocem deſignetur proprie verbum dr̃, & hoc eſt quod dicit Auguſt.* 15. *de trini. Quiſquis poteſt intelligere verbum, no ſolum antequã ſonet, verum etiã antequã ſonorum eius imagines cogitatione inuoluãtur, poteſt uidere aliquam illius uerbi ſimilitudinem, de quo dictum* ✠ *eſt.* In prin.

† MORALITER.

*In princ. erat ver.* Ioannes Euangeliſta tam ſublimiter locutus eſt de diuinis, q̃ multa de dictis eius exponere moraliter neſcio humanis actib. explicando, pp quod aliqua puertã ad fidem, & aliqua aliis exponenda dimittam. Sicut dixi in expoſitione literali, hic ponuntur quinque de diuinis pſonis. Primum eſt, intrinſeca verbi pceſſio, cũ dicitur. *In prin. erat verbum.* Secundũ eſt, uerbi & patris perſonalis diſtinctio, cum dr̃. *Et verbum erat apud Deum.* Tertium eſt, eorum ſubſtantialis diſtinctio, cum dr̃: *Et Deus erat uerb.* Quartum eſt, coæterna duratio, cum dicitur. *Hoc erat in princ. apud Deũ* Quintũ, indiuiſa operatio, cum dicitur. *Omnia per ipſum facta ſunt.* Primum eliditur pręſumptio philoſophorum, qui nihil uolunt recipere niſi probatũ fuerit humana ratione q̃ tamẽ eſt valde deficiens, nam rem ſenſibilẽ & paruã, vt folium arboris, vel aliquod hmõi humana ratio non cõpre-

A a *Verbum.* Vel quia per eum pater mūdo innotuit, vel qa ipſum dicēdo id eſt, generando Deus pater omnia creauit, verbum dicitur.

In . . q. quæſt. 63. to. 4. ✠ AVGVSTINVS. Quod Græce λόγος dicitur, Latine & rōnem, & verbū ſignificat, ſed hoc loco melius verbum interpretatur, vt ſignificetur non ſolum ad Patrem reſpectus, ſed ad illa etiam quæ per verbū facta ſunt operatiua potentia. Ratio autem etſi nihil p eam fiat, recte ratio dicitur. † ſermo.

Hom. ſuper In principio, &c. ✠ BASILIVS. Hoc uerbum nō eſt humanum verbum. Quomodo.n.erat in principio verbum, ultimo loco accipiente hoīe generationis principium? non igitur in principio verbum erat humanum, ſed nec Angelorum. Omnis creatura infra ſæculorum terminos eſt, a creatore eſſendi ſumens principium.

B Ibidem. ✠ IDEM. Quare igitur verbum? quia impoſſibiliter natū eſt, quia eſt generantis imago, totum in ſeipſo generantem demonſtrans, nihil inde ſeparans, ſed in ſeipſo perfectum exiſtens.

Hom. 1. in Ioan. paulo a medio tom. 3. ✠ CHRYSOST. Si quis dixerit, cur Patrem dimittens mox nobis de filio loquitur? Et qm̄ ille qdem manifeſtus oīb. erat, & ſi non vt pater, ſed vt Deus, unigenitus aūt ignorabatur, ideo decenter eam quæ de iſto eſt, cognitionem confeſtim in initio ſtuduit imponere his qui neſciebant eum, ſed neque patrem in his quæ de filio ſunt, ſermonib. tacuit. Propter hoc autem & verbum eum uocauit, quia
C docturus erat, ꝙ hoc uerbum unigenitus eſt filius Dei, ut non paſſibilem non paſſibilē æſtimet, quiſquis gñationē præueniens uel nuncupatione deſtruit pernicioſam ſuſpicionem. Secūda uero rō eſt, qa ea quę ſunt Patris nobis annūciare debet, non ſimplr̄ vero eum verbum dixit, ſed cum articuli adiectione a reliquis ipſum ſeparans. Conſuetudo.n. eſt ſcripturæ, verba vocare leges Dei, & præcepta, hoc autem verbū ſubſtantia quædam hypoſtaſis eſt, ex . . . lo pueniēs impaſſibiliter pat . . .

a Filius qui eſt principium de principio. b Filius. Verbum non prolatum, ſed ſemper apud eum manens, ſcilicet ſapientia qua de creandis omnia ſciebat, vel de ſe. c Vt alia perſona, non tamen alia ſubſtantia.

a † ^a^verbum, & ^b^verbum erat ^c^apud Deum, 1
b

b *Et verbum erat apud Deū.* A . . . ſubito īter homines apparuit, Ioānes dicit apud Deum ſemper fuiſſe. Alii uerum hoīem, Ioānes uerum Deū aſſerit dicens, Deus erat uerbum. Alii hominem inter hoīes ꝯuerſatum, Ioannes apud Deum manētem dicit, hoc erat in principio apud Deum. Alii dicunt miracula quæ fecit homo in . . . do Ioannes per ipſum omnia facta teſtatur. *Omnia per ipſum facta ſunt.* Ecce author bonorum. *Sine ipſo factum eſt nihil.* Non eſt author malorum.

✠ CHRYSOST. *Verbum erat apud Deum.* Quia maxime . . . hoc eſt proprium, æternum & ſine principio eſſe, hoc . . . mum poſuit, deinde ne qs audiens. *In principio erat verbum*, Ingenitum uerbum dicat, confeſtim hoc remouit, dicens, *verbum erat apud Deum.*

✠ BASILIVS. *Erat verbū.* H.d.pp blaſphemantes, qui . . . non erat, ubi ergo erat uerbum, non in loco incircun . . . ptibilia continentur, ſed ubi erat? apud Deum, neque Pater loco neque filius circumſcriptione aliqua continetur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit, In Deo erat, ſed ap . . .
☞ De

## NICOLAVS DE LYRA

a Plural ter, vt ſignificet maris & fœminæ materiam. Hic miſera conditio apponitur. Sunt nati de materia patris & matris. b Concupiſcentiæ carnis, id eſt fœminæ quę eſt caro Adæ, & regitur.

Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex

a Vir dicitur ſpiritus qui regit. b Operante per baptiſmum. c Homines ex Deo, & Deus ex homine. d .i. filius Dei. e Homo.

voluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbũ caro factum eſt,

* Avg. Magna beneuolentia, vnicus natus eſt, & noluit
A manere vnus, non timuit habere cohæredes, quia hæreditas eius non ſit anguſta ſi eam multi poſſederint.

tra.2 in Io.to.9. Chrysos. Non dixit, quoniam fecit eos filios Dei fieri oſtendens quoniam multo opus eſt ſtudio, vt eam quæ in baptiſmo adoptionis formatæ, imaginem incontaminatam ſemper cuſtodiamus. Simul autem & oſtendens quoniam poteſtatem hanc nullus a nobis auferre poterit, niſi noſi ſi auferamus. Si .n. qui ab hominibus dominium aliquatum rerũ ſuſcipiunt, tantum habent robur quantum ſere hi qui dederunt, multo magis nos, qui a Deo potimur hoc honore. Simul autem oſtendere vult, quoniam hæc gratia aduenit volentib. & ſtudentib. Etenim in poteſtate eſt liberi arbitrij
B & gratiæ operatione filios Dei fieri.

a *Et uerbum caro factum eſt*. Vt autem ſecure credamus homines naſci ex Deo, ſubdit Deum naſci ex hoīe, ex hac ſuſceptione infirmitatis ſanatur noſtra infirmitas, vt poſſumus filij Dei fieri. Et hoc eſt. *Et uerbum caro factum eſt*. Quod ſuperius erat, inferius deſcendit. Quid mirum, ſi quod erat inferius, in id quod ſuperius eſt aſcendit? Nec mirũ, ſi homines naſcuntur ex Deo, quia Deus ex homine eſt natus.

li.15. de Tri.c.11 *Verbum caro factum eſt*. * Avg. Sicut verbum noſtrũ vox quodammodo corporis fit, aſſumendo eam in qua manifeſtatur ſenſibus hominum, ſic verbum Dei caro factum eſt aſſumendo eam, in qua & ipſum manifeſtaretur ſenſib. hominum. Et ſicut verbum noſtrum fit vox nec mutatur in
C vocem, ita verbum Dei, quidem caro factum eſt, ſed abſit vt mutaretur in carnem.

* Alcvin. Cum etiam credamus animam incorpore corpori coniungi, vt ex his duobus fiat vnus homo, faci poſſumus credere diuinam ſubſtantiam incorpoream mæ in corpore coniungi in vnionem perſonæ, ita vt ve
in carnẽ non ſit c
uerſum, nec ca
verbum cũ nec
pus in animam,
1 anima conuerta
2 in corpus.
3 * Hil. Quic
4 volẽtes vnigeni
Deum qui in pri
pio apud Deum erat Deus verbum, non ſubſtantiã De eſſe & ſermonem vocis emiſſæ, & quod loquentibus bum ſuum, hoc ſit patri Deo filius, argute ſubripere vo ne ſubſiſtens verbum Deus, & manens in formã Dei ſtus homo natus ſit, vt cum hominem illum humanæ tius originis cauſa, quam ſpiritualis conceptionis ſacr nimaduertit, non Deus verbum hominem ſe ex partu ginis efficiens extiterit, ſed vt prophetis ſpiritus prophe ita in Ieſu verbum Dei fuerit. Et arguere nos ſolẽt q ſtum dicamus eſſe natum non noſtri corporis atque mæ hominem, cum nos verbum carnem factum noſt militudinis natum hominem prædicemus, vt vere D lius vere hoīs filius natus ſit, & vt per ſe ſibi aſſũpſit ex gine corpus, ita ex ſe ſibi animam aſſumpſit, quæ vtiq homine nunquam gignẽtium originib. præbetur, & ipſe ille filius hominis ſit, quam ridicule prĕter Dei fil qui verbum caro factum eſt, alium neſcio quem tanq prophetam verbo Dei animatum prædicabimus, cum minus Ieſus Chriſtus & Dei filius & hominis ſit.

*Vidimi*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui non ex ſanguinibus. *Hic conſequenter remouet dubium*
* *quia poſſet forte aliquis credere, quod hæc generatio eſſet per modũ generationis carnalis ideo hoc remouet, dicens:* Qui non ex ſanguinibus, &c. *Licet enim ſanguis in Latino plurale non habeat, habet tamen in Græco, & ideo tranſlator, vt ſequeretur veritatem textus non curauit de regulis grammaticæ transferens in plurali. Ex ſanguinibus. Ad generationem .n. carnalem cõcurrit duplex ſanguis,*
Generatiõis carnalis ſanguis duple. *quia ex parte matris requiritur ſanguis menſtruus pro materia, ex part viri requiritur ſemen in quo conſiſtit virtus formatiua, hoc autem ſemen eſt reſiduum alimenti ſanguinei, quia nutritiua miniſtrat materiam ipſi generatiuæ, hoc tamen reſiduum, quod tranſit in ſemen dealbatum eſt propter maiorem digeſtionem. Iſtos igitur ſanguines excludit euangeliſta a generatione ſpirituali, dicens:* Qui nõ ex ſanguinibus nati ſunt.

2 Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. *Per carnem hic intelligitur fœmina, quæ parum participat de ratione reſpectu viri, propter hoc nominatur caro Gen. 2. d. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro. &c. Copula autem maſculi & fœminæ requiritur in carnali generatione, ſic in omni alia actione naturali requiritur coniunctio actiui & paſſiui, & hæc copula maris & fęminæ excluditur à generatione ſpirituali, cum dicitur:* Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. *Aliter poteſt exponi, ita quod per uoluntatem carnis intelligatur concupiſcentia large loquẽdo de uoluntate prout accipitur pro appetitu ſenſitiuo. Per voluntatem uiri intelligatur appetitus intellectiuus. quia vterque appetitus concurrit in generatione carnali hominis, Appetitus ſenſitiuus, vt mouens, intellectiuus ut conſentiens. & hoc remouetur à generatione ſpirituali, cum dicitur:* Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. *qualiter autem fiat generatio iſta oſtenditur, cum dicitur.*

3 Sed ex Deo nati ſunt. *Inquantum homines à Deo recipientes gratiam, trahuntur quodammodo ad naturam diuinam, quia per donũ gratiæ efficiuntur conſortes diuinæ naturæ vt habetur 2. Pe. 1. e. Per quẽ maxima & precioſa nobis promiſſa donauit vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Ex prædictis patet, quod filij carnales contrahunt quandam maculam & fœditatem ex modo ſuæ generationis, non ſic autem filij ſpirituales, ſed magis nobilitatem.*

4 Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. *Hic conſequenter oſtendit modum uerbi in mundum uenientis, quia non venit vbi prius non erat, ſed quia nouo modo incepit eſſe, ſicut rex prius eſt in aliqua ciuitate per ſuam potentiam tantum, quando venit illuc perſonaliter incipit eſſe nouo modo ſcilicet, per ſui præſentiam ſic Dei filius qui prius erat in mundo per potentiam, præſentiam & eſſentiam, vt patet per prædicta, uenit ibi nouo modo, ſcilicet per carnis aſſumptionem. Et hoc eſt quod dicitur.* Et vèr. caro fa. & hab. in nobis. *Ex hoc uerbo, verbum caro factum eſt: Eutiches accepit occaſionem errandi dicens quod ex verbo & carne facta eſt vna natura ſicut & vna perſona. Sed hoc manifeſte patet falſum & impoſſibile, quia illa natura eſſet compoſita ex verbo & natura humana, & verbum ueniret in compoſitionem alterius, hoc autem eſt impoſſibile, quia omne quod componitur alteri, eſt aliquo modo in potentia, potentia autem nullo modo poteſt eſſe in verbo, cum ſit actus purus, ergo, &c. Item ſi eſſet poſſibile vnam naturam ex ambabus fieri, illa tamen non eſſet natura humana, nec diuina, quia natura compoſita ex duabus non eſt aliqua illarum, ſed aliquid aliud reſultans ex ipſis, vt patet de mixto ex elementis, quia mixtum non eſt aliquod elementorum, nec ipſa ſimul ſumpta, quia tunc mixtum non eſſet aliquid vnum, & ideo ſi ex verbo & carne fieret una natura, ſequeretur quod Chriſtus non eſſet homo neque Deus contra ſcripturam noui & ueteris Teſtamenti. Propter quod Arrius dixit, quod ex carne & verbo non eſt facta vna natura, ſed ipſum uerbum carnem aſſumpſit, non tamen animam quia uerbum ſupplet locum animæ ſecundum ipſum, ſed iſtud dictum implicat contradictionem, quia caro non eſt in ſpecie carnis, niſi per aīm vt habetur 4. Meteo.*

*Et ideo dicere, quod verbum aſſumpſit carnem & non animam implicat contradictionem. Nec ualet, quod dicit uerbum ſupplere locum animæ quia caro illa etiam ſecundum ipſum non eſt informata per verbum, ſed tantum aſſumpta. Et ſi diceret ipſam per verbum informari, hoc tamen eſt impoſſibile. Item ſequeretur quod*

*M O R A L I T E R.*

1 *Qui non ex ſanguinibus.* Nam hæc filiatio non eſt per participationem eſſe naturæ humanę, ſed magis diuinæ, ſecun-
† dum quod dicitur 2. Pet. 1. a. *Qui uocauit nos propria gloria & uirtute, per quem maxima & precioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.*

4 *Et uerbum caro factum eſt* Et ſic Deus voluit eſſe particeps humanæ naturæ, & hæc mutua participatio debet eſſe ratio maximæ dilectionis, licet nõ ſit ſimilis vtrobique, quia verbum aſſumpſit humanam naturam veram, ſed Dei filii adoptiui non recipiunt ſic diuinam, ſed participatione per gratiam.

*Et*

a *Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à pa.* ✠ CHRISOSTOMVS. Cum dixiſſet, filij Dei facti ſumus, & non aliter quã per hoc, quod verbum caro factum eſt, rurſus ipſius dicit & alij lucrũ. *Et vidimus gloriam eius*, quã vtiq; nõ vidiſſemus, niſi cõſortiũ humanitatis viſus eſſet nobis. Si enim Moyſi n ſuſtinuerunt faci m glorificatam vid e, ſed velamine opi fuit, qualiter diu itatem nudam exi ntem inacceſ ſibi m etiam ipſis ſup ioribus virtuti bus nos lutei & terreſt s ſufferre poſſem s?

b AVGVSTINVS. Quia verbum caro factũ eſt, & habit it in nobis, iſta natiuitate collyriũ fecit, vnde tergerẽtur culi cordis noſtri, vt poſſimus videre maieſtatẽ eius p humanitatẽ, & ideo dicitur: *Et uidimus gloriam eius.* Gloriã us nemo poſſet videre, niſi humilitate carnis ſanaret. Irruerat. n. homini quaſi puluis in oculum de terra, oculus iſte ſauciatus erat & terra illuc mittitur, vt ſanetur.

D

b *Quaſi unigeniti a patre.* ✠ GREGORIVS. In ſacro eloquio, ſicut, & quaſi, aliquando non pro ſimilitudine ponĩ, ſed pro ueritate. Vnde & iſtud, *quaſi unigeniti a patre.* Lib. 18. Mor. c 6

a Habitu inuentus ut homo, Et per hoc ſanati. Nos quos elegit. b Id eſt, cognouimus Deum eſſe glorioſum. c Maieſtatem eius per humanitatem, in qua docuit & miracula fecit, in qua transfiguratus eſt, in qua ſurrexit. Vel altitudinem.

a & habitauit in nobis. Et † vidimus gloriam eius, glo-
a Non vt cuiuslibet ſancti. b Vidimus illum hominem.
b c Secundum humanitatem.
c riam † quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ

c *Plenum gratia & verit.* Homo Chriſtus plenus fuit gratia, quia nullis præcedentibus meritis ex quo conceptus eſt, fuit deitas in eo implens hominem illum omni plenitudine redũdante, in omnes ſanctos, vnde & mater eius non tantum dicitur mater hominis, ſed & mater Dei. Nec mirum, ſi dicitur, homo & Deus, cum Deus dicatur etiam homo, hæc autẽ gratia dicitur & veritas, quia ſic olim promiſſum eſt, & modo exhibitum, ſcilicet, vt Deus ſit in homine implens eum omni bono, & per eum ſuos.

†ſpectauimus.

E

ORIGENES.

F

NICOLAVS DE LYRA.

ſtus non eſſet homo, vt patet manifeſte, propter quod Apollinaris dixit quod uerbum aſſumpſit carnem, quia ſecundum ipſum aſſumpſit animam ſenſitiuam, quæ dat eſſe carnis, non tamen aſſumpſit animã intellectiuam cum uerbum ſit maxime intellectiuũ, & ideo in Chriſto ſummodo ponebat intellectum verbi. Sed hoc patet falſum, quia licet ſic in Chriſto poſſet ſaluare carnem, non tamen carnem humanam quia caro non dicitur humana niſi per animam intellectiuam, etiã ſecundum ponentes pluralitatem formarum. Item Chriſtus nõ eſſet homo, cum homo in ſpecie humana reponatur per animã intellectiuam, ſed magis eſſet animal brutum, quia anima ſenſitiua non reponit niſi in ſpecie bruti. Hæc autem omnia contra fidem ſunt & ſacram ſcripturam, & ideo ſunt tanquam hæretica & reprobata. Et licet pluribus alijs vijs poſſent prædicta improbari, tamen propter prolixitatem uitandam omitto, propter quod dicendum quod cũ dicitur. Verbum caro factum eſt. per carnem intelligitur natura humana cut frequenter in ſacra ſcriptura, vnde dicitur Iſa. 40. b. Omnis caro fœnum, &c Et quod per carnem intelligatur natura humana, patet per illud qđ ſubditur: Vere fænũ eſt populus Caro igitur iſt i. natura humana aſſumpta eſt a verbo, non in vnitate naturæ, ſed in unitate ſuppoſiti vel perſonæ. Et ideo eſt ſenſus, Verbum caro factũ eſt. At ſi diceretur. Deus homo factus, quia licet fieri repugnet Deo vel verbo abſolute, poteſt tamen dici de eo ratione naturæ humanæ adiunctæ, vt diffuſius declaratur 3 ſententiarum, quia per tale fieri non habetur quod Deus de nouo incipiat eſſe, quod eſt impoſſibile. ſed quod incipiat eſſe homo, quod eſt poſſibile, quia ſuppoſitum diuinum eſt infinitæ ſubſiſtentiæ; & ideo poteſt naturam in ſe ſuſtentare, vt diffuſius declaratur 3. ſententiarum. Conſiderandum tamen, quod euangeliſta non ſine ratione dicit, verbum eſſe carnem factum magis, quam hominem, quia per hoc euitatur error illorum, qui dixerunt naturam humanam, habere in Chriſto hypoſtaſim propriam. Si. n. dixiſſet, verbum factum eſt homo, cũ homo ſignificet naturam humanã in ſuppoſito, dediſſet occaſionem cogitandi, quod natura humana in Chriſto ſubſiſteret in propria hypoſtaſi. Similiter ſi magis dixit, verbum factum eſt carnem quã animam, ne daretur occaſio cogitandi, quod illa unio eſſe tantum ſecundum actum animæ, per cognitionem & amorem, non tamen in unitate ſuppoſiti.

1 Et vidimus. Poſtquam euangeliſta declarauit verbi emanationem, & eius incarnationem, hic conſequenter oſtendit qualiter ipſe & alij apoſtoli habuerunt de hoc cognitionem. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponit innoteſcendi modum. Secũdo, manifeſtat ipſum ibi. Et de plenitudine. Prima in duas ſecundum duplicẽ modum innoteſcendi quem ponit, Secunda, ibi. Ioãnis teſtimonium perhibet. Primus aũt innoteſcendi modus, eſt per viſum. Sciendũ tamen, quod uidere aliquando accipitur non ſolum pro uiſione corporali ſed etiam pro cognitione intellectuali, per quem modũ dicimus: Vides tu hoc, i. intelligis? & hoc eſt, quia uiſus eſt ſpiritualior inter alios ſenſus & plures rerum differentias nobis demonſtrat, vt habetur Metaph. Et ideo nomine uiſus utimur aliquando in his quæ pertinent ad intellectum. Vtroque modo videndi habuit Ioannes & alij apoſtoli notitiam verbi incarnati, quia cum ipſo fuerunt corporaliter conuerſati, & ſic uiderunt ſenſibiliter opera uirtutẽ totius creaturæ excedentia, ſicut eſt ſuſcitatio mortui, illuminatio cæci, et conſimilia: ex quib. uiſu mentis perceperunt eius diuinitatem in carne latentem. Viderunt etiam hoc mẽtaliter per internam inſpirationem, quando aperuit eis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, ut habetur Luc. ult. d. Et hoc eſt quod dicitur. Et vidimus gloriam eius. i. excellentiam omnem creaturam excedentẽ, propter quod ſubditur exponendo prædictam gloriam.

Verbi vnigeniti naturam viderunt apoſtoli quadrupliciter.

2 Quaſi vnigeniti à patre. *Id eſt, naturaliter ab eo procedẽtis, et per conſequens eandem naturam numero cum ipſo habentis. Hoc. n. viderunt apoſtoli primo per patris teſtimonium in transfiguratione, in qua fuit Ioannes cum Petro & Iacobo, ut habetur Matt. 17. a. Et ideo tunc audiuit uocẽ patris dicentis de Chriſto. Hic eſt filius meus, dilectus, &c. Secundo uiderunt hoc per angelorum obſequium, quia angeli miniſtrabant ei ſicut ſuperiori, vt habetur Matthæi 4. b. Supra naturam angelicam nihil eſt niſi natura diuina. Tertio viderunt hoc per hoc, quod creaturæ etiam uiſibiles obediebant ei ad nutum, ſicut domino & creatori, propter quod dixerunt Matth. 8. d. Qualis eſt hic? quia uenti & mare obediunt ei. Quarto hoc viderũt per docendi & operandi modum. Moyſes. n. & alij prophetæ nõ dabãt populo præcepta, ſed de præceptis Dei ipſum inſtruebãt, & ideo dicebant: Hæc dicit dominus, uel aliquid ſimile. Similiter de Moyſe ſcriptum eſt. Locutus eſt dominus ad Moyſen, &c. Chriſtus aũt tanquã Deus a propria autoritate loquens dabat doctrinã ſuã, ut patet Mat. 5. g. ubi dr̃: Ego aũt dico uobis, unde in fine illius ſermonis dr̃, quod erat docens ſicut poteſtatem habens. Et ſimiliter perpenderunt per operandi modũ, quia etſi alij fecerunt miracula, hoc fuit tantum deprecando. Chriſtus aũt etſi in miraculis faciendis aliquando orauerit, vt in ſuſcitatione Lazari. Io. 11. c. tñ communiter miracula faciebat imperando, vt patet ex decurſu euangelij. Per q̃ oſtendebatur quod illa faciebat virtute propria ſicut Deus propter quod dicitur Lu. 6. c. quod virtus exibat de illo, & ſanabat omnes: Sequitur.*

3 Plenũ gratiæ. *Et hoc primo propter gratiã vnionis. Ille. n. perfectiſſime eſt plenus gratia, qui perfectiſſime Deo coniungitur, natura aũt humana in Chriſto non ſolum coniuncta eſt Deo per cognitionem, & amorem ſicut in alijs, ſed per realem unionem, & hæc dicitur in Chriſto gratia vnionis, per quam homo dicitur Deus, & e cõuerſo per cõicationem idiomatum. Dicitur aũt talis vnio gratia, inquantũ diuina liberalitate & miſericordia facta eſt. Secundo propter gratiã habitualem, quæ plenius fuit in Chriſto, quã in aliis, propter hoc dicitur inf. 3. c. quod datus eſt ei ſpiritus non ad menſuram, quia non ſolum habuit plenitudinẽ ſufficientiæ, ſed ẽt redundantiæ in alios, quia eſt caput non ſolum hominum, ſed ẽt angelorum. Quod aũt virgo Maria & aliqui alij ſancti legũtur pleni gratia, vt dicitur de Maria Lu. 1. & de Stephano Act. 6. b. Hæc tñ eſt alia plenitudo. Plenum n. opponitur vacuo, & ideo tot modis dicitur plenũ, quot modis dicitur vacuum. Dicitur autem vacuitas gratiæ. Vno modo propter virtutis defectum circa proprium ſubiectum, & tali vacuo opponitur plenitudo gratiæ ſanctorum. Alio modo dicitur vacuitas gratię, eo q̃ non redundat ad corpus, & tali vacuo opponitur plenitudo Mariæ inquantum gratia eius aliquo modo redundabat ad corpus, ſupernaturaliter concipiendo, plenitudo tñ Mariæ non ſe extendit ad alios, ita q̃ ſit gratiæ datrix, ſed ſolum inquantum eſt gratiæ impetratrix: Chriſti aũt plenitudo ad alios ſe extendit, & ſic opponitur vacuo, non ſolum reſpectu ſui, ſed etiã aliorum, quia fuit in Chriſto plenitudo gratia, non ſolum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu aliorum.*

Vacuitas gratiæ dicitur dupliciter.

✠ Et

MORALITER.

1 *Et uidimus gloriam eius.* Nam fideles vident eam nũc per ſpeculum & in ænigmate, poſtea vero videbunt clare & manifeſte.

† *Ioannes*

A Ho.2.in diuerſos

* ORIG. Plenum gratiæ. Hi[illegible] duplex eſt intellectus. Poteſt.n. de humanitate ac diuinitate incarnati verbi accipi, ita vt plenitudo gratię referatur ad humanitatem, ſecundũ quam Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, & primogenitus creaturæ vniuerſæ, quoniam maximum & principale gratiæ exẽplum, qua nullis præcedentib. meritis homo efficitur Deus, in ipſo primordialiter manifeſtum eſt. Poteſt etiã plenitudo gratiæ Chriſti de ſpiritu ſancto intelligi, cuius ſeptiformis operatio humanitatem Chriſti impleuit. Plenitudo vero veritatis ad diuinitatem refertur. Si vero plenitudinem gratiæ & veritatis de nouo Teſtamento mauis intelligere, non incongrue pronunciabis plenitudinem gratiæ noui teſtamenti eſſe per Chriſtum donatam & legalium ſymbolorum veritatem in ipſo eſſe impletam.

B [illegible]

a *Hic erat quem dixi.* Per demonſtratiuum pronomen innuitur Chriſtum affuiſſe in illo loco. Sæpe enim ipſe dominus adhuc ignotus antequam baptizaretur & pr[ę]dicat, ad Ioannem ſolitus erat venire.

b *Qui poſt me venturus eſt.* Qui poſt me natus, poſt me predicaturus, baptizaturus, moriturus. Non quod iam nõ eſſet natus, quando hæc dixit, quia etiam baptizatus. Sed venturus in prædicatione, in morte, ſed non in reſurrectione.

c *Ante me factus eſt, quia prior me erat.* Ex Græco, coram factus eſt, id eſt, apparuit mihi quidem, ſcilicet, quia prior me erat.

* THEOPHILACTVS. Arriani hanc literam ſic exponunt, volentes oſtendere quod Dei filius non eſt a patre genitus, ſed factus

1 ſicut vna alia creatu-
2 ra.
3 * AVGVSTIN.
4 Non ergo intelligi-
5 tur, factus eſt ante-
6 quam ego eſſem fa-
7 ctus, ſed ante poſitus
8 eſt mihi.

* CHRISOSTOMVS. Si autem quod dicitur, ante me factus eſt, de productione ad eſſe intelligeretur, ſuperfluum eſſet, quod additur. *Quia prior me erat.* Quis enim eſt ita inſipiens, vt ignoret quoniam ex quo ante eum factus eſt, prior eo erat. Iter autem econtrario oporteret dicere, ſcilicet, prior erat, quia ante me factus eſt. Ergo quod dicit: *Ante me factus eſt*, de honore intelligitur.

d *Et de plenitudine.* Expoſito teſtimonio præcurſoris, [redit] euangeliſta ad teſtimonium ſuæ aſſertionis. Q.d. verbum caro factum eſt, vidimus gloriam eius ple. gratiæ & veritatis & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Gratiã, vt ipſum credamus, & veritatem qua illum intelligimus.

*Accepimus*

a Secundum deitatem. b Non ſolum ergo dico, ſed etiam. Baptiſta. c Id quod verbum caro factum eſt, quia ipſe præmiſſus ei teſtatur idipſum, ſ. celſitudinem humanitatis, & æternitatem diuinitatis. d Scilicet, Chriſto. e Aperte non obſcure.

& veritatis. Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo & clamat

a Verbum ſubſtantiale. Ab æterno. b Vbi quærentibus an eſſem Chriſtus. c [illegible] mihi [illegible] præpoſitus eſt etiam in humanitate. Et quod dixi iterum dico.

dicens. Hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt, ante me

a Cur? b Aeternitate deitatis. c Quia illi ſpiritus eſt datus non ad menſuram nobis ab eo ſecundum menſuram.

factus eſt, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos

e

## NICOLAVS DE LYRA:

1 Et veritatis. *In quãtum in ipſo fuit veritas diuina, ſiue increata per vnionẽ naturæ, ſimiliter in anima Chriſti fuit plenitudo veritatis inquantũ habuit notitiam omnium quæ cognoſcit Deus notitia viſionis. Similiter fuit in Chriſto plenitudo veritatis, inquantum impleuit omnes figuras & promiſſiones legis Moſaicæ.*

2 Ioannes teſtimonium perhibet. *Hic ponit ſecundum modũ quo innotuit* Ioãni *& apoſtolis alijs verbum incarnatum, & hic modus fuit per auditum, quia audiuit à Ioanne teſtimonium de Chriſto quod erat efficax, propter* Ioannis *mirabilem natiuitatem, & ꝓpter excellentem vitæ ſuæ ſanctitatem. Et hoc eſt ꝙ dicit:* Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo. *Et benedicit, perhibet, ad oſtendendũ quod eius teſtimonium fuit continuatũ, quia non ſolum ſemel, ſed pluries teſtificatus eſt de Chriſto. Et ideo dicit, perhibet, ad denotãdum continuationem huius teſtimonij. Secundo oſtenditur iſtud teſtimoniũ clarum, cum ſubditur.*

3 Et clamat dicens. *Quia Ioannes non loquebatur de Chriſto in occulto, ſicut faciunt illi qui habent doctrinam ſuſpectam, ſed in palam coram populo. Dicitur autem hoc teſtamentum certum & verũ, quia eodem modo teſtificatus eſt prius de Chriſto in abſentia, et poſt in pręſentia, quod notatur cum dicitur.*

4 Hic erat quem dixi. *Scilicet, ante, & idem modo dico. Vlterius oſtenditur, quod de Chriſto dixit, cum dicitur.*

5 Qui poſt me venturus. *Patet quod Ioannes nõ loquitur de aduentu Chriſti in mundum, quia iam erat natus, & fere triginta annorum, ſed loquitur de aduentu ad prædicandum & myſterium noſtræ redemptionis compiendum.*

6 Ante me factus eſt. *Ex hoc loco arguit Arrius, quod verbũ ſecundum naturam verbi ſit factum, quia non eſt dubium, quod Ioannes preceſſit Chriſtum ſecundũ carnẽ. Et ideo cum dicitur* Ante me factus eſt. *de natura verbi intelligendum eſt. Sed literæ ſequens hoc deſtruit per hoc quod ſubditur.*

Error Arrii.

7 Quia prior me erat. *Et per conſequens habuit eſſe ante Ioannẽ ideo ſi de factione naturæ loqueretur, aliter ordinaſſet literam, dicens:* Prior me erat, *quia ante me factus eſt. Et ideo ſic debet intelligi:* Ante me factus erat. *Id eſt, mihi prælatus. Cuius rationẽ aſſignat dicẽs:* Quia prior me erat. *nõ ſecũdũ humanitatẽ, ſed ſecundũ diuinitatẽ, in qua eſt ab æterno. Poteſt etiã aliter exponi referendo hoc ad Chriſtum ſecundum humanam naturam.*

*Ad cuius intellectum, ſciẽdũ quod puer eſt in fieri ſecundum curſum naturæ uſque ad natiuitatẽ. Chriſtus autem ab inſtanti cõceptionis habuit corpus omnibus lineamentis diſtinctum & animam omnibus virtutibus & ſcientiis perfectam, quamuis nondũ haberet perfectam corporis quantitatem.* Et *hoc ſic erat prædictũ Iere. 31 d. Nouum faciet dominus ſuper terrã, mulier circundabit virũ, quia Chriſtus ab inſtanti conceptionis fuit vir perfectus modo dicto. Cõſtat autẽ, quod Chriſtus fuit ante conceptus quam Ioannes fuerit natus vt patet Luc. 1. d. Et ideo hoc modo litera predicta poteſt exponi:* Ante me factus eſt. *vt per factũ eſſe, intelligatur perfectio, quia hoc deſignat talis locutio, ſicut fieri imperfectionem deſignat, quia Chriſtus etiam ſecundum humanam naturam ante perfectus fuit quam Ioannes, vt patet per prædicta.*

8 Et de plenitudine, &c. *Poſitis duobus modis quibus verbum incarnatum eis innotuit, hic conſequenter vtrumque modum manifeſtat. Et primo manifeſtat primum qui eſt per viſum, vt dictum eſt. Secundo ſecundum qui eſt per auditum, ibi:* Et hoc eſt teſtimoniũ. *Ad intellectum primi ſciendum quod hæc verba quæ ſequuntur ſunt verba Ioannis Baptiſtæ, licet hoc dicat Origenes, ſed ſunt Ioannis euangeliſtæ declarantis modum quo cognouerunt verbum incarnatum per viſum, ſecundum Auguſt. & Chryſoſt. Dixerat enim ſupra.* Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. *poſſet aliquis quærere, qualiter hoc vidiſtis? ideo declarat qualiter hoc cognouerint quaſi reſpondens tacitæ quæſtioni. Et diuiditur in duas, quia primo declarat qualiter cognouerunt eum plenum gratiæ. Secundo qualiter cognouerunt eum plenum veritatis, ibi:* Deum nemo. *Dicit igitur primo.* Benedixit quod vidimus eum plenum gratiæ, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. *Et hoc potiſſime apparuit in ſpiritus ſancti miſſione ſuper apoſtolos in die Pentecoſtes ex cuius plenitudine linguis omnium loquebãtur, vt Act. 2. a. & ideo experientia quodammodo cognoſcebant ipſum Chriſtum eſſe plenum gratiæ. Et hoc eſt quod dicitur.* Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. *Iſta dictio copulatiua, non continuatur literæ immediate præcedenti quæ continet verba Ioannis Baptiſtæ, ſed verba Ioannis euangeliſtæ quando ſupra dicebat. Et vidimus eum quaſi vnigenitum à patre plenũ gratiæ, & veritatis quia hic declarat modum per quem hoc cognouerunt, vt dictũ eſt, ſcilicet, per acceptionẽ ſpiritusſancti de eius plenitudine, ideo ſubditur.*

*MORALITER.*

2 *Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo.* Hic ponitur ipſius Ioannis modus teſtificandi, per quẽ ſignificatur modus prædicandi, qui debet eſſe cum affectu magno & etiam in publico. Ideo ſubditur.

3 *Et clamat dicens.* Habentes.n. doctrinam ſuſpectam, magis docent occulte & ſine clamore.

4 *Hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt.* Quia prædicator quærere debet honorem Chriſti, & virtutem prædicationis attribuere ſibi, ideo ſubditur.

8 *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ex nobis nihil habentes.

a [A]ccipimus. AVGVSTINVS. Non ſolū gratiam, quæ pla-
ne ratis datur, non pro merito vt fidē quæ per dilectionē
op atur ex qua iuſtus viuit, ſed pro iſta gratiā, id eſt, beati-
tu nem æternā, quæ & merces iuſtitiæ dicitur, & etiā gra
tia, quia meritum ex gratia.

b *Gratiam pro gra-tia.* Gratia in concep ne boni per gratia datur. Gratia ſim liciter quæ non eſt meriti, ſi poſtea cu illa operamur, in onis conſueſci- m, & tunc datur gr a pro gratia pri ri.

a vt ipſum credamus & veritatem, qua illum intelligamus. b Pro bono bonum. c Vere ab eo accepimus, quia lex quæ mala non tollit ſed oſtendit, & reos conuincit, vt humilient ſe medico.

omnes accepimus. Et gratiam pro gratia, quia lex per Moy-

a Quæ ſit ſalus homini vt erat promiſſa. b Qui eſt dominus liberans. c Quæ. Nec Moyſes.

ſen data eſt, ſed gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta

a Hæc gratia per Chriſtum omnibus eſt data, id eſt, videre Deum qui nunquam viſus eſt.

eſt. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui eſt in

a In ſecreto & eum nouit. b Id eſt per manifeſtationem ſuæ incarnationis Deum inuiſibilem demonſtrauit. Fidelibus. Iterum c Per Moyſen non gratia, nec per ipſum, Ioannem & hoc eſt quod teſtatur ſe non eſſe Chriſtum. d e lucernæ.

ſinu patris, ipſe enarrauit: Et hoc eſt teſtimonium Ioannis,

a b c d e f

: AVGVSTIN. Accepimus de pleni dine eius primo gr iam, & rurſus ac ce mus gratiam ꝑ gr ia. Quam gratiam primo accepimus? fidem. Vocat. n. gr ia, quia gratis datur: hāc ergo accepit gratiam primam pe ator, vt eius peccata dimitterentur. Et iterum gratiam p gratia, i. pro hac gratia, in qua ex fide viuimus, receptu ri mus aliam, i. vitam ęternam, vita enim æterna quaſi m ces eſt fidei, quia ipſa fides gratia eſt, vita ęterna gratia eſt pro gratia.

c [P]er Moyſen. Per Moyſen ſeruum prænunciatio, per domi num Ieſum ſalutis impletio.

d [D]eum nemo vidit vnquam. Id eſt, nullus purus homo viuēs in hoc corpore vidit Deum vt eſt, vnde dictum eſt Moyſi: Non videbit me homo & viuet, i. nemo viuēs ī corpore, videt diuinitatē meā. Vnde iſta adiecit Deus Moyſi: Sta in foramine petræ, & cū pertranſiero videbis poſteriora mea. Petra, id eſt, Chriſtus, foramē crucis patibulū, pertranſiero id eſt, tranſiero de mūdo ad patrē. Poſteriora, ortus eius paſ ſio, reſurrectio, aſcenſio, per quæ credita ad eius beatitudinem & viſionē peruenimus. Quod legitur Deū apparuiſſe hominibus ſiue viſibiliter carnalibus oculis, ſiue inuiſibiliter propheticis viſionibus per ſubiectam creaturam intelligēdum eſt, viſionibus enim ꝓphetarū quadā ſpirituali creatura factæ ſunt, quibus Deum vidiſſe perhibentur.

[De]um nemo vidit vnquam. ✠ GREGORIVS. Patenter datur intelligi, ꝙ quādiu hic mortaliter viuitur, videri per quaſ dam imagines pōt Deus ſed p ipſam naturæ ſuæ ſpeciē nō poteſt, vt anima gratia ſpiritus afflata per figuras quaſdam Deum videat, ſed ad ipſam vim eius eſſentiæ non ꝑtingat. Hinc eſt enim quod Iacob q Deum ſe vidiſſe teſtatur, nō niſi

niſi angelū vidit. Hinc eſt quod Moyſes, qui cū Deo facie ad faciem loquitur, dicit. Oſtende mihi temetipſum manifeſte, vt videam te. Ex qua eius petitione colligitur q eum ſitiebat per incircunſcriptæ naturæ ſuæ claritatem cernere quem iam cœperat per quaſdam imagines videre. D

✠ CHRYSOST. Si autem antiqui pa tres ipſam viderunt naturam, nequequā Ho. 14. in Io. 1. 3. E
1 differenter conſide-
2 raſſent, ſimplex e-
† nim quædam eſt, &
infigurabilis: Non
ſedet, nō ſtat, neque
3 ambulat, hæc, enim
4 corporū ſunt. Vnde
& per prophetam di
cit. Ego viſionē mul
5 tiplicaui eis, & in ma
6 nibus prophetarum
aſſimilatus ſum, hoc
eſt condeſcendi eis, non quod eram apparui, quia. n. filius Dei per veram carnem apparitturus erat nobis, primo exercitauit eos videre Deum, ſicut poſſibile erat eis videre. F

✠ GREGOR. Si a qbuſdam poteſt in hac corruptibili carne viuentibus, ſed tamen ineſtimabili virtute creſcentibus quodam contemplationis acumine ęterna claritas Dei videri, hoc ab hac ſnīa non abhorret, quoniam quiſquis ſapientiam, quæ Deus eſt, videt, huic vitæ funditus moritur, ut nec iam eius amore teneatur. Lib. 18. Moral. c. 28.

✠ AVG. Niſi ab hac vita quiſq; quodammodo moriatur ſiue omnino exiens de corpore, ſiue ita auerſus alienatus à carnalibus ſenſibus, vt merito neſciat, ſicut Apoſtolus ait vtrum in corpore an extra corpus ſit, non in illam rapitur & ſubuehitur viſionem. Lib. 12. ſuper Geneſim. c. 27. to. 3.

e *Vnig. fi. &c.* Quę ſit ſumma gratię & veritatis, bn̄ ſubdit, ſ. cognitio ipſius trinitatis, vnde: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te vnū verum Deum & quem miſi. Ie. Chriſtū.* Quę in hac vita non plene eſt, quia nemo in carne vidit Deum, vt eſt. Vnde nec ipſe Moyſes nedum p eum data ſit gratia, ſicut ēt ipſe poſt oīa viſa in typo Dei dixit: *Oſtende mihi teipſum*, ſed filius qui eſt in ſecreto patris narrauit, *quia nemo nouit patrē niſi filius, & cui voluerit filius reuelare*, Ipſe narrat ſuis quid de trinitate Deitatis ſentiendum ſit quomodo ad eam perueniēdum, & ad Ipſam introducit. Inf. 17. a. Exo. 33. d. Lu. 10. d.

f *Et hoc.* Et hęc & cætera ſequētia teſtimonia Ioānis, exhibita ſunt poſt baptizatū Chriſtū, cū iā Ieſus veniret inuitare diſcipulos, quos Ioannes ſuis teſtimoniis mittit ad eū. Teſtimonium ꝯ hoc, ꝙ occultus Chriſtus, occultus quia humilis, vt poſſit ſperni & occidi, vt redimeret mundum.

☞ Tu

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ Et gratiam pro gratia. *Prima. n. gratia datur ſine meritis, qa [pr]imam gratiam non poteſt homo mereri, ſed habita prima gratia poteſt [h]omo mereri de condigno augmentum gratiæ. Et ideo ſecunda gratia [da]tur quodammodo pro prima, quia datur pro meritorio opere pro[ce]dente ex ipſa.*

*Aliter poteſt hoc exponi & magis proprie ad literam de lege no[ua] & veteri, ita quod lex vetus dicitur gratia prima, magna enim [gra]tia fuit dare legem ſpecialem populo duræ ceruicis, & alia bene[fici]a illi populo collata, propter quod dicitur in Pſalm. 147. b. Non [fe]cit taliter omni nationi, &c. Quia tamen iſta lex erat imperfecta, [lo]co illius data eſt lex noua quæ eſt perfecta & maior gratia. Et [ſic] exponitur illud:* Et gra. pro gra. *q. d. Non ſolum accepimus de [ple]nitudine Chriſti in receptione ſpirituſſancti, ſed cum hoc accepimus gratiam pro gratia, id eſt, legem nouam loco veteris, propter [quod] ſubditur quaſi exponendo.*

2 Quia lex per Moyſen, &c. *Dicitur autem lex noua reſpectu [ve]teris veritas, quia illa fuit figura & vmbra illius. Dicitur etiam [grat]ia reſpectu eius, quia quamuis lex vetus ex liberalitate diuina [fu]it illi populo data, propter quod poteſt dici gratia large, eo modo loquendi quo quodlibet donum gratis datum dicitur gratia, non tamen conferebat gratiam iuſtificantem ſicut facit lex noua.*

3 Deum nemo vidit vnquam. *Hic declarat Ioannes, qualiter cognouerunt Chriſtum fuiſſe plenum veritate, videlicet per doctrinam Chriſti qui docuit eos de ſecretis diuinitatis, quæ comprehendi non poſſunt niſi ab eo in quo eſt plenitudo veritatis. Et hoc eſt quod dicitur:* Deum ne. vid. vnq. *Non accipitur hic nemo pro vllo homine, quia ſicut in ſacra ſcriptura aliquando accipitur homo pro omni creatura, eo quod habet aliquam conuenientiam cum omni creatura, propter quod dicitur Mar. vlt. d.* Prædicate euangelium omni creaturæ, *ita nemo aliquando accipitur pro nulla creatura. Eſt igitur ſenſus:* Deum ne. vi. vn. *id eſt, nulla creatura poteſt viſione comprehenſionis videre diuinam eſſentiam: Et ſubdit a quo comprehendatur.*

4 Vnigenit. fil. qui eſt in ſinu pa. *Id eſt, in intrinſecis diuinitatis ipſe comprehendit eam, qui habet eandem notitiam cum patre, & ideo poteſt de hoc alios plenius inſtruere. Ideo ſequitur.*

5 Ipſe enarrauit. *Sicut patet ex decurſu euangelij, ꝙ Apoſtolos de ſecretis diuinitatis docuit vt de myſterio Trinitatis, & de multis alijs quæ non fuerunt ita explicite tradita in lege & prophetis, ſicut Chriſtus explicauit.*

6 Et hoc eſt teſt. *Poſtquam euangeliſta declarauit modū quo habuerunt notitiam de plenitudine Chriſti per viſum, hic cōſequēter*

✠ declarat

## MORALITER.

† 1 [E]t gratiam pro gratia. Id eſt, nobis dedit gratiam, vt per eā gloriam conſequamur, quæ eſt gratia conſummata.

2 [Q]uia lex per Moy. &c. a peccatis cohibēs, ſed nō gratiā iuſtificātē præbēs, nā hoc Chriſto reſeruabatur. Ideo ſubdit.

† [G]ratia & veri. per Ieſum Chriſtum fa. &c. Comprehenſiue.

4 *Vnigenitus qui eſt, &c.* Id eſt, ſibi conſubſtantialis, ipſe vidit iſto modo. Ideo ſubditur.

5 *Ipſe enarrauit.* Scilicet myſteria in lege & prophetis ſub velaminibus pronunciata. Et hoc fuit ſignum, quod uos deduceret ad claram viſionem diuinorum.

6 *Et hoc eſt teſtimonium Ioannis.* Quod perhibuit coram legi

a *Tu quis es.* Putabant Iudæi Ioannem eſſe Chriſtũ, qui in
☞ lege promittebatur. Alij putabant eum eſſe Eliã, pp nimiã
A abſtinentiam & caſtitatem, & ſolitariam vitam, & aſperri
mam delictorum reprehenſionẽ, & duriſſimũ futuræ vin-
dictę terrorem, Alij dicebant eum eſſe vnũ de prophetis re
ſuſcitatum, propter
prophetiæ gratiam.
b *Confeſſus eſt.* Con-
feſſus eſt ut poſtea di
cit, nõ qđ erat Chri-
ſtus. Non negauit qđ
erat, id eſt, quod eſſet
præcurſor vt poſt in
terrogatus dicit. *Ego
vox cla.* Ordo verbo-
B rũ, & cõfeſſus eſt &
non negauit quan-
do miſerunt.
c *Elias es tu.* Cum
omnes ſcirent no-
men Chriſti, ſciebãt
etiam quod Elias
præceſſurus ſit eum.
Sed ipſe Elias præ-
C ceſſurus, in poteſtate
iudicaturũ, Ioãnes figuraliter Elias eundẽ iudicandum, vt
ſint duo

ſint duo præcones ſicut duo aduentus eiuſdem, vnde
d *Non ſum.* Elias, id eſt, nõ præco, potentiam indicans
in quam offendiris oſtendo humilitatem quaſi dicat
te humili antequam excelſus iudicet. Ecce nec ego C[...]
ſtus nec apertæ potentiæ iudex.

b Cum eius excellentia mouerentur, quis auſus eſt hoc putare. Sapientes in lege.
quando miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & Leui- 1
a Vt concilijs ipſius Ioannis ſcirent quis eſſet. Quid? b Ecce humilitas Ioannis qua nihil maius eſt, cum poſſet credi Chriſtus. Quod non eſt Chriſtus. 2
3
a tas ad eum, vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confeſſus 4
a Quod erat præcurſor b Quid? Remota priori opinione. 5
b eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chri 6
Scilicet es. 7
c ſtus. Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu? Et 8
a Elias quia non ſolum propheta ſicut ille, ſed etiam præcurſor. Corpore, quia ipſe dominus ſpiritualiter de eo dicit Elias in ſpiritu & virtute. Eliſæus b Quia non pronuncio ſed oſtendo. Non ſum propheta, quia plus quam propheta, Non ſum vnus de illis prophetis de quibus me eſſe putatis. 9
d dixit non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Non. 10
a Dic quis es, ne abſque reſponſo redeamus ad illos qui nos miſerunt b Audiuimus de Chriſto te prædicare ſed de teipſo nihil manifeſtum aſſeris. 11
Dixerunt ergo ei. Quis es? vt reſponſum demus his 12
a Sum. b Verbi incarnati. 13
e qui miſerunt nos. Quid dicis de teipſo? Ait. † Ego vox

c *Ego vox clam[...]
in deſerto.* Non
Ego ſum homo
Ioannes vel fili[...]
chariæ, Non c[...]
derat humanam
ſiſtentiam uel g[...]
rationem ſed
hæc omnia ex[...]
tus præcurſor v[...]
deſerit omnia
intra mundum
tinentur. Aſcen[...]
altum, factus, v[...]
bi, nullam in ſe
ſtantiam fatetur
ter abundan[...]
gratiæ, qua ex[...]
omnem creatu[...]
vt ſit vox verbi
eſt interpres animi, Animus autem, id eſt, intell[...]
☞ omn[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

✤ *declarat alium modũ quo idem cognouerunt per auditum, videlicet per Ioannis teſtimoniũ. Et diuiditur in duas partes, quia primo manifeſtat teſtimonium Ioãnis factum in Chriſti abſentia. Secundo teſtimonium Ioannis de Chriſto in eius præſentia, ibi:* Altera die. *Primo teſtimoniũ dedit Ioãnes interrogatus. Et diuiditur in duas, quia primo fuit interrogatus de perſona. Secũdo de officio, ibi:* Et qui miſſi fuerãt. *Prima adhuc in duas: quia primo ponitur teſtimoniũ Ioãnis p modũ negationis. Secundo per modum affirmationis, ibi:* Dixerunt ergo ei. *Prima adhuc in tres ſecundum tres qõnes factas ipſi Ioãni, & tres reſponſiones corriſpondentes. Secunda ibi:* Et interrogauerũt. *Tertia, ibi:* Propheta. *Circa primũ aduertendum, quod tpe prædicationis Ioannis erat famoſa opinio, & maxime in Ieruſalem vbi vigebat ſtudium legis & prophetarum, quod tempus aduentus meſſiæ eſſet de proximo. Primo, quia videbant ab eis ablatum eſſe regnũ vt declaraui ſuper Matthæum & Danielem, & hoc fuerat eis datũ pro ſigno aduentus meſſiæ Gen. 49. b.* Non auferetur ſceptrũ de Iuda, &c. *Secundo, quia videbant completas hebdomadas dictas a Daniele de aduentu ſanctiſanctorum quę cõpletæ fuerũt in natiuitate Chriſti, vt declaraui ſuper Danie. 9. vel ſecundum alios (qui dicũt eas fuiſſe completas. 19. anno Tyberij Cæſaris, in paſſione Chriſti) viderunt eas cito complendas propter quod meſſiã de proximo expectabant: Ex altera parte Ioannis baptiſtæ mirabilem natiuitatem, & eius excellentem ſanctitatem, & ideo fuerunt moti ad opinandum ipſum eſſe Chriſtum propter quod miſerunt ſolennes nuncios ad Ioannem, volentes ſuper hoc ſcire veritatem. Veruntamen Chriſoſt. dicit quod malicioſe venerũt. Sed Orige. dicit ſimplici animo venerunt ad quærendum veritatem. Et hoc videtur verius, quia in modo quærendi exhibuerunt Ioanni maximam reuerentiam. Et hoc ex quatuor, vt patet in litera. Primo ex perſonis mittentibus ad ipſum nuncios, & hoc notatur cum dicitur.*

Diuiſio.

Ioanni defertur ex quatuor.

1 Quando miſerunt Iudæi. *Id eſt, illi de tribu Iuda, qui erãt nobiliores in populo. Secundo, ex loco miſſionis, cum dicitur.*

2 Ab Ieroſolyma. *Quæ erat ciuitas ſacerdotalis & regia, & quia ſtudium legis & prophetarum & cultus diuinus vigebant ibi:* Similiter ipſa erat caput regni. *Tertio ex parte nunciorum cum ſubditur.*

3 Sacerdotes & Leuitas ad eum. *Quæ erant ſolennes perſonæ & maximme quia illi ſacerdotes & leuitæ qui fuerunt miſſi, erant de ſecta Phariſæorum, vt dicitur infra eo. c. & iſti erant magis religioſi & famoſi in toto populo illo. Quarto, ex modo interrogãdi cum ſubditur.*

4 Vt interrogarent eum: Tu qui es? *Quaſi volentes in hoc acquieſcere dictis eius. Et ſubditur Ioannis reſponſio.*

5 Et con. *Scilicet veritatem.*

6 Et nõ negauit. *Vſurpãdo ſic diuinum officium. Hoc enim [...]et negare ipſum Chriſtum qui eſt ipſa veritas. vnde ſequitur.*

7 Et cõfeſſus eſt quia non ſum ego Chri. *Et in hoc reſp[...] intentioni eorum. Ad hoc enim quærebant.* Tu quis es? *vt reſp[...]ret eis ſi eſſet Chriſtus, vel non.*

8 Et interrogauerũt eum quid ergo. *Hic conſequenter [...] ſecunda qõ. Sicut enim aduentus Chriſti fuerat promiſſus Iudæ[...] & aduentus Eliæ, vt habetur Malach. vlt. b.* Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam; &c. *Et ideo audiẽtes quod non eſſet [...]ſtus, interrogauerunt conſequenter ſi ipſe eſſet Elias. Et ſubditur [...]nis reſponſio cum dicitur.*

9 Et dixit. Non ſum. *Sed videtur eſſe contra illud ꝙ dicit S[...]tor de Ioanne Mat. 11. b.* Ipſe eſt Elias. *Dicendum quod ipſi quærebant de perſona Eliæ & iõ ad eorum quæſtionem reſpondit quia [...] erat Elias in perſona licet eſſet Elias in ſpiritu propter ſimilitudinem vitæ in auſteritate, & doctrinę veritate & in officio quia [...] præcurſor primi aduentus Redemptoris, ſicut Elias erit præcurſor ſecundi. Et hoc modo Saluator vocat Ioannem Eliam, & ſic no[...] contradictio.*

10 Propheta. *Hic ponitur tertia qõ. Erat. n. famoſa opinio tu[...] poris apud aliquos Iudęos, ꝙ ante Chriſtum veniret vnus magnus propheta pro eo quod ſcriptum eſt Deu. 18. d.* Prophetam ſuſcitabit dñs Deus de fratribus veſtris, &c. *Quæ quidem authoritas [...]dum veritatem intelligenda eſt de Chriſto ad literã, licet Iudæi intelligerent eam de alio propheta. Et ideo interrogauerunt eum [...] eſſet ille propheta de quo dicta eſt ſcriptura prædicta vnde in [...] hic nõ ponitur propheta abſolute, ſed cũ articulari dictione, q[...] denotat prophetam dictũ antonomaſice ſubditur Ioannis reſpon[...].*

11 Et reſpõdit Non. *Non. n. negauit ſe eſſe prophetam ab[...] nec prophetam miſſum ante Chriſtum, quia negaſſet veritatem [...] ſed negauit ſe eſſe illum prophetam de quo loquitur illa ſcriptura [...] allegata quæ ad literam eſt de Chriſto intelligenda, vt dictũ eſt. Aliter exponit hoc Greg. dicens, quod negauit ſe eſſe prophetam [...] erat plenus quam propheta. Sed prima expoſitio videtur mel[...] & literę propinquior quia minus includitur ĩ maiori. Si enim fu[...] plus quam propheta, ſequitur quod fuit propheta.*

12 Dixerunt. *Hic ponitur teſtimoniũ Ioannis per modum a[...]mationis, quia audiẽtes nuncij Iudæorum, quod de omnib. rñderet [...]gatiue, voluerunt aliquid arffimatiue dictum ab eo reportare. & [...] quod dicitur:* Dixerunt ergo eis quis es tu. Quid di. de te[...] *Affirmatiue ſubditur Ioannis reſponſio, in qua dat teſtimonium Chriſto, aſſerens ſe eſſe eius pręcurſorem di.*

13 Ego vox clamã. &c, *Id eſt, ego ſum ille de quo ſcriptum [...] dicit.* ✤ *Eſa. [...]o. a.*

## MORALITER.

† peritus ĩ quo teſtimonio negauit ſe eſſe Chriſtũ & hoc veraciter quantũ ad interrogantiũ intẽtionem. Et de duobus primis patet quia Ioannes nõ erat Chriſtus, nec Elias in perſona

ſona Similiter de tertio nã intendebãt quærere ſi Ioannes erat de numero prophetarum antiquorũ aliter. n. reſpondere fuiſſet falſum, ſed aſſeruit ſe eſſe vocem, i. verbi [...] nunciatorẽ ꝙ erat verũ & humile reſponſum. Et[...] docuit doctores catholicos veraciter & humiliter [...]

oniū eſt filius dei. Ioannes ergo vox eſt & interpres huius nimi, qa primo mūdo eū demōſtrauit. *Ecce agnus Dei*

a *[I]ſaias* Hoc de Ioāne prophetauit: Ego vox clamātis in de[ſer]to, in qua verbum ſonat, id eſt prophetia, & oſtenſio & [lu]cerna verbi præſentis.

b *[E]x Phariſæis.* Id eſt ex principibus Iudæorum, qui doctrinā non quærunt, ſed inuident. Qui tamen ad Ioannē ideo venerunt, qa audiunt eum prędicaſſe commune omnium reſurrectionem, q̃ & ipſi credebant, vñ & ipſi in multis Chriſto conſentiunt. Paulus quoq; Apoſtolus in multis audierunt.

c *[Q]uid ergo baptiz.* Audiebant Phariſæi in [p]rophetis Chriſtū venturum & baptizaturum ſcientes Ioanē figuram baptiſmi geſſiſſe, eumq; Eliam & Eliſęū ſicc[i]s pedib. tranſiſſe, figuramq; baptiſmi in Elia & Eliſæo no[n] dubitabant præceſſiſſe, vnde & nunc eos ſurrexiſſe putabant & baptizaſſe, vnde nec interrogant, es tu vnus prophetarum, ſed ſolummodo es tu propheta ille videlicet q[ui] præfigurauit baptiſmum?

d *[E]go baptizo in aqua.* Non imputet̄ audaciæ ꝙ ago, qa corpora abluo aqua, non aufero peccata, vt ſicut naſcendo & prædicando pcurſor ſum, ſic & baptizando, ſed iſte medius inter vos eſt qui peccata tollit.

Gregor. Ioannes. n. non ſpiritu, ſed aqua baptizat, qui peccata ſoluere non valebat Baptizatorum corpora p aquam lauat, ſed tñ animas p veniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptiſmum non relaxat? niſi vt præcurſionis ſuę ordinem ſeruans, ſ. q naſciturum naſcēdo præuenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizādo præueniret, & qui prædicando factus eſt præcurſor Chriſti baptizando etiam præcurſor eius fieret, imitatione ſacramenti.

e *Medius autem veſtrum ſtetit.* ✲ Chryſoſt. Hoc aūt dixit quoniam decēs erat Chriſtum commixtum eſſe populo, & vnum multorum, ſe vbiq; humilem eſſe docentem.

✲ Theophylactus. Vel medius erat Phariſæorum [I]eſus, ſed ignorabant eum, q ipſi ſcripturas ſe ſcire putabāt, [i]nquantum in illis prænunciatur Dominus, medius eorum erat, ſcilicet in cordibus eorum, ſed neſciebant eū, eo quod ſcripturas non intelligebant. Vel aliter. Medius quidem erat in quantum mediator Dei exiſtens, & hominū Chriſtus Ieſus, Medius Phariſæorum extitit, volens illos, Deo iungere, ſed ipſe neſciebant eum.

D

a In me. b Deſertæ Iudææ ſolatium annuncians. Quid. Parate in uobis. c Per fidem, per opera, per quæ dominus ingreditur.

a clāmantis, in dēſerto, Dirigite viam domini ſicut dixit Iſaias

Ex inuidia quærebant.

b propheta. Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. Et interro- 1

a Quædam re[s] e[ſ]t. Hic plane inuidia patet.

c gauerunt eum, & dixerunt. Quid ergo baptizas, ſi tu non es †

a Qui habet authoritatem baptiſmi. Eliſæus. b Etiam inuidis ex bonitate ueritatem dicit.

Chriſtus, neq; Elias, neq; ꝓpheta? Reſpōdit eis Ioānes dicens: 2

Id eſt, lauo. a Id eſt, præſens uobis apparet. b Corpore. c Quia humilis ideo ego lucerna præaccendor.

d Ego baptizo ī aqua, medius aūt veſtrū ſtetit, quē vos neſcitis. †

e a Ante tempora diffinitum eſſe quod poſt me ueniret ſecundu ita prædicando. b Sicut a... c Mihi propoſitus eſt dignitate. 3 4

f Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius 5

6

✲ Origenes. Preconium de pręcedenti Chriſti ſubſtantia proponit, ꝙ tanta ſit ei virtus, quod inuiſibilis ſit ſua Deitate, cum ſit præſens cuilibet, & totum per orbem diffuſus, quod notatur ex illo: *Medius veſtrum ſtetit.* Vel illud intelligēdum eſt de nouis hominibus. Cum. n. ſimus rationales, in medio noſtrum exiſtit, ex eo quod principale, ſ. cor in medio totius corporis inſitū eſt. Qui ergo verbum, in medio gerunt, non autem cognoſcunt. De illius natura nec de quo fonte manauit, nec quomodo ꝯſtitit in eis. Sic verbum in medio ſui obtinentes ignorant, quod tamen Ioannes agnouit. Vnde exprobrando dicit ad Phariſæos: *Quem vos neſcitis.*

In hunc locum.

E

Ho. 7. in Euang.

f *Cuius ego nō ſum dignus, &c.* Non ait nō ſoluā. Soluit. n. quoniam ipſum manifeſtauit & de diuinitate & humanitate ipſius multa aperuit, ſed non ſum dignus, quia indignum ad hoc agendum ſe reputat, in quo ſimpliciter indicatur humanitas.

✲ Greg. Mos apud veteres fuit, vt ſi quis eam quæ ſibi competeret, accipere vxorem nollet, ille ei calciamētū ſolueret, qui ad hanc ſponſus iure ꝓpinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Chriſtus, niſi ſanctæ Eccleſiæ ſpōſus apparuit? Recte ergo Ioannes ſe indignum eſſe ad ſoluendam corrigiam eius calceamenti, denunciat, ac ſi aperte dicat, Redemptoris veſtigia non denudare valeo, quia ſponſi nomen mihi immerito nō vſurpo: Quod tñ intelligi pōt & aliter. Quis. n. neſciat ꝙ calceamenta ex mortuis animalib. fiant? Incarnatus vero Dominus veniens, quaſi calceatus apparuit, qui in diuinitate ſua morticina noſtrę corruptionis aſſumpſit. Corrigia ergo calceamenti eſt ligatura myſterij. Ioannes ergo ſoluere corrigiam calceamenti eius nō valet, qa incarnationis myſterum nec, ipſe inueſtigare ſufficit, ac ſi ſi patēter dicat: Quid mirū ſi mihi ille prælatus eſt, quem poſt me quidem natum conſidero, ſed natiuitatis eius myſterium non comprehendo.

F

☞ Myſtice.

## NICOLAVS DE LYRA.

*[I]ſa. 40. a. vt allegatū eſt, quod debet clamare in deſerto Iudææ ut homines ſe præpararent ad aduentū Chriſti in mundum. Et bene deſignatur Ioānes in proprietate vocis, quia erat annunciator verbi diuini, id eſt, Chriſti. qui eſt verbum patris ſecundum diuinitatē vt ſupra dictum eſt. Vox enim humana eſt verbi mentalis expreſſiua.*

Et qui miſſi fuerāt, erant ex Phariſæis. Et interrogauerunt eū, & dixerunt. *Hic declaratur teſtimoniū Ioānis factum ad interrogationem eius de officio. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur nunciorū interrogatio ſecūdo Ioānis reſponſio, ibi* Reſpondit eis. *tertio, quædam reſpectu præcedentiū cōcluſio, ibi.* Hæc in Bethania. *Circa primum conſiderandum, quod ſicut dictum eſt: Phariſæi inter alios Iudæos videbantur magis religioſi, propter ꝙ dicantur Phariſæi a Phares, quod eſt diuiſio, quia in habitu, in geſtu & victu erant ab aliis quodammodo diſtincti in ſignum maioris religionis propter ꝙ oſtendebant ſe magis zelare pro ritu legis, propter quod audientes a Ioanne, ꝙ non erat aliquis trium prædictorū quos expectabant tāquā perſonas ſolemnes, quæſierunt ab eo quare baptizabat inducendo nouum ritum, & hoc eſt quod dicitur.* Et qui miſſi fuerant erant ex Phariſæis Et interroga &c. *Et patet litera ex dictis.*

2 Reſpondit eis Ioannes. *Hic ponitur reſponſio Ioānis, in qua perhibet teſtimoniū de Chriſto dicēs, quod ſicut præcurrebat prædicationem Chriſti ſua prædicatione & denunciatione, ita baptiſmū Chriſti pcurrebat ſuo baptiſmate, ſicut & prophetæ antiquitus aliquādo denunciabant futura nō ſolū verbis, ſed etiā factis, vt ſupra dictum eſt & hoc eſt quod dicitur hic.* Reſpondit eis Ioannes dicēs. *Ego baptizo in aqua lauando tantum corpus, ad deſignādum illum qui ſuo baptiſmate lauabit animas, vnde ſubditur.*

3 Medius autem veſtrum ſtetit. *Id eſt, communiter viuens inter homines. Chriſtus enim vitam communem inter omnes duxit, vt patet ex decurſu euangelij.*

4 Quem vos neſcitis. *Scilicet quantum ad diuinitatem imo ipſum ſimpliciter negauerunt coram Pilato.*

5 Ipſe eſt qui poſt me, &c. *Hoc exponatur ſicut ſupra expoſitum eſt.*

6 Cuius non ſum dignus, & cæt. *Cum Chriſtus calciamēta nō portauit quod patet ex hoc quod dicitur Lucæ. 10. a. portare calciamenta apo-* ✲

Chriſtus calciamētis vſus non eſt

## MORALITER.

† *Quid ergo baptizas, ſi tu non, &c.* Q. d. Tu tibi vſurpās officium alienum.

† *Reſpon-*

2 *Reſpondit.* Non reddendo iniuriam pro iniuria, ſed humiliter & vere di.

† *Ego baptizo in aqua.* Corpora tantum lauando, ad ſignificandum illius baptiſmū, qui lauat animas in ſpiritu ſancto.

A MISTICE. Ligaturam myſterii incarnati verbi nõ ſum dignus penetrare, vel nomen ſponſi mihi vſurpare.

a *Hæc in Betha.* Duæ ſunt Bethaniæ. Vna trãs Iordanẽ altera citra non longe a Ieruſalẽ, vbi Lazarus ſuſcitatus eſt. illa quæ trans Iordanem eſt, ſignificat humanam naturã lege naturali ante fluẽta gratiæ, qua gratia poſt incarnationẽ Chriſti abundãs fuit quæ natura ad hoc creata erat, vt lege naturæ obediret in qua Ioannes baptizat, quia a peccato nõ liberat. Baptizat vltra fluenta diuinorum donorum, quę nõdum in Chriſto inchoauerant in humanam naturã deſcendere.
B Illa quæ eſt citra Iordanem ſignificat eandem humanam naturam obedientem ſub legẽ gratiæ, quæ eſt proxima Ieruſalem, i. viſioni pacis per charitatem, in qua Chriſtus mortuum ſuſcitat, quia a peccato liberat.

Id eſt, in domo obedientiæ baptizat, vt ſignificet obedientiam conuenire baptizatis.

a ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiã calciamenti. Hęc
in Bethania facta ſunt trans Iordanum, vbi erat Ioannes ba-

Altera cognitione. · Ioannes ... & corporis.

ptizans. † Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, &

Innocens immolandus ... agnus paſchalis. b Qui venit. c Non de loco ad locum, ſed ... d Hic ... ſecundum ... quia ille me ...

ait: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit † peccata mundi, Hic eſt de

Iſti id a Poſt ... Natiuitate & cæteris ... dignitate.

quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior

De ... a Vſu baptizandi, & oſtenſione humilitatis Chriſti.

me erat, & ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur in Iſrael

b *Altera die vidit Ioannes Ieſum.* TYPICE. Ioannes, i. populus gratiæ altera die, id eſt, poſt legem cognoſcit agnum quo redimitur.

c *Venientẽ ad ſe, & ait.* Non ſolum greſſib. corporis ſed et interioris ſuæ contemplationis acceſſibus, quia dignatus
C eſt a Ioanne cognoſci ſecũdum diuinitatẽ & humanitatẽ.

d *Ecce agnus Dei, &c.* Tria miniſtrat agnus poſſidentibus ſe lac ſimplicis doctrinæ, quo paruuli nutriuntur, lanã, id incrementa virtutum, Eſum carnis ſuæ.

e *Peccata mund.* Peccatũ mundi dicitur originale peccatum quod eſt commune totius mundi, quo tota humana natura ſimul & ... mel prædita lege ... uinas per inob... entiam tranſgr... eſt in paradiſo, ... originale ſing... que ſuperaddita ... tia relaxat.

f *Poſt me venit* ... Chriſtus eſt vi... quo nobis cong... & pro nobis ſ... & filius Dei in... patri cõgruit & ... cata dimittend... conciliat nos ei.

g *Vt manif.* Hic eſt agnus q tollit peccata, q non ego ẽt melius modo noui, ſed propterea baptizo vt manifeſtetur Iſraeli. Ne. n. propter inſolentiam, miſſus baptizarent Chriſto in ſpiritu, vſu baptizandi et viã parauit, vnde per ad ipſum q via eſt ventum eſt, baptiſmus eius ceſſat, in baptiſmo ẽt Ioannis manifeſtatur humilitas Chriſti, qui implendo totius iuſtitię, ſicut enim opus eſt Chriſtũ & mori, ſic & baptizari. Si enim ipſe qui non eget a ſe baptizatur, non dedignentur quantumcunque ſapientes & ſancti a domino baptizari, ſine quo permanent in peccatis.

*Baptiſmus*

## NICOLAVS DE LYRA.

*menta apoſtolis inhibuit ipſe fecit q docuit, vt habetur Act. 1. a ideo patet hic q hæc erat Metaphorica locutio.* Cuius non ſũ di &c. *Quia Ioannes in hoc dicit ſe non eſſe dignũ exhibere Chriſto etiam minimum obſequium, hęc exprimens ſecundum communem modum loquendi. Cum enim aliquis paruitatem ſuam & alterius excellentiam vult exprimere, ſolet communiter dicere, non ſum dignus tangere ſotulares eius, vel aliud huiuſmodi. Nec mirũ, ſi hoc Ioãnes dixit, quia homo quantumcunque magnus Deo comparatus, nihil eſt niſi puluis & cinis per hoc etiam oſtendit Ioannes ipſis Phariſæis, q officium alienum non vſurpabat, ſed tantum ſuum proprium officiũ ſcilicet præcurſoris exercebat.*

1 Hæc in Bethania facta ſunt. *Hic ponitur quædã concluſio ad maiorem expreſſionem prædictorũ videlicet determinatio loci: forte enim adhuc viuebant aliqui qui interfuerant teſtimonio Ioãnis, & ideo ex conditione loci voluit eos euangeliſta reducere ad memoriã facti, dicens.* Hęc in Bethania facta ſunt. *Aduertẽdum, tamen, q hæc Bethania non eſt illa quæ eſt prope Ieruſalẽ ſita, vbi Lazarus fuit ſuſcitatus, ſed eſt alia villa eodẽ nomine vocata ſita ſupra Iordanem, ex altera tamen parte fluminis ſcilicet in ſorte duarum tribuum & dimidiæ, & ideo ad hoc deſignandum ſubditur.*

2 Trans Iordanem vbi erat Ioannes baptizans. *Orizenes tamen dicit, quod ibi dicitur Bethabora, quæ erat villa vltra Iordanẽ ſed vitio ſcriptorum fuerit corruptum.*

3 Altera die. *Hic conſequenter explicat teſtimonium Ioannis de Chriſto in eius præſentia: & hoc dupliciter primo generaliter corã turbis ſecũdo, ſpecialiter coram aliquibus diſcipulis Ioãnis, ibi.* Altera die ſtabat. *Prima ĩ tres quia primo ponitur Ioãnis teſtificatio ſecũdo excluditur teſtificãtis ſuſpicio, ibi.* Hic eſt de quo dixi. *tertio ſubiungitur teſtimonij confirmatio. ibi.* Et teſtimoniũ perhibuit. *In prima parte dicitur ſic.* Altera die. *Ex hoc patet q Ioãnes pluries teſtimonium ferebat ipſi Chriſto etiam qualibet die, quia ad hoc totum officium eius & prædicatio ordinabatur.*

Diuiſio.

4 Vidit Ioannes Ieſum. *Præſentialiter quia teſtimonium quod eſt per viſum eſt efficaciſſimum.*

5 Venientem ad ſe. *Hoc nõ eſt intelligendum de aduentu Chriſti ad baptiſmum, ſed poſt, quod patet ex hoc quod ſequitur infra q Ioannes ante iam viderat ſpiritum deſcendentem ſuper eum quod factum fuit in baptiſmo, & ideo patet quod Chriſtus poſt baptiſmũ venit ad Ioannem, vt teſtimonium Ioannis pluribus latũ & præſentialiter eſſet efficacius. Subditur autem teſtimonium Ioannis de Chriſto dupliciter. Primo quantum ad eius veram humanitatem, in qua pro nobis immolatus eſt cum dicitur.*

6 Ecce agnus Dei. *Id eſt, a deo miſſus, immolãdus, vt hoſtia acceptiſſima: Circa quod conſiderandũ, quod licet alia animalia immolarentur in lege, vt bos, vitulus, capra & huiuſmodi tamẽ Chriſtus magis vocatur agnus quã cætera immolaticia, duplici de cauſa. Prima eſt quia inter omnes figuras veteris teſtã agnus paſchalis expreſſius figurabat paſſionem Chriſti, quia ille agnus erat ſine macula & per eius immolationẽ filij Iſrael liberati ſunt a ſeruitute Aegypti, ſicut per paſſionem Chriſti, qui peccatum non fecit, ſumus liberati a ſeruitute diaboli. Secunda cauſa eſt, quia iuge ſacrificium quod figurabat perpetuitatem beatitudinis, fiebat de agno, ſicut & Chriſtus eſt noſtra beatitudo. Secundo fert teſtimonium Ioannes de Chriſto quantum ad eius diuinitatem, cum ſubditur.*

7 Qui tollit peccata mũdi. *Quia tollere peccatum eſt proprium ipſius Dei. Dicitur aũt hic peccatum ponendo ſingulare pro plurali, ſecundum modum Idiomatis Hebræi, vt patet Exod. 8. f. Venit muſca grauiſſima, i. multitudo muſcarum. Vel aliter dicitur peccatum in ſingulari, licet ille agnus tulerit omnia peccata, tamen ſpecialiter do pro peccato originali occiſus eſt.*

8 Hic eſt de quo dixi. *Hic conſequenter tollitur ſuſpicio Ieſus. n. erat cognatus Ioannis ex parte matris & ideo ſi hoc teſtimonium dixiſſet tantum poſtquam Ieſus fuit ei notus, poſſent aliqui habere teſtimonium eius ſuſpectum, & ideo teſtimoniũ Ioãnis de Chriſto fuit aliquo modo antequam notitiam determinatam haberet de ipſo, quia primo in generali fuit reuelatus aduentus Chriſti per quos de futuro ipſi Ioanni, & fuit ſibi præceptum a domino, vt baptizaret in nomine venturi & prædicaret eius aduentum & præpararet populum & tunc incæpit ferre teſtimonium de Chriſto generali, dicens quod cito eſſet venturus tamen neſciebat quis eſſet determinate, ſed tunc datum fuit ſibi ſignũ cognoſcendi ipſum ſcilicet per apparitionem ſpiritusſancti ſuper eum, & hoc eſt quod dicitur.* Hic eſt de quo dixi *Quaſi dicat non modo incipio ferre teſtimonium de ipſo ſed antequam cognoſcerem ipſum.*

9 Poſt me, &c. *Exponatur ſicut ſupra.*

10 Et ego neſcie. eum. *Quãtum ad perſonam determinate.*

11 Sed vt ma. Iſrael. *Id eſt ipſi Iſraeli.*

* Prop

†

## MORALITER.

1 *Hæc in Bethania facta ſunt.* Quæ interpretatur domus obedientiæ, ideo p hoc ſignificatur, quod Ioannes ex obedientia a Dei venerat Chriſtum nunciare immolandum pro redemptione mundi.

10 *Et ego neſciebam eum.* Ante reuelationẽ mihi factã anno quintodecimo Tiberij Cæſaris, vt habetur Lucæ 3. a. quidem reuelatio facta facit Ioanni in deſerto, vt habetur ibidem & per hoc ſignificatur, quod reuelationes diuinæ fiunt habitantibus in deſerto pęnitentiæ. Pſal. 62. a. in terra deſerta inuia & inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

† *Altera*

a [B]aptizans:Christus a Ioāne baptizatur, vt indicetur oīs
hu ilitas q̄ eſt oīs iuſtitia.Se d : ō ſolus,ne baptiſma Ioan
nis nctius & maius,in quo Deus homo baptizatus eſt vi
der ur baptiſmo Chriſti,in quo homines baptizātur, Ba
pti ntur autē alij a Ioanne, vt vſus baptizandi p̄paret viā
bap ſmo Chriſti.

b testimonium.Si-
cu dixit ſe veniſſe
vt anifeſtaret Chri
ſtu : ita perhibuit
teſ noniū ſcilicet
vid ſpi.In quo didi-
cit uod prius neſci
uit venerat etiam
præ icare pœniten-
tia ,i.facere p̄para-
tio em p̄dicationis
C iſti,ſed tm̄ de p̄-
pa tione baptiſmi
po it ſingulariter,
ga ptiſmus Chri
ſti t ſummum ſa-
cr uentū inter alia.

Non in ſpiritu peccati tollens.

propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium per-

a hibuit Ioannes, dicens † Quia vidi ſpiritum deſcendentem

b a Corporali ſpecia columbæ. b Vt ioannes per eu n excellentius de Chriſto intelligeret

c c Comparatione huius cognitionis nam ex uiſu & auditu (licet corporali) multum. proficiebat in cognitione maieſtatis & poteſtatis reuelatis oculis.

d quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum: & ego

† neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille

mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcendentem

a Non alius. Qui l. b Ecce quid didicit. c In quo eſt rem ſſio Quod non eſt Ioannis

e & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiri-

f a Illum ſpiritum.

g tuſancto. Et ego vidi & teſtmonium perhibui, quia

a Vnicu unde poteſt baptizare. b Immobilis in culmine perfectionis.

h hic eſt filius Dei. † Altera die iterum ſtabat Ioannes, & ex

a Spiri. deſcen.Non quod modo primum deſcenderit,ſed
B vt er hoc deſcendere oſtendatur,& manere in baptizatis
aq i & non aliter,vt Ioannes per eum de Chriſto excellē-
ti intelligeret.
d Et ego neſcie.A v g.Viſa columba dicit ſe per eā didiciſſe
q̄ rius neſciebat.Sciebat quidem,q̄ erat dn̄s;quod agnus
tc ens peccata,q̄ ab eo deberet baptizari, ſicut & ꝯfeſſus
et,ſed neſciebat quod ſibi eſſet retenturus & nulli tradi-
tu is p̄tātem baptiſmi,& miniſterium,per quod ꝯſtat vni
ta eccleſiæ,ne ſint tot baptiſmi quot Baptiſtæ.Potuit aūt
di p̄tātem baptiſmi alicui ſeruo vice ſua tradere, vt tanta
e t vis in ſerui baptiſmo quanta in domini,ſed voluit vt
ip baptizatorum tantum ſit in domino,non in homine,
& niantur in eo,vt ſit vna columba, & non diuidatur per
h nines Vnde nihil differt baptiſma dn̄i,ſiue per bonum
ſi per malum tradatur miniſtrum,nec iteratur,qa ſemp
C e baptiſmus domini.Baptiſmus Ioannis iteratur,qa non
d eſt,ſed hominis,& ſi ex Deo.Baptiſmus Iudæ,nō Iudę
ſ domini eſt,nec iteratus.Vt autē vnitas & fraternitatis
pax ſine

pax ſine laniatione in omnib baptizatis ſeruaretur,quaſi in D
vna columba quę gemit in ærūnis mundi,& ramū q extra
eſt,ſi fructum hēt ferr ad arcam,iō ſpiritus in quo baptizat
& columba oſtendit.Vt aūt habita vnitate & pace in ſe fer Gen.8.b
ueant ꝯ mala,poſt in igne datus eſt apoſtolis, & in linguis
diuerſis ſm̄ diuerſi-
tatem gentium quę
modo vniūtur,olim
de vna diuiſæ in tu-
midis ædificatorib.

Nota quod in ſa-
cramento baptiſma Act.2.a.
tis ſicut & in alijs, Gen.11.
ſolus Chriſtus ope- a.
ratur.Alij vero ſunt
miniſtri. Vnde Apo
ſtolus. *In labore & mente ſunt differentes in operatione indifferen* E
*tes.*

Hiero.Oſtendit Roman.
Ioannem non ſcire 12.
p baptiſmum Chri-
ſti,i.mūdum eſſe redemptum:nam ſciebat eum filiū eſſe,
& natum in carne. Aug. dicit Ioannem ignoraſſe hoc tm̄
vtrum ſibi retineat vim baptizandi an alicui ſuorū tribuat.
e *Et manen.* A v g.Spiritualiter dr̄ ſpiritū manere in Chri
ſto,a quo nunquam per peccatum receſſit,in quo ſemper
mirabiliter vixit & mirabiliter operatus eſt. In ſanctos ve-
nit,per peccata recedit.Manet tn̄ ſemp in eis ad aliquid, vt
Chriſtus eis promiſit. ſ.vt bonis ſemper inſiſtant. Ad ali-
quid non manet ſcilicet vt ex eo prophetent,uel miracula
faciant,& ideo hoc quod dicit eſt primum ſignum agno-
ſcendi Chriſtum.
f *Qui baptizat.* Baptizat Chriſtus in ſpiritu,non ſolum re-
mittendo peccata in aqua,ſed & poſt purgando, & amorē
accendendo,& donis implendo.
g *Hic eſt fi. Dei.* Hic teſtatur filium Dei quē ſuperius virū
vocabat:ut ab eo habeatur teſtimonium vtriuſque naturę. F
h *Altera die iterum ſtabat Ioannes.* Typice ſtat Ioānes,ceſſat
lex tamen teſtimonium perhibens Chriſto. Ambulat Ie-
ſus,id eſt gratia hincinde colligens.

Ecce

## NICOLAVS DE LYRA.

Propterea ueni ego in aqua bapti. *Quia totum officiū Ioan baptizando & prædicando erat ordinatum ad manifeſtationem Chriſti,ſed cōtra illud quod dicitur hic.* Et ego neſcie.eū *Videtur illud q̄ habetur Mat.3.d.quod Ioānes prohibebat Ieſu venientē ad baptiſmum,dicens: Ego a te debeo baptizari ergo vt videtur ante baptiſmum ipſum cognouit. Dicendum,quod in baptiſmo cognouit eum dupliciter. Primo per relationem diuinam,quando venit ad baptiſmū Ioānis,& tunc dixit ei Ioannes illud Ma.3.d.Ego a te debeo baptizari Secundo cognouit eum,quando ſpiritusſanctus deſcendit, ſuper eū in ſigno viſibili a deo prius ſibi dato vt dictum eſt. Et ideo dicitur hic.* Et ego neſciebam eu. *Refertur ad tempus præcedens baptiſmum quo Ioannes non cognoſcebat Ieſum quantum ad perſonam terminatam.*

Et teſtimonium perhi.Ioannes,di. *Hic ponitur teſtimonij Ioannis cōfirmatio per ſignū ſibi diuinitus datum de Chriſto a principio,quod poſtea vidit in ipſo,& hoc eſt quod dicitur.* Et teſtimonium perhi Ioann.di.

Quia vidi ſpi.&c.man.ſu. *Hoc fuit quando Ioannes baptizauit Ieſum,vt habetur Matth.3.*

Et ego neſcie.eum. *Iſtud refertur ad tēpus præcedens baptiſmum,vt dictum eſt. Aug.autē refert neſciebā, ad poteſtatē excellentiæ in baptiſmo quā ſibi Chriſtus retinuit. Quæ conſiſtit in quatuor. Primum eſt,quod ipſe ſolus baptiſmum inſtitueret. Secundum eſt, q̄ effectum baptiſmi ſine baptiſmo cōferre poſſet. Tertium eſt quod meritum paſſionis eius in baptiſmo efficaciam haberet. Quarto quod ab eo tempore baptiſmus conferretur in nomine ipſius, ſicut habetur Act.19.a.quaſi dicat ego neſciebam, quod hanc excellentiam prædictā in baptizando ſibi retineret,vnde ſubditur poſtea.* Hic eſt qui bapti. *ſolus quantum ad iſtam excellentiam. Prima tamē expoſitio magis videtur conſonare literæ:ita quod,illud,neſciebam eum, referatur ad tempus præcedens baptiſmum Chriſti, quando Ioānes non cognoſcebat Chriſtum adhuc in perſona determinata,vt prædictum eſt,ſed tantum in generali, & cum hoc fuit ſibi datum ſignum cognoſcendi eum determinate in futuro per apparitionem ſpiritusſancti in ſigno uiſibili. Ideo ſubditur:*

5 Sed qui miſit me. *Id eſt, Deus per expreſſam miſſionē & apparitionem, vt ſupra dictum eſt.*

6 Baptizare in aqua. *Quia baptiſmus Ioannis gratiam nō conferebat,ſed baptiſmum Chriſti ſignificabat,& ad ipſum diſponebat.*

7 Ille mihi dixit Super quem videris ſpiritum deſcēd.& manen.ſuper eum. *In ſigno uiſibili columbæ.*

8 Hic eſt qui baptizat in ſpiritusancto. *Quod eſt propriū ipſius Dei ſcilicet ſaluare animas per gratiam ſpiritusſancti*

9 Ego vidi. *Spiritum ſanctum prædicto modo deſcēdentem ſuper Ieſum.*

10 Et teſtimonium perhibui quia hic eſt filius Dei. *Scilicet naturalis,& per conſequens habens eandem virtutem cū patre.*

11 Altera die. *Hoc explicat teſtimonium Ioānis de Chriſto factū corā diſcipulis Ioānis ſpecialiter. Et diuiditur in duas quia primū ponit huius teſtimoniū. Secundo teſtimonij fructum,ibi,* Et audierunt. *In prima parte dicitur ſic.* Altera die iterū ſtabat Ioānes & ex diſcipulis eius duo. *Dicit altera die, ad denotandum quod Ioannes pluries & frequenter ferebat teſtimonium de Chriſto,ut ſupra dictum eſt. Per hoc quod ſubditur.* Diuiſio.

12 Stabat Ioannes. *Oſtenditur,quod ipſe paratus erat ad exercendum ſuum officium,teſtificando de Chriſto,baptizando, & docēdo. Vnde ſubditur.*

Et reſpi

*MORALITER.*

† *Altera die iterum ſtabat* Ioannes,*&c.* Sicut dictū eſt, per Ioannem prædicator euāgelij deſignatur, & ideo per hoc quod dicitur hic,ſtabat, ſignificatur quod prædicator euāgelii debet eſſe conſtans in prædicatione uerbi diuini,

a Firmiter eius adhærentes magiſterio. b Ex dilectione. c In carne ad nos venientem.

diſcipulis eius duo, & reſpiciens Ieſum ambulantem 1

a Diſcipulis oſtendendo. b Quid me ſequemini? Illum ſequimini qui eſt agnus Dei, precium mundi. c Intellexerunt

dixit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquē- † 2

a Sequentes euangelium legem audierunt, vtentes eius teſtimonio.

Imperio magiſtri.

tem, & ſequuti ſunt Ieſum, Conuerſus autem Ieſus, & videns 3 4

a Dat fiduciam interrogandi. Magiſtrum. b Quæcunque vellent.

eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: 5 6

a Hoc nomine fidem ſuam inducunt, iam ſequuntur vt magiſtrum b Latine.
c Noluit eis tranſitorie vt, ſed ſibi e locum quo frequenter veniat & ſecreto inſtrui.

Rabbi, quod dicitur interpretatū magiſter, vbi habitas? Dicit 7

eis: Venite, & videte. Venerūt, & viderūt vbi maneret, & apud 8

a Non eſt nox vbi eſt lumen Chriſtus, ad quem poſtquam peruenitur, ibi eſt manendum.

eum manſerunt die illo. Hora aūt erat quaſi decima. Erat aūt 9 10

a Virilis, quia conſtans & fortis Obedientis.

Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant 11

A ☞ *Ecce agnus Dei.* AVGVST. Si agnus Dei, eſt innocens, Ioā. agnus, an non & ipſe eſt innocens? ſed omnes ex illa propagine veniunt, de qua cantat gemens Dauid: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum.* Solus ergo ille agnus qui non ſic venit. Nō in iniqtate cōceptus eſt, nec in peccatis mr̄ eius cū ī vtero aluit quē virgo ɔcepit, virgo peperit, qa fide ɔcepit, & fide ſuſcepit.

Tract. 5. in Ioan. tom. 9. Psal. 50.

a ✠ THEOPHYL. Dicitur Chriſtus agnus Dei, in quātū Deus pater mortē Chriſti acceptauit pro noſtra ſalute, vel inquantū eum pro noſtris tradidit morti. ſicut enim dicere conſueuimus, Hęc oblatio eſt talis hominis, id eſt. quā talis homo obtulit, ſic Chriſtus dicitur agnus Dei, dātis. ſcilicet filium ſuum ꝓ noſtra ſalute ī mortem, & ille quidem agnus typicus nullius oīno peccatū ſuſtulit, hic vero peccatum vniuerſi orbis terrarū, periclitātē enim mundum eruit ab ira Dei, vnde ſubdit. *Ecce qui tollit.*

In hunc locum.

B b *Sequuti ſunt Ieſum.* Sequuti ſunt, vt eum iam potius quā Ioannem audirent, non tñ adhuc ei penitus adhærētes ſed vt videant vbi habitat, vt aſſidue ad eum veniant, & ab eo erudiantur, & poſtea perfecte ſunt ſequuti, quando eos de naui vocauit. Duo ſequuntur, quia qui ſequuntur gemina charitate debent accendi.

Mat. 4. d.

c *Conuerſus.* Quaſi a tergo viderāt, ſed quaſi faciem ꝓbuit illis dum de maieſtate deſcendit, vt poſſet videri, dum pro vmbra legis euangelij lucem exhibuit.

d *Quid quæritis?* Interrogat non ignorans, ſed vt mercedē habeant reſpondentes, qui rem, non perſonam, quid non quem, ne videatur oſtendere illis perſonam, reſpondet.

Hom. 17 in Ioan. tom. 3.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hinc erudimur, qa cū nos bene velle

vellet īcęþim⁹, ſtūc De⁹ dat nobis multas ſalutis occaſiones.

✠ THEOPHYLACTVS. Vide q̄ ſequentibus ſe Dominus conuertit faciem, & reſpexit, quia niſi per bonā operationem ipſum ſecutus fueris, ad viſionem faciei eius nunquam pertiges, neque ad domum eius poteris peruenire.

eis ſigna domus, neq; locum, ſed attrahit eos ad ſequendum. Non dixit, Non eſt tempus nūc audietis cras, ſi quid vultis dicere, ſed vt ad amicos, & familiares loquitur qualiter alibi ait: *Filius hominis non habet vbi caput reclinet.* Hic autem dicit, venite & videte vbi habito. Sed ꝑ hoc quod dixit. Non habet vbi caput ſuum reclinet, demonſtrauit, quod habitaculum proprium non habebat.

g *Die illo.* Oſtendit nouum teſtamētum, ſiue præſentem vitam.

h *Hora autē erat quaſi decima.* Quia ex lege venerāt, decurſu legis ad Chriſtū miſſi, hora decima quęrunt ab eo doceri, quia non alius docet legem, niſi qui dedit eam. Ducet eos cum miſericordia, & implentur quę implere non poterant, vel hora decima veſperam mundi indicat.

i *Frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierāt à Ioāne ſecuti fuerant.* Frater iunior natu prior credit, non eſt ☞

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et reſpiciens Ieſum ambulantē. *Scilicet prope locū vbi ſtabat Ioannes, quia Chriſtus poſtquā baptizatus eſt a Ioanne, ad tempus moratus eſt prope locum, & factus eſt Ioanni familiaris, vt ſic Ioannes frequenter diceret teſtimonium de Chriſto in ſua præſentia, & ſic ab aliis cognoſceretur, vnde ſubditur.*

2 Ecce agnus Dei. *Breuiter repetit euangeliſta teſtimonium q̄ fuerat ſuperius dictū, ideo omittit illud quod ſupra dictum eſt.* Qui tollit peccata mundi. *Et exponatur ſicut ſupr. expoſitum fuit.*

3 Et audierūt. *Hic ponitur fructus prædicti teſtimonii. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur fructus ſequens ex Ioannis teſtificatione. Secundo ex diſcipuli conuerſi prædicatione, ibi.* Erat autē Andreas. *Tertio ex Chriſti vocatione, ibi.* In craſtinū. *Fructus autē primus fuit cōuerſio diſcipulorū Ioānis ad Chriſtū, quæ fuit inchoata per Ioannē inquantum diſcipuli teſtimoniū eius reuerenter audierunt, & tanquā veriſſimum executi ſunt in opere, & hoc eſt q̄ dicitur.* Et audierunt eum duo diſcipuli loquentē, & ſecuti ſunt Ieſum, *deſiderātes ei adhærere & eius doctrinę audire, ſed iſta conuerſio conſummata eſt per ipſum Chriſtum. Vnde ſubditur:*

4 Cōuerſus autē Ieſus. &c. *Ex ſua benignitate & miſericordia.*

5 Vidēs eos ſeq. ſe, dicit eis. Quid. quę. *Q. Paratus ſū ad voluntatē veſtram, nec petit hoc ex ignorātia, vt aliquid addiſcat, ſed vt eorū reſponſione cōuenientius eos dirigat, ſicut Gen. 3. b. dixit dominus Adam vbi es? vt ex ſua reſponſione conuenientius argueret ipſum. Sequitur.*

6 Qui dixerūt ei: Rabbi quod di. inter magi. *Iſtud q̄ dicitur interpretatur magiſter, non eſt de verbis eorum ſed eſt verbū euangeliſtæ interpretantis nomen Hebr. quod eſt Rabbi, vnde dixerunt Rabbi vbi habitas? quærentes domum eius tanquam ſtudioſi diſcipuli, vt poſſent frequenter cum eo & ab eo inſtrui.*

7 Dicit eis: Venite & videte. *Libera iter cōdeſcendēs petitioni eorum. Sed quia dictum eſt de domo Chriſti, hic videtur cōtrarium ei quod dicitur Mat. Filius hominis non habet vbi caput ſuū reclinet. Dicendum, quod in Matthæo dicitur non habuiſſe propriū domicilium, non tamē negatur quin habuerit ſicut hoſpes domum aliquam datam pro tempore ad manendum. Sic enim frequenter fuit in domo Marthæ, & eodem modo ad tempus māſit prope Ioannē, poſt baptiſmum ſuum, rationibus prædictis, tamen in hoſpitio alieno, quod patet ex hoc quod non erat de loco illo, ſed de Nazareth. Sequitur.*

8 Venerunt & viderunt vbi maneret. *Sicut hoſpes, vt dictum eſt.*

9 Et apud eum man. &c. *Audientes verba vitæ ab eo.*

10 Hora autē erat quaſi decima. *Id eſt, ꝓpe veſperā. In quo patet ardor eorum ad audiendum Chriſtū, quia cū hora veſpertina ſoleāt homines reuerti ad propria domicilia, tamē omnibus dimiſſis manſerunt cum ipſo vſque in craſtinum, deſiderio audiendi.*

11 Erat autē An. *Hic cōſequenter ponit fructus prouenientem*

## MORALITER.

1 *Et reſpiciēs Ieſum ambu:* Per q̄ ſignificatur q̄ prædicator † euangelii debet diligēter cōſiderare proceſſū vitæ Chriſti & nō ſolū conſiderare, ſed etiam prædicare. Ideo ſubditur.

† *Dixit. Ecce agnus. Dei.* Eius innocentiā prædicādo & obedientiā vſque ad mortem, & audiētes debēt deuote recipere talem prædicationem, q̄ ſignificatur ꝑ hoc q̄ ſubditur.

3 *Et audierunt eum duo diſcipuli loquētē & ſequuti ſunt* Et dominus Ieſus ad tales cōuertitur per clemētiā, & recipit per gratiā, & inſtruit eos ad neceſſaria ad ſalutem. Andream vero & Philippum qui a Chriſto edocti ſunt de ſalute fratrum ſuorum ſoliciti, ſignificantur illi qui proximos ſuos quantum bono modo poſſunt inducunt ad ſequelā Chriſti multos qui non ſolum non inducunt, ſed poſſe auertunt.

fi i in annis. Forte ad dignitatē Andreas dicitur eſſe frater
A P ti, ſuper quē, id eſt, ſup cuius fidē fundāda erat eccleſia.
a *Inue. hic pri.* Vera pietas ſtatim inuentum theſaurū nū- ci fratri, vt ſicut eſt ſanguine, ſit & germanus in fide.
b *Inuenimus Meſſiam, &c.* Chriſtus grece. Meſſias Hebraice v lus latine, vere e m vnctus eſt a ſp itu ſancto ſpecia li r, a qua vnctio n Chriſtiani app . la tur. Quod Iacob e cit lapidem poſt v onem in titulū
B q m olei ſuperfu- ſi vnxit, iam diui- n us per illam Pe- t m, futuram Pe- t m ſcilicet Chri- ſt m ſpiritu ſancto v gendum figura- li r intellexit ī qua P tra ſic fundari eccleſiam præfigurabat, &c.
c *Tu es Simon filius.* Prius dicit nomet vt hēt a parentib. vt ſ nificetur mutatio dū de Simone Petrum dicit. In muta t ne aūt notatur viuacitas myſterij, ſed nec prius nomen c et virtute. Et. n. Simon obediens filius gratiæ vel co- l nbæ, dum venit ad Ieſum, ſequens fratrem, vnde a Pe-
C t Chriſto dicitur Petrus, firmus in illo, in figura eccleſiæ c æ in Petra fundatur.

*Tu es*

à Ioanne, & ſequuti fuerant eum inuenit hic primum fra-

a Hoc verbo Innuit quod diu eum quæſierunt b Hebraice. Latine.

a trem ſuum Simonem, & dicit ei. Inuenimus Meſſiam, quod

a Non dedignatur maior ſequi minorem.

b interpretatum eſt Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum.

Se reto cordis. ex q an cognito mutat nomem. a Per ſpiritum obedientiæ. b Id eſt columbæ ſcilicet ſanctiſ. iritus ex quo humilis dum maior ſequitur minorem.

Intuitus autem eum Ieſus dixit. Tu es Simon filius Ioanna

c Non notat nom en, ſed præſignat. Id eſt poſt reſurrectionem ad gentes.

d Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In craſti-

e a Iudæa, vbi erat Ioannes baptizans. Os lampadis.

f num voluit* exire in Galileā, & inuenit Philippum. Et dicit ei

d *Tu es Simon:* CHRYSOSTOMVS. Ideo nomē mutauit D
vt oſtendat quia ipſe eſt qui vetus teſtamentū dedit, & no Ho. 18.ī
mina tranſmutauit, quia Abram, Abrahā vocauit, & Sarai Io. to:3.
Saram & Iacob, Iſraelem Igitur multis quidē & a natiui-
tate nomina impoſuit, vt Iſaac & Samſon aliis aūt poſt eā
quæ a progenitori-
bus eſt nuncupatio-
1 nem, vt Petro & fi-
lius Zebedei. Nam E
2 quibus quidem a
prima ętate debebat
3 virtus clareſcere, ex
tunc nomina ſuſce-
4 perunt, quibus au-
5 tem poſtea debebat
6 augeri, poſtea nun-
7 cupatio poſita eſt.
8 e *Filius Ioanna, &c.* * Ieſus.
9 Iona dicitur, &
10 Ioanna indifferen-
11 ter. Iona columba
Ioanna gratia interpretatur.
f *In Galilæam & inuenit Philippum.* Galilæa dicitur tranſmigratio, vel reuelatio. Tranſmigrat enim homo de vitijs ad virtutes, & poſt de virtute in virtutem, & ſic fit ei reuelatio vt videatur Deus deorum in Syon. Vocaturus ergo diſcipulum ad ſequendum, id eſt, ad imitandum exit in Galileā ipſo loco innuēs, vt ſicut ipſe proficiebat ſapientia, & ſicut per paſſiones intrauit in gloriam, ſic & ſequaces. F Pſal. 83. b.

☞ *A Bethſaida*

NICOLAVS DE LYRA.

* *ipuli cōuerſione, quia audita Chriſti doctrina ſtatim iuit ad quærendum fratrē ſuum ad audiendum Ieſum Chriſtum, & hoc eſt quod itur.* Erat au. an. &c. ſe. fue. eū. *Scilicet Chriſtum. Nomen aūt erius diſcipuli hic tacetur, quia modus ſcribentium eſt tacere oprias laudes vel ſaltem loqui de ſe ſicut de alio, ſicut infra vlti. g. dicit Ioannes euangeliſta de ſe ipſo. Hic eſt diſcipulus ille, &c. exprimendo nomen ſuum. Et eodem modo loquitur hic, quia probabiliter creditur, quod ipſemet fuerit cum Andrea, quia circūſtātias i & temporis deſcribit quaſi ille qui præſentialiter vidit. Poteſt iam aliter dici, quod ſolus Andreas nominatur, eo quod antiquior principalior erat, vnde & hanc prærogatiuam habuit, quod fuit imus Chriſti diſcipulus, quia de duobus primo adhærentibus Chri ipſe fuit principalis & primus, & ſicut Stephanus fuit prius matryr. Sequitur.*

Inuenit hic primum fratrem Simon: *Non inuenit eum a aſu: ſed diligenter quæſitum, deſiderans eum habere fratrem in religione fidei, ſicut & in propinquitate carnali, contra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingreſſu religionis, vnde ſequitur.*

2 Et dicit ei, &c. Chri. *Id eſt, vnctus quia Chriſtus eſt rex & ſacerdos vnctus in humana natura plenitudine gratiæ, ſicut reges & ſacerdotes in veteri teſtamento inungebātur corporali vnctione. Et bene dicit.* Inuenimus. *quia ſufficienter erat inſtructus a Chriſto per teſtimonia legis & prophetarū, quod ipſe erat vere Chriſtus. Et quia conſumatio boni odoris eſt per Chriſtum, ideo ſequitur.*

Et adduxit ad Ieſum. *Tum quia non confidebat de ſe, quod poſſet eum ſufficienter inſtruere ideo libenter ad magiſtrum redibat abita occaſione.*

.16.b. Intuitus autem eum Ieſus. *Non ſolum exterius, ſed etiam interius videns eius deuotionem, quia intuetur cor.*

Dixit Tu es Simon. *Id eſt, vere obediens quaſi dicat nomen uum eſt proprietati tuæ conſonum.*

Filius Ioanna. *Mat. 16. c. dicitur. Bariona, i. filius Ioanna. Dicēdum, ꝙ idem eſt nomen patris Petri Iona & Ioāna, aliqualiter tñ diuerſificatum, ſicut in latino, Nicolaus & Colinus. Vel aliter dicēdum quod pater Petri erat binomius, & ſic Iona & Ioanna ſunt duo nomina. Hoc videtur ex eorum interpretatione, quia Iona interpretatur columba, Ioanna, in quo gratia. Dicit ergo filius Ioanna q. d. hoc cognomen conſonat tuo nomini quia ille qui eſt vere obediens eſt filius gratię ſpiritusſancti qui per columbam deſignatur.*

Tu vocaberis Cephas. *Id eſt, capitaneus. Et idem ſonat hoc nomen Petrus, quia fundamentum hēt quodammodo proprietatē capitis, vnde Mat. 16. c. qñ dictum eſt ei à Chriſto: Tu es Petrus &c. nō fuit nominis noua impoſitio, ſed nominis prius impoſiti commemoratio vel confirmatio, quia hic ſibi fuit impoſitum ſecundū Auguſtinū Aliqui tamen alij dicunt e conuerſo, quod tunc fuit ſibi impoſitū, ſed hic prædictum fuit ſibi imponendum propter quod dicitur.* Tu vocaberis *Quaſi loquens de futuri nominis impoſitione. Notandum ēt quod mutatio nominis facta a Deo ſemper facta eſt ex aliqua gratia ſpāli, quam a Deo conſecutus eſt ille cuius nomen mutatur. Sicut Iacob vocatus eſt Iſrael, eo quod vicit dominum Gen. 32. f. Et Adam vocatus eſt Abraham, quando facta fuit ſibi promiſſio de ſemine, in qua benedicendæ erāt omnes gentes terræ illius Gen. 17. a. Et eodem modo hic Simon vocatus eſt Cephas, ex hoc quod vocatus fuit ad Chriſti fidem, & vocandus de proximo ad apoſtolatum & principatum apoſtolorum, & Matth. 16. c. vocatus eſt Petrus quod idē eſt, vt dictum eſt propter fidem & Chriſti confeſſionem, qua dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Sed contra illud quod dicitur hic de vocatione Petri & Andreæ, videt illud eſſe quod habetur Mat. 4. d. Ambulās Ieſus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonē qui vocatur Petrus & Andreā fratrem eius, mittentes rete in mare: & vocauit eos. Ex quo patet, quod fuerunt vocati de naui. Dicendum quod vocati fuerunt ad fidem & ad Chriſti aliqualem familiaritatem iuxta Iordanem ſecundum modum qui hic ſcribitur, ſed poſtea ſuper mare Galileæ fuerunt vocati ad apoſtolatum, & ideo tunc relictis retibus et naui ſequuti ſunt eum non amplius ad propria reuerſuri.*

8 In craſtinum. *Hic conſequenter ponitur fructus prouenient ex Chriſti vocatione. Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur ipſius Philippi vocatio. Secundum, ex hoc ſequens Nathanaelis conuerſio, ibi.* Inuenit Philippus. *Circa primum ſciendum, qd Chriſtus venit ad baptiſmum Ioannis, vt virtutem regenerandi tribueret aquis: & vt baptiſmum Ioannis, et eius doctrinam approbaret, & vt de Chriſto, per Ioannis teſtimonium latum in Chriſti præſentia, populus ipſum cognoſceret propter quæ Chriſtus ad tempus moratus eſt prope locum illum, vt ſupra dictum eſt & ideo hoc peracto voluit redire in Galilæam, vbi fuerat nutritus, & in illo reditu vocatus eſt Philippus & hoc eſt quod dicitur hic.* In craſtinum autē. *Scilicet poſt vocationem Petri.* Diuiſio.

9 Voluit exire in Galilæam. *Si enim manſiſſe prope Iordanem, poſtquam fuit cognitus a populo, omnes cucurriſſent ad eum, & dimiſiſſent Ioannem. Quod patet ex effectu, quia duo ex principalioribus diſcipulis Ioannis ſecuti ſunt iam eum, vt dictum eſt, & ideo volens deferri Ioanni, & dare nobis exemplum fugiendi applauſum populi, inde receſſit. ſequitur.*

10 Inuenit Philippum, *Non à caſu, vel quaſi ignotum, ſed ex ſua præordinatione, vt eum uocaret ad fidem, & illuminaret, vnde ſequitur.*

11 Et dicit ei Ieſus ſequere me. *Quod autem Philippus ſecutus eſt eum, ſtatim credens, non mirum, quia vox Chriſti non ſolū hēbat uim mouendi aud tū, ſed etiam animū. poteſt etiā probabiliter dici, quod Philippus erat iam edoctus de Chriſto ab Andrea & Petro, unde ſubditur.* Erat autem Philippus a Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri. *Quaſi reddatur ratio quare ſtatim ſecutus eſt Chriſtum, ex hoc quod erat uilla Andreæ ex Petri, ex quo probabile eſt, quod docuerant ipſum.*

A a *A Bethſaida ciuitate.* Nō fruſtra nominatur ciuitas, nec fruſtra dicit Philippi, Petri & Andreæ. Sonat.n. domus venatorum, in quo notatur animus & officium iſtorū, Sunt.n. venatores in capiendis animabus, vnde Philipus antequā fiat Apoſtolus ſponte vocat Nathanaelem.

b *Inuenit Phili.&c.* Nathanael peritiſſimus ſcripturarum intelligit quod non aliij ſcilicet à Nazareth exire ſingularē Nazarenum: Quare autem doctiſſimus, nō eſt in apoſtolum elect⁹. Omnes enim apoſtoli primum de
B idiotis, vt confundātur ſapientes.

c *Quem ſcripſit Moy.* Vt cautus venator multis rationibus veritatem fratri aſtruit ſcilicet quod Ieſus eſt qui prænunciatur in lege & prophetis. Filius Ioſeph, qu eſt de domo Dauid, vt per eum (non quod de eo natus) cum Maria mātre eius (quā ſciebat ex prophetis virginem peperiſſe) notetur eſſe ex Dauid.

d *Et dixit ei Nathanael* Vel dubitando interrogat vel affirmat vt legiſperitus, a ciuitate tāti nominis poſſe eſſe aliquē bonum vel eximium doctorem, vel ſummū ſaluatorē. Dicitur enim Nazareth, flos vel germē munditiæ, vel ſanctitas. Vtriq; aūt ꝓnūciationi cōgrue ſubditur: *Veni & vi.&c.*

e *Ecce vere Iſraelita.* Dolus, id eſt, ſimulatio. Si.n. habet pec
C cata. cōfitetur. Non ergo negat peccatorē, ſed in eo laudat confeſſionem. Phariſæi autem ſunt doloſi qui ſe bonos dicant cum ſint mali.

f *In quo dolus nō eſt.* ⁂ A v g. Quid eſt in quo dolus nō eſt? Forte non habebat peccatum, forte illi medicus non neceſſarius? abſit. Nemo ſic natus eſt, vt medico illo nō [egeret]. Dolus enim cum aliud agitur & aliud fingitur. [Quo]modo ergo in [quo] dolus non erat [pec]cator eſt? Fatet[ur] peccatorem. Si e[nim] peccator eſt, & [iu]ſtū ſe dicit, dolu[s eſt] in ore ipſius. I[gitur] in Nathanaele [con]feſſionē peccati [lau]dauit, non indic[auit] nō eſſe peccato[rem].

g *Vnde me noſti.* [A]gnoſcens domin[um] loqui de ſua con[ſcien]tia, nō ex indign[atio]ne quærit, ſed a[dmi]rādo, vnde & e[x] virtute.

h *Sub ficu vidi* A v g. Nathana[el] id eſt, donū Dei, eſt verus populus Iſrael donū Dei, q[ui] ſub ficu abditus, id eſt, ſubditus ſub ꝯſuetudine peccat[i &] vmbra mortis, vt primi parentes ſub fici foliis ſe texe[runt], vbi prius viſus eſſet à domino & quæſitus, quā domi[num vi]deret & quæreret, & ante ēt quam per apoſtolos voc[aret].

i *Rabbi tu es filius Dei.* Quia cognouit Nathanael Ch[riſtum] abſentē vidiſſe q̄ ipſe in alio loco geſſerat, id eſt, quom[odo] & ubi vocatus ſit a Philippo, qđ eſt indiciū Deitatis, [confite]tur nō ſolū magiſtrum, ſed & Dei filiū, & regē Iſrael, [...] Chriſ[tum]

Ieſus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida ciuita- *(Venationis domus.)*
te Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, *(Fratrem ſuum.)* 1
Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ, inuenimus Ie- 2
*a Et hoc nomen a prophetis, ut & Maria quæ non ignorans ſe uirginem, dicit. Ego & pater tuus. Id eſt, de ſemine Dauid. b Patriam ponit, ut noter eum de quo propheta. Nazaræus uocabitur. c Virgultum.* 3 4 5
ſum filium Ioſeph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Na- 6
zareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, veni, & 7 8
vide. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo. 9
Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael: 10
Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Prius quàm te 11 12
*a Id eſt, ſub arbore fici. Id eſt, ſub legis litera. Elegi.*
Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei 13 14
*a Ecce eadem uox Nathanaelis & petri, unde & Petrus meruit uocari. b Cuius ego miles.*
Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſrael

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Inuenit Philippus. *Hic ponitur conſequēter Nathanaelis conuerſio, quæ oſtenditur primo incboata per Philippum, & ſecundo cōſummata p Chriſtū, ibi:* Vidit Ieſus. *Circa primū cōſiderādū, ꝙ Philippus a Chriſto inſtructus, iuit ad quærendū Nathanaelem fratrē ſuum, deſiderans eum habere fratrem in fide, ſicut in carne, & hoc eſt quod dr̄ hic:* Inuenit Philippus Nathanaelem. *Nō a caſu inuenit eum ſed diligenter quæſitum, vt dictū eſt. Iſte autē Nathanael erat homo literatus, et edoctus in lege & prophetis, & iō Philippus quamuis eſſet parum literatus a principio, tñ iam erat inſtructus a chriſto in ſcripturis legis & prophetarum loquentibus de ipſo, ideo annunciando Chriſtū fratri ſuo, quem ſciebat literatum, incępit a teſtimonio legis, & Prophetarum dicens.*

2 Quem ſcripſit Moyſes in lege. *Hoc habetur Gen.pen.b. Nō auferetur ſceptrum de Iuda, &c. Et Deut. 18.c.* Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris, &c. *Quę ad literā de Chriſto ſunt intelligenda, ut patet per prædicta.*

3 Et prophe. *Omnes enim prophetæ de Chriſto loquuntur, q̄a ad Chriſtum omnes eorum prophetiæ principaliter ordinabātur.*

4 Inuenimus Ieſum. *Quaſi dicat. Hoc nomen congruum eſt prophetis, qa promittunt Meſſiā Saluatorē: Hoc ēt nomē ponitur expreſſe de Chriſto, Habacuch vlt.c.* Ego autem in domino gaūdebo & exultabo in Deo Ieſu meo. *Et in Apocryphis Eſdræ.* Et erit *poſt annos hos, & morietur Ieſus filius meus, & conuertetur ſeculū.*

5 Filium Ioſeph. *Philippus hic loquitur ſecundū cōem modum loquendi, quia putabatur eius filius, vt habetur Lucæ 3: Hoc etiam cōſonat ſcripturæ, quæ clamat vbiq; Chriſtū deſcendere de ſtirpe Dauid, de cuius tribu erat Ioſeph, propter quod & Chriſti genealogia p ipſum computatur, vt patet Matth.1. & Lucæ 3. Quamuis enim non fuerit pater Chriſti, fuit tamen in matrimonio cōiunctus matri eius, quæ erat eiuſdē tribus, prout diffuſius declaraui ſuper Matth.*

6 A Nazareth. *Locus ēt iſte conſonat ſcripturæ loquenti de Chriſto. Eſa.11.a. ubi dicitur ſic ſecundū Hebraicā veritatem.* Egredietur virga de radice Ieſſe & Nazaræus de radice eius aſcēdet *Et ideo Nathanael videns hanc cōſonantiam. ſtatim reſpondit.*

7 A Nazaret poteſt aliq. eſſe. *Affirmatiue ſecundū Aug. Aliter exponitur hoc ſecundū Chryſoſt. negatiue & dubitatiue. Quia (ſicut dictum eſt) iſte Nathanael erat legiſperitus, & ideo vidit ꝙ duo prima non habeant calumniam ſcilicet nomen propriū quod eſt Ieſus et genus ſcilicet Dauid. Sed de loco videbatur eſſe contra ſcripturam Mathe.c.5.a. vbi expreſſe dicitur Chriſtum naſciturū in Bethelē. Et tu Bethlē Ephrata paruulus in milib. Iuda.* Ex te enim egredietur qui ſit dñator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio a di[ebus] æternitatis. *Propter ꝙ legis ſcribæ rñderunt Herodi quærent[i vbi] Chriſtus naſceretur, ꝙ Bethleem erat natiuitatis ſuæ locus vt [habetur] Mat.2.a. Et dictum ſuum confirmauerunt per ſcripturam præ[dictam] Michæ.5. Et propter hoc Nathanael cōceſſis duobus primis ta[nquam] manifeſte veris, quærit dubitatiue de tertio dicens.* A Nazaret aliqd boni eſſe? *Et quia Philippus non erat perfecte inſtructu[s] duxit eum ad Ieſum, vt ab illo plenius audiret, propter quod ſeq.*

8 Dicit ei Philippus ve. *Id eſt, addiſcere ab eo. Notandū b[ene] ſecundum veritatē euangelij Chriſtus natus fuit in Bethleem, vt habet Mat.2.a. & Luc.2.a. ſicut fuerat prædictū p prophetā, ſed [nutri]tus & nutritus in Nazaret, vt habet Luc;2.f. & 4.d. & pro[pter] hoc vocat a prophetis Nazaræus & ſic patet cōcordia prophe[tarum].*

9 Vidit Ieſus. *Hic deſcribitur cōuerſio Nathanaelit, cōſum[mata] per Chriſtū, vbi Chriſtus oſtēdit ſe verum eſſe Meſſiā promiſſu[m] trib. ſignis, quia legiſperiti ſigna quærebant, vt dr̄ 1.Cor.1.d. I[udæi] ſigna petunt. Et in plurib. locis in euangelio perunt ſigna a Chr[iſto]. Secundum ponitur ibi:* Reſpondit Ieſus. *Tertium ibi:* Rñdit [Na]thanael. *Primum ſignum fuit manifeſtatio occulti, præſentis.ſ. [cogita]tionis cordis, & puritatis conſcientiæ ipſius Nathanaelis, qu[æ non] poterāt eſſe nota niſi virtute diuina, & hoc eſt quod dicitur hic [Vi]dit Ieſus Nathanael venientem ad ſe. Non ſolum vidit [exte]rius, ſed etiam vidit cor ipſius interius, vnde ſequitur.*

10 Et dicit de eo. Ecce vere Iſraelita in quo dolus n[on eſt]. *Quia ſine ītētiōe doli et falſitatis veniebat, vt veritatē cognoſ[ceret].*

11 Dicit ei Nathan. *Hic ponitur ſecundum ſignum, quod eſt [reue]latio occulti præteriti. Videns aūt Nathanael ꝙ conditionem mentis expreſſerat, quæ ſiuit vnde ipſam ſciebat, dicens.*

12 Vnde me noſti? Reſpōdit Ieſus & dixit ei. *Per reue[latio]nem alterius occulti.*

13 Prius quā Philippus te vocaret cū eſſes ſub ficu, vi[di te]. *Ideſt, cognoui propoſitū cordis tui: ad literā prius loquuti fuer[ant] inuicē de Chriſto ipſe & Philippus ſub ficu, in tali diſtantia ꝙ [Chri]ſtus eos nō poterat videre oculo corporali, nec aliquis alius era[t præ]ſens qui potuiſſet ei referre, & ideo propter hoc ſignū & præc[edens] Nathanael ſtatim confeſſus eſt ipſum eſſe Chriſtum, vnde ſeq[uitur].*

14 Reſpondit ei Nath. & ait. Rabbi, tu es rex Iſr. *Id eſt [qui] expectatur, vt ſit rex Iſrael. Expectant.n. oēs Iudæi Meſſiam regem futurum. Et hoc modo videtur loqui iſti Nathanael, qu[i non] habebat adhuc cognitionem perfectam de Chriſto. Non.n. vi[detur] intellexiſſe tunc ipſius diuinitatem, quia non dixiſſet:* Tu e[s rex] Iſrael, ſed potius, mundi. *Et per hoc quod dicitur:* Tu es

✻ *fui*

A Criſtum in quo probatus eſſe Iſraelita, vt dicitur, id eſt, videndis Deum.

*Tu es filius Dei.* ✠ CHRYSOSTO. Quaſi dicat. Tu es, qui expectabaris, tu es, qui quærebaris, quia .n. argumentum inexpugnabile ſuſcepit, venit ad confeſſionē, & in mora priori diligentiā oſtendens & in poſteriori confeſſione deuotionē. Multi autem legentium ſermonē hunc ignorantur. Petrus .n. post miracula & doctrinam eſt cōfeſſus, quoniam filius eſt Dei, beatificatur, vt à patre reuelationem iam ſuſcipiens. Nathanael autem ante ſigna & doctrinam hoc dicens, nihil tale audiuit: Eſt igitur huius cauſa, quoniam verba quidē locutus eſt Petrus & Nathanael, nō autem eadem mente, ſed Petrus quidem confeſſus eſt filiū Dei, & Deum verum, hic autem hominem nudum, dicēs: *Tu es filius Dei*, induxit. *Tu es rex Iſrael.* Dei autem filius non Iſraelis eſt rex ſolum, ſed & orbis terrarum vniuerſi.

*Videbitis cęlum apertum.* Nathanael Iſraelita, dicit viſurus apertum cœlū, & angelos Dei deſcendentes & aſcendētes sicut olim patriarcha Iacob vidit ſcalā, & angelos aſcendentes & deſcendentes, qui per benedictionem vocatus eſt Iſrael. ✠ AVG. Quod dictum eſt Nathanaeli, modo impletur in Chriſtianis, quia poſtq̄ homo Deus aſcendit, credentib. in eū aperitur aditus cœli. Et uident angelos, id eſt, prædicatores, ſuper eū aſcendentes, dum arcana Deitatis cōſiderāt & prædicant, & deſcendentes, dū infimis ſe contemperant D & humana de eo prædicant. Et maius eſt eis cęlū aperiri, & vtrāq; in eo cognoſcere naturam per angelos, quam viſos, id eſt, præſcitos eſſe, dum eſſent ſub umbra mortis. Si .n. ibi manerent quid profuiſſet ibi uideri?

a Q. ſub arbore fici veniſti ad fidem.

Reſpondit Ieſus, & dicit ei: Quia dixi tibi, vi^a^di te ſub ficu, cre- 1

a Quia per illud paruum veniſti ad fidem, venies ad maiora. 2

dis: † ma^a^ius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, vi 3

Hoc maius. 4

debitis cœlum apertum, & angelos Dei deſcendentes & aſcen 5

dentes ſuper filium hominis.

b *Angelos Dei.* Sæpe hoc miraculum apparuit, quod angeli aſcendebant & deſcendebant ſup Chriſtum.

c *Super fi.h.* Chriſtus dicit ſe filium hominis, affirmās quod minus eſt .ſ. humanitatem Nathanael & E Petrus filium Dei, quod maius eſt, affirmans diuinitatem. Ecce confirmatio vtriuſque naturæ in Chriſto. Iſti confitētes deitatem, merentur aſcendere, ille aſſerens humanitatē teſtatur ſe ad redimendum veniſſe. *Super fi.h.* Confirmat ſe eſſe hominem ne aliqui errarent, credentes ipſum tātum eſſe Deum, vt etiam Petrus cum dixit Abſit à te domine. Mat. 16.

d *Super fi.h.* ✠ CHRYS. Vide qualiter paulatim eum à terra abducit, & facit ꝙ non vltra eſtimet Chriſtum eſſe hoīem ſolum. cui .n. angeli miniſtrant, qualiter hic homo purus eſſet? per hoc igitur ſuadet angelorum ſe eſſe dominatorem. Sicut .n. in proprium regis filium deſcenderunt & aſcenderunt in eum miniſtri regales, hoc quidem in tempore crucis, hoc vero in tempore reſurrectionis & aſcenſionis, ſed & ante hoc quando acceſſerunt & miniſtrabant ei & quādo euangelizabant eius natiuitatem. Ho. 20. i Io. 10. 3.

CAP. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ſ: confeſſus eius diuinitatem, ſicut poſtea confeſſus eſt eam Petrus dicens,* Tu es Chriſtus filius Dei viui. *Matt. 16. c. Et propter hāc confeſſionem dictus eſt beatus a Chriſto, ſed intellexit hanc filiationem per quandam excellentiam.*

Reſpondit Ieſus. *Hic ponitur tertium ſignum, quod reuelatio cultus futuri. Modus .n. cognitionis humanæ eſt, vt ab imperfecto, ad perfectionem ducatur ordinate, ut patet 1. Phyſi. Et quia gratia perficit naturam, ideo conſimilis ordo eſt in cognitione gratiæ, quia primo eſt imperfectior, & poſtea ad perfectionem deducitur, propter quod Chriſtus ipſum Nathanaelem iam Chriſtum cognoſcentem quantum ad gratiæ excellentiam, vlterius deducit eum ad cognoſcendum ſuā diuinitatem per obſequium angelorum ſibi exhibendum tanquam ſuperiori. Nulla .n. natura eſt ſuper angelicam niſi diuina, & hoc eſt, quod dicitur,* Reſpondit Ieſus. *Credis, ſ. me eſſe Chriſtum, quantū ad excellentiam gratiæ.*

Maius his videbis. *Cognoſcendo virtutem diuinæ ſubſtantiæ.*

Et dicit ei. *ſ. Philippo & Nathanaeli.*

Amen amen dico vobis. *Amē, idem eſt quod fideliter, & ideo vbi duplicatur, eſt ſignum maxime certitudinis & firmitatis.*

5 Videbitis cęlum apertum. *i. obſequium diuinitatis in humana natura latentis. Si .n. quæratur, ubi hoc viderunt? Poteſt dici, in aſcenſione Chriſti, ut habetur Act. 1. b.* Cumque intuerentur in cælū euntem illum, ecce duo viri aſti, &c. *i. duo angeli in ſpecie virorum. Similiter in reſurrectione uiderunt apoſtoli angelos ſtantes ſupra ſepulchrum Chriſti, & in paſſione apparuit angelus de cælo confortans eum Luc. 22. e. Quæritur etiam hic. Quare Nathanael non fuit uocatus ad apoſtolatum, cum a Chriſto ſuper alios fuerit cōmendatus, ut patet ex prædictis. Dicendum, ꝙ Chriſtus uoluit primos fundatores eccleſiæ ſimplices homines eligere, ne prima conuerſio hominum ad fidem humanæ ſapientiæ aſcriberetur, ſed diuinæ, et propter hoc iſte Nathanael & Nicodemus, de quo habetur inf. 3. a. Nō ſunt inſtituti apoſtoli, quia erant homines literati, fuerunt tamen a principio ad fidē uocati, nec ſi a principio omnes fuiſſent ſimplices, crederentur per oppoſitum per ignorantiam decepti. Poſtquam uero fides Catholica fuit radicata. Paulus uocatus eſt ad apoſtolatum, quāuis literatus eſſet. Vnde dicitur 1. Corint. 1. d.* Videte vocationem veſtram fratres, *quia non multi ſapientes, &c.*

Nathanael quare non fuerit vocatus ad apoſtolatum.

NI-

## MORALITER.

† *Amen amē dico uobis.* Per quos ſignificatur prædicatores, qui dicuntur aſcendere ſuper filium hominis, quādo prædicāt Chriſti Deitatem, & deſcendere, quando pro eius amore quærunt reuelare proximi neceſſitatem.

MO-

## ADDITIO I.

In c. 1. Ioannis. *Vbi dicitur in poſtil.* Et hoc patet in Ariſto. qui inter alios Philoſ. videtur verius ſcripſiſſe, &c.

7 Quid fa. vt ope. opera. *Id eſt, opus per quod poſſimus prædictū cibum conſequi.*
8 Reſpondit Ieſus & di. &c. *Per ꝙ hūc cibum poteritis aſſequi.*
9 Vt credatis, &c. Q*uod autem fides hic dicitur opus, videtur eſ-ſe contra illud quod habetur ad Rom.4.a. vbi fides diſtinguitur con-tra opus. Dicendum ꝙ ibi diſtinguitur contra opera exteriora, hic au tem dicitur opus manens tantum in anima.*
10 Dixerunt. *Hic contra dictum Chriſti obiiciunt dicentes.*
11 Quod ergo tu facis ſignum, &c. *Q. d. Tu adhuc non feciſti ſi-milia Moyſi, propter hoc ſubditur.*
12 Patres noſtri mandu. &c. *Q. d. Moyſes dedit manna, tu autem panem hordeaceum. Iterum dedit 40. annis, tu autem pauiſti nos ſe-mel tantum & ſubditur reſponſio.*
13 Amen, amen dico vobis, &c. *Scilicet proprie dicto, quia non de cælo ſidereo & empyreo, ſed de cælo aereo, quia deſcendebat, vt ros vel pruina, ut habetur Num.1.b.*
14 Sed pater meus. *Diuiditur enim verum cōtra figurale, & ideo manna non fuit proprie panis verus, quia fuit figura panis ſpiritua-lis dati in ſacramento; & ideo iſte eſt verus panis qui fuit figuratus per illū. Dicitur etiam de cælo vere & proprie dicto, quia Chriſtus, rōne deitatis de cęlo oritur, id eſt, de Deo patre ſimiliter, rōne huma nitatis, quia anima immediate à Deo creatur, virtus etiam formati-ua corporis fuit uirtus ſpiritusſancti, ut ſupra dictū eſt, ideo ſequit.*
* Panis

*MORALITER.*

1 *men, amen dico vo.* GREG. Non pro ſignis dominum, ſed pro panibus quærere, eſt ad officium religionis non pro au gendis virtutibus, ſed pro requirendis ſubſidiis temporali bus nhiare.
3 *peramini non cibum.* CHRISOS. q. d. vos exquiritis eſcam temporalem, ego autem corpora veſtra nutriui, ut per hoc † exquireretis illam eſcam, quæ non temporalem, ſed æter-nam tribuit uitam. Hæc autē eſca eſt Chriſti corpus in Eu chariſtia, prout patet per literam ſequentem, in quo loqui tur ſatis diffuſe de ſacramento Euchariſtiæ, oſtendēs quid in eo realiter continetur. Vnde inf. eo. c. dicitur: *Caro mea ve re eſt cibus & ſanguis meus vero eſt potus.* Per quod tollitur er-ror Berengarii, qui dixit Chriſti corpus in hoc ſacramen-to tanquam in ſigno contineri, propter quod dictum ſuū, tanquam erroneum reuocauit. In reſiduo huius capit. non accurrit mihi aliquis ſenſus myſticus notabilis, ideo ſuffi-ciat literalis. Error Bereng.

† MO.

Cor iuſtificaos. Dum homo fit. Quod nou manna.

a Panis enim † verus eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam
b mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da nobis
c d panem hunc. Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis vitæ, qui

a Hnc eſt, qui credit in me & comedit me. Idem eſt non ſitire, utroque enim ſignificatur æterna ſacietas.

venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet † in

a Ego ſum panis reficiens quem uos præſentem habetis, & non manducatis credendo. b Sed ſi vos non creditis, non ideo inutiliter ueni, non ideo alios perdo, ſed venientes recipio.

e æternum. Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non creditis.

a Per fidem mihi vn tur. b Paſſibus fidei & bonæ operationis.

f Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit

a Factus ſum homo vt humilem Deum ſequatur ille quem pudet ſequi humilem hominem.

g h ad me non eiiciam foras, quia deſcendi de cœlo, non vt fa-

Hominis. Dei patris.

ciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.

i Hæc eſt † enim voluntas eius qui miſit me patris, vt omne

A a *Panis enim uerus.* Angeli purum verbum ſolidum cibum comedunt: Nos vero verbum, ſed in lac verſum, quia ſi nō poſſumus comedere, poſſumus ſugere. Niſi enim incarnaretur, à nobis non cognoſceretur, à nobis non guſtaretur.

✻ Theophilactvs. Seipſum dicit panem verum, quia principale ſignificatum per Manna, eſt vnigenitus Dei filius homo factus. Māna namque interpretatur, quid eſt hoc, nā Iudæi videntes ſtupefacti, vnus ad aliū dicebat, qd eſt hoc? Filius autem Dei factus homo, ipſe eſt potiſſimum admiratiuum Manna, ita vt cuilibet contingat, quærere, qd eſt hoc? quomodo filius Dei B filius hominis eſt? quomodo ex duab. naturis vna fit perſona?

6. c. Io. †Dei †autem.

b *Dat uitam mundo.*

✻ Theophil. Hic panis vita ſcdm naturam exiſtens, tanq̃ vſui patens filius ꝓprium opus facit, quia viuificat cuncta. Sicut. n. panis ex terra infirmam naturam carnis conſeruat, ſic & Chriſtus per ſpiritus operationes viuificat aīam, & etiam corpus incorruptibile facit: Nam per eius reſurrectionē corporalis confertur incorruptio: & ideo dicit, *quod dat vitam mundo.*

In ca. 6. Ioan.

c *Domine ſemper, &c.* Sicut mulier Samaritana audiens: *Qui biberit de hac aqua, non ſitiet in æternum,* ſcdm corpus accepit, & tñ labore & indigentia carere volens, dixit. *Da mihi hanc aquam,* ſic iſti quærunt panē qui eos reficiat, & nunq̃ deficiat, ꝑꝑ ꝙ eum regem facere voluerunt. Sed Ieſus ad ſe reuocat, & quem panem dixit euidētius aperit, *Ego ſum panis vitæ.* Potero dare vitā, quia ſum panis viuificans, igne ſpiritusſancti in clibano vteri virginalis coctus & formatus, & C mundo ad pellendam famem ignorantię Dei donatus.

Sup. 4. b Ibidem.

d *Ego ſum panis vitæ.* ✻ Chrysos. Neque hoc de corpore eius dictum eſt, de illo. n. in fine dicit. *Panis quem ego dabo, caro mea eſt.* Sed interim de diuinitate loquitur, etenim caro propter domini verbum panis eſt, quod ſpiritum ipſum ſuſcipiens panis cœleſtis fit.

Ho. 44. i Io. 10. 3.

✻ Theophil. Non dixit, ego ſum panis nutrimenti vitæ. Quia enim cuncta mortificata erant, viuificauit Chriſtus per ſeipſum: Eſt autem panis non conſuetæ [...]æ, ſed illius quæ morte non reſecatur.

e *Sed dixi uob.* [...]
Non dixi de h[...]
1 ne quaſi ſciā v[...]
2 ſatiandos, ſed a[...]
3 propteriū veſtr[...]
4 delitatis, quia vi[...]
5 & non creditis.
6 f *Omne, quod d[...]*
7 *hi pater, &c.* I[...]
quæcunq; pat[...]
hit ad me, pat[...]
8 filio. Pater tra[...]
6 filium illos, [...]
10 deo credunt [...]
11 lium, quia cre[...]
12 eum patrem ha[...]
13 Deum.
14 ✻ Chrysos[...]
15 hoc qđ dicit: [...]
16 *dat mihi pater,* o[...]
dit quoniā no[...]
tingens res e[...]
dere in Chriſtum, neque cogitationibus humanis p[...]tur, ſed ea quæ deſuper reuelatione indiget, etiam a[...] deuota ſuſcipiente reuelationem. Vnde non ſunt ab[...]ſatione eruti, quibus nec dat Pater: indigemus & ea q[...] nobis eſt, voluntate ad credendum.

g *Veniet* Mihi vnitur humilis humili, & ideo non fo[...]citur quod eſt tantum ſuperbi, qui nihil habet in bon[...]teriori, neque hic, neque in futuro.

h *Et eum qui venit ad me nō eiiciā foras, quia deſcēdi de cœlo.* Sed intus manebit in ſecreto beatitudinis, vnde dr̄: In gaudium dñi tui, ideo non eiiciā foras mihi hęrente[...] milē, quia veni facere voluntatē non meā, ſed patris, S[...]bus ſuā voluntatem facit, non Dei, humilis Dei, nō ſ[...] Quod eſt, quia humilis ſum docens humilitatem, ide[...] mihi hæret humilis ſit, & faciet non ſuam volunta[...] Dei, & ideo non eſt eius foras eiici, ſicut ſuperbi.

i *Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me patris, &c.* Non v[...]tas Dei vt pereat vnus de puſillis, de tumentibus peri[...] puſillis nihil.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Panis. n. verus eſt qui de cęlo deſcendit. *Modo dicto.*

✻ 2 Et dat vitam mundo. *Effectus. n. veri panis eſt vitam conſeruare, ideo ille eſt verus panis ſpiritualis, qui dat & conſeruat vitam ſpiritualem, hoc autem cōpetit verbo incarnato, propter, quod dicit infra.* Ego veni vt vitam habeant, &c.

Inf. 19. b

3 Dixerunt ergo ad eum. *Hic oſtendit quid ſit iſte panis ſpiritualis. Iudæi enim audientes bonitatem huius cibi, dixerunt.*

4 Domine ſemper da nobis. *Volebant de cætero eſſe refecti ſine eſurie & labore ſicut de muliere Samaritana dictum fuit 4. b. q̃ petit à Chriſto:* Domine da mihi hanc aquā, vt nō ſitiā, &c. *veruntamen ſicut illa non intelligebat conditionem aquæ ſpiritualis, ſic nec iſti de pane ſpirituali, & ideo Ieſus oſtendit eis quid ſit iſte panis dicens.*

5 Ego ſum panis. *Qui non ſolum vitam conſeruat, ſed etiam dat ipſam de nouo, panis autem corporalis vitam corporalem præexiſtētem tantummodo prolongat, ideo ſequitur.*

6 Qui venit ad me. *Per fidem formatam charitate.*

7 Non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum. *Quia licet habēs Deum quem habet per gratiā, deſideret habere plenius per gloriam, tamen non deſiderat rem non habitam. Cibus autē & potus corporalis eſt contrariæ conditionis, quia habitus in plenitudine in faſtidium vertitur. Sed quia poſſent Iudæi dicere, nos petimus à te panem iſtum & tu non reſpondes, dabo uel non dabo, ideo ad hoc reſpondet dicens.*

8 Sed dixi vobis. *ſcilicet quod ego ſum panis vitæ.*

9 Quia & vidiſtis me. *Et ſic habebitis hunc panem in præſentia veſtra quem paratus ſum dare,*

10 Et non creditis. *In hunc panem & non quæritis, ſed ma[...]nem corporalem.*

11 Omne quod dat mihi pater. *Hic conſequenter oſtendi[...] ſunt illi, qui fruuntur hoc pane, quia illi, qui habent gratiam in [...]ſenti, fruuntur imperfecte, in gloria autem fruentur perfecte, [...] eſt ꝙ dicitur:* Omne quod dat mihi pater. *id eſt, facit mihi [...] adhærere non ſolum ſecundum præſentem iuſtitiam, ſed etiam ſ[...]dum æternam prædeſtinationem.*

12 Ad me veniet. *Per fidem formatam.*

13 Et eum, qui. *Hoc modo.*

14 Non eiiciam foras. *Quia omnis prædeſtinatus finaliter [...]tur. Cuius cauſa ſubditur.*

15 Quia deſcendi de cęlo, &c. ſed voluntatē eius, qui [...] me. *Non eſt per hoc intelligendum, quod voluntas Chriſti in a[...] diſcordet à voluntate patris, quia ſecundum naturam diuinan[...] omnino eſt voluntas patris & filij. Similiter ſecundum natura[...]manā voluntas eius nō poterat à volūtate diuina diſcordare, ci[...]ma Chriſti eſſet coniuncta verbo, non ſolum per fruitionē, ſed [...]lem vnionē, et ſic voluntas Chriſti nullo modo poterat à volunta[...]tris diſcrepare. Et ideo facere voluntatē patris, & ſuam, eſt ide[...]cundum rem, & e conuerſo. Quando ergo dicit:* Deſcendi de [...]non, &c. *Eſt communis modus loquendi apud homines, illius q[...]nino ſequitur voluntatem alterius. Et eſt ſenſus:* Deſcendi de [...]lo, &c. *ac ſi diceret: Non veni ad declinandum in aliquo à vol[...]te patris, & per conſequens ueni ad perficiendum ſalutem elec[...] quia hæc eſt voluntas patris, ipſos prædeſtinantis, ideo ſequitu[...]*

16 Hęc eſt. n. voluntas eius, qui miſit me patris, vt om[...] *Non ſolum ſecundum præſentem iuſtitiam, ſed etiam ſecundum [...]nam prædeſtinationem.*

a Nō perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud, &c. i. quia videt me & cred in me, qui ſum vita ſicut & pater, & ideo modo habet vam quę non eſt ei ſole, ſed & reſuſcitabo eum.
b Vt omnis, qui. Sup. dicebat. Qui audit verbū meum & credit e qui me miſit, hic dr̄: Qui videt filiū & credit in eum. Nō dicit Qui credit in patre, quia hoc eſt crede e in filium, quo & in patrem; quia cut patre habet vam in ſemetipſo, ic & filius habet vam in ſemetipſo.
c Murmurabant ergo Iudæ e illo. Neſcientes h ic panem, nec patre eius cęleſte, quia iflati de ſua iuſtitia n qua de viribus is preſumunt, iuſti m Dei quęde celo enit.
d Nolite murmurare. Qua non ſum panis i de cœlo deſcen, qa vere ſum, ſed mo poteſt venire d me niſi a patre t ctus, & ideo vos non creditis me eſſe panē, quia non eſtis acti a patre.
e Nemo poteſt venire ad me. Alibi dicitur: Nemo cognouit patre n niſi per filium, quod contrarium videtur huic dicto: emo poteſt venire ad me. Sed non eſt, quia pater reuelat trah, &c. per filium.
f Niſi pater. Avg. Illum pr̄ trahit ad filium, qui ideo credit in filium, quia cogitat patrem eius eſſe Deum, i. qui credit æq em patri genitum. Tractio hæc non eſt violētię, nec nec ſitatis nec eſt inuiti, ſed voluntatis, & deſiderii, vnde dr: ibit vnumquemque ſua uoluptas. Si ergo in his in quibus non ſt vera delectatio, trahitur homo amore & deſiderio qua o magis trahitur aliquis vehemēti delectatione, cui pat reuelat panem qui eſt vita & beatitudo & omne bo nu In quo commendatur magna gratia.
g Ego reſuſcitabo, &c. Ego æqualis patri faciā eū videre qđ cre, manducare quod eſurit, hr̄e quod amauit & deſiderauit, quod non poteſt eſſe in præſenti, vbi tantum trahit̄.
h Et ſcriptum. Vere nemo venit ad me niſi pr̄ docuerit, quia ita teſtantur prophetiæ. Omnes hoīes regni illius, i. Chriſtianæ fidei. erunt docibiles Dei, quia etſi hoīes foris loquuntur, tamē Deus ſolus intus ſenſum aperit, intus inſtruit veritatis cognitione & amore, ita quicunq; audit & diſcit a patre, venit ad me. Et ne quis excuſet ſedi. Nunquam vidi patrem, quomodo diſco ab eo? Subdit̄ ratio quia pater viſibilis ſit alicui, & tamē nemo credit niſi ipſe docuerit, quomodo ergo docet? Dum audis verbum eius, i. mei, dū ego homo verbum eius coeternum, factus homo vobis loquor, & hoc eſt, Is qui eſt a Deo, id eſt, filius vidit patrem, nouit & vos docet, & ideo me audite. D

a Datum eſt ei tantum humilis in quo ſit prima reſurrectio. Ecce ſecunda reſurrectio.
a quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in 1
a Per mediatorem vult pater dare credentibus vtramque vitam.
nouiſſimo die. Hæc eſt autem voluntas patris mei, qui miſit 2 3
a Credendo in eum, & tranſeundo in vitam.
b me, vt omnis, qui videt filium & credit in eum, habeat vitam 4 5
c æternam, & ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Murmu- 6 7
rabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis viuus, 8
a Ignominioſe indignantes & eius opprobria quærentes in humilitate generis eius offendunt.
qui de cœlo deſcendit. Et dicebant: † Nonne hic eſt* filius
a Chriſti. Sed non cęleſtem.
Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo er
Quem nil latet, qui abſcondita cordium intuetur.
go dicit hic, quia de cœlo deſcendi? Reſpondit ergo Ieſus, & 9
d dixit eis: Nolite murmurare † in inuicem. Nemo poteſt ve- 10 11
a Credere in me, niſi gratia eum peruenerit, niſi pater eum reuelauerit, quæ reuelatio eſt attractio. Panis.
e f g nire ad me niſi pater, qui miſit me, traxerit eum, & ego reſu- 12
h ſcitabo eum in nouiſſimo die. † Eſt ſcriptum in prophetis: 13
i

*Ieſus. E

i In prophetis. Prophetis, dicit pluraliter, quia oēs prophetæ vno & eodē ſpiritu repleti, licet diuerſa prophetarent, tñ ad idē tendebant qua pp cum quouis eorum omnes alii concordabant, ſicut in Ioel, qui dicit. Et erunt omnes docibiles Dei. †Iſ. 52. d Ier. 3. c.

✠ Avg. Omnes docibiles Dei veniunt ad filium, quoniam audierunt & didicerunt a patre per filium. Si autem omnis qui audiuit a patre & didicit, venit: Profecto omnis qui non venit, non audit a patre, nec didicit. Valde remota eſt a ſenſib. carnis hęc ſchola, in qua pater auditur & docet, vt veniatur ad filium, nec agit hoc cum carnis aure, ſed cordis, vbi eſt & ipſe filius, quia ipſe eſt verbum eius, per quod pater ſic docet, ſimul eſt & ſpiritus ſanctus. Inſeparabilia enim didicimus eſſe opa Trinitatis, ſed patri ideo hoc eſt attributum, quia de ipſo procedit & Filius & Spiritu ſactus. Itaque gratia quæ occulte & humanis cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo corde duro reſpuitur, ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. De præ deſt. Sāctorū, c. 8. & 7. F

Omnis,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non perdam ex eo. Quia ſi talis aliquando cadit in peccatum, fin ter tamen reſurgit.
2 Sed reſuſcitem illud. Vt corpore & anima perfruatur in gloria.
3 In nouiſſimo. Homines. n. reſurgent ad vitam incorruptibilem & eo poſt illam reſurrectionem non erit in natura humana generatio corruptio, nec per conſequens in alijs creaturis corruptibilib. quæ ſunt propter hominē & per conſequens tunc ceſſabit motus cęli, qui ordinatur ad complendum numerū electorum per generationem, & ceſſabit tempus, quod ſequitur motum cœli, ut habetur 4. Phyſicorum propter hoc dicitur Apoca. 10. b. Iurauit per uiuentem in ſæcula ſæculorum, quia tempus amplius non erit. Et patet ex dictis, quod nouiſſimus dies erit dies reſurrectionis generalis. Et quia illa reſurrectio ordinatur adhoc quod electi ſint perfecte beati, ideo ſequitur.
4 Hec eſt autem voluntas patris, &c. vt omnis. Sed non accipitur hic viſio per eſſentiā, cum non ſtet cum actu credendi, ſed accipitur pro cognitione fidei formatæ, ideo ſequitur.
5 Et credit in eum. Tendendo in ipſum per dilectionem.
6 Habeat vitam æternam. Si præſeueret, quod eſt infallibiliter, vera in prædeſtinatis, de quibus loquitur, ut patet ex prædictis, ideo ſequitur.
7 Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Exponatur vt prius.
8 Murmurabant. Poſita Chriſti doctrina de ſpirituali cibo, hic ponitur in contrariū Iudæorum murmuratio. Et diuiditur in duas, qa primo ponitur hæc murmuratio, ſecundo, eius ſedatio ſubdit̄ ibi: Reſpondit ergo Ieſus. Circa primum ſciendum, quod Iudæi credebāt Chriſtum eſſe hominem purum & de ſemine Ioſeph ex Maria conceptum, ignorantes ipſum formatum uirtute ſpirituſſancti, & ideo murmorabant de hoc quod dixerat: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, &c. patet litera.
9 Reſpondit ei Ieſus, & dixit eis. Hic ponitur murmuris ſedatio. Et diuiditur in tres, quia primo admonitio ponitur, ſecundo cauſa murmuris ſubditur, ibi: Nemo poteſt. Tertio ratio dicti, propter quod murmurabant redditur, ibi: Amen amen dico vobis. In prima ergo parte admonet eos dicens.
10 Nolite murmurare. Quia patres eorum in deſerto fuerūt grauiter puniti propter murmurationem, & ideo hæc admonitio Chriſti eſt ſalubris, nec cadant in conſimilem pœnam.
11 Nemo poteſt venire ad me, &c. Hic oſtenditur cauſa p̄dictæ murmurationis, non. n. cauſabatur ex verborum Chriſti falſitate, cū eſſent ueriſſima, ſed ex Iudæorum incredulitate, & hæc eſt, quod dicitur: Nemo poteſt venire, &c. Per fidem formatam.
12 Niſi pater. Nihil enim poteſt aſcendere ad id quod eſt ſupra naturam ſuam, niſi ab alio trahatur. Sicut lapis non poteſt ſurſum aſcēdere, niſi per motum alterius, fides. n. formata charitate trahit quodammodo hoīes ad naturam diuinam, ſecundum illud 2. Pet. 1. a. Magna & precioſa promiſſa donauit nobis, ut p hoc efficiamini cōſortes diuinæ naturæ, et ideo tale donū non poteſt homo conſequi niſi a Deo trahatur Iudæi autem non ſic erant tracti, ideo murmurabāt de uerbis Chriſti. Illi autem qui a patre trahuntur ad filium per fidem formatam conſequuntur æternam uitam, ideo ſequitur. Diuiſio.
13 Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Quia anima non eſt ad plenum beata donec fuerit corpori reunita, & quia prædictus tractus eſt per diuinam inſpirationem, ideo hoc oſtendit per ſcripturam, d. Eſt ſcriptum in prophetis.

Et

A a *Omnis qui aud. a pat. & did. uenit ad me.* ✱ AVGVSTINVS. Ecce quomodo trahit pater docēdo de ueritate, nō neceſſitatem imponendo, trahere.n. Dei eſt. Quid igitur Chriſtus non docuit; quid quod patrem magiſtrū homines nō uiderunt, filiū uiderūt? Filius ergo dicebat, ſed pater docebat. Si ego homo cum ſim illum doceo qui audiuit verbum meū illum docet & pater qui audiuit verbum eius.

Tract. 26. in Ioan. 9.

†. Dociles Dei, vel docti à Deo.

b *Non quia patrem, &c.* Id eſt ego noui patrem, quia ab illo ſum & ideo credite quia qui credit ī me habet vitam æternam? Potuit dicere habēt me, ſed reuelat, quod ipſe ſit vita ęterna, quia uerbum eſt vita hominum, quod & carni ſuæ q̄ ſuſceperat, cui interuenit mors vt meritom tolleret, dat uitā in reſurrectione, ſic & aliis credentibus in ſe.

B

†De cō. diſtin. 2. Chriſtus & c. ola.

d *Ego ſum panis uitæ. Patres ue.* Manna de quo ſuperbitis, patrib. murmuratorib. quorum eſtis filii murmurando non fuit panis vitę, quia non intellexerunt in eo ſpūalem cibum, ſic & vos qui me auditis, nō ſpiritualiter intelligitis. Vixit aūt Moyſes & alii electi de manna, quia ſpiritualiter manducauerunt. Sic & qui modo verba mea ſpūaliter accipiunt. *Ego ſum panis uitæ.* Ecce ſacramentum verbis tegit, vt Iudæi & ēt aliqui diſcipuli non credentes verbis illius magis ſcandalizentur, & humiles apoſtoli humiliter credentes probentur, vnde Petrus. Verba vitæ æternæ habe.

a Qui facile doceantur a Deo. Quod non Iudæi. Quod eſt trahi a patre.

a Et erunt omnes † docibiles Dei. Omnis,* qui audiuit a pa-
b tre, & didicit, venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam
niſi is qui eſt a Deo, hic vidit patrē † Amen amen dico vobis,

Quia. Qui paſco donec paſtos iungam uitæ.

c qui credit in me, habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ

a Non morte carnali communi cum Moyſe, ſed morte ſpirituali.

Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui

i. in hoc loco panis uel demonſtrat ue dicit. Quem manna ſignificauit.

ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt † ſi quis ex ipſo

a Intus in corde intelligendo & negando b. penitus. Et ideo uiuus, quia de cæ. deſcen.

manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de
d cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æ-

Non tantum in præſenti per iuſtitiam.

e ternum. † Et panis quem ego dabo caro mea eſt* pro mundi

d *Et panis quem.* Qūo ſit panis determinat non ſolum ſecūdum verbum quo viuunt omnia, ſed ēt ſecūdum carnem aſſumptam pro mundi vita. Humana.n. caro quæ erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni eius mundæ vnita incorporata, vnum cum illo effecta, viuit de ſpiritu eius ſicut
viuit corpus de ſuo
ſpiritu, qui vero non
1 eſt de corpore Chri-
2 ſti, non viuit de ſpiri-
3 tu Chriſti. Qu
4 Iudæi non era
5 ius vnitatis li
6 nec talib. exp
7 quomodo do
carnem ſuam
manducandu
audiunt, vnde
mouea ntur.

e *Caro mea*
✱ BEDA. Hun
8 tunc dominu
9 quando myſt
corporis &. ſ
nis fui diſcipu
didit, & quand
pſum Deo patri obtulit in ara crucis, *Panis quem ego*
✱ THEOPHYL. Attende quod panis in myſteriis a
aſſumitur non ſolum figuram gerit carnis Chriſti
ſe vera caro Chriſti non enim dixit panis quem ego
figuram carnis meæ gerit, ſed caro mea eſt. Tranſm
autem inenarrabilibus verbis iſte panis per myſtic
nedictionem & habitationem ſpiritus ſancti in ca
Chriſti. Sed quare non videmus carnem? Quia ſi c
deretur, horror nos in eius aſſumptione inuaderet.
& noſtræ infirmitati condeſcendatur talis nobis vi
myſticus cibus ſecundum quod noſtræ cōſuetudini
petebat.

✱ Av

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Et erunt omnes docibiles Dei. *Id eſt, docti à Deo. Sententia enim huius dicit Eſa. 54. d.* Po. omnes filios tuos doctos à domino. *& Hiere. 3. e. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū, & paſcent vos ſciētia & doctrina. Et eſt eadem ſententia cum illa quæ hic a ſaluatore exprimitur Chriſtus enim & apoſtoli non ſemper allegauerunt ſcripturam de verbo ad verbum, ſed ſuffecit eis accipere ſentētiam. Cuius autem efficaciæ ſit diuina inſpiratio oſtendit dicens.*

2 Omnis qui. *Prædictas inſpirationss percipiendo.*

3 Et didicit. *Eas ſequendo.*

4 Venit ad me. *Per fidem formatam in præſenti, & per gloriam in futuro. Et quia Deus pater docet hominem non apparendo viſibiliter ſicut homo, vel ſicut angelus in corpore ab eo moto, vel ſicut Dei filius corpore ſibi vnito ideo ſequitur.*

5 Non quia patrem, &c. *Scilicet filius, quia naturaliter procedit à patre. Notandum, quod per hanc dictionem quiſquam, poteſt intelligi natura humana, & ſic verum eſt, quod nullus homo ante Chriſtum vidit patrem, niſi forte in quodam raptu, ſicut Moyſes, ſed talis uiſio non erat ſimilis viſioni Chriſti, qui ab inſtanti ſuæ conceptionis vidit diuinam eſſentiam per modum habitus permanentis, & vtens ſenſib. corporis. Si autem per iy quiſquam, excluditur omnis creatura, ſic intelligitur, quod ſequitur de filio ſecundum diuinam naturam, & de viſione comprehenſionis, quæ competit ſoli Deo, per hoc autem quod dictio excluſiua ibi adiungitur filio non excluditur pater uel ſpiritusſanctus, quorum eſt vna ſimplex viſio. Dictio enim excluſiua addita vni perſonæ reſpectu termini eſſentialis, non excludit aliam perſonā vt diffuſius declaratur 1. Sententiarum.*

6 Amen amen dico vobis. *Repreſſa Iudæorū murmuratione ſaluator reddit cauſam eius quod dixerat.* Ego ſum pa. &c. *Quaſi ſatisfaciens eorum quæſtioni. Et quod illud dictum ſit verum arguit. Ille eſt verus panis vitæ & de cælo deſcendens, qui poteſt præſeruare à morte & dare vitam æternam & cæleſtem, talis panis eſt uerbum incarnatum, non autem panis datus à Moyſe in deſerto, quia omnes, q manducauerunt ex illo mortui ſunt ergo, & c. & hoc eſt, quod dicitur* Amen amen dico vobis, &c. *Per fidem formatam.*

7 Habet uitam æternam. *Quæ virtualiter in gratiæ continetur. Alia litera patet ex dictis.*

8 Et panis quem, &c. *Poſtquā egit de pane ſpirituali qui eſt verbum, hic conſequenter agit de pane ſpirituali, qui eſt ſacramentum. Et diuiditur in duas partes, quia circa hoc primo ponitur d... Chrī, ſecundò, exponitur, quia videbatur obſcura, ibi:* Multi audientes *Prima in duas, quia primo oſtenditur propoſitū ... probatur quoddam ſuppoſitū, ibi,* Qui manducat. *Prima ... quia primo ſaluator docet huius ſacramēti qualitatē, ſecūdo ... neceſſitatē, ibi:* Litigabant. *Tertio eius veritatem, ibi.* Caro &c. *Circa primū ſciendū, quod in ſacramēto euchariſtiæ cōt... ipſum verbum incarnatū, & ideo oſtendens qualitatē huius ... menti quatuor tangit. Primum eſt illud quod eſt ibi ſacramentum ſcilicet ſpecies panis, cum dicit.* Et panis. *Secundum eſt ... huius ſacramenti, qui eſt ipſe Chriſtus ſacerdos ſumus. Sacerdos autem qui eſt miniſter huius ſacramenti tātumodum profert ... in perpria perſona, ſed in perſona Chriſti in alijs autem ſacram... vtitur miniſter verbis ſuis, vel verbis eccleſiæ: quib. exprimit ... quem facit, vt in baptiſmo patet, cum dicitur.* Ego baptizo ... *in ſacramento euchariſtiæ ſolum refert verba Chriſti, cum d...* Qui pridie quā pateretur, &c. *Et ſequuntur poſtea verba ... ſti conſecrationē effic. ētia, & hoc notatur cum dicitur.* Quem ... dabo. *Tertium eſt res ſignificata & contēta ſcilicet verum ... Chriſti, cum dicitur.* Caro mea eſt. *Et accipitur hic caro p... ſtinguitur contra animam & ſanguinem quia licet ſub ſpecie ... ſit anima, & ſanguis, hoc tamen nō eſt ex virtute ſacramēti, ... cōcomitantia reali, ſicut & ipſa diuinitas.* Quartum *eſt res ... ta ſed tantum ſignificata ſcilicet corpus Chriſti myſticum, qu... iungitur capiti per charitatem. Hoc autem ſacramentum dic... cramentum amoris ideo dicitur.*

9 Pro mun. *Sicut enim vita naturalis eſt in membris, e... vniuntur capiti à quo recipiunt in fluentiā ſenſus & motus. ... fidelib. qui ſunt membra Chriſti vita ſpiritualis cōſeruatur, e... vniuntur capiti Chriſto per ſacramentum amoris. Cōſiderād... quod benedicit, mundi quia alia ſacramenta ſolum ꝓficiunt ip... pientis ſolus.n. baptizatus recipit gratiā baptiſmalem & nō ... cramentum aūt euchariſtiæ non ſolum proficit ſacerdoti ſume... etiam toti eccleſiæ, & illis qui ſunt in purgatorio. Cuius rat... quia euchariſtia non tantum eſt ſacramentum, ſed eſt eccleſi... ficium inquantum continet Chriſtum paſſum, & ideo proficit ... bus Chriſti fidelib. Si autem ſumatur alio modo ſicut a laic... proficit ſolum ſumenti quia officium eius non eſt offerre ſacrifi... ſed tantum ſumere ſacramentum.*

† L

A ¶ AVGVSTINVS. Qñ caperet caro, ꝙ dixit panem, car ...: Norunt aũt fideles corpus Christus, si corpus Christi non negligant, fiant corpus Christi si volunt viuere de spiritu Christi: De spiritu enim Christi non viuit niſi corpus Christi: Nunquid enim corpus meum viuit de spiritu ...? Hunc panem ...onit Apostolus ...dicens: Vnus corpus ...lti ſumus. O Sacramẽtum pietatis? ...gnum vnitatis? ...culũ charitatis? Qui vult viuere, accedat: credat, incorporetur vt viuifice...

a *Niſi manducaueritis carnem, &c.* AVGVSTINVS. Hunc cibum & potum ſocietatem vult intelligi...re corporis & membrorum ſuorũ, quod eſt eccleſia in prædeſtinatis, quod ... factum eſt & in ...atis & iuſtificatis ...od factum eſt & ... fiet in glorificatis, quod nunc eſt ...pe, fiet in re. Huius ſacramentum ... eſt, vnitatis corporis Christi, alibi quotidie, alibi certis diebus fit, & ſumitur aliis in vitã aliis in mortem. Res vero huius ſacramenti omnibus eſt in viuificamentibus, nulli ad mortẽ, id eſt, vnitas ſanctorum. Vnum corpus & ſanguis in his rebus cõmendatur, quę ex multis in vnum rediguntur, vt ex multis granis vnus panis fit, & ex multis acinis vinum confluit.

B

b *Qui manducat meam.* Exponũt quidã ſancti de comeſtione altaris, & bene dicũt, ſed quærunt quomodo fiat in vitã æternam, cum qdam ad mortem, vt dicit Apoſtolus. Si qs comedit in altari cum hac comeſtione de qua agit hic, ſ. eum fide operãte & dilectione, hic comedit in vitam æternam. Si quis vero aliter, in mortem.

D 1.Corin. 11. f.

a Quia uſque modo non fecit mentionem de ſumptione ſacramenti altaris.

vita. † Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomo- 1
do poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?

a Et ſi ignoretis quis modus ſit dandi uel manducandi tamen niſi.

Dixit ergo eis Ieſus: Amen amen dico vobis, niſi manduca-
a ueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non 2

a Sine hac uita poteſt haberi temporalis ſed non æterna. b Ne autem de hac uita intelligerent, & inde litigarent, ſubdit. Qui manducat. 3

b † habebitis vitam in vobis. † Qui manducat meam carnem, 4

a Secundum ſpiritum, nec caro eius fraudabitur ea ſuo tempore. b Hoc dicit ne quis putet manducantem non mori corpore.

& bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: & ego re-

a Id eſt, ſocietas ſanctorum, vbi pax & unitas erit perfecta. 5

ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt ci- 6
c d bus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam 7 8

a Hoc eſt ſignum manducationis. illi edunt accedendo ad meam carnem, qui non relinquunt unitatem

carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in il

a Sic uiuet qui ſicut ego homo uiuo propter patrem uiuum cui unior, ſic qui me manducat & mihi unitur, uiuit ex me. 9

lo. Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ, &
e f qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui 10 11

Non ſic morientur in anima qui me cęleſtem panem digne manducant ſicut patres ueſtri in deſerto manna, & mortui ſunt. 12

g de cęlo deſcendit, nõ ſicut mãducauerũt patres veſtri manna 13 14

c *Caro enim.* Vere viuet anima & corpus ex hoc cibo quia caro mea. *vere eſt cibus.* Qui ſolus facit immortales, vt neque eſurient neque ſitient, alius cibus hoc non præſtat, etiã ſi in eo hoc appetatur.

d *Qui mandu.* Iam exponit quomodo fiat quod dixit, & quid ſit manducare carnem, & bibere ſanguinem, hoc eſt manere in Chriſto, & Chriſtum habere in ſe manentẽ. Qui vero non manet in Chriſto, & in quo nõ manet Chriſtus, non manducat ſpiritualiter, & ſic ſacramentum ſibi ſumit in iudicium corporaliter

† De cõ. diſt. 2. c. Initiat domin.

E

e *Sicut miſit me viuens pater & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me.* Me æqualem ſibi miſit, id eſt, hominem fecit, & inde eſt vt ad eum referam vitam meam quaſi ad maiorem.

F

f *Et ipſe ui.* Vt viuam ex patre, mea exinanitio facit, vt homo viuat ex me, participatio facit quæ me manducat.

g *Hic eſt panis.* Et ita conſtat, quod hic eſt uere panis de cęlo, nõ manna, quia illud manducantes patres vobis ſimiles

☞ mortui

NICOLAVS DE LYRA.

1 Litiga, *Hic conſequenter oſtenditur huius ſacramenti neceſſitas. Iudæi enim rudes prædicta verba Chriſti audientes, reputabãt inutilia & impoſſibilia, ideo oſtendit neceſſitatem huius ſacramẽti dicens,*

2 Niſi manducaueritis. *Sicut enim in vita corporali cibus eſt neceſſarius ad vitam conſeruandam, ita in vita ſpirituali hoc ſacramentum eſt neceſſarium, quia eſt vitę ſpiritualis conſeruatiuum, quia ſicut baptiſmus eſt quædam ſpiritualis generatio, ita euchariſtia eſt quædam ſpiritualis nutritio.*

3 Et biberitis eius. *Non eſt intelligendum, quod hoc ſacramentum ſub vtraque ſpecie ſit fidelibus exhibendum, ſed tantum hoc modo a ſacerdote ſumendum licet in primitiua eccleſia populus ſub vtraque ſpecie communicaret, tamen poſtea prouide ordinatum eſt, vt non communicet ſub ſpecie vini, propter periculum effuſionis, & quia ſub ſpecie panis accipitur quodammodo ſanguis, inquantum ibi continetur, vt prædictum eſt, quia ſub vtraque ſpecie eſt totus Chriſtus aliter tamen & aliter. Quia ſub ſpecie panis eſt vera caro Chriſti ex virtute ſacramenti, cætera vero ſunt ibi ex concomitantia. Eodem modo ſub ſpecie vini eſt ſanguis Chriſti ex vi ſacramenti, cætera ex concomitantia. Notandum quod ex hoc quod dicitur hic.* Niſi mandu. &c. *Dicunt Græci, quod hoc ſacramentum eſt tantæ neceſſitatis, quod pueris debet dari ſicut baptiſmus, quod eſt falſum, quia in ſumente hoc ſacramentum requiritur actualis deuotio & reuerentia, quæ non ſunt in pueris, & ideo verbum quod importat præceptum, tantummodo intelligitur de adultis, quibus neceſſarium eſt ad ſalutem hoc ſacramentum euchariſtiæ accipere, ſaltem in voto, ſi non poſſit haberi in re.*

Contra Bohemos

Contra Græcos.

4 Qui man. *Hic conſequenter oſtenditur huius ſacramenti vtilitas quæ eſt augmẽtatio in vita ſpirituali. Sicut cibus corporalis nõ ſolum modo nutrit & conſeruat vitã, ſed deducit ad perfectã quantitatem, ſic hoc ſacramentum perducit hominem ad conſummationem gratiæ quæ eſt gloria æterna, & hoc eſt quod dicitur.* Qui manducat carnem meam. *Non tantum ſacramẽtaliter, ſed etiam ſpiritualiter percipiens effectum ſacramenti.*

5 Habet vi. *Quia habet Deum inhabitãtem, qui eſt vita æterna.*

6 Et ego re. *Vt participatio huius vitæ ad corpus per animam deriuetur.*

7 Caro enim mea. *Hic oſtẽditur huius ſacramẽti veritas. Chriſtus enim frequenter parabolice diſcipulis ſuis loquebatur, & ideo ne crederent, quod caro eius contineretur in ſacramento euchariſtię tantummodo ſicut in ſigno, ideo hoc remouet, di.* Caro mea vere. *Quia hic ſumitur realiter, & non figuratiue, & eodem modo eſt de ſãguine ſub ſpecie vini ideo ſubdit.* Et ſanguis meus. *Dicitur etiã Caro Chriſti vere cibus, & ſanguis eius vere potus, quia reficiunt animam quæ eſt immortalis. Cibus autem corporalis tantum reficit corpus quod eſt corruptibile.*

8 Qui mandu. *Hic probat quoddam ſuppoſitum. dixerat enim quod manducatio carnis eius dat vitam, iſtud probat hic, quia illud per ꝙ aliquis vnitur principio viuificatiuo, illud dat vitã, hoc patet in vita corporali, per hoc autem ſacramentum homo vnitur Chriſto qui eſt principium vitæ ſpiritualis, ergo &c. & hoc eſt quod dicitur* Qui man. carnem, & bi. &c. *Id eſt vnitur mihi.*

9 Et ego in il. *Quia per charitatem amans eſt in amato & econuerſo.*

10 Sicut miſit me vi. pa. *Quia eſt vita per eſſentiam.*

11 Et ego viuo, &c. *Filius enim inquãtũ homo uiuit propter patrem, ſed aliter quia ſecundum ꝙ Deus uiuit propter patrem inquãtum procedit ab eo, accipit tamen eandem uitã quam habet pater. Secundum uero quod homo, uiuit propter patrem inquantum unitur ſuppoſito procedenti a patre, quam unionem concomitatur plenitudo gratiæ, quæ eſt ſpiritualis uita, & eodem modo nos, inquantũ per ſacramentum euchariſtiæ unimur Deo, uiuimus ſpiritualiter, tamen eius unio eſt realis in unitate ſuppoſiti, noſtra autem unio apud ipſum eſt per fidem & dilectionem, & hoc eſt quod dicitur.*

12 Et qui mandu. &c. *Quia per hoc coniungitur principio ſpiritualis uitę, ut uiſum eſt. Ideo conſequenter concludit eſſe uerum illud de quo murmurabant Iudæi tanquam de falſo.*

13 Hic eſt panis qui de cœlo deſcen. *Quia caro Chriſti in hoc pane contenta uirtute ſpiritusſancti fuit formata.*

14 Nõ ſicut mãducauerunt patres veſtri manna, & mor. ſunt. *Et ideo non fuit vere cibus cæleſtis, ſed tantũ figura eius, quia*

Et ego

A mortui ſunt in æternũ.hũc panẽ homo q vitam nõ hẽbat manducans,viuet in æternum. Supra dixerat. *Ego ſum panis qui de cœlo deſcendit*. Hic dicit. Hic id eſt filius hominis ad eſum cuius carnis inuito,eſt ille panis qui de cœlo deſcen. ergo idem eſt filius hominis & filius Dei.

imaginari.Oportet autem non ita indicare,ſed omnia myſteria interioribus oculis,inſpicere, quod ſemper eſt ſpiritualiter audire.Carnale vero erat dubitare qualiter pot nobis carnem dare manducare? quid igitur,nõ eſt vera ro? imo vtique. Quid igitur ait, *Caro non prodeſt quicqu*

Sed potius. — a In me qui ſum uita.

& mortui ſunt.Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ.
Hæc dixit in ſynagoga,docens in Capharnaum. Multi ergo
Quid ergo inimici? — Sapiunt ſ. carnem, & ideo innuentur,
audientes ex diſcipulis eius dixerunt. Durus eſt hic ſermo, &
Erubedite — a Quem nihil latet. — Quia ſic dixerant,ut ab illo non audirentur.
quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum
quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc vos
Quia dixi de carne mea & ſanguine.
ſcandalizat. † Si ergo videritis filium hominis aſcendentem
a Quia uerbum & homo unus eſt Chriſtus,dicitur in cœlo eſſe dum in terra loquitur. — b Dei. — c Si quis cum carne quam odit habet ſpiritum,uiuit. — d Pro intellectu uero eorum quæ dixi.
vbi erat prius. † Spiritus eſt qui viuificat caro non prodeſt
In ſe ſpiritualiter ſunt intelligenda,& uiuificant,ſed non ei qui carnaliter accipit unde ſubdit.Sed ſunt quidam,&c.
quidquam. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita
ſunt.Sed ſunt quidã ex vobis qui non credunt. Sciebat. n. ab

a *Multi ergo.* Multi carnaliter ſapientes, quaſi particulatim carnem qua indutus erat ſe eis diſtributurũ promitteret,cõ naturam eſſe putant, vt cibum hominũ, humanam carnem daret.

b *Durus eſt.* AVGVSTINVS, Sic oportebat dici vt ab hominibus non intelligeretur, ſed ſecretũ Dei verbis tegeretur ſecretum Dei intentos debet facere, nõ aduerſos.

Tract. 27. i Io. tom. 9.
† Matth. 16. f. Mat. 14. g. Lu. 22. g.
† Matth. 24. d. Mar. 14. d. Iſa. 7. b. ſecundũ 70.

c *Si ergo.* Suſpenditur oratio. Q. Tunc intelligetis quod nõ eodẽ modo quo putatis erogo corpus, & quod hæc gratia morſib. non cõſumitur, ſed ſpirituali gratia me illis dando, ipſos in corpus meum conuerto,hinc plane ſoluit quod ipſos mouerat,putabãt.n.quod corpus diſtribuerẽt, ille dicit

B in cœlum ſe aſcenſurum vtique integrum. Quid ergo tenendum ſit,aperte ſubdit.

d *Spiritus eſt qui viuifi.* Caro ſicut intelligitis,ſicut quæ in macello emitur,ſicut alius cibus non prodeſt, ipſa tamen vas ſpiritus, qui in ea ſalutem operatur multum prodeſt, ſicut ſola ſcientia inflat, ipſa tamen non eſt mala, ſed per charitatem ædificat.

1. Corin 8. a.

✠ AVGVSTINVS. Carnem quippe ſic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quod dixit tale eſt, ſpiritualiter oportet ea quæ de me ſunt, audire, qui autem carnaliter audit,nihil proficit. Eſt autem carnaliter intelligere,ſimpliciter ea quæ propoſita ſunt uidere, & nihil plus imaginari,

C Trac. 27 in Io. t. 9
Hom. 46 in Io. t. 5

Non de ſua carne dicit, ſed eius carnem qui carnaliter accipiebat quæ dicebatur.

e *Verba quæ e*, *&c.* Quibus manducandum eſſe, manere in & me in ipſo. Vtem aliquis mane in Chriſto ut membrum, & Chri in ipſo ut in templo, unitas facit. Vnitas autem ex charitate eſt, charitas autem ex ſpiritu, ergo ſpiritus qui uiuificat compagi membra non ſeparata.

✠ CHRYSOSTOMVS. Id eſt,ſpiritualia ſunt, nihil habentia carnale,neque conſequentiam naturalem, ſed ta ſunt ab omni tali neceſſitate quæ in terra,& a legib. hic poſitæ ſunt.

✠ AVGVSTINVS. Si intellexiſti ſpiritualiter, ſpiritus & uita tibi ſunt,ſi intellexiſti carnaliter, etiam ſic ſpiritus & uita tibi ſunt, ſed tibi non ſunt. Diximus hic dominum commendaſſe in manducatione carnis & potatione ſanguinis ſui, ut in illo maneamus, & ipſe in nobis, hoc autem quid facit, niſi charitas? Charitas autem diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, ergo Spiritus eſt qui uiuificat.

f *Sed ſunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent, &c.* Propheta. Niſi credideritis non intelligetis,per fidem copulamur, per intellectum uiuificamur.

☞ Ei

## NICOLAVS DE LYRA.

*vitam ſpiritualem non conferebat. ſed eam dari in ſacramento præfigurabat,quia erga deuotos habebat omne delectamentum,vt habetur Sap. 16. c. Panem paratũ præſtitiſti eis habentem omne delectamentum. Malis autem hominibus erat inſipidus,vnde dicebant Numeri 21; b.* Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo. *Sic euchariſtia digne ſumẽtibus & vitæ ſpiritualis ſolatium, & indigne ſumentibus iudicium eſt. Ideo ſequitur.*

✠

1 Qui manducat hunc panem. &c. *Digne*, viuet in æternum. *ſequitur.*

2 Hæc dixit in ſynagoga. *Quæ eſt locus communis, vbi Iudæi conueniunt.*

3 Docẽs in Capharnaum. *Quæ erat metropolis Galileæ, hoc addit Euangeliſta poſt verba Chriſti prædicta,ad oſtendendum quod Chriſtus in palam docebat,ſicut habens doctrinam ſanam & nõ ſuſpectam.*

4 Multi ergo audientes ex diſcipulis eius: *Poſita doctrina Chriſti,hic conſequenter exponitur,& primo ponitur eius expoſitio ſecundo ex hoc oſtenditur aliquorum reprobatio & aliorum confirmatio,ibi.* Ex hoc multi. *Prima in duas, quia primo ponit expoſitionis occaſio ſecundo ipſa expoſitio,ibi.* Sciens autem Ieſus. *Occaſio autem expoſitionis fuit,quia multi Iudæorum fuerunt verba Chriſti capere non potentes propter ſuam incredulitatem-*

Diuiſio.

Durum dicitur dupliciter.

5 Dixerunt. Durus eſt hic ſermo. *In corporalibus dicitur aliquid durum duplici de cauſa, vel quia non de facili penetrabile, vel quia reſiſtit tactui. Sic in ſpiritualibus dicitur aliquid durum, vel quia ab intellectu non penetratur, vel quia diſplicet volũtati. Vtroque modo ſermo Chriſti erat eis durus, quia eius verba non intelligebant, & diſplicebat eis, quod tanta de ſe dicebat, eo quod ipſum hominem purum eſſe putabant. Ideo ſequitur.*

6 Et quis. *Quaſi dicat, blaſphemia eſt.*

7 Sciens autẽ Ieſus apud ſemetipſum. *Hic ponitur doctrinæ Chriſti expoſitio, quãtum ad duo. de quibus audiẽtes erant ſcandalizati, ſecundũ ponitur, ibi.* Spiritus eſt qui viuificat. *Primũ i de quo ſcandalizati erãt, erat quod dixerat.* Deſcendi de cœlo *oſtendit quod non debebant ſcandalizari, prædicens quod viderent eum in poſterum in cœlum propria virtute reuerti. Et ideo non debebant admirari, ſi dixerat ſe de cœlo originari, quia quælibet res ad ſuum locum reuertitur, & hoc eſt quod dicitur,* Sciens autem Ieſus, &c. *Id eſt, abſque alio ſibi nunciante.*

8 Quia mur. *Quia dixerat ſe de cœlo deſcendiſſe.*

9 Dixit eis. *Reprimens eorum murmurationem iniuſtam.*

10 Hoc vos. *Sine ratione.*

11 Si ergo videritis filium homi. *Accipitur ſi, pro quia quaſi dicat, quia hoc videbitis, non debetis ſcandalizari de hoc quod dixi illi enim qui Chriſto credentes cum eo permanſerunt, in aſcenſione eius hoc viderunt, vt patet Act. 1. a.*

12 Spiritus eſt. *Hic exponit ſecundum de quo murmurabãt ſcilicet, quia dixerat carnem ſuam eſſe cibum neceſſarium ad ſalutem, & ipſi intelligebãt hoc ac ſi daretur in propria ſpecie, ſicut laniatur vel venditur in macello, quod eſt horribile: ideo tollit hunc intellectum, dicens.* Spiritus. *Quaſi dicat, verba quæ dixi ſpiritualem ſenſum habent, & ſic viuificant.*

13 Caro non. *Quia caro Chriſti manducata eo modo quo intelligebant, non eſſet vtilis, ſed magis horribilis: Ideo ſequitur.*

14 Verba quæ. *De carne mea manducanda.*

15 Spiritus & vi. *Quia ſpiritualem habent intellectũ, nec ſpiritũ quia ſunt a ſpiritu ſancto. Iſta tamen ſpiritualitas non eſt ſic accipienda, quia caro Chriſti ſit in ſacramento euchariſtiæ tantũ modo ſicut in ſigno, vt dixerunt aliqui hæretici, quia eſt ibi realiter, vt alibi dictum eſt. ſed quia manducatur caro Chriſti in hoc ſacramento quodam ſpirituali modo, inquantum ſpecies viſibiles atteruntur & comeduntur, & ſpiritus ex virtute Dei carni vnita reficitur.*

16 Sed ſunt, &c. qui, *Quaſi dicat, propter hoc intelligere non poſſunt.*

17 Sciebat. *Quia tanquam Deus ſciebat occulta cordium.*

✠ Euis

A a *Et quis traditurus.* Quia Iudas inter ſcã dalizatos recedit, ſed manet ad inſidiandum, quem nec ſile, nec aperte oſtendit, vt omnes timeant dum vnus pe
b *Quia nemo poteſt* B *venire ad me, niſi fuerit da. &c.* Cauſam quare quidam non credant ſubdit: Quia non eſt à Deo datum, fides. n. non eſt hominibus à ſe quaſi propria, ſed à Deo gratia quaſi.
c *Ex hoc.* Nota eſſe ute loquendum ſi tamen ex is tuis aliquis ſcan-

a Apoſtoli qui non ſunt ſcandalizati.
a initio Ieſus, qui eſſent credẽtes, & quis traditurus eſſet eum.
Quia quidam non credunt.
b Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad
a Non pauci, qui uidebantur & non uere fuerunt diſcipuli.
c me, niſi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi diſcipulo-
a Non poſt Chriſtum, ſed poſt Sathanam. Vt præciſi non iam cum illo erant, nec ultra redeuntes.
rum eius abierunt † retro, & iam non cum illo ambulabant.
a Quia Iudas corpore remanſit. Quod autem iam ſciebat dominus aliis poſt aperuit.
Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?
a Vnus pro omnibus. b Similis tibi. Cum non ſit.
Reſpondit ergo ei Simon Petrus. Domine ad quem ibimus?
a Non eſt a te eundum. Quia. b In miniſtratione corporis & ſanguinis tui promittis uitam. c Prius eſt credere & poſt cognoſcere.
† Verba vitę ęternæ habes, & nos credimus & cognouimus,
a i. quia tu es vita eterna, & ideo in carne & ſanguine tuo non das niſi quod es. Cauſa probandi cos.
d quia tu es Chriſtus filius Dei.* Reſpondit eis Ieſus: Nonne
a Id eſt, vocaui, electione illa, qua dicitur. Multi vocati pauci electi. b Id eſt deorſum fluens.
ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus † diabolus eſt? Di-
a Filio. b Interpretatur memoria ſanguinis.
cebat autem de Iuda Simonis ſcariothis. Hic enim erat tradi
turus eum. cum eſſet vnus ex duodecim.

D ſcandalizabitur, habet conſolationem in eo, ex cuius dicto multi ſcandalizati ſunt, qui hoc fecit vt ubi eſſet exemplum.
d *Nonne ego vos duodec. &c.* Duodecim numerus ſacratus eſt E qui permanet, & ſi Iudas inde perit Elegit vndecim ad permanendum, elegit Iudam vt per eum diuinæ diſpenſatio miſericordiæ in ſalutem mundi impleretur, vtens malo ad bonum, ut mali vtuntur bonis Dei ad malum.

E Delator calúniator.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et quis traditur. *Quia ſciebat euentum futurorum contingentia.*
2 Et dicebat. *A maiorem affirmationem prædictorum,*
3 Propterea di. vo. quia. *Eandem enim ſentẽtiam dixerat ſup. li ... verba ſint aliquatulum alia, idem. n. eſt trahi à patre quod ſup. di. & dari fidẽ à patre, quod hic ponit. Ipſe autẽ ſciebat iſtos qui ... loquebatur, nõ eſſe p̃deſtinatos ab æterno, nec tractos a patre.*
4 Ex hoc multi. *Hic ex prędictis concluditur aliquorũ obſtinatio ... per apoſtaſiã, cum dicitur:* Ex hoc. *Hoc nõ eſt intelligendũ de 12. apoſtolis vel de 72. diſcipulis, quia iſti Chriſto adhæſerũt, ſed ... alij ſequebantur ipſum ad audiendũ eius doctrinã, & de iſtis ... retroceſſerunt. Et conſequenter per oppoſitum oſtenditur alio ... confirmatio cum dicitur.*
5 Dixit ergo Ieſus. *Apoſtolos.*
6 Nunquid &. *Non petit quaſi ignorãs, ſed vt oſtẽdat ſe eis non ... gere, quia ponit in eorum optione cum alijs recedere.*
7 Reſpondit er. *Non ſolũ pro ſe, ſed pro omnibus, qa inter eos ... principalior, & in eius reſponſione exprimitur maxima dilectio ad Chriſtum, cum dicitur.*
8 Domine ad quem ibimus? *Quaſi dicat, ſimilẽ tui inuenire non poſſumus, tu ſolus ſufficis nobis, propter quẽ omnia reliquimus.*
9 Verba vitæ æter. *Id eſt verba vitę æternæ promiſſiua & inducentia ad eam. Exprimitur etiam in eius reſpõſione vera cõfeſſio fidei ... dicitur.*
Et nos. *Quia credere præcedit intelligere.*
Quia tu. *Quantum, ad humanitatem, in qua vnctus eſt rex & ſacerdos.*
Filius. *Naturalis quantum ad deitatẽ & per conſequens æqualis ei in natura & potẽtia. Verũtamẽ quia Petrus nimis largè reſpõ ... dicẽs pro omnibus, nos credimus, quia nihil mali de alijs cogita ... ideò Chriſtus cognitor occultorũ eius reſpõſionẽ corrigit dicẽs.*
1 Nonne. *Non loquitur hic de electione à vitam æternam, ſed ... Apoſtolatum.*
1 Et ex vo. Id eſt, *præuiſus ad diaboli conſortium. Verũtamen ... dixit determinate quis eſſet ille, nec apoſtoli tunc cognouerũt, ſed ... ſtea quando per effectum viderunt, & ideo illud quod ſequitur, ... eſt de verbis Chriſti, ſed Euangeliſtæ qui ſcripſit iſta poſt paſſionem Chriſti dicens.*
1 Dicebat autem. *Scilicet, Chriſtus.*
1 De Iuda Simonis ſcariotis. *Ad differentiã alterius* Iudæ *qui fuit frater Iacobi.* (Iudæ. Iuda)
1 Erat traditurus. *Quando Ieſus protulit verba præmiſſa.*
12 Quem acce. &c. *Quamuis enim apoſtoli haberent gratiam ſpiritusſancti ante illum diem pentecoſtes, non tamen ita plene, & propter hoc non receperant in ſigno viſibili, quod denotat gratiæ plenitudinem. Cuius tamen cauſa ſubditur.*

✠ Nondum

*MORALITER.*

*In nouiſſimo autem die.* Ex hoc inoleuit, quod turbis ſit prædicatio ſtando & magis clamoſe, clauſtralibus autem & apoſtolis ſedendo & magis remiſſe, eo quod dicitur Matth. 5. a. Et cum ſediſſet ac. ad eum di. & aperiens, &c.

A ✱ CHRYSOS. Dicit flumina, & non flumen, copioſitatẽ, & vbertatem, occulte inſinuans. Viuentem autem aquam dicit, agẽtem ſemper. Spiritus.n. gratia, cum in mẽtem intrauerit, & firmata fuerit, omni fonte magis manat, & neque deficit, neq; euacuatur neq; ſtat, videbit qs vtique hoc ad ſapiẽtiam Stephani, ad Petri linguam, ad Pauli fluxum inſpiciens. Nihil enim eos detinebat, ſed ſicut flumina multo impetu delati, omnia ſecum trahentes abibant.

Ho. 50. i Io. 10. 3.

a *Nondum enim erat.* Et ſi prophetæ acceperunt eundem ſpiritum: & Ioannes & alii ante reſurrectionem Chriſti, tamen erat alius modus donationis futurus apertior, & plenior, poſt reſurrectiõnem enim quando primũ apparuit apoſtolis: inſufflauit in faciẽ eorum, qui flatu primo homini animam indidit, & de limo erexit. Significans ergo ſe eſſe eundem, inſufflauit ſpiritum apoſtolis, vt de luto exurgerent. Deinde poſt aſcẽſionem plenius ſpiritum miſit in igneis linguis, vt omnes gentes docerent, ſicut illi tunc omnibus linguis, ſic nũc vnitas eccleſiæ loquitur omnibus linguis, a qua vnitate præciſus non habet ſpiritum.

† Matth. 4. 2. B infra 20 Ge. 2. b. Act. 2. a. † Supra 3. 2. infra 15. g.

Acceptori.
a credentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus † datus, quia 1
a Reſurrectione & aſcenſione. b Cum hoc loqueretur & inuitaret credentes nata eſt de illo in turba diſſenſio.
b Ieſus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audiſ- 2 3
a Aliqui. Hi cæperunt dicere.
ſent hos ſermones eius dicebant. Hic eſt vere propheta. Alii 4
a Hi nondum inceperant bibere, neſcientes hæc eſſe impleta in Chriſto, quæ prophetæ prædixerant. quia erat in Nazareth Galilææ nutritus. 5
Qui nouerant in Nazareth nutritum, natiuitatis locum non attendunt.
dicebant: Hic eſt Chriſtus. † Quidam autem dicebant. † Nun 6
quid a Galilæa venit Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, quia 7
ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello vbi erat Dauid, ve- 8
nit Chriſtus? Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum: 9 10
a Non tantum credere nolebant ſed perſequi volebant.
quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum, ſed nemo 11
Quia nondum ipſe voluit.
miſit ſuper illum manus. Venerunt ergo miniſtri ad ponti- 12 13
Phariſæi.
c fides & phariſæos, & dixerunt eis illi. Quare non adduxiſtis
a Qui miſſi fuerunt. Prius. Quia erat Deus & homo.
eum? Reſponderunt miniſtri: Nunquã ſic loquutus eſt homo 14
Hoc teſtimonium repellentes. a Quid delectati eſtis ſermonibus eius.
ſicut hic loquitur. Reſponderunt ergo eis Phariſæi. Nunquid 15 16
d & vos ſeducti eſtis? Nunquid ex principibus aliquis credidit 17
e in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legẽ: 18 19
Volens illuminari.
maledicti ſunt: † Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venerat 20 21 22

b *Quia Ieſus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audiſſent hos ſermo.* Poſtq̃ aũt baptizãtur ſpiritu ſancto, & effunditur gratia ſpiritu ſancti in eis, tunc libere loquunt ad p[ri]ncipes Iudæorum. Oportet obedire magis Deo quam ho[minibus]. mortuos ſuſcitant inter flagella lætantur, ſanguinem f[un]dunt, & aliis ſuppliciis coronantur. Nondum ergo erat [ſpi]ritus in Apoſtolis, nec de ventre eorũ fluebant gratiæ ſ[pi]rituales, quia nõd[um] fuerat dominus g[lo]rificatus. Quæ ſit [au]tem talis gloria [o]ſte[n]dit in ſequentibus [ap]erit, dicens: *Pater c[lari]fica me claritate q[ua]m habui apud te, anteq̃ mundus fieret.* C[hri]ſtus niſi reſuſcita[ſſet], vt ſua reſurrecti[o]ne noſtram oſtende[ret], & vitam quam a[ge]mus, ſpiritum d[are] noluit, vt in reſu[rre]ctione noſtra fla[gr]et charitas, & ſpret[a vi]ta quæ non eſt v[it]a, & omnibus cadu[cis], quæ ſunt eius ch[ari]tate migremus a[d ve]ram vitam. Si e[rgo] credimus in eũ, [qui] reſurrexit a mort[uis], & nobis datur ſ[piri]tus a nouo hom[ine], vt noui ſimus.

C c *Venerunt e[rgo].* Miſſi ad capien[dum] eum redierunt [im]munes a crim[ine], pleni admiratio[ne] diuinæ doct[rinæ] teſtes.

d *Nunquid & vos. &c.* Laudabiliter ſeducti erãt, qui di[mi]ſſo malo infidelitatis tranſierant ad fidem.

e *Nunquid ex principibus aliquis, &c.* Qui docent legem [con]temnunt eũ qui miſit legem, ſed qui nõ nouerant leg[em], credu[nt]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nondum enim erat. *In tali plenitudine & ſigno viſibili.*

✱ 2 Quia Ieſus. *Ad hoc enim datur ſpiritus ſanctus, vt trahãtur corda fidelium ad cæleſtis gloriæ deſiderium, nihil autem deſideratur, niſi apprehendatur vt poſſibile, poſſibilitas autem humanæ naturæ ad aſſequutionem cæleſtium manifeſtatur per glorificationem humanitatis in Chriſto. Et ideo prius debuit glorificari, quam daretur ſpiritus ſanctus in ſigno viſibili, vt per factum videretur aditus regni cæleſtis, poſſibilis homini.*

3 Ex illa, &c. *Hic conſequenter deſcribitur populi diſſenſio ſequẽs ad verba Chriſti. Et primo inter populares. Secũdo inter principes, ibi:* Venerunt ergo miniſtri. *In prima ergo parte dicitur ſic.* Ex illa *ſcilicet, illi qui vere credebant.*

4 Hic eſt vere propheta. *Id eſt, antonomaſtice dictus propheta, q[ui] promiſſus eſt Deut. 18. c.* Prophetam ſuſcitabit Deus, &c. *quod ad literam intelligitur de Chriſto, vt dictum eſt ſupra cap. præc.*

5 Alii dicebant. *Iſti erant in fide feruentiores prædictis, quia fidei veritatem apertius confitebantur.*

6 Quidam autem. *Contradicendo præcedentibus.*

7 Nunquid à Galilæa venit Chriſtus. *Quaſi dicat, non: & ꝓpter hoc non eſt Chriſtus, quia eſt Galilæus. Et adducunt pro ſe argumentum ex ſcriptura, dicentes.*

8 Nonne &c. & de Beth. &c. *Quando fuit iniunctus in regem.*

9 Venit Chriſtus? *Quaſi dicat, ſic Sciendum ꝙ ſcriptura in pluribus locis ꝑdixit Chriſtũ eſſe de ſemine Dauid, potiſſime Iere. 23. a.* Suſcitabo Dauid germen iuſtum, &c. *quod ĩtelligitur de Xp̃o. Vnde in fine authoritatis ſubditur: Et hoc eſt nomen, ꝙ vocabunt eũ, dominus iuſtus noſter. Similiter quod in Bethleem caſtello naſceretur ſcriptum eſt Mich. 5. a.* Et tu Bethleem Ephrata, &c. *Sequitur:* Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael. *Et utrũq; erat verum de Chriſto, quia de Dauid deſcendit ſecundum carnẽ, & in Bethleẽ natus eſt, vt patet Mat. 2. a. & Luc. 2. a. ſed ipſi hoc ignorabant, eo quod nutritus fuerat in Nazareth.*

10 Diſſenſio itaque facta, &c. *Quia ibi erãt contrariæ opini[ones] de eo, vt patet ex prædictis.*

11 Quidam au. &c. *Sed repreſſi ſunt diuina virtute, ideo ſequ[itur].*

12 Sed nemo miſit, &c. *Quia nihil poterant ei facere: niſi q[uan]tum & quando ipſe permittebat.*

13 Venerunt ergo, &c. *Hic conſequenter ponitur diſſenſio q[ua]d principes. Et diuiditur in duas, quia primo oſtenditur diſſenſio [prin]cipum erga miniſtros. Secundo, principum ad inuicem, ibi:* Dicit Ni[code]mus. *Turbatio principum erga miniſtros fuit ex hoc quod non [adduxe]rant Ieſum, quia ad hoc miſſi fuerãt, vt prædictũ eſt. Et patet li[tera].*

14 Reſponderunt miniſtri. *Se excuſantes.*

15 Nunquam ſic loquutus eſt, &c. *Quaſi dicat, ita bene l[oqu]itur quod non videtur homo purus, ſed plus, propter quod te[mera]rium eſſet ponere ſuper eum manus.*

16 Reſponderunt ergo eis Phariſæi. *Ex inuidia moti.*

17 Nunquid & vos ſeducti eſtis. *Id eſt, extra veritatem [poſiti] quaſi dicat, patet quod ſic. Quod confirmant exemplo maiorum [le]giſperitorum dicentium.*

18 Nunquid ex principibus aliquis credidit. *Id eſt, ex ſa[cer]do[ti]bus qui principabantur in populo.*

19 Aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? *Qui videb[an]tur religioſiores aliis, quaſi dicerent, nullus ex talibus credidit. H[oc] tamen falſum erat, quia multi de iſtis crediderunt Chriſto, occul[te] tamen, ne de ſynagoga expellerentur, vt habetur infra 13. cap.*

20 Sed turba hæc. *Scilicet, credidit, quæ de facili ſeduci pote[ſt] propter ignorantiam, ideo ſubditur.*

21 Quæ non. *Hoc accipiebant ex hoc quod dicitur Deut. 27. Maledictus, qui non perma. in ſer. &c.*

22 Dicit Nicode. *Hic ponitur diſſenſio principum adinuicẽ propter verbum Nicodemi excuſantis Ieſum, quia occulte cede[ba]t in eum ideo voluit eum excuſare ex lege dicens.*

✱ Nunq[ui]d

† MORALITER.

20 *Sed tur.* AVG. In me ſit hæc maledictio. Ita ẽt nunc eſt in eccleſia, ꝙ ſimplices & laici ſint aliqñ deuotiores, ſc[ilicet] i[n] illud Iſa. 1. a. *Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe d[omini] ſui.*

† I[o].

credunt in eum qui dedit legem, vt impleatur quod dicit ut non videntes videant, & videntes ceci fiant.

a *Nunquid lex.* Quia illi peruerſi volebant prius eſſe dãnatores quam cognitores, iſte vero putabat ꝙ ſi patienter eũ patientẽ audirẽt, forſan eſſent ſimiles miniſtris qui maluerunt credere quam tenere. Autoritate ergo legis vult eos inducere, vt eum prius velint audire.

¶ AVGVSTINVS. Dicit lex nostra, de lege quæ est eo quod est a illo data homini bus.

✻ CHRYS.

✻ CHRYSOSTOMVS. Oſtendit Nicodemus eos neque cognoſcentes legem, neque facientes quæ ſunt legis, cum autem cõgruum eſſet oſtendere, quod non indiſcrete miſerunt vocaturi eum rudius & iracundius vtuntur co tradictione, dicentes. *Nunquid & tu Galilæus es?* D Hom. 51 in Ioan to. 3.

b *Et tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas, & vide quia a Galilæa Propheta non ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.* Galilæus dicebatur Ieſus, quoniam de Nazareth erant parentes eius.

Timens ſciri. Non tamen incredulus.

a ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudi 1
cat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid 2

Ex præiudicio cordis ſui. Id eſt, a Galilæo ſeductu.

b faciat? Reſponderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus 3

Cum ſis legis doctor. a Tamen dominus prophetarum inde ſurrexit, qui dicitur Nazareus.

es?† Scrutare ſcripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non 4 5

a Nullo perfecto negotio. Malitiam ſuam.

ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam. 6 7 E

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid lex noſtra iudicat hominem niſi prius. &c. *Volebat enim per hoc inducere eos ad audiendum Chriſtũ, vt per verba eius conuerterentur ſicut ipſe fuit conuerſus.*

2 Et cognouerit. *Quia in damnatione hominis non leuiter eſt procedendum.*

3 Reſponderunt, &c. *De veritate turbati, quia homines inuidi & iracundia agitati non recipiunt perſuaſionem.*

4 Nunquid, &c. *Id eſt, diſcipulus huius Galilæi.*

5 Scrutare, &c. *Id eſt, diligenter conſidera, quia videtur, quod nihil de eis ſcias.*

6 Et vide quia a Galilæa propheta nõ ſurgit. *Hoc verbũ eo ſimpliciter eſt falſũ quia ſi ĩtelligit de ꝓphetis generaliter, aliqui fuerunt nati de Galilæa, videlicet Elizæus, Tobias, & Delbora propheta & forte plures alij. Si aũt ĩtelligit de propheta promiſſo ad ſalutẽ populi qui eſt Meſſias, vt frequenter dictum eſt, ſic etiã falſũ eſt verbum eorũ, quia de ipſo ſcribitur Iſa. 11. quod debet eſſe Nazareus, & per conſequẽs de Galilæa, quia Nazareth eſt in Galilæa. Dicitur.n. de Chriſto Iſa. 11. a. ſecundũ veritatẽ Hebraicã:* Egredietur virga de radice Ieſſe, *& Nazareus de radice eius deſcendet. Hoc aũt poterat reſpondere Nicodemus, qui erat legiſperitus, ſed nõ fuit auſus. Nec mirum, quia et apoſtoli illo tempore erant timidi.*

7 Et reuerſi ſunt vnuſquiſque. *Quia eorum conſilium per diuinam fuit diſſipatum.*

*Hic quæritur vtrũ Chriſtus fuerit propheta. Et arguitur primo ꝙ non quia, prophetia pertinet ad cognitionẽ intellectiuam, vt patet Dan. 10. a.* Intelligẽtia opus eſt in uiſione. *Chriſtus aũt ſecundũ partẽ intellectiuã erat in ſtatu beatitudinis, in quo nõ manet prophetia ſed magis euacuatur, & ceſſat, vt habet 1. Cor. 13. c.* ergo, &c. *Item cognitio prophetica quandã obſcuritatẽ importat. Ideo dr̃ propheta, quaſi proculſans. In Chriſto aũt non fuit ænigmatica cognitio, quia ab inſtanti conceptionis anima eius vidit clare eſſentiam diuinam, ergo &c. Contrarium patet in litera. Item in lege & prophetis prædictis fuit venturus, ſicut propheta antonomaſtice dictus.*

*Reſponſio dicendum quod propheta ſecundum nominis interpretationem dicitur quaſi proculſans, inquantum annunciat ea quæ ſunt longinqua ab hominum cognitione. Hæc aũt longinquitas poteſt dupliciter intelligi. Vno modo reſpectu prophetæ annunciãtis ita quod ea quæ annunciat ſint ab eius cognitione longinqua propter obſcuritatẽ ſuæ cognitionis, & hoc nõ pertinet ad perfectionem prophetiæ, ſed magis ad defectum, vt patet Nu. 12. b, vbi Moyſes dicitur excellentior propheta, eo ꝙ Deum palam & non per ænigmata videat, quem alij cognoſcebant in ſomno & viſione. Alio modo intelligitur iſta longinquitas reſpectu aliorum hominum cum quib. propheta cõuerſatur, quibus annunciat occulta, & hoc eſt de rõne prophetiæ. Et ideo Aug. 16. cõtra Fauſtum dicit, ꝙ ex hoc aliquis dicitur propheta quia annunciat ea quæ ſunt longinqua a cõi cognitione hominum cũ quib. conuerſatur in via. Chriſtus aũt ante paſſionem ſuam quantum ad partem ſenſitiuã erat viator, & cum alijs hominib. conuerſabatur & ideo quamuis clare videret diuina ſecreta, tamen erat vere propheta, inquantum erant longinqua a cognitione aliorum hominum, cum quib. conuerſabatur, & quibus annunciabat illa. Angeli autem in nullo ſunt viatores, quia eorum conuerſatio non eſt cum hominib. vt habetur Dan. 2. b. Et ĩõ non poſſunt dici prophetæ ex hoc ꝙ annunciant hominib. occulta. Per dicta patet ad argumẽta. Quamuis enim Chriſtus quantum ad partem intellectiuam eſſet beatus: non tamen erat omnino extra ſtatum viæ, & ideo non euacuabatur in illo ratio prophetiæ ante paſſionem, ſed poſt reſurrectionẽ fuit euacuata, quia amplius non erat in via. Et ſic patet primum argumentum. Ad ſecundum ſimiliter patet ex dictis, quia obſcuritas cognitionis in ipſo propheta non eſt de perfectione prophetiæ.* F

## ADDITIO.

In c. 7. *vbi dicitur in poſt.* Eſt igitur ſenſus ſecundum Aug. ea doctrina non eſt mea.

*Verba Aug. in hoc loco hæc ſunt: Videtur aũt hoc eſſe contrariũ dicit:* Mea, & non mea. *nã ſi dixiſſet iſta doctrina non eſt mea, nulla eſſet qõ. Quæ eſſet ergo doctrina patris niſi verbũ patris? ipſe enim Chriſtus eſt doctrina patris, ſi verbũ patris eſt, ſed quia verbũ non põt eſſe niſi alicuius, & ſuam doctrinam dixit, & ſeipſum & non ſuam, quia patris eſt verbũ, quid eſt.n. tam tuum quam tu, & quid tam non tuum quam tu ſi alicuius es? Dicere ergo:* Mea doctrina nõ eſt mea. *idem eſt ac ſi diceret. Ego nõ ſum a memetipſo. Hæc Aug. Quæ verba ſatis cõcordant literæ, & meo iudicio melius intelliguntur in ſeipſis, quam per expoſitionem poſtillatoris.*

## REPLICA.

In cap. 7. *vbi dicitur:* Mea doctrina non eſt mea, *vbi poſtillæ ponit verba. B. Aug. in clariſſima ſumma ſic:* Mea doctrina nõ eſt mea. *q.d. Ego qui ſum doctrina patris qui non ſum a meipſo, ſed a patre, &c. Hanc intelligibilẽ & ſummariam ex dictis beati Aug. reductam veritatem Bur. ſine calumnia non relinquit, & tamen idem finaliter dicit, vt patet intuenti ſuam allegationem.*

CAPVT VIII.

a *Eſus autem* Quia mos ei erat die docere in templo, veſpere reuerti in Bethaniam, quæ eſt in monte Oliueti. MYSTICE. ſignificat altitudinẽ miſericordiæ, unde nobis chriſma, id eſt, unctio. Mane redit ad tẽplum. Mane eſt ortus nouæ lucis poſt tenebras legis, quo fidelibus, id eſt, in templo eius miſericordiã uenit pandere & dare. Seſſio, eſt humilitas incarnationis, qua miſeretur & docet, unde libentius populus uenit ad eum, ſed inimici Pharisæi de iuſticia tentant, an contra

## CAPVT VIII.

a IEſus autem perrexit in montem † Oliueti, 1

† Oliuarum.

## NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT VIII.

1 IEſus aũt. *Declarata origine doctrinæ Chriſti, hic conſequenter ponit ipſa doctrina. Ipſa autẽ habet virtutem illuminatiuã & viuificatiuã. Ideo ſic procedit, quia primo declarat eius virtutem illuminatiuam. Secundo, virtutem viuificatiuam. c. 10. ibi.* Amen amen dico. *Prima in duas, quia primo oſtẽdit eius virtus illuminatiua per verbum. Secundo, per ſenſibile ſignum, ea. ſeq. ibi:* Et præteriens Ieſus. *Prima in duas, quia euangeliſta primo introducit Chriſtum docentẽ. Secundo, oſtendit doctrinæ eius virtutẽ, ibi:*

✻ Iterum

A contra eam dicat, ſciebant manſuetum & miſericordiæ p̄dicatorem, vnde placebat populo, vnde putabāt dicturū dimittendam eſſe adulteram, & in hoc diceretur hoſtis legis contrarius Moyſi & Deo autori, & cum adultera reus mortis. Quod ſi ſm legem diceret lapidandam, deriderent, quaſi non haberet manſuetudinem quam prædicabat, pro qua amabatur. Ipſe autem neutra capitur calumnia ſed ſeruata manſuetudine reſpondet quod eſt veræ iuſtitiæ. Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat: Non autem ſtatim iudicat, ſed inclinans ſe digito ſcribit in terrā. Digito Dei ſcripta fuit B lex in lapide pro duritia illius populi nunc iam inclinatus in homine, ipſe cuſtos legis eſt & lator legis ſcribens in terram quæ fructum redeit. Docet aūt nos auditis alicuius malis, non temere iudicare, ſed prius digito diſcretionis noſipſos ītus diſcutere, ſicut ille dicit: Qui ſine peccato eſt veſtrum. Q.d. prius ſitis iuſti, vt poſt ream puniatis. Si enim lex iubet puniri reos, non tamen a ſimiliter puniendis. Ecce plena iuſtitia, vt iuſtus mala puniat. Illi ergo vel ream dimittant, vel cum ea pœnam ſubeant.

* ad ipſum.

ipſo fur to cum adultera fetur. Leu. 20 l. Ie ſuſque ſunt huiuſmodi

Exod. 31. d. 7 depe. ... dium.

& diluculo iterū venit in templū, & omnis populus venit ad
eum, & ſedens docebat eos. Adducunt autem ſcribæ & Pha- a
Recenter.
riſæi* mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam
in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo depre-
henſa eſt in † adulterio. † In lege autem* Moyſes mandauit
nobis † huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis*? Hoc autem
dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum. Ieſus au- b
a De ſinu patris in mundum ad eclinanda peccata humani generis. Peccata eorum.
tem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terram. Cum
a Qui inclinatus ſcripſit terre ... la miſericordia iuſtitiam iudicat. Vt erigat illos qui in peccatis ... Adue ... ondedigna ... c
autem perſeuerarent interrogantes, erexit ſe, & dixit eis:
† Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapi-
Oſt ... dit dimiſſis peccatis mulieris. d
dem mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terram e

b *Ieſus aut inclināns ſe deorſum* Quid ſcriberet ī terra, verba illorum, ſiue quid aliud, non eſt diffinitum, ſecundum q̄ ſe inclinat, & digito ſcribit. Docet tamen vt antequam iudicium fiat, nos debere inclinare, i. condeſcendere iudicio aut faciendo vti diſcretione.

c *Digito ſcribeb. in terrā.* ✻ Avgvstinvs. Tanquam
1 los tales in terra
2 bendos ſignific
3 nō in cœlo, vbi
4 nuit diſcipulos,
5 ſcriptos eſſe ga
6 rent, aut quod ſe
7 miliando (quo
8 pitis inclinat
9 monſtraba) ſig
10 terra faceret,
quod iam tem
11 eſſet, vt in terra
fructum daret,
in lapide ſterili,
12 antea, lex eius
ſcriberetur.
✻ Alcvinvs.
13 Per terram cor
manum oſten
quod bonarum
malarum actionum ſolet reddere fructus, per digitum qui articulorum compoſitione flexibilis eſt, ſublimitas diſcretionis exprimitur. Nos ergo inſtruit, vt cum quæ mala proximorum conſpicimus, non ſtatim ea temere iudicemus, ſed prius ad conſciētiam cordis humiliter redeamus, ſed prius digito diſcretionis ea ſollicite diſquiramus.

d *Qui ſine peccato veſtrum est.* ✻ Avgvst. Non dixit non lapidetur, ne cōtra legem diſcere videretur. Abſit aūt, vt dic... lapidetur, venit.n. nō perdere quod inuenerat, ſed quę... q̄ perierat. Quid ergo reſpondit? *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat.* Hæc vox iuſtitię eſt, puniatur peccatrix, ſed non a peccatoribus, impleatur lex, ſed non a præuaricatoribus legis.

e *Et iterum ſe inclinans.* Data ſnīa iuſtitiæ qua illi co... malo...

a *Adducunt* Mystice. Mulier in adulterio deprehenſa ſignat ſynagogā, quæ adulterauit legē Moyſi, ſequendo traditiones patrum. Vel quę dimiſſa lege Moyſi, non ſequit ſidē Chriſti, vnde Iudæus iam quaſi adulteram accuſat. Vel ſignat eccleſiam, quæ relinquens Deum, fornicata erat cū dæmonibus, quam Iudæus accuſat, q̄ ad Chriſtum accedat, & quaſi nouum idololatriæ genus reputata eſt.
C

b *Ieſus*

## NICOLAVS DE LYRA.

Iterum ergo. *Prima in duas, quia primo ponitur doctrina veritatis. Secūdo, cōfutatio falſitatis, ibi.* Adducunt autē. *Circa primū ſciendum, quod debitus modus docendi veritatē fidei eſt primo hauri re in oratione, poſtea effundere populo in prædicatione. Et ideo Chriſtus volens dare exemplū prædicatoribus eccleſiæ aliquādo ante prędicationem ſequeſtrabat ſe in oratione. Et hoc eſt quod dicitur.*
✻ Diuiſio.

Ieſus autem. *Cauſa orandi, quia domus Marthæ in qua hoſpitabatur, erat prope montem illum.*

1 Et diluculo iterum venit in templum. *Ad oſtendendum in eo zelum animarum.*

2 Et omnis. *De ſalute animarum. Quid autem tunc dixerit prætermittit euangeliſta, quia principaliter intendebat deſcribere illa ex quibus eius deitas manifeſtabatur, ex quibus diſſenſio Iudæorū contra eum oriebatur.*

3 Adducunt autē Scribæ. *Hic conſequēter ponitur confutatio falſitatis. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur Iudæorū maligna interrogatio. Secundo, ſubiungitur Chriſti benigna reſpōſio ibi:* Ieſus autem inclinans. *In prima ergo parte dicitur ſic.* Adducunt autem. *Id eſt, illi qui habebant notitiam ſcripturarum.*
Diuiſio.

Quæſtio 4 Et Phariſæi. *Qui videbantur præ alijs religioſi.*

5 Mulierem in adulterio. *Si quæratur quare non adduxerunt adulterum eius, cum ſecundum legem eſſet eadē pœna plectendus. Poteſt dici quod per hoc voluerunt ponere ſuſpitionem in corde populi quod fuiſſet aliquis diſcipulus eius, & ideo non adduxiſſent eum ad eius iudicium. Vel aliter, forte adulter erat diues, & ideo pro precio ipſum liberauerant, proponunt ergo quæſtionē brigoſā, quia reſpōſio ad quamlibet partem videbatur eſſe contra Chriſtum, vt videtur.*

6 Magiſter. *In quo allegant pręſentiā perſonæ, & præſentiā facti, cum ſubditur.*

7 Modo deprehenſa eſt. *Et arguunt grauitatem criminis ex grauitate pœnæ per legem inflictæ, cum dicitur.*

8 In lege autem. *Leui. 20. b.*

9 Tu ergo quid dicis? *Et ſubditur cauſā quæſtionis.* Hoc autem dicebāt tentantes eū. *Ad capiendū ipſum ex reſpōſione, vt poſſent accuſare eū. Videbant.n. tātā eius māſuetudinem & miſericordiā, quod probabiliter credebāt eum iudicare ipſam dimittendam, & ſic accuſaretur ab eis vt trāſgreſſor legis, propter quod reduxerunt legem ad memoriā, ne poſſet excuſari per legis obliuionem. Si autem e contrario diceret eam lapidādam, videretur dicere cōtra alia dicta & facta, quæ erant de pietate & miſericordia.*

10 Ieſus aūt inclinans ſe deorſum. *Hic ponitur Chriſti benigna reſponſio. Et diuiditur in duas, quia primo oſtēditur quod ſua reſponſione iuſtitiā tenuit. Secundo, quod a miſericordia nō declinauit; Et per hoc vtrāque eorum cauillationem euitauit. Secundo ibi.* erigens aūt. *Circa primum ſciendum, quod ſuam ſententiam ſecundum modum iudicialem primo ſcripſit, poſtea protulit, hoc eſt quod dicitur.* Ieſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat. *illud quod poſtea protulit ad maiorem certitudinem.*

11 Cum autem perſeuerarent interro. erexit ſe. *Ad eorum importunitatem reprimendam.*

12 Et dixit eis: Qui ſine pecca. *Quaſi dicat, puniatur peccatrix ſed non a peccatoribus, impleatur lex quam allegatis, ſed non tranſgreſſoribus legis. In inferendo enim pœnam iuſtam debet obſeruari debitus modus.*

13 Et iterum ſe inclinans ſcri. *Dicunt aliqui, quod ſcribebat idem quod prius ad oſtendendum maiorē firmitatē ſententiæ. Alij dicunt & melius vt videtur quod ſcribebat eorum peccata, vt oſtenderet ineptos ad accuſationem huius fœminæ.* Ideo ſequitur. ✻

*MORALITER.*

† 3 *Adducunt autem, &c.* Per mulierē iſtā in adulterio deprehenſam, ſignificatur quęlibet perſona Chriſto per fidē deſponſatā, ſecundū illud 2. Cor. 11. a. *Reſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exibere Chriſto.* Sed poſtea per mortale ... cum diabolo adulterata. Per ſcribas & Phariſæos, ... nes ſignificātur, qui dicuntur hic ſcribę, quoniā noſt... cata retinēt memoriter tāquā firmiter ſcripta, & ph... †

m orumpercũſſi ſunt,iterũ ſcribit in terrã ex more vultũ al vertens:vt illis ſit liberũ exire, quos præuidebat citius ex uros quam plura interrogaturos. Docet autem nos ſi- ci & ante correctionem alterius,ita & poſt nos ipſos hu- m iter inueſtigare,ne idem vel aliud ſimille in nobis ſit.

d *Teſtimonium.* Putant non credẽdum ei. Q. Solus de ſe teſtatur obliti præmiſſarum lucernarum, & ipſius Ioannis Baptiſtę,qui de eo euidenter oſtendit.

e *Verum eſt teſtimonium.* Meum teſtimoniũ ideo verum eſt habendũ,quia ſcio vnde venio,hoc eſt,quia teſtimonio patris confirmatur, veni miſſus a patre, nõ tamen eum deſerẽs, & impleto miniſterio ad patrem redeo nec tamen mũdum relinquo.

a *Nec ego te condem-na*. Sed quia pote- ra timere, ne iſte qui ſine peccato eſt ea puniret,dicit ei vt miſericors præte- ri peccata dimit- te: *Nec ego te con- de nabo.* vt iuſtus ne amplius peccet in- te icens.

b *Iterum ergo.* Re- pu is, tentatoribus, ſa ta culpa mulie- ri appertius ſub- di quid poſſit ex di- ui tate,ne ambigat de o homine, an po it peccata dimit te.

c *Ego ſum lux mun-di* Quæ nube carnis te tur, & ſic tole- ra da hominibus ef fi ur, vnde & pec- ca poſſum dimit- te,& etiam homi- ni illuminare.

Audientes autem hæc,* vnus poſt vnum exibant, incipientes

Remanet ſolus eſus cum muliere in domo:ide ſt,cum eccleſia in mundo. a Miſericordia. b Miſeria. c Diſcipulorum vel in dubio.

à ſenioribus,* & remanſit Ieſus ſolus, & mulier in medio

a Hos fugauit iudicio iuſtitiæ.

ſtans. Erigens autem ſe Ieſus* dixit ei. Mulier, vbi ſunt qui te

alias ſunt, Sciens te ſimiliter inquinatum

accuſabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit:Nemo domi

a ne.Dixit autem Ieſus:Nec ego te † condemnabo. † Vade, &

iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus,

a Ideo. b Per fidem. c Iuſſis exemplis obedit.

b dicẽs:† Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non † ambulat

a Ignorantiæ vel peccatorum. Nunc & in futuro. b Quia Deum ſe ſignificauit.

c in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pha-

d riſęi.Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum

Oſtendens ſe & patrem cui gloriam dat.

non eſt verum.Reſpondit Ieſus & dixit eis. Et ſi ego teſtimo-

nium perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum,

A patre.

e quia ſcio vnde veni, & quo vado. Vos autem neſcitis vnde

f venio, aut quo vadam. Vos ſecundum carnem iudicatis:

f *Vos ſecundum carnem iudicatis.* Quia illud neſcitis ideo vos ſecundum carnem iudicatis, hoc eſt hominem putatis, cui in laude ſua credendum nõ ſit,& etiam damnatis.

✲ Theophylactus. Vos quoniam in carne ſum, carnem me ſolum eſſe putantes,non autem Deum ſecundum carnem fallibiliter iudicatis.

✲ Avgvstin. Quia Deum non intelligitis & hominẽ videtis, ideo vobis arrogans videor, qa ego de me teſtimonium perhibeo

*cum nemine viviſſet præter mulierem. rcõdẽno De pęn. di.2.c.1. & di.3.ſi apoſtol & ca.adhuc perfidi. † ambulabat. In hunc locum.

Tra.30.in Io. to.9.

d *Teſtimonium*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnus poſt vnum. *Quia grauiorib.criminib.irretiti erant. Sed ſi* ...*æratur, quomodo ſcribebat? Dicendũ,quod nõ ſcribebat per ſin gu,ſed diuina virtute potuit facere* ꝙ *in aliqua figura ab eo protra* ... *uilibet eorum videret ſua propria peccata & non alia, nec ab al videbantur.*

2 Et remãſit Ieſus ſolus. *Non eſt intelligendũ,*ꝙ *Chriſtus remã ſi ſolus ſimpliciter cũ illa muliere, quia remanſerunt cum eo diſci- p & multitudo populi, ſed remanſit ſolus a ſuis calumniatoribus.*

3 Erigens. *Poſita rigore iuſtitiæ,hic Chriſtus ipſum tẽperat dul- co miſericordiæ.Et hoc eſt quod dicitur.* Erigens autem. *confu- ta calumniatoribus.*

4 Dixit ei: Mulier,vbi. *In quo examinatur de accuſatione, & c equenter de condemnatione.* Nemo te condem. *Et ſubditur m eris reſponſio.*

5 Nemo domine. *Quia receſſerant,vt viſum eſt. Et ſubditur C iſti abſolutio.*

6 Dixit autem Ieſus. *Quia veni peccatores ſaluare,& non con d nare.*

7 Vade. *Abſoluta à culpa & à pœna.*

8 Etiã amplius. *Saluando.n.naturã,damnat culpam.Circa hoc ſ dũ,*ꝙ *hoc factum Chriſti nõ eſt trahendum ad conſequentiã,imo d nt ſacerdotes in foro pñiali imponere pñiam ſecundum condi- ti m peccantis,& peccati,quia non habent talem ptãtem dimit- te ,poterat etiam Chriſtus illi mulieri tantam contritionem dare, qu ſufficeret ad deletionem ilius culpæ & pœnæ,& illam contri- tio m cognoſcere. Non ſic autem alius ſacerdos qui non nouit cor ne idet, quia homo videt ea quæ patent, vt habetur 1. Reg.16.b.*

9 Iterum ergo. *Poſtquã euangeliſta introduxit Chriſtũ docentẽ hic ſcribit doctrinam ipſius quantum ad virtutem illuminatiuã, Et diuiditur in duas,quia primo proponitur intẽtio.Secundo proba tur ibi:* Dixerunt ergo Phariſęi. *Circa primum tria ponuntur. Primum eſt ipſius Chriſti ſpeciale priuilegium cum dicitur.*

10 Ego ſum lux. *Alii.n.non ſunt lux,ſed ab hac luce illumina- ti, dictum fuit.1.ca.non tñ ſic eſt intelligendum,*ꝙ *Chriſtus ſit ſol iuſtitiæ viſibilis,ſicut intelligebant Manichæi.Lux.n.magis proprie dicitur in ſpũalibus quam in corporaribus,quia lux habet rationem ma feſtatiui,quod proprie habet locum in cognitione intellectiua, qu ſummum tenet gradum,& ideo ipſe Deus ſolus eſt lux per eſſen tiã quia ab ipſo omnis notitia deriuatur.Secundo,proponitur huius lucis beneficium cum dicitur.*

11 Qui ſe. *Per fidem formatam.*

12 Non am. *Ignorantiæ & culpæ,per conſequens nõ veniet ad tenebras gehennæ,quæ ſunt terminus prædictarũ tenebrarũ ꝓpter hoc Matth.8.b.dicunt* tenebræ exteriores. *Id eſt, vltimæ p Chriſtum.n. facta eſt veritas cõtra tenebras ignorantiæ & gratia cõtra tenebras culpæ,& gloria dabitur ab eo contra tenebras gehennæ: Tertio proponitur huius lucis fructus,cum dicitur.*

13 Sed habebit.&c. *Quia per irradiationẽ huius lucis eleuabitur intellectus ad vidẽdum Deum clare,& per conſequens affectus ad fruendum ipſo perfecte, in quibus conſiſtit vita æterna.*

14 Dixerunt ergo. *Hic probat iſta tria propoſita p ordinẽ.Primo primum. Secundo ſecundum ibi.* Dixit ergo iterũ. *Tertio tertiũ ibi.* Amẽ amẽ dico vobis ſiqs ſermo, &c. *Prima in duas quia primo ponitur Iudæorum obiectio ſecundo Chriſti reſponſio, ex qua oſtẽditur primum propoſitum.ibi:* Reſpõdit Ieſus. *Obiectio autem eorum ꝓcedit nõ ex parte dicti,quia erat veriſſimum, ſed ex parte dicẽtis,& hoc eſt* ꝙ *dicitur.* Dixerũt ergo Pha.Tu de teip. t.p.

Diuiſio.

15 Teſtimoniũ tuum nõ eſt ve: *Id eſt, habens firmitatẽ dato* ꝙ *eſſet verum in ſe,quia nullus poteſt ferre teſtimonium de ſeipſo*

16 Reſpõdit Ie. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, & excludit eorũ obiectionem dupliciter.Primo oſtendendo quod cõſequentia nõ tenet Secundo,quod antecedens eſt falſum.ibi:* Vos ſecundum carnẽ. *Circa primum ſciendum,quod teſtimonium habet firmitatẽ & veritatem ex certitudine cognitionis,& ideo hominis teſtimonium de ſe non eſt firmum,quia etſi ſe cognoſcat tamen frequenter inordinate afficitur ad ſeipſum. Deus autem perfecte ſe & alios cognoſcit, nec poteſt eſſe diſtorſio in eius affectu,propter quod teſtimonium Dei de ſeipſo firmum eſt.Teſtimonium autem hominis de Deo eſt inualidum propter defectũ cognitionis.Chriſtus erat homo & Deus, nec poterat eſſe defectus cognitionis vel inordinatio affectionis in diuina natura vel humana,propter quod eius teſtimonium de ſeipſo erat firmum,magis quam quodcunque aliud teſtimonium,& ſic patet defectus conſcientiæ,& hoc eſt quod dicitur.* Reſpondit Ieſus, & di. eis, & ſi ego te.perhi. *Subditur cauſa.*

17 Quia ſcio. *Id eſt,perfecte cognoſco patrem a quo exiui in mundum,& ad quem reuertar.Et ſic patet probatio primi propoſiti ſ i licet quod Chriſtus ſit lux per eſſentiã,quia verbum eſt a patre progrediens ſicut lux a luce.*

18 Vos autem ne. *Quia eius diuinitatem ignorabant.*

19 Vos ſe.car. *Hic oſtẽdit Chriſtus antecedens eorum eſſe falſum.*

✲ *Et diuiditur*

*MORALITER.*

† ide,diuiſi recte dicuntur,nã a Chriſto & ſanctorũ conſortio ſeparantur. Hi mulierem ad iudicium adducunt, quia damnationem hominum ſollicite quærunt, ſed quia Dñs non vult mortem peccatoris,ſed vt magis conuertatur & viuat. Ezech.18.g. Ideo dicit ei.

7 *Vade & iam.* Quia ſibi ſufficit vera pœnitentia de præteritis,& cautela contra recidiuum pro futuris.

*MORAL.*

A nium perhibeo. Omnis.n.homo quando de ſe perhibere vult laudabile teſtimonium,ſuperbus & arrogans videtur, homines enim infirmi ſumus,verum dicere & mẽtiri poſ ſumus,lux mentiri non poteſt.

Ho.51.i Io.to.3. * CHRYSOST. Sicut ſecundũ carnẽ viuere,màle viuere eſt, ita ſecundum carnem iudicare, iudicare iniuſtum eſt.

a *Ego non iudicio quenquam.* Ego non iudi. quaſi ſecũdum carnem, vt vos, vel penitus non iudico hoc primo aduentu ſed ſaluo, ſed quia ſecundo aduentu iudicabit,ſubdit hoc: *Et ſi iudico ego.*

† Deut. 17.b. Matth. 18.b. 2. Cor. 13.a. Dan.13.a † Deteſt. c.1 omni

Tra.36.i Io.to.9. † Matth. 11.d. Lu.10.d. * AVGVSTI. Quod duobus modis intelligi poteſt vt aut hoc intelligamus. *Non iud.co quenquam.* Id eſt, modo, ſicut dicit alio loco. B Ego non veni vt iudicem mũdum, ſed vt ſaluum faciam mundum,non iudcium ſuum negando,ſed differẽdo. Aut certe quia dixerat. Vos ſm carnem iudicatis,ita coniunxit: Ego non iudico quenquam,vt ſubaudias ſecundum carnẽ Chriſtum non iudicare,ſicut ab hominibus iudicatus eſt.

a ego nõ iudico quemquam. Et ſi iudico ego, iudicium meum
(a Id eſt,& ſi homo,patrem non deſeruit,& ſi miſſus per carnem, tamen ego & pater ſimul per deitatem. Incarnati conſtituit.)
b verum eſt,quia ſolus non ſum,ſed ego & qui me miſit pater.
(Vobis a Deo data.)
c † Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.† Ego ſum qui teſtimonium perhibeo
(a Nunc & ſi differo iudicium non differo teſtimonium.)
(a Si duobus teſtibus creditur, qui poſſunt falli & mentiri, quare non mihi & patri,vbi eſt ſtabilis veritas?)
de meipſo,& teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Ieſus:
d † Neque me ſcitis neuue patrem meum. Si me ſciretis, † for-
e
f ſitan & patrem meum ſciretis. Hæc verba loquutus eſt Ieſus
(a Magna confidentia intrepidus verba diuinitatis coram inimicis aperte loquitur t decet.)
g in gazophylacio docens in templo, & nemo apprehendit cũ
(a Non natalis ſed opportuna & voluntaria.)
h quia nondum venerat hòra eius. Dxit ergo iterum eis Ieſus:

Ho.51.i Io.to.3. * CHRYSOSTOMVS. *Et ſi iudico.* Quaſi dicat,propter hoc dixi, non iudico, quaſi non præſumens iudicare,quia. ſi iudicarem,iuſte vos condemnarem.

b *Quia ſolus.* AVGVSTINVS. Ideo verũ, quia non ſolus ſed ego pater. Ecce ergo & duo in perſonis,licet vnũ in ſubſtãtia,quod eſt ideo verum eſt iudicium meum,quia verus C Dei filius ſum,vnde probatur quod filius, quia non ſolus, ſed pater mecum.

Tra.36.i Io.10.9. * AVGVSTINVS. Si autem tecũ eſt pater,quomodo te miſit? Ergo Dñe, miſſio tua, incarnatio tua eſt. Hoc eſt. Chriſtus erat ſecundum carnẽ,& a patre non receſſerat, qa pater & filius vbique erant. Erubeſce Sabelliane,non.n.dixit. Ego ſum pater,& ego ipſe ſum filius,ſed ſolus nõ ſũ, inquit,qa mecũ eſt pater. Diſtingue perſonas ergo,diſtingue intelligentiam,agnoſce quia pater,pater eſt, & filius, filius eſt,ſed noli dicere. Pater maior eſt filius minor. Vna eſt ſubſtantia, vna coæternas,perfecta æqualitas.

c *Et in lege veſtra ſcriptum eſt.* AVGVSTINVS. Dicto de iudicio quod ſuũ & patris teſtimoniũ verum ſit,pbat ab autoritate legis. Dicitur enim in lege:
1 *ore duorum vel tri*
2 *ſtat omne verbum,* 
quod duo vel plur
3 nonſint inuẽti ſæ
4 fallaces,ſed trinit
5 in hoc commenc
6 tur,in qua perpet
7 veritas Si ergo
habere bonam ca
ſam, habet duos 
8 tres teſtes, p
9 trem & filiũ ſimu
10 vel patrem & filiu
11 & ſpiritum ſanctu
12 vt accuſata Suſan
13 habuit.
14 d *Dicebant ergo*
15 Secundum carne
16 iudicantes patr
17 Chriſti carnaliter
ceperunt,ſed erat
mo in aperto, 
bum patris in occulto.

e *Vbi eſt p.* Q.d. Te videmus ſed nõ patrem tecum. Quę ptra dr̃,ſed nec me ſcitis, quia ſi hoĩem quem videtis quod in occulto ſum ſcitis,& ideo nec patrem ſcitis. Si me ſciretis,quod eſt prius,me cognoſcite, & ſic patrẽ ſcitis,quia vnum ſumus.

f *Forſitan & patrem m.* Nõ dubitat, ſed dubitãtes quaſi det & increpat,vt & dñs ſeruo,forſitan dominus tuus ſi

g *Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in templo.* Gazæ diuitiæ, Phylaxe ſeruare.

TYPICE. Gazophylacium eſt myſteria ſcripturarũ quæ ſunt in tẽplo,Id eſt,in Chriſto. Hęc ſecreta poſt reſurrectionem aperuit apoſtolis,ſed in his modo loquitur parabolas non intelligentibus Iudęis.

h *Et nemo apprehendit eum.* Id eſt,loquentẽ de deitate ſimple.nemo etiam ſi vellet apprehendit, quia ipſe necdũ luit. Dicit ergo de paſſione ſua,quę in ſua poteſtate eſt, dæis capere volentibus.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Et diuiditur in duas,quia primo ponitur Chriſti probatio. Secũdo re* * Diuiſio. *mouetur Iudæorum obiectio,ibi:* Dicebat ergo. *Autecedens eorũ erat, quod Chriſtus eſſet ſolus qui de ſe teſtimonium perhiberet, & hoc eſt falſum,quia filius Dei non poteſt eſſe ſine patre & ſpirituſancto,qui concorditer dant teſtimonium cum eo, vt dicitur 1.Ioan.5.b.* Tres qui teſtimonium dant in cęlo,&c. *Tamen non fit hic mẽtio niſi de patre,& hoc eſt quod dicitur:* Vos ſecundum carnem iudicatis. *Scilicet,me eſſe ſolum hominem.*

1 Ego non iudico quenqam. *Scilicet,per exteriora ſicut vos* 1. Regu. 16.b. *quia Deus intuetur cor.*

2 Et ſi iudico ego,iudicium meũ verum eſt. *Id eſt,firmum.*

3 Quia ſolus nõ ſum. *Vt ſupponitis,qdia non poteſt eße ſolitudo in diuinis,cum vna perſona ſit in alia,& e cõuerſo,ideo ſubditur,*

4 Sed ego & qui me miſit pater. *Ex hoc arguit ad propoſitum,di.*

5 Et in le.veſtra ſcri,eſt. *Deut.17.b.*

6 Quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. *Id eſt. debet reputari verum, quia quamuis duo homines poſſint ſimul mentiri ta men non contingit de facili.*

7 Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me ipſo. *Ecce vna perſona.*

8 Et teſtimonium perhibet de me. *Ecce alia.argumẽtum eſt a minori. Si.n.duorum hominum teſtimonium eſt firmum, qui habent cognitionem paruam,& poſſunt habere affectionem diſtortam, multo fortius teſtimonium patris & filij in diuinis,vbi non poteſt eße talis defectus,debet firmum reputari.*

9 Dicebant ergo ei. *Hic remouetur Iudæorum obiectio,audiẽtes enim,quod allegabat patrem ſuum in teſtimonium, ſtatim obiecerũt.*

10 Vbi eſt pater. *Quaſi dicat,non eſt talis ac tantus, quod hoc ſit ei credendum.Credebant enim eum eſſe hominem purum lium Ioſeph, & ideo de ipſo deriſorie quærebant.*

11 Reſpondit Ieſus. *Obiectionem excludendo.*

12 Neque me ſcitis. *Secundum deitatem.*

13 Neque patrem meum. *Per conſequens.quia cognito correlatiuorum cognoſcitur & relinquum,ideo ſequitur.*

14 Si me ſciretis. *Quamuis enim Iudæi haberent maiorẽ notiã quam gentiles,ſecundum quod dicitur Pſal. 75. a. Notus in Iudæa Deus,tamen non cognoſcebãt eum quãtum ad myſterium trinitatis, quia non erat adhuc plene reuelatum.*

15 Hęc verba loquutus eſt Ieſus in ga. *In loco vbi ponebantur oblationes pro ædificijs templi.Hoc autem addit euãgeliſta, ad dendum,quod Jeſus tũc erat in loco,vbi poterat faciliter capi qui quærebãt eum occidere,niſi fuißent repreſſi diuina virtute, ſequitur: Et nemo apprehendit eum.*

16 Quia nondum venerat ho. *Id eſt,ab eo præordinata, quando voluit captus eſt,& non ante.*

17 Dixit ergo iterum. *Hic probat ſecũdum ſupra poſitũ, ſequens eum non ambulat in tenebris. Et diuiditur in duas,qui mo oſtendit eos quibus loquebatur habere huius lucis defectum do ſubditur huius defectus remedium,ibi:* Dicebãt ergo. *Circa mũ ſciendum,quod recedente ſole viſibili de noſtro hemiſphęrio ſantur ibi tenebræ,ita ſimiliter Chriſto qui eſt ſol iuſtitiæ,ex h do per mortẽ decedente,Iudæi pro maiori parte ſunt obtenebrati nebris infidelitatis,& in eis obſtinati,& hoc iuſto iudicio Dei viderãt ſigna in uita eius & in morte,propter quæ gẽtiles legi phetarum notitiã nõ habentes crediderunt Chriſto. Similiter de illo Cẽturione,qui viſis ſignis in morte Chriſti dixit:* Vere Dei erat iſte: *vt habetur Mat.27.f,& ideo* Iudæi *qui nõ ſol*

a *vado.* Quaſi ſponte, & ideo fruſtra laboratis. Vadit il e venerat, & vnde non diſceſſerat. *Quæretis.* ideo perſe es aſſumptum in cęlis non vt amici habere cupiẽtes is pęnam prædicit. *In pec. veſtro mor e.*

b *quid interficiet ſemetipſum.* Stulta verbi quaſi ſi de mor ret, non poſ um ſequi ad m. Dicebat er de morte, ſed oria ad quam r mortem, vn carnalib. ſub dit.

*V deorſum eſtis.* & erram ſapitis, erpens terram ditis.

c *n ſum de hoc mũdo.* Theophy lactus. Apolli male ſuſcipiẽs ſermonem, ait corpus domi n fuit de hoc mũ, ſed deſurſum is deſcendit. uid igitur & Apoſtoli, quibus à domino dictum eſt. on eſtis de hoc mundo omnes corpus ſunt cœlitus ntes. Sic igitur intelligendum eſt, cum dicitur: *Ego n de hoc mundo.* Hoc eſt, non ſum de numero veſtrum, undana curatis,

d *i ergo vobis.* Hic exponit quid ſit eſſe de de mundo, id e peccatores infideles terrena ſapientes, vnde hoc eis it.

e *ſum.* Sed e contrario ſpem dat credituris.

f *ideritis.* Credideritis dicit, non perceperitis, quia ne nc capit immutabilem eſſentiam.

✠ Avgvstinvs. Tota infidelitas Iudæorũ ipſa erat non ũ habere ſed in peccatis mori. Vnde ſubdit. *Dixi uobis o. in peccatis veſtris.* Credo autem in illa multitudine q̃ nũ audiebat, & eos fuiſſe q credituri erãt, quaſi in omnes autem proceſſerat illa ſeueriſſima ſententia, *in peccato veſtro moriemini.* Ac per hoc & illis qui credituri erant ſpes erat ablata, reuocauit ergo eos ad ſpẽ, adiungens: Si enim non credideritis qa ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Ergo ſi credideritis qa ego sũ, nõ moriemini in peccato veſtro. D

a De futuro quaſi de præſenti loquitur. b Perſequendo in apoſtolis. Permanentes.

a Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.

a Vos inimici nunquam, ſed amici mei, & ſi non modo, poſtea tamen poterunt, quibus alibi idem dicit quod iſtis. b Omnia carnaliter ſapi entes, & dixit non intelligentes.

Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Dicebant ergo Iu-

b dæi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit, quo ego vado, vos nõ poteſtis venire? Et dicebat eis: Vos † deorſum eſtis,

a A patre, cum eo excedens omnia. b In peccato nati adhuc in eo uiuitis, quod non iam hi qui de mundo electi ſunt pertinentes ad eum qui fecit mundum. Prior mundo.

c ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego nõ ſum de

d hoc mũdo, Dixi ergo vobis, quia in peccatis veſtris moriemi-

In quo nati.

e ni. Si. n. non credideritis, quia ego ſum moriemini in † pecca-

f a Carnalia ſapientes, æternæ eſſentiæ ignati. b Quid dixiſti. Ego ſum & non addiſti quid, nunc ergo dic quis es, vt credamus.

g h to veſtro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? dixit eis Ieſus: † Princi-

✠ Origenes. Manifeſtũ eſt, quod q moritur in peccatis ſuis, quamuis dicat ſe Chriſto credere, tñ in veritate non credit, q. n. credit iuſtitiæ, non iniuſtitiã faciet, & credẽs in ſapientiam, nihil ſtultum dicit aut facit: & ſic ſi ſcrutatus fueris cæteros intellectus Chriſti, inuenies quõ qui non credit Chriſto, moritur in peccatis ſuis. Accedens autem ad contraria eorũm quæ conſiderãtur in Chriſto, in peccatis ſuis moritur.

To. 19. i Io. to. 9. Dixi vobis, quod moriemini in peccatis veſtris.

† ex his, que deorſum, ex inferius. E

† peccatis veſtris.

g *Ego ſum, moriemini in peccato veſtro.* Nõ dicit quid, uel Chriſtus, vel filius Dei, uel aliud huiuſmodi, ſed ad iſtos vtit verbo ęternæ eſſentiæ, ſicut olim ad Moyſen quem mittebat ad liberandum Iſrael. Q. d. qui miſi Moyſen ad liberandum filios Iſrael, ego per meipſum veni liberare perditos. Cætera vero omnia quæ mittuntur, non vere ſunt.

† Principiũ quia oẽ, i. originem, Vel, Prĩcipio qđ

Exo. 3. d

h *Principium.* Avg. Credite me principium, & eſt in Gręco fęminini generis, ac ſi diceret: Credite me veritatẽ, qui loquor vobis, pater dicitur principium nõ de principio, filius dr̃ principium a principio, i. a patre, per quem omnia. Omnia. n. per filium pater operatus eſt, ipſe manus dextera, fortitudo, ſapientia, & verbum eſt patris.

tra. 39. i Io. to. 9.

Avg. Ecce quid eſt eſſe, quia principium in ſe manet, innouat omnia, & mutari non poteſt.

*Loquor.*

## NICOLAVS DE LYRA.

*ila viſa, ſed etiam per oracula prophetarum prædicta poterãt gnoſcere verũ Chriſtum, & perſequentes eum merito, ſunt à miſſi propter eorum ingratitudinem & ſic excæcati totaliter ſtinationẽ, & hoc eſt quod dicit.* Dixit ergo, &c. ego vado. *Scilicet, ad patrem per mortem ſecundum humanitatem, à quo tamẽ non ceſſit ſecundum diuinitatem.*

1 quæri. me. *Scilicet, perſequẽdo me in membris meis, quia poſt m Chriſti, Iudei perſecuti ſunt apoſtolos & alios Chriſtifideles que ad mortem, vt patet Act. 8.*

2 in peccato ueſtro moriemini. *Id eſt, propter peccatũ veſtrum, quia propter perſecutionem Chriſti, et apoſtolorum ciuitas Ieruſalem deſtructa eſt, & templum combuſtum, & populus occiſus ab exercitu Romano, vt fuerat à Chriſto prædictum expreſſius Luc. 13. g. & 19. f. Ieruſalem Ie. quæ oc. pro. &c.*

3 Quo ego vado. *Scilicet, ad gloriam patris, veſtra infidelitate impediente.*

4 Dicebat ergo. *Hic conſequenter Ieſus docet remedium. Et diuiditur in duas, quia primo huiuſmodi remedium proponit, ſecundo eius efficaciam oſtendit, ibi:* Dicebant ergo. *Circa primũ ſciendum, quod hoc remedium conſiſtit in ueniendo ad Chriſtum per fidem, qui eſt uera lux, ideo diuiditur in duas, quia primo remedium huius fidei oſtenditur, ſecundo ad credendum eos inducit, ibi.* Dicebant ergo. *Prima in duas, quia primo ponitur Iudæorum interrogatio, ſecundo, ſubditur Chriſti reſponſio, in qua dat remediũ prædictum, ibi.* Et dicebat eis. *Circa primũ ſciendũ, qđ audierant Iudæi Chriſtũ voluntarie moriturum, ut habetur per illud Iſa. 53. d.* Tradidit in mortem animam ſuam. *Quæ ſcriptura & totum cap. exponitur de Chriſto ab antiquis doctorib. Hebræorum, & ideo Iudæi deriſorie quærebant de Ieſu, quem reputabant falſum Chriſtum.*

5 Nunquid inter. *Si. n. ſerioſe loquerẽtur de impletione huius prophetiæ, dicerent ſic.* Nunquid *ex ſimplici uoluntate ſeparabitur aĩæ a corpore, qđ patet ex eo quod ſubditur.* Quo ego vado, vos non poteſtis uenire. *Ipſi. n. poterant ſeipſos interficere, ſed non poterant animam ſuam pro uoluntate ſua tradere, ſicut fuit prophetatũ de Chriſto per Iſaiam, & in Ieſu fuit adimpletum.*

6 Et dice. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, in qua datur prædicti uerbi intellectus dicentis.*

7 Vos deorſum eſtis. *i. de maſſa corrupta pondere originalis peccati, & ideo habetis debitũ mortis & neceſſitatẽ moriendi propter quod ſeparatio aĩę a corpore non ſubiacet ſimplicit ueſtræ uolũtati.*

8 Ego deſu. ſum. *Quia ſecundum deitatem habet eãdem naturã cum patre, ſecundum humanitatem anima eſt a Deo immediate per creationem, & corpus formatum ſpiritusſancti virtute, & propter hoc habebat plenum dominium ſuper corpus ſuum, ſeparando animam ab ipſo, & reuniendo ſecundum quod dicitur infra 10. d.* Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. *ideo ſequitur.*

9 Vos de mundo hoc eſtis. *corpore & affectu:*

10 Ego non ſum de hoc mundo. *Quia ſecundum, q Deus præcedit mundum, vt cauſa effectum, nec eſt pars uniuerſi. Secundũ autem humanitatem propter virtutem formatiuam eodem modo eſt dicendum, quia illa virtus fuit virtute ſpiritusſancti: quantum autem ad animam & corpus bene eſt pars vniuerſi, & ſic eſt de mundo quãtum ad ſubſtantiam, non autem quo ad peccati deordinationem; quæ deordinatio nomine mundi in ſacra ſcriptura frequenter deſignatur, vt ſup. dictum eſt, 1. cap. & hoc modo Iudæi erant de mundo propter infidelitatis peccatum, propter hoc ſubdit.*

11 Dixi ergo vobis, quia in peccatis veſtris m. *Supra dixerat in peccato veſtro, in ſingulari, quia principale peccatum eorum erat perſecutio Chriſti, ſed ad hoc ſequebantur multa alia peccata, ꝓpter hoc replicauit hic in plurali, in peccatis ueſtris. Et conſequenter oſtẽdit remedium contra iſta mala.*

12 Si enim non cred. *Fide formata charitate.*

13 Quia ego ſum. *Vobis in lege & prophetis promiſſus.* Moriemini in peccato veſtro.

14 Dicebant er. *Oſtenſo remedio euadendæ mortis, quod eſt per fidem Chriſti, hic conſequenter inducit eos ad credendum ſibi. Circa quod præmittitur Iudæorum interrogatio dicens.*

15 Tu quis es? *Q. d. oſtende nobis q tu ſis talis, & tantus, quod debeat credi tibi.* 16 Dixit eis. *Probando quod debet eis credi per hoc quod eſt omnium creaturarum primum principium, & per conſequens ueritas prima & infallibilis, & hoc eſt quod ſubdit.*

17 Principium, qui & loquor vobis. *Et quia eſt primum oĩum*

*rerum*

A a *Loquor uobis.* Et habeo vobis multa loqui, docendo,ſi cre
dideritis,accuſando ſi nō credideritis,& qui modo non iu-
dico,ſed ſaluo,habeo poſt iudicare.Habeo dico,ſed totum
ex patre, qui verax eſt ex ſe, ex quo ego ſum veritas quam
genuit ex ſe, & ideo vera dico, & iudico. Ecce quomodo
dat gloriam patri cui
ęqualis eſt,vt doceat
nos minores dare
gloriam Deo.
b *Et non cognouerunt.*
Cum dicit,qui miſit
me, verax eſt,nō in-
tellexerunt, quod de
patre diceret, qa ad-
huc habebant clau-
ſos oculos, & ideo
ſubdit eis: *Cum exalta*
B *ueritis fi.* vbi oſtendit
aliquos ibi eſſe, qui
poſt paſſionem ſuā,
eſſent credituri & co
gnituri qs ipſe eſſet.
✻ Avg. Exaltatio-
nem aūt crucis dicit:
quia & ibi exaltatus
eſt qñ pependit in li-
gno, hoc oportebat
impleri per manus
eorū qui poſtea fue-
rāt credituri, quibus
dicit,hoc quare? niſi
vt nemo in quocun-
que ſcelere, & male
ſibi conſcius deſpera
ret, qñ videat eis do-
nari homicidium,qui occiderant Chriſtum.

† Sup ra 7.d.

tra.40.i Io:10.9.

a Factus homo propter uos ut poſſetis me intelligere.
a pium, qui & loquor vobis. Multa † habeo de vobis loqui &
a Idem eſt audire ab eo quod eſſe ab eo.
iudicare,† ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab
Id eſt,veritatem.
b eo,hæc loquor in mundo.Et non cognouerunt quia † patrem
a Q Prius eſt paſſio implenda per manus ue[illegible] poſt ex uobis aliqui credent,ne quis ergo deſperet de quantocumque ſcelere.
eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Ieſus: † Cum exaltaueritis
a Aliqui ex uobis. Notat inter eos fuiſſe aliquos qui credituri erant.
filium hominis,tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & a meipſo
a Id eſt,ſcientem genuit. b Iterum iam dixerat,ſed quia res magna,aſſidue commemorat.
c facio nihil,ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me
a Non tamen miſſus ut ego,quia non incarnatus, nec conuenit.
b Pater.
c Filium.
d Quare non reliquit.
d miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia ego quæ
a in ſalute humani generis quæ eſt uoluntas patris. b Iudæi non omnes quia non iam in omnem terram exiuit ſonus apoſtolorum.
e placita ſunt ei, facio ſemper. Hæc illo loquente multi
a Quia crediderunt promittit, quo ex fide perueniatur.
crediderunt in eum. Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui
a Quia iam eſſe cœpiſſis. In fide quæ in uobis cœpit eſſe per ſermonem.
f crediderunt ei, Iudæos: Si vos manſeritis in ſermo-
a Bonitatis, iuſtitiæ, & ueritatis.
b Quid prodeſt eſſe diſcipulos.
g ne meo, vere diſcipuli mei † eritis, et cognoſcetis

c *Quia ego ſum.* Eſſe eſt immutabile diuinæ ſubſtantiæ.Sed
ne ipſe qui loquitur,intelligeretur eſſe pater, ſubdit. *Et à me
ipſo facio nihil.* quia à meipſo non ſum, ſed a patre.
*Quia*

C

d *Quia ego,&c. fa. ſem.* Semper ipſa æqualitas eſt. Sed
non ex quodam initio & deinceps, ſed ſine initio &
Dei enim generatio non habet initium temporis,qui
vnigenitum facta ſunt tempora.
e *Multi crediderunt in eum.* Fides credere quod non vid
uenietis ex fide quæ eſt humilis, & contemnitur,& e
num ſynapis.
✻ Avg. Omnes nos vnum magiſtrum habemus,
illo condiſcipuli ſumus. Nec ideo magiſtri ſumus,

NICOLAVS DE LYRA:

*rerum principium,omnia reducit in ſeipſum, cum ſit finis omnium, ideo conſequenter oſtendit,quod ad ipſum pertinet omnium iudiciū, per quod alia reducuntur in ipſum,& hoc eſt,quod dicit.*

1 Multa habeo de uobis loqui & iudicare. *Non dicit, vobis, ad vtilitatem veſtram,ſed de vobis,id eſt, ✻ ad malū verum,quod erit in iudicio futuro*

2 Sed qui me miſit. *Quia adimpleuit promiſſum de prima miſſione filij,quæ non eſt ad condemnandum,vel iudicandum mundum, ſed magis ad ſaluandum per doctrinam,ideo ſequitur.*

3 Et ego quæ audiui. *Dicit enim ſe audire à patre, quia inquantum Deus habet ſcientiam à patre, tamen eandem cum ipſo ſicut & eſſentiam,ſed inquantum homo habet ſcientiam infuſam ab eo:*

4 Et non co. *Hoc addidit euangeliſta,vt oſtenderet cæcitatem eorum. Veruntamen,quia multi Iudęorum in morte Chriſti crediderūt, videntes miracula quæ acciderant in morte eius, vt habetur Luc. 23.g. Similiter ad prædicationem apoſtolorum multi Iudæorum crediderunt poſt mortem Chriſti, vt habetur Act.2.g, ideo ſubditur.*

5 Dixit ergo eis Ieſus: Cum ex. *Scilicet, in cruce, in qua fuit extenſus in aere,& per quod exaltatus eſt à patre, ſecundum quod dicitur Philip.2.b. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis,propter quod & Deus ex.&c.*

6 Tunc co:&c.quia ego ſum. *Scilicet, vere Chriſtus. Vtitur autem tali modo loquendi,vt reducat eis ad memoriā illud* Exod.3.d. Ego ſum qui ſum.

7 Et à me ip.fa.ni. *Quia ſecundum quod Deus habet totam virtutem operatiuam à patre, licet eandem, ſicut dictum eſt de ſcientia. Secundum quod homo, illa natura eſt organum diuinitatis coniunctum,& ideo,nihil poterat operari, niſi ſecundum motum & regulationem ipſius Dei, ideo ſequitur.*

8 Sed

8 Sed ſicut &c.mecū eſt. *Quia ſecundum deitatem pater in filio,& econuerſo, ſecundum humanitatem vere ipſa deitas eſt in homine Chriſto ſpeciali modo ſcilicet per realem vnionem, per quem modum non eſt in aliquo alio.*

9 Et non re. *Quia filius ſecundum, quod Deus non poteſt ſeparari à patre ſecundum vero quod homo poteſt ſeparari de potentia abſoluta: ſed de potentia ordinata, natura aſſumpta nunquam dim[illegible] quia quod ſemel aſſumpſit, nunquam deponet, ut dicit Damaſcenus.*

10 Quia ego quæ pl.&c.fa.ſemper. *Inquantum.n. Deus id[illegible] & facit quod pater, quia eorum eſt vna voluntas,& operatio[illegible] tum vero homo, eius voluntas & operatio, regulantur, abſque [illegible] qua obliquatione à regula diuinæ voluntatis, vt patet ex p[illegible]*

11 Hæc illo loquente. *Hoc addidit euangeliſta, ad oſtendendum quod remedium fidei prædictum extunc incœpit habere efficaciam quantum ad aliquos Iudæorum.*

12 Dicebat ergo. *Poſtquam Saluator induxit aliquos ad te[illegible] fidei, hic conſequenter oſtendit efficaciam huius remedij. Et di[illegible] in duas, quia primo circa hoc ponitur Chriſti inſtructio, ſecundo Iudæorum contradictio, ibi:* Reſponderunt ergo. *Efficacia au[illegible] dei in hoc conſiſtit, quod dat perfectam libertatem, quæ eſt m[illegible] deſiderabilis à creatura rationali, quia ſenſibiliter videmus bruta animalia libertatē præeligunt ventris ſatietati. Et mul[illegible] tius homo de cuius natura eſt libertas, per hoc enim differt [illegible] animalibus, quod eſt liberi arbitrij & ideo debet veram liber[illegible] omnibus præponere, propter quod Saluator oſtendit, quod e[illegible] fidei ſe extendit ad dandam libertatē perfectam, & hoc eſt q[illegible] citur:* Dicebat ergo Ieſus ad eos qui cre.ei iu. *Quia ipſi [illegible] tem maxime deſiderabant.*

13 Si uos manſer.in ſer.meo,ve.di.mei eritis. *Hoc dixi[illegible] aliqui eorum ficte credebant,& iſti non erant vere diſcipuli.*

14 Et cogn.ver. *Scilicet, fidei per doctrinam meam.*

✻ Et v[illegible]

*MORALITER.*

5 *Dixit ergo eis Ieſus. Cum exalta. filium hominis.* Scilicet, in cruce.

6 *Tunc cognoſcetis.* Poſt mortem.n. Chriſti & eius aſcenſionem, vna die prædicante Petro crediderunt ſimul & de Iudæis quinque milia,& altera die tria milia, vt habetur Act.4.a.& 2.g. Sic etiam eſt inter homines, quod ual[illegible] minis plus apparet & commendatur poſt eius mo[illegible] quam ante.

loco ſuperiore loquimur,ſed magiſter eſt omniũ q habitat in nobis,ad diſcipulum aũt parum eſt accedere, ſed oportet manere nos in illo,& ſi in illo nõ manſerimus,cadenus.Breue opus,breue verbum,magnum opere ſi mãſeri Quid.n.eſt in verbis Dei manere, niſi nullis tentationibus cedere? Si labor non eſt, gratis accipis præmium. Si labor eſt, attende magnum pæmium, & cognoſces veritatem.

a *Liber.* Hoc verbũ dominus poſuit a libertate, non vt plerunque Latine dici ſolet,liberari aliquis ab infirmitate,Et nõ dicerat dominus,liberi eritis, ſed veritas liberabit uos in quo tamen uerbo non intellexerunt niſi libertatem carnalem.

bertas autem plena atque perfecta eſt quando nullæ erunt inimicitiæ,quando nouiſſima inimica mors deſtruetur. D

d *Amen amẽ.* Amẽ Hebraice,verum dicitur Latine,quod nullus interpres mutauit,ne vileſceret nudatũ,ſed honorẽ habeat ſecretum,& eſt quaſi iuramentũ,vnde Hieronym. ſuper Iſa. Iurat dominus per ſemetipſum,quoniam ſententiam oris ſui & verbum quod ſemel protulit, nequaquã irritum facit,hoc eſt per ſemetipſum iurauit.

a Sicut eſt. Quam nec oculus ui.nec auris au.nec in cor hom.aſcen. b Quam modo cred tis,quæ modo carne tecta loquitur uobis,& latet uos. c Cognita. Liberos uos faciet,qui hic ſe ui e ant.

Efferunt genus ſuperbi.

a veritatem,& veritas † liberabit vos.Reſponderunt ei:Semen 1
b
c Abrahæ ſumus,& nemini ſeruiuimus vnquam, quomodo tu 2

a Exponit eis quæ ſit ſeruitus, quæ libertas quam promittit. b Magna confirmatio in generation ,ut ce tior ſ ant.

d diciti liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus: Amen,amen dico vo- 3 4

a Ex amore non la gore naturæ.

bis, † quia omnis qui fecit peccatum , ſeruus eſt peccati. † 5

Id eſt,peccator. Et ſi intrat. In eccleſia. Chriſtus in domo ſua cohærens filii liberat.

e
f Seruus autem non manet in domo in æternum.Filius autem 6 7

a Qui ſolus liberat a peccatis. b Vt hic peccatum non dominetur, & poſt corruptionem ut omnino non ſit

manet in æternum . Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi 8 9

Qui lem. a Per carnem ſed non per imitationem.

g eritis.Scio quia † filii Abrahæ eſtis,ſed quæritis me interficere 10 11 12

e *Seruus autem non.* In hoc terruit nos: Quæ ergo ſpes eſt, libertatis his qui non ſunt ſine peccato? E

f *Filius autem manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi eritis.* Qui ſolus liber eſt a peccato.

b *Reſpondit ei.* Non illi qui crediderunt ſed alii in turba qui non crediderunt,qui audito liberabit vos,indignati ſunt ſe vocari ſeruos,putantes dixiſſe de carnali libertate

c *Et nemini ſer.* Mẽtiunt.Ioſeph ſeruiuit in Aegypto, patres in Aegypto ſeruierunt in luto, iſti iidem tributis Cæſaris.

AVGVSTINVS. Prima libertas eſt carere criminib. ſed inchoata eſt non perfecta libertas , quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, vt non ea quæ vultis, faciatis. Libertas

g *Scio quia filii Abrahæ eſtis,ſed quæritis,&c.* Expoſito à dño contra gloriantes de vana libertate carnis & vera ſeruitute peccati,& vera libertate per ſe filium procedens iſtis,ſcilicet, quod filii Abrahæ ſunt per carnem , tales liberos oſtendit non eſſe filios Abrahæ, per imitationem fidei & iuſtitiæ, ſed eſſe filios homicidæ diaboli, quærentes ſe occidere , & ita eſſe vere ſeruos. F

☞ *Apud*

NICOLAVS DE LYRA

1 Et veritas liberabit vos. *Quia in præſenti veritas fidei liberat a ſeruitute culpæ,in qua inchoat vera libertas,& in futuro a ſeruitute miſeriæ,qñ ipſa creatura liberabitur a corpore mortis,vt habetur Rom.8.d.tunc libertas perficietur , quia anima erit ſubiecta ſoli Deo,in quo conſiſtit eius libertas propter quod dicit Aug.Voluntas tua erit libera ſi fuerit pia,pietas autem eſt ſeruitus Dei,& corpus erit omnino ſubiectum ipſi animæ per dotes gloriæ.*

2 Reſponderũt: *Hic ponitur Iudæorũ contradictio.Et diuiditur in duas,quia primo ponit hæc contradictio,ſecundo,remouetur,ibi:* Reſpondit. *Circa primum ſciẽdum, ꝙ audierunt a Chriſto ſe poſſe conſequi libertatem per eius fidem,in hoc autem implicatur quod ipſi eſſent ſerui,& ideo ſtatim contradixerunt,nobilitatem ſuæ originis allegantes,& hoc eſt quod dicitur.*

3 Semẽ Abrahæ ſumus & nemini ſeruiuimus vnꝗ *Manifeſte patet hoc dictũ eorũ eſſe falſum,qa ſi intelligebãt loqui de toto populo Iudaico,patet dicti falſitas ex hoc ꝙ populus Iuda.quadringentis annis fuit in Aegypto in ſeruitute magna,& iterũ 70.annis ĩ Babylone, in terra ẽt ſua frequenter ſeruierunt regi Aſſyriorũ & aliis nationib.vt patet 3.Reg.& 4.Si aũt loquebantur de ſeipſis pro illo tempore, patet ẽt dicti falſitas, quia tunc ſeruiebant Romanis, quolibet anno reddebant tributum eis , propter hoc dixerunt infra 19.c.*Non habemus regem,niſi Cæſarem.

4 Quomodo tu dicis liberi eritis? *Saluator eis duo promiſerat,ſcilicet,cognitionẽ veritatis,d.Cognoſcetis veritatem, & donũ libertatis di.Et veritas liberabit vos.Licet autem ſit peius deficere a cognitione quã a libertate, tamen Iudæi ſicut carnales & ſuperbi magis iniurioſum reputabant carentiã libertatis.& ideo dimiſſo defectu cognitionis,qui implicabatur in verbis Chriſti dicentis.* Cognoſcetis veritatem. *Quæſierunt tantummodo de defectu libertatis implicato in hoc verbo,veritas liberabit vos.*

5 Reſpondit eis Ieſus. *Hic remouetur Iudæorum contradictio. In contradicendo autem negauerunt vnum,ſcilicet,ſeruitutem,dicentes* Nemini ſeruiuimus vnquã. *Et aliud affirmauerunt,ſcilicet generis nobilitatem dicẽtes:* Fili Abrahæ ſumus. *Ideo Saluator primo probat eſſe verum quod ipſi negabãt,& ſecundo excludit ſecundum quod affirmabant,ibi;* Scio quia filii. *Circa primum ſciendum,quod licet Chriſtus poſſet ſtatim oſtendere eos eſſe ſeruos ſeruitute tẽporali vt patet ex prædictis,tamen de hoc non curauit, quia ipſemet ſeruire voluit & ſoluere tributũ, vt hr̃ Mat.17.d.ſed oſtẽdit eos ſeruos ſeruitute culpæ,de qua eis prædixerat,licet intellexiſſẽt male de ſeruitute tẽporali,& hoc eſt quod dicitur.* Reſpondit eis Ieſus, &c. omnis qui fecit peccatum. *Cuiuſcunque conditionis ſiue ſit nobilis,ſiue ignobilis,ſiue diues,ſiue pauper.*

6 Seruus eſt pec *Cuius ratio eſt,quia ſicut ille dicitur liber qui mouetur proprio motu, ſic dicitur ſeruus eo ꝙ mouetur ad imperiũ domini ſui. In opere autem peccati homo mouetur contra illud quod eſt ſibi proprium quia viuere ſecundum rectã rationem eſt proprius hominis motus,vt habetur 2.Etich. In peccato autẽ homo mouetur cõtra rectã rationem,& ideo licet peccatum ſit voluntarium , tamẽ in ipſo conſiſtit maxima ſeruitus,ipſi autem erant peccatores manifeſti. Ex quo concluditur,quod erant vere ſerui. Et cõſequenter oſtẽdit pœnam huius ſeruitutis,di.*

7 Seruus au.nõ ma.in do. *Iſta domus eſt ecclaſia vbi ſerui culpæ nõmanent in æternũ,licet modo ad tẽpus maneant in ipſa , ĩquantum ſunt de numero fidelium,quia modo admixti ſunt mali cũ bonis ſed in futuro iudicio ſeparabũtur ſicut oues ab hædis,vt habet Mat. 25.c.Per quem modũ autem poſſint ab hac pœna liberari oſtẽdit,di.*

8 Filius. *Scilicet.Dei* ma.in ęter. *Quia ſolus eſt ſine peccato,& eſt filius Dei naturalis,& ſic habet poteſtatem alios liberandi a peccato,faciendo eos filios Dei per gratiam adoptionis,& hoc eſt quod concluditur.*

9 Si ergo. *A ſeruitute culpæ per modum prædictum,*

10 Vere li. *Quia in hoc cõſiſtit libertas vera,vt patet ꝑ prædicta.*

11 Scio. *Hic Saluator excludit ſecundũ,oſtendendo primo quod nõ ſint Abrahæ filii ſecũdo cuius ſint filii.ibi.*Vos ex patre diabolo *Prima in duas,quia primo oſtendit ꝙ non ſint Abrahæ filii,ſecũdo quod non ſint filii Dei,ibi:* Dixerunt ergo. *Circa primũ ſciendum, quod vera filiatio declaratur per imitationẽ cõditionis paternæ.Iudei aũt non imitabantur facta Abrahæ,ex quo concludit Saluator quod eius veri filii non erant,quamuis ab eo carnaliter deſcẽdiſſent hoc eſt quod dicit:*.Scio quia filii Abrahę eſtis. *Tãtummodo carne ſed non morum imitatione:ideo ſequitur.* Diuiſio.

12 Sed quæritis mę interficere. *Cuius cauſa ſubditur.*

✲ Quia

MORALITER.

† *Amen amen,&c.Omnis qui fe.* AVGVST.O miſerabilis ſeruitus,ſeruus hominis aliquãdo ſui domini duris imperiis fatigatus fugiẽdo requieſcit, ſeruus peccati quocũq; fugit ſecum trahit ſeruitutem.Peccatum.n. quod facit intus eſt voluptas voluptas tranſit?peccatum non tranſit,præteriit ꝙ delectabat,remanſit quod pupugerat.

9 *Si ergo filius.* Primo a culpa,poſtea a præſenti miſeria.

10 *Vere li.eri.* Roma.8.d.Ipſa creatura liberabitur in libertate gloriæ filiorum Dei.

A a *Apud patrem veſtrum.* De diabolo dicebat cuius filij ſunt, nō natura ſed imitatione. Occaſione illorū verborū quidā dixerunt, homines ex diabolo naſci ſecūdū carnē, quod fal ſum eſt. Refer tamen Pōpeius Troianus, dæmones cū mu lieribus cōcubuiſſe, & de illis hoīes ortos fuiſſe. Aug. hoc non affirmat, ſed dici hoc quoſdam dicere, quibus non facile eſt cōtradicere. Poteſt quidem eſſe quod ſicut aſſumunt aerea corpora, ita & cum illis aſſumant ſemina, vnde homines naſcantur. Hæc tamen dicta non ſūt affirmanda.

Dæmo- nes an con cubitus.

† habet locum. † * meum.

† effectis

B b *Reſponderunt, & dixerunt ei.* Quia arguit eos facere mala patris fatentes patrē ſuum eſſe Abrahā, prouocāt aliqua maledicere contra Abraham, vt ſit eis occaſio faciendi quod volebant, ſed dominus Abraham laudat & iſtos degeneres damnat, di. *Si filij Abrahæ.*

c *Opera Abrahæ.* ✻ ORIGENES. Quidam verum ex operibus eligūt Abrahæ, illud ſcilicet. credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Vt autem concedatur eis quod fides ſit opus, cur non dictum eſt ſingulariter. Opus Abrahę facite, ſed pluraliter? Puto quod hoc dictum æqui pollet ei quod eſt, cuncta opera Abrahæ facite. vt hiſtoria Abrahæ allegorice ſumpta, opera eius ſpiritualiter proſequamur. Neque enim oportet eum qui vult eſſe filius Abrahæ, adire ancillarum coniugia, nec poſt obitum coniugis, in ſenectute aliam ducere coniugem.

Tom. 2 in Ioan.

C

d *Nunc autē quæritis me interficere, hominem qui veritatē vobis* *bis, &c* Non dicit (quod poterat) ſe eſſe dominum Ab[rahæ,] ne ſit occaſio calumniæ, nec filium Dei, ſed quod inui[de]nt & quod poſſunt occidere.

e *Vos facitis opera.* Iam innuit alium patre quam Abr[ahā,] cuius filij ſunt, non natura, ſed imitatione.

a Cur. b Qui eſt vt hamus qui capit dum capitur. c Cor, quia non capitur à corde veſtro.

a quia ſermō meus non † capit in vobis. Ego quod vidi apud

a Id eſt, veritatem quæ ego ipſe ſum, & ideo ſermo meus vos deberet capere.

patrem * loquor, & vos * quæ vidiſtis apud patrem veſtrum

a Q. Q. id contra iſtum dicitis.

b facitis. Reſponderunt & dixerunt ei: Pater noſter Abraham

Credidit Abraham Deo.

eſt. Dicit eis Ieſus: Si filii Abrahæ † eſtis opera Abrahæ † fa-

c a Factis probate, non verbis. b In probam ni non eſſe filii Abrahæ.

citē. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui ve-

d a Cuius filios vos facitis.

ritatem vobis loquutus ſum, quam audiui à Deo. Hoc Abrā-

Sed eſt vobis alius pater cuius opera facitis. Q. Et ſi non ſimiles Abrahæ ſimus, ſaltem ſemper Deum colimus, qu Iſrael ſuum primogenitum nominat.

ham non fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt ita-

e que ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati, vnum patrem

f habemus Deum. Dixit ergo eis Ieſus. Si Deus pater veſter eſ

Deus. Incarnem.

ſet, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo proceſſi & veni.

h Neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare

a In hoc ſtatu manentes. a Credere.

i loquelam meam non cognoſcitis? Quia non poteſtis audire

k ſermonem meum. † Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria

f *Dixerunt &c. ex for.* Iam intel[ligen]tes non de ori[gine] carnis, ſed de vi[ta do]minum loqui, [ex] vſu ſcripturarū [dicen]tes, fornicatio[nem] ſpiritualiter dic[i, cū] anima falſis dij[s ſub]ijcitur, mutan[t re]ſponſionem, [et ta]cent iam de pat[re A]braham, ne eis [dica]tur. Cur de co[rrupti]riamini, cuius n[on] non imitamin[i, di]cunt patrem D[eum,] volētes videre [vtrum] ad hoc poſſet e[i di]cere.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13

g *dixit ergo.* [..] præ oſtendit c[..] Abraham, ita n[o]ſtendit Deum patrem eis eſſe

14
15
16
17

quia non cogn[oſcunt] filiū quē miſi[t, nec] eum diligunt.

h *Eg e.* Pro[ceſſi] ex patre æterna eſt, in qua eſt filius vnigenitus patri æ[qualis, et] venit homo factus, in quo frater hominibus.

i *Quare lo.* Ita res eſt vt dico, ſed non poteſtis quod di[co co]gnoſcere, quia non poteſtis audire, cū non uelitis cred[ere et] corrigi. Et hoc quare? quia ex diabolo eſtis, filij diabol[i per]ſeuerare elegiſtis.

k *Vos ex patre.* Ecce iam determinat q ſit pater eo[rum, cu]ius filij ſunt non naſcēdo vt Manichæi dicūt, ſed im[itan]dō & Iudeis dr̄, Pater tuus amorrheus eſt, mr̄ tua Ce[thæa.]

l *Et deſideria.* Iō filij diaboli, qa *deſidria patris veſtri* [vultis] *fa[cere].*

NICOLAVS DE LYRA

✻ 1 Quia ſermo meus non capit. *Loquiturde verbo Dei ad modū materialis hami, qui non capit piſcem, niſi capiatur a piſce. Sit verbum Dei non capit hominem ad vitā æternam. niſi capiatur per fidē & ideo prædicatores vocantur in ſcriptura piſcatores.*

2 Ego q vi. apud pa. lo: *Scilicet, veritatem meam, quia Chriſtus inquantum Deus habet eandem viſionem diuinæ eſſentiæ cū patre.*

3 Et vos quę vidiſtis apud patrē veſtrūfacitis. *Id eſt. apud diabolum, de quo inf. exprimit, quod ſit pater eorū. Sed ſecūdū Chryſ. litera talis eſt: Et vos q̄ vidiſtis apud patrē veſtrū facite, quaſi dicat, Sicut facio & loquor veritatē, quā vidi apud patrē: ita & vos facite quæ vidiſtis apud Abrahā, i. potuiſtis videre in cōſideratione vitæ eius p ſcripturā. Sed prima litera magis cōſonat ſequentib. cū dr̄.*

4 Reſponderunt & dixerunt ei. *Quaſi dicat. Neſcimus quem tu vocas patrem noſtrum, quia adhuc non expreſſerat de diabolo.*

5 Pater noſter Abrahā. *Propter quod concludit Chriſtus.*

6 Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahę, &c. *Quia imitatio patris eſt ſignum veræ filiationis, quod non eſt in vobis. Et hoc probat conſequenter di.*

7 Nunc autē quæritis, &c. veritatem vobis locutus ſum, quam audiui a Deo. *Et miſſus ſum nunciare eam vobis.*

8 Hoc Abraham non fecit. *Sed magis nuncios Dei reuerenter ſuſcepit, vt habetur Gen. 18. & ideo concludit.*

9 Vos facitis opera patris veſtri: *Scilicet, diaboli, vt patebit ex litera ſeqcen.*

10 Dixerunt: *Hic conſequenter oſtendit, quod non ſint filij Dei. Videntes enim Iudæi, quod ex operibus filiationem arguebat, ideo dixerunt ſe filios Dei cuius legem & ceremonias ſeruabant, non ſic autē aliæ nationes idololatræ, & hoc eſt quod dicitur.*

11 Nos ex fornicatione nō ſumus nati. *Fornicationem vocāt idololatriam, idololatriā, per quam anima ſeparatur a Deo propter quod ipſa latria frequenter nominatur fornicatio in ſacra ſcriptura.*

12 Vnum patrem. *Quia non colebant pluralitatem deorum ſicut gentiles. Sed hanc paternitatem excludit Saluator dicens.*

13 Si Deus pa. &c. di. v. m. *Quia ſicut ſignum filiationis h[uma]næ eſt imitatio operum, ita ſignum filiationis diuinę eſt dilectio (vt verius loquar) in hoc conſiſtit hæc filiatio quæ eſt per adop[tionem] ſecundum q habetur Epheſe. 5. a.* Imitatores Dei eſtote ſi[cut fi]lij chariſſimi, & ambulate in dilectione. *Iſta dilectio non [erat in] eis, quia ſi diligerent Deū patrem, diligerēt & filium. Chriſtus [enim] eſt Dei naturalis filius. ideo ſequitur.* Ego enim ex Deo pr[oceſſi &] ve. *Et ſic patet veritas prædictæ conſequentiæ.* Si Deus pat[er ve]ſter eſſet, diligeretis vtiq; me. *Et oſtendit conſequenter qu[od hoc] non deberet eos latere, di.*

14 Quare loquelam meam non cognoſcitis? *Quaſi [dicat.] Quæ eſt cauſa, quod ex verbis meis & factis nō cognoſcitis m[e Chri]ſtum a Deo miſſum? Et reſpondet di.*

15 Quia nō poteſtis audire ſermonē meum. *Quaſi dic[at, de]fectus non prouenit ex operibus meis vel doctrina, ſed ex veſ[tra ma]licia, quia tm̄ odium contra me concepiſtis, quod non poteſtis [au]dire, nec per conſequens verba mea intelligere, & multo minu[s bo]num interpretari. Mala enim affectio peruertit iudicium rect[itudi]nis & ideo inuidia & odium quod conceperunt Iudæi erga Chr[iſtum] ex hoc quod arguebat peccata eorum. fuit cauſa excæcationis [& ob]ſtinationis eorum vt declaraui diffuſius ſupra Mat. 21.*

16 Vos ex pa. *Hic conſequenter oſtendit Chriſtus cuius ſint [filij. Et] diuiditur in duas quia primo ponit Chriſti probatio, ſecūdo. I[udæ]orū iniurioſa reſpōſio, ibi:* Reſpōderunt ergo. *In prima parte [dici]tur ſic.* Vos ex pa. *Per imitationē, & non per creationem, iō ſu[bdi]tur.*

17 Et deſideria patris veſtri. *Scilicet, diaboli.*

✻

MORALITER.

† 6 *Si filij Abrahæ eſtis, operæ Abrahæ facite.* Ex hoc patet q fruſtra gloriatur aliqs, q ſit filius ſm̄ habitum alicuius vt Benedicti, Dominici, vel Franciſci vel alterius ſanc[ti,] niſi opera ſua ſecundum ſuam poſſibilitatem imitetur.

†

fa. occidere me in carne,quia non poteſtis in mente.
a *Ille homicida.* Nota homicidã non ſolum qui ferro, ſed eti qui verbo occidit, vt diabolus primos parentes,vnde in ſalm. *Lingua eorum gladius acutus.*
b *Et in veritate non ſtetit.* Quare non ſtetit?
c *Quia non eſt in eo veritas.* Id eſt, verbũ & ſapientia patris. Cũ dicitur, in Chriſto ſt veritas, ita dicit, vt ipſe ſit veritas. Si ergo diabolus ſtetiſſet in veritate, in Chriſto ſtetiſſet, ſed quia non ſtetit in ea, quia non eſt ipſa in eo.
d *Ex propriis loquitur quia mendax eſt.* Et hoc non ſufficit, quia & homo mendax eſt qui nõ habet de proprio, ſed ab alio cœpit,ideſt,à diabolo, ideo addidit
e *Et pater ipſius* Scilicet mendacii quod inuenit. *Ex prop.* Qui nõ aliunde habet ſed a ſe poſtquã cecidit a veritate, vnde ſubditur eſſe pater mendacii ꝙ ex ſe genuit, vt Deus ex veritatem.
f *Quis ex vobis.* Non dedignatur ex ratione oſtẽdere ſe nõ eſſe peccatorem.

Origenes. Habet hoc verbum Chriſti magnã fiduciã,cum nullus hominum fiducialiter hoc dicere potuerit, niſi ſolus Dominus noſter,qui peccatum non fecit.

a Quæ deſideria. b Ex quo fuit homo qui poſſet occidi.
a patris veſtri vultis facere. Illẽ homicida erat ab initiõ, & in
a In qua fuit,ſed tamen cecidit. b A qua lapſus eſt. Quare? Sed.
b veritate non ſtetit,quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur
c mendacium,ex propriis loquitur,quia mendax eſt, & pater
a Id eſt,me verbum & veritatem patri coæternum. b Vos qui eſtis ex patre mendacii.
d eius.Ego autem † ſi veritatem dico,non creditis mihi.† Quis
e a Vt ego arguo vos & patrem veſtrum. b Et cum nullus poſſet arguere.
f ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico quare vos
a Niſi quia eſtis alii diaboli: Quia. Non natura,ſed fide. Amat. Sed.
g nõn creditis mihi? † Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Pro-
Per vitium non ſunt ex Deo qui tamen per naturam ſunt ex Deo.
pterea vos non auditis,quia ex Deo non eſtis Reſponderunt
ergo Iudæi,& dixerunt ei: † Nonne benedicimus nos, quia
a Hoc non negando recipit,quia cuſtos. b Hoc vt falſum negat,ſed vt patiens conuicium non reddit.
h Samãritanus es tu, & dæmõnium habes? Reſpondit Ieſus:
i

g *Qui ex Deo eſt.* ✱ Augvstinvs. Noli attẽdere naturã ſed vitiũ. Sũt iſti ex Deo,& nõ ſunt ex Deo. Natura ex Deo vitiũ nõ ex Deo. Eis aũt hoc dictum eſt quia nõ ſolũ peccato vitio ſi erant (nã hoc cõmune erat omnibus) ſed etiã præcogniti ꝙ non erant crediturі ea fide,qua poſſent a peccatorum obligatione liberari. D Tra.14.i Io.to.9

1 ✱ Gregor. Ho.18.i Euãgelia
2 Interrogat ſe ergo
3 vnuſquiſq;, ſi verba
4 Dei aure cordis per-
5 cepit, & intelliget
vnde ſit. Nam ſunt
6 nonnulli qui præce- † 2. q. 7. teſtes. §. ecce. De her. cum ex iniuncto
7 pta Dei nec aure cor
8 poris percipere di-
9 gnantur. Et ſunt nõ-
10 nulli qui hæc quidẽ
11 corporis aure perci-
12 piunt, ſed nullo ea
13 mentis deſiderio cõ E
14 plectuntur. Et ſunt
nonnulli q libenter
15 verba Dei ſuſcipiũt,
16 ita vt ẽt in fletib. cõ-
pungantur, ſed poſt lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt: Hi pfecto verba Dei nõ audiunt,quia hæc exercere in opere cõtẽnũt.

h *Samaritanus es tu.* ✱ Theophyl. Samaritanũ dicebãt illum tanquã ritus Hebraicos diſſoluentem, vtpote Sabbati. Samaritani.n.non perfecte iudaizabant. Ex hoc vero ꝙ eorum cogitationes reuelabat, dæmonium eum habere ſuſpicabantur. In hunc locum. F

i *Nonne,&c.* Quia conuicti ſunt non eſſe filii Abrahæ vel Dei,ſed diaboli,ingerũt cõuicia,quia nõ poterãt reſiſtere.

g Qui   *Honorifico.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vultis facere. *Quod probat conſequenter conditiones diaboli explicans,& poſtea ad eos applicans: Vnam conditionem diaboli tangit dicens.*
2 Ille homicida erat. *Homo.n. in ſpecie humana reponitur per animã,& ideo ille magis proprie eſt homicida, qui animã interfecit per peccatum mortale,quã ille qui interfecit corpus per quod homo conuenit cum brutis. Hoc autem facit diabolus, & fecit a principio mundi,quia per ſuggeſtionem eius primum peccatum hominis contingit, & in hoc officio continue perſeuerauit,& aliam conditionẽ eius tangit cum ſubdit.*
3 Et in veritate non ſtetit. *Id eſt,in debita obedientia ad Deũ. Res.n. dicuntur veræ,in quantum conformantur veritati primæ, a qua veritate prima deuiauit diabolus per peccatum ſuperbiæ. Tertiam conditionem tangit dicens.*
4 Cum loquitur mendacium,ex proprijs loquitur. *Id eſt ex habitu malo,in quo eſt obſtinatus. Et ſubditur cauſa.*
5 Quia mendax eſt & pater eius. *Id eſt,ipſius mendacij. ille.n. dicitur mendax,non tamen pater mendacij,qui mendacia ab aliis inuenta ſolum refert,ſed mendax eſt & pater mendacii,qui non ſolum refert mẽdacia,ſed etiã ea fingit. Et propter hoc diabolus dicitur pater mendacii,quia primũ mẽdacium adinuenit. cum dixit mulier Gẽ. 3.* Nequaquam moriemini,&c. *Conſequenter iſtas cõditiones applicat Saluator ad Iudæos,dicens.*
6 Ego aũt ſi veritatem dico,nõ creditis mihi. *Q.d. Per hoc apparet,quod proprietas veſtra eſt,recipere falſa & mendacia,& nõ vera. Sed quia poſſent dicere: Quod non credimus tibi,hoc nõ eſt pro defectum veritatis, ſed propter malitiam tuã,quia malus homo es, ideo ſubdit hoc remouens.*
7 Quis ex vobis arguet me de peccato. *Q.d. Si habetis aliq. peccatum quod poſſitis ſuper me oſtendere,paratus ſum audire, & me rationabiliter purgare & ideo cum hoc non poſſitis facere.*
8 Si veritatem dico. *Si pro quia.*
9 Quare vos non creditis mihi, *Et ſubdit cauſam dicens.*

10 Qui

10 Qui ex Deo eſt,verba Dei audit. *Quia quilibet audit doctrinã ad quam affectatus eſt. quia eſt ſibi connaturalis,& ideo cõcludit*
11 Propterea vos nõ audi. *Id eſt, recipitis verba Dei ex ore meo*
12 Quia ex Deo non eſtis. *Et per conſequens ſequitur, quod ſitis ex diabolo,non per creationem,ſed per imitationem.*
13 Reſponderũt ergo Iudæi. *Oſtenſo patre eorum, ponitur eorũ iniurioſa reſponſio. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur prædicta reſponſio,ſecundo ipſius reſponſionis manſueta declinatio. ibi:* Reſpondit Ieſus. *Circa primum ſciẽdum,quod modus hominum qui neſciunt rationabiliter reſpondere,eſt ad conuitia ſe cõuertere, & ideo Iudæi non habentes quod Chriſto rationabiliter reſponderent,ad cõuitia ſe conuerterunt dicentes.* Diuiſio.
14 Nonne benedicimus nos,quia Samaritanus es tu. *Licet.n. Chriſtus eſſet genere Iudæus & non Samaritanus, tamen vocant eum Samaritanum duplici de cauſa. Vna eſt,quia ſupra dictũ eſt c.4. quamuis Samaritani eſſent gentiles, tamen legẽ in parte ſeruabãt ideo erat vulgare apud Iudæos,quod ille qui in parte legẽ ſeruabat, & in parte legem ſoluebat,vocabatur Samaritanus, quamuis eſſet Iudæus,propter ſimilitudinem ad Samaritanos. Sicut apud Chriſtianos aliquis dicitur Iudæus vel Saracenus,qui ritum Catholicæ fidei in parte ſoluens Iudæis & Saracenis quãtũ ad aliquid aſſimilatur,alia cauſa eſt quia Samaritani erãt multum infeſti Iudæis & odibiles eis vt ſupra dictum eſt 4.c. & ideo vulgare erat apud Iudæos, ꝙ homines malos & eis odibiles vocabãt Samaritanos,quamuis eſſent Iudæi. Talis autem erat Chriſtus ſecundum reputationem eorum, ideo vocabant eum Samaritanum.* Quare Iudæi nominant Chriſtũ Samaritanum.
15 Et dæmonium hẽs. *Hoc.n. iudicabant de Chriſto propter mirabilia quæ faciebat,& magicis artibus imputabãt,& quia ſecreta eorum frequenter dicebat, & quia aliquãdo quædã alta & ſubtilia loquebatur quæ non intelligebant,propter quod eum arrepticium dicebãt,ſicut & de Saul dicitur 1.Reg.18.c.* quòd arreptus a dæmonio prophetizabat in aula ſua.
16 Reſpõdit Ieſus. *Hic ponitur ipſius Chriſti manſueta declinatio,quia cum malediceretur,non maledicebat,vt habetur 1. Pet. 2. d,ideo manſuete iniuriam declinat dicens.*

✱ Ego

*MORALITER.*

† 4 *Cum loquitur mendacium,ex proprijs loquitur quia mẽdax eſt, & pater eius.* Ideſt inuentor mendacij. Ex quo patet,ꝙ mendax in loquendo,& mendacia fingendo,proprietatem diaboli aſſumit male viuendo.

A a *Honorifico.* Non me (ne arrogãns vobis videar) facio ꝙ debeo, ſed vos nõ facitis quod debetis, qui nõ honoraſtis me, quem ſi cognoſceretis, ſicut ego honorifico patrem, ſic vos me honoraretis.

b *Ego autem.* Audito cõuicio, dæmoniũ habes, e contra de gloria ſua hoc ſolũ dicit: Honorifico patrem, omnia tribuẽdo ei, & ego nõ quæro gloriã meam vt homines, qui illatis contumelijs aliquid reddunt, ſed patri reſeruo, & eſt qui quę. & iudi.

† inhonoratis.

B c *Eſt qui quæ.* Duæ ſunt tẽtationes Vna ꝓbationis. De qua: *Tentat vos Deus.* Alia deceptionis: De qua *Deus intentator malorum eſt.* Sic & duo timores, vnus quem charitas foras mittit. Alter qui permanet in ſæculũ ſæculi. Sic & duo iudicia. Vnũ dãnationis, quo non iudicat pater, ſed oẽ C iudicium dedit filio. Alterũ diſcretionis, vñ: *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam.* Secundum hoc dicitur: Eſt pater q̃ quęrat gloriam meam, & diſcernat a gloria veſtra, quia vos ſecundum ſæculum gloriamini, ego non, ſed ea gloria quã habui apud patrem antequam mundus eſſet, quæ eſt ab humana inflatione diſcreta.

Deuter. 13.b. Iac. 1.b. 1. Io. 4.d

Sup. 5.d Pſa. 42.a

d *Amen,* *amen dico vobis.* Non ego, ſed pater quærit meam, ego autem dico, ſi vos dicitis, dæmonium ego vos ad voco. Hinc diſcat homo læſus, non malu[m], bonum reddere.

e *Non vidit.* Quod dicitur, videbit vel guſtabit, nih[il] eſt quã expe[...]

f *Nunc cogn[oſcimus].* Sicut accepta [...] melia bonus [...] lior, ita malus [...] neficio peior.

g *Quem teip[ſum facis].* Secũdũ illos [...] bat, filiũ Dei, [...] ſibi, quaſi no[n] [...] ſed non facie[...] mo vere erat [...] Apoſtolus: N[...] nam arbitra[...] ciẽs ſe æqual[...] Ideo non qui[...] quẽ teipſum [...]

✻ Beda. [Quem te]*ipſum facis?* h[...] cuius meriti, [...] dignitatis vi[...] Abrahã tam[...] tuus erat co[...] anima autem [...]bat. Maior autem eſt mors animę in ęternum victu[...] corporis quod quandoque moritur.

✻ Origenes. Cœcutientium fuit hæc probra[...] niam non ſe fecit Ieſus, id quod eſt, ſed ex patre rec[...]

h *Reſpondit Ieſus.* Contra hoc quod dicunt: *Quem* [...] refert gloriam ſuam ad patrem, de quo eſt quod D[...]

☞ a I[...]

Hoc ſolum de gloria ſua. — a Honorem ei debitum exhibendo.

a Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum

a Per iſta opprobria — b Sicut ſimulatores, qui volunt videri quod non ſunt.

b & vos † inhonoraſtis me. Ego autem non quæro gloriam

Pater. — a Diſcernit pater a gloria hominum gloriam filii, quem vnxit præ participibus ſuis.

c d meam. Eſt qui quærat & iudicet. Amen, amen dico vobis, ſi

a Veram, ſed Iudæi vere mortui non intelligentes eam, putant dici, nunquam morietur, & tacentes dicunt Abraham mortuum eſſe.

quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æ-

e f ternum. Dixerunt ergo ei Iudęi: Nunc cognoſcimus quia

a Prouocant vt aliquid diceret contra Abraham. — b Sed non illa morte, qua dominus dicit.

dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & prophetæ, & tu

dicis, ſi quis ſermonẽ meum ſeruauerit, nõ guſtabit mortem

a Cuius ſermone tu dicis non mori.

in ęternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui

a Vt dicas ſermone tuo non mori cum ſcias illos mortuos.

mortuus eſt? & prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis?

g Tantum.

h Reſpõdit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego dæmonium nõ habeo. *Quod patet, quia dæmones expellabat: Nec doctrinam malã habebat, ſed ſanctiſſimã, vt patet intuenti. Si.n. aliquis homo in nulla lege imbutus videret Chriſti doctrinã, ſtatim ex ſola ratione naturali iudicaret eã mundiſſimã & honeſtiſſimã reſpectu cuiuſcunque alterius doctrinæ. Similiter miracula Chriſti nõ fiebant virtute dæmonis, quod patet ex hoc quod faciebat multa non ſolum virtutem dæmonis, ſed virtutem cuiuſcunq; creaturæ tranſcendentia, ſicut eſt ſuſcitatio mortuorum, illuminatio cæcorum, & illuſtratio ſubita hominum ſimplicium, & cõſimilia. Ex hoc patet quod fiebant virtute diuina, ideo ſequitur.*

2 Sed honorifico patrem meum. *Declarando eius virtutem in miraculis*

3 Et vos inhonoraſtis me *Attribuendo dæmoni quod virtuti diuinæ deberet attribui. Et ne poſſent dicere, quod talia diceret ad iactantiam. ſubdit*

4 Ego autem non quæro gloriam meam.

Quæſtio *Sed quæritur hic, cum Chriſtus quæreret gloriã Dei patris, & eadem ſit gloria patris & filii, quomodo poteſt dicere:* Ego autẽ non quęro gloria meam? *Dicendum, quod dirigit verbum ad intẽtionem eorum quibus loquebatur, qui reputabant eum quærere honorẽ mundanum, & eſt ſenſus. Ego autem non quæro gloriam meam, q.d. Ego non quæro gloriam meã ab honore Dei patris deuiantem, ſicut vos creditis.*

5 Eſt qui quærat, & iudicet. *Q.d. Illi qui quærunt gloriã mũdi poſſunt manifeſte iudicare & perpendere per facta mea, ꝙ ego talia nõ quæro, quia vita Chriſti in paupertate & abiectione exiſtẽs glorię mũdanæ erat cõtraria. Aliter exponitur.* Ego aũt non quæro gloriam meam. *id eſt, exaltationem meã pro nunc, quia ante paſſionem Chriſtus quærebat abiectionem.* Eſt qui quær. *Scilicet Deus pater, qui poſt humiliationem in cruce exaltauit eum. & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt dicitur Philip. 2.b.*

6 Et iudicet. *Scilicet Deus pater de illis qui me inhonorant, vindictam faciendo de ipſis. Quod factum eſt, quando in vindicta mortis Chriſti, deſtructa eſt ciuitas & templum. & populus occiſus eſt & captiuatus per Romanos.*

7 Amen, amen dico vobis. *Hic probat tertiũ ſupra poſitũ, ſcilicet quod ſequens Chriſtũ lumen habeat vitæ: Et diuiditur in duas,* Diuiſio. *quia primo ponitur Chriſti probatio. Secundo Iudæorum obiectio. ibi* Dixerunt ergo. *In prima parte dicitur ſic:* Amen, amẽ dico vobis. *id eſt fideliter. Et duplicatur ad maiorem affirmationem.*

8 Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit mortẽ non vi[debit in] æternũ. *Cuius ratio eſt, quia ſemen eſt verbum Dei, vt habe[tur] L[uc.] 8.b. inquãtum vita æterna in verbo Dei conſiſtit, ſicut in qu[odam prin]cipio ſeminali, quia finaliter producit vitam beatã ſicut vi[r]te ſe[minis producitur fructus. Et ideo ſicut ille qui ſeruat ſemẽ [...] ptione peruenit ad fructum, ſic ſeruãs verbum diuinum per[uen]it a[d] beatitudinis ſtatum, quæ beatitudo deſignatur cum dicitur.*

9 Mortẽ non videbit. *Vita.n. beata in viſione & frui[tio]ne c[on]ſiſtit, & ideo per excluſionẽ mortis gehennæ, quæ huic viſio[ni] oppo[]nitur, cõſequutio beatitudinis intelligitur, & ſic patet qu[od] ſupra fuit propoſitum, ſcilicet quod ſequens Chriſtum habet lume[n vitæ], quia ſequela Chriſti in obſeruatione verbi eius conſiſtit.*

10 Dixerunt ergo ei Iudæi. *Hic ponitur Iudæorum obi[ectio in] contrarium. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur dicta o[bie]ctio, ſecundo Chriſti reſponſio, ibi;* Reſpondit Ieſus. *Obiectio a[utem eo]rum incipit a conuicio, quia ſicut homines irrationabiles & [tu]rbati ſtatim. dixerunt.*

11 Nunc cognoſcimus qa dæmoniũ hẽs. *Q.d. Prim[o] opinabamur te habere dæmonium. ſed modo ſumus certi, qui[a] quod nulla falſitas a Deo eſt, ſed a diabolo, qui eſt pater men[da]cii, [vt] tu dixiſti, verbum autem tuum eſt apertum mendacium. [...] probationem inducunt.*

12 Abrahã mortuus eſt & prophetæ, &c. *Qui tame[n] ſermonem Dei ſeruauerunt, qui eſt maioris virtutis quam ſit ſer[mo] tuus, & ideo patet falſum quod tu dicis.*

13 Si quis ſermonẽ meum ſeruauerit nõ guſtabit [m]ortẽ in æternũ. *Ex quo patet, quod decipiebantur in æquiuoc[atione, e]x quo Chriſtus dicebat de morte ſpirituali, ipſi autem acceperunt [de] morte corporali, & ideo quærunt deriſorie duo. Primum eſt.*

14 Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham. *Q.d. Nõ. Secundum eſt.*

15 Quem teipſum facis? *Q.d. manifeſte patet, quod ad [glo]riam vanam de te falſa dicis.*

16 Reſpondit Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, & p[ri]mo a[d] ſecundum, ſecundo ad primum, ibi:* Abrahã. *Et quia in vltim[o] quæſito imponebatur ei quærere vanã gloriam ideo hoc excludi[t di]cens.* Si ego glorifico me ipſum. *Id eſt, ſi ego quæro gloriã m[ea]m præter regulam veritatis diuinæ, vt vos mihi imponitis.*

17 Gloria mea nihil eſt. *Id eſt, falſa, quia falſum eſt nõ[...]s, vel nihil, ſed non eſt ita, quia gloria mea eſt a Deo patre, a qu[o n]ullum falſum poteſt eſſe, & hoc eſt quod dicitur hic.*

✻ E[...] pate[...]

*t pa.me.* Aperte dicit patrem ſuum eſſe Deum, qui an[…]atus eſt iudæis, non recentem Deum vobis annun[…]d illum de cuius cognitione ſoletis gloriari.

*ui glori.* Vox patris glorificat filium in baptiſmo, in […]e, & in alijs huiuſmodi.

*non co.* Non cognoſtis ſpũaliter, p terrenis ſer[…] Ecce videt ap[…] ſibi reſiſtere, […]men non de[…]e eis prędicare.

*ſi dixero, & c.* […] hoc arrogans […]tur gloriari, ad[…] ſi dixero. Arro[…]tiſic caueatur vt […]s nõ relinquat.

CHRYSOST. […] vos dicentes […]um mentimi[…] & ego, ſi dixe[…] neſcire.

*[A]braham* Credẽs […]uit ſperando, […]eret intelligen[…]ũ myſterium.

*[Ex]ultauit.* ✲ AV[…]. Non timuit, […]ultauit, vt videret, credens vtiq; exultauit ſperando […]eret intelligendo Diem meum. Incertum aũt poteſt […]rum dixerit temporalem diem domini, quo erat vẽ[…] in carne, an diem domini, qui neſcit ortum neſcit occaſum. Sed ego nõ dubito patrem Abraham totum ſciſſe. Ait.n. ſeruo ſuo quem mittebat, pone manum ſub femore meo & iura mihi per Deum cœli. Ergo quæ fuit illa iuratio, niſi quia ſignificabatur de genere Abrahæ venturũ in carne Deum cœli? D

a Eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia
a Non idola. b Quia ſi cognouiſſent, filium eius recepiſſent.

b Deus † noſter eſt & non cognouiſtis eum. † Ego autem no-
Cum ſciam. Qui dicitis vos ſcire & neſcitis.

c ui eum, & ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis
a Sermonem patris vt filius loquebatur & ipſe erat verbum patris qui hominibus loquebatur. Autem.

d mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham
a Non timuit, quia in eo charitas. b Non quia vidit.

e pater veſter exultauit, vt videret diem meum. Vidit & gaui-
a Iudæi in ſolam ætatem carnis penſantes, non diuinam naturam.

f ſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos
a Ab intuitu carnis ad diuinitatem trahens

nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit ei Ieſus, Amen
a Non dicit eſſe ſed fieret quia creatura. b Non dicit factus, ſed ſum quia creator.

amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego ſum. † Tule-
a Quia putant hoc eſſe blaſphemiam. b Ipſi duri vt lapides. c Vt homo humilis.

runt ergo lapides vt iacerent in eum. † Ieſus autem abſcon-
a Quia commendenda erat patientia, non exercenda potentia.
b Et ſic a duris eorum cordibus fugit.

g dit ſe, & exiuit de templo*.

✲ GREGORIVS. Tunc diem domini Abraham vidit, cũ in figura ſummæ trinitatis tres angelos hoſpicio ſuſcepit. Ho. 18.ĩ euãgelia † Supra 7.d.

✲ CHRYSOST. Vel diẽ ſuum dicit diẽ crucis quẽ Abrahã in oblatione arietis, & Iſaac pfigurauit, p hoc oſtendens quod nõ inuitus ad paſſionem venit, & oſtendens eos eſſe alienos ab Abrahã ſi in quo b. ille exultauit, ſi dolent. Ho. 54.ĩ Io. to. 3. E

f *Diẽ me.* AVG. Incertum eſt an diem tpalem quo erat vẽturus in carne, diẽ æternitatis. Sed utrũque Abraham uidit vnde ineffabile gaudium illi fuit. Quanti enim eſt videre verbum apud patrem & quod ipſum caro factum eſt? † 7. q. 2. c. aduerſitas §. vn de Auguſtin. 23. q. 3. c. 1. F

g *Et exiuit.* Exiens de templo, i. de figuris Iudæorum, videamus quid fecerit in templo gentium. Supra 1.b

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA

1 […]t pater meus qui glorificat. *Per miraculorum operationẽ […]ea glorificabit per reſurrectionis & aſcenſionis gloriam.*

2 […]uem vos dicitis quia Deus noſter eſt. *Per operum imi[…]m. Sed doc eſt falſum quod probat di.*

3 […] non cog. eum. *Per fidem formatam, in qua conſiſtit Dei fi[…]ter adoptionem.*

4 […]gó autem no. eum. *Sicut eius filius naturalis, habens ean[…]dem […]entiam cum ipſo.*

5 […]t ſi di. & c. ſi. vo. men. *Sicut eſtis mẽdaces aſſerendo vos eũ cog[…]cere, cum tamen nõ eum cognoſcatis, ita eſſem mendax ſi aſſe[…]rere me eum ignorare, cum inquantum Deus habeã notitiã eandẽ cum, & inquantum homo eum clare videam, & ideo ſubdit.*

6 […]ed ſcio eum. *Scilicet prædicto modo.*

7 […] *Hoc addit quia vera cognitio per opera demonſtratur in […]on enim opere malo eſt aliqua ignorantia propter quod dicit Phi[…]lo[ſop]hus 3. Eth. Omnis malus eſt ignorans.*

8 […]brahã. *Hic reſpondetur ad primũ. Quæſierãt. n. primo deriſo[…]rie ipſe eſſet maior quã Abrahã, & reſpõdit quod ſic, di.* Abrahã pa. ex. vt vi. diẽ me. *Quia Abraham deſiderauit cognoſcere tẽ[…]pus […]uentus Chriſti, quod eſt videre Chriſtum in ſpiritu. Et ſic pa[…]r[et qu]od eſt maior Abrahã propter hoc enim cognitionem hanc deſi[…]derat quia ab ipſo omnium gentium redemptionem expectabat.*

9 […]idit & ga. *Quando dictum eſt ei. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, Gene 22.d. Et quando in figura trium angelorũ ſibi […]parentium cognouit trinitatis myſterium Gene. 18.a. & in oblatio[ne] Iſaac propter quod locus ilic dictus eſt dñs videt vt habetur Gen. […]2.c. quia dñs fecit videre Abraham occultum Chriſti myſterium […]ed contra hoc dictum Chriſti veraciſſimũ arguunt dicentes.*

10 […]uinquaginta. an. *Quaſi dicat hoc eſt impoſſibile, quia a mor[te]*

11 *A[br]ahæ vſque ad tẽpus Chriſti fluxerũt anni circiter duo milia. Sole[…]uari. Cũ Chriſtũ nõ haberet vltra. 33. annos, quomodo Iudæi. aſſumpſerunt tantam ſuperfluitatem, dicendo. Quinquaginta annos, & c. Dicendũ quod propter labores & ieiunia videbatur longe maioris ætatis quam eſſet vel ſecundum alios propter reuerentiam anni quinquageſimi, qui erat iubileus, Iudæi per ipſum cõputabant & eſt ſenſus.* Quinquagin. an. *Quaſi dicat non vixiſti adhuc vnum iubilium, & Abraham vidiſti? Ex modo loquendi apparet eorum falſitas & calumnia, quia Chriſtus non dixit, vidi Abrahã, ſicut ipſi re petierunt, ſed e contrario, quod Abrahã viderat ipſum. Tamen eorũ obiectio procedebat ex hoc, quod ſolum in eo naturã humanam conſiderabant ideo oſtendit ſe naturam diuinam habere di.*

11 Amen. a. & c. ego ſum. *Vbi oſtendit eius æternitas, coniũgẽdo verbum præſentis tẽpus, ego ſum, cum verbo præteriti tẽporis antequam fieret, quia æternitas aſſiſtit omni tempori. Et quia Iudæi neſciebant verbis eius contradicere rationabiliter loquẽdo, ideo cõtradixerunt corporaliter perſequendo, ideo ſubditur.*

12 Tule. er. la. vt ia. in eũ. *Sicut in blaſphemum. Et patet manifeſte, quod non mouebantur amore iuſtitiæ, ſed liuore inuidiæ, quia in lapidatione blaſphemi requiritur debitus proceſſus per accuſationẽ coram iudice & teſtium diſpoſitionem, & iudicis ſententiam & tũc ſequitur lapidatio extra ciuitatem, vt habetur Leui. 24.c. Ipſi autẽ volebant eum lapidare omiſſo proceſſu prædicto & cum hoc loco ſacro quod erat illicitum etiã de conuicto, propter quod Ioiada põtifex fecit Athaliam trahi extra ſepta templi, antequam occideretur, vt habetur 4. Re. 11. c.*

13 Ieſus au. ab. *Non occultando retro parietem, vel aliquid huiuſmodi, ſed virtute diuinitatis ſe reddendo eis inuiſibilem, & in hoc nobis exemplum patientiæ dedit, & fidelibus ſuis materiam conſolationis qui aliquando ſe abſconſuri erant.*

14 Et exiuit de templo: *Per mediũ illorum inuiſibiliter pergens ſicut dicitur de illis qui voluerunt eum præcipitare, Luc. 4.e. Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat tamen a ſuis diſcipulis videbatur, quia ſequuti ſunt eum, & c.*

✲ NICO.

*MORALITER.*

12 *[T]ulerunt ergo lapides.* BEDA. Myſtice autem quot malas cogitationes quis aſſumit, quaſi tot lapides in Ieſum mittit a[…] deinde quantum ad ſe pertinet, ſi ad deliberationem […] Ieſum extinguit.

13 *Ieſus autem abſcondit.* Quid autem abſcondẽdo ſe dominus ſignificat niſi ut quod eis ipſa ueritas abſconditur qui eius uerba ſequi contemnuntur. Eam quippe quã non inuenit humilem ueritas ſurgit mentẽ. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur niſi cum etiã reſiſtere poſſumus, iram ſuperbientium humiliter declinemus? Hæc Beda.

CAPVT IX.

A a **E**T præte. Non ſtans in via peccatorum ſed ſecus viam noſtre mortalitatis.

b *Cæcum.* Cæcus, ſignificat humanũ genus, in quo cæcitas naturalis, quia peccante primo hoĩe, vitium propter naturam inoleuit, vnde ſecundum mentem omnis homo cæcus natus eſt.

Ho.55.i Io.to.3. ✲ CHRYSOSTOMVS. Conſiderandum quod egrediens de templo ſtudioſe venit ad opus B ſui manifeſtatiuum ipſe enim vidit, non cæcus ad eum acceſſit.

c *Neque hic pec. ne.* Peccauerunt quidẽ ſed non illo peccato factum eſt, vt cæcus naſceretur, ſed hæc eſt cauſa, vt maniſe. ope. Dei in il.

Ho.55.i Io.to.3. ✲ CHRYSOST. Venerunt (apoſtoli) ad hãc interrogationem, quia prius ſupra paralyticum curans dixit. Ecce ſanus C factus es, non vltra pecces. Illi igitur cogitantes qa propter pecccata fuerat ille paralyſi reſolutus, quærunt de iſto. Si Ioan.5. hic peccauit, quod non eſt dicere, a natiuitate enim cęcus eſt. Aut parentes eius, ſed neque hoc, filius enim pro patre non ſuſtinet pœnam, ideo ait: Neque hic neque, &c.

Tra.44.i Io.to.9. ✲ AVGVSTINVS. Nunquid vel ipſe ſine originali peccato natus erat, vel viuendo nihil addiderat. Hẽbant ergo tũ ipſe & parẽtes eius, ſed non ipſo peccato cęcus natu

d *Sed vt manifeſtentur.* Vt eum illuminãdo & per eu in cæcitate humani generis facturus ſit ſignificando, Dei manifeſtetur vnde ſubdit. Me oportet, operari.

✲ CHRYSOSTOMVS. Nun iſte iniuſte paſſu Sed ego eum ficium accepiſ co per cæcita per hanc enim terioribus re oculis. Qui ve nõ ente ad eſſe deduxit poteſt habebat abſque ria, & ita eum tere. Dicunt a quidam quon Vt, hic nõ eſt c tiuum, ſed ſign euentum, ſicut lud. *Lex ſubintra abundaret delicti* & hoc ɔſequt eſt, vt dominu los clauſos ape

## CAPVT IX.

a Id eſt, miſertus eſt.

**E**T præteriens Ieſus vidit hominem cæcum
a a natiuitate, & interrogauerunt eum di- 1
b a Magiſtrum appellant quia ſcire deſiderant. 2
diſcipli eius. * Rãbbi, quis peccauit? hic 3
aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? 4
c Reſpondit Ieſus. Neque hic peccauit, neque parentes eius, 5
a Enim. b Tradi at illuminare cæcos.
d ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Mẽ oportet 6 7
a Quia filius dei ille ipſe de nullo vnde gloriam dat illi. b Ecce ille miſſu, in quo cæcus oculos laui. c Id eſt dum ſum in mundo. d Quare dum dies eſt. Quia.
operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt. Ve- 8 9
a Id eſt perſecutio apoſtolorum, vel perſecutio Antichriſti.
e nit nox quando nemo poteſt operari. † Quandiu ſum in mun 10 11
a Ecce quia eſt dies in eo cæcus lauat oculos & videt diem. Moneos bonos, & terrens malos.
do, lux ſum mundi: Hæc cum dixiſſet, expuit in terram 12

& alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens, demonſtrauit virtutem.

e *Quamdiu ſum in mundo.* Non ſolum tunc Chriſtus h erat in mundo, ſed & ſemper vſq; ad cõſumationem li per fidem eſt cum electis, & eſt tempus operandi. N la eſt infernalis, in qua nulli licet operari, vt nec arder uiti licuit, ſed tantum eſt tempus recipiendi.

---

NICOLAVS DE LYRA
CAPVT. IX.

* **E**T præteriens Ieſus. *Poſtquam Chriſtus oſtẽdit ſe habere virtutem illuminatiuam verbo, hic conſequenter hoc oſtẽdit ſenſibili ſigno Et diuiditur in tres, quia primo ponitur quadã miraculi præfatio, ſecundo miraculi operatio, ibi:* Et cum dixiſſet: *tertio miraculi facti examinatio, ibi:* Itaque vicini. *Præcedẽtia miraculum ſunt duo. Secundum ponitur, ibi:* Reſpondit Ieſus. *Primum quod fuit præcedens ipſum miraculum, & eius occaſio, fuit diſcipulorum interrogatio de cæco nota, & hoc eſt quod dicitur.* (Diuiſio.)

1 Et præteriẽs Ieſus. *in exitu templi de quo dictũ eſt in fine præcedentis cap.*

2 Vidit hominem cęcum à natiuitate, & interrogauerũt eum diſcipuli eius. *Quia ibi ſedebat mendicans elemoſynã ab ingredientibus templũ & diligenter intuitus eſt eũ Ieſus, vt dicit Chriſoſtomus quaſi vellet aliquid agere circa eum, & ideo diſcipuli moti ſunt ad quærendum de cauſa cæcitatis eius dicentes.*

7 Simon ergo. *Hic oſtenditur promptitudo Chriſti ad patiendū ex hoc, quod defenſionē prohibuit & hoc eſt quod dicitur.* Simon ergo Petrus habens gla. edu. eū. *Dicunt hic aliqui, quod diſcipuli emerunt gladios de præcepto domini, ſecundum quod habetur Luc. 22. vbi dicitur ſic.* Et qui non habet, vendat tunicā ſuā, & emat gladium. *Sed nō eſt veriſimile, quia ibidē dicitur, quod apoſtoli ſtatim reſpōderunt:* Ecce duo gladij hic. *Et Chriſtus dixit* ſufficit. *Ex quo patet, quod ante illos gladios habebant: Dicēdū igitur quod apoſtoli fuerunt piſcatores: In piſcatione aūt oportet aliquando retia cū paxillis affigere, & cū perticis nauiculas dirigere & ideo in talibus & conſimilibus vſus magnorū cultellorum eſt neceſſarius. Et probabile eſt, quod aliqui de apoſtolis illos cultellos ſibi retinuerant ad ſcindendum cibaria, vnde ē₇ cū illis carnes agni paſchalis cōſciderāt. Petrus autem vnū ex illis retinuerat, apud ſe qui erat magis promptus ad defenſionē ſui magiſtri quem alij.*

8 Et percuſſit pontificis ſeruum. *Qui magis de prope ſe ingerebat ad Chriſtum capiendum.*

9 Et abſcidit auri. eius dex. *Credidit enim eum magis lædere, ſed diuina ordinatione ictus declinauit.* Diuiſio.

10 Erat aūt nomen ſeruo Malchus. *Hoc addit euangeliſta ad oſtendendum certitudinem rei geſtæ exprimendo propria nomina.*

11 Dixit ergo Ieſus Petro mitte gladium tu. in vagi. *Q. d. noli vti ad defenſionem meam. Et ſubditur cauſa.*

12 Calicē quē dedit mihi pater, non vis vt bibam illū. *Q. d. paſſionem quam ordinauit pater cęleſtis ad ſalutem humani generis debeo patienter tolerare, & ideo non eſt locus defenſioni & reſiſtētiæ, ſed magis potentiæ.*

13 Cohors quoque. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus à miniſtris comprehenſus pontificibus præſentatur. Et diuiditur in duas: quia primo deſcribitur ipſius præſentatio Anne, ſecundo Caiphæ, ibi.* Et miſit eum Annas. *Prima in duas: quia primo ponitur Chriſti pręſentatio, ſecūdo eius examinatio, ibi:* Pontifex ergo. *Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur prædicta præſentatio, ſecundo incidenter ponitur prima Petri negatio, ibi:* Sequebatur autem. *Dicitur igitur primo ſic:* Cohors au. *Scilicet militum.*

14 Et tribunus. *Qui eis præerat, & illi erant gentiles.*

15 Et miniſtri Iudæo. *Iſti erant Iudæi.*

16 Comprehenderunt Ieſum. *Ex quo patet obſtinatio eorum, quia non fuerunt auerſi à ſuo malo viſis prædictis ſignis, ſed magis attribuebant artibus magicis.*

17 Et ligauerunt eum. *Quaſi morte dignum. Illi. n. qui reputabantur morte digni, iudicibus præſentabantur ligati.*

18 Et addux. eū ad Annam pri. *Id eſt, primo, Cuius cauſa ſubdit.*

19 Erat. n. ſocer Cai. *Et quia eundo ad domum Caiphæ habebant tranſire ante domum iſtius Anne, ideo introierunt domū eius, ꝓpter eius reuerentiā. Alia autem ratio, fuit quia pontificatus tunc ſingulis annis vēdebatur, & iſti duo, ſcilicet Annas, & Caiphas, quaſi alternatim erāt pontifices, propter quod quaſi pontifex habetur, quia anno præcedenti fuerant. Tertio ratio eſt, vt Chriſtus coram iudicibus pluribus condemnatus, videretur magis dignus morte.*

20 Qui erat pontifex anni il. &c. *Iſta ſunt expoſita ſupr. 11. c.*

✲ Seque-

*MORALITER.*

† *Sinite hos abire.* Per hoc oſtēditur, quod ſuperiores debēt ſuos ſubditos fideliter adiuuare, & ſe mortis periculo exponere pro ipſorum defenſione.

7 *Simon autem Petrus habens gladium eduxit eum, et percuſſit pōtific ſeruū, &c,* Exponatur ſicut ſupra Mat. 26: & Mar. 14. & Luc. 24.

10 *Erat autem ſer. nomen Malchus.* Qui interpretatur rex eorū & ideo per abſciſionem auriculæ ſuæ ſignificata fuit abſciſio regalis & pontificalis eminentię Iudæorum.

18 *Et adduxerunt eum ad Annam primum.* Quærentes ei placere, quia cum Caipha fuerat in cōſilio de Chriſti morte.

A (vt Lucas ait) Annas & Caiphas, q viciſſim annos ſuos agebāt. Sed tunc erat Annus Caiphæ, & voluntate eius primū ductus eſt Ieſus ad Annam, non quia collega, ſed qa ſocer eius erat. Vel domus ſic erant poſitę, vt non deberet Annas a tranſeuntibus præteriri.

ri volentes, dicunt quod non pertinuerit, nec negaueri trus: Sed voluerit quidem ſemper cum Chriſto eſſe, & ſeq. Deſciuit aūt, qa ſi ꝯfeſſus fuiſſet ſe diſcipulum Ieſ parādus fuiſſet ab eo, & non vltra habiturus erat locū ſequeretur & videret deſiderabilem, & propterea neg

✲ Theophylactus. Illi alligāt & abducunt ad Annam gloriantes facto, & quaſi celebrari cupientes, perinde ac magnū tropheū excitaſſent. Cæterū prophetię Caiphæ meminit oſtendere volens, quod pro ſalute mūdi hæc facta ſunt, & quod tā excellens ſit veritas, vt & inimici eam prædixerint. Vt enim nō turbemur audientes vincula meminit ꝓphetiæ quod ſalutaria fuerint & mors & vincula, qua de cauſa & hæc pertulerit.

† Perdi. — B — † Matth. 26.g. Mar. 14.g. Lu. 22.f. — † Matth. 26.f. Mar. 14.e Luc. 22.f

Erat autem Caiphas qui conſilium dederat Iudęis, quia expe-
Ex deuotione.
dit vnum hominem † mori pro populo. Sequebatur autem
a Simon Petrus Ieſum, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem il-
le erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium ponti-
Foris ſtabat qui negaturus erat.
ficis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſci-
pulus alius qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & intro-
duxit Petrum. † Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nunquid
b & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum: Sta-
Infidelitatis.
bant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & ca-
lefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtans & calefaciēs
ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de
doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam loquutus ſum
c mundo. † Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quo
omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil,
Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid lo-
d quutus ſim ipſis, ecce hi ſciunt quid dixerim ego. Hæc au-
e tem cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam
a Vt manſuetus & patiens, qui iuſſu quamlibet percutienti irrogare pœnam poterat.
Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici? Reſpondit ei Ieſus:

c *Palam*. Id
multis audienti
non quod quæ
palam, eſſent cc
1 ta turbis. Cū &
2 ſtolis dixerit: I
*prouerbijs loquuti*
3 Sed venit hora,
palam annunc
4 vobis. Eis ēt ſe
exponebat, quæ
ꝑ parabolas dic
5 Similiter quod
6 *Nihil in occulto*
7 *loquutus*. Non c
non eſſet occul
telligentia, ſed
8 coram tot ho
9 bus dixerat: E.
10 quæ paucis di
11 non ſunt in occ
12 quia ad hoc di
vt prædicarent
13 per tecta, non
14 cerentur. Ea a
quę audierant,
intellexerant t
rant vt non pc
15 iuſte criminar
16 quoties interr
do tentauerunt

a *Et alius di.* Quis ſit iſte, quia hic tacetur, non temere diffiniatur. Solet tamen iſte Ioannes ſic ſe ſignificare.

✲ Theophylactus. Quis erat alius diſcipulus? ille ipſe qui hæc ſcripſit. Occultat aūt ſe
C ꝑp humilitatem, quia honeſtum opus narraturus erat ſequutum ſe fugientib. alijs propter hoc occultat ſeipſum, & præponit ſibi Petrum. Et propter iſtuc ipſum eius rei meminit, vt diſcamus quod certius narret ea quę in atrio ſunt facta, eo quod intus fuerit.

b *Dicit ille: Non ſum.* Avg. Non ſolum negat Chriſtum, q dicit eum non eſſe Chriſtum, ſed qui etiam negat ſe eſſe Chriſtianum, & ita hoc impletur quod dominus dixit: Ter me negabis.

Matth. 26.d.

✲ Theophylactvs. Quidam ſtulte Petro gratificari volentes,

cuſarent, ſic reſpondit, vt omnes calumnię fruſtrare ideo dicit: *Quid me inter.*

*Quid me in.* Id eſt, a quo veritatem audire non deſidera terroga magis eos de quorum dictis nō habeas inuic Ita temperat reſponſionem, vt nec veritatem taceret defendere ſe videretur.

e *Hæc au.* Obijcitur, cur nō fecerit ꝙ docuit. Debuit r rīdere, ſed alterā maxillā prębere. Sed veraciter & m te & iuſte rīdit, & non modo maxillam, ſed totum co ferienti parauit. Et hinc potius oſtēdit præcepta pati non oſtentatione corporis, ſed cordis ꝑparatione faci

NICOLAVS DE LYRA

✲ 1 Sequebatur autem. *Hic interponitur prima negatio Petri, cū dicitur:* Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus & alius di. *Scilicet, Ioan. Licet enim iſti ſicut & alij primo fugiſſent, tamen poſtea ſequuti ſunt Ieſum, quia feruentiores erant alijs.*

2 Diſcipulus autem ille erat no. pon. *Dicūt aliqui quod Ioā. erat peritus in lege & propter hoc habebat notitiā cū pōtifice. Sed hoc non eſt veriſimile, quia piſcator erat, & de naui à Chriſto vocatus fuerat vt habet Mat. 4. d. vnde dicit Hier. in epiſtola ſua ad Paulinū: Ioan. ruſticus piſcator indoctus, &c. & ideo alia fuit cā ſuæ notitiæ cū pontifice, quia forte miſſus a patre ſuo pluries portauerat piſces ad domū pontificis, vel forte quia aliquis de cognatione eius ibidem ſeruiebat, vel aliqua alia cauſa quā aliqui aſſignant, quia deſcenderat de Dauid, & ſacerdotes habebant iſtas genealogias.*

3 Et introiuit cum Ie. &c. *Propter noticiam prædictam permiſſus eſt intrare.*

4 Petrus autem ſtabat ad oſtium fo. *Tanquam incognitus, tamē propter Ioannem permiſſus eſt intrare.*

5 Dixit ergo Petro ancilla oſti. Nun. &c. *Quaſi dicat, videtur quod ſic. Vidit enim eum timide intrantem, & ſic habuit de eo ſuſpitionem.*

6 Dicit ille: Non ſum. *Ex quo patet fragilitas Petri, qa ita cito negauit, & ad vocem vnius mulieris quæ nō loquebatur acriter. Non enim dicebat es tu de familia huius proditoris? vel aliquid huiuſmodi, ſed hominis iſtius quaſi capaſſiue loquendo.*

7 Stabāt autem ſer. &c. quia fri. erat. *Sicut ſolet eſſe in Martio poſt mediam noctem.* Et calefaciens ſe, &c.

8 Ponti.

8 Ponti. er. *Hic ponitur Chriſti examinatio. Et diuiditur in res. quia primo ponitur dicta examinatio, ſecundo Chriſti reſponſio, ibi:* Reſpondit ei Ieſus. *Tertio, reſponſionis reprobatio, ibi:* Hæc autem cum dixit. *Circa primum ſciendū, quod Chriſtus reputatus erat a Iudæis ſeductor hominum, & doctor falſæ doctrinæ, ideo examinatus fuit de vtroq; & hoc eſt quod dicitur:* Ponti. er. inter. I. *Dicitur aūt Annas pontifex, non quia eſſet actu, ſed quia ante fuerat, & quia ſocer erat pontificis, vt dictum eſt.*

9 De di. ſu. *Vt videret & poſſet eū deprehendere, quod ſi erant ab eo ſeducti.*

10 Et de do. *Ad videndum ſi poſſet ibi inuenire falſitatem vel calumniam, & aliquod dictum contra legem.*

11 Reſpondit ei Ie. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. De diſcipulis autē ſuis nihil poterat pro tunc boni reſpondere, quia principalior inter eos ſtatim audierat ipſum in ſua præſentia negaſſe. Sed de doctrina ſua reſpondit, oſtendens quod non erat mala vel ſuſpecta, ſed ſana. Quod declarat ex duobus. Primo ex loco, cum dicitur.*

12 Ego palā. *Doctrina aūt ſuſpecta in angulis & lateribus præci nō in loco publico & ſacro. Secūdo ex auditorum teſtimonio.* ...tes.

13 Interroga eos. *q. d. Paratus ſum teſtimonium eorum ſ...ire. quod eſt tibi magis credibile, quam meum dictum, quamuis ſec...um veritatem deberet eſſe contrarium.*

14 Hæc autem, &c. *Hic ponitur huius reſpōſionis reprobatio. Et hoc dupliciter. Primo per factum, cum dicitur:* Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu. *Secundo ꝑ verbū cū ſubditur.*

15 Sic reſpondes, &c. *Ille enim miniſter ſceleris accepit reſpō-ſionem Ieſu, quaſi notaſſet pontificem de ſtulta interrogatione.*

16 Reſpondit ei Ie. *Humiliter veritatem oſtendendo.*

✲ i

† *MORALITER.*

faciunt quærentes de malis placere hominibus peruerſis.

12 *Ego*

12 *Ego palam, &c.* Tanquam habens ſanā doctrinam contra hæreticos qui magis docent in occulto.

† N

eſt enim quis maxillã viſibiliter præbere iratus. Melius reſpondet vere placatus, & ad ferēda grauiora trãquil nimo paratus.

a *Si ma.lo.* Male loquitūr qui contra veritatē loquitur. Et Si maleloquutus ſæ, da teſtimoniū quo ꝓbes mēdacē.

b *Erat au.* AVGV. to, quod Annas it Ieſum ad Caim, reddit ad locū ationis, vbi relirat Petrum vt icet quid in doAnnæ de trina i negatione conrat.

c *Stans calefaciens.* THEOPHYLACTVS. Stat quidem uod nō inclineieque humilieſed in ſua pertia conſtanter ma. Calefacere aue dicitur, eo ꝙ feruore & fiſſu acia laboret. Arguit aūt eū ancilla parua quędam volu & effœminata, ſtatimq; negat ſermonem Dei qui in is quaſi captiuus ducit, ſed & quadã aduerſa tētatione itur, ſicut tunc Petrus a ſeruo & ita infirmitas eius deēditur. Sed precemur vt aſpiciat nos Ieſus verbū Dei & ad pœnitentiam & lachrimas prouocet, quod ſiet quãdo exiuerimus ex atrio pontificis qui dominum crucifigit & rector eſt mundi.

D

d *Et dixit: Non ſum.* ✤ THEOP. Euãgeliſtæ & oēs ſimul de Petro ſcripſerunt, non accuſantes diſcipulū, ſed nos erudientes quãtum malum ſit, non ſe totū tribuere Deo, ſed in ſeipſo confidere: Admirari autem decet domini miſericordiã, & cum ligatus eſſet & abduceretur non neglexit diſcipulum. ſed conuerſus vidit Petrum ſicut alius Euangeliſta dicit, & aſpectu opprobrat ei infirmitatem, & ad lachrymas excitat. Quod autem nunc accidit Petro etiam nunc videre licet multis euenire. Nã ligatur quidem ſermo Dei q in nobis & quaſi captiuus ducitur ſiue a voluptate, ſiue a triſtitia in ſeruitutem reductus. Vtroq;.n. modo vincimur, & abducimur vel præ proſperis, vel præ aduerſis mundi Deum obliuiſcentes, & condemnatur quidem ſermo vincit autem deitas.

E

☞ *In prætorium*

F

Si male loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autē 1
a Qui erat princeps ſacerdotum illo anno, & ad eum a principio ducebatur.
a bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatum ad Caiphã
a In domo Annæ. Hoc & ante dixerat, ſed quæ ſequuta ſunt adiungit. 2
b pontificem. † Erat autem Simon Petrus ſtãns & calefaciens 3
c Ecce ſecundo negat. 4
ſe. Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Ne-
a Vt tertia negatio compleretur. 5
gauit ille, & dixit: Non ſum. Dicit vnus ex ſeruis pontificis 6
cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam: Nonne 7 8
a Ecce completur prædictio Chriſti & conuicta præſumptio Petri. 9
ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negãuit Petrus, 10
Ab Anna.
& ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha 11
a In illam partem domus quam Pilatus tenebat. Iudæi qui adducebant Ieſum. 12
in prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt 13
14

## NICOLAVS DE LYRA.

1 male loquutus ſum, teſ.phi.de ma. *Id eſt, potes perhibere in me iniuſte percutere, Sed videtur ꝙ hic Chriſtus fecit contra inam ſuã quia Mat.5.f.dicit: Si quis te percuſſerit in maxillã rã, prębe ei & alterã. Ipſe aūt hoc non fecit, ſed magis percutiē correxit. dicendum quod illud Chriſti præceptū, & plura alia bi ponuntur, nō dantur abſolute. ſecundum quod dicit Aug. ſed ſecundū præparationē animi, quia homo dēt hēre animum ſem reparatum ad hoc faciendum, vbi videret hoc expedire ad ho Dei, & vtilitatem eccleſiæ, alias aūt non, immo aliquando ex iniuriantibus reſpondere, ad ipſorum & aliorum inſtructionē, fecit hic Chriſtus, & aliquando etiam facto reſiſtere ne detur o malis male agendi.*

2 miſit. *Hic oſtēditur qualiter Chriſtus pręſentatus eſt Caiphę. iditur in duas, quia primo deſcribitur dicta præſentatio, ſecunditur ſecunda & tertia Petri negatio, ibi* Erat aūt. *In prima parte dicitur ſic, & miſit eum Annas ligatum, quaſi morte di, & iam coram eo condemnatum.*

3 d Caiph. pōti. *Tū quia ad ipſum pertienbat prīcipaliter Chri aminatio. Tum vt videretur Chriſtus magis morte dignus, qui t coram iudicib. plurib. condemnatus. Sciendum tñ, quod Ioan ic tacet qualiter Caiphas eū examinauit, & qualiter Caiphas menta ſua ſcidit, & qualiter Chriſtus in domo eias illuſus fuit, lij euangeliſtæ hoc ſufficienter expreſſerant.*

4 at au. Si. *Hic reuertitur euãgeliſta ad narrandū de negatione , & ideo quaſi eadem verba quæ dixerat in fine primæ negatio reſſumit di.* Erat aūt Si. Pet. ſtãs. & cale. ſe. *Ille.n. qui narſtoriam aliquam quando occurrunt aliqua incidentia narranterrumpit principale ad illud incidens narãdum quo facto reur ad propoſitum, & ſic facit hic Ioannes. vt dictum eſt.*

5 xerunt ergo ei mi. *Ad ignem ſtantes.*

6 unquid, & c. *q.d. Sic, quia videbant eum timidum & pauidū.*

7 egauit ille & di. *De iſta ſecūda negatione Petri videtur Mat contradicere Ioanni. Primo quoad perſonã, quia dixit ipſum lo negaſſe ad vocem alterius ancillæ. Mat.26.g. Ioannes aūt his pfuit ad vocē miniſtrorum ad ignem ſtantium. Secundo quoad ,quia Mat. dicit, quod ſecūdo negauit in exitu ianuę, hic aūt dr̄ ſtans ad ignem. Propter quod ſciendum, quod principalis inten euangeliſtarum erat exprimere trinam Petri negationem, & in s conueniunt. De perſonis autem accuſantibus, ſeu de negatio o non erat eorum principalis intentio, & probabile eſt, quod ad verba Petri concurrebant circa eum, & conſimilia verba dicebant, improperando ei magiſtrum ſuū, & ideo vnus euangeliſtarum exprimit vnam perſonam accuſantē, & alius aliã, & vterq; dicit verum. Vnde ſecūdum veritatem hiſtoriæ videtur quod prima negatio ſit facta ad vocem ancillæ oſtiariæ: Petro domum intrante. Secunda aūt negatio facta eſt in domo, quia poſt primam negationem Petrus timuit diu ſtare inter Iudæos, propter ꝙ voluit exire, & tūc alia ancilla videns eum timidum accuſauit eum, & ſimul in hoc concurrerunt illi qui ad ignem ſtabant, & idē dicebant cum illa ancilla, propter quod Mat. dicit quod ad vocem ancillæ alterius negauit. Ioãnes aūt miniſtros cōcomitantes exprimit. Item Matthæus dicit quod negauit ipſo exeunte ianuam id eſt, volente exire, & ad hoc ſe præparante propter timorem, vt prædictum eſt, quia tamen adhuc erat in domo, nec ab igne longe receſſerat, ideo dicit Ioannes, quod prope ignem facta eſt illa negatio. Tertia autem negatio facta eſt multis eū accuſantibus & concurrentibus propter prædicta, tamen inter illos erat principalis vnus ſeruus pontificis, propter quod Ioan. illum exprimit tacendo de aliis, ideo ſubditur.*

8 Dicit vnus, &c. *Et ideo acrius cæteris eum accuſabat, & in accuſationis ſuæ aſſertionem adduxit factum præcedens cum dicitur.*

9 Nonne ego te vidi in, &c. *Quaſi dicat. Sic.*

10 Iterum er. ne. *Aliqui autē volentes excuſare Petrum dicūt ꝙ non negauit eum ex timore mortis, ſed ex amore, nolens ab eo ſe parari ſed ſemper eum ſequi. Sciebat.n. quod ſi diceret ſe eſſe diſcipulū eius, ſtatim ab eo ſepararetur. Sed hoc eſt cōtra verba domini ſup. habita c.13.d. vbi exprobrauit Petro di. Animam tuam pro me pones quod fuit dictum negatiue ſicut fuit ſupra expoſitum, & ideo, patet, quod Petrus negauit timens animam ſuam exponere pro Chriſto.*

11 Et ſtatim gal. can. *Scilicet, ſecunda vice, quia poſt primam negationem, ſemel cãtauit gallus; ſed Petrus timore perturbatus non percepit ſecundum quod fuit expoſitum. Mat.26.*

12 Ad. er. Ie. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus a Iudæis coram Pilato accuſatur. Et diuidit in tres, quia primo deſcribitur Chriſti præſētatio, ſecūdo, præſentati examinatio, ibi.* Exiuit ergo. *Tertio, innocētiæ Chriſti declaratio, ibi:* Et cū hoc di. *In prima parte dr̄ ſic.* Ad. er. Ie. a Cai. *Id eſt, a domo Caip. pontificis ad domū Pilati præſidis ad quem pertinebat iudiciū in caſu ſanguinis, & locus vbi iudicabat prætorium vocabatur. Aliqui autē libri male habent, ad Caiphã: quia in domo Caiphæ iam erat Chriſtus, nullus autem adducitur ad locū in quo eſt. Praterea Io. ſcripſit in Græco hoc euangeliū. & ideo pro veritate textus hñda recurrendum eſt ad Græcū. in Græco aūt ponit a Caipha.* 13 Erat au. *Hoc addit euãgeliſta ad oſtendendū quãtū Iudæi ſitiebant ſanguinem Ieſu Chriſti, qui ſummo mane quærebant ſñiam de eius morte dari.* 14 Et ip. *Ex ingreſſu domus hominis* ✤ *gentilis,*

Diuiſio.

*MORALITER.*

†6 *Nunquid, & c.* Exponat vt ſ. Mat.26. & Mar.14. & Luc.22

12 *Adducunt ergo Ieſum a Caipha ad præ.* Scilicet Pilati.

14 *Et ipſi non introierunt, & c.* Iſtis ſunt ſimiles illi q faciunt, conſcientiam magnam de minimis, & multo grauiora committunt, ſicut iſti timebant contaminari per ingreſſum domus Pilati qui gentilis erat, & tamen toto conatu procurabant mortem Chriſti, qui innocentiſſimus erat.

a *In prætorium.* Id eſt, vbi preſes Pilatus habitabat. Sed ſi ad Caipham quomodo in prætorium? forſitan aliqua cauſa vrgēte de domo Annæ ad audiēdum Ieſum ambo ꝯuenerāt
A Caiphas perrexit ad prætorium pſidis, & ſocero ſuo Ieſum reliquit ad audiendū, vel in domo Caiphæ Pilatus acceperat pretorium, & tāta erat domus, vt ſeorſum habitaret dominus, ſeorſum Pilatus.

b *Vt non con.* Quia diebus azymorum contaminatio erat illis in alienigenæ habitaculum intrare.

B c *Nobis non.* Hoc dicunt propter diei feſti ſanctitatē. Lex enim præcipit, ne parcant malefactoribus, præſertim ſeducentibus a Deo ſuo, qualem iſtum dicebant eſſe, & cōtra ſeipſos dicunt, qa interficiebāt quem interficiendum offerebant, ſicut & Pilatus interfecit, nō ſ manibus ſuis.

† Matth. 27. b. Mar. 15. a. Lu. 23. a.

C Cum Pilatus vellet Ieſum tradere Iudæis, vt ſm legem ſuam iudicarent eum, noluerunt recipere, dicentes: Nobis nō licet interfice. quemquam, & ſic impletur ſermo Ieſu quem de ſua morte prædixit vt eum a Iudæis traditum gentes interficerent, quaſi ſic eſſent alieni a ſcelere qui magis peccant, in quo non eorum innocentia ſed dementia monſtratur.

✻ Theophylactvs Hoc aūt dixerunt ſcientes ꝙ Romani ad crucem ꝯdemnarent rebelles, vt igitur crucifigeretur...

a in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent 1
a Qui quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum.
b paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accu- 2
a Quem iudicatis reum mortis.
ſationem affertis aduerſus hominem hunc: Reſponderunt & 3 4
Prohibebat tributa dari Cæ. & dicit quia poſſum deſtruere templum & reædificare. Quod probatur tot beneficijs quæ fecerat, pro quibus reddebant mala.
dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dicit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos, & ſecun- 5
dum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: 6
a Non licet interficere quemquam, ſcilicet in feſtiuis diebus, quia in alio tempore licebat ſecundum legem. b Tradent eum Gentibus ad crucifigendum, & illudendum.
c Nobis non licet interficere quemquam, vt ſermo Ieſu imple- 7
retur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. In- 8
troiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit 9
Hoc enim obijciebant Iudæi quod ſe diceb at regem.
Ieſum, & dixit ei: † Tu es rex Iudæorum? Reſpondit Ie- 10 11
d ſus: A temetipſo hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? 12
a Quia me hoc non dixi, ſed a Iudæis accepiſti, qui ideo te tradiderunt mihi.
Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens 13
e tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, Quid feciſti? 14 15

...eſt mirum ſi iudici traderis puniēdus q te regem dicis. ſi hæc cauſa non eſſet tunc forte alia quærenda eſſet. Q firma ſi hæc cauſa eſt quæ obijcitur, an alia.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *gentiles, & tamen nō timebāt inquinari ex procuratione mortis innocentis, ex quo patet eorum ſuperſtitio vana.*

1 Sed vt man. pa. *Id eſt, azymos panes qui a Iudæis comedebantur in paſchate per ſeptem dies. Non enim erat licitū illos comedere niſi perſonis mundis, & ideo per paſchatis māducationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis, vt male dicunt Græci, quia illum comederant die præcedenti.*

2 Exiuit er. *Hic ponit Chriſti examinatio. Et hoc dupliciter, quia primo examinatur coram Iudeis, ſecūdo ad partem ſine ipſis ibi:* Introiuit ergo. *Iterum: In prima parte dicitur ſic.* Exi. er. Pi ad eos fo. *Iudæi enim non audebant domum eius ingredi, ne ſuas obſeruationes violarent, ideo volens eis deferre exiuit ad eos.*

3 Et dixit quā accuſa. affertis, &c. *Videbat enim eum ligatum in ſignum damnationis, ideo quærebat de cauſa, quia non erat conſuetudo Romanis condemnare aliquem, niſi prius audirent accuſationē ſuam & haberet locum ſe defendendi, vt habetur Act. 25. d. Et ideo Pilatus qui erat Iudex ab imperatore Romano illuc miſſus, voluit modum Romanorum tenere.*

4 Reſpon. & dixerunt ei, ſi nō eſſet hic malefector nō tibi tradidi. &c. *Quaſi dicat. Nos eius factum diligēter examinauimus & inuenimus eum dignum morte, ac ſi dicerent, non oportet aliā examinationem facere:*

5 Dicit er. eis Pi. *Quaſi indignatus ex eorum reſpōſione, quia ſciebat eos ipſum per inuidiam tradidiße, vt habetur Mat. 27. b.*

6 Accepite eum v. & ſe. le. ve. iu. *Quaſi dicat. Si ſufficit veſtra examinatio, ſufficiat & veſtra ſententia. Sciendum enim quod Romani aliqua minora iudicanda dimiſerāt Iudæis, ſed non poterāt pro talibus inferre pœnam mortis, quia Romani retinuerant ſibi cauſam ſanguinis, & ideo per hāc reſponſionē inhibebat inferre Chriſto mortem, ipſi autem non poterant vitam eius ſuſtinere, & ideo renuerunt hoc accipere dicentes.*

7 Nobis nō licet interficere quemquam. *Si enim poſſent dare mortis ſententiam, libenter iudicium recepiſſent.*

8 Vt ſermo Ieſu im. *Chriſtus enim prædicens mortem ſuā apoſtolis Mat. 20. c. dixit, quod a principibus ſacerdotū traderetur gētibus ad illudendum & crucifigendum. Et hoc fuit impletum per hoc ꝙ renuerunt iudicium, & dimiſerunt ipſum Pilato qui erat gentilis iudicandum, & ſententiæ executionem ſuis militibus.*

9 Introiuit er. *Hic ponit examinatio Chriſti in ſecreto. Et dividitur in tres, quia primo ponit Pilati interrogatio, ſecundo, Chriſti reſponſio, ibi:* Reſpōdit Ieſus. *Tertio Pilati obiectio ibi.* Dixit i... *Circa primum ſciendum, quod Iudæi cum tumultu irrationabili ... bant mortem Chriſti, propter quod Chriſtus non reſpondebat, ſe... illud Eccl. 32. a.* Vbi nō eſt auditus nō effūdas ſermonē. *... pter hoc Matthæus & Marcus dicunt, quod cū accuſaretur a p... pibus ſacerdotum, nihil reſpondit. propter ꝙ Pilatus intrauit ... rium, quod erat in domo ſua, vt ibi Chriſtū magis pacifice exam... ret extra tumultum Iudæorū, qui nō audebant intrare prætor... vt dictum eſt. Chriſtus autē de tribus fuerat accuſatus coram e... habetur Luc. 23. a.* Hunc inuenimus ſubuertente gētem ... ſtrā, & prohibētem dari tributa Cæſari, & dicentē ſe C... ſtū regē eſſe. *Pilatus autem de duobus primis non curauit inq... re, quia de primo, ſcilicet, de ſubuerſione obſeruationum legaliu... curauit vtrum eſſet verum vel falſum, quia nō erat Iudæus, ſe... tilis. Secundum cognouit eſſe falſum per famā publicam, quia a... rat Chriſti reſponſionem quæ Iudæis de hac materia reſpond... Mat. 22. c.* Reddite quæ ſūt Cæſaris Cæſari, &c. *Sed de te... videbatur eſſe contra honorem Imperatoris inquiſiuit, ſcilicet, ... gno, quia Imperatores Romani nomen regium a Iudæis abſtuler... frangerent eorum ſuperbiam, & tollerent rebellandi occaſione... ideo quæſiuit a Chriſto.*

10 Tu es rex Iu. *Quaſi dicat. Eſt hoc verum quod tibi impon... ſcilicet, quod velis vſurpare regnum.*

11 Reſpondit Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, in qua p... examinauit Pilati interrogationem, li.*

12 A temetipſo hoc di: &c. *Quaſi dicat, concepiſti hanc o... nem de me per teipſum.*

13 Reſpondit Pilatus. Nunquid, &c. *Quaſi dicat, ex me n... cepi, quia non ſum Iudæus, & ſic non poſſum inueſtigare ex lib... daicis quis debeat eſſe rex eorum, ſed hoc ad peritos legis pert... ſubditur.*

14 Gens tua & pon. tra. *Accuſantes te ſuper hoc.*

15 Quid fe. *q. d. videtur ꝙ tu ſis in aliquo culpabilis, ex quo ... ſunt de gēte tua & tātæ autoritatis, ſicut ſunt Pōtifices te accu...*

✻ Reſpo...

### MORALITER.

† *Si non eſſet hic m. &c.* Q. d. Nos ſumus tantæ veritatis & iuſtitiæ, qd nobis deberet credi ſimplici verbo ſine alia diſquiſitione, & ſic homines malitioſi ſe iuſtificāt coram iudicibus, vt magis nocere valeant innocenti.

7 *Nobis non li. inter.* Sic dicūt mali clerici de corporali te laici, & tñ hñt pro modico multos interficere ſuo ... exēplo morte ſpūali, quæ peior eſt interfectione corp...

† Reſp...

a *Regnum.* Hoc eſt q nos ſcire voluit, ſed prius viciſſim interrogando voluit oſtendere q̃ eſſet de regno ſuo hominū opinio Iudæorum vel gentilium, qua oſtẽſa vtriſq; aptius infert: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Q. d. Decepti eſtis: Nō enim impedio dominationem veſtram in hoc mūdo, ne vane timeatis & ſeuitis, ſed ad regnū cœleſte credendo venite.

❧ Theophylactus. Manichæi ſumpta anſa dicunt, mūdus hic nō eſt à bono Deo. Nā filius Dei (aiunt) dicit nō eſt regnum meum hinc, non enim dixit quod non ſit in mundo, neq; quod ſit hic. Nam regnum quidem in hoc mundo & ab eo regitur, & ſicut ipſe vult tranſit, non eſt autem de mūdo regnum eius, ſed ſupernum & ante ſæcula, & non hinc, id eſt, ex terrenis cōſtructum: ſed hic quidem imperat & regit.

b *Tu dicis.* Non ſe regem timet confiteri, ſed ita libratū eſt vt neque ſe regẽ neget, nec de mundo ſe fateatur eſſe, vt illi ſentiebat qui dixit. *Ergo rex es tu?* Cui reſpondit. *Tu dicis, quia rex ſum ego.* Quaſi dicat, carnalis carnaliter dicis.

c *Ego in hoc natus ſum.* Non in hac re, ſed ad hanc rem, quod in Græco non eſt ambiguum. Dicit ergo de temporali natiuitate, qua venit in mundum ſecundum quā natus eſt ad hoc, & ad hoc venit in mūdum, id eſt, propter hoc vt teſtimonium perhibeat veritati. Sed quia non oīum eſt fides, addit. *Omnis qui eſt ex veritate, audit.* Id eſt, obedit & credit mihi.

d *Verū.* Non expectat reſponſum, ne cum vellet dimittere, non ita fieret, ſubito enim venit in mentem cōſuetudo qua poſſet per Paſcha dimitti.

e *Eſt autem.* Quia in Paſcha tempore liberati ſunt in Paſcha hæc conſuetudo dimittendi eis fuit.

f *Dimittam vo.* Non potuit auelli a corde eius, Ieſum eſſe regē Iudæorum, ſicut in ſcribendo titulo, tamquam ipſa veritas hoc ei fixerit, ſed quia qd eſſet interregnū *Latro.* Id eſt, diabolus ſeditioſus & homicidiorum autor dimiſſus eſt Iudæis q de patria lucis ob ſuperbiam pulſus, in tenebrarum carcere immiſſus erat, & ideo non poſſunt Iudæi videre pacem, quia ſeditioſorum principem pluſquam Deum eligere voluerunt, vnde de eis dicitur: *Vos ex diabolo patre eſtis.* Ioā. 8. e.

a Id eſt, credentes in me. b Et ſi adhuc ſit in mundo.

Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si
a Apparet quia nullus defendit.
ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum
Et ſi adhuc inter multos.
meum non eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu?
Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad eos & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, vt
Q. Q. mm Iu?
vnum dimittam in Paſcha: Vultis ergo dimittam vobis

☞ ❧ Theophylactvs.

## NICOLAVS DE LYRA.

Reſpondit Ieſus. *Examinata interrogatione Pilati, primo Ieſus ad quæſtionem primo factam de vſurpatione regni temporalis.*

Regnum meū nō eſt, &c. *Non enim negat ſe eſſe regem ſed regis concedit, quia ſecundum veritatem ipſe erat rex regum. Verū tamen ad tollendum occaſionem calumniæ temperat ſuā reſponſionē dicens, quod nō quærit huius mundi temporalem dominationē, quod ... bat conſequenter, dicens.*

Si ex hoc mun. &c. *Omne enim regnum temporale habet firmitatem nō ſolum ab ipſo rege, cum ſit vnus ſolus homo, ſed etiā a miniſtris contra aduerſarios pro ipſo pugnantibus, quod non quærebat Chriſtus, & ſic patet quod ſatisfecit ad quæſtionem, oſtendēdo, quod non quærebat inter Iudæos temporalem dominationem. verumtamē quia conceſſerat ſe eſſe regem, ideo concludit.*

Nunc aūt regnum &c. *Id eſt, quātum ad temporalia iſta quæ ... Sed contra hoc videtur quod dicitur Pſal. 46. a.* Rex oīs terræ Deus. *Ipſe autem eſt verus Deus ſicut verus homo, ergo, regnum eius eſt de hoc mundo. Dicendum, quod ſecundū veritatē diuinitatis, ... ſunt ſubiecta Chriſto, tamē quantum ad humanitatē in primo aduentu ſuo, non venit ad dominandum temporaliter, ſed magis ad ſeruiendū & patiēdū. Et ſic patet, quod ſufficienter excludit illud quod ... imponebatur de vſurpatione regni Iudææ, quia non fiebat quæſtio de ipſo niſi inquantum homo, & pro ſtatu præſenti in quo erat, ... ad primum eius aduentum pertinebat.*

Dixit itaq;. *Hic ponitur Pilati obiectio. Sicut. n. viſum eſt. Chriſtus in ſua reſponſione conceſſerat ſe eſſe regem, ſed dixerat regnum ſuum non eſſe hinc, ideo Pilatus ad plenū verba eius nō intelligēs accepit per hoc, ipſum eſſe regem alicuius regni, de quo non intromitterent ſe Romani: Sed quod Chriſtus per hoc intelligeret regnū cœleſte, & ſpirituale non intellexit, & ideo voluit ſcire magis determinate, concludens ex verbis Chriſti prædictis.*

Ergo rex es tu. *Quaſi dicat, ex quo concedis te eſſe regem regni non pertinentis ad dominium imperatoris, declara magis quod ſit illud regnum.*

Reſpondit Ieſus: *Primo concluſionem factam concedendo, dicens.*

Tu dicis qa rex ſum ego. *Et ita eſt ſecundum veritatem. Sed conſequenter declarat huius regni conditionem, di.*

9 Ego in hoc natus ſum. *Temporaliter.*

10 Et ad hoc veni in mundum. *Per carnis aſſumptionem.*

11 Vt teſtimonium perhi. veritati. *Docendo & radicando veritatem de diuinis in cordibus fidelium.*

12 Omnis qui eſt ex veri. *Primæ quæ Deus eſt, non ſolū per creationem, ſed per imitationem & ſubiectionem.*

13 Audit vocē meā. *Corde credendo & opere obediendo, & per conſequens in talibus ſpiritualiter ego regno, & tale regnū in nullo impediebat imperatoris Romani dominium de quo quærebat, Pilatus.*

13 Dicit ei Pilatus, quid eſt veri. *Non quærit diffinitionē veritatis, ſed quærit quæ eſt illa veritas, cuius virtute & participatione homines efficiuntur de regno Chriſti. Intellexit. n. per hoc in ... generali aliquod dominium exiſtens extra communē modum hominū & hoc eſt verum ſi intelligatur determinate, & magis in particulari, quia veritas diuina filio appropriatur. Veritas per quā hoīes in præſenti efficiuntur de regno Chriſti, eſt quædam impreſſio & participatio veritatis diuinæ. Huius aūt quæſtionis Pilatus nō expectauit reſponſionē duplici de cauſa. Vna eſt, quia erat de regno ſpirituali, vt viſum eſt ps, cuius nō habebat ſollicitudinem tenere niſi de tēporalibus & ideo hoc aduertens dimiſit illius quæſtionis proſequutionem. Alia cā fuit quia iam perceperat Chriſti innocentiam & Iudæorū malitiam, ſciens quod tradidiſſent eum per inuidiam. Igitur prætermiſſa quæſtione prædicta voluit procedere ad eius liberationem, vt ſtatim patebit.*

Pilatus nō expectauit Chriſti reſpōſionem propter duo

15 Et cū hoc di. *Hic conſequenter ponitur innocētiæ Chriſti declaratio. Cum. n. Pilatus vellet eū liberare, vt dictū eſt occurrit eius memoriæ modus conueniens liberationi ſuæ, videlicet de conſuetudine Iudæorum, qua dabatur eis a præſide in ſolennitate paſchali vnus vinctus in memoriam liberationis filiorum Iſrael de terra Aegypti, & propter hoc voluit Chriſtum liberare per hunc modum, & primo ad hoc faciendum allegat Chriſti innocentiam, dicens.*

16 Ego nul. *Scilicet, dignam morte. Secundo allegat conſuetudinē de cuius obſeruatione ſciebat eos eſſe cupidos, di.*

17 Eſt aūt conſuetudo, &c. Vultis ergo dimit. vob. re. Iu. *Q. d. vos debetis hoc velle, ad cuius intellectum ſciendum q Pilatus volēs Chriſtū liberare poſuit eis ſub diſtinctione de liberatione Chriſti vel Barrabæ, & de nullo alio vt magis exprimitur Mat. 27. b.*

❧ Scriba

## MORALITER.

† *Reſpondit Ieſus: Reg. meū non eſt de hoc mun.* Multi prælati qui ſunt eius vicarij, primum videtur dicere facto, in pompis æquantes ſe principibus terrenis, vel etiam excedentes.

*Omnis qui eſt ex veri.* Quā non audiunt, multi doctores & ſcholares theologi, qui neglecta ſacra ſcriptura circa ... ſta & inutilia ſunt intenti.

14 *Quid eſt ve.* Per hoc aūt q nō expectauit Chriſti reſpōſum, ſignificata fuit eius inſtabilitas, quia timore Cæſaris & fauore Iudæorum a veritate declinauit dando ſententiam contra

A ✻ Theophylactvs: Dignum eſt vt quæratur vnde moti Iudæi, conſuetudinem habeāt dimittendi vnum vinctū. Primo enim dicere poſſumus, quod docētes doctrinas & mādata hominū, plurima iuxta ſua ꝓtulerūt nec diuinis vſi fuerūt legibus, vnde & hoc ita ſe habet, inq; cōſuetudinē abijt etiā abſque ratione, qualia multa abſque legis precepto. Deinde talis inuenta eſt lex in ſcriptura, a qua veriſimile profectus eſſe abſolutiones illas ꝯdemnatorum.
Num.35 Scriptum.n. eſt de eo qui præter voluntatem ſuam occiderit. ſi nō ꝓp inimicitias vel dedita opera affligere voluit vicinū
B iacens vas vel lapidem & caſu ꝑcutiens prætereuntem monaturque homo inuolutarius ſit homicida talis. Iudicabit autem omnis Synagoga, & abſoluēt quidem illū a morte non.n. maligna mente occidit. Conſtituent autem eu[m] ciuitate refugij, hoc eſt, fuga mulctabūt, ex hoc forte c[om]pulſi & ꝯiectare poſſumus, ita.n. mortem firmarunt, v[t] ſoluantur qui de homicidio fuerunt cōdemnati. Nam quidem iubebat eſſe officium Synagogæ Iudęorum quia Romanis, [illegible] ret regnum, Romanos fecerunt dominos abſoluendi ſicut nunc Pilatum.

regem Iudæorum? Clamauerunt rurſum omnes dicentes:
a Non hunc, ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

a *Erat autem Barrabas latro*. Id eſt, filius magiſtri eſt, diaboli, qui latroni in ſuo ſcelere Iudæis inſidia magiſter fuit. Vel Barrabas, id eſt. filius patris, id eſt, diaboli.

## NICOLAVS DE LYRA

✻ Sciebat enim. *Quod conſuetudinē ſuam nullo modo dimitterent, ex altera parte Barrabas erat ita peſſimus, et populo odioſus, quod eius liberationem nullo modo vellent & ſic per conſequens liberationi*
C *Chriſti conſentirent. Sed ſacerdotes deceprunt populum, inducentes eum ad petendum liberationem Barrabæ & non Chriſti, & hoc eſt quod ſubditur.*

1 Clamauerunt rurſum, &c. ſed Barrabam. *Dimitte n[obis].*

2 Erat autem Barrabas latro. *Scilicet, publicus & fam[oſus]. Hoc addit euangeliſta, ad oſtendendum eorum malitiam, qui ad [pro]curandum mortem Chriſti patierunt latronis publici liberatio[nem] contra bonum publicum & contra iuſtitiam.*

## *MORALITER.*

† Chriſtum. Et ſic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicij declinantes.

1 *Clamauerunt ergo rurſum omnes dicentes*: Exponatur [ſicut] Mat.29. & Mar.15. & Luc.23.

## *ADDITIO.*

In cap 18. *Vbi dicitur in poſtil.* Et ideo per paſche manducationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis.

*Immo manducatio paſchæ intelligi debet tantum de agno paſchali vt declaratur in additione ſuper Mat. 26. vbi agitur de tempore cœnæ domini, vide ibi.*

## REPLICA.

In c.18. *vbi dicitur. Et ipſi non introierunt prætorium ne contaminarentur, ſed māducarent paſcha: Poſtillator dicit, quod intelligēdum eſt de manducatione panis azymi, non paſchalis agni Bur. opponit per ſuā minus autenticā computationem & digreſſionem, ponit Mat. 26. Et ſi intelligi deberet de eſu agni prout Burg. vu[lt] Io. euangeliſtæ valeret contra Nicodemū, & alios ſepulturæ Ch[riſti] intēdentes, quia fuiſſent contaminati ex tactu mortui, per conſe[quens] inhabiles ad manducandum paſcha ſic acceptum, vnde de eis di[cere] oportuit, & ipſi non ſepelierunt eum ne contaminarentur, ſed ma[ndu]carent Paſcha, ſicq; falſificarentur oēs euangeliſtæ, & puto, ſi c[om]putatio Bur. eſſet vera, quod non fuiſſent a Iudæis permiſſi ſepe[lire] mortuum celebritate paſchali iam inchoata, quæ incepit a veſp[ere] feriæ ſextæ ſecundum Burg. computationem.*

CAPVT XIX:

a *Tvnc ergo.* Hoc fecit Pilatus id eſt milites facere permiſit, vel etiam iuſſit, vt Iudæi ſatiati de pœnis a morte deſiſterent.

b *Coronam de ſpinis impoſuerunt.* In ſpinea corona noſtrorū notatur ſuſceptio peccatorum, ꝓ qua mortalis fieri voluit. Vnde præcurſor: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Spinæ namque in peccatorum ſignificatione ponuntur. Vnde dominus: *Terra ſpinas & tribu*[los germinabit.] Id eſt, conſcien[tia] tua punctiones, aculeos vitiorum procreare non deſiſtet.

## CAPVT XIX.

Ecce quam iniurioſa Pilatus & milites intulerunt Chriſto.

†Matth. 27.c. Mar.15. a
b † TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas:

2 Deriſorie, quia ſe regem dicebat eſſe purpura enim eſt ſignum regis.

1
2
3
4
5
†
6

☞ Exi[uit]

## NICOLAVS DE LYRA
### Capvt XIX.

✻ TVnc ergo apprehendit Pilatus. *Hic conſequenter euāgeliſta deſcribit quid paſſus ſit Chriſtus a gentib. Paſſus autem eſt tria ab eis, ſ. flagellationem, illuſionem, & crucifixionem, ſecundum, ꝙ prædixerat ſaluator Mat. 20.c. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigēdum. Et ideo euangeliſta primo agit de illuſione & flagellatione, ſecundo, de crucifixione, ibi:* Tunc ergo tra. *Prima in duas quia primo deſcribitur Chriſti flagellatio, & illuſio, ſecundo circa hoc oſtenditur Pilati intētio, ibi:* Exiuit iterum. *Circa primum ſciendum ꝙ Pilatus vidit ex clamore eorū, quod nullo modo poterat dimittere. Ieſum omnino liberum cum pace ipſorum, ex altera parte durū erat ſibi innocentem interficere, & ideo ad ſatifaciendum eis fecit Chriſtum flagellari, & illudi, & hoc eſt quod dicitur.*

Quid paſſus Chriſtus a gentibus. Diuiſio.

1 Tunc ergo apprehēdit Pila. Ie. & fla. &c. *Non per ſeipſ[um] immediate, ſed per milites ſuos & miniſtros.*

2 Et milites ple. co. de ſpi. *Id eſt, de iuncis marinis ad modi ſpinarum duris & acutis.*

3 Impoſuerunt capiti eius. *Tanquam volenti regnare, & n[on] potenti, quod fecerunt vt eorum illuſio reſponderet Iudæorum acc[u]ſationi.*

4 Et veſte purpurea circundederunt. *Tali enim veſte vtebantur reges.*

5 Et veniebant ad eum di. &c. *Hoc totum factum eſt in illu[ſio]nem, vnde ſequitur.*

6 Et dabāt ei alapas. *Vt illuderetur factis ſicut illuſerunt ſig[nis] & verbis.*

✻ Exi[uit]

## *MORALITER.*

† 1 *Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum & flag. & mil. ple. co. &c.* Br[eui]s. Et quamuis hęc milites illudendo facerent, nobis tū operabantur myſteria. Nam per ſpineam coronam noſtrorum deſignatur ſuſceptio peccatorū, quę ſicut ſpinas ter[ra] noſtri corporis germinat. In veſtimēto purpureo caro ei[us] paſſionibus obiecta ſignificatur. Purpura etiam veſtitur [cum] de triumphis ſanctorum martyrum gloriatur.

† *Aue rex.* Sic faciunt illi q in eccleſijs deuotionis oſtē[n]ſigna,

*iuit ergo.* Ecce implentur quæ de ſe prædixerat Ieſus oc
a potentia, commendatur patientia qua informantur
tyres.
*t dicit eis.* Hic apparet non ignorante Pilato hæc a mili
ſſe facta, ſiue iuſſerit, ſiue permiſerit, vt ſatiatis Iudæis
ſufficerent, ſed
is inardeſcunt
amant: *Crucifige.*
*ſige.*
*lium Dei.* Ecce al-
maior inuidia,
parua videba-
licita affectatio
, & tamen vtrū
vere erat Chri-
& rex & filius
De
*ius autem.* Hic &
ais locis legitur
e Chriſtus, vt
etia implea-
*ſicut agnus coram*
*te ſine uoce, ſic*
*aperuit os ſuum.*
ſimilitudo de
data eſt, vt in
lentio nō reus,
nocens habea-
Non enim vt
ius conuinci-
d vt manſuetus
iis immolatur.
*N ti. de. fuiſ. deſu.*
c, à Deo, quia
ptās niſi a Deo, ſed tñ tibi talis data eſt, vt ſis ſub al-
ptāte, & ideo maius peccarum eſt ei qui tradidit me
tibi

tibi inuidendo, quam tibi qui exerces poteſtatem metuen
do: Non tamen Pilatus eſt ſine peccato, & ideo ait, maius. D
✲ GREG. Cum ſe dominus membrorum Satanæ mani- li. 3. Mor. c. 11
bus pro redemptione noſtra tradidit quid aliud quā eiuſ-
dem Satanæ manum in ſe ſæuire permiſit, vt vnde ipſe ex
terius occumberet,
inde nos exterius, in
teriuſq; liberaret? Si
igitur Satanæ manus
eius poteſtas accipi-
tur, eius manum iu-
xta carnē protulit,
cuius poteſtatē cor-
poris vſque ad ſputa
colaphos, flagella, E
crucem, lanceamq;
tolerauit, vnde & Pi
lato eius corporis
membro ad paſſio-
nem veniens dicit:
*Nō haberes in me pote*
*ſtatem vllam niſi, &c.*
Sed tamen hanc po- *noſtræ.
teſtatem quam con
tra ſe ei extrinſecus
dederat ſuis ſeruire
lucris intrinſecus cō
pellebat. Pilatus e-
nim vel Satan, ſub
poteſtate illius ſuper
quā poteſtatem ac-
ceperat, tenebatur,
quia & ſuperior ipſe †22. q. 1.
diſpoſuerat, hoc q c. Mo-
inferius accedens, a perſecutori tolerabat, vt cum ex mala uet: §.
mente infideliū ſurgeret, vtilitati tñ electorum omnium ſed obii
ipſa citur.
F

a Exiuit ergo iterum Pilatus foras & dicit eis: Ecce adduco
b vobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo
Mortis. a Non clarus imperio, ſed plenus opprobrio.
cauſam. Exiuit[a] ergo Ieſus portans ſpineam coronam, & pur-
a Pilatus. b Q. d. Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum uidetis.
b Qui ſe regem dixit.
pureum veſtimentum, & dicit[a] eis. Ecce[b] homo[c]. Cum ergo vi-
diſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Cru-
cifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, &
Quare mori debeat.
crucifigite. † Ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſpon-
derunt Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundum legem de-
bet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus
c hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium
Vbi non reſpondebat ſicut ouis ſilebat, vbi reſpondet ſicut paſtor docet.
iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum
d non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Ne-
ſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem ha-
Id eſt, quantulacunque habes, non enim tibi omnino de liberum eſt.
beo dimittere te? Reſpondit Ieſus: † Non haberes poteſta-
e tem aduerſum me vllam, niſi tibi datum fuiſſet deſuper

NICOLAVS DE LYRA

Exiit ergo iterum. Hic oſtenditur circa prædicta Pilati intē-
erat bona quātum ad hoc, quia prædicta iuſſerat fieri, vt Iu
afflictione Chriſti eſſent ſatiati, & ſic conſentirent in eius li
tionem ſine morte. Tñ per hoc non excuſatur à toto, quia cū eſ-
r ſuper eos, non debebat ei quem ſciebat innocentem etiam
n pœnam inferre. Igitur Euangeliſta circa ſequentia ſic pro-
uia primo declarat conatum Pilati ad Chriſti liberationem.
Iudæorum reſiſtentiam ad eius condemnationem, ibi. Cum
diſset. In prima igitur parte dicitur ſic. Exiuit ergo ite-
latus foras. ubi Iudæi ſtabant, quia domum eius ingredi nō
t, ut ſupra dictum eſt.
Et cit eis. Primo allegans Chriſti innocentiam.
Ec adduco vobis eum foras. Poſtquam diligenter exami-
& flagellaui ad uobis ſatisfaciendum. Vt cognoſcatis
llā inuenio in eo cauſam. Secundo oſtendit ipſius puni-
m factam ultra condignum, cum dicitur.
4 E itergo Ieſus. Ex præcepto Pilati.
5 Po s ſpineam coronam. &c. Volebat enim Pilatus ut ſenſi
derent qualiter fuiſſet illuſus & flagellatus, ut ſic moueren
npaſſionem.
6 E cit eis: ecce homo. Q. d. etſi in aliquo male egiſſet tamen
dignum punitus eſt, & ideo deberet nobis ſufficere.
7 Cu ergo. Hic ponitur Iudæorum reſiſtentia, & hoc duplici-
per irrationabilem clamorem, ſecundo per rationem, ibi.
Reſpo derunt Iudæi. In prima parte dicitur ſic: Cum ergo vi
diſſen um pontifices. Sic flagellatum & illuſum & cognoſce-
rent, q Pilatus ſic uolebat dimittere ipſum.
8 Cla abant. Tumultuoſe, & alios ad clamandum excitabāt di.
9 Cru ifige. Q. d. hæc pœna nullo modo nobis ſufficit, ſed petimus
iatur.
10 Di t eis Pilatus ac. Deriſorie & indignanter hoc dixit, quia
ant poteſtatem iudicandi aliquem ad mortem, ut ſupra di-
eſt ſimilis modus loquendi, ac ſi diceret; Si habretis po-
are mortis ſententiam, cito & ſine cauſa faceretis, ſed ego
nolo, ideo ſequitur.
11 Ego nim non inuenio in eo cau. Dandi talem ſententiam.
12 Reſpon-

12 Reſponderunt. Videntes Iudæi, quod Pilatus non acquiſceret eorum clamori inceperunt allegare rationes alias quā ſupra allegauerat. Non. n. illas audebant reiterare, quia Pilatus iam illas euacuauerat, & ideo hic aliud allegant. Et primo allegant ipſum feciſſe cōtra legem Dei, ſecundo contra legem imperatoris Romani, ibi. Exinde quærebant. In prima igitur parte allegant ſic Iudæi.
13 Nos legem habemus. ſ. a Deo datam in monte Sinai.
14 Et ſecundum legem debet mori. Quia Leui. 14. c. præcipit, qd blaſphemi occidātur, & tale crimen imponebāt ei, unde ſequitur.
15 Quia filium Dei. Veruntamen Chriſtus hoc dicendo non blaſphemauit, ſed ueritatem dixit, & per ſcripturam probatum, ut ſupra habitum eſt c. 10.
16 Cum ergo au. &c. ma. ti. Non propter legem Iudæorum quā non obſeruabat, ſed ne uerū eſſet, ut Ieſus ſibi oblatus eſſet uere Dei filius, & ſic factum enorme feciſſet ipſum flagellando & ideo de hoc uoluit certius inquirere, unde ſequitur.
17 Et ingreſſus eſt. Vt ueritatem magis poßet cognoſcere extra tumultum Iudæorum.
18 Et dicit ad Ieſum. Per hoc quærens ſi eßet ex origine diuina ſecundum ueritatem. — Chriſtus Pilato non reſpondit propter tria.
19 Ieſus autem reſpon. non de. Primo quia erat homo gentilis & idololatra, & generationē filij in diuinis capere non poſſet. Secundo, quia nolebat paſſionem ſuam impedire. Tertio quia prophetatum erat de eo, Iſaiæ. 53. c. Et ſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, &c. Et ideo uolebat illud propheticum implere.
20 Dicit ergo ei Pi. &c. Mirabatur de eius taciturnitate, cum in puncto liberationis uel condemnationis ſuæ eſſet. Sequitur.
21 Neſ. quia ha. po. &c. Q. d. mihi ſaltem deberes reſpondere.
22 Reſpondit Ieſus. Non ad impediendum ſuam paſſionem, ſed ad reprimendum Pilati iactantiam.
23 Nō ha. po. aduer. me vllā, niſi tibi datum eſſet deſuper: .i. a principib. Romanorum, & ulterius permiſſum a Deo, qui eſt poteſtas ſuperior. Et ex hoc arguitur eius peccatum, quia non acceperat ptātem a Cæſare, & a Deo condēnandi innoxios, ſed magis liberandi eos, & cum hoc oſtendit peccatum Iudæ, & iudæorum eſſe maius quam peccatū ipſius Pilati, quia ad occiſionē Chriſti Iudas fuit motus cupiditate, Iudæi aūt inuidiæ & rancore, ſed Pilatus fuit motus humano timore ut magis patebit, & hoc eſt quod dicitur.
✲ Propterea

MORALITER.

ſigna, & cito poſt iniurias Chriſto graues in membris ſuis faciunt.
8 Clamabant dicentes. Crucifige, crucifige eum, &c. Nam obſtinata nequitia non emollitur miſericordia.

ipſa quoque crudelitas deſeruiret.

A a *Et exinde.* Id eſt, ex hac cauſa, ne haberet peccatum occidẽdi innocentem (& ſi minus illis inuidiis) quærebat dimittere, non quod tunc primum quæreret, ſed ſi prius volebat modo quærebat,

b *Si hunc dimittis non es ami.* Supra legem propoſuerunt, ſecundum quam deberet mori, quia filiũ Dei ſe fecit: Sed quia ille legem gentis alienæ non timet, ſed magis timet occidere filium Dei terrent eũ a Cæſare, quem non poteſt, vt autorem poteſtatis ſuæ contemnere.

c *Erat autem paraſce.* ✲ Theophyl. Quomodo Marco dicente tertiam horam

Nabal ſignificat inſipientiam,p.2.col.481.b
Nabal inſipiens Nebel menſuræ nomen,p.2.col.481.b
Nabal duo corde verbum vxoris ferre non potuit, par.2.col. 484.e
Nabal ex deſperatione veſanus factus.p.2.c.484.e
Nabo eſt ciuitas mobilis in quo erat Chamos idolū, quod & Beelphegor,p.4.col.872.e
nabal debebat inclinari ad exauditionem petitionis Dauid. Et hoc quinque rationibus,p.2.col.478.f
naboth maluit mori,quam facere vt paterna hęreditas & poſſeſſio antiqua in regis impii mutaretur delitias.p.4.c.204.e
nabuchodonoſor,hoc nomine plures nominati ſunt, p.4.col. 1495.c
nabuchodonoſor dictus eſt primus & ſecundus,p.4.ibid.
nabuchodonoſor magnus,dicitur a magnitudine operū quia regnum Chaldæorum,quod ante ipſum fuit paruum,valde ampliauit,& monarchiam fecit,p.4.ibid. Et fuit potentiſſimus inter reges Babylonis,col.162.d
nabuchodonoſor quomodo ab euentu hoc nomine vocatus eſt & de nominis interpretatione,& de mirabili eius educatione.p.4.col.1495.c
nabuchodonoſor oblitus fuit ſomnium ſuum, ſed Pharao nō fuit oblitus:nam integrum retulit ipſi Ioſeph:rationes aſſignantur.p.1.col.405.c
nabuchodonoſor primo regnauit in Chaldęa,& poſtea obtinuit regnum Aſſyriorum,& factus eſt monarcha , & anni eius varie computantur.p.2.col.1000.f
nabuchodonoſor rex Aſſyriorū omnes deos præcepit exterminari,vt ſolus ipſe Deus diceretur,& ſimiliter Sennacherib.p.3.col.2153.c
nabuchodonoſor non debellauit Iudæos propria virtute, ſed Dei,p.4.col.730.f
nabuchodonoſor quomodo intelligitur placuiſſe in oculis domini.p.4.col.778 f
nabuchodonoſor venit cōtra Ioachim,ſed cauſa habetur ,p. 4.col.1425.f
nabuchodonoſor quare ſapientibus tam duram ſententiam dedit,p.4.col.1508.f
nabuchodonoſor quare Danielem adorauit,&c.p.4.column. 1519.c
nabuchodonoſor deſtruxit ciuitatē quæ dicebatur Nonutrix quam Alexander magnus reædificauit,&c.par.4.columna 2035.c
nabuchodonoſor,hiſtoria an ſit vera hiſtoria,vel parabolica. & an,& quomodo in beſtiam mutatus ſit. Arguitur contra, quod non intelligatur ad literam de Nabuchodonoſor,ſed de diabolo,&c.Sed rationes ſoluuntur,p.4.c.1549.c
nabuchodonoſoris regis iniuſtitiam nemo arguebat, &cæt. p.4.col.784.d
nabuchodonoſor vocat Ieremias gladium domini. p.4.colu. 870 e
nabuchodonoſor parem aquila facit diuinus Ezechiel,par.4. col.870.c
nabuchodonoſor rex & Abdemelech Ieremia pphetā ſolati ſūt,Iudæi vero accēdere noluerūt,p.4.c.839.b.& co.840.d
nabuchodonoſor poſt amentiam reſtitutus regno, dubitatur a quibuſdam vtrum fuerit ſaluatus.Arguitur contra,ſed ſoluuntur rationes,p.4.col.1556.d
nabuchodonoſor quomodo poſt mortem ſuam per filiū ſuū Euilmerodach cōſilio Ioachim iuſſus eſt exhumari , & in multas partes diuiſus,vulturibus dari,vt ſic ipſis auolantibus partes non poſſent iterum congregari, ne reſurgeret a morte,ſicut redierat de amentia,p.4.col.165.c
Item p.2.col.1004.f
nabuchodonoſor dicitur columba , non pro ſimplicitate ſed pro ſtultitia p.4.col.894.d
nabuchodonoſor dicitur aper & ſingularis ferus. Et quare, p. 4.col.176 f.& 615.c.& 980.f
nabuthe quaſi quandam contagionem ſui pecuniam diuitis eſſe arbitratus eſt,p.2.col.842.d
nabuthe inter ſanctos habetur quia maiorum ſuorum hæreditatem ne regi quidem putauit eſſe credēdā, p.2.c.842.d
nabuthe vires ſuas proprio cruore defendit, p.2.col.842.c.f
nabuthæ hiſtoria tempore vetus eſt vſu quotidiana , p.2.col. 841.a
nadab & Abiu quid ſignificent,p.1.c.99.e
nabad & Abiu quod fuerunt ſaluati argumentum habetur,p. 4.col.992.f
naim eſt ciuitas Galilææ,in ſecundo miliario a Thabor, pa.5. col.794.f
napta quid ſit.p.4.col.1533.c
nardus quid ſignificet,p.5.c.628.f
nardus dicitur expellere tumores,fugare frigus,& afferre colorem,p.3 col.1827.a.1852.f
narrantur aliter viſa,aliter audita,p.1.col.781.c
naſcitur in omni re quod eam exterminat,&c.par.5.columna 374.c
naſcimur totiens ex diabolo quotiens peccamus . Iuſtus non ſemel tātum,ſed per ſingula virtutis opera ſemper ex Deo naſcitur,p.4 col.670.d
naſcuntur peruerſi de ſanctis & bonis viris,& econuerſo boni de malis. Et de hoc figura,p.2.col.361.b.c
naſcuntur homines ex Deo,nec mirum,quia Deus ex homine natus eſt, p.5.col 1029.b
naſcentia omnia terra denotantur per iſta tria,ſcilicet , frumētum,vinum,& oleum,p.3.col.463.c
naſcentia de corporibus mortuorum animalia,abſurdum eſt dicere,cum animalibus ipſa creata eſſe,niſi quod potentialiter in ipſis & materialiter erant præſeminata, &c.p.1.col. 29.b.c
naſo odores fœtoreſque diſcernimus , &cæ.parte 1.columna 1094.e.f
nathan cum eſſet propheta non nouit Dei voluntatem,&c.p. 2.col.551.a
nathan qui & Ionathan,& vbi propheta vocatur, Nathā ſcribitur,non Ionathan,p.2.col.1019 b

Nathanael quare nō fuit vocatus ad apoſtolatum, cū a Chriſto ſuper alios commendatus fuit, p.5.co.1052.f

Nathinnei portabant ligna & aquas ad locum diuini cultus, p.2.col.1282.c

Natalis ſui diem ſoli Herodes & Pharao leguntur celebraſſe, & vterque ſolennitatem ſanguine fœdaſſe, p.5.col 542.f

Natale ſolum diligere naturale eſt, & nihil patria dulcius, p.4.col.607 a. Interl.

Natio filiorum Iſrael dicta eſt grandis, nō numero vel corporali quantitate, ſed dignitate. p.1.col.1483.c

Nationes vocat Iſaias Libanum, p.4.col.272.e

Natiuitas impeditur dupliciter. Vno modo quando fœtus moritur poſt animationem. Alio modo ante, p.3.co.55.b

Natiuitas prima ſiue carnalis ex Adam & Eua, eſt ad mortem Natiuitas ſecunda ſiue ſpiritualis quæ ex Deo & eccleſia, eſt ad vitam, p.5.col.1067.c

Natiuitas Chriſti oſtenſa eſt paſtoribus, hominibus ſimplicibus, non curioſis, nec ſapientibus, p.5.col.710.f

Natiuitatis diē Pharao & Herodes celebrauerunt, quia ex hora natiuitatis ſe reges fuiſſe putauerunt, p.1.co.402.e

Natura humana ī incarnationes filii eſt exaltata, & fuit minorata in paſſione eiuſdem, p.6.col.813.c

Natura humana Chriſti ſecundum ſe accepta eſt minor angelica, tamen inquantum vnita diuinitati in ſuppoſito filii, eſt effecta excellentior, p.6.col.611.c

Natura humana primo fuit producta in vnico indiuiduo, & in ſexu virili, ꝓpter quatuor rōnes, & aſſignātur, p.1.c.28.f

Natura ſpecialis præſtat corporeæ, quam mouet, regit, ſenſificat, &c. & vicina eſt ſubſtantiæ Dei, p.3.col.1566.e

Natura ſpiritualis ad creatorem conuerſa, formatur, & illuminatur, p.1.col.5.b

Natura, id eſt, quod Deus facit, & nihil facit contra naturam, ſed contra conſuetam nobis, p.6.c.150 e. Item p.1.c.65.a

Natura, mater dicitur, & conſuetudo, ſoror, & quare. Vel vermes dicuntur: & quare, p.3.col.194.e

natura, in homine dicitur illa quæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt. Alia omnia qua ſunt in homine, inferiores partes hominis ſunt, & quodammodo extra hominem, p.5.col.1025.c

Natura humanę mētis, quę ad imaginē Dei ſine peccato (qualem Chriſtus aſſumpſit) ſolus maior eſt Deus. p.6.c 812.c

natura humana ſuper omnes alias creaturas inferiores eſt ſpecialiter a verbo illuſtrata, p.5.col.1022.f

natura humana non ſolum coniuncta eſt Deo per cognitionem & amorem ſicut in aliis, ſed etiam per realem vnionē, p.5.col.1032.f

natura corporea tota adminiſtratur angelica cuſtodia, & maxime motus orbiū, quæ quidē cuſtodia intelligitur per cherubim. p.1.col.107.b

natura humana lōge tempore & tractu indiget nutritione parentum, antequam neceſſaria ſibi poſſit acquirere, p.3.col.1897.c

natura quare prouidit aliis animalibus de auxiliis ad vitam conſeruandam, vt de cornibus & vngulis & aliis huiuſmodi ad ſui defenſionem, & non hominibus, p.6.col.285.c

natura quare non potuit prouidere homini de tegumento & defenſione, ſicut animalibus, p.5 col.138.f

natura quæ eſt ſagax emittit impuritatem alimenti ſuſcepti, & retinet purum ad corporis nutrimentum, p.5.col.556.f

natura ſicut non deficit in neceſſariis, ita autor naturæ nō deficit, per prophetas nuntiando ea quæ ſunt neceſſaria cognoſci, & non poſſunt via humana ſciri, p.4.col.1857.b

Natura & ſicut ars in operibus ſuis procedunt de imperfecto ad perfectum, ita in proceſſu diuinarum reuelationum & promiſſionum, p.1.col.222.f

natura poteſt cōuerti quando petra aquam fluxit. p.2.c.889.a

natura mater omnium eſt. Sub hac omne genus hominū (.ſ. iuſtorum & peccatorum) eſt ſeptem diebus. i. præſentis vitę ſeculo oportet eum ſuſtinere iura naturę, ſed octaua die reſurrectionis ſub hac matre non erit, p.1.col.1103.a

naturæ aliqua ſunt poſſibilia, & aliqua ſunt impoſſibilia naturæ poſſibilia tamen Deo Et iſta ſunt in duplici gradu, &c. p.4 col.1484.f

naturę humanę moribus. p.4.col.82.e

naturæ omnis curſus habet naturales leges, ſecūdum quas & ſpiritus vitæ habet appetitus ſuos quodammodo terminatos, & elementa mūdi corporei diffinitam vim qualitatemque ſuam quid quodq; valeat vel nō, quid de quo fieri vel non, p.1.col.79.b

naturę tres in ſuppoſito filii ſunt vnitę per incarnationem, ſcilicet, natura diuina, anima rationalis, & caro Chriſti puriſſima p.4.col.1483.b.c

naturę rectitudo quo ad quid in baptiſmo reformatur, & quanto integre, & quam differenter ad rectitudinem protoplaſtorum inſtaurabitur, p.6.col.77.a.b

naturæ bona quadruplicia ſunt, ſcilicet, claritas intelligentię capacitas memoriæ, viuacitas ſenſuum exteriorum, & integritas & ſanitas membrorum, quibus homo poteſt bene & male vti. p.5.col.914.f

naturæ irreuerentia attenditur in prohibendis gradib. in matrimoniali contractu. p.2.c.105.a

naturæ conditor non eſt iniquus iudex culpę, & impie non flagellat, qui mira ex nihilo fecit. p.6.co.73.a

Ad naturam diuinam referuntur quandoque hæc nomina, lumen, gloria, quandoque ad perſonam, p.6.col.795.b

nautarum operatione aquę ſæpius illuſtrantur, qui in profundo merſi (miſſo ex ore oleo) aquas ſibi illuſtrant. p.1.c.8.d

naturis dedit Deus, vt ēt ex his hęc fieri poſſent, non vt in naturali motu haberent. Habet autem abſconditas quorundam futurorum vel factorum cauſas, quas rebus conditis non inſeruit, eaſque implet, nō opere prouidentię, quo naturæ ſubſiſtunt, vt ſint: ſed quo illas adminiſtrat, vt voluit quas vt voluit condidit. p.1.col.79.b

naturalis curſus rerum eſt quędam motio creaturę ad præceptum diuinum, p.3.col.378.f

naturalis conſuetudo eſt aſſurgere maioribus, p.1.col.347.b Interlinearis.

naturalis hiſtoriæ ſcriptores tam beſtiarum & volucrum quam arborum & herbarum principes apud Græcos ſunt. Ariſtoteles & Theopraſtus: apud nos Plinius ſecundus, &c. pa.4 col.709.b

naturale deſiderium hominum eſt, relinquere poſt ſe prolem in qua quodammodo maneant, p.3.col.286.f

naturale eſt ortis infantib. primum vmbilicum præſcindi, deinde ad diluendum ſanguinem aqua lauari, tertio humorē paruulorum ſale ſiccari, p.4.col.1181.a

naturale eſt in poſſeſſionum emptione lætari, in venditione lugere, ſed in captiuitate vanum eſt vtrunque, p.4.c.1131.a

naturale eſt, vt omnes qui volunt rem ei comparere, ex eis rebus, ſumant comparationes quas ſunt experti & in quibus nutriti, p.4.col.1940.d

naturali ratione multa non ſunt inueſtigabilia nobis ad plenum, licet, & philoſophi de cauſa iſtorum aliqua dixerunt in generali, tamen hoc fuit obſcure & imperfecte. Et quędam fiunt ſi aliquis non vidiſſet, non nullo modo crederet dicenti, vt ꝙ de aqua tam molli glacies dura fit, p.3.c.359.c

naturali dono plerique ſunt caſti, patientes, modeſti, liberales iuſtitiæ, & ſapientię amatores, orationibus, & elemoſynis inſtantes, & non habentes legem quę legis ſunt faciunt, pa 2.col.1280.e

naturalia ſicut in dæmonibus remanſerūt, ita in damnatis hominibus, p.4.col.1320.f

nati ſumus cum cōcupiſcentia, anteq̄ noſtra debita addamus de illa damnatione, quia naſcimur, morimur, p.6.c.1345.c

nati ſumus omnes in peccato & ex carnis delectatione concepti, culpam originalem nobis contraximus, p.1.col.607.a

nati in deſerto de filiis Iſrael fuerunt incircuncili. Et quomodo fuerunt circuncili. Et utrū ſecundo circuncili fuerūt. Et an homo poſſit bis baptizari, p.2.col.36.d

nauigator dicitur inſtitor, & quare, p.3.col.1724.c

nauigationis

# Index.


Nauigationis vtilitas duplex eſt,p.3.col.1948.f
nauis inſtitoris per eum oneratur mercimoniis, quæ in patria ſua abundant,& per mare portat,vt vẽditis quæ attulerat, chariora domum reportet,p.3.col.1742.f
naum ſub quo rege,& quando prophetare cœpit,& quando proheriam conſcripſit,p.4.col.2018.a
naum uaticinium habuit contra Niniuem & Aſſyrios,qui decem tribus (quæ vocantur Iſrael)vaſtauerunt, p.4.2043.c
naum prophetauit de ſubuerſione ciuitatis Niniuitarum, poſtea quam ad vomitum redierunt,p.4.col.2018.f
nazareth vicus eſt in Galilæa iuxta montẽ Thabor,p.5.c.87.a
nazarenus vouet ſemetipſum, & hoc votum eſt ſuper omne votum,p.1.col.1297.c
nazarenus in veteri lege qui & vnde dicebantur.p.3.column. 1476.e
nazarenus per totam vitam ſuam debebat legem ſeruare Nazareorum,& omnibus diebus vitæ ſuæ: mater autem vſq; ad natiuitatem pueri tantum, p.2. col.248.f
nazareus vocabitur , vt allegat Matthæus, vnde originaliter hæc habeatur autoritas,p.5.col.69.c
Item p.3.c.1476.e
nazarenus & Nacareus habent differentiam,& quam,p.3.colum.1476.e
nazareum Iudæi Chriſtum vocant in ſcripturis ſuis mendaciter improperantes,& non Nazareum,ad excludendum ab eo Nazareitatem quę ſignificat conſecrationem & ſanctificationem,p.3.col.1476.e
nazarei fuerũt aliqui ad totum tempus vitæ ſuæ,alii vero fuerunt nazarei ad tempus determinatum, & iſti voto peracto redibant ad vitam communem aliorum,p.1.co.1197.c
nazarei nuſquam in propheticis ſcripturis legitur, niſi tantũ in vno loco,p.3.col.1476.e
nazarei tempore ſuæ conſecrationis nõ poterant radi,ſed Sãſon fuit conſecratus per totam vitam ſuam,p.2.col.247.c
nazarei quare capillos creſcere permittebãt.Et quando radere licebat.p.1.col.1199.c
nazarei capillos nutriunt,& voto completo radebantur, & capillos in ignem ſacrificii ponere iubentur. Vide myſticationem.p.3.col.31 b
Item p.4.co.1952.d  Item p.1.col.1199.c
nazareorum votum,in aliquibus erat perpetuum, in aliquib. temporale,p.1.col.1197.c
nazareorum oblatio in cõpletione voti ſua fiebat per triplex ſacrificium,& quę fuerunt,p.1.col.119.c
nazareni dicebantur Chriſtiani aliquo tempore pro opprobrio p.6.col.2227.b
nazareni etiam dicti ſunt quidam heretici, qui Chriſtũ filium Dei credunt de Maria natum,paſſum etiã & reſurrexiſſe, omnia veteris legis mandata cuſtodientes. ſed dum volũt Iudęi & Chriſtiani eſſe,neutrum ſunt,p.6.ibid.
nebo mons eſſe dicitur in terra Moab contra Iericho ſupra Iordanẽ in ſupercilio Phaſga iuxta montẽ Phogor, a quo circa eum regio vſque nunc Phaſga appellatur, p.1.columna 1184.e & 1211.a
nebula,pinguedo aeris eſt,p.4.col.1856.f
nebula implens domum domini in parte quomodo intelligitur ꝙ dominus dicitur habitare in ipſa nebula,p.2.col.760.f
nebula quomodo tegebat totam terram in formatione rerũ . p.3.col.
neceſſarium eſt aliquid ad ſalutem,non ex natura ſui,ſed propter præceptum Dei vel prælati,p.5.col.1150.b
neceſſaria ſumere a ſubditis permiſit dominus,non iuſſit, pa. 6.col 265.a
neceſſaria procurare vitæ pro ſe,familia,& vxore ſicut ad virũ ptinet,ita ĩ domeſtica vita mulier ſubd ẽ viro,p.1.c.103.a
Neceſſaria ſibi ſuiſque,ſi quem iuſtorum aliquis viderit procurare,nõ debet ſcandalizari,nec iudicet eum de craſtino cogitare,p.5.col.143.c
neceſſariorum duo ſunt genera. Vnum quo emuntur neceſſaria. Aliud,ipſa neceſſaria,p.5.col.190.d.e
neceſſitas inſtitutionis matrimonij fuit duplex , ſcilicet, procreatio prolis,& culpæ remedium,p.6.col.442.c
neceſſitas facit aliquid licitum,quod alias eſſet illicitum, p.5. col.114. c
Quod neceſſitate fit cito ſoluitur: quod voluntate perſeuerat, p.4.col.1747.b
neceſſitates præſentis vitæ ſunt arma ferrea, quæ dure præmunt,& vitam inopis inſequuntur, p.3.col.218.f
neceſſitates ſunt infinitæ,neſcire cor alterius:ſuſpicari nõ bñ de amico fideli,vel bñ de infideli:neſcire qualis cras erit, nolle mori,& tñ mori:ſeq. veteres cõſuetudĩes,p.3.c.632.d
nechao rex Aegypti cum copioſo exercitu reuertitur Ieruſalem,p.4.col.1444.e
necromantia ſecundum eius,interpretationem eſt diuinatio per mortuos,p. 2.col.501.c
necromantici,qui in timore pœnæ corporalis impediunt ſuã docere doctrinã peſtiferã in publico,ſed cã docẽt in ſuis cõuenticulis in occulto ſignificantur per Balaã,p.1.col.1357.c
nectanebus per illuſiones magicas ſub ſpecie Hãmonis Dei Libyæ cognouit matrem Alexandri magni,& eum genuit, p.4.col.2233.c
nemias,ideſt,conſolator. O vtinam vt aliquis in diebus noſtris a dño veniens,mœres noſtros compeſcat, & præcordia noſtræ ad amorem diuinum accendat,& manus noſtras a pręcordia noſtra ad amorem diuinum accendat,& manus noſtras à propriis voluptatibus auertens, ad conſtruendum Chriſti conuertat ciuitatem,p.2.c.1361.c
neemias dictus eſt Atherſata,& quare,p.2.c.1285.c
neemias ſic excuſſit ſinum ſuum orando,quod ſic euacuaretur bonis ſuis eiiceretur de communitate populi quicũque nõ conſiſſet verbo & facto in remiſſione ablatorum, p.2.colu. 1362.f
negare nomen Chriſti vel fidem ſemper eſt peccatum mortale.Similiter & non confiteri,ſeu tacere aliquando eſt peccatum mortale,p.5.col.290.f
negat nunquam proximo quod neceſſarium conſpicit, qui vere compatitur,p.3.col.282.e
negatio poſtpoſita huic ſigno vniuerſali omnis, æquipollet ſigno vniuerſali negatiuo,vt omnis non,valet,nullus,&cæ. p.5.col.397.c
negatio Petri fuit,triplex,p.5.c.440.f
negationes diuini auxilii intelligendæ ſunt ſub cõditione,ſcilicet,ſi non vere pœniteant illi qui ſunt in afflictione poſiti p.2.col.114.e
negligens nõ ſis de paruo peccato,quoniam vnum peccatum aliud gignit,p.1.col.1391.b
negligentes qui quare ſic dicuntur,p.6.col.942. f
negligentes dum ſumus etiam ſi iuſti ſunt qui pro nobis orãt, etiam ſi prophetæ nulla nobis inde vtilitas,p.4.c.641.c
negligenter peccantem grauius puniebat lex, p.1.col.946.d
negocio cuilibet requiritur tempus debitum ad hoc quod bene fiat:quia conditio temporis eſt quædam circunſtãtia actus debiti,p.5.col 142.f
negotia terrena,qui & quales,quando & quomodo donis ſpiritualibus dota i tractare debent,p.6.col.238.b.c
Item p.3.col.2009.c
negotia terrena per Babylonem ſignantur,quæ ſemper confuſa ſunt,vitiis Aegypti m aff.igentia & Chaldæum, p.4 col. 897.b
negotiis ſecularibus qui implicatur,& a terra non leuatur, ſignificatur per ſtrutionem,p.1.c.1541.a.b
negociatores qui de regno,in regnum diſcurrunt, libere poſt paſſionem domini tranſierunt de Aegypto in Aſſyrios, & Aegyptii in Aſſyriam,p.4.c.203.b
nemo repente fit ſummus,p.4.c.1383.f
Item p.2.col.1411.a
Item p.1.c.777 b.& c.818.e
nemo Deum cadens adorat. Dęmones autem idola adorant cadentes,p.4.col.1523.a
nemo ꝓpric ſeipſum habere charitatẽ dicitur, ſed dilectione

ſe in alterum tendit, vt eſſe charitas poſſit. par.4.columna 229.e.f
nemo quantum profecerit, niſi inter aduerſa cognoſcit, pa.3. col.313.a
nemo ſapienter facit quod non intelligit, p.3.col.771.a
nemo ſibi innoteſcit, niſi tentatus, p.3.col.865.b
nemo cum multū profecerit, dicat: Mihi ſufficit: exiuit enim de via ante terminum, p.3.col.1370.f
nemo ita piger eſt, vt vel comedendo manum ad os ducere laborem putet. p.3.col.1689.a
nemo peruenit ad præmium, niſi qui per robur menti fiduciā ſpei tendit ad cæleſte premium, p.2.col.1124.f
nemo cogitur ſpirituale donum accipere, filios vult Deus, nō ſeruos, voluntatem vult, non neceſſitatem, p.2.co.1614.d.e
nemo altera lingua quemlibet vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera, p.1.col.223.c
nemo bona facit, in quo fides non præcepit, p.1.c.594.d.e
nemo eſt cui ſaltem pauci non remaneant capilli, p.1.columna 1019.c
nemo cognoſcens Deum ad eius ad regnum ingreditur, niſi prius bene operetur. p.1.col.685.b.c
nemo nouit filium, quomodo intelligitur, p.5.col.213.c
nemo mūdus à ſorde, neque infans cuius eſt vnius dici vita. Cuius hoc verbum ſit, p.6.col.1380.f
nemroth quomodo interpretatur, & quid per illū figuratur. p.4.col.2097.c
Item p.2.c.1011.b.c
nemroth vt dicūt omnes Hebręi, erat binomius, & fuit dictus Amraphel, rex Sennaar. p.1. c.185.b.c. Et etiam Chodorlahomor, col.199.b.c.& 200.d
nemroth induxit poſteritatem Noe ad faciēdum ciuitatem, & turrim Babel cōtra dominum, & erat robuſtus venator, id eſt oppreſſor hominum, p.1.col.175.d.e
neomenia vnde & quid dicitur, p.4.col.21.c.& 536.f
Item p.3.col.1059.a. Vide in Tubarum feſtum.
Item p.1. col.1390.c f
neominię feſtum in Feſtum neomeniæ.
nephol dictio Hebraica, eſt verbum, quia ſignificat idē quod cecidit, pro quo translator noſter poſuit, obiit: & ſignificat idem quod tentorizauit vel tentorium fixit, p.5. c.448.f
neptalim nomen æquiuocum eſt ad ſignificandum vnā tribū de duodecim tribubus Iſrael. Et ad ſignificandum quandam Galilææ ciuitatem, de qua fuit Tobias, p.1.co.1495.c
neptem accipere in vxorem, an liceat, & an ſit contra legem naturæ. Et quod liceat probatur de Abraham qui accepit Sarai filiam fratris ſui Aram. Item de Othoniel, &c. par.2. col.106.f.& 107.c
neptar & nephi idem idioma eſt, & interpretatur purificatio. p.4.col.2393.e
nequitia reproborum, triturę more, electorum vitā quaſi grana a paleis ſeparans, premit vt purget, p.3.col.327.a
Peior eſt in nequitia nocens, quam non proficiens, p.1.colu. 388.b.interl.
nequitia quando dicitur, p.6.col.31.a
nequitia ſubito oborta nonnullos ad perpetrandam nequitiam, ſed tamen humana verecundia reuocat, p.3.colum. 203.b
nequitiæ ſpiritales ſubtiliores ſunt: & plus valet ad decipiendum, quam infirmitas ad ſuſtinendum. par 1.colum. 1507.a.b
nequitiam admiſſam nonnulli plangunt & confitēdo proiiciunt, quam tamen poſt confeſſionem dum appetunt, reſumunt. Et aſſimilantur cani, p.3.c.1717.b
Item p.6.col.1364.c
nequitiam praui operis ſunt occultum vulnus doloris. p.3.colum.1694.e
nero nequiſſimus, quem rex regum exaltauit ad ſublimitatē imperii Romani, ſignificatur per Aman, p.2.col.1397.c
nero quot annis imperium tenuit, & quæ ſub eo geſta ſunt. p. 4.col.2380.c
nero ex crudelitate matrem propriam, vxorem, fratrem, & ſororem, & Senecam ſuum præceptorem fecit occidi, p.6.colum.1512.f
ner quomodo dicitur pater & frater Cis, patris Saul. par.2. col.152.f.& col.158.d e
neronis anno vltimo, id eſt, xxx. poſt paſſionem domini, martyrium paſſi ſunt Petrus & Paulus, p.6.col.1146.f
neroni attribuitur prima perſecutio eccleſię reſpectu imperatorum, & quare, p.6.col.1511.c.& 1512.f
neſcire Dei, reprobare eſt, p.3.c.21.b
neſcire, ignorātia eſt, ſcire noluiſſe, ſuperbia eſt, p.3.c.323.b.c
neſtorius in Feliciana hęreſis.
nicodemus quomodo interpretatur, & qui per eum figuratur, p.5.c.1067.a
nicodemus quare nocte venit ad Chriſtum. Ibid.
nicodemus de pluribus doceri meruit per Chriſtum. Ibid.
nicolaus de Lyra ponit datam annorum domini ad tempus ſuum quo vixit, & poſtillam ſcripſit, p.4.col.371.b.& in aliis plurimis locis.
nicolaus de Lyra in ſua poſtilla literali de doctoribus recētioribus allegat Alexandrum de Ales p.4. col.373.c. Albertū magnum, p.4.col.500.f. Sanctum Bonauenturam, p.3.col. 1786.f. Bartholomæum in de proprietatibus rerum, par.2. col.589.c. Librum catholicum, p.4.col.210.f. Henricum de Gandauo, p.1.col.1660 e.f
nicolaus de Lyra recedens ab opinione beati Hieronymi in quodam dicto, excuſationem aſſignat, p.5.col.29.c
Item p.4.col.583.c.& 1873.c.& 1903.c.& 1913.a.b
Item p.3.col.779.c
nicolaus hęreticus vxorem pulchrā habens illam expoſuit illicitis vſibus dicens. Vxores eſſe communicādas, ſicut alias res. Alibi dicitur, quod ipſe vixit ſancte, & caſte ſed alii incontinentes hoc dixerunt, p.6.col.1474.f
nicolaitarum hæreſis quæ fuit. p.6. Ibid.
nigredo capillorum atteſtatur fortitudini & iuuentuti, p.3.colum.1861.c
nihil tam periculoſum quam glorię cupiditas & iactantia, & animus conſcientia virtutum tumidus, p.1.co.1433.b
nihil eo vanius qui putat plus valere nummū, quam Deū, pa. 3.col.811.b.interl.
nihil voluptuoſum, nihil ſuaue placet Deo, ſed quod habet aliquid mordacitatis & ſeueritatis, p.1.col.922.d.e
nihil ſine cauſa fit ſuper terram & in magna Dei republica, nihil ſine prouidentia Dei fit, p.4.col.944.e
item p.3.col.78.f
nihil homini, hominem proximius eſt, p.4.col.1212.f
nihil vita carens comedit p.4.col.1787.c
nihil leone fortius, nihil panthera velocius, p.4.col.1738.f
nihil bonum niſi virtus, nihil malum niſi vicium, p.4.colum. 139.c
nihil nos certius habere credimus, quam quod in ſinu tenemus, p.3.col.205.b
nihil mundi cupere, magna eſt ſecuritas, p.3.c.297.b
nihil tutum apud amatorem mundi, qui mutabilia ſequuntur & illis mutantur, p.3.col.2036.f
nihil laborioſius quam terrenis deſideriis ęſtuare, nihil quietius quam in ſeculo nihil appetere, p.1.co.557.a.b
nihil grauius quam viſione Dei priuari, p.1.col.1660.d.e
nihil quomodo exponitur in illo dicto. Sine ipſo factum eſt nihil, &c.& quomodo Manichæus intellexit, p.5.col.1020.f
nilus qui & Geon fluuius immenſus per Ethiopiam veniens, & per Aegyptum fluens, antequam diuideretur magno ſonitu per montana deſcendens, ſonitum ſimilem ſonitualarum grandium auium dabat, p.3.col.189.a
Item p.3.col.2099.c
Item p.1.col.70.f
nilus ingreditur mare mediterraneum, tranſiens, per Aegyptum, p.4.col.150.e
nilum Alexander magnus ſeptem riuos diuiſit, qui ante immeabilis erat. p.4.ibid.

nimis ſolet poni pro plus quam oportet,ſed & pro valde,p.3. col.1268.d.& 1302.f.& 1413.c
ningere tempore meſſis videtur importunum,p.3. col.1712.c
niniue vrbs eſt Aſſyriorum,& ſunt duæ.p.4.col.1920.f
niniue ciuitatis circuitus,quomodo tribus diebus perficiebatur.p.4.col.2033.c
niniue pulchras puellas aliarũ gentium captas exponebant ꝓſtibulis pro pretio,& idem faciebant de pulchris iuuenibus in vitio Sodomitico.p.4.col.2034.f
ninus rex conditor Niniue,fuit inuentor idolorum, quomodo & quale idolorum,p.5.col.197.a
Item p.4.col.257.c
Item p.3.col.1949.c
Item p.2.col.1549.c
Item p.1.col.1340.f
ninum Beli filium primum omni Aſiæ regnaſſe omnes Græcæ & Barbaræ narrant hiſtoriæ,p.2.col.195.b
niuis theſauri dicuntur exhalationes humidæ,p.3.c.357.c
nobilitas ſola eſt,quæ animum moribus ornat,p.4.co.2213.c
nobilitas generis prouenit ex generatione,nobilitas vero virtutis ex operatione,quantum ad virtutes acquiſitas, & ex datione diuina quantum ad infuſas,p.4.col.2426.f
nobilitas morum & generis quando altera alteri copulatur, quaſi gemma carbunculi in ornamento auro ſociatur,p.3. col.1806.f
nobilitas generis quantum eſt de ſe, videtur ipſis nobilibus quandam neceſſitatem imponere, ne a maiorum ſuorum probitate degenerent,p.1.col.1463.c
nocet homo duobus modis,videlicet ſi facit miſerum,& ſi deſerit miſerum,p.3.c.1717.c
nocent plus in membris detrahẽtes Chriſto,quia animas credid turorum interficiunt,quam in carnem eius mox reſurrecturam peremerunt,p.3.col.1276.c.
nocere nihil potuerunt creata,ſi cauſa non fuiſſet, vel terrendorum puniendorúmque vitiorum,vel probandę & perficiendæ virtutis,p.1.col.29.b
nocendi voluntas ineſt cuique a ſe,ſed poteſtas a Deo. par.1. col.87.b
nocendi cupiditatem malitia hominum per ſe habet, poteſtatem autem ſi Deus non dat,non habet,p.6.col.1634.b
Item p.3.col.665.a
nocendi poteſtas datur improbis,& quare,p.6.co.163.a.b
nocentes Deus excruciat,ſed vt pater tormentis clementiam miſcet,p.4.col.1063.c
nocturnum tempus propter eius quietudinem magis eſt aptũ ad percipiendum ea quę reuelantur,quam diurnum quod inquietatur tumultibus actionum humanarum. p.5.col. 80.f
nocturnis tribus in matutinis,repreſentantur tres vigiliæ noctis,& dicebantur nocturni diuiſim ſecundum tres viligias p.6. col.235.c
nocumenta ſunt quatuor quę nocent proximis,ſcilicet ſuperbia,aſtutia,mala manifeſta,pſecutio aperta, p.6.c.160.f
noctem inducere dominus dicitur & quomodo,pa.3.c.323.b
noe dicitur perfectus in generationib.ſuis,hoc dupliciter exponitur. Vno modo ad diminutionem laudis ſuæ,alio modo ad augmentum laudis ſuæ, p.1.col.540.f. & 1279.a.b
noe dicitur dediſſe requiem hominibus,non propter reparationẽ ſeculi poſt diluuiũ,ſed quia ante tempus Noe homines multũ laborabãt in agricultura, quia proprijs manib. tantum colebant terram:ſed Noe adinuenit artem arandi, in qua plus laborant animalia quam homines, p.1.c.135.e
Noe quingentorum annorum erat quando cœpit generare, & quare tantum tardauit,cum præcedentes eum circa centeſimum annum generauerunt,p.1.col.135.b
noe ſexcentorum annorum erat,quando diluuium inundauit p.1.col.153.c
noe an timere habuit,quod mali homines illius temporis interficerent eum,ſi viderent ipſum intrare arcam,pa.1.col. 149.c.& 154.d.e
noe cum filiis ſuis ſeorſum ingreſſu eſt arcam, & vxores eorũ ſeorſum:ſed mixtim viri cum mulierib. egreſſi ſunt,& quare,p.1.col.153.c.& col.163.e.f
noe intra arcam exiſtens, non potuit extra oſtium bituminare,ſed dominus ſuppleuit quod homo non potuit,&c.p. 1.col.154.d.e
noe ad hoc miſit coruum de arca,vt per ſuum redituum haberet aliquod ſignum de ſiccatione aquarum, quod non obtinuit,& ſic emiſit columbam,p.1.col.160.e.f
noe ſicut ingreſſus fuit arcam de mandato domini, ita expectauit dominum,ad egrediendum ſecũdum mandatũ eius, p.1.col.162.e
noe annũ fecit in arca,ipſa die qua ingreſſus fuerat, egreſſus eſt,p.1.col.160.f.& col.162.c
noe ędificauit altare domino,& obtulit ſacrificium, odoratuſque eſt dominus,&c.in quo oſtenditur acceptatio diuina, & per conſequens Noe bonitas & deuotio declaratur,&c. p.1.col.162.f
noe poſt diluuium inebriatus eſt, quia forte neſciebat vino poſſe inebriari,nec ante diluuium leguntur homines vino vſi,p.1.col.165.a.b
noe adhuc viuente ex tribus filis ſuis nati ſunt quatuordecim milia virorum & centum,extra mulieres & paruulos, habentes ſuper ſe duces,&c.p.2.col.1013.b
noe vixit Nongentis quinquaginta annis,par.1.col.170.d.in textu.
noe ex fide quinque fecit,p.6.col.923.c
noe Daniel & Iob,quare plus inducuntur ap protectionẽ terrę ab ira Dei,quam Abraham,Iſaac,Iacob,& Moyſes,& cęteri,p.4.col.1175.a
nomen eius non delebitur ex Iſrael,&c.poteſt intelligi, non qđ nomen eius, puer accipiat,ſed quia nõ,ſine poſteritate mortuus eſſe videbitᷣ,& iõ ꝑmanebit nomẽ eius.p.1.1615.a
nomen gentes,communiter accipitur pro gentilibus, qui nõ erant de filiis Iſrael,ſed nomen populi,indifferenter accipitur pro Iudæis & gentilibus,p.3.col.769.b
nomen idem in ſacra ſcriptura ex diuerſis proprietatibus, nõ ſolum accipitur pro diuerſis,ſed etiam aliquando pro contrariis ſicut Deus leo dicitur ratione magnanimitatis,Etiã diabolus leo dicitur ratione rapacitatis,p.3.col.1859.c
nomen in promotione alicuius ad dignitatem poteſt mutari, exemplo Chriſti,qui eligens Apoſtolos impoſuit eis nomina,&c.p.5.col.782.f
nomen Dei unum eſt:licet in præſẽti nominetur a nobis pluribus nominibus:quia in cognitionem Dei deuenimus ex perfectionibus creaturarum,quæ ſunt plures & diſtinctæ. Sed in patria videtur per ſeipſum immediate, & ſic nominatur vno ſimplici nomine ab vna ſimplici ꝑfectione, &c. p.4.col.2168.f
nomẽ donauit Deus Chriſto quod eſt ſuper omne nomẽ, an ſecundum quod Deus, vel an ſecundum quod homo, p.6. col.585.c
nomen domini quis & quomodo polluere dicitur,p.4.columna 1424.b.c
nomen idem aliquando ponitur pro loco,villa,vel ciuitate.aliquando pro regione,ſicut Meſopotamia,Babylon,Samaria,p.6.col.1047.b.c
nomen quoties hominibus a Deo vel imponitur vel mutatur ſingularis meriti eſt indicium, p.5. col.1215.f
Item p.4.col.750.d
Item p.2.col.118.e
nomen hoc alma quid ſignant apud Hebræos.pa.4.col.95.c. 96.f. Vide etiam in Alma.
nomen Ieſus eſt nomen proprium,& appellatiuum, pa.4.col. 2072.f
nomen Abrahæ mutatum fuit,quando conſtitutus eſt pater multarum gentium.p.1.col.221.b
nomen Iacob mutatum eſt,ad deſignandum tranſitum ipſius Iacob de vita actiua in uitam contemplatiuam, p.1.columna 369.c

Nomen quando duplicatur, vt Iacob Iacob, eſt ſignum diuinæ dilectionis,p.1.col.431.c

Nomen commune eſt Adam apud Hebręos,ſignificans idem quod homo:ſed tractum eſt ad ſignificandum primum hominem,p.3.vide Adam.

Nomen Iſrael,& Iacob communicantur gentilibus ad fidem conuerſis,p.4.Vide Iſrael.

Nomen Iſrael ſecundum rem, & veritatem tranſit ad populũ in Chriſto regeneratum,& per conſequens nomina duodecim tribuum Iſrael,ad duodecim apoſtolos noui Teſtamẽti,qui correſpondent.12.patriarchis p.6.Vide Iſrael.

Nomen Iudæorum ſecundum veritatem ſignificati,translatũ eſt ad Chriſtianorum gentem.p.4.Vide Iudæi.

Nomen Domini non peccantis bonas imprecationes confirmat.p.1.col.1202.b

Nomen plurale apud Hebræos ſine additione poſitum ſignat binarium,p.4.col.1458.f. Item p.5.col.960.f

Nomen Dei tetragrammaton ſecundum doctores Hebræorũ eſt appropriatum ſummo creatori,& ideo non poteſt conuenire alicui homini puro,&propter ſui ſanctitatem nullus audebat nomina niſi ſoli ſummi ſacerdotes: nec tamẽ vbique,ſed tantum in templo in benedictionis fiendis: ideo loco huius nominis pronuntiatur Adonai.p.4.col.749.f

Item p.3.col.123. Item p.1.col.533.b.c

Nomen domini tetragrammaton nõ dicitur ( vt aliqui dicũt) de Deo tantummodo,ſed etiam de aliis,& oſtenditur inualidum hoc dictum,p.4 col.740.f

Nomen nouum quod erat apud veteres incognitum erat nomen Chriſtianorum,p.4.col.496.e

Nominis mutatio facta a Deo,ſemper facta eſt ex aliqua gratia ſpeciali,p.5.Vide mutatio.

Nomine alio voluit dominus apoſtolorum principem uocari & quare,p.5.col.780.f

Nomine ſuo aliquem vocari,indicium eſt familiaritatis.pa.6.col.1079.a.b

Nominibus pluribus nominatur in ſacra ſcriptura frequenter eadem perſona,p.2.colum.1015.c.Et per hoc poſſunt ſolui diſſonantiæ apparentes,col.1054.f.& 1416.f

Item notabiliter,p.1.col.372.e

Nomina eorum qui literas Babylonem ad captiuos detulerũt p.4.col.775.a

Nomina varia veteribus imponebantur pro ratione rerũ ac virtutum quibus poſtea excellere debebant,p.4.c.496.e

Nomina quædam gentium vel principũ,ſicut ad angelos malos referuntur,ita quæ de ſanctis viris & de gente religioſa ſcribuntur,ad ſanctos angelos referuntur, p.1.col.1293.c

Nomina digna poſſunt imponi indignis ratione officii, vt inſtrumentis diuinæ prę ſidentiæ,& correctionis.Et ſic põt dici ſanctus ex officio,immo ſanctiſſimus,ex perſonalibus vitiis indignus,p.4.col.1090.d

Nomina aliqua quæ de Deo dicuntur,aliqua dicuntur,per reſpectum ad creaturas,alia dicuntur de Deo per modũ qualitatum circa diuinam eſſentiam,alia per modum quantitatum,&c.p.1.c.533.c Item p.6.co.1696.d

Nomina Dei quare in ſcripturis manifeſtantur,ſi illi qui nominantur,puniuntur.p.1.col.1121.b.c

Nomina ſi bene imponantur,a proprietatibus rerum imponi debent,& aliquando ex tempore,vel ex cognatione,vel ab euentu vel qualitate,vel dono Dei gratuito, p.5. col.713.c

nomina apoſtolorum duodecim dicuntur in fundamẽtis ſcripta,quia primo publicauerunt fidem Chriſti prædicãdo, & pro ipſa moriendo,p.6.col.1677.c

nomina multa mutata ſunt,ſcilicet terrarum,villarum, & inſularum, propter longitudinem temporis, & quia multa nomina ſunt æquiuoca,p.6.col.1241.c

nomina pro rebus aptantur,etiam apud gentiles & barbaros, p.1.col.1405.a

nomina regum decem tribuum,& nomina regum duarũ tribuum,p.4 c.333.a

nomina fortium Dauid quod & qui fuerunt,p.2.c.122.f

nomina electorum in libro vitæ dupliciter ſcribuntur,ſcilicet, ſecundum præſentem iuſtitiam,& ſecundum prædeſtinationem.p.5.col.1053.f

nomina angelorum qui mittuntur in miniſterium, variantur ſecundum legationes ad quos mittuntur, p.2.col.242.f

nomina locorum & gentium plerunq; ſolent vetuſtate mutari,p.1.col.1248.d

nomina locis & gentibus reliquerunt filii Noe,& quibus populata eſt terra poſt diluuium:& ex quibus poſtea mutata ſunt plurima,p.2.col.1010.f

nomina imponuntur a proprietatibus rerum, & hoc contingit multis modis,p.5.col.713.c

nomina omnia Hebraica ſunt indeclinabilia, ſicut apud nos cornu & gelu,p.4.col.828.f.& 1409.b

Item p.2.col.1140.f

nomina propria Hebraica quãdo transferuntur ad latinũ frequenter accipiunt hanc ſyllabam us,in fine vt Saul Saulus, Iacob Iacobus,Iair Iairus,&c.p.5.col.81.c.f

Item p.4.col.2384.f

nomina pro Hebræa frequenter variantur in principio vel in fine.p 2.col.1153.c. Item p.1.col.1318.f.& c.793.c

non erunt tibi dij alii præter me,quare magis dictũ eſt quam non ſint tibi dij præter me, cum abſolutior ſermo videretur,p.1.col 66.f

non omnia poſſumus omnes,p.1.col.942.e.f

non auferetur ſceptrũ de Iuda nec dux de femore eius, donec veniant qui,&c.per Iudæos extorte exponẽdo defenſatur, ſed multipliciter improbatur,p.6.col.1443.c

normania quæ eſt pars Galliæ,accepit modum quo conuiuãtes nimis importune inducebant homines ad bibendum, a barbaris habitantibus prope polum articũ,pa.2.c.1348.f

noſce,vel ſcito teipſum,a quo primo adinuẽtum ſit hoc dictũ & quam vtile ſit,p.4.col.992.d

noſcere Deus quomodo dicitur,p.3. col.738.f

notari & ſcribæ Chriſti ſunt apoſtoli,eius verba ſignantes in tabulis cordis.p.5.col.249.a

notitia & amor faciunt familiaritatem cum aliquo,&c.par.5. col.1138.c

notitia per faciem deſignari ſolet,p.3.c.344.f

Notitia & elegantia ſcripturæ, per faciem quę eſt nobilior p.5.col.473.b.c

notitia recipit nobilitatem ab obiecto,p.3.col.1761.c

notitia occultorum,in occultorum notitia.

notitia Chriſti triplex:uide in Chriſtus.

notitia fidei eſt ęnigmatica,cognitio vero angelorum, qui cognoſcunt res in verbo,eſt clara & abſque ænigmate, &c.p.2.col.190.f

notitia quadruplex notatur de Chriſto in quatuor animalib. figurata,p.5.col.5.a

notitia patris & filii & ſpiritusſancti,diffuſa eſt per totũ orbẽ per paſſionem filii diuulgatam,& per apoſtolorum prędicationem,p.5.col.1051.c

notitia & amor implentes ad aliquid agendum,ſpiritus ſimilitudinarie nominantur,p.6.col.212.f

notitiam Dei omnia intuentem quilibet diligenter cõſideret & attendat ipſum vbique pręſentem,& ſic aſſurgat Dei ſanctorumq; eius reuerentiam,p.3.c.1511.c

nouale quid eſt,p.4.col.619.f

nouem ordines angelorum cõuenienter poſſunt intelligi per nouem princeps terrarum promiſſionis diuidentes,&c. pa.1.col.1439.c

nouercam nullus accipere debet in uxorem,quia hoc reuertitur in verecundiam patris,cum vir & vxor ſint vna caro.p.1.col.1593.b

nouitii uel de nouo profeſſi,qui non ſunt adhuc bene firmati, non ſunt mittendi inter ſeculares,p.1.c.1479.c

in nouiluniis omnibus faciebant Hebræi feſtum, propter beneficium diuinæ gubernationis,& quare tunc,p.3.c.1059.c

nouit Chriſtus ſolus,quid locutus eſt dominus ad Moyſen. Nemo enim ſic intellexit legem,p.2.col.97.b.Interl.

nouitas vocum prophana, quādo & quomodo prohibeatur, p.6.col.665.a
nouatianus & quidam alii hæretici,dicunt hominem poſt peccatum non poſſe per pœnitentiam reformari in priſtinum ſtatum,p.4.col.1924.f
Item nuptias damnant,p.1.col.1016.e
nouitii in fide vel religione non debent hincinde euagari, & per quid ſignificentur.p.2.col.352.e
nouum Teſtamentum confirmatum eſt per aſperſionem ſanguinis Chriſti,ſicut & vetus per aſperſionem ſanguinis animalium,vt figuratum correſpondeat figurato,p.6.c.896.f
nouum Teſtamētum per prophetias eſt prophetatū,ſed quod ipſo nomine noui appelletur, in veterib. libris aut nuſquā aut difficile inuenitur,præter hunc locum,&c.p.6.c.881.b Item p.1.col.825.c
nouum Teſtamentum, in Teſtamentum nouum.
noua quomodo fecerit Deus.p.4.col.405.c
noua bella elegiſſe dicitur Deus eo quod de inermibus fortes & victorioſos fecerit,p.2.col.184.d.e
nouiſſimum accipitur dupliciter.ſ.ſimpliciter & abſolute, alio modo reſpectiue,p.4.col.37.c
nouiſſimi dies,ſunt dies meſſiæ,ſic dicit Ra Mo.gerunden. Secundum enim communem opinionem,nouiſſimi dies, dies Meſſiæ ſunt. Et ſunt verba notanda, licet frequenter malitioſè negent. p 1.col.363.b.c
nouiſſimi qui conuertentur iuxta finem mundi,poſſunt ſcabellum vocari.p.2.c.1171.a.b
nox horribilis eſt de ſe,ſed multo horribilior eſt quando ſuperuenit ventus procelloſus & aer caliginoſus,p.3.c.48.d
nox habet conſilium,pro tanto quod ſomnus immutat ſcientiam diſponens contrarium eius quod facere diſpoſuerat, p.3.col.2175.c
nox illa in qua Chriſtus natus eſt,ex claritate diuina fuit illuminata,ſicut eſſet dies clariſſima,p.5.col.710.f
nox quatuor vigiliis antiquitus diſtinguebatur in exercitibus p.5.c.257.c.Item p.3.c.1138.f
noctis &c.item.&c.&c.in Nox.
noctis operibus qui dedicantur,vt ſunt fornicatio,immunditia,idolorum cultus,& ſimilia,per myſticoracem quæ nocte repit & operatur,ſignificatur,p.1.col.1541.a
noctem nunc ſequitur dies,prius diem nox præceſſit, & quando iſta permutatio ſuperuenit,p.5.col.465.b
nocte exeunt beſtiæ,& quærunt a Deo eſcam, p.3.col.1365.c
nocte media tunc ſpirituales nequitiæ omnes nefas ſuadere contendunt,tunc varias diſceptationes pectori dormientis infundunt,p.3.col.1367.a
noctibus duabus & vna die,Chriſtus in ſepulchro iacuit, & quare,p.5.col.997.c
noxa publica publico eget remedio.Leuia autem & ſecreta, poſſunt deleri pœnitentia leui & ſecreta,p.5.col.538. d
noxium eſt cum peccatoribus viuere,p.4.c.81.a
nubes quædam lucida,quædam tenebroſa,p 4.co.992.d.e
nubes non amplius decem ſtadiis a terra in ſublime leuari,aiunt philoſophi,p.4.col.412.f
nubes licet eſſe extenſa ſuper totum exercitum ad refrigeriū æſtus,tamen ſpeciali modo per modū cuiuſdā colūnæ erat ſup arcā,vbi erāt tabulæ integræ tēpore quietis,p.1.c.1230.b
nubes domini quæ erat per diem ſuper populum Iſrael tēpore motionis erat ſuper vexillū Iudæ ꝙ præcedebat,p.1.ibi.
nubes glorioſa quæ operuit tabernaculum fuit ſignum diuinæ acceptationis & præſentiæ eius,p.1.c.902.d.e
nubes vocantur prophetiæ & Apoſtoli,p.4.col.66.e
nubes generantur ex exhalationibus humidis, quæ maxime eleuantur a mari,p.3.col.351.c
nubes cum aerem protexunt,ſi in cœlum oculos attollimus, non ipſum cœlum,ſed nubes intuemur.p.3.col.338.d
nubes in alta eminet,ſed hanc ad curſum flatus impellit, p.3. col.282.e
nubes ad alta leuatur,denſata vero impellitur vt currat, calore diſſoluitur vt euaneſcat,p.3.col.107.b
nubes multum facta ſub ſole,immittit calorem inferius ſuper terrena ſcientia, ex quo aliquando ſubito marceſcunt & deſiccatur,p.4.col.237.c
nube veſtitur cor noſtrū tumultuoſum cogitationibus, quia nec in æternam quietem pure cōſpiciat,inquietudinis ſuæ confuſione tenebratur, p.3.c.352.b
nubit melius alteri intacta quam vidua,quantum ad fœminā pertinet,p.1.co.1574.d.e
neque nubet neque nubētur,Græco idiomati latina conſuetudo non reſpondet,p.5.col.112.c
nudas eſſe mulieres turpius eſt quam viris, p.4.col.1184.f
nudare bona inchoantia ab occulto rationis tegmine, eſt primogenita ouium tondere,p.1.col.1548.d.e
nullus aſpiciens ad malum operatur ſed ſemper aſpicit ad bonum verum vel apparens,p.3.c.929.c
nullus eſt qui non ex præuaricationis peccato natus, neceſſe habeat in Chriſto,renaſci,& ſpiritus eius igne mundari,p. 1.col.815.a b
nullius crimen macula neſcientem,p.1.col.260.b.Interl.
numerare & recolere debemus coram Deo peccata noſtra, q̄ ſunt opera mortua,& opera bona quę ſunt opera viua, & quare,& de hoc figura.p.1.col.1878.f
numerari inter filios Dei qui & qualis merentur, p.1.colum. 1154.f.& col.1435.c
numerationes & diſtinctiones Leuitarum factę fuerunt quadrageſimo anno regni Dauid, qui fuit vltimus annus vitæ ſuæ, p.2.col.1119.c
numerus perſonarum quæ egreſſæ ſunt de Iacob,& cum hoc ingreſſæ ſunt in Aegyptum,quantus fuerit,p.1.col.433.c
numerus credentium ad prædicationem Petri principis apoſtolorum,fuit octo milia hominum,primo duo milia, vel ſecundum alios tria,ſecundo quinque milia. p.6.col.1017.c
numerus ſeptuaginta hebdomadarū an intelligatur a prima deſtructione templi facta per Nabuchodonoſor, vſque ad tertiam,factam per Titum & Veſpaſianum, p.4.colum. 1609.a.b.c.& ſequenti.
numerus annorum iniquitatis domus Iuda incœpit a Manaſſe,p.4.col.1113.c
numerus annorum ab incarnatione domini vſque ad terminum vitę Mahumeti fuit 666.p.6.c.1592.f
numerus,vide in Qua & in Qui.
numerus pluralis abſque determinatione alicuius numeri in Hebręo,ſignat communiter binarium,p.1.col.723.c
Item p.4.col.1260.f
numerus quadratus dicitur qui reſultat ex ductu vnius numeri in ſeipſum ſemel,p.6.col.1668.f
numerus binarius non eſt infamis,ſed laudabilis,p.1.co.13.c
numerus quadratus ſignificat ſtabilitatē beatitudinis, ſicut corpus quadratum firmiter ſtat in quolibet latere,propter ꝙ etiam virtuoſus comparatur quadrato, p.6.col.1678.f
numerus quaternarius eſt primus numerus quadratus, quia perfectionem deſignat,p.5.c.1009..a.b.c
numerus denarius eſt primus digitus vel primus limes numerorum,vnde & numeri ſequentes componūtur, propter ꝙ aliquid philoſophi dixerunt,quod numeri non procedunt in infinitum,ſed ſolum vſque ad decem,p.5.col.407.c
numerus duo denarius eſt denario & binario compoſitus, ſignat duodecim prophetas,p.4.co.1795.c &
numerus aduerſariarum virtutū videtur eſſe infinitus, quia p ſingulos pene homines aliqui ſunt ſpiritus,qui diuerſa peccatorum genera moliuntur,p.2.col.87.c
numeri partiales populi redeuntis de captiuitate,ſi coniūgantur non aſcendunt tantum,ſicut in textu exprimitur, ſed deficiunt,& vnde hoc proueniat, p.2.c.1286.f
numeri iſti centeſimus,ſeptuageſimus primus & viceſimus tertius,ſacris pleni ſunt myſteriis,p.4.col.355.a
Item & numerus ternarius,p.2.col.1338.e.f
numeri ſummam ſolidam per tempora ſcriptura ita ſolet numerare vt quod ſumma numeri paululum excreſcit, aut infra eſt,non computetur,p.1.col.211.a

numero

Numero Deus impare gaudet.p.1.col.535.a.b.c

In numero ſacrato eſſe non memini, dum ineſt alicui noſtrorum puerilis vel lubricus ſenſus vel feminea & reſoluta ſegnities dum barbaros & Aegyptios gerimus mores.p.1.c.1425.c.& col.1156.a.& c.1452.a

Numero indigni ſunt ſexus fragilis & minor ætas.p.5.c.257.a

Numerum minorem ſupputant Iudæi ante, & poſt maiorem, vt, Abraham vixit v.lxx.c.annos. Nos econtra dicimus, vixit c.lxxv annos.p.4.col.1616.f

Nunc præſentis temporis, nonnunquam ſtantem ſemper in præſenti, id eſt, æternam quietem deſignat,p 3.col.54.c

Nuncius dicitur tripliciter bonus, ſcilicet ratione mittentis, ratione boni quod per ipſum nunciatur, & ratione modi nũciandi,p.4.col.7.c

Nuncius ſtultus prouocat eum ad quem mittitur ad iram, & ſic negocium peioratur,p.3.col.1716.f

Nuncii miſſi ad Ioannem Baptiſtam fuerunt ſolennes ex quatuor,p.5.col.1037.c

Nutritiua virtus ordinatur ad conſeruationem indiuidui, ſicut vis generatiua ad conſeruationem ſpeciei, p.6.c.243.c

Nutrimentum & veſtimentum requiruntur ad ſufficientiam vitæ præſentis,p.5.col.135.c

Nuptiæ videntur eſſe peccatum, ſi ſecundum indulgẽtiam & & veniã cõceſſit Apoſtolus: Vide de hoc,p.6.c.243.c.244.f

Nec nuptiæ nec alimenta,ſed immoderatus licitorũ vſus arguitur,p.5.c.403.b

nuptiæ Dauidis cum filia Saulis erant inſidiarum non beneficentiæ.p.2.col.440.e

nuptię de quibus Chriſtus ponit ſimilitudinem,ſignificant incarnationem Chriſti, & Iudæorum reprobationem, & gentilium vocationem,p.5.col.374.f

nuptiæ ſunt licitæ,quia ſi eſſent illicitæ, Ieſus & eius mater ac diſcipuli non fuiſſent in illa ſocietate,p.5.col.1055.c

nuptiæ ſecundę non prohibent,contra quoſdam,p.6.c.257.b

nuptię honorabiles potuerũt eſſe protoplaſtis in paradiſo, & thorus immaculatus ſine ardore libidinis,ſine labore pariẽdi,p.1.col.77.a.b

nuptiæ inter patruos & neptes nondum fuerunt prohibitæ tẽpore Abraham,quæ in principio etiam inter fratres & ſorores ſunt celebratæ.p.1.c.183.b.c

nuptiarum bonum triplex eſt, p.6.c.243.a. Item p.1.c.77.a.b

nuptiarum malum non eſt,quod eſt præter intentionem generationis:ſed veniale propter nuptiarũ bonũ.p.6.c.243,a

nuptiarum conuiuium apud veteres durabat ſeptem diebus, p.1.col.332.f

nuptiarum præmium eſt ex duobus vna caro , p.5.c.314.e.f. Et col.581.c

nuptiarum operibus & coniugiis non debemus ſeruire tribulationis tempore,p.4.col.2158.d

nuptiarum regula proponitur & oſtenditur , quia naturę fœcunditas decoratur,incontinentiæ prauitas tegitur, p.1.columna 77.b

nuptiarum ſecundarũ contractus improprie, vel large uocatur permiſſio:inquantũ conſiliũ quod datur de minori bono(timore,ne maius bonum male cõſeruetur)vocatur permiſſio,p.1.col.1603.c

nuptias dicentes eſſe peccatum & illicitas,error eſt,pa.5.col.191.d.Item p.1.col.35.c

nutrimentum viuentis non fiat interempti animalis cõdimẽtum,neque quod eſt vitę cauſa opem ferat ad conſumptionem corporis,p.1.col.1541.c

nux dulcem fructum habet intus,qui niſi fracta teſta, non oſtenditur intus,p.1.col.742.e.f

nucis fructus primo indumento armatur, ſecundo munitur, tertio paſcit,p.1.col.1283.c

O

OBDVRARE aliquẽ quomodo dicitur Deus,pa.6.c.524.f.Item p.1.col.524.f. Et c.540.d.e.565.c

Obduratio cordis vtrũ ſit attribuenda homini. Arguitur contra & pro cũ reſpõſione, p.6.c.829.b

obduratio cordis humani in malo,nõ prouenit primo ex parte liberi arbitrii hominis a Deo ſe auertentis, p.3.c.1178

obduratio & excæcatio non eſt a Deo directe,ſed a liberi arbitrii defectibilitate,& talis obduratio fuit in Iudæis ſecundum per excæcationem ad prædicationem Chriſti pro magna parte eorum,p.4.col.85.b

obduratio diuerſimode Deo & homini attribuitur, quia homini attribuitur inquantum eſt culpa, Deo autem inquantum eſt pœna iuſte aſflicta,p.6.col.830.d

obduratio Pharaonis fuit tam deteſtabilis, quod ex ea fuit multiplicatio ſignorum.ſ.mors primogenitorum , diuiſio maris rubri & ſubmerſio Aegyptiorum,p.1.col.581.c

obduratio licet ſi aliquo modo a Deo,tamen principium eius eſt à libero arbitrio,inclinante ſe ad peccatum,p.6.c.827

obed domum benedixiſſe dominum dicunt Hebræi eo quod omnes uxores eius & cõcubinæ & nurus & ancillæ maſculos pepererint filios,nec non & fæminæ quadrupedes geminos ei ediderint fœtus,p.2.col.547.a

obediebant homini omnia ante peccatum,poſt peccatũ vero pugnat contra eum orbis terrarum,p.3.co.2173.a

obediamus cuique bona & alta imperanti,ſed præcipitare volenti contra eamus,p.5.col.745.b

obedientia laudabilis redditur ex tribus.ſ.ſi ſit prompta,voluntaria & diſcreta,p.6.col.85.c

obedientia inferiorum animalium reſpectu humanę naturę, quę debebatur ei ſecundum naturam inſtitutam in pœnã peccati ſubtractæ eſt,ſicut & obedientia virium inferiorum reſpectu rationis,& corporis reſpectu animę,p.1.c.35.c

obedientia melior quam victimæ,p.2.col.410.c

obedientia vt eſſet virtus merẽdi oportebat vt homo ſub domino poſitus,ab aliquo prohiberetur,vnde enim homo habere dominum cogitaret,niſi enim aliquid iuberetur, p.1.col.74.f

obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid habet,nulla eſt,aliquando autem minima,ſi etiam ſuum aliquid non habet, par. col.403.a.b

obedientiæ meritum demonſtratur,p.3.c.410.d.e

Per obedientiam nunquam debet malum fieri,aliquando autem bonum quod agitur,debet intermitti, p.2.colum.359.b. 427.c

obediendum eſt malis prælatis,& ſunt habendi in reuerentia niſi in his quę ſunt contra Deum,p.5.c.377.c

obediendum eſt Deo prompte oſtenditur per multa exempla & beneficia per ea repreſentata,p.3.col.621.b

